



H
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
15. D

8. E. 7.

R. P. ADAMI

CONTZEN

E SOCIETATE IESV
THEOLOGI,

COMMENTARIA
IN EPIST. S. PAVLI APOSTOLI
ad Romanos.

IN, QVIBVS SENSVS VERVS, AC germanus luculenter exponitur, hæreſes & errores recentium ſectariorum ſolidè conuelluntur; nec non moralium diſcurſuum materia, Concionatorum vſui accommodata, copioſè ſuggeritur. Præmiſſis etiam ad ſingula Capita argumentis.

CVM INDICE DVPLICI CAPITVM, ET
RERVM MEMORABILIVM.






COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Apud IOANNEM KINCKIVM, ſub inſigni
Monocerotis.

ANNO M. DC. XXIX.
Permiſſu Superiorum & Priuil. Sacræ Cæſ. Maieſt.



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

MAXIMILIANO
COMITI PALATINO RHENI,
VTRIVSQVE BAVARIÆ
DVCI,
S. R. I. ARCHIDAPIFERO, ELECTORI
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



Nter Iesu Christi Seruatoris nostri interiores amicos, veritatis Euangelicæ præcones, religionis intaminatæ principes, Ecclesiarum columina, Apostolos, vocatu nouissimus, laborum tolerantia, atque emolumento primus fuit Paulus. Plus omnibus se laborasse sine iactantia, sine aliorum iniuria, iussu sancti Spiritus profitetur: labori ac studio Deus adfuit, & benignè respondit euentus, ab Ierusalem ad Illyricum vsque repleuit Euangelium Christi. deinde doctrina, virtute, miraculis Romam Hispaniasque illustrauit. Itinera illius, laboriosas peregrinationes, pericula, ærumnas, naufragia, carceres, cruciatus, famē, sitim, nuditatem, signa ac prodigia, fortitudinem, caritatem, partim ipse, partim fidus ei comes Lucas commemorat; extrema, mortemque historia Ecclesiæ, veterum consensu tradit. Accessit ad tot tantasque iactationes, curamque perpetuam, quem Apostolus gloriȩ sibi duxit, quóque cȩteris antecelluit, manuum labor, quo victum Doctor orbis terrarum tolerabat, ne Ecclesiam sumptu grauaret. In dicendo grauis erat, ac vehemens; verba illius tonitrua Augustinus appellat. Iudei cum Damasci disputantis Spiritui resistere non possent, insidijs circumuenire incautum, & trucidare aggressi sunt. Eadem ferè aliarum concionum fortuna, atq; exitus fuit, cum gen-

tes fidem ampleċti, ſe validè conuinci intelligerent, in necem medentis, tanquam phrenetici conſpirabant. Oratione captiui tanquam fulmine proſtratus, & tremefaċtus. Felix de vera religione melius ſentire cœpit, & vitia quæ deſerere nolebat, tacitâ cogitatione damnauit. Hinc inter extrema fidei & pietatis diſcrimina, tot millia credentium. Et vere Paulus in hac ipſa epiſtola (c.15.17.) gloriatur, ſed in Domino. *Habeo igitur gloriam in Chriſto ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Chriſtus in obedientiam gentium, verbo, & factis, in virtute ſignorum & prodigiorum, in virtute Spiritus ſancti; ita vt ab Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerim Euangelium Chriſti.* Nec populos iam alieno ſtudio, induſtriaque mitigatos, & ad Chriſtianam philoſophiam conuerſos, ſua cura tantummodo perpoliuit, ac perfecit, ſed primam ruditatem, ignorantiam, impiarum opinionum contumaciam, ſcelerum conſuetudine inolitam, mundi inſanientis iudicio roboratam, primus ipſe expugnauit, & animos planè barbaros, cœleſti ſapientia, & ſanctitate imbuit. *Sic autem prædicaui Euangelium*, inquit, *nō vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ædificarem: ſed ſicut ſcriptum eſt, quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt, & qui non audierunt intelligent.* Neque mirum eſt: in tertium cœlum raptus, vim gratiæ, doctrinæque in terras detulit, qua mentes cupiditatibus exutas humo extulit, & vitiorum contagio ſemotas in purum æthera euexit.

Verum non fuère illa ſolius Pauli encomia; omnibus Apoſtolis ſalutem ſuam debet Chriſtianus orbis, & qui in cœlum eucċti non fuerunt, filium Dei in terris audierunt: Illa Pauli ſingularis planè eſt prærogatiua, vt non viuens, & præſens modo, Eccleſias doceret, & toto mundo ſalutis tubâ perſonaret: verum poſteritatem quoque ſcriptis erudiret, quo in genere illum Apoſtolorum nemo adæquauit: non quaſi non idem poſſent alij, quod ille; ſed quia Spiritus, qui ſuo arbitrio cuique munera atque officia diſpenſat, ad ſcriptionem Paulum elegit. Hinc Pauli complures, cœterorum paucæ, quorundam nullæ epiſtolæ in canonem ſcripturarum ſunt relatæ.

Por-

Porro epistolarum eadem, quæ concionum dignitas, vis, & auctoritas. Sane æmuli, & calumniatores Apostoli, scriptis illius quam verbis plus reuerentiæ atque honoris habuerunt: quos ita refellit ipse, vt satis dignitati Apostolicæ consultum iudicet, si præsentiam, & orationem literis parem esse demonstret. *Vt autem non existimer*, inquit 2. Corinth. 10. 9. *tanquam terrere vos per epistolam. Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Hoc cogitet, qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.* Omnium alioqui iudicio, mutis elementis efficacior est flexanima dicentium oratio, quam præsentia, vocis temperatura, gestus decorus, vultus ipse atque oculi animant, vt ingenti motu in audientiũ mentes illabatur. & memorandum est Æschinis elogium, qui Demosthenis orationem cum admiratione legentibus, respondit. *Quid si ipsam bestiam sua verba sonantem audissetis?* Nouum itaque & inusitatum est, quod venerabilior ac fortior Corinthijs visa est Pauli scribentis epistola, quàm eloquentia perorantis. Nimirum voluit æterna numinis prouidentia tantum eloquij, decoris, roboris, gratiæ, in characteribus, & monumentis esse. Vix enim docentis exiguo demensa spacio, breui tempore, cum ipso sonitu moritura discentium aures feriebat: scripta eius immortalia sunt, per omnes terrarum plagas, ad supremum vsque mundi diem, salutarem Ecclesijs doctrinam, moresque castos inculcant. Nec legendi Pauli minor est, quàm audiendi vtilitas: *Non enim atramento, sed Dei Spiritu scriptæ sunt eius epistolæ,* vt verissimè iudicauit Augustinus serm. 15. de verbis Apostoli.

Primum inter eas locum obtinet, quam Serenitati Vestræ commentario illustratam offero, quæ ad Ecclesiam principem, omnium magistram missa est, Romanos. Locus ille non ordine temporis, ante illam enim aliæ plures scriptæ sunt, sed ex dignitate Ecclesiæ, præstantia materiæ, difficultate, sublimitate datus est. Agitur in illa de lege, gratia, iustificatione, peccato Originali, prædestinatione, reprobatione, Iudæorum repulsa, gentium assumptione, Israëlis restitutione, fide, spe,

 cari-

caritate, operibus, alijs virtutibus, de legitima principũ potestate, necessario subditorum obsequio, denique & vniuersa redemptionis ac salutis Oeconomia, & hominis Christiani officio. Quæstiones tam multæ ac reconditæ nouo orationis genere ab Apostolo tractatæ difficilem, & obscuram reddunt epistolam, & quod inde cōsequi assolet, ingeniorum, sua tantum admirantium, temeritati obnoxiam. Quod etiam Apostolorum æuo factum esse, cum Paulus ipse scriptionis suæ interpres, viueret, Petrus de hac potissimũ locutus, testatur, cùm pronunciat, in Pauli epistolis *esse quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras Scripturas ad suã ipsorum perditionem.* Hæc certè omnium studia atque ingenia fatigauit. Tanta est illius tamq; inexhausta sapientia, ac profunditas, vt quamuis summo ingenio, maximo ocio, indefesso labore, lōgissima ætate in ea omnes versentur, penetrare tamē, & perspicere singula nequeant. Spiritus sancti sacrarium est singulare, diuinæ sapientiæ arcanum occultissimum, inaccessa luce septum, quod à Paulo in tertium cęlum euecto, ita retegitur, vt adorandum tamen nobis sit potiùs, quam rimandum.

In hac explananda Didymus, Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Photius, Theophylactus, Oecumenius Græco eloquio præcipuè elaborarunt. In Ecclesia Occidentali pauciores interpretes antiquitas habuit. Commentarij enim qui Hieronymo & Ambrosio tribui consueuère Pseudographi sunt. Augustinus adhuc presbyter magno conatu, atq; ausu cœperat, principiũq; eruditione sua, & ingenio par fundamentum collocârat, sed mox cœpto destitit. Causam deserti laboris ex ipso audire lubet. l. 1. retract. c. 25. *Epistolæ quoque ad Romanos, sicut ad Galatas expositionem susceperam, sed huius operis, si perficeretur, plures libri erant futuri: quorũ vnum in sola disputatione ipsius salutationis absolui, ab initio scilicet, vsq; ad illud vbi ait: Gratia vobis & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo. Factum est, vt immoraremur, cum vellemus soluere incidentē sermoni nostro difficillimam quæstionem, de peccato in Spiritum sanctum, quod non remittatur, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Sed deinde alia volumina cessaui adiungere, exponendo epistolam totam, ipsius operis magnitudine, ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexus sum. ita factum est, vt librum, quem feceram primum, relinquerem solum, cuius titulum esse volui,*

voluit, epistolæ ad Romanos inchoata expositio. Tum quidem cessauit, postea tamen, dum Ecclesiam docet, dum contra Manichæos, Donatistas, Pelagianos disputat, varijs in tractatibus omnes penè illius partes exponere coactus est. Quod eadem occasione fecit Hieronymus, Ambrosius, Vincentius, Prosper, Leo, Gregorius, alijq;, & ante omnes Tertullianus, secuti deinde plures post D. Thomam Aquinatē. At proximo sæculo penè innumeri ex omni natione, genere, ordine. Ex Societate nostra Salmeron, Toletus, Pererius, Iustinianus, Cornelius. Omnium enim animos fidemque accendit, sectariorum in deprauandis scripturis ardens nefariumque studium, & labor planè pestilens. Præ omnibus libris epistolas Pauli, & quidem Romanam ad sua dogmata detorserunt, periodum intactam non reliquerunt. Primus inter eos vexillum extulit ducemque se errantibus præstitit Philippus Melanchthon, viperinum Lutheri genimen, deinde transfuga, sectæq; irrisor ac proditor. Placuit tamen Luthero: *Ego*, inquit ille, *tibi Melanchthon verè tribuo, neminem melius te scripsisse in D. Paulum. Ego scio, quo spiritu, & quo iudicio hoc de te pronuncio.* Ex castris Zuinglianis singulare perfidiæ & contumaciæ specimen Caluinus dedit, & in illo grege primatum tenuit, vt ferè doctissimus interpres à suis appelletur. Nec deinceps vllus fuit spectatioris infamiæ minister, in tanto impostorum numero, qui non ex ista area laureolam sibi quæreret, qui non & sua obtruderet, & aliena refelleret, singuli sibi soli duces, & comites incomitati. quàm aduersi veris, tam inter se diuersi. Noluit in vnum mendaciū omnes aberrare cuncta prouidens, cuncta moderans Deus; ne ex consensu errantium falsitas excusationem mereretur, vel auctoritatem consequeretur. Nunquam in vnas ambages cœci, nunquam in vnam sectam hæretici delirârunt. Cuius rei tum alij multi, tū Pareus, qui Caluinistarum vltimus virus suum Paulinæ epistolæ superfudit. ab omnibus enim suis auctoribus longè recessit, & eorum tamen se medullam suam fecisse gloriatur. *Medullam*, inquit, *optimorum interpretum nulla eorū iniuria, ita meam feci, vt nihil hic sit desideraturus lector, antiquitatis, & consensus orthodoxi studiosus.* Falsi crimē est, impostura est. Medulla enim nouitatis est, si quid tamen in ea vetustatis est, de felle antiqui draconis est, & hæreseon, ab ortho-

 doxo-

doxo multorum sæculorum consensu damnatum est. Cæterũ medulla est, ex Vallæ, Erasmi, Zuinglij Buceri, Martytis, Bullingeri, Pelicani, Caluini, Musculi, Bezæ, Rudolphi, Hyperij, aliorũ obscenis ossibus, impuro su-ctu extracta, sed nouo fuco, nouo veneno saturata, atq; in deterius mutata. Circumferuntur illorũ partim cõ-pendiosa, partim diffusissima cõmentaria, verum à Catholicis præsertim Bellarmino Cardinale, & Stapletono eruditè, copiosè, neruosè refutata sunt, vt etiam apud Caluinistas fama fuerit, eam Bellarmini partẽ esse inexpugnabilem. in illos ergo impetũ fecit. *Sophistæ*, inquit, *omnibus hoc tempore vexillum erexerunt duo antesignani, Bellarminus Iesuita, Babylonicæ sedis Cardinalis Lateranus, in suis Cõtrouersiis, & Stapletonus Papista in suis Antidotis, quibus non vnam, aut alteram Pauli sententiam, sed vniuersam huius epistolæ doctrinam aconitis Antichristianis non leuiter intoxicauit, sed in merum venenũ conuertit.* Hos se aggrediendos, & refutandos censuisse, deinde editionem ab amicis sibi extortam. Verùm suũ ille crimen innocentibus imponit, toxica illa, & venena de Caluinismi ore maledicò spumant: Hoc virus Pareierat, quo salutaris, & viuificæ religionis inficere vegetabilem & sincerũ succum conabatur, tum prælectione, tum editione pestiferi libri, cui tũ Moguntiæ, Heidelbergâ non nimium dissitæ, vbi hanc eandem epistolam exponebam, respondi, vt gliscenti malo, celeri, & ex propinquo, facili remedio succurrerẽ. & veram, orthodoxamq; Pauli sententiam ex Patrum sanctorum, Conciliorumq; consensu, ex alijs scripturis, ipsoq; cõtextu, ratione etiam & hæreticorum etiã sæpe testimonijs ostenderem: & noui deprauatoris perfidiã, calumnias, imperitiam, friuolas argutias in medium protraherem, idq; consuetudine à præceptoribus meis, alijsq; accepta. Fuit enim longum iam, & acre Moguntinam inter, & Heidelbergensem Academias, sicut inter domũ Dauidis & Saulis certamen. Ludouicus Palatinus Lutherismum induxerat, sed iam in partes scissum, & à primæuo erroris abortu degenerem; cumq; inter se Theologi Heterodoxi colliderentur, & qui veritatem eiurarant, de ingenio, gloria, & hæreseon modo pugnarent, pacandis animis Melanchthon aduocatus est, breuesq; inducias, sed inuitis peperit, omnia in Caluinismũ in-

cli-

clinauit, quem puriorem inducere Fredericus laborauit. verùm eo mortuo Caluinistas alter Ludouicus eiecit. Hinc odia, calumniæ, spolia, exilia, carceres, & ante omnia iracundi, fœdi, atroces felle & sanguine cõscriptique, vulgatiq; libri. Post Ludouicum tutorio nomine Palatinatum administrabat Casimirus, vehemens, asper, versutus, sed pro Caluinismo per Germaniam, Galliamq; bellator infelix: Ille vt Caluinianos suos de Lutheranis vindicaret (nam haud leuius illos, quã partes Marianas Sulla victor oderat) magno fenore pœnas durus arbiter exegit, patriaque ministros pepulit; & ne aliquando de Luthero stolones subolescerent, Pupillũ suum & nepotem Fredericum, eius Frederici qui nunc proscriptus est, parentem deterioribus Caluinismi mystis penitus imbuendum tradidit. Exasperabat hominẽ cũ sectæ genius acerbior, tum à Lutheranis illata, vt interpretabatur, iniuria. Hi enim Ludouici salute desperata, Casimiri Zelum, violentiamq; veriti, pupillo alios etiam contutores, principes Lutheri scitis apprimè addictos testamenti tabulis dari curarant. Quæ cautio legibus parum cõsentiens successum nullum habuit, atq; insuper in miseros Lutheranos Casimirũ accendit. Victores igitur Caluiniani sua dogmata impia fraudibus, magnoq;, sed præpostero labore defendebant, & ad iuuentutem ex Polonia, Hungaria, Francia euocandam, corrumpendamq; Academiæ celebritate abutebantur. Nec tamen quantum spe atque animo præconceperãt, effici videbant, obsistebant hinc Moguntini, inde Tubingani, Saxonesque qui professores exules receperant: præcipue ingens odium, atque horror blasphemæ sectæ. Itaque sensim perfidiæ miscebant politica, bellicaque consilia; & cum Lutheranis, quos prouincia eiecerant, conspirationes agitabant, exteros Reges sollicitabant, alios tædio præsentium, alios religionis specie, omnes opum sacrarum cupiditate ad bellum inflammabant. Nulla quies consultantibus, scribentibusque, donec famosa multis in rebellionem consentientibus Vnio coaluit. Cui conciliandæ, seruandæ, augendæ pestilentissimum, ac seditiosissimum librum Pareus, quem infami nomine Syncretismum appellauit, præter alia conscripsit. Eius argumentum erat: nullam nec Caluinistis inter se, nec cum Lutheranis veram pacem

esse posse: falsam tamen & suspectam inire oportere, donec Catholicos armis communibus exstirpassent: Hoc enim à Deo mandari cunctis principibus Euangelicis: nec vllum posse in Catholicos nimis graue supplicium constitui. Hæc suo calculò Academia probabat, omnibus obtrudebat, præsertim vrbibus, quarum æraria rei gerundæ censebant non opportuna modo, sed etiam necessaria. Specimen, ex procemio Parei, quod in hanc epistolam ad Senatum Gedanensem scripsit, ostendo. Illa enim cruenta consilia omnibus inculcabāt. In illa igitur præfatione cum inuidiosissimè, mendacissimeq; Papam caput, clerum verò abdomen, sæculares pedes ac manus dixisset, ita ad bella hortatur. *Mediā igitur orbis Christiani partem magistratibus* (Papa) *subduxit. Si enim calculum ineas, clerus à media multitudinis parte vix aberit, neq; hoc totum. Magistratibus potestatem suam Iesuitæ, non nisi auctoritate capitis sui concedunt, vt reges regnent, quatenus, & quamdiu placuerit Papæ. Sic omnes mancipia, & scabella faciunt Papæ, quos possit solio deijcere, populis iuramenta fidelitatis laxare, quoties velit. Exempla sunt nota, & in oculis grauissimum restat. Neruos potestatis ciuilis ita incidit, sibi suoq; abdomini rapuit Geryon Romanus, vt nisi porrò caueant, politici spiritualibus meritò futuri sint ridiculo: Tributa dico, vectigalia, decimas, censùs, fundos, possessiones, feuda, ciuitates, principatus, regna denique. quæ omnia pijs, vt vocant fraudibus, iam pridem illi deuorarunt, nec porro deuorare cessant, non viduarum modò domos, sed regum palatia, adeo vt principibus sint potentiores Episcopi, nec possunt reges diu potestatē, quam habent etiam in Laicos exercere, atque tueri, nisi* ALIAS *rationes inierint. Et Sinones istos Reip. pestes non diceres? Ingluuiem istam principes non cauerent? Abdomen hoc alieno pastu adeo effarctum magistratus non excuterent,* SVAQVE IN MELIORES *vsus requirerent?* Quid tot mendacijs aliud egit, quam vt principes suos incitaret contra Pontificē, Episcopos, Clerum, vt tanquam latrones, furesque SVA repetituri insurgerent. Hæc atq; alia, tum Heidelbergæ dictabantur in Gymnasijs, spargebantur per Germaniā vniuersam, in dies singulos armatæ Theologorum chartæ Moguntiam mittebantur. Quare cum turbari pacem, arma suaderi, sanguinem nostrum fundendum mandari, prædicantes sibi prædas spondere, stare, & lambere ferrum Vnionis valde auidos viderem; ad alia scribēda animum appuli. De Synodo, de falsa, & vera Germaniæ pace, de Iubilæo, politicisque agere institui, opportunum ratus eo stylum orationemq; conuertere,

vnde ab hoste periculũ intentabatur. Nunc tempestatibus illis magna parte sedatis, lõgè a bellis remotus, præsertim cùm iam non iure, sed armis disceptetur, cum arma felicia iustitiæ faucrint, scripturarum studia diligẽtius resumpsi; & quia in Palatinatu, Serenitatis Vestræ ditionibus ac prouincijs, cum fratribus & collegis meis versari, errantes in viam reducere, contumaces reuincere, manipulos fidelium animarum in horrea Domini deferre, beato laborum fructu, qui est credẽtium salus, lætari præsens non possum, illis tamen vtrunque adesse, & succurrere cõnat⁹ sum, memor castrorũ custodibus, & ad sarcinas sedentibus sua præmia non deesse.

Iuuit certè in dies audire singulos, dum ista conscribo, audire populorum multitudines, à Caluiniano idolo, criminum auctore, ad Deum verum cõuerti: nec antiquam modò veramq; religionem amplecti, sed insuper magna asseueratione testari, se, postquã in Ecclesiam adsciti, fidem orthodoxam professi, animam exomologesi expiàrunt, & sacrosancto Eucharistiæ epulo pauerũt, animo pacato, lætoque, quasi ingenti onere leuatos in Deum recumbere, & vt Paulus loquitur, *pacem habere ad Deum*, nõ superbæ præsumptionis, sed sanctæ spei. Sæpius etiam ab illis, qui inde negociorum causa Monachium venerunt, audiui vehementer se cum pristinas errorum suorum iactationes, vitæq; procellas, tanquam tenebrosum ac turbidum chaos respiciunt, perhorrescere. Gaudent nimirum ex hæreseon inter se pugnantium fluctibus se feliciter eluctatos in portu cõsistere, quamuis doleãt quorundam rates adhuc naufragio intercipi. Feliciter se victos arbitrãtur, qui belli calamitates animarũ salute pensarint. illo suo, sanc quàm maximo bono lætantur, Vestræq; Serenitati ac sibi gratulantur, eius pietate, paternaq; cura nũc in pace, atq; in æternũ seruari, cuius robore, & militia victi fuerãt. Hoc vrbium legationes, literæq; & omnium penè cõuersio ostendit. Magna omnino omnipotentis Dei bonitas, quæ tot impiorum machinationes, spolia, incendia, sacrilegia, cædes, cætera belli scelera in summũ bonũ, hoc est fidem, salutemque superstitum conuertit; omnia omninò in bonum vertet, modo Episcoporũ, Principum-

pumque fidelis cura, pietasque allaboret. Certè eadem in Bohemia, alijsq; terris animorū est in veritatem propensio, quod Ferdinandus ipse testatur magnus Imperator, rescripto quod hoc anno, vigesimo primo die Iunij Znaimæ dedit. Recenset ille, *benefica atque vbere omnipotentis Dei benedictione esse factũ, vt adhibitis per debitum regis, summeq; necessarium officium, rationibus, modisq;, vt maxima statuũ pars vnà cum subiectis, veram, legitimam, Catholicam Ecclesiam agnouerit, atq; illi sese commiserit. (in regno Bohemiæ) Et nunc demum illos nunium quantum sentire, atq; intelligere, quàm clemens, quamq; paternus erga eos fuerit suæ maiestatis affectus. Hoc etiam perspicere, absq; ea sollicitudine, & paternà prouidentiá si fuisset, in pristinis erroribus ad proprium exitium fuisse hæsuros, neq; factionum, & discordiarum in regno illo finem potuisse sperari.* Hic sensus omnium est, qui de lubrica atque instabili, vestigia fallente humanarum opinionum abysso, in solidum egressi, in firma atq; immobili Ecclesiæ petra pedem collocarunt, vt iam non pendeant ab omni vento doctrinæ, nec leuium doctorum ambitiosis ingenijs, sed ex solo Deo, Deiq; verbo, cuius literas, verba, sensumque ab Ecclesiæ falli & fallere nescio magisterio, accipiunt, atq; in eo cœtu viuunt, qui columnæ, & firmamento veritatis insistit.

In publica ergò lætitia ac gratulatione, quæ de animarum perditarũ inuentione ac reductione maxima esse debet: si enim de vno peccatore pœnitentiā agente cœlestes spiritus impensiùs lætantur, quanta gestire lætitia homines de hominibus par est, cum vrbes integre, prouinciæq; ad Dei cognitionem, gratiam, cultumq; veniunt? In hac inquam lætitia maxima, & spiritali, tenue, sed spiritale munusculum, magnæ gratulationis documentum Serenitati Vestræ offero Cōmentarios in Epistolam D. Pauli Apostoli ad Romanos, olim Heidelbergensibus oppositos, nunc & Heidelbergæ legi idoneos. Rogoq; atq; obsecro, vt Vestra Serenitas, quæ vrbis ac ditionis quondam pertinaciā vicit armis, nunc pacem, iustitiam, religionē reddidit fidelibus, & subditis, librum quoque meum, qualecunque religionis promouendæ instrumentum, simul cum prouincia, atque Academia in suam tutelam accipiat. Cuius rei summam spem mihi facit Vestræ Serenitatis in prouehendis literis, Sacræque ac humanæ sapientiæ professori-

foribus tutandis & fouendis cura, liberalitasque, vt quę in primo possessionis aditu, de restituenda in pristinum splendorem Academia Heidelbergensi, alijsque gymnasijs digna magno principe consilia cœperit, nec iniuria. Nihil principi vtilius, nihil ad seruandum in officio populum efficacius, quàm recta iuuentutis in vera religione, prudentia iuris, morum integritate institutio. armis regna parantur, disciplinâ seruantur. Militum excubiæ metu continent in obsequij simulatione subiectos, illo excusso non perseueraturos, vera fidei, & morum doctrina animas occupat, Principique iungit, vt lubentes volentes, adeoque perpetuo conscientiæ iudicio, imperata faciant, & pace continua fruantur. Testis ipsa Heidelbergensis Academia, quæ olim inter nobilissimas Europæ Scholas, præclaros in omni scientiarum genere viros protulit, ipsorum etiam principum eruditrix: at postquam à vero, iusto, ac æquo recessit, anarchiæ & seditionum auctor fuit, rebelliones ciere, Cæsari sceptrum extorquere, vicinos opprimere, ius è medio tollere docuit, prouinciam, principem, & se ipsa perdidit, quæ omnia multis exemplis docere possum, vnum instar omnium est, quod in commentarijs Parei in c. 13. ad Romanos inuentum, ab Vnione nimis auide arreptum, patriam afflixit, & quod in malis consilijs frequens est, in auctores recidit. Hoc vnicum nunc mihi superest, vt Serenitatem vestram iam diu Rempublicam domi, forisque maturimo consilio, rectissimo fine administrantem religiosis precibus prosequamur, quo optimè instituta, ad felicissimos exitus perducantur: & laborum suorum, molestiarumque fructu, quam diutissime incolumis fruatur. Ita ex animo precor, voueoque. Monaci Calendis Augusti, anno à Christo nato M.D.CXXVIII.

V. Seren. humilimus seruus

Adamus Contzen.

APPROBATIO
R.P. PROVINCIALIS
PROVINCIÆ GERMANIÆ
SVPERIORIS SOCIETATIS IESV.



Vnc librum, cui titulus: Commentarij in Epistolam D. Pauli Apostoli ad Romanos, à R. P. ADAMO CONTZEN, SOCIETATIS *nostræ Doctore Theologo conscriptum, atque à deputatis ad id Theologis lectum & approbatum, Ego* GVALTERVS MVNDBROT *Societatis* IESV *per Germaniam superiorem Prouincialis, concessa mihi potestate ab admodum R. P. N.* MVTIO VITELLESCIO *Societatis nostræ Præposito Generali, Typis mandari permitto. 28. mensis Martij, Anno à Christo nato* M. DC. XXVIII.

Gualterus Mundbrot.

PRIVILEGIVM CÆSAREVM.



VM Sacræ Cæsareæ Maiestatis decreto omnibus ac singulis Typographis, & Bibliopolis, ac alijs quamcunque librariam negociationem exercentibus seriò firmiterque inhibeatur, ne quisquam vllos libros à nostris Patribus hactenus editos, vel inposterum edendos intra S. Romani Imperij Regnorum & Dominiorum suæ Cæsareæ Maiestatis hæreditariorum fines, simili vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte, recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere clam, seu palam, citra iudicium, ac testimonium supradictorum Patrum audeat, vel præsumat. Concedo ego GVALTHERVS MVNDBROT Societatis IESV per superiorem Germaniam Præpositus Prouincialis (potestate mihi ad id facta ab admodum R.P.N. MVTIO VITELLESCO) Ioanni Kinckio Ciui & Bibliopolæ Coloniensi, facultatē excudendi hæc in Epistolam D. Pauli ad Romanos Commentaria, à R.P. Adamo Contzen Societatis nostræ Theologo conscripta, atque à deputatis ad id Theologis lecta, & approbata. In quorum fidem hoc testimonium manu nostra superscriptum, & sigillo officij nostri consueto munitum dedimus. 28. Martij Anno 1628.

Gualtherus Mundbrot.

INDEX QVAESTIONVM
ET CAPITVM COMMENTARIO- rum in Epist. D. Pauli ad Romanos.

QVAESTIONES.

CAPVT PRIMVM.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Argumentum.

CAPVT TERTIVM.

Argumentum.

CAPVT QVARTVM.

Argumentum.

Quæst.

CAPVT XV.

Argumentum.

CAPVT XVI.

Argumentum.



R. P.

R. P.

ADAMI CONTZEN, E SOCIETATE IESV, DOCTORIS THEOLOGI,

COMMENTARII ET QVÆSTIONES IN EPIstolam B. Pauli Apostoli ad Romanos.

QVÆSTIO I.

Qui Pauli parentes?

§. 1. EBi[illegible]nitæ Paulum Proselytum fuisse, circumci[illegible]um non am[illegible]te religionis, sed [illegible] sacerdotis, te[illegible]ul[illegible]a [illegible] tum, [illegible] gem Mosis [illegible] psisse sūt calumniati: fabulam ecenset Hære[illegible]. [illegible] Epiphanius. *Paulum, inquit, hic accusare non erubiscunt, per con[illegible] aquadam verba ex male[illegible]io, & errore pseudo apostolorum suorum, [illegible] ar ensem quidem ipsum velut etiam ipse confitetur, & non negat dicentes, verum ex Græci[illegible] p[illegible] [illegible] asserere [illegible] occasione ac epta ex loco ob veritatis studium ab ipso di[illegible]o nimpe:* Thar[illegible] [illegible] sum, no[illegible] ignobilis [illegible]. *Deinde asserunt ipsum esse Græcum, & ex patre [illegible]: Ascend[illegible] autem Iero olymam, & per tempus illic ma[illegible]e, concupiuisseque [illegible] sacerdotis [illegible] orem accipere, & huius gratia prose[illegible]tum, & accessorium [illegible] factum, [illegible] circumcisum. Deinde cum puellam as[illegible]utam non esset, [illegible] iratum esse & contra circumci[illegible] [illegible] [illegible] batum [illegible] legem.*

V[illegible]m cu[illegible] [illegible] Pau[illegible] tamesse, a[illegible]co[illegible]ue de [illegible] [illegible] teste[illegible]tur, nec ab [illegible] um [illegible] is [illegible], sit ob [illegible] peregrinitas [illegible] alu[illegible] [illegible] pen[illegible] 4. & 5. [illegible] *quam [illegible] cam confidentiam in carne. Si quo [illegible] [illegible] arne [illegible]. Circumcisus [illegible] [illegible] de tribu Beniamin, Hebræus ex [illegible] [illegible].* & 2 Cor. 11. 21 *In [illegible] audeo & ego.* & v. [illegible] *& [illegible] sunt: & ego semen A[illegible].* Mi[illegible] [illegible] quirum [illegible], [illegible] coram præsi[illegible] cont[illegible] [illegible] ilippos modo, [illegible] cum confe[illegible] ge[illegible]

nus confitetur Act. 23. 6. *Ego Pharis[illegible] [illegible] P[illegible]arisæi.* Quod [illegible] vel minima suspici[illegible] [illegible] gente oriundum, id [illegible] semper obiectum [illegible]t, nec enim testes circumcisionis, & ro[illegible] [illegible] defuissent.

§. 2. Nobilem fuisse pleri[illegible]que ne[illegible]nt. Chrys. hom. 5. de Paulo. *Nonne erat iste mortalis? nonne ignobilis? & opere quotidiano vi[illegible] acquirens?* [illegible] *Homo ignobilis & abiectus, circumforaneus, qui artem in pellibus exercebat.* Multi Chrysostomo consentiunt, nam [illegible] scenofactoriam artem [illegible] alem m[illegible] a[illegible]mentum ign[illegible] [illegible] accipiunt [illegible] alij negant, qui natales, & stemmata P[illegible] in more positum apud Hebræos fui[illegible] affirman[illegible], vt nobili[illegible] qui[illegible] artem aliquam sellulariam condiscerent, qua vi[illegible]am, si fortuna mutaret, sustinere possent. Olympiadem aiunt Alexandro texuisse vestem: Aug[illegible]stum lanificio fi[illegible]as assuefecisse, Suet. in Augu[illegible] c. 6. Verùm vt [illegible] illa se[illegible] ha[illegible]be[illegible], consue[illegible]udinem Iudæorum, q[illegible] ad[illegible] t[illegible], non [illegible]edo, Bello, & agricultura v[illegible]bant, artes o[illegible]as seruitia fere, & pau[illegible] [illegible]bant.

§. 3. Nob[illegible]itas Pauli, si nata es eius [illegible] spectemus, magna fuit, ex Abraham[illegible] [illegible]co, Iacobo, Beniamine, mat[illegible]culus Rache[illegible] primaria vxor Iacobi. Tr[illegible] [illegible] [illegible] tamen virorum fuit, [illegible] quam [illegible] cus primum Deus intulit. Summa in[illegible] apud Isr[illegible]elitas ista nobilitas vt ex q[illegible], & terræ san[illegible] æ [illegible] depen[illegible]eret. In hac etiam egentissimi [illegible]lotiaba[illegible]tur, nec æte gen[illegible]s æstima[illegible]. Iosephus de domo Dauid regis, sed pauper & [illegible] ber erat. Ips[illegible] regia familia non nisi pau[illegible]ate & contemptu [illegible] Domitian[illegible] effu[illegible]it. Eus[illegible]. Hist. c. 5. *Istos [illegible] D[illegible] [illegible]icos [illegible] quidam nomine [illegible]catus ad Cæsarem Domitianum dedu[illegible]. [illegible] enim de aduentu Christi, vt Herodes iam olim, metu erat [illegible] perculsus. Qui cum ab illis rogasset de parentibu[illegible] [illegible] essent ex genere Dauidis procreati [illegible] conf[illegible] sunt. Tandem [illegible] quot [illegible] quantas haberent poss[illegible]iones & quantam pecuniam [illegible] mam [illegible] [illegible]ponsum dedit [illegible] um nouem [illegible] dena[illegible]*

Paulige nus.

Artes sordidas Iudæi non a[illegible]sta bant.

vtorum sibi suppetere, & dimidiatam tantummodo partem ad singulos ipsorum spectare, istasque facultates non in argento se possidere dicebant: sed in censu agrorum, qui solum continebant iugera triginta nouem, ex quorum fructibus se non modo vectigalia pensitare, sed etiam suam ipsorum vitam in eisdem labore & industria colendis sustentare asseuerunt. Suas deinde manus, quæ pro ipsis laborum suorum testimonium dicerent, ostendere cœperunt: Corporis item duritiem, & callum ab assidua opera, & diligentia contractum.

Iam ante etiam Vespasianus Dauidicâ familiam ad necem conquiri iusserat, vt est eodem lib. c. 11. Hæc in Paulo nobilitas inerat, sed res & ornamẽta tanto generi deerant. Iam vero etiam Romanis ludibrio erat, & vilior alga, quod Iudæi inter gentes quæ Quiritium fasces & secures tremebant, abiectissimi censerentur, & communi odio, atque irrisui obnoxij. Adeo vt etiam in Aristophanis olim comœdijs Athenis vexarentur. Itaque Paulus nullâ prærogatiuâ nobilitatis, sed Romanæ ciuilitatis iure, ac lege Quiritium cum opus fuit, hostium violentiam, & præsidum iniquitatem discussit.

Virtus nobilitas Pauli. §. 4. Quod si de nobilitate proxima inquiratur: An scilicet inter Beniamitas nobilitate excelluerit, illi defuisse videtur, vt & reliquis Apostolis: ita vt vnica virtus eius censenda sit nobilitas, & gloria factorũ. *Τιμῶντες δ' ἀρετὰς ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. τιμαίει δὲ χρῆμα ἕκαστον. Virtutum cultores illustri incedunt via. Nobilitant vero sua quemque opera,*

Non diues Paulus. Supraque vulgus, sortis & casum locant.

Censu certe & opibus caruisse videtur. Optimates sanè Iudæorum εὐπατρίδαι & ἔντιμοι non erant, talis vero Paulus, vt Chrysostomus eũ vocat, hom. de S. Paulo, & in 2. Tim. 2. 5. Certe mos ille nõ erat à priscis, vt nobiles arte ignobili occuparentur, Salomõ 2. Par. 8. 9. Filios Israel ad militiã præcipue erudijt, vt docet Scriptura. Artibus sordidis operã illi dabant, qui censu, & ex agris viuere non poterant. Hinc lex illa Rabbinorũ, Semaharæ, Abthalionis, & Gamalielis: vt qui studia legis sequi vellẽt, nec sumptus tamen ferre possent, vt in ocio literario viuere valerent, exercenda arte aliqua sese alerent, cuius etiam rei in Philosophia Græcorũ exemplum fuit Cleanthes. Cõtemptæ sane hoc tempore erãt artes illiberales. Augusto pater argentarius,

Studia labore Paulus sustentauit.

Scauro Carbonarius ingẽtis probri loco obiectus. Quin etiam olim in vrbana candidati quæstio consulatus repulsam meruit: nam laboriosi hominis, callosam manum prensans: *An manibus ambularet?* interrogauit. Quod in suam contumeliam plebs accepit. Nec aliud fuit hac in re Græcorũ iudicium. In opprobrio erãt βάναυσοι χειρώνακτες, χειροτέχναι, ab ingenuis artes mechanicas & illiberales longe remouebant, Aristoteles l. 8. Polit. Ὅτι μὲν οὖν τὰ ἀναγκαῖα δεῖ διδάσκεσθαι τῶν χρησίμων, οὐκ ἄδηλον. ὅτι δὲ οὐ πάντα, διῃρημένων τῶν τε ἐλευθέρων ἔργων, καὶ τῶν ἀνελευθέρων, φανερόν, ὅτι τῶν τοιούτων δεῖ μετέχειν, ὅσα τῶν χρησίμων ποιήσει τὸν μετέχοντα μὴ βάναυσον, βάναυσον δ' ἔργον εἶναι, δεῖ τοῦτο νομίζειν καὶ τέχνην ταύτην, καὶ μάθησιν, ὅσαι πρὸς τὰς χρήσεις, καὶ τὰς πράξεις τὰς τῆς ἀρετῆς, ἄχρηστον ἀπεργάζονται τὸ σῶμα τῶν ἐλευθέρων, ἢ τὴν ψυχήν, ἢ τὴν διάνοιαν. διὸ τάς τε τοιαύτας τέχνας, ὅσαι τὸ σῶμα παρασκευάζουσι χεῖρον διακεῖσθαι, βαναύσους καλοῦμεν, καὶ τὰς μισθαρνικὰς ἐργασίας. ἄσχολον γὰρ ποιοῦσι τὴν διάνοιαν, καὶ ταπεινήν.

Quod opus βάναυσον. *Ea igitur quæ ex vtilibus necessaria sunt discenda esse, non est dubium, non omnia tamen, cum enim liberalia ab illiberalibus distincta sint, manifestum est ex vtilibus illa esse discenda, quæ tractantem non faciunt βάναυσον, hoc est fornacarium, illiberalem, & sellularium artificem. Opus autem βάναυσον, atque etiam ars & disciplina habenda est, quæ ad vsus, & actiones virtutis hominum liberorum vel corpus inutile facit, vel animam, vel mentem. Quocirca & tales artes omnes, quæ corpus corrumpunt redduntque deterius, & operas mercenarias βαναύσους appellamus. Mentem enim occupatam, atque impeditam distinent, eamque humilem reddunt.*

Hæc Philosophus, cuius ego sententiam in hoc genere probare penitus non possum. Multæ enim artes sunt, quæ quidẽ mentem ἄσχολον efficiunt, sed tamen recreant, acuuntque vigorem animi, cum sine cura atque anxietate peraguntur, quædam etiam insignem habent delectationem adiunctam, vires corporis angẽt, solidantque, moderata exercitatione semper meliores. Verùm iterum institutum est ostendere, nec apud Romanos, nec Græcos aut Hebræos fuisse moris, vt artes mechanicas præsertim viliores, nobiles & opulenti tractarent, Alexander Seuerus, vt habet Lampridius, præmijs inuitare necesse habuit artifices. Mechanica opera plurima Romæ instituit: negociatoribusque, vt Romam volentes concurrerent, maximam immunitatem dedit.

§. 5. Paulus ipse nobilitatem & omnia mundi ornamenta contempsit, *Vos nobiles*, inquit, *nos autem ignobiles*. 1. Cor. 4. 10. An ille maiorum stemmata, aut genealogias curaret, quia omnia, etiam iustitiam, quæ ex lege est, arbitratus est vt stercora, æstimauit detrimentum? Ille qui velut perpsema, & spectaculum angelis & hominibus erat, alia insignia non nouerat, nisi quod signat iram stigmatum Christi in corpore suo ferebat, & sane in filijs Dei ortum spectare nihil est necesse, cum ex eodem luto vasa in honorem fingantur, & donum Dei sit, quòd in contumeliam non fingantur. Optima nascendi sors est electionis gratia, summa nobilitas est adoptionis maiestas: cum plausu dixit Ethnicus: *Vera nobilitas.*

Ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.

Vir optimus non potest esse ignobilis. Pauli etiam nondum Christiani magnus & nobilis animus apparuit, etsi enim pellio esset, inter rei familiaris angustias tamen ad sapientiæ studium nitebatur, edoctus ad pedes Gamalielis: ipse Gal. 1. 14. testis est. *Proficiebam*, inquit Gal. 1. 14. *in Iudaismo supra multos coætaneos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.* Magno & celso vir animo etiam ante fidem specimen sui dedit, cum curreret, sed extra viam, & antequam persecutor esset, diu noctu se labore frangat, studio sapientiæ, & futurã, quam impensas conquireret. Nunc inter doctores conspectissimo ingenio, nunc inter operas. Vtinam huc animum intendant illi, qui lautis sacerdotijs fruuntur, nec tamen ocio & opibus ad studia sacra, nec ad liberalitatem vtuntur: cum tamen assidua illis scripturæ lectio commendetur, *Pauli inuitatio.*

& quicquid præter victum & amictum possident, eorum non sit, sed
Christi.

QVÆ-

II.

Paulus ?

H[illegible] Hieronymus Cat. [illegible] am me- [illegible] quæ ante Saulus, extra nume- [illegible] Beniamini, [illegible] que Romanis capto, cum parentibus [illegible] commigrauit.

[illegible] sunt Arias Montanus in apparatu, [illegible] Adrichomius in theatro terræ sanctæ. [illegible] collocat [illegible] Beniamini, habentem ab [illegible] sepulchrû Deboræ, à meridie Iarepi [illegible] Anathoth, à septentrione Remmon. Verû antiquis fuit sola Giscala [illegible] Galilæa nota est. oppidum fuit munitissimum, [illegible] Iosephus l. 4. c. 4. Bell. Iudaici: ex hac oriûdum Paulum arbitrantur. Solus Hieronymus Giscalæ Iudææ sitæ meminit. Ille tamen hanc de patria Apostoli narrationem fabulam appellat. in suam Epistolam ad Philemonem scribit: *Quis sit Epaphras concaptiuus Pauli talem fabulam accepimus. Aiunt Parentes Apostoli Pauli de Gyscalis regione Iudea fuisse & cos cum tota prouincia Romana vastaretur manu, & dispergerentur in orbe Iudæi, in Tarsum vrbē Ciliciæ fuisse trāslatos, Parentum conditionem adolescentulum Paulum secutum: Et sic posse stare illud, quod de se ipse testatur: Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt: & ego: semē Abrahę sunt: & ego. & rursum alibi: Hebræus ex Hebræis. & cætera, quæ Iudæum magis indicant, quam Tharsensem. Quod si ita est, possumus & Epaphram illo tempore captum suspicari.*

Ne vero contradicere sibi videatur, ita intelligendus est, vt ex Giscala originem maiorum eius ducere iudicetur, non autem Paulum ipsum iude [illegible] captiuos abductus.

Ista Hieronymus fabulam appellans, & reuera fabulam esse testimonio Pauli satis constat, qui *Act.* 21. 38. *Ego sum vir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, non ignota ciuitatis municeps.*

Ne vero verba illa de sola habitatione, & iure accipiamus, impedit idem Paulus act. 22. 3. Nam priore loco cum dicit: ταρσεὺς τῆς κιλικίας ὀυκ ἀσήμου πόλεως πολίτης, *Tarsensis non ignotæ ciuitatis ciuis, quod esse poterat etiam Giscalis* natus. At posteriore dicit: ἐν ταρσῷ γεγεννημένος. *In Tarso natus*, quod alio torqueri non potest. & ne dubitemus, ius fuum asserit, *act.* 22. 28. Cum enim Tribunus diceret: ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην. *Ego magna summa ciuilitatem illam nactus sum.* Respondit Paulus: ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι, *Ego autem & natus sum.* Romanus omnium ciuis, Tarsi ergo non Giscalis, [illegible] enim, non hæc ciuitas Romanum erat municipium. Neq; sane tempora conueniunt: Paulus enim circa Augusti annum 44. natus est, quo tempore nulla Iudæa est ab Romanis vastatas illata, ab Herode amico Augusti gubernabatur, nullû cum Romanis bellum erat. Et alioqui parum consentaneum moribus Romanis captiuos continuo ciuitate donatos, cum Tribunus magna pecunia ciuilitatem redimere sit coactus.

Ne[illegible] tamen negauero Giscalæum fuisse Paulum; [illegible] maiorum origine, siue illa Giscala, [illegible] Galilææ, fue in Beniamitica. Nam tempore [illegible] græcorum, & Romanorum Iudæi οὐκ extra [illegible] modo, sed & in ipsa habitatione sæpe [illegible]. Qua vero occasione aut eius parentes, [illegible] Tarsum venerint, ignotum est.

[illegible] Romanus igitur ciuis Paulus, Tarsi filius, [illegible], patriæ suæ grande decus. Tarsus autem

vrbs [illegible] est, quæ cum piratici, [illegible] d[illegible] lo, [illegible] infamis fuit, & prouerbio [illegible] bus nl[illegible]busac[illegible] nsa.

Καππαδοκες, κ Λικες, κρητες τρία καππα κάκιςα.

Cappadoces, Cilices Cretes, tria pessima cappa.

In [illegible] hos tamen populos Tarsus morum, & atrium [illegible] studijs nobilitat semper floruit, Athenarum & Alexandriæ æmula, & sæpe victrix. vt Strabo auctor est, l. 14. Geograph. Hinc Antipater, Archidemus, Nestor, Artemidorus, Diogenes, Diodorus, alijq; nobiles phil[illegible] hi. Conditam à Perseo Danaes filio, fabulæ narrant. Qui verisimilius de origene il[illegible] us loquuntur: opus Sardanapali regis Assyriorum asserunt, cuius monumento incisum esse dicitur: *Tarsum & Anchialen vno die ab ipso exstructas.* Iosephus l. 1. Antiq. antiquiorem facit, à Tarsoenim Iapheti nepote conditam putat, à quo & nomen habeat. Genes. 10. Iapheth generat Iauan, vnde Iones, hic Elisam & Tharsis, *ab his diuisæ sunt insulæ gentiū*. Iauan vocatur à 70. Ἰωνᾶν, vel ἰωνᾶς, vtroq; enim modo scribunt. Illorum posteri Ionicam, deinde Cyprū, Rhodū, Græciam, Italiam, &c. occuparunt. Quod Tarsum nonnulli à siccitate dictâ putant, refutatur ex Strabone c. 15. r. à amœno, & irriguo loco est. Qui à figura, seu planitie, ad fabulas alludunt, non dubium est veram esse Iosephi sententiā dictam à תרשיש Tharschisch Iauanis filio. Nec mirū si aliquando euersa, aut collapsa ab alijs vel restaurata, vel amplificata est, vt plures conditores & quasi parentes recenseat. Dicta etiam aliquando est ταρσὸς & ταρσία, & ταρσεία. atq; etiam ταρσαὶ, & ἱερά. Nec hoc omittendum est, hue non pertinere Tarsiauam, seu Tarsiom, nam vrbs est Carmanio mediterranea, procul Cilicia. Nostra Tarsus posita est ad Cydnum notæ claritudinis fluuium, qui ortus ex Antitauro Taurum secat, atque per Tarsensem planitiem delatus non procul ipsa vrbe mari infunditur.

§. 3. Ciliciæ porro à Cilice Phœnicis filio dicta, à gradu 63. longitudinis, vsq; ad 69½. tenditur, latitudo littoris maxime meridionalis est gradunm 36⅓. & ad gradū 37½. porrigitur. Ab oriente monte Amano, à septētrione, Tauro, ab occidente Pāphylia, & Eurymedonte flumine, à meridie Cilicio mari clauditur & nobilem insulam Cyprum obiectam habet. Tota itaq; παράλιος & maritima fuit, negociationibus, deinde & fraudibus dedita fuit. Vastata Asia Piraticam fecit. Piratas Pompeius vicit, & agros in mediterraneis dedit, ne maris vicinitas ad consuetas prædas inuitaret: Atq; hoc argumento Iulios, pro suorom veterauorum premijs vtitur apud Lucanum.

An melius fient pirata Magne coloni?

Ciliciū opera vsum constat Pompeiū, Lucanus l. 3.

Itque Cilix iustā, iam non pirata, carinā.

Verùm mox victori Cæsari adhæsit, & Tarsus contra Pompeianas partes fortiter pugnauit, adeo vt Iuliopolis dici voluerit. A Cassio vehementer afflicta est, ciues venditi, ab Aotomo liberata, immunitatē à tributis cōsecuta est, cioca in libertatē edicto asserta. ita Appianus. Vide & Dionem l. 47. Quid egerint mortuo Iulio scribit Cassius Ciceroni è Cypro, l. 12. Epist. 13. *Dolabellam vt Tarsenses pessimi Socij, ita Laodicensi multo amentiores, vltro accersierunt; ex quibus vtriusq; ciuitatibus Græcorum militum numero speciē exercitus effecit.* Consuli poterit, & Dio. Chrysost. Tartica. Hinc in eas Augusti fauor, hinc ius Romanæ ciuitatis, quo Paulus aliquando vsus est, non tormentorum aut mortis ignauo metu, sed cum diuino Spiritu afflato expedire vi[illegible]

Fabula de Gyscali.

Non natus Paulus.

Paulus quomodo Giscalæus.

Ciliciæ infamis.

Tarsi origo.

Diuersi conditores.

Cilicia.

Paulus vsus iure Romano.

Adams Contexn in Epist. ad Rom.

Primo quidem apud [illegible] penses ad [illegible] magistratuum iniustitiam. Deinde apud [illegible] anũ, ne tanquam temp[illegible] violator crederet[illegible]r. Deniq; apud præsidem & Romæ, qua[illegible]te ædificat[illegible]onis, & diuinæ ordinationi [illegible] habita ra[illegible] fuit. Ostensumq; Episcopos, & sacerdotes sit [illegible] religionis detrimento [illegible] [illegible]oilis præsi[illegible]io, & Impera[illegible]orum benefi[illegible]ijs vt poss[illegible] Quod ver[illegible] toties [illegible] g[illegible] s cæsus, lapidatus, vinctus, verberibus [illegible] gitatu[illegible], cum [illegible] cibo [illegible] eximere suppl[illegible]ijs posset [illegible] suum [illegible], & [illegible] ia atrocia animo heroico tulit, [illegible] vi[illegible]ctis fuit. Tantus amor Christi, tant[illegible] animi robur, de quo merito dixeris illud Hesi[illegible] [illegible] ἀδάμαντος [illegible] κρατερόφρονα θυμόν. *Adamantis habent dura tolerantem animum.*

QVÆSTIO III.

Quando natus Paulus?

1. RES in tanta vetustate obscura est annos incertus. Probabile tamen est, anno Christi primo vel incepto secundo, præconem Christi natum esse. Chrysost. oration. de Petro & Paulo. *τριάκοντα πέντε ἰδούλευσε τῷ κυρίῳ μετὰ πάσης προθυμίας, τελέσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας δρόμον, ἀνεπαύσατο ἐτῶν [illegible] ἑξήκοντα ὀκτώ. Triginta quinq; annos domino seruiuit, cum omni promptitudine animi, perficiens vero pietatis cursum anno sexagesimo octauo ætatis conquieuit.* Cum ergo anno domini 69. martyrium obierit, Christo annis 35. seruierit, anni 34. aut 33. priori vitæ relinquuntur. Verba Chrysostomi priora sic vertit Vossius. *Triginta quinq; annos summa ad seruiendum alacritate domino mancipauit. Ita; δουλεύειν vertit, in seruitutem redigere, quod vtcunq; toleretur, longè tamẽ à Chrysostomi mente recessit. Quia vero de anno Martyrij Pauli non conueniunt, efficitur quoq; incerta hæc ratio temporis.*

Vossij versio.

Alio modo alij de eius ætate, sed incertis documentis & coniecturis meris disputant.

Baronius t. 1. in anno Christi 36. *Non esse, ait, quod quis sententiam illam Chrysostomi de triginta quinq; annis, inuiolabili tenendam fide esse existimet: Siquidem idem ipse Chrysostomus alibi vix triginta annorum spatiũ eidem Paulo à conuersionis tempore vsq; ad obitum tribuit: accipe rogo, quæ ipse dicat Hom. 4. de laudibus Pauli hisce verbis: Vix triginta annorum spatio, & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos & Scythas, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorsus humanum genus sub iugum mitteret veritatis. &c. quibus cum videas, non esse sibi constantem nihil est quod quis figere pedem, aut inniti valeat dicta Ioannis Chrysostomi de tempore conuersionis Pauli asserta sententia.* Verùm de anno conuersionis res omnino incerta est, hoc solum constat fuisse, cum Stephanus lapidaretur νεανίαν, adolescentem, seu iuuenem. at c. [illegible]. act. Ananias eum virum vocat. In re dubia nihil statuo, maiorem 14. annis, m[illegible]rem [illegible]4. æstimo fuisse.

QVÆSTIO IV.

Quando dictus Paulus?

1. OCtauo die circumcisus dictus est patrio vocabulo & inter Iudęos v[illegible]at *Saul siue Saulus* Hebraice שאול *Schaul*, quod [illegible] est, no[illegible] contractis in diphthongum vocalibus significat autem postulatum, [illegible] pro varietate punctorum. Latini & Græc[illegible] [illegible] vocales [illegible] coalescentibus in vnum vocalibus: [illegible] [illegible]ilam regem semper [illegible] nant [illegible] du[illegible] [illegible]bis. Eandem nomenclaturam & Syrus

Nomen Pauli.

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] per [illegible]

§. [illegible]

& dictus [illegible] h bus, [illegible] stea vsurpa[illegible] am [illegible] actis [illegible] vs[illegible] ad c. 13. v. [illegible] Saulus, [illegible] Saulus [illegible] Paulus, Syrus: Paul [illegible] est פּילוּס *Paulaut, seu Paulens.* Abe[illegible] [illegible] Paulos, nunquam [illegible] minatu[illegible]

§. 3. Origenis in præfat[illegible] sententia est [illegible] nomen vtrunq; [illegible] diu[illegible] [illegible] ne [illegible] tiũ, ab Hebræis Saulus, [illegible] Græcis [illegible] ceretur Paulus. Alij vtroq; nomine vocatu[illegible], vt Saulus Hebræam o[illegible] iginem, [illegible] Romana[illegible] dignitatem prote[illegible] Verum h[illegible] po[illegible] ius [illegible] pe[illegible] lionis filii vi[illegible] [illegible] est, [illegible] R[illegible]anum præpos[illegible] [illegible] [illegible] ne nomen vtrunq; [illegible] fuit. c[illegible] tudine Romano[illegible] m & Græcorum [illegible] est, vt ad con[illegible] am [illegible] suæ linguæ Hebræum nomen deflecterent. [illegible] a pro Io[illegible]ph, Miriam, A[illegible]as, dicere sol[illegible]nt Io[illegible]phus, Mariamne, Ana[illegible]us. Et pro Saul, Saulus.

An in circumcis. sive dictus Paulus.

§. 4. Augustinus in conuersione ipsum sibi nomen sumpsisse mauult. De spiri[illegible] [illegible] rac. 7. *Ideo Paulus Apostolus, qui cum Saulus prius vocaretur, non ob aliud, quantum mihi videtur, hoc nomen elegit, nisi [illegible] ostenderet paruum, tanquam minimum Apostolorum, [illegible] tum contra superbos & arrogantes & de suis operibus præsumentes. pro commendanda ista Dei gratia fortiter atque acriter dimicans. Ephem. 18. E[illegible] [illegible], vt Sau[illegible] deposita tunica veteris peccati panno [illegible] [illegible] [illegible] ea, vt deposita ista tunica, acciperet tunicam humilitatis, & fieret de Saulo Paulus. Quid est Paulus [illegible] minimus. [illegible] enim, sum minimus Apostolorum. Ecce quid est Paulus. Paulum enim latine modicum est. Sic loquimur, quando dicimus, post paulum videbo te: Paulo post faciam illud. &c. Quare ergo Paulus? quia modicus, quia nouissimus. Ego enim, [illegible] [illegible], sum nouissimus.*

An in conuersione.

Paulus nomen humilitatis.

Itaque [illegible] [illegible] posito nomine, submisso etiam supercilio Pharisaico, [illegible] [illegible] [illegible]propè [illegible]cepto, factus est pa[illegible]us, ex Saul[illegible] m[illegible]atus in [illegible]lum, vt Augustinus existimat.

§. [illegible] Multi à S[illegible] o Paulo nomen accepisse existimantur [illegible] [illegible] duobus [illegible] s. Vel nomen esse mutuat[illegible] [illegible]o, quin[illegible] v[illegible] s[illegible] [illegible] victores, vt dicere[illegible] A[illegible]cani, Numi[illegible], [illegible], Germani[illegible] Hæ[illegible] [illegible]onymi [illegible] in E-pist. ad Philemonem. *Diligenter [illegible] de quod hic primum Pauli nomen acceperit Vt enim [illegible] ubiecta Africa, Africani sibi nomen assumpsit & Metellus Creta Insula subiugata insign. Cretici sua familia reportauit, & Imperatores nunc [illegible] Romani ex subiectis gentibus, Adiabenici, Parthici, Sarmatici nunc [illegible]pantur. ita & Saulus ad prædicationem gentium [illegible]us, à primo Ecclesiæ spolio proconsule Sergio Pa[illegible] [illegible]oria sua trophæa retulit, erexitque vexillum, vt [illegible]aulus [illegible] ex Saulo. Eadem habet tract. 72. sup. Psal. B[illegible] in c. [illegible] ad [illegible].*

Paulus à Sergio Paulo.

Obstat [illegible] sententiæ, quod [illegible] tot magnates, qui nomen dederunt, & manus Euangel[illegible] [illegible]o Apostolo [illegible] nomen contulerit [illegible] non [illegible] [illegible] instantiæ factum ac [illegible] re non dub[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Dei Spiritu plenus conuer[illegible] [illegible] principis & prudentis atq; adeo diuinæ gratiæ me[illegible]riam nomine [illegible]guare, nec in se, sed d[illegible] gloriari.

Vel quod erat [illegible] terũ, Paul[illegible] honoris cau[illegible] [illegible] procõsulis adscitũ. nominis [illegible] ore d[illegible], more Romano. Ita Baronius [illegible] an [illegible] h[illegible] dictus est Flauius [illegible] [illegible] ne [illegible]

...modi nominum ... prænomen aut cognomen familiæ ... dicebatur.

§. ... o ipso nomen illi mutatum existi- ... uerlione, ... paulo post. Ita Chrysostomus ... de conuersione Pauli: *Ipsum nomen non ab hominibus, sed à Deo impositum esse, vt olim Patriarchis Abrahamo, Iacobo, deinde Petro, Iacobo, & Ioanni.*

Ne aliud sensit Augustinus, cum dicit: *Paulum hoc nomen elegisse*: Nempe non solius animi arbitrio ... d Dei iussu. Hactenus sanctorum ratio in sacris litteris inuenitur, vt non sua voluntate, sed Dei ... nomina mutarint, vt scriptura docet. Non ... nominis mutatio nō fit arbitraria, sed quod ... scriptura nemo mutasse nomen, nisi iussu diuino inuenitur, & quod in Paulo singularis ratio erat ... expediebat enim à tota Ecclesia cognosci ... quante persecutor fuerat. Act. 9. à ... Saulus appellatur. Itaque quærere solent, cur si in conuersione nomen mutatum est, non continuo sit vocatus Saulus? Facilis est responsio. In principio nomen Pauli non nisi paucis erat cognitum, ideoque Saulus cominabatur, at postquam Antiochiā discessit, & Sergium conuertit, iam ita vulgatum erat, vt nemo pene nesciret. Quamuis mihi omnino probabilius videtur nomen ... traditum, cum initio erat Act. 13. Nam adhuc eiam eodem capite v. 2. Spiritus sanctus eum vocat Saulum.

§. 7. Mutasse nomina aliquando Christianos legimus, sed alia causa, ita Eoseb. l. 8. c. 21. De quinque martyribus. *Deinde vbi pro proprio nomine prophetica cuiusdam nomen ab eo acceperat, hoc enim ab illis factitatum erat. quod pro nominibus idolorum, quæ erant forte à parentibus ipsis imposita, noua nomina, facta mutatione, sibi adsciuissent: Heliæ enim, Ieremiæ, Esaiæ, Samuelis, & Danielis nomine seipsos nuncupasse, & Germanum et verum Dei Israelem, qui Iudæus erat in occulto, non solum rebus ipsis sed nominibus propriis, & significanter explicatis commonstrasse audire potuisses.*

Nunc etiam memini nomina à multis mutari solita etiam in confirmatione.

§ 8. Pauli nomen nonnulli פעל *Paghal fecit*, alii à παῦω & αὐλὴς dedocunt, qui tenuitatione non egent. Plus rationis habent, qui ad פלא *phala* referunt, & mirabilem dicunt, ita Hieronymus. Res sane conuenit, vere enim admirabilis Paulus, & operum mirabilium in omni genere effector. Hinc & Hesychius Παῦλος, inquit. θαυμαστὸς ἢ ἐκλεκτὸς, σύμβουλος. *Paulus mirabilis, vel electus, consiliarius*. Non ait Hieronymus Romanum aut Græcum nomen ab Hebræo esse: nam significatio nimium diuersa est. Sed si ad Hebræam linguam reuocetur, mirabilem significare. Est vero etiam *Phala* arduum, absconditum, separatū esse. An & Pauli nomen sit Gen. 46. 19. & 1. Par. 5. 3. פלוא *Phal'u* filius Ruben. An dici possunt à פול *Faba*? vt ... bus apud Romanos? an huc referendum *Phul* nomen Assyrii Regis 4. Reg. 15. 19. & 1. Par. 5. 26. N... si Latina terminatio addatur, Phaulus vel Ph... se ... ne e nomen debet. quod ... ne pro ... vel ... po atur. Valde illa mutantur. Arabes *Phaulum* & *Phetrum*, non Paulum, Petrum appellant. Hæc forte non necessaria, ad Hieronymi ... fe ... sunt. Eum Erasmus ... liter carpunt, quod nomen Romanum ... more exponat, cum non constet, ab Hebræis nun venisse

QVÆSTIO V.

Qualis corporis forma Paulus?

§. 1. DE magnis etiā parua scire pulchrum est. Itaque & lineamenta corporis considerare, non erit ab instituto alienum. Describuntur illa ab impio Luciano in Philo. & S. Chrysostomo. Luciani verba sunt. *Quando autem me Galilæus ille recaluaster conuenit, naso aquilo, qui in tertium vsque cælum per aerem ingressus est, quæ optima sunt & pulcherrima inde didicit: per aquam nos renouauit, in beatorum vestigia nos insistere fecit, & ex impiorum regionibus nos reduxit.* Hæc ille Christianorum fidem de iustitia, & spem irridens. Illis autem verbis describi Paulum ab irrisore manifestum est, quod tertii cœli mentionem faciat. Galilæum falso appellat, quod omnes alii Apostoli Galilæi putarentur, ex Iuliani & Porphyrii scriptis constat, Galilæorum nomen quasi contumeliosum omnibus Christianis tribuentium. Chrysostomus oratione in Petrum & Paulum, pluribus eum describit. *Paulus corpore paruo erat, & contracto, & quasi incuruo, atque paululum inflexo: facie candidā, annosque plures præ se ferente: capite modico: oculus multa inerat gratia supercilia deorsum vergebant: Nasus pulchre inflexus, ideoque longior. Barba densior, & satis prolixa: eaque non minus quam capitis coma canis respersa erat.* Sine dubio illa à veteribus scriptoribus, aut potius ab authenticis, & notis picturis patriarcha ille habuit.

Quod si Philosophi & Physiognomici perpendant, naturam inuenient, prudentiæ, fortitudinis, comitatis, iracundiæ indicem: corpus tamen infirmum, & pene contemptibile: nam & Ipse hoc fatetur, quod tamen fames, sitis, frigus, iniuria, ieiunia, vigiliæ, pericula, plagæ reddiderunt multo magis inualidum. Verum Dei gratia à corporis instrumentis nō pendet. Qui potest de lapidibus facere filios Abrahæ, potest etiam de corruptissima natura facere integerrimam. Neque locum habet, quod dici solet:

Naturam expellas furca tamen vsque recurret.

Furca ramos torquet, vtique cohibet, gratia naturam ita sanat, vt sponte ducem sequatur. Ἀ'μήχανον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. *Arduum est celare natiuos mores*: verum Dei gratia cum malos regenerat, cum innouat naturam, vt mores pristinos non modo tollat, sed bonorum etiam iofecat sementem. Hoc ideo adiect, quod Pauli natura vt animosa & affabilis est, ita quoque iracundiæ indicia proferat.

QVÆSTIO VI.

Quando conuersus Paulus?

§. 1. TRibus modis quæstio intelligi potest. 1. Quo anno suæ ætatis. 2. Quo anno Christi. 3. Quanto temporis spacio à nece Stephani. De ætate supra dictum est, nihil esse certi. Baronius anno vigesimo quinto Serarius anno 33. conuersum existimat. Quorundam tamen error reuincendus est, qui ex eo quod act. 7. 58. dicitur *adolescens* & νεανίας concludunt iuniorem fuisse pictores etiam plane adolescentulum pingere solent custodem vestium eorum, qui Stephanum lapidabant. Nam adolescentes & iuuenes dicuntur, & νεανίαι, qui constantem, aut consistentem ætatem nondum attigerunt. Ciceronem, ... fuisse

Marginalia: A Deo mutatu[m] Pauli nomen. — Forma Pauli. — Physiognomia Pauli. — Nomina mutabant quandoque Christiani. — Originatio nominis. — Paulus quid significet. — Arabes Phaulum. — Adolescens.

fuisse annorum 27. doret Gel ... ss ... or tienat ... adol ... centiam excusa ... l. 3. ann. A ... m Drusum ... qu ... menti ... q ... 36. ann ... etiam ... infirmita ... uer ... co ... matu ... Et vitriane ... quib ... Poe ...

Insanum manus ... ardens Lutus in H spe-

Idem de ... dicendi ... eft. Vbi ... tacta tribuitur.

... Nec fert ... veri ... *ero sumetis vis experire* ... num, Galenum ab ... *tem ado ... entulorum*, q ... ignificatione Paulus non ... dici posse ..., verum etiam ...

Stephani martyrium §. 2. Stephanus post ascensionem lapidatus est, anno eodem. Ita Martyrologium Romanum: *Hierosol ... mu dies natalis, &c.*

... dem ... in veteri Romano Martyrologio habetur ... Beda, V ... ardus, Ado, alii: ... Fulgentius Hom. de S. Stephano.

... itaque etiore ... Nicephoro l. 2. ca. 3. & G ... parte 4. annal. vbi Euodii & Hippolyt ... fet ... post ... Stephani ... menses enim pro anno po... ... tempotis ...

Ratio temporis. ... Pauli conuersio differatur. Anno Tib... 18. Caio Domitio Æ... barbo ... Nepote, v. ... Tacitus ponit Camil... ... mortem ... nostrum redemit, cum annum ageret 34. Fames vero quæ incidit in annum 2. Claudij, facta est anno Christi 44. vt ex annis Tiberij, Cai, Claudij tanquam certo statuo. Si igitur Paulus annos septem à passione ex hoste vetitari factus est assertor, conuersio ... anno 41. ... hoc vero ... pugnat. Paulus enim Da... sco fugiens ... Arabia. post eos venit Ierosolymam, vbi insidiis Iudæorum ... Cæsaream, inde profectus est Tarsum, & post tres annos à Barnaba reductus Antiochiam, ... inprimis Achabus Propheta. Q... Paul annis tribus, quibus fui... Arabia, tribus aut pene quatuor quibus Tars... datur tempus, quo fuit Damasci, Ierosolymis Cæsareæ, ... annum interpassionem Domini & conuersi... famem anno Claudii secundo futuram prodicere Achabus non potuisset, cum iam plures anni transissent.

§. 3. T... pur breuius ... Stephani mortem, & ... conuersionem alii plerique faciunt, alii menses ..., vt ... icolaus Serarius, alii tredecim, ... Baronius ... quia tabulæ Ecclesiæ ... tradunt conuersionem Pauli contigisse anno secundo ab asc... Hoc fieri non posset, si ... phanum lapidatum, & ... conuersum ponamus. Respondent ... annum ... secundum vocari, non quod iam in eg... annos tran... it, sed quod annus ... numerari ... nam ... ensio fuit anno 34. conuersio ... ita nunc quidem annumeramus: v... rum B... antiquitas Martyro... ... Dionysium Exiguum, quem huius calculi auctorem facit Cassiodorus. V... non coe...

fen... ... mento ...

Altera Bat... est. Quod ... mente ... tur ... quæ Lucas ... Ananias ... Da... cum ... 48. milliarium, ... stianorum ita auget, vt ... iam ... mat Paulo deinde pro... ... ceptus literis Dama... cipit verbum Dei, quo cognito Apostoli ... & Ioannem eo mittunt. ... tanta conuersio, plus temporis exigi... que probab... videri posse ... sunt. Ananias en... ipso ... alius Iudæus Iero olymis esse potuit & Spi... sanctum accepisse, nam ... multa ... rum ... non ... nobilissimam esse persecutorem missum. Paulus vero ibat, vt si quos inuenisset huius viæ viros & mulieres, perduc... ... nam. Cum enim ipso die Pentecostes ex omni gente adessent Iudæi & proselyti, etiam postea in omnem gentem dispersi sunt, nec magnæ multitudinis erat fama, quomodo alioqui perduceret Ierosolymam. Itaq; Paulus aliquamdiu Ierosolymis grassatus, etia... Damasci ... gionem in hebria secare ..., ... maturauit. Samariæ quæ pene suburbana Iudæis erat, etiam cito verbum Dei recepit. Celeritas ... ratione indicatur act. 8. §. *Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa, quæ faciebat. Multi enim qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna exibant. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Et v. 14. Audientes Apostoli, quod Samaria recepisset verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.*

Ananias quando venerit Damascum.

Samaria conuersa.

Cum vna concione Ierosolymis tot millia conuersi sint, vbi tamen Pharisæi, & Pontificum violentia obstabat, cur non ... fieri poterat Samariæ, vbi iam erant Christi ... Quis ... tot tredecim men... Apostolos ... Statim enim vt audierunt Samariam ... recepisse verbum Dei Apostoli ...

§. 4. Verior itaque sententia est. Paulum mox à dispersione, cum videretur Ierosolymis satis eligio oppugnata, ad iter se ac... Nam ipsa narratio, & feruor tam discipulorum, quam præposterus Pauli zelus festinationem requirebat: Videbant enim vno die multa millia Euangelio adiungi, quid igitur Damasci timendum, si post menses tredecim demum remedium adhiberetur?

QVÆSTIO VII.

Vxorem ne Paulus duxit?

§. 1. Clemens Alexandrinus l. 3. stromatum, vxorem habuisse, sed more aliorum Apostolorum deseruisse ... *& non habuisse vxorem.* Imo negat Paulum ... vxor ... quod ... poteſt, vel quod *exiguo & ... ministerio indigeret*, vel vt *expeditior ad ministerium esset.* Eadem est sententia Chrysostomi lib. de virgini... cap. 41. I... gnatius ... Epistola ad Phila... lph. Pe... lum & cæteros ... vxore ... habu... se, quamuis Paulus ... dice ... esse, qui ... ibant. ... Origenes, E... Augustinus, Theodoretus, ... Haimo, Oecumenius, ...

Clementi & C... cæteriq; ... uatorú consentiunt, quasi in ... Euangelij coniugium Pauli faciat, quam ... Caluinus & Beza non magni hoc argumentum faciant, quod plus abdicatione thori coniugalis lædi causam suam, quam nuptiis iuuari arbitrentur. Verum positis præiudiciis rem ipsam consideremus.

Paulus ... caelebs ... ... mansit.

§.2. Matrimonium contraxisse eo tempore, quo religionem amplexus ad apostolatum vocatus est, nemo est qui tradat. Quæ enim ratio permittat, vt tempore ærumnosissimo, quod totum in prædicatione verbi, in fame, siti, periculis omnibus transegit, noptias, liberos, familiam cogitasse eum dicamus? Caluinus & Beza tempus hoc vxori ducendæ alienum iudicant. Quod argumentum eo efficacius est, quod cæteri apostoli illo tempore vxores reliquerunt, nam inter relicta, etiam censentur vxores. An ergo quæreret in apostolatu Paulus, quod alii propter apostolatum reliquerunt? itaq; patres, qui vxorem habuisse censuerunt, eam reliquisse existimarunt. Nam 1.Cor.7.8. se illis accenset, qui vxorem non haberent: quod Caluinus etiam accurate notauit.

... fuit

§.3. Nunquam eum coniugio deuinctum, sed ἄγαμον & cœlibem fuisse semper inter alia suadet veterum auctoritas. Tertullianus de Monogamia c.3. *Illud etiam amplius Paracletus hodie determinasset, vt ne vnis quidem nuptiis feruorem carnis despumare permitteret. sic quoque nihil noui inducere videretur; ipso domino spadonibus aperiente regnum cœlorum, vt & ipso spadone, ad quem spectans apostolus, propterea & ipse castratus continentiam mauult.* Hæc ille quidē, iam male de nuptiis sentiens, sed antiquitatis prærogatiua non contemnendus. Et de exhortatione ad castitatem c.4. *Quum vero nos ad exemplum suum hortatur, vtique ostendens, quid nos velit esse, id est, continentes pariter declarat, quid nos esse nolit.* Et l.1. ad vxorem cap.3. *Cæterum nusquam ita nuptias permittit vt non potius ad suum exemplum nos eniti malit. Fœlicem illum, qui Pauli similis exstiterit.* Imo vero castitatem etiam latiùs ad cæteros apostolos extendit, de Monog. cap.8. *Petrum solum inuenio maritum, per socrum, Monogamum præsumo, per Ecclesiam quæ super illum ædificata, omnem gradum ordinis sui, de Monogamis erat collocatura.*

Tertullianus.

Augustinus de viduit. c. 4. & lib. de opere Monach. c. 4. Hieronymus lib. aduers. Iouinianum. Et Epist. 22. ad Eustochium, & Epist. 52. Negat audiendos qui Paulum habuisse vxorem cōfingunt.

Augustinus

Epiphanius. Epiphan. hæresi 70. *Omnino quidem grassatores & ad libidinem conuersi, & corruptam opinionem in se habentes, etiam sanctos polluere volunt ad honestam excusationem praua ac infirma suæ opinionis. Ad quos dixit Apostolus: Vellem quidem omnes esse sicut meipsum. Meipsum vero quomodo dicit, præterquam propter castitatem?*

Idem affirmat hæresi 30. & ea dictis Ebionis probat. Et satis Paulus ipse docet. Nam 1.Cor.7.7. cœlibem se fatetur: *Volo autem, inquit, omnes homines esse, sicut meipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo. Et v.8. Dico autem nuptis & viduis: Bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego.*

Hieronymus.

Hanc sententiam de cœlibatu, & continentiā Pauli interpretatur Hieronymus Epist. 22. ad Eustochium, & ad Ageruchiam. Augustinus de opere monachorum c. 4. & lib. de adulterinis coniugiis c. 4. Quin etiam multo ante ita intellexit Cyprianus l. ... testim. c. 32. Et mirum sane est aduersarios castitatis Pauli verba deprauare, cum eorum ... ipili, de cœlibatu illa ipsa interpretentur.

Beza. Beza f... orum hanc ... Nam *optarim omnes non modo ad aliquod tempus posse carere vxoris consuetudine, sed etiam exemplo meo penitus posse vincere, sed hoc non est omnibus datum. A scopo vero aberrare arbitratur, qui somniant apostolum hic agere de longiore, vel perpetua inter coniugatos à mutua coniunctione abstinentiá.* Verum & sibi ipsi & veritati pugnat, cum enim sese ipse exemplum proponat auctor, & hortator ad castitatem, cum omnes esse cupiat, qualis ipse erat; ideo enim non nubere virgines optabat, vt essent, sicut ipse, quomodo in matrimonio viuebat?

Paulus cœlebs.

Lutheri figmentum.

§. 4 Lutherus tamen in Symposiacis non vno loco, & in Epithalamio. Iudæorum fuisse consuetudinem fingit, vt ad matrimonium adigerentur omnes, eam in Paulo seruatam esse legem, neque hoc tempore refixam, sed retinendam. Non audiendus tamen ille quem libidines suas furentes defendentem refutauit consuetudo Iudæorum, & gentium. Iudæis nulla lex coniugii præscripta est. Liberæ fuêre nuptiæ, nullus Scripturæ apex, nulla historia in leges maritales adigit. Sox cuique fortunæ vel in thoro geniali, vel cælibe permissa est optio. Quin ipsi quoque castitatem venerati, & quandoque amplexi sunt. De Pharisæis Epiphanius recenset, lib. cap. 16. *Quidam ipsorum*, inquit, *cum se exercebant, præscribebant decennium, aut octennium, aut quadriennium virginitatis & continentiæ.*

Adiri abdea eorum, nec faciles exercitationes adducit, vt facile appareat, nubendi eos nulla lege constrictos. Laudem etiam & venerationem sibi dilato in maturam ætatem matrimonio multi conciliabant.

Nec contemnenda, quæ Iosephus de Banno, suoque apud eum exercitio, & carne domita, extinctisque illecebris commemorat. Quis vero nuptiarum tempora præscribat, eum & natura, & Aristoteles l. 7. polit. cap. 16. maturam requirat ætatem?

§. 5. Clementis producitur auctoritas, & Ignatii: hinc concludit Etasmus. *Sed vtrum potius æquum est accedere Clementi & Ignatio, quorum ille Petri comes fuit, hic Marci Euangelistæ discipulus, an Chrysostomo, qui tanto interuallo remotus fuit à temporibus Apostolorum?*

Clemens, & Ignatius.

Facilis in re perspicua responsio. Quamuis Clemens ita sentiat, atque ea eo Eusebius l. 2. cap. 24. & Nicephorus lib. 2. cap. 44. testimonium citent, non tamen præiudicant veritati. Clementinis enim illis auctoritatem censura Gelasii minuit, & Nicephorus historiam duntaxat enarrat. De Ignatii testimonio supra monui in Vaticano codice non haberi. In exemplari vetusto Oxoniensis bibliothecæ abesse testatur Richardus Maleus & alii, Baronius Tom. 1. anno 57. testatur plura exemplaria in Vaticana Sfortiana non habere illa verba: *Paulum & alios apostolos.* Serarius in Paulo, etiam omissa ait in Vngarica & Florentina Bibliotheca. A Græcis ad nuptiarum Clericalium patrocinia adiectum videtur. Hieronymus, Theodoretus nullam in hac disputatione Ignatii mentionem faciunt, ne Iouinianus quidem, qui omnia tamen pro nuptiis contra virginitatem collegit, illa auctoritate abusus est.

§. 6. Nonnulli Paulum putant ideo viduum fuisse, quod viduarum mentionem faciat. Verum nec verba, nec textus connexionem illi perpendunt, de omni cœlibatu agit, vt constat

ex

[illegible] non [illegible] mulierem [illegible] & [illegible]

Mulier soror

[illegible] vxor [illegible] Weib/ [illegible]

I[illegible] C[illegible] de Mo-[illegible] Nec enim si per ei [illegible] pro con[illegible] vocabu-[illegible] matrimonii [illegible] magna aposto-[illegible], velle videretur dicere. Non enim [illegible] vxore circumdu-cendi sicut ceteri [illegible] ea subiunxit, quæ [illegible] manifestam eius ostendunt: dicens [illegible] non enim potestatem habemus manducandi & bibendi: non vxores [illegible] at ab Apostolis circumdu-ctas [illegible] qui [illegible] habent, potestatem tamen mandu-candi & bibendi [illegible] sumptus mulieres quasdam [illegible] suis sumptibus ministra-bant A[illegible] circumdu-cebant [illegible]

[illegible] licebat Apostolis vnbere [illegible] ducere, licebat & de Euangelio [illegible] vxores [illegible] dicebat [illegible] mulieres [illegible] uxorem [illegible] appellat [illegible] quod [illegible] Nunquid non habemus potestatem [illegible] vxores circumducendi [illegible] [illegible]

[illegible] communicare [illegible] praepo[illegible] bonis [illegible] Eury heius loqui [illegible] fratre[illegible] verunt.

§. [illegible] verba Pauli ad [illegible] Ar[illegible] pretenditur [illegible] & [illegible] sit [illegible] Chrysostomus interp[illegible] fratrem aliquem earum, aut maritum [illegible] vocat Supra [illegible] P[illegible]

Pergit C[illegible] proprium illi [illegible] terest, sive hoc sive illud [illegible] habenda.

Nec vi[illegible] mulieres co[illegible] γυνὴ nomen [illegible] quispiam [illegible] Græce [illegible] V[illegible] tuu[illegible] app[illegible]

[illegible] mus [illegible] tan [illegible]

Mulierum administra-

[illegible] de opere [illegible] patet Roma[illegible]

[illegible]

QUÆSTIO VIII.

Quæ fuerit [illegible] Pauli

§. 1. M [illegible]

[illegible]

In Arabia [illegible]

Arabes.

[illegible]

Quotnam Pauli Epistola, & quis

Epistolæ, & nunc quoque per Epistolas Ecclesia magna ex parte regitur.

§. 2. Paulinæ porro quatuordecim sunt Epistolæ, quas ex innumeris superesse Deus voluit ad Ecclesiæ instructionem, & consolationem. Ordo illarum duplex; alius enim est, quo in Ecclesia leguntur, alius vero temporis quo scriptæ sunt. Singularum vero Epistolarum examinare tempora, ad earum prolegomena pertinet, nunc satis fuerit ordinem ob oculos ponere.

Ordo Epistolarum Pauli quo leguntur.

1. Romana.
2. Corinthia 1.
3. Corinthia 2.
4. Galatica.
5. Ephesia.
6. Philippensis.
7. Colossensis.
8. Thessalonicensis 1.
9. Thessalonicensis 2.
10. Timotheica 1.
11. Timotheica 2.
12. Titiana.
13. Philomenica.
14. Hebræa.

Ordo temporis quo scriptæ sunt.

1. Thessalonicensis 1.
2. Thessalonicensis 2.
3. Corinthia 1.
4. Timotheica 1.
5. Titiana.
6. Romana.
7. Corinthia 2.
8. Galatica.
9. Timotheica 2.
10. Ephesia.
11. Philippensis.
12. Colossensis.
13. Philomenica.
14. Hebræa.

Cur ordo mutatus. §. 3. Mirantur nonnulli cur ordinem temporis Ecclesia mutarit, atque eum quem omnes lib. exhibent instituerit, causæ variæ potius quam firmæ adferuntur, in quibus vix animus quærentis acquiescat. Diuino consilio factum esse dubium non est, cui sæpe ratio sibi cōstat, etsi nobis ignota sit.

Multi ex materiæ subiectæ dignitate & præstantia ordinem factum esse arbitrantur, quod ve in aliquas, vt Romanam conueniat, certe de aliis dici non potest: cur enim ea de causa Philemonica præponatur Hebrææ?

Alii putant eas locum sortitas ex ordine & prærogatiua, qua gentes ad fidem vocatæ sunt; sed hoc inconsiderate dicitur: nam ea ratione primas sibi vendicaret, quæ Hebræis scripta, certe non esset prima Romana. Alii ex vrbium aut gentium dignitate ordinem faciunt, verum hoc quoque non est, & nescio an in omnes conueniat. Itaque de singulis dinersæ rationes adferendæ sunt, aut pene singulis; nulla enim generalis apparet.

Ordo. Duplices Epistolæ Pauli sunt, aliæ nomen eius præferunt, aliæ minime, vt sola Hebræa, quæ ideo, & alias ob causas vltimo loco ponitur. Quæ nomen præferunt, vel scriptæ sunt ad priuatos, seu vnum aliquem, vel ad integras Ecclesias, populosque. Has quo iure præcedere nemo est, qui miratur debet. Porro Timotheus Tito senior, & dignitatis Ecclesiæ Episcopus erat: Philemon priuatus, quare consentaneum quoque ordo facilis est. Hebræa vltima est, quæ cum nomen Pauli non habe-

ret, dubitatum est, cuius esset, deinde cum certum exemplar & authenticum tardius, & testes haberentur, constituto demum ordine addita est, & sero Ecclesiis indicatum, adeo vt nonnulli etiam postea dubitarint.

Romana ex vrbis dignitate. Inter reliquas Romanæ primas tribuunt, propter vrbis, & maiestatis Ecclesiæ dignitatem. Atqui in eo omnes consentiunt, cum nulla ciuitas Romanæ certaret, & in ea sedes Apostolica à Petro esset collocata.

1. Corinthia & Achaia. Romanæ suppar fuit Ecclesia Corinthiaca, quæ totam Peloponesum complexa fuit. Corinthiorum Ecclesia testimonia multa suæ prærogatiuæ habuit: primo quidem in act. 18.10. *Quoniam multus est mihi populus in hac ciuitate*, dicit Paul. dominus, erigens illum, & firmans ad labores, & pericula intrepide subeunda. Secundo, quam ita grata donisque illustris esset, vtraque Epistola satis ostendit. c. 1. 5. & c. 9. 2. c. 13. scribi vero omnibus Achaiis docet salutario Epistolæ secundæ; *Ecclesiæ quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia.*

Galatica. Galatica præponitur Ephesiæ, quæ cōmunior, & vniue sæ genti scripta, ideoq; Ecclesiæ digniori seu potius Ecclesiis. Fuisse Galatas insignem bello, diuitiis, libertate, & postacceptum Euangelium etiam religione populum, historiæ Gentilium, & Christianorum testantur.

Philippica. Neq; iniuria Ephesus Philippis, Colossis, Thessalonicæ præponitur, nec inter illas forte certamen videri posset, nisi quispiā miretur, Philippos Thessalonicæ anteponi, sed considerandum Philippensem Ecclesiam florentissimam fuisse. Magnum virtutis testimonium ex eo habuit. Quod in principio sola Apostolo communicauit *in ratione dati, & accepti.* Phil. c. 4. 15. *Thessalonicam enim semel, & bis misistis in vsum.* Magnum hoc virtutis testimonium fuit,

Thessalonica. quod Apostolus oblocutionis, & scandali securus eleemosynā ab illis missam acceptaret, quod aliis permittere haudquaquam solebat, merito igitur præ Thessalonicensibus commendantur, quorum inc pientis, & infirmæ Ecclesiæ doctorem sue sumptu al. bant. Itaq; potest constare vtcunq, ratio dignitatis in his Ecclesiis, nisi quod de Colossis non occurrat, cur Thessalonicæ præpositæ sit, inferior enim magnitudine, cæterisq; fuit. Quia tamen Ecclesiarum dignitas ab ipsis, non à ciuitatibus sumitur posset quispiam suspicari Colossensem Ecclesiam præstitisse Thessalonicensi, aut sane existimare potiores partes Colossis tributas esse non solis, sed quia illi addita fuit, & Laodicea, Epistula enim etiam ad Laodicenos scripta est.

QVÆSTIO X.

Quo tempore Romana scripta sit?

Ordo Epistolarum à Spiritu S. §. 1. ORdine temporis collocata est loco sexto, omnes Ecclesiæ, etiam Byzantina & Alexandrina æmulæ, etiam sextam primo eā loco ponunt, cuius rei causa vtcunq, reddatur, oppugnetur, vel etiam nesciatur, defendendum est tamen prius ecclesiæ, quæ à Spiritu S. regebatur, lucemq, nam sanctissima eorum, qui istum ordinem fecerunt: prudentia, & puritas fuit. Ita sentiūt etiam qui mire facile mutant hæretici qui ordinem cæteris Ecclesiæ probarunt: Eumque tribuunt Spiritui sancto, quamuis temporis, atq; ordinis inuersi gratiorem, curiositatis accusent, quod quidā à hæreticis non infirmæ sortis contra cæteras audaciter præsumpsit.

Non recte ordinis indagationem curiositatis accusat. Multus in Ecclesiastica historia error ex

neglecta temporis ratione nascitur. Quam facile lectores antiquitatis nescii, in eam venire opinionem possent, eandem esse temporis & collocationis seriem? Itaque antiquitatis & historiæ Ecclesiasticæ studium summi momenti est, tum ad defensionem Ecclesiæ, tum vero aliquando dogmatum, & Scripturarum intelligentiam. Quod vero tantum Ecclesiæ iudicio ille tribuit, quantum ab hæretico exspectari non posset, illum reddit inexcusabilem, nisi Ecclesiæ eidem Scripturas explicanti tantundem deferat. Apud Tertull. lib. 5. contra Marcionem alius ordo. 1. Galatica. 2. Duæ Corinthiæ. 3. Romana. 4. Ephesia, quam Marcion Laodicenis scriptam contendebat. 5. Colossica. 6. Philippensis. 7. Philemonica, cæteras omitit, quod Marcion nullo modo eas probaret. Quin suspicor illum ipsum ordinem Marcionis fuisse.

Anno 58. scripta. §. 2. Tempus scriptæ ad Romanos Epistolæ est annus Christi 58. Neronis 2. cum bis obita Græcia Ierosolymam proficisci in animo haberet, deinde Romam. Ita c. 15. 19. *Ita vt ab Ierusalem per circuitum, vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi*, & 11. 22. *propter quod & impediebar plurimum venire ad vos. Nunc vero vlterius non habens in his regionibus locum, cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis.* & v. 25. *Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem.* & v. 28. *Hoc igitur cum consummauero, & assignauero illis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam.* Hæc ita contigisse discimus ex act. 24. 17. *Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota.* Romam etiam profectus est, sed captiuus. Hoc igitur tempore scripta est Epistola, annos decem ante mortem Pauli, vno autem ante aduentum in vrbem. Errant itaque qui ad priorem reditum è Græcia illa verba referunt. Contigit ille anno 54. sed tum Antiochiæ substitit, nec profectus est Ierosolymam, itaque hic postremus est reditus è Græcia. Non venisse eum tunc Ierosolymam constat ex act. 18. 21. *Profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit Ecclesiam, & descendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.* Constituto autē tempore scriptæ Epistolæ, de loco etiam disquiramus.

Vbi scripta. §. 3. Græca subscriptio Corinthi scriptam esse asserit. τέλος τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς, ἥ ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας. Eadem Syra etiam subscriptio habet, & missam ait per Phœbem ministram fidelem. Alii tamen Cenchris datam malunt. Sed non est censenda diuersa eorum opinio, si enim Cenchris scripsit, nauali Corinthiorum, potuit censeri Corinthi scripsisse. Cenchreæ portus Corinthiorum fuit, cuius Ptolomæus l. 3. tab. 9. Europæ meminit, stadia [illegible] aberat Corintho. Aliæ sunt Cenchreæ in Troade, quarum hic mentio non est, sicut nec Italicarū. Argumenta quibus Corintho missam probare nituntur probabilia sunt. C. 16. 1. *Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ quæ est in Cenchris. Quæ cum de vrbe Troadis, & de Italicis Cenchreis, dici non videantur de Cenchreis Achaiæ omnes accipiunt. Sed probabile est non necessarium argumentum Cur enim non potuit Phœbe à Paulo alio in loco versante commendatitias petiisse? Non potuit transisse aut negotii causa venire, vbi tum Paulus agebat?*

Probabile enim & illud c. 16. 23. *Salutat vos Caius hospes meus.* Caium vero Corinthium fuisse docet Epistola ad Corinth. prima, c. 1. 14. *Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum, & Caium.* Eundem vtrobiq; Caium esse verisimile est, eumq; tum, cum hæc scriberentur fuisse Corinthi. Quo tamen id definiri non potest, cum alius esse Caius potuerit, & alio in loco adesse Paulo, cur enim ... honoris ergo Paulum deducere potuit. Magis etiā dubium est, quod ex v. 23. adducitur, *Salutat vos Erastus Arcarius ciuitatis* οἰκονόμος τῆς πόλεως. Nobis sine dubio, & Ecclesiæ Romanæ notus erat ille Oeconomus. Sed cuius erat Oeconomus ciuitatis? Hoc si expressum alibi esset, nulla remaneret de loco Epistolæ scriptæ difficultas. Quia enim ciuitatis nomen exprimere noluit, signum est eam in qua scripsit, intelligi. Sic enim loqui solemus, cū manifestum est lectoribus in eo de quo loquimur, nos loco esse. An vero Erastus fuerit Arcarius ciuitatis Corinthiæ, id in controuersiam vocatur. Scribit quidem Paulus 2. Tim. 4. 20. *Erastus remansit Corinthi*, & credo eundem Erastum fuisse, sed poterat mansisse Corinthi ēt ciuitatis alterius Oeconomus.

Præcipuum itaq; argumentum est ex temporis consideratione. Paulus enim cū Romanis scripsit, nondum erat in itinere, sed vel Corinthi vel Cenchreis. In procinctu autē erat, *Nunc igitur proficiscar.* Nondū ergo erat in itinere, sed Corinthi vel Cenchreis, & sane causa non erat, vt ex itinere potius, quam in ipso portu, sed vrbe cuius erat portus, vnde Romam sein literæ poterant ipse scriberet. *Corinthi vel Cenchreis.*

QVÆSTIO XI.

Quanam Paulinarum Epistolarum eloquentia?

§. 1. Eloquentiam auctores verborum elegātiā, concinnitate, sententiarum luce, & compositione artificiosa definiunt. Hæc enim apta sunt ad persuasionem. Bene dicere, bene scribere est accommodate ad persuadendum dicere, & scribere. Error est vero plurimorū, qui tum oratores se esse arbitrantur, si selectis verbis, pulcherrimis sententiis, & quodā fluxu orationis aures impleant, non est illa ars oratoris, sed cum verbis & sententiis ad persuadendum accommodatis vtitur eis si pendida non sint. Rebus & animis consentanea esse debent, quæ dicuntur. Non optima imago est, quæ spectatissimis coloribus fulget, nō quæ in auro pingitur, sed quæ prototypi lineamenta, & symmetriā, coloremque ad viuum proxime efformat. Ita eloquentia illa censenda non est, quæ maxime dicentis ingenium ostentat, sed quæ rem subiectam hominū intelligentiæ & voluntati aptissime conuenientissimeq; exhibet. Exemplo noto vtor. Maior est in libello, de imitatione Christi, quam in Rhetorum & Philosophorum libris eloquentia; nam maior in eo vis est, quam in illis, qua ad virtutem trahat. Quis enim vel Ethnicus vel Christianus ex disertissimis illis libris factus multo melior? quis ex Senecæ, vel Platonis lectione eos in se motus experitur quos libellus ille excitat? Ego vero & Geometram demonstrantem, & Astrologum, & ceteros, cum abest pompa verborum, eloquentem arbitror; nam quicquid præter necessaria verba in his sententiis artuleris tædiosum est. Qui viam sibi monstrari cupit, disertum ducem non quærit, sed peritum. Smaragdo aut Adamanti colores illinere, rosam tingere stultum est, cum horum colore naturali nihil sit amabilius. Ita literarum sacrarum dignitas exquisitum elocutionis genus postulat, sed natiuum, & quod ipsa gignit. Si calamistris inuras, si coloribus illudas, iam gratia perit. Nuda enim, aut sua veste tecta pietas placet. *Eloquentia quæ conuenit mentibus.* *Eloquentia aliqua sine verborum splendore est.*

§. 2. Paulus

[illegible] quæ in [illegible] verb[illegible] ele- [illegible] nitat[illegible] c[illegible], ne- [illegible] conueni[illegible] se [illegible]. Quo [illegible] atia [illegible] Hebræis ded[illegible] us stu- [illegible] arum [illegible] m, à [illegible] catum linguar[illegible] quasi p[illegible], testis Iosephus, [illegible] He- bræ[illegible] pene [illegible] l. 20. ant. [illegible] vlt. *Græcanicæ quoq; literaturæ non [illegible] profectu operam dedi, quamuis exquisitam pronunciandi rationem assequi per patriam consuetudinem non licuit. Nostri homines enim non suscipiunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod studium profanum apud eos habeatur, & seruis commune cum ingenuis: solos autem sapientes suo suffragio pronunciant, qui legis, & sacrarum literarum tantam assecuti suas peritiam, vt eas etiam interpretari valeant.* Itaq; Apostolum aut nihil, aut parum studii [illegible] nguæ impendisse probabile est, contentum patriâ Cilicum dialecto. Neque enim [illegible] ræcæ eloquentiæ doctores habuit, neq; tempus [illegible] ad [illegible] stam suppetere potuit, cum studio legis, & scenopoeticè occuparetur.

[illegible] [illegible] quentia [illegible] non fuit

Infirmo autem vtuntur argumento, qui Paulum gentilium scriptorum, etiam poetarum fuisse studiosum arbitrantur, quod versiculos aliquando citet, vt 1. Cor. 15. 33.

φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

Corrumpunt bonos mores colloquia praua.

Senarius est Menandri in Thaide, similis huic:

Κακοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Cum improbis versans, & ipse improbus euades.

Deinde Tit. 1. 12. citat alium ex Epimenide Cretensium propheta.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Non legit poetas Græcos.

Neq; enim si versum poetæ pronunciat, etiam poetæ operam de[illegible]: multi enim quæ sola auditione acceperunt, cu[m] opportunum est producunt, quod eo promptius est de Pauli suspicari, quod ea quæ vsurpat in vulgus nota erant. Illud sane *corrumpunt bonos mores colloquia praua*; hodieq; vsurpatur, etiam [illegible] b illis, qui nec P[illegible] ulum legerunt, nec Menandri nomen audierunt. Epimenidis versum existimo Tarcensibus etiam illiteratis notum fuisse, hodie omnino in prouerbio est.

Cretenses Epimenidē colebant.

Aberat Creta Tarso exiguo interuallo, quotidiana erant inter eos commercia, & mutua nationum conuitia, eoq; magis, quod Epimenidem Philosophum pro Deo Cretenses adorarent; itaq; ipsâ superstitione eorum faciebant testimonium, quod contra ipsos pronunciatum erat. Laertius auctor est. Λέγουσι δὲ τινὲς ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν ὡς θεῷ· φασὶ γὰρ καὶ γενέσθαι... *Ferunt nonnulli Cretenses ipsi, Epimenidi) velut Deo sacrificare, aiunt enim futurorum optime nouisse.* Hinc Paulus non poetam, [illegible] prophetam appellat, quem illi pro tali cole[illegible], neque enim ista Cilices ignorare poterant. [illegible] ar[illegible] us quidem certabat Athenis teste Strabone: at [illegible] udæis religio erat Gentilium oratorum, & philo[illegible] sophorum adire gymnasia.

Post cõuersionem si quis eum lectitandis poe[illegible] fabulis tempus impendisse dixerit, næ ille [illegible] recte de Apostolo senserit, etsi apud Athenas [illegible] Hesiodion recitauit: Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν; potuit [illegible] ex Philosophis quibus cũ disserebat, audire, [illegible] it fieri, vt aliunde perciperet. Quod tamen eo[illegible] [illegible] viris Ecclesiasticis, & sanctis inter[illegible] m[illegible] ne putem, sed quod Apostolo il[illegible] nec [illegible] sta [illegible] vi[illegible] s, vt, qui non cura, & stu[illegible] editatione que[illegible] sed diuini spiritus instinctu [illegible] in Epist. ad Rom.

immediat[illegible] ne his [illegible] que do[illegible] cetur.

§. [illegible]. No[illegible] ergo studio [illegible] ras [illegible] consecutus est. [illegible] vero cum dono l[illegible] etiam erud[illegible] ion[illegible] m[illegible] lam accepisse ex ip[illegible] constat. 1. Cor. 2. 4 [illegible] peritum sermone se profitetur, sed non scientia. Hanc ergo eloquentiam sæculo magni æstimatam, ingeniorum ostentatricem, laudis aucupem, à se præco veritatis amouet, vt quæ sæpius fraudis suspicionem inierat, quam vera persuadeat.

Eloquentia Pauli efficacissima.

Alteram vero eloquentiam, quæ proprie nomen tam illustre meretur, quæq; habet vt apte, efficienterque ad persuasionem dicatur, moueatque animos audientium, summam in Paulo fuisse, & amici & hostes testati sunt, atq; adeo Euangelium ab Ierusalē ad Illyricum vsq; impletum. Eloquentia illa, quæ efficit, vt quod verum esse dicitur, verum esse credatur, laudanda est: quæq; boni amorem, vitiorum odium animis inserit. Artificium vile est, si id quod affectatissime asserit, & laudat orator, non credit, non amat auditor. Hoc qui non assequitur, nec ea adhibet vt assequatur, orator non est. Sint omnia mellea, Attica musa, Nestoris eloquia, flores hymnorũ, cygnea cantio, non magis eloquens quam tibicen, qui ad momentum delectat. Quis enim tot versibus tam suauibus, mouetur, vt credat? Hæc ille contempsit, ideo & Corinthii Apollo virum eloquentissimum Paulo aliquando prætulerunt, nimiæ eloquentiæ inter initia admiratores. Quin magis Epistolas Pauli timebant, præsentiam infirmam, sermonem contemptibilem dicebant: itaq; nec pronunciatione, & vocis suauitate, gestuumque ciuilitate pollebat: sed vera eloquentia, quæ Dei gratiæ intus operantis insigne erat, & conueniens instrumentum. Quoniam quidem Epistolæ inquiunt graues sunt & fortes βαρεῖαι καὶ ἰσχυραί. Præsentia autem corporis infirma, & sermo contẽptibilis, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος, *Sermo qui fit nihili*, incomptus. Discrimen igitur illud auditores Pauli cognouerunt, nempe Epistolas graues, fortes, non tamen ad normam Græci eloquii elaboratas. Virilem illam Paulo eloquentiam Augustinus, Nyssenus, Chrysostomus, aliiq; concedunt.

Contempsit Paulus eloquentiam.

Priorem se nunquam vsurpasse serio contestatur. *Et sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis: vt fides nostra non sit in sapientiâ hominum, sed in virtute Dei.* Veritatis illa verba sunt, & modestiæ, sed modestiæ veracis. Voluit enim ita gentes ad agnitionem veritatis adduci Deus, vt maximum opus non humanę verecundię facundiæ, & ingenio, sed gratiæ diuinæ & misericordiæ tribueretur. Ita sensit etiam Hieronymus ad Algasiã q. 10. & q. 11. Idcirco *eum vsum Tito interprete, vt Petrus Marco*, qua de re disputare alterius est loci. Chrysostomus in 1. Cor. 2. *Quod ergo non per sapientiam annunciata sit prædicatio, non est imminutio, sed maximum ornamentum. Hoc quidem maxime ostendit eam diuinam esse, & superne è cœlo agere radices.* Addit & aliam causam Chrysostomus, cur non sit illud certamen eloquentiæ, sed virtutis & spiritus. *Quando ergo*, inquit, *in sapientiâ verborum fuerit demonstratio, sæpe etiam meliores superantur à peioribus, vt qui maiore vi dicendi sunt præditi, & mendacium præcedit veritatem. Hic autem non sic: Neque enim immundam animam ingreditur spiritus & ingressus nunquã potest superari, etiamsi eum inuadat omnis vis dicendi. Nam quæ per opera & signa fit demonstratio, est multo apertior eâ, quæ fit per verba.*

Omnia illa Hieronymus recte edisserit lib. aduersus Rufin. *Paulum Apostolum* ... *profitentem: Etsi imperitus sermone, non tamen scientia, ille Hebræus litteris eruditus, & ad pedes doctus Gamalielis, quem non erubescit, iam Apostolica dignitate, magistrum dicere, Græcam facundiam contemnebat, vel certe, quod erat humilitatis, dissimulabat: vt prædicatio eius non in persuasione verborum, sed in signorum virtute consisteret: spernens alienas opes, qui in suis diues erat: Quamquam ad imperitum, & ad singulas, instar tui, sententias corruentem, nunquam pro tribunali sedens Festus diceret: insanis Paule, &c.*

QVÆSTIO XII.

Quis stylus, & quæ in Epistolis Pauli difficultates?

Sermo Pauli difficilis.

§. 1. VEre Gregorius Nyssenus admonuit, Paulum ad nouam subinde significationem verba trahere, nouos loquendi modos vsurpare, vt ἐμπεριφερόμενοι ὑμῶν, περπερεύεσθαι, ἐξ ἐθελοθρησκείας, multaque alia non ex vsu consueto. Et Hieronymus ad Algasiam Epist. 151. q. 10. *Profundos enim & reconditos sensus lingua non explicat. & cum ipse sentiat, quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone.* Facultas ergo loquendi difficultate rerum maximarum vincitur, & verba consueta rerum spiritalium insuetarum mysteria plene & perfecte capti mere non valent. Grauiter loquitur Hieronymus Comment. ad Ephes. *Iste igitur qui solœcismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere, sententiamque concludere, audacter sibi vendicat sapientiam.* Hinc Scioli nostri asperi in aliena dicta iudices, Pauli stylum barbarum, & erroribus infectum carpunt. Sed non tamen Hieronymus eum inexcusabilem facit. Addit enim: si vero viator eius linguæ consuetudine, in qua natus est, non esse mirandum, ita Cilices etiam suo tempore loqui.

Paulus ab Hieronymo defenditur.

Non ergo errata mentis ille Hieronymus illi impingit. Quod si in maximis disertissimisque Scriptoribus πλεονασμὸν & schemata excusamus, cur non & Paulum defendemus, & tropo aut necessitati tribuemus, vbi paulum à communi loquendi norma recessum fuerit? Ego ita iudico, pleraque loca, quæ à Sciolis reprehenduntur, bene attenteque considerata, non excusationem modo habere legitimam, sed probationem etiam laudemque mereri. Quod suis locis ostendere conabor. Quod si non sensa modò, sed verba etiam sunt de magisterio Spiritus Sancti, præstat nos eloquia Dei, eloquia casta, pura, igne examinata supplici veneratione suscipere, eoque omnibus neruis contendere, vt Pauli locutionibus assuescamus potius, quam inanibus argutiis, & grammaticis cauillationibus id agere, vt diuinarum litterarum maiestas Sciolorum ludibrio iactetur. Hæc mihi summa est eloquentia, qua Deus Ecclesiæ Sponsæ suæ locutus est. Legamus eo modo Paulum quo Chrysostomus docuit, & præiuit: *Vt Paulus scilicet intelligatur, eius nos lingua assuefieri oportere.* Sane apodictum est, et antiquum illud scitum. Quo imperitior sermo hic illustrior, quoniam non firmatur pompa facundiæ, & gratiæ, sed secti regulâ sustinetur.

Paulo facilis defensio.

Difficiles Pauli Epistola.

§. 2. De epistolarum difficultate pauca etiam dicenda sunt, quæ in ipso commentario nimium se frequenter ingeret, vt inter portenta nostrorum temporum vel primarium illud sit, quorundam esse tam impudentem verecundiam, vt contra disertum Apostoli Petri pronunciatum, Pauli Epistolas difficiles intellectu negent. Lutherus de seruo arbitrio nihil difficultatis agnoscit. *Esse in Scriptura quædam abstrusa, & non omnia exposita, vulgatum est per impios sophistas sed nunquam vnum articulum produxerunt, nec producere possunt quo suam hanc insaniam probarent.* Cui nos sententiam principis Apostolorum opponimus. *Sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit nobis: sicut & in omnibus Epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem.* Quis igitur negat in his esse quædam δυσνόητα, difficilia intellectu, cum Petrum habeat eà de re monitorem? Respondet non nemo ex illis, *non esse in Epistolis quædam obscura, sed in iis rebus, de quibus ipse in Epistolis scribit.* Hoc tamen quod concedunt necessitate conuicti, nos accipiamus vt inde concludamus, quod nolunt. Si enim res ipsæ sunt sublimitate sua, & mysteriorum magnitudine à sensu, intelligentiaque nostra longissime remotæ, non potest non obscura esse & difficilis oratio, qua explicantur: nam vt oratio percipiatur, res ipsa, quarum signa sunt voces, attingere cogitatione necesse est. De rerum enim cognitione perspicientiaque controuersia est. Facilis oratio, si verba spectes, *Iustus ex fide viuit.* Si rem verbis subiectam ipsis spectaris inter contentiones inexplicabilis, nisi vna aliqua interpretationis norma opiniones suas dirigant, & moderentur, qui dissentiunt. Quam multi, quam magna probabilitate, quanto ingenio Epistolas Pauli depravant, sicut & cæteras Scripturas ad suam perditionem? Nonne ea eo hoc fieri consueuit, quod res suapte natura abstrusas & implicatas, dum oratione explanare moliuntur, erroribus inuoluunt? Cæsi Epicurei genimina sunt, qui ista docent, illis respondendum quod huic Origenes l. 3. & l. 5. multis locis dicit scripturam esse obscuram. & hom. 13. & 27 in numeros. Basilius magnus proœmio in Isaiã. Ambrosius in Psal. 118. hom. 8. Hieronymus Epist. 52. ad Pammach. Augustinus de doctrina Christiana. lib. 2. cap 6. Isidorus ... summo bono lib. 1. cap 18.

Verba nota res abdita.

Et Prosper agnoscit.

Quæ tamen in sacris libris, quos nosse laboras,
Plurima sunt lector clausa & opaca tibi:

Bona sunt, inquit, *in Scripturis mysteriorum profunditates quæ ob hoc teguntur, ne vilescant; ob hoc quæruntur, vt exerceant; ob hoc aperiuntur, vt pascant.*

ra sine ... litteras

Sapientiam admirabilem, arduam captu, planeque diuinam in Paulo agnoscere non possunt, qui in eo res apertas, faciles, & idiotis etiam planas tantummodo imaginantur, hoc ipso magis quam Celsus ridiculi, quod de totis sententiis imo capitibus non voluminibus modò, sed conuitiis, calamis, quin & ferro decertant. Cui bono aut in interpretum multitudo, si res sine expositore clara est? Quis solem meridie fulgentem monstrare nititur? Multi veterum, multi recentiorum commentarios in Epistolas ediderunt, labor ille in irritum cecidit, si notum erat sine magistro, quod docuerunt? Cur librorum impiorum molibus tam Lutherani, quam Caluiniani fatiscentem iam suis vitiis orbem premunt, scelerantque pestilentioso labore, si quæ per tot flexuosas ambages ostendunt, via regia incedentibus sponte se in conspectum offerunt?

§. 3. Cætera omitto, de Romana loquor, de qua notabile Augustini iam sensu est testimonium l. 1. retract. cap. 25. *Epistola quoque ad Romanos, sicut ad Galatas*

Epistolæ expositionem susceperam, &c. *Sed deinde alia volumina necessarias adiungere, exponendo Epistolam totam, totius operis mag. studium, ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexum sum.* Et Eusebius l.3.c.24.hist. *Paulus qui inter cæteros Apostolos eruditior, etiam in verbis videtur, & in sensibus prepotens, non amplius, quam paucarum Epistolarum corpus reliquit, quod vtique immensa continet intra se, atque innumera mysteria.*

Hic esse nulli dubium puto steus apertissime insanire, qui adeo planum textum arbitrantur, nulla vt interpretatione indigeat, à quo exponendo Augustinus difficultate deterritus abstinuit.

§. 4. Quid igitur inquies, in Pauli scriptis difficile? Possum ego Tusco turgio reponere quæstionem, vt tu dicas, *quid in eis sit facile.* Sed vt interroganti satis faciam, non quæram quid sit facile, sed ostendam quid sit difficile. De Romana confessio Origenis tenetur. *Quod cæteris Apostoli Pauli Epistolis difficilior putatur, ad intelligendam hæc quæ scripta est ad Romanos, duabus mihi videtur fieri ex causis. Vna quod elocutionibus interdum confusis, & minus explicitis vtitur. Alia quod quæstiones in ea plurimas mouet, & eas præcipue quibus innitentes hæretici astruere solent, quod vniuscuiusque gestorum causa non ad propositum debeat, sed ad naturæ diuersitatem referri, & ex paucis huius Epistolæ, sermonibus, totius Scripturæ sensum, qui arbitrii libertatem concessam à Deo homini docet, conantur eripere.*

Materia causa obscuritatis. Quocunque igitur sermonis ista tam recondita exponas eloquio, etsi Angelorum linguis loquaris, dum de iustificatione, prædestinatione, redemptione, Trinitate, incarnatione agitur, necesse est res difficiles esse, adeoque orationem rerum indicem. Res et am ipsæ ita crebro Pauli animum occupant, atque abripiunt, vt orationem nouitate faciant difficilem. *Tuba* est, verùm cœleste sonans, & tam aures, quam mentes excitans.

Quid igitur mirum, si ista laboriosa contentione, & multis sublevatæ precibus demum mentes nostræ capiunt?

Aliæ causæ difficultatis §. 5 Prima & conspicua ista difficultatis ratio: accedunt & aliæ. 1 Vocibus sæpe Homonymis in eadem clausula vtitur, quarum distinctio non facile est obuia. 2. Verbis eisdem nunc in bonam, nunc malam partem vtitur. 3. Multa subticet, atque ex aliis colligenda relinquit, hinc multa ἀνανταπόδοτα, ἀνακόλουθα frequenter apparent, vt interrupta & quasi hians videatur oratio. 4. Dum contemplationis dulcedine, & æstu affectuum in Deum rapitur, orationem efficit plenam hyperbatis, & quasi torrens omnia conuoluit, hinc fractæ periodi, aposiopeses, emphases metonymiæ, ita vt verba ipsa supra naturam ad cœlestium mysteriorum altitudinem eleuari necesse sit. 5. Personas sæpe, atque adeo materiam ipsa mutat. Nunc gentes, nunc Iudæos, nunc iustos, nunc iniustos alloquitur, imo ipse diuersas in se personas suscipit, nunc infirmus, aliquando fortis, nunc carnalis, nunc spiritualis, omnia vere & ex sancti Spiritus dictamine, sua tamen singulari omnia sensu, ita vt negotium lectori etiam doctissimo facessat. 6. Scripturas veteres vt plurimum ex 70. citat, verba plerunque mutat, mutilat, sensum reddere contentus, varias aliquando Scripturas coniungit. 7. Ex vnico interdum veteris testamenti verbo argumentum conficit, nouo & inusitato modo. 8. In argumentationibus, non modo literali, sed mystico etiam sensu vtitur, vel auctoritate Apostolica, quam signis & virtutibus firmauerat, vel ex recepta, & apud Iudæos probata interpretatione. 9. Non raro scopus, & propositum latet, & quid probare

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

instituat, adeoque consequentiæ firmitas. 10. Multi sectariorum difficultatem agnoscunt. Illyricus adeo difficilem arbitratur, vt hactenus intellecta non sit, quare propriam ille, & plane Diabolicam interpretationem comminiscitur.

Erasmus Epistolam ad Romanos adeo difficilem existimat, vt difficultate vtilitatem pene iudicet superari; sed ea in re fallitur, & dum fugit hæreticorum temeritatem, & ἀναισθησίαν, in vitium contrarium incurrit. Etsi enim omnes hæretici hac maxime abusi sint, sitque illis etiamnum odor mortis in mortem, fidelibus tamen Deum timentibus, & ex veteris Ecclesiæ norma sensum quærentibus, est odor vitæ in vitam, & lux ducens in lucem æternam. *Hæretici fatentur difficultatem...*

Claudam hanc quæstionem publico testimonio famosi Caluinistæ Aretii, qui postquam in prolegomenis ad Epistolam Romanam contra otium disseruisset, Epistolam ad Romanos ita describit: *Etenim Epistola talis est, in qua & Græci, & Latini, veteres & recentiores ad summum sese defatigarunt: Ad hanc, si otiosi, segnes, & imparati accedamus, certum est nihil effecturos. Magna est in hac difficultas quæstionum, sæpius nodi, Labyrinthi, sunt aliquando digressiones, sunt reditus ad principale institutum, sunt argumentationes accurate confectæ, quas nisi sagacissimus, nemo alius deprehendat.*

QVÆSTIO XIII.

Quinam alii de Epistolis Paulinis errores?

§. 1. PRimo loco sunt Epistolæ Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum: de illis Hieronymum de Script. Ecclesiasticis in Seneca. *Non ponerem eum in catalogo sanctorum, nisi me illæ Epistolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum.* Earum meminit etiam Augustinus Epist. 54. *Merito ait Seneca, (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum leguntur Epistolæ) omnes odit, qui malos odit.* Ioannes Sarisberiensis, *Desipere, ait, videntur, qui non venerantur eum, quem Apostolicam familiaritatem meruisse constat.* Augustinum quoque defendunt acta Lini, quæ sic habent, *Institutor Imperatoris adeo est illi amicitia copulatus, videns in eo diuinam scientiam, vt se à colloquio illius temperare vix posset: quo minus si ore ad os alloqui illum non valeret, frequentibus datis, & acceptis Epistolis, ipsius dulcedine, & amicabili colloquio, atque consilio frueretur.* *Senecæ Epistolæ.*

Plerique negant illas vel Senecæ, vel Pauli esse. Baronius illam, quæ est de incendio Neroniano, probat non esse Senecæ, *quod in eâ centum tantum & triginta duas domus arsisse scribantur, & quatuor insulæ, cum ex quatuordecim vrbis regionibus quatuor tantummodo integras remansisse testetur Tacitus. Deinde quod scripta dicatur. V. Cal. Aprilis. Aproniano & Capitone Coss.*

Itaque nec Senecæ, nec aliæ, quæ aliquando
circumlatæ sunt, Paulo asserendæ sunt,
hæ enim solæ authenticæ
sunt iudicatæ.

QVÆSTIO XIV.

Quidnam hæretici recentiores de Epistolis Pauli?

Multi hæretici deprauârůt Epistolas.

§. 1. IN Epistolas, Paulinas, præsertim Romanã innumera scripta sunt à variis hæreticis nostro tẽpore volumina, cum enim pleraq; dogmata quæ hoc tẽpore cõtrouertuntur, non inter orthodoxos modo, & hæreticos, sed inter ipsos etiam sectarios, à Paulo tractentur, hinc factum est, vt quicunque nouitate aliqua doctrinæ, nomen, aut rem quæsiuit, Pauli Epistolas vertendas, atq; in sẽnsa sua detorquendas existimarit. Edidit in illam commentarios Lutherus, cuius famosa est in versione Impostura, addidit enim de suo, vt Paulum faceret Lutheranum. Lutherum secutus est Melanchthon in aperto quidem Lutheranus, sed animo Zvvinglianus, cuius commentariis præfationis loco Epistola Lutheri est præposita, in qua inter cetera hisce illum verbis commendat. *Ego tibi vere tribuo, neminem scripsisse melius in S. Paulum. Ego scio, quo spiritu, & iudicio sic de te pronuncio.* Addit vero. *Hieronymi & Origenis cõmentaria esse meras nugas & ineptias, si illius annotationibus comparentur.* Stolidum prorsus, & ab affectu domestico iudicium, quod magis etiam ridiculum effecit ipse Melanchthon, cum à Lutheranis ad castra Caluini transfugeret. Secuti sunt Illyricus, Brentius, Sarcerius, alii. Inter Caluinianos recensetipse Caluinus, Melanchthonem, Bullingerum, Bucerum, quos postquam commendasset:

Caluinus difficilem ateetur.

Dubitasse aliquandiu se refert præstaretne quasdam veluti racemationes post ipsos, aliosq; facere, in quibus ea colligeret, in quibus iuuare se posse mediocria ingenia arbitraretur: quam perpetuum commentarium texere, in quo multa repetere necesse foret, quæ aut ab illis omnibus, aut aliquo saltem illorum prius essent dicta. Verum quia illi non raro inter se variant, inquit, *atque ea res multam præbet difficultatem lectoribus parum acutis, dum hæsitant cuius sententiæ potius debeant assentiri: putaui hunc quoq; laborem non pœnitendum fore, si optimam interpretationem indicande, subleuarem eos à iudicandi molestiâ, quibus non satis firmum est à seipsis iudicium.* Hoc quidem totum à nobis facit, principes enim Zvinglianos dissentire fatetur, ex eaque re multam præberi difficultatem. Vbi igitur verbum Dei clarum, sine obscuritate? sol sine nube? si interpretum varietas ingenia parum acuta implicat, si ductores ipsi, quorum filo regenda sunt vestigia lectoris in Labyrinthum inducũt, non est igitur per se clara Scriptura. Imo difficilis ingeniis etiã valde acutis, illos enim variantes inter

Caluinus cæteros iudicare non vult.

se summis ingeniis, eruditione, labore, facilitate, eloquentia, copia fuisse asseuerat, & variant tamen & varietate difficultatem literarum quas exponũt, testantur. Quam ridiculum vero, quod ipse suum interponens iudicium, ingenia minus acuta à iudicandi molestia liberaturum spondet? Nõ ergo ipsi iudicabunt de veritate sensuum sacrorum, sed è cauterio Pythagora pendebunt iuratiũ arbitriũ Caluini. Quid si nec ille recte iudicet? nam fatetur *interdum sese ab aliis dissentire, idque necessitate coactum.* Quæ omnia vt ostendunt humanam imbecillitatem, ita diuinorum eloquiorum maiestatem, nec passim omnibus obuiam intelligentiam, sed multo labore quærendam nobis commendent.

§. 2. Hoc molestum est, & monstri simile, quod cum omnes inter se varient sectarii, nemo tamẽ ex illis sit, qui non aliquando asserat, sensum perspicuũ esse, & pro se facere. Dolendum est caput Epistolarum, Epistolam ad Romanos, hodie ita deprauari, vt vel præcipuè contra fidem Romanã vsurpetur. De illa ita sentit Aretius Zvinglianus. *Continet hæc Epistola locos præcipuos nostræ religionis, vt merito compendium æstimanda sit pietatis Christianæ.* Recte sed non

Deprauatione Epistolarum Paulinarũ ecclesiam lapsos.

ad hominis hæretici mentem, vera enim pietatis est, non profanæ superstitionis epitome. Tanto itaque studiosius eius sensum ad ædificationem Ecclesiæ scrutari necesse est, quanto fallacius eum ad religionis destructionem aduersarii detorquent: magnã namq; animorum stragẽ corruptione Paulinarum Epistolarum dederunt, vitiato enim verbi diuini pabulo sanitatẽ doctrinæ, & morum integritatem intercidere necesse est. Quid effecerint, indicat nobis Illyricus. *Quin etiam præsens ista repurgatio cælestis doctrinæ, ingenti bonitate Dei, postremo huic sæculo communicata, potissimum Paulinis Epistolis effecta est.* Magna fuerunt sine dubio orbis delicta, quibus offensus Deus, tantam Satanæ, eiusq; satellitibus licẽtiam permisit, vt rebus sanctissimis tanta erroris efficacia ad animarum subuersionem vterẽtur. Sed Illyricum ipsum iteratò audiamus. *Quare verissime possis dicere: Christum nunc bene suum ministrum, gentiumq; Apostolũ, ab Antichristo, eiusq; satellitibus monachis & sophistis, plane interfectum, sepultumq; rursum excitasse & ad vocandas omnes gentes, populosque ex omnibus finibus terræ, in regnum cœlorum, ac patris sui cælestis ablegasse.* Homo nefarius, aut potius ipsum nefas, vt cui peccatũ originale sit ipsa hominis substantia, atq; essentia in consortium impiæ nouitatis Apostolum trahere nititur, sed mirum non est: Deum ipsum flagitiis suis inscribunt, & tantam diuersissimarum sectarum colluuiem *repurgationẽ cælestis doctrinæ* appellant. Ridiculum porro est, quod adiicit *Res igitur tradidit Paulus vsitatas in sacris literis, & in verá Theologia, quæ iã Dei beneficio sincerè in nostris Ecclesiis traduntur. Quare probe cognitus plenus catechismus, aut solida institutio doctrinæ Ecclesiarum, non parum perspicuum efficiet lectori tum Paulum, tum reliquã totam scripturam. Contra si Papisticam Theologiam imbiberis, eiusq; sentẽtiam sequeris, adeo ignorabis sermonẽ, textumq; Paulinum, vt innumeris in locis necesse sit futurum, te noua & scripturæ inusitata significata vocabulis affingere, phrasisq; & sententias ipsius violentissime torquere, vt Papisticos scriptores facere videmus, tum priores, tum etiam modernos.* Quinta quamq; impudens est præsumptio, vt non nisi cognita doctrina Ecclesiolæ Flaccianæ, cui Lutherani, & Caluiniani pariter anathema dicunt, Epistolas Pauli intelligere nemo possit. Quis ille Catechismus plenus qui nobis textum Paulinum faciet perspicuum? Illene Flaccianus, in quo legimus ipsum Flaccum esse essentialiter peccatũ originale? scilicet Augustinus, Hieronymus ceteri quia hoc nesciuerunt, (nam veteres Papistæ erant) sententias Pauli violentissime torserunt. Hæc isti, in quib. mireris ingentẽ cũ stoliditate cõfidentiã.

QVÆSTIO XV.

Vnde constet Pauli Epistolas Canonicas esse?

§. 1. COmmunis est illa quæstio omnibus Canonicæ Scripturæ libris, cur vero huc ad hypothesin traham, causam mihi dedit calumnia Parei, quæ est in eius prolegomenis nu. 2. *Impiam enim esse quæstionem, & explodendã,* ait, *Quia diuinas scripturas proprie non scimus sed credimus: idq; non humano testimonio, sed persuasione diuina. Perinde enim se habet quæstio hæc, inter Christianos: ac si quæratur inter mathematicos: vnde scis, ter tria esse nouem? dimidium minus toto? Principia sunt hæc naturalia, quibus omnes sani assentiuntur sine demonstratione, propter testimonium sensuum.*

stum. Ita scripturas sacras esse verbum Dei, principium est supernaturale cui omnes pij assentiuntur sine demonstratione, propter testimonium Spiritus Dei. Quærere itaq; vnde scis? Est fidem Ecclesiæ rationi, & auctoritati humanæ subijcere, quod est præposterum, & impium.

§. 2. Disputauit hoc olim Bellarminus l. 4. c. 4. de verbo Dei & contra aduersarios Bellarmini defendit Gretserus, tota de re sic statuendum est.

Quæritur, vndi constet Epistolas esse Canonicas liq.

Primo. Non modo non curiosam esse, sed vtilissimam, atque Ecclesijs necessariam quæstionem, *Vnde scis, Has scripturas, quas citas, esse diuinas?* Cum enim naturali lumine, & sensuum ministerio id euidens non sit, quemadmodum sunt illa quæ principia scientiarum vocantur, necesse est aliunde cognosci. *Deinde* cum fide, non scientia proprie dicta illa supernaturalia teneantur, opus est esse aliquid, quo moueamur vt id quod natura sua obscurum est, credamus esse verum. *Tertio*, Multi multas nobis scripturas quasi canonicas obtrudunt, quas iam olim antiquitas, & cum illa nostra ætas repudiat, illas habere irritas, has authenticas sine ratione si quis asseuerat, etsi non erat, insciens tamen, id quod nescit, asserit. Offeruntur Ecclesiæ Periodi Pauli, & Theclæ, Euangelium, & apocalypsis Pauli, Ascensus Pauli, & arcana verba ab illo in tertio cœlo audita, Acta Pauli, Epistola ad Laodicenses, Tertia Epistola ad Corinthios, & Thessalonicenses. Nec pauciora Petro affinguntur, Acta, Euangelium, Prædicatio, Apocalypsis, iudicium Petri, hisce enim titulis nuper libri eastiterunt. Et Apocalypsis quidem Petri in quibusdam Palæstinæ Ecclesijs (teste Sozomeno l. 7. hist. c. 19.) legebatur. Huc pertinet Euangelium Andreæ, Thomæ, Philippi Iacobi, Thadæi, Barnabæ, Matthiæ, & quod Caiani hæretici ediderunt Euangelium Iudæ proditoris. Nostro sæculo partes scripturæ, & quosdam libros absciderunt illi, qui fallace præconio scripturarum miseris imponere didicerunt, Epistolam ad Hebræos, Epistolam Iacobi diuinam esse negant Lutherani, Epistolam Iudæ, & apocalypsin profanam primipili Caluinistarum iudicarunt. Si me interroget infidelis, vel aliquis de simplicibus idiotis. *Vnde scis, vel vnde credis Epistolam ad Romanos esse Canonicam, Epistolam ad Laodicenses adulterinam?* Si dicam: testimonium Spiritus Dei mihi discrimen suggerit, sic nec conuertam infidelem, qui de impetu priuati Spiritus multo iustiores dubitandi causas habet, quam de ipsa Scriptura. Nec fidelem instruam, ille enim mihi respondebit: *Instinctum alieni Spiritus non esse fidei suæ obiectum.* Merito igitur quæritur, quid te moueat, vt Apocalypsin recipias, quam primipili Caluinianorum reiecerunt? Spiritus Dei? At illi quoque Spiritum Dei iactarunt, qui Apocalypsin Apocrypham esse iusserunt. Status igitur quæstionis est, Vtros Spiritus Dei afflauerit? Hac de re dubitare potest etiam Caluinista, nec enim facile conijciet, vtri, priores an posteriores Spiritu Dei agantur. Alia ergo quædam argumenta quærenda sunt, quæ nos inducant, vt credamus canonicam esse hanc, illam vero apocrypham. Neque ad hanc rem tituli librorum, aut aliæ Scripturæ quæ testimonium ferant quicquam iuuant. Quia vt credam vera esse, quæ tituli ostentant, vel quæ in medio Scripturarum lego, necesse est ante omnia, vt auctoris, à quo illa certitudinem habent, fidelitatem atque infallibilitatem agnoscam, id natura non consequor, cum multi tituli, multa scripta Deum auctorem mentiantur, alia ergo criteria, & signa veritatis quærenda sunt. Primò in suo, & principijs principiorum diuina oracula, fallere, & falli nescia, nec tamen sua euidentia, & diuinitate nobis innotescant, alia, opus est, vt testificatio, & auctoritas accedat, quæ mentes nostras erigat, vt res tam arduas credant, vt sine metu falsi, rebus omnem intellectum superantibus assensum præbeat.

Ex priuato instinctu non esse noi de Scripturæ certoe.

Natura sic comparatum est, vt fidem certam testimonio nulli adhibere possimus, nisi illud diuinum, & infallibilis veritatis esse cognoscamus. Itaque non prius Scripturæ credimus, quam constans illud, & immutabile robur adesse ei sufficienter ostensum fuerit. Sed hæc generatim ad omnes scripturas pertinent, de Epistolis Paulinis nobis institutus est sermo. De his tres hypotheses falsas, & hæreticas oppositas totidem Catholicis hypothesibus inuenire licet passim in prolegomenis Sectariorum.

Sententia hæreticorum de Pauli Epistolis.

Prima hypothesis hæretica. *Epistolas Pauli, esse diuinas, & canonicas ex ipsis Epistolis Pauli sufficienter haberi potest.* Pareus num. 2. in proleg.

Secunda hypothesis hæretica. *Epistolas Pauli esse Pauli ex ipsis Epistolis sufficienter haberi potest.* Pareus ibidem.

Tertia hypothesis hæretica. *Epistolas Pauli esse diuinas, esse Canonicas, & esse Pauli: ex testificatione Ecclesiæ sufficienter, & certo haberi non potest.*

Ex Epistolis Pauli sufficienter non ostenditur illarū auctoritas.

Primam hypothesin falsam esse, quæ iam dicta sunt, abundè demonstrant. Sed aliud argumentum adiungo. Epistolas Pauli esse canonicas, non cognoscimus sufficienter sine traditione Ecclesiæ, ex alijs eiusdem Pauli Epistolis neq; ea se sunt singulæ sibi testes sufficientes, non igitur ex Epistolis agnoscimus sufficienter, sine vlla alia traditione Canonicas illas esse. De alijs constat, rarū enim est, vt in vna aliqua Epistolarum mentio alterius habeatur. Nec tamen sine Ecclesiæ testificatione respectu nostri sufficiens hoc esset testimonium, tum quia Epistolæ, quæ in alterius testimonium producitur, veritas, sine Ecclesiæ commendatione nobis ignota est, tum quia tametsi vnius Epistolæ alia mentionem faciat, non tamen ex illa constare potest, cui specialiter sit addita illa testificatio, nec tunde certum est totam authenticam esse. Petrus meminit Epistolarum Paulinarum, non tamen ea Petri verbia dedocere possumus, hanc quæ Romanis scripta est, esse Pauli, cur enim non putuit aliam testimonium Petri commendare?

Ex titulo non constat.

§. 4. At neque ipsæ sibi sufficientes esse testes possunt. Id enim maxime titulo facerent, vt cum dicitur, *Paulus seruus Iesu Christi*, &c. Hic enim quæritur cur titulus hoc loco non fallat, idem vero in Epistola ad Laodicenses sit mendax? Quid nos mouet, vt credamus titulum suppositiuum non esse, sed genuinum? Hoc ea asseueratione ipsa sufficienter haberi non potest, quia tam mendacium constat assertione sui, quàm veritas. Et plerunque quæ ficta sunt, speciosius, fortius, & instantius affirmantur, quàm vera. Atque hoc ipsum est quod Augustinus tam seriò inculcat. *Euangelio se non crediturum, nisi Ecclesiæ eum moueret auctoritas.* Nunc aduersariorum cauillationes dissoluamus.

§. 5. Pareus hisce telis repugnat.

Obiectio 1. Orthodoxi ex Scriptura probant eam auctoritatem.

Obiectio prima. *Bellarminus de verbo Dei lib. 1. c. 1. Scripturam Propheticam & Apostolicam recipiendam docet, non ex verbo Dei non scripto, non ex traditione Ecclesiæ, aut decretis Pontificum, sed ex ipsis Scripturis sacris. 1. Ab exemplo Mosis, Prophetarum, Christi, Ioannis & Apostolorum. Qui diuina dogmata ex Scripturis ipsis confirmabant. Deut. 17. Mal. 2. Ps. 118. Ioan. 4 Marc. 12. Matth. 22. &c. II Ex notitia & certitudine Scriptura-*

 rum.

rum. *Certam autem esse Scripturam probat ex ipsis Scripturis non ex testificatione Ecclesiæ I. A veritate diuinorum Vaticiniorum ex Augustino lib. 12. cap. 9. & 10. de ciuitate Dei. II. Ex mirabili conspiratione, & concordia Scriptorum Canonicorum. III. Ex diuino iudicio, quo hos Deus aliquando cœlesti animaduersione Scripturam hanc suam ab humana profanatione defendit. IV. Ex ipsa Scriptura, quia si fuerunt vera prædictiones rerum futurarum, veementius comprobatur, cur vera non sint rerum præsentium testimonia? V. Ex miraculis.* Ergo sufficienter ex Scriptura ipsa probatur Scripturæ auctoritas.

Responsio. Verum est B. llarminum hisce argumentis Fanaticas conuincere. Falsum autē quod infert aduersarius. Bellarminū sui oblitum, cūl. 4. c. 4. contendit, *libros aliquos esse vere diuinos sufficienter non posse, imo nullo modo posse haberi ex ipsis Scripturis.* Hoc falso affingi Bellarmino, clarissime docebo. Fanatici nempe Svenckfeldius, alij, Cappinus & Quinctinus libertini, *apertè videbant, si quis Scripturas allegaret, nec dissimulabant, quia eas pro fabulis habebant.* Vt testatur Caluinus instructione contra Libertinos. *Interim tamen non desinebant illi vti si quo esset locus, quem in sensum suum torquere possent. Non quod eis haberent fidem, sed tantum vt peruerterent idiotas, atq; ita concutterent, vt tandem eos ad se possent facilius adducere.* Contra hus argumentatur ex Mosis, & aliorum exemplo Bellarminus, nō quod eos sufficienter conuinci testimonijs Sanctorum arbitretur, quia teste eod. m Caluino, *Apostolorū vnumquemq; aliquo cognomento notabat Quintinus, & ad omnia respondebant, scilicet a minime obnoxios esse, Spiritum esse, quem sequi oporteret:* Sed causam cur testimonia illa prof. rat, aliam Bellarminus adducit. *Quorum testimonia, inquit non eo à nobis adferentur, quod ab aduersarijs magni fieri existimemus, sed ne Scripturæ, quarum auctoritate adversus nos, qui eas merito veneramur, aduersarij interdum abutuntur, pro eorum sententia facere videantur.* Non igitur Scripturæ auctoritatem ex Scriptura contra Scripturæ contemptores probat. Sed ostendit, eos contra nos Scripturæ auctoritate vti non posse.

Certissimas & notissimas esse probat, non ex ipsis sed ex testificatione Ecclesiæ, verba illius sunt. c. 2. §. quod si. *Notissimas enim esse, testis est orbis Christianus, & consensio omnium gentium, apud quas multis iam sæculis summam semper auctoritatem obtinuerunt:* nihil igitur ex his contra veritatem potest hæresis.

§. 6. Miror vero ex veritate vaticiniorum Scripturæ, ex quibus Catholici docent quorumdam librorum, aut partium veritatem esse manifestā, notatores generaliter de omnibus concludere. Monarchiarum periodū, & succedētes regnorū vices Daniel vidit, in capite aureo, Chaldæorū opes: in pectore argenteo, Medorum copias & Persarū claritudinem: In ventre æneo, Macedonum celeres victorias: in t bijs *σιδηρᾶ*, ferreis, potentiam magnam, sed fragilem Romanorū: historiam texuit ad finē vsq; mundi, cuncta fidem dictis conciliauerunt. Vera igitur illa pars prophetiæ Danielicæ & rata diuinæ prouidentiæ assertio gestis probata est. Tu vero inde argumentare. *Prophetia Danielis veritatem probauit euentus, Epistola igitur ad Philemonem est Canonica idq; ex ipsa scriptura euidentissimè comprobatur.* Euentus enim solas illas Scripturas verissimas ostendit, à quibus prædicitur, non posteriores, in quibus nulla illius mentio habetur. Hæc vt satis hæresim in sese collabentem redarguunt, Ita ne quidem necessaria sunt, nam seipsa tum dudum persuadet t. Quid enim? *Euentu vaticiniorum Scripturæ veritas certissima esse comprobatur, ergo ex ipsa sola, sufficienter cognoscitur authentica?* Baltassaris nocturnus interitus, Darij fuga, & mors, Alexādri prædæ, post rorum etus inter se duella, & demū omnium regna, facta accessio Romanæ potentiæ veracissimum fuisse vatem Danielem penecuerso, saltem grauiter concusso orbe docuerunt, an igitur ex sola Scriptura nobis de Scripturæ veritate constat, tot regum mortes, vrbium excidia gentium busta prophetæ veritatem indubitatam fecisse Bellarminus asserit. Ex sola igitur Scriptura negat sufficienter eā nobis euidentem fore. Perinde ac si ita argumentaretur. Pincerna ossi. Ioseph tutus, pistor suspensus in ligno interpretis Iosephi veritatem probant: igitur sola Iosephi dicta ea seipsis oracula diuina esse probabuntur. Quæ igitur est amentia, quin tot argumenta extra Scripturā sumpta adhibuerit Bellarminus, vt demonstraret Scripturæ veritatem, hisce prætentis, illi tribuere errorem, quod ex sola Scriptura sufficienter probari iudicauit?

§. 7. Concordia vero Scriptorum Ecclesiasticorum argumentū est in illis qui eadem de re scripserunt nō generale omnibus, deinde probabile, non necessarium, cū homines litigiosi tam multa *ἐναντιοφανῆ* in Scriptura ostendere contineantur, mirabilis fateor est illa consensio, sed *inter Paucos*, vt ait sanctus Augustinus, & ratio quæ credibiles ostendat Scripturas est efficax consensio, motiuæ enim variæ sunt, quæ fidem antecedunt, inter quas & Scriptorum concordia atque consensus.

§. 8. Tres posteriores rationes à iudicijs Dei, à prædictionum de futuris veritate, à miraculis, non conuincunt Bellarminum, dū his vtitur argumentis, sentire, ex sola Scriptura Scripturæ sufficienter probari. Ratiocinatio Bellarmini est. *Deus hanc Scripturam animaduersione ab humana profanatione defendit*, Theopompum mentis agitatione, Theodorum Tragicum cæcitate puniuit, quod Scripturam parum reuerenter habuissent. Ioseph. Ltz. c. 2. Ant q. Euseb. l. 8. c. t. de prop. Euang. Denique miracula varia, atq; euidentia doctrinam cōprobarunt, ex quibus omnibus omnino contrariū conficitur. Nempe ad Scripturæ auctoritatē stabiliendā historias probatas, & miracula accersi, ideoq; ex se se non esse sufficiēs in ipsis, quo ad nos, testimoniū. Quis vero est adeo nō dico homo demens sed quę pecus, vt sic argumentetur. Apostolorum conciones, & dogmata sunt confirmata sequētibus signis, igitur erant ex sese clara, &c. vt crederentur sufficientia, nullo signo, nullo miraculo accedente?

§. 9. Altera obiectio. Epistolæ Pauli habent in se euidentiam. *Quia Epistola Pauli euidenter in se habeant omnia χαρακτῆρα Scripturarum diuinarum, nempe personam scribentis immediatè à Deo vocatam & illuminatam: diuinum doctrinæ genus, stylum Apostolicum, consensum euidentem cum Prophetis & reliquis Apostolis, veritatem oraculorum, efficaciam doctrinæ verè diuinam: denique testimonium Dei intus fidelibus loquentis. Quod sint diuinæ. Altera specialis: Epistola Pauli sunt Paulo inspirata à Spiritu Dei & à Christo ipso, immediata apotefactione Dei. Ergo verè sunt diuinæ. Antecedens probatur ex 1. Corinth. 7. 40. vbi Corinthijs scribens: puto autem, inquit, me quoque Spiritum Dei habere. Ergo dictante Spiritu Dei scripsit Corinthijs. Item 2. Corinth. 13. 3. Num quæritis experimentum in me loquentis Christi? Ergo Christo per eum loquente & scribente Paulus Corinthijs scripsit. Item Gal. 1. scribit, se Apostolum constitutum non ab hominibus, nec per hominem, sed per Iesum*

Fanatici qui sunt Scripturis.

Bell. cur versus Scripturis contra aduersarios.

Bell. Scriptura auctoritatem aliunde probat.

sum Christum, ac Deum Patrem, qui suscitauit eum ex mortuis. Ibidem vers. 12. se non ab homine doctrinam, quam scribebat, accepisse aut edoctum esse. sed patefacientes sibi Iesu Christo. Huc pertinet, quod se vbique vocat Apostolum, legatum Christi fidelem. Ergo nil dixit aut scripsit, nisi ex Domini præscripto. Quare testantibus ipsis Epistolis Paulinis, sufficienter & certo habetur, eas esse diuinas. Neq; hic mihi obganniat aliquis Sophista, petis principium, an Scriptura, hoc de se affirmanti sit credendum. Aut enim Sophista credit Scripturæ, aut non. Si non credit, Paganus est; cui vt porco frustra obijcias margaritas. Si credit, malitiose obgannit.

Responsio illustrior erit: Si Epistolam accipiam, quæ inter Sectarios dubia est. Quam alij admittunt, alij reijciunt. Non quod in Romana non eadem sit vis argumenti, sed quia in illa euidentior, & inter se commissæ duæ sectæ veritatem clariorem facient. Exemplo sit Epistola ad Hebræos.

Huic vero tam longæ, & tortuosæ ratiocinationi nihil nisi sapientia deest. Nam ad probationem sumitur, quod in controuersia est. Quæritur an Epistola ad Hebræos sit canonica? Negat Lutheranus. Tu probas: *Quia persona scribentis immediate est à Deo vocata, & illuminata.* Hoc ego concedo doctus ab Ecclesia, tibi si negem, vnde probabis? At ne probationem quidem tentas, en ipsum syllogismũ vide. *Omnia scripta persona immediate à Deo vocata sunt diuina, Epistola ad Hebræos est tale scriptum.* Vt hoc non refutem, tu vide an satis probaris. Omnia personæ vocatæ & illuminatæ esse diuina, & canonica. Si scripta, etiam dicta; cur enim minus verborum sonus, quam calami ductus infallibilitatem habeat?

Non potest aduersarius probare Epistolas Pauli eius esse.

Diuinum doctrinæ genus est in Pauli Epistolis, fateor & lubens agnosco, si sic interpretaris: *Diuinum doctrinæ genus*, hoc est, à Deo immediate inspiratum, & canonicum; Synonymis ludere pergis. Qui negat enim scriptum esse diuinum, etiam doctrinam esse diuinam negaret. Si diuinum doctrinæ genus esse sic intelligis, vt doctrinã veram, sanctam diuinam contineri Epistolã illã indices: negabunt hoc nonnulli, sed nos asserimus, non tamen inde cõsequitur scriptum esse canonicum, quam enim sunt multæ Hieronymi, Augustini, aliorumq; Epistolæ, in quibus doctrinæ genus diuinum est, consentiens Prophetis, & Apostolis efficax animis permouendis? nec tamẽ in canone sunt illæ Epistolæ. Itaq; hæc tua nænias habent, & gerras ad populũ, omnis vero eò recidunt, quod vltimo loco positum est. Deniq; testimoniũ Dei intus fidelibus loquentis, quod sint diuinæ. Sed hoc testimoniũ esse diuinũ negant Lutherani, ex alijs nemo probare potest.

Altera ratio solum chartæ implendæ facit. Epistolę Paulinę sunt immediatè à Deo inspiratæ, ergo diuinæ. Antecedens probatur. 1. Cor. 7. 40. *Puto autem me quoq;* inquit *Spiritũ Dei habere* &c. Futilis ratio non enim agimus de eo conuincendo, qui scripturis credit, sed eo qui dubitat an negat diuinam Scripturam esse. Si enim Pagano de sacrarũ literarũ dignitate, auctoritate, fide loquaris, nonne si ex ipsa Scriptura hoc argumentum proponas, ille regeret hoc fatidicos suorũ libros, hoc aruspices hoc ipsos poëtas iactare? de cœlo Spiritum se hausisse, illo aguante sese incalescere? & quis enim mendacio fallere vnquam voluit vt non se vera dicere assereret? Non igitur testimonium ex Pauli Epistolis valendum est nisi credenti, nos autem de mouendo credendi quærimus. Sed vrget nos ille: *Si non credit, Paganus est, cui vt porco frustra obijcias margaritas.* Imo

Scripturam ex Scriptura probare apud negantem est petere principium.

ei qui Paganus est lumen veritatis ostende; doce quid intersit inter scripta exotica, & sancta more Apostolorum age, porcum illum in mundum pecudem transformabis. De eo igitur qui catechumenus est, agamus. Nescit Epistolam ad Romanos esse diuinã, quid muneris sit Catechistæ; nouimus omnes, nempe ignorantem docere, persuadere dubitanti, non potest autem sine externis adminiculis, testificatione Ecclesiæ miraculis alijsq; motiuis, quæ in docenda fide solent adhiberi. Nec bona ratio est in hac obiectiuncula *Si credit malitiose obgannit.* Credit Catholicus, quod affirmat Paulus: eum Dei Spiritum habere, sed hoc credit, quia iam Epistolam in qua ista legit, diuinam esse credidit. De Hebræa dubitat Lutheranus, aut negat. Tu quomodo persuadebis Epistolam diuinam esse?

§ 10. Obiectio tertia *Omnes Epistolæ Pauli Apostoli nomen tanquã auctoris expressum habẽt in ἐπιγραφαῖς non falso, vere igitur. Quia tamen Epistola ad Hebræos Pauli nomine caret, ideo addenda est altera ratio. Omnes Epistolæ clausæ hoc signaculo: ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ πάντων ὑμῶν, ἀμήν, Gratia Domini nostri cũ omnibus vobis, Amen. Sunt Pauli. Ratio, quia ipse testatur, se omnes suas Epistolas hoc signaculo claudere.* 2. Thes. 3. 17. *Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni Epistola sic scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Atqui omnes Epistolæ Pauli nomen habentes clausæ leguntur hoc signaculo atq; etiam Epistola ad Hebræos scripta. Ergo omnes sunt Paulinæ.*

Respondeo. Priorem rationem ipse eius nidã fatetur. Deinde non concludit id, quod instituit, sed longe aliud. Vere enim nomen Pauli nõ falso Epistolæ illius præferunt. Non tamẽ ex ipso titulo sufficienter notum est, atq; euidẽs, Epistolas esse Pauli, vt supra docui. Nonne aliæ Epistolæ nomẽ Pauli præferebant. Hoc igitur quæritur? Vnde scis hanc vere, illam falso gloriosum Apostoli nomen prætexere? Vel, *Vnde scis titulum verum esse?* An ex eo, quia titulus est? quia frontem libri occupat? Quasi vero nõ facile sit cuilibet hoc vti titulo, & quaslibet nugas Paulo transcribere. Non igitur constat ex ipso titulo veritas tituli, sed aliunde quærenda est.

Ex titulo non sufficienter constare de auctoritate Epistolæ.

In altero argumento non dialecticam modo, sed etiam sensum communem requiro. *Paulus omnes Epistolas clausit hoc signaculo. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis. Ergo omnes hic clausæ sunt Pauli.* Demonstrabo rem simili, Omnes Epistolæ clausæ hoc signaculo: *Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu, Amen.* Sunt Pauli: Atqui vtræque Epistolæ habentes nomen Petri, clauduntur hoc signaculo, prior quidẽ verbis disertis, altera verò sensu, ergo Epistolæ Petri sunt Paulinæ. At dicet. Petri prima Epistola clauditur hoc signaculo: *Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Iesu.* At Pauli Epistolæ alijs verbis. *Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis.* Deinde secunda Petri non clauditur hoc signaculo, habet enim: *Crescite vero in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria, & nunc, & in diem æternitatis, Amen.* Vbi nec sunt verba Pauli, nec claudit Epistolam gratiæ precatio, sed hymnus glorificationis.

Respõdeo si de verbis & syllabis agitur, ne Paulinas quidẽ omnes iisdẽ verbis absolui quib' Thessalonicẽsis secũda Nã clausula primæ Corinthiacæ est, *Gratia Domini Iesu Christi vobiscũ.* ita græc' habet tex'. Aliter etiã secũda Corinthiaca & Epistola ad Galatas: *Gratia Domini nostri Iesu Christi cũ Spiritu vestro fratres, amen.* Sic Philippensis. Ad Ephesios v ro

Signaculum Paulinarum non est sufficiens testimoniũ esse Pauli.

Gratia


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in in[illegible]tione. Amen. Coloss[illegible], *Gratia vobiscum, Amen.* Et ad Tim. *Gratia tecum.* Ino[illegible] duas [illegible] præcæ verbis constat.

Confusi igitur [illegible]da est, itaur & [illegible] Epi[illegible] æ sunt Pauli [illegible] eodem signaculo clauduntur. Q[illegible] nulla est, nisi cuius illa verba [illegible], *Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus vobis*, cete[illegible] Romana Paulo ab[illegible]cabitur, T[illegible] versus verba illa cõ[illegible] in secunda vero[illegible].

Fal[illegible] & captiuolæ obseruatiunculæ neg[illegible] ingenibus in [illegible], sed mihi hic ita [illegible], atq; artificium disputantis, quo fallacias sub [illegible]. Syllogismus enim hic est. *Omnes Epistola clausa hoc signaculo ἡ χάρις &c. Sunt Pauli, omnes Epistola nomen Pauli habentes clausa leguntur hoc signaculo, Ergo omnes Epistola nomen Pauli habentes sunt Pauli.*

Maior propositio quæ secundo loco posita est, [illegible] est. Assumptio quæ primum locum occupat fa[illegible], & mendacio fraus addita est. Nam omissa sunt verba illa. Pauli nomen habentes, quæ si adderet etiam suis derisiculo esset, cum multæ Pauli nomen falsò prætulerint, & salutationem illam tamen adiecerint.

§. 11. Obiectio quarta. *Epistolas Pauli esse diuinas, esse Canonicas, & esse Pauli ex testificatione Ecclesia sufficienter & certum haberi non potest. Hanc etiam prolegomeno tertio quæstione secunda in Hoseam probauimus. Nunc addo probationem ab absurdo. Absurdum est, in dubys aliquem sufficienter alicui credere, propter suum ipsius, aut alterum æque dubiorum testimonium. Id enim non est fides, sed opinio vel præsumptio. At dicere, Ecclesiam te credere, Scripturas esse diuinas, &c. propter Ecclesia testimonium, est dicere, Ecclesiam credere propter suum ipsius, & nos credere propter Papa Episcoporum, Iesuitarum, Imo nostrum ipsorum testimonium. De Ecclesia primitiua id est manifestum: quia ea ante se nullam aliam habuit Ecclesiam, cuius authoritate crederet. Ergo fletit sua authoritate. At hoc absurdum. De subsequente vij, ad præsens tempus etiam patet. Hæc enim Ecclesia fuerunt & sunt (vt isti volunt) Papæ, Cardinales, Episcopi, Iesuita. Hi igitur credunt Scripturas esse diuinas propter testimonium Ecclesia: Hoc est, Paparum, Cardinalium, Episcoporum & Iesuitarum præcedentium & suum ipsorum. Et nos volunt id credere propter testimonium Ecclesia, hoc est, Papa, Cardinalium, Episcoporum & Iesuitarum, hoc est, suum ipsorum: quo nihil profectò absurdius & ineptius.*

Respondeo. Si quæras vnde Romani cognorint Epistolam esse Pauli, quam misit? Respondeo, E[illegible] signo siue sig[illegible]lo, ex nominis [illegible]ptione, ex test[illegible]nio eorum, qui afferebant, sed de his plura [illegible]mus.

Videtur quidem Ecclesiæ auctoritatem pre[illegible]endo id agere vt scripturæ dig[illegible]itatem extollat, [illegible]ue æmulationem inter res duas amicissimas, & [illegible] nexo deuinctas efficiat. Sed teuera omnem Scripturam abnegat, cum Scripturæ con[illegible]ruatricem, interpretem, atque internuntiam Ecclesiam irridet: se[illegible] en Dei dissipat, qui agrum Dominicum conc[illegible]lcat. Nos cum Augustino, Ecclesiam totum sapientia magistram agnoscimus, *Ecclesia cum aliquid credit, eam non inaniter credere credamus, vndecunque traditum sit etiamsi Canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur authoritas. Nam & Ecclesiastica consuetudo creditur ab Apostolis tradita, quamuis nihil in literis eorum inueniatur, nec in Concilys posteriorum.* Hæc auctoritate sua mouit Augustinum [illegible] Euangelio crederet. *At dubium est Ecclesia testimonium.* T[illegible], tu siquè[illegible] ne talia dem[illegible]. *Non [illegible] clesia fundamentum [illegible] & columna veritatis fundata [illegible] per angularem lapide* [Christo Iesu]. [illegible] go [illegible] dam[illegible]ne Euangel[illegible] propter Papæ, Ep[illegible]porum, Iesuita[illegible] testi[illegible]nu[illegible] R[illegible] d [illegible] de [illegible]usa forma[illegible] dera[illegible]s, [illegible] quia Deus æterna veritas [illegible] it. D[illegible] Dem, & Ap[illegible] ipsas [illegible]se, rad[illegible] le[illegible] hæ[illegible] pe[illegible] diuina illa credamus [illegible]ostr[illegible] resoluimus in [illegible] ueritatem æternam, n[illegible] in tel[illegible] monia humana. Quanquam E[illegible] testimonium ista non est humanum, sicut nec humanum [illegible] Pauli hominis, & P[illegible] hominis testimonium. Si autem Ecclesiæ non c[illegible] dis officiet Scripturam & examini simonio dicendum sal[illegible] iudicas, [illegible] credis ne ipsi quidem Scripturæ, nisi tibi specialiter Deus reuelauerit.

At si Ecclesia credis certa esse Scripturas propter Ecclesia testimonium, ergo credis propter suum testimonium. Palmaris est ista hæc argutia meo quidem testimonio. Absurdum namque videtur Caluinistæ Ecclesiam credere Euangelio, propter suum testimonium. Nobis vero minime, qui credimus Ecclesiam & hoc credere; suum testimonium ex S Spiritus continuo influxu, conseruatione que esse certissimum.

Tu vero cu[illegible] testimonio credis, cum priuato instinctu Spiritus, & Scripturam, & sensa Scripturæ censes? Testim[illegible]o Dei. Et vnde scis testimonium hoc Dei esse? Ap[illegible]plam nunc damnas, nunc [illegible]cipis, nõ ex Dei testimonio, sed quod arbitraris esse Dei testimonium. Vnde autem nosti hoc, quod asseris esse Dei testimonium, esse diuinum? Cum enim Satanas Angelum lucis imitatus, sæpe homines sua opinion[illegible] diuino in fraudem inducat, mi[illegible] q; captis illudat, magn[illegible] enim similitudine veri di[illegible]nas animorum i[illegible]stationes me[illegible]ttitur, quo testimonio certus [illegible] ab Angelo illo, non ab otestimonio illud aspirari. Hoc tibi conscientia dictat? Tibi igitur credis non Deo, nam tota tua credulitas in proprium testimonium resoluitur. Quis autem fructus sit, nolle credere Ecc[illegible]siæ testimoni[illegible] suum de diuin[illegible] tare & cert[illegible] [illegible] pu[illegible] testimonium anthen[illegible] um, [illegible]utare, [illegible] & [illegible] blasphemiæ declarat[illegible] Vorsti[illegible] C[illegible] luinianis fratribus præser[illegible] m[illegible] Duntelockio obiectum fuit. *Quod Apostolos, aliosque N. Scriptores in rebus leuibus errare potuisse diceret, libellum enim alterum in quo [illegible] erat, [illegible]* Sed ille eauctoritate Caluini, atque aliorum tuetur, in hæc enim verba re[illegible]det. *Sed an non eadem, aut similia habet Caluinus, tum interdum eosdem N. T. Scriptores, aut superflua quaedam tradere, aut alia magni momenti omittere, aut ordinem temporum in historia turbare, aut quaedam ex V. T. minus apposite citare. &c. non obscure tribui? Pro multis sit vnus ille locus in 1. Ioan. 2. 14. vbi disertè ait, reputemus illas Apostoli esse superfluas, in hu [illegible] verbis: scribo vobis pueri, &c. Sed vt Caluinum hic omittamus, quid de Francisco Iunio videtur qui in locu communibus, recenter hic impressis, lib. 1. cap. (). non veretur affirmare; Scriptores non est lamenti, aliquando scientes, prudentes præter veritatem historia quaedam scripsisse. Sic enim aperte scribit, pag. 61. & 62. Eos interdum receptæ errori aliquid ex caritate condonasse & propter opinionem publicam à veritate historiæ deflexisse, adeo que præter veritatem quadam Sacro Textui inseruisse, &c Idque speciali exemplo S. Lucæ confirmat, qui contra veritatem, historia Mosaica nomen Kenanum in Genealogia Christi posuerit, ne videlicet eos offenderet, qui Græce V. T. Versioni assueuissent, in quâ nomen istud extabat. Quod si hoc asserito [illegible] excusari potest, [illegible] de quo sententiam meam iam proferre nolo, cur non saltem alia similis hasitatio, aut concesso [illegible] fieri*

Scriptu[illegible] ram tollit ipse qui Ecclesia non credit.

Sectarij non credunt Scripturis.

sari poterit: Certe enim grauius est, scientem, prudentem, aliquid contra veritatem historiæ scribere, quam σφάλμα μνημονικὸν in re leuicula admittere. Et rursum maius quiddam est, certo illud prius de aliquo asserere, quam per concessionem posterius istud aduersario largiri. Sed ista iam suffi.iant. Plura id genus exempla ex doctoribus nostris, vbi opus erit, aliâ occasione adferri poterunt: saltem vt appareat, eos magnâ prosopolepsia laborare, qui eadem, aut similia dicta in vno liberaliter excusant, quæ in alio tanquam hæretica, & impia traducunt.

§. 12. Hinc discimus, sectarios, quæ de certitudine, veritate, præstantiâ Scripturarum aliquando sentire videntur, populo duntaxat venditare, ipsos vero N. T. Scripturas errantes, & mendaces arbitrari, hoc in amicis suis liberaliter excusare, in aduersarijs grauiter damnare. Ex quibus hoc ipsum intelligere peroptarem, cum mentiri sacros scriptores credunt, an id quoque ex instinctu diuini Spiritus habere se sentiant? Hoc est: An illis Spiritus sanctus reuelarit, se in rebus leuiculis errore, & ob hominum anticipatam opinionem interdum mentiri solere? Quod si hæc de Spiritu sancto accepisse se profitentur, id demum respondeant: vnde sciant Spiritum, cum profitetur se mentiri, in hac professione verum reuelare? An ideo quod in suum opprobrium mentiri nemo censeatur? Quid vero non liceat miseris homuncionibus, si Deus ipse erroribus hominum potius obsecundare mendaciolis, quam euellere ex eorum animis prauas opiniones, & veritatem inserere creditur?

Qui nunc Lutheristæ & Caluinistæ scripturas errare.

Obijcit vlterius. *De Ecclesia primitiua id manifestum est, quia ea ante se nullam aliam habuit Ecclesiam, cuius auctoritati crederet. Ergo stetit sua auctoritate. At hoc absurdum.*

Primitiua Ecclesia cur crediderit sacris litteris.

Responsio. Ecclesia quæ prima sacras litteras accepit, fuit Israelitarum in deserto, si quæras vnde sciuerit præcepta Mosis esse à Deo, in promptu est responsio. Tot fuisse signa, tot Dei magnalia, vt summæ fuerit contumaciæ de auctoritate legis dubitare. Non ergo priuato Spiritu, sed maximis miraculis Scriptura sacra auctoritatem accepit, nec minora postea Prophetæ cæteri ediderunt firmandis fidelium animis. Non igitur ex sola Scriptura, firmitatem, & certitudinem Scripturæ didicerunt. Sed quæ Mosi auctoritatem, eadem concioni Apostolorum ac consequentium fidem, atque auctoritatem pepererunt. Quid primitiuam Ecclesiam Apostolorum tempore mouit, vt authentica iudicaret scripta Pauli, nonne id, quod prædicationi illius fuit firmamento, nempe signa, & virtutes? Si igitur signa sequentia, sermonem ore prolatum confirmauerũt, nec ex se solo certus erat, quomodo ipsa Scripta ex se solis cognoscebantur æternæ veritatis esse?

Certior erat Apostolorum oratio, quam scriptio, de illa enim auditori constabat, ab eodem ore procedere, à quo dæmones pellebantur, morbi curabantur, lumen cæcis, auditus surdis, sanitas depositis, vita mortuis restituebatur, per hæc credebant doctrinæ, quod esset à Deo, & quod vera, vera non in grauibus modo, sed etiam in leuibus, quanquam nihil leue ducendum est, quod Spiritus sanctus toti mundo præscripsit, quem non crepundijs, aut ludicris redemit Deus, sed sanguine vnigeniti filij. Si igitur de oratione non ex ipsa sola, sed adiunctis miraculis credebant esse diuinam, cur non idem de scriptis Apostolicis Ecclesia primitiua eodem modo credidit? Certe de Epistola maior credendi difficultas est. Epistola absentis est, descriptione, sigillo, alijsque modis potest esse, vel ex parte vitiata, vel ex toto supposititia. Non igitur alia fuit in verbo scripto, quam dicto credendi ratio, miracula quę vocem, eadem calamum cõfirmarunt. Atque hæc de primitiua Ecclesia, quæ eadem fide, eisdem fidei motiuis, Paulo credidit scribenti, quibus credidit concionanti.

Hęc negare, nisi religionis omnis ignarus sit, nemo potest. Sed quid sequentis Ecclesiæ filios mouit, qui miracula illa non viderunt? An illi Papæ, Cardinalibus, Episcopis credere debuerunt?

Primo habuerunt & illi multorum Sanctorum, & Apostolicorum virorum miracula. Deinde crediderunt illi Paulum atque alios Apostolos docuisse, quæ audiuerunt à parentibus, primisque doctoribus. Anno Domini 59. Paulo & Petro iam mortuo, nouis fidelibus Ecclesia testabatur quæ Pauli esset, quæ Petri doctrina, quæ vtriusque Epistolæ. Quæ quisque eorum miracula patrasset, fideliter enarrabat, fidem habuerunt auctoritati maiorum posteri, atque ita per traducem doctrinarum, & successionem Episcoporum plena ad nos deuenit auctoritas. Egregiè hoc explicuit Tertullianus lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos, c. 20. *Ex quibus duodecim præcipuos lateri suo adlegerat destinatos Nationibus magistros. Itaque vno eorum decusso, reliquos vndecim regrediens ad patrem post resurrectionem, iussit ire & docere nationes, tinguendas in Patrem & in Filium & in Spiritum sanctum. Statim igitur Apostoli (quos hæc appellatio Missos interpretatur) assumpto per sortem duodecimo Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate Prophetiæ, quæ est in Psalmo Dauid, consecuti promissam vim Spiritus sancti ad virtutes & eloquium, primo per Iudæam contestata fide in Iesum Christum, & Ecclesijs institutis, dehinc in orbem profecti, eandem doctrinam eiusdem fidei Nationibus promulgauerunt, & proinde Ecclesias apud vnamquanque ciuitatem condiderunt, à quibus traducem fidei & semina doctrinæ, cætera exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt, & quotidie mutuantur, vt Ecclesiæ fiant. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur, vt soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad originem suam censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantæ Ecclesiæ vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, & omnes Apostolicæ, dum vnam omnes probant veritatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quam eiusdem Sacramenti vna traditio. Hinc igitur dirigimus præscriptionem. Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit; quia nec alius patrem nouit nisi filius & cui filius reuelauit, nec alijs videtur reuelasse filius, quam Apostolis quos misit ad prædicandum, vtique quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari deberet, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam viua (quod aiunt) voce, quam per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs Apostolicis matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præiudicandam quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei.*

Cur Ecclesia posterior crediderit?

Atque hæc de auctoritate Epistolarum Paulinarum sufficiant.

***

QVÆ-

QVAESTIO XVI.

An Scriptura N. Testamenti fuerit necessaria?

§. 1. FAnatici Scripturā noui testamenti prorsus inutilem iudicarunt. Legē enim nouam cū spiritalis sit, cordibus inscribendam esse asserebāt, non in tabulis & membranis conseruandam. Ita Ieremiam c. 31. 33. dixisse: *Scribam legem meam in corda eorum. & Paulum 2. Cor. 3. 3. Vos estis Epistola Scripta non atramento, sed Spiritu.*

Verum enthusiastas illos iā fere nemo sequitur, licet fundamentum illius iecerint Caluinistæ, qui errores & mendaciola Scriptoribus noui testamēti adscribunt, si enim Scriptura aliquādo fallit, & mētitur, idq; Magisterio priuati instinctus docemur, dubitare nō debemus, quin humano iudicio, quod diuinum instinctū esse præsumptio sibi fingit, scriptura subijciatur, cum partes eius erroneas & mendaces esse iudicet. Non possunt igitur scripturam contra Fanaticos tueri, qui suos enthusiasmos Scripturæ præponunt.

Lex in cordibus & membranis scribitur. §. 2. Argumenta Fanaticorum nullam speciem probabilitatis præ se ferunt. Christiana lex quidem Spiritalis est, & sancta, sed voce tamen, & scriptis docetur. Ipse Christus eam hominum cordibus vt inscriberet, auribus primū, oculisq; exhibuit: neq; scriptio librorum obstat intelligentiæ & affectibus cordis, sed eā magnopere prouehit. Legebat Isaiam Eunuchus, & lectionis intelligendæ desiderium operabatur intus in corde Spiritus S. vt cū Philippo idoneum discipulum exhiberet. Spiritalem legem exponebat Eunucho Philippus. & cordi audientis interpretationē inscribebat cœlestis magister. Nihil igitur causæ est, cur nō & characteribus, & voce lex spiritalis exponi possit, & cordib⁹ inscrib. Epistola Pauli erant Corinthij, scripti in corde Pauli, ijdem Epistola Christi erant, ministrata à Paulo nō atramento, sed Spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Insignia enim atq; plurima dona diuinæ beneuolentiæ rata pignora Corinthiorum Ecclesia acceperat, quibus illorū fideliū animæ pulcherrimis, ac præstantissimis charismatis consignatæ, atq; Deo suo consecratæ ornabantur, hæc ministerio Pauli cōscripta fuerunt, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, nec ideo tamen atramento, & tabulis nunc est vsus Paul⁹ licet sanctæ illæ animæ dulcedine S. Spiritus, atq; oleo spiritali abū[d]anter effuso essent delibutæ non atramento inscriptæ. Nam his ipsis Epistolam scribit, & Epistolæ suæ Spiritali scribit Epistolam atramento, quam ante sua quoq; voce informarat. Fanaticos itaq; tinamus, fanaticorum autem doctores, atq; deinde hostes sed hostes in publico, adiutores in occulto Caluinistas audiamus.

§. 3 Scripturas noui testamēti *necessarias esse* arbitrantur. Nō tamen de absoluta necessitate hæc accipiēda docent. Potuit n. absq; Scriptura Deus Ecclesiā continere, illumināreq; & gubernare, q cōcedūt adue[rsarij]. De necessitate itaq; hypothetica, quāta sit illa quærimus; nam & nos necessarias scripturas esse fatemur, & illi simpliciter necessarias negant. ita in prologomenis Patrus *Quod si de absoluta necessitate accipiunt facilis datur* inquit. Hanc necessitatem illi maiorem, nos minorē facimus. Nā necessariam

Quanta Scriptura necessitas. Ecclesiæ scripturā statuīt eo modo, quo vitæ necessarius est panis quotidianus seu cibus, nos eo modo quo vitæ necessariæ sunt opes pannus, carnes, pisces aliaq; quorū cōmoditate nō facile careamus etsi sine illis degi vita possit. Sic esse necessitatas ostendo.

Primo. Apostoli Euangeliū longo tempore sine scripto docuerū, Ecclesiæ igitur illæ tum sine scriptura noui testamenti non floruerunt modo, sed & conditæ sunt. Quod si natio aliqua, aut Ecclesia integra potest conservari, erudiri, gubernari sine scriptura, non sunt simpliciter necessariæ Scripturæ, nisi ad commodam gubernationem atq; faciliorem.

De gentibus illis testatur Irenæus c. 4. l. 3 *Tantæ igitur ostensiones cum sint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli, quasi in depositorium dives, plenissime in eam contulerint omnia quæ sint veritatis: vt omnis quicunq; velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt, & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos: quæ autem sunt Ecclesiæ, cum summa diligentia diligere, & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim? Et si quibus de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conversati sunt, & ab iis de præsenti quæstione sumere quod certū & re liquidū est? Quid autem si neq; Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt iis quibus committebāt Ecclesias? Cui ordinationi assentiūtur multæ gentes Barbarorum, quorū qui in Christum credunt, sine charta & atramento scriptam habentes per Spiritū in cordibus suis salutem, & veterem Traditionem diligenter custodientes in vnum Deum credentes fabricatorem cæli & terræ & omniū quæ in eo sunt, per Christū Iesum Dei filium.*

Insigne testimoniū viri Sanctissimi, de suo tēpore agētis. Et sane ita est. Cur enim nō crederēt Mosi loquenti Israelitæ, etsi nihil scriberet. Cur nō inter admirāda, & diuina signorū, Euāgelio crederēt tot millia, quorū nō exigua pars mortē obijt ante nouā scripturam? Maior pars etiā literarū ignara fuit.

§ 4. Nō modo Christiana Ecclesia, sed olim vetus in lege naturæ seu ante, seu post diluuiū sine scripturis seruata est. Respondent in paucissimis seruatam esse, in vna, aut altera familia, in multis vt seruetur opus esse Scriptura. Refelluntur. Hoc qua prudentia dicitur in vna, altera ve familia? Certe tempore Noe in familia Sem, & Iaphet mansit aliquādiu pietas, Iob, & amici eius in terra Hus colebant Deum, Abimelech, & Pharao rex Ægypti, & Melchisedec rex Salem Deum cognouerunt, nec Scriptura tamen erat. Multi viuentibus longæuis Patriarchis sola traditione Deo seruiebant. *Scriptura in Ecclesia ante Mosen non fuit.*

§. 5. Potuerūt Ecclesiæ sine Scriptura symbolum Apostolorū atq; alia retinere, non minus, quā scripto, & sane totum symbolum nusquā eo ordine in libro aliquo canonico scriptum habetur. Multi ēi legere nesciunt, quibus certe sine Scriptura quodāmodo viuere necesse est, obijciunt. *Doctores certe ex Scriptura hauriunt illam quā profitentur doctrinā*, illis igitur necessariā esse Scripturā simpliciter. Quali vero nō & doctoribus sufficere possit, sine scriptis auctoritas qua tot hominū millia conten[t]a sunt. Si n. myriades idiotarum credunt doctoribus, cur non alijs doctoribus credere doctores alij possunt. Titus & Timotheus, Apollo, & cæteri verbis Pauli prius crediderūt, quā scriptis, & quæ docuerunt de traditionis auctoritate acceperunt. Ex quo vanitas eorū conuincitur, qui cōtendunt, sine scriptura nihil credi oportere, apud quos hæc illi iactitāt, sæpe apud homines rudes, idiotas qui literas nō didicerunt, quos interrogēs, *Vnde sciant hoc, vel illud in Scriptura haberi?* Aliud respondere non possunt quam ideo se credere, quod ita Prædicantium clamores increpent. Ecce in rationem credēdi venit prædicantis auctoritas. Et Scripturā canonicam à fabulis Æsopi, lectione non discernit idiota, sed solo testimonio doctoris, qua erudiri potest *Quædam retinet Ecclesia sine scripto.* *Doctoribus ipsis traditio sufficit.*

…ſt ſine ſcriptura, quemadmodum, & doctus ille …e poſſet, etſi nihil Apoſtoli ſcripſiſſent.

§. 6. Illa quæ ipſi pro Scripturæ neceſſitate adferunt, nullo modo abſolutam, & ſimpliciter dictam neceſſitatem conuincunt, ſed eam duntaxat quam vocant, *Ad bene eſſe.* Argumenta eorum hæc ſunt.

Obiectio. 1. *Niſi eſſet ſcriptio neceſſaria, Spiritus Sanctus eam non curaſſet, libros non ſeruaſſet, nec lectionem commendaret.*

2. *Iudæ 3. ſcriptum eſt. Neceſſe habui ſcribere ad vos hortandos. & 1. Theſſ. 5. 27. Paulus adiurat Theſſalonicenſes, vt omnes legant Epiſtolam à ſe ſcriptam. Si nulla neceſſitas, temeraria erat adiuratio. Ioan. 20. dicit ſe Chriſti geſta ſcripſiſſe, vt credamus in nomen eius.*

3. *Apoſtoli erant teſtes doctrinæ vniuerſales ad omnes terras, atque ad omnia ſæcula, id ſine ſcriptione fieri non poteſt, neceſſaria ergo ſcriptio.*

4. *Eccleſia afflicta eſt hæreſibus etiam poſt Scripturas, quid factum eſſet ſine ſcriptis.*

5. *Scriptura continet doctrinam neceſſariam, eſt ergo neceſſaria.*

6. *Qua voce dicuntur, non ita firma, & ἀσφαλῶς ſunt ſcripta. Ergo ſcriptura eſt ſimpliciter neceſſaria.*

7. *Matth. 22. Dicitur Sadducæis, Erratis, neſcientes ſcripturas.*

8. *2. Petri 1. Habemus firmiorem ſermonem Propheticum, ergo Scripturæ ſunt neceſſariæ.*

9. *Quod Deus præcepit, eſt neceſſarium, Deus quaſdam Scripturæ partes fieri præcepit.*

10. *Quod neceſſario ſeruandum eſt, neceſſarium eſt, Scripturæ neceſſario ſeruandæ ſunt, ergo neceſſariæ.* Pareus prol. p. 17. alijque, Danæus, Whitackerus, Hibrand*.

Non ſola neceſſaria Deus largitur.

Ad primam reſponſio. Non ſequitur *Deus ſcripturam dedit ſeruauitque, igitur eſt ſimpliciter neceſſaria.* Stolida cauillatio eſt Whitackeri. *Si carere ſcripturis poſſemus cur igitur eas nobis Deus tradidit?* Stolida inquam, aut ſane impia, quam multa enim non neceſſaria Deus non modo amicis, ſed etiam hoſtibus vtilia, iucunda, & quodammodo ſuperflua largitur? Illa eſt bonitas ſanctiſſimi legislatoris, vt etiam memoriæ, facilitati, commodique voluerit eſſe conſultum. Quam multa commendantur tanquam vtilia, non neceſſaria, & quis ſimpliciter neceſſariam dicat Epiſtolam Iudæ, aut ad Philemonem, illa neceſſitate, ſine qua religio conſeruari non poſſit?

Ad 2. Iudas neceſſitatem habuit ſcribendi, non neceſſitatem abſolutam aut ſimpliciter, ſed eam quæ vtilitatem fidelium, & officium Apoſtolatus ſpectabat. Poterat enim vel ſua præſentia, vel per alios ad virtutem excitare fideles, neque enim ſola Epiſtola toti Eccleſiæ neceſſaria fuit.

Adiurati Theſſalonicenſes vt legerent Pauli Epiſtolam.

Quæ hæc argumentatio. Si nulla neceſſitas, temeraria eſt adiuratio, qua Apoſtolus adiurat Theſſalonicenſes, vt omnibus ſanctis fratribus legatur Epiſtola? Primo enim adiurare licet, cum magna vtilitas proximi agitur, quæque alio modo difficilius queat obtineri. Magnam partem in pactis vtilibus iuſiurandum interponitur. Nullum lectionis ſacræ vtilitate priuari Paulus voluit, ideo iuramento adegit eos, quorum hoc munus erat. Theſſalonicenſibus minus forte opportune, ſed alia tamen ratione ſuccurri poterat. Statuamus tamen firmam eſſe ratiocinationem: *Adiurantur vt legant; ſimpliciter neceſſaria igitur fuit lectio.* Qui vero adiurati ſunt? Theſſalonicenſes. Illis ergo neceſſaria fuit lectio, non omnibus ad quos obteſtatio Paulina non pertingit. Si omnes adiurati ſunt, vt legant *omnibus Sanctis fratribus*, culpæ ſunt obnoxij. qui id non faciunt. Non iubebantur ſane Theſſalonicenſes alijs à ſua Eccleſijs Epiſtolam prælegere, non igitur neceſſaria illis fuit, aut ſi tam neceſſaria alijs Eccleſijs quam Theſſalonicenſi, cur ſoli illi iureiurando ad eius lectionem adiguntur? Quod ex Ioan. 20. 31. citatur. *Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei*: finem indicat ſuæ ſcriptionis Euangeliſta, non neceſſitatem, ſed euidentem vtilitatem, compendioſam rationem plurimos, longeque diſſitos inſtruendi, contra errores efficacia literatorum monumentorum, & firma remedia. Hoc ipſe contextus euincit, agit enim de Ieſu factis, quorum aliqua etſi non ſcripſiſſet, fides tamen, & religio ſine illorum cognitione ſtare poterat, nunc etiam multi multas hiſtorias Euangelij aut ignorant, aut imperfecte, tenent, nec fidelium tamen cœtu illos eijcimus, quia tenent illa, quæ ſaluti ſunt neceſſaria.

Non fuiſſe ſimpliciter omnia. quæ hiſtoria Euangelica ſecundum Ioannem enarrat, neceſſario à S. Ioanne memoranda teſtabitur, quicunque eadem apud cæteros Euangeliſtas legit & credidit: nam & cæteri Euangeliſtæ ſcripſerunt, *vt credamus & credentes vitam habeamus æternam*, omnes Chriſtum pro noſtris peccatis docent eſſe mortuum, & reſurrexiſſe, poteſt ergo conſtare Chriſtiana pietas ſine Euangelio, aut ſaltem integro Euangelio Sancti Ioannis, non ergo illa omnia ſunt ſimpliciter ad credendum neceſſaria, quatenus à Ioanne referuntur, quia ſufficiunt ad faciendam fidem reliqui Euangeliſtæ.

Cur Apoſtoli Doctores vniuerſales.

Ad 3. *Vniuerſales Doctores fuerunt Apoſtoli*: ita ſane. Sed quid tu inde efficies? Ergo debuerunt ſcriptis mandare doctrinam ſuam. Sine noxa hoc quidem admittere mihi fas eſt. Debuerunt id aliqui, quia vtile, facile, erroribus minus obnoxium, non fuit tamen neceſſarium ſimpliciter, quia apud multos barbarorum teſte Irenæo *prædicatio & fides ſine ſcriptione perdurauit.* Deinde Apoſtolorum vniuerſalis in Eccleſia poteſtas, non in ſcriptione ad omnes gentes, ſed in poteſtate prædicandi, abſoluendi, ligandi, gubernandique conſiſtit, alioqui ſi omnes, qui generales ſunt Doctores, ſcribere omnibus oportebat, non fuiſſent illi, quorum nulla monumenta ſcripta tenemus, vniuerſales Doctores, aut ſi fuerunt, officio functi non ſunt: quia nec ad omnes homines poterant peruenire in vita, nec ad poſteros, niſi per Epiſtolas.

Hæretici vrgendo ſcriptionem Apoſtolis quibuſdam auctoritatem abrogant.

Dum igitur imperite ad generalem Doctorem ſcriptio exigitur, magnum veritati vulnus infligitur: vel enim Apoſtolis qui nihil ſcripſerunt, generalis Doctoris auctoritas, hoc eſt, ipſe Apoſtolatus abrogatur: vel ipſi neglecti muneris, & talenti abſconditi crimine arceſſuntur.

Ad 4. Quid factum Eccleſiâ fuiſſet, ſi abſque ſcripturis eam doceri, ac gubernari Deus voluiſſet, fateor non liquere. Magna commoda ſcripturarũ agnoſco, atque amplector, idque ingens bonum, & pignus æternæ beneuolentiæ ſtudioſe, ac reuerenter aſſeruandum cenſeo. Horribiles tamen eius obſcurationes, deprauationes, repudia, contemptumque videmus. Quis enim hæreſin ſuam non ſcripturis animare conatur? Exempla in medio ſunt. Ipſos ſectarios inter ſe tot prælijs commiſſos habemus reos, & ſalſos quidem. Certè magna litium parte quæ ex deprauatione ſcripturarũ ſcaturiginem habuerunt, caruiſſemus, forte alijs terroribus implicati teneremur. Sed tamen non efficit malorum improbitas, quo minus Scriptura ſalutaris ſit, & vtilis ſobrie eam legentibus, ſicut

Ex ſcripturis occaſio erroris.

ebriosorum atque asotorum luxuries, qui vinum sibi in venenum, mortemque conuertunt, non infamat dati à Deo liquoris præstantiam, salutarem temperatis, exitiosam luxuriantibus.

Ad 5. Nihil magis alienum à ratione, quam ista ratiocinatio. Continet scriptura doctrinam necessariam, sed illam doctrinam continere etiam posset traditio, memoria, & vsus perpetuus Ecclesiæ. Epistola ad Galatas continet doctrinam necessariam, ipsa non necessaria est, nam eandem continent aliæ Epistolæ. Ad vitam respiratio necessaria est, non huius tamen aëris, vel illius haustus, atque efflatus. Continet necessaria Geometriæ præcepta Euclides, nec tamen ille necessarius fuit, quia aliunde addisci geometria potuit.

Doctrina necessaria non necessario scribitur.

Ad 6. Qui inter Apostolorum dicta, & scripta certitudinis & *ἀσφαλείας* discrimen facit, est infidelis. Eadem est Apostoli perorantis, & scribentis auctoritas, nõ magis ore, quam calamo falli. Nec Conciones Petri, quibus tot animarum millia crediderunt, firmiores quisquam existimauit, quãdo eas Lucas conscripsit, quam initio fuerint nec vlla pars doctrinæ sacræ à librarij manu auctoritatem mutuata est. Commodè tamen & facile è scriptis veritatis cognitio per orbem sparsa petitur.

Ad 7. Errabãt Saducæi, quia nesciebant scripturas, non tamẽ inde sequitur, simpliciter necessarias esse scripturas, ne erremus. Error Saducæorum, si nulla scriptura fuisset vera traditione Ecclesię, corrigi poterat, & nunc quoque à vulgo Iudæorum refutabatur. Plerique enim Angelos, resurrectionemque credebant.

Errãtes ex traditione corrigi possunt.

Cœtera nullius roboris sunt. *Firmus est sermo Propheticus, ergo simpliciter necessarius.* Tum vnicum firmamentum est simpliciter necessarium, cum aliunde nullum habetur, firmum est iudicium testiũ incorruptorum, & firmum iudicium præsidis cum in facto manifestario reum deprehendit, neutrum tamen necessarium est, alio enim modo tabulis, subscriptione, propria confessione reus conuinci potest.

Quod Deus præcepit necessariũ est, ex Dei præcepto, non simpliciter. Deus præcepit legem scribi in tabulis lapideis, non tamen ad legis scriptionem saxum simpliciter fuit necessarium, poterat enim buxo, ebeno, argẽto, auro, lex diuina manu insculpi. Tabernaculum ex lignis setim constructum est, & poterat ex alia materia etiam pretiosiore ædificari. Quam multa fieri Deus præcepit, quæ simpliciter necessaria non sunt? Quæ solum idcirco seruanda sunt quia præcepta sunt, ex hypothesi non simpliciter sunt necessaria. Quod si argumentum illud valere statuamus, ex eo tandem conficiemus omnes leges, cærimoniasque veteris instrumenti ad Ecclesię illius religionem, ac fidem conseruandam simpliciter necessarias fuisse, præcepta enim omnes fuerunt, etiam minimæ, & quarum nemo rationem facile dixerit.

Necessariũ ex Dei præcepto & necessariũ simpliciter differunt.

Ad vltimum eadem est responsio. Quod iussum à Deo id seruandum, ex hypothesi diuini mandati, non simpliciter necessarium. Ipsa circumcisio necessario seruanda, non simpliciter necessaria erat. Sed nunc ea, quæ proprius ad Epistolam Romanam pertinent, consideremus.

QVÆSTIO XVII.

Quod argumentum Epistol. ad Romanos scripti?

Scopus Epistolæ in singulis considerandus.

QVemadmodum totius Epistolę contextus est controuersus, ita de scopo, & instituto Apostoli præcipue disputatur. Eo igitur constituto, & in omnium explicatione vel suum ante oculos posito, facilior erit, rectiorq; ad sensus Apostolici veritatem decursus; eo neglecto, omnem laborem studiumque, quia extra viam est, suo fine destitui necesse est. Ego verbis Sancti Augustini propositum Apostoli, quam meis, declarare malo.

In Epistola, inquit, *quam Paulus Apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex textu intelligi potest quæstionem habet talem: Vtrum Iudæis solis Euangelium Domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum legis, an vero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei, quæ est in Christo Iesu, vt non quia iusti erant homines, crederent: sed credendo iustificati deinceps iuste viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiam Euangelij Domini nostri Iesu Christi. Quam propterea etiam gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitum iustitiæ redditum est, sed gratuito datum. Cœperant enim nonnulli qui ex Iudæis crediderant tumultuari aduersus Apostolum Paulum, quod incircumcisos & à legis veteris vinculis liberos admitteret ad Euangelij gratiam, prædicans eis vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circumcisionis iugo. Sed plane tanta moderatione vtitur, vt nec Iudæos superbire permittat, tanquam de meritis operum legis: nec gentes merita fidei aduersus Iudæos inflari, quod ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt: tanquam enim (sicut alio loco dicit) pro ipso Domino legatione fungens hoc est, pro lapide angulari, vtrumque populum tam ex Iudæis quam ex gentibus connectit in Christo per vinculum gratiæ vtrisque auferens omnem superbiam meritorum, & iustificandos vtrosq; per disciplinam humilitatis associans. Itaq; Epistolam sic exorsus est.*

Ita in expositione inchoata Augustinus. Cuius vt melius, ac penitius mentem cognoscamus, sciendum est ingentem fuisse Romæ multitudinem Iudæorum. Per orbem enim Romanum late sparsi erant, iam olim Alexandri Magni beneficio æquati Græcis, & fœdere Machabæorũ Romanis amici, ac socij. Adeo quidem vt Iudaismus apud exteros etiam inualesceret. *Accendere aliquem lucernam Sabbatis prohibeamus: quoniam nec lumine dij egent, & ne homines quidem delectantur fuligine.* Senec. Ep. 95. Id magis ostendunt ea, quæ S. Augustinus l. 6. de ciuit. Dei, c. 11. ex eodem Seneca describit. *Hic inter alias*, inquit, *superstitiones reprehendit etiam Sacramenta Iudæorum, & maxime Sabbata: inutiliter id eos facere affirmans, quod per illos singulos septem interpositos dies, septimam fere partem ætatis suæ perdant vacando, & multa in tẽpore vrgentia non agendo lædantur*, &c. Paulò post diffusam vndique gentem fuisse demonstrat. *De illis sane Iudæis cum loqueretur*, ait: *Cum interim vsq; eo sceleratissimæ gentis consuetudo conualuit, vt per omnes iam terras recepta sit: victi victoribus leges dederunt. Mirabatur hæc dicens, & quid diuinitus ageretur ignorans. Subiecit plane sententiam, qua significaret quid de illorum Sacramentorum ratione sentiret. Ait enim: Illi tamen causas ritus sui nouerunt: & maior pars populi facit, quod cur faciat, ignorat.* Augusti tempore octo millia Iudæorũ Romam incolentium legatis Ierosolymitanis cõtra Varum astitêre, vt Iosephus refert, & erant illi Nobiles, ac lauti, non de fæce populi, ideo enim conuenerant, vt fidem, atq; auctoritatem accusationi adderẽt. à Claudio deinde pulsi *auctore Christo*, vt ait Suetonius, *assidue tumultuantes*, quod indicio est maximo eos numero fuisse, vt qui adferre reipublicæ detrimentum tumultu suo possent. Id magis bello Iudaico patuit. Romani enim veriti ne Iudæi vrbis incolæ, calamitate contribulium conciti, res nouas molirentur, delectu habito quatuor iuuenum millia in Sardiniã præsidij obtentu misere,

Romæ Iudæi multi.

Seneca de Iudæis.

misere, sed reuera vt grauitate aëris absumerentur. Ex his multi ad Christum conuersi sunt, annos enim 12. antè Petrus Romæ prædicauit, qui edicto Claudiano cum Iudæis cæteris iussus est migrare. Ex gentibus sine dubio non pauciores fidem amplexi sunt. Fuit igitur Ecclesia Romana Nobilissima, florens numero, fide, sanctitate, magno effectu erga Paulum.

Neroniana persecutio Christianorum multitudinem ostendit. Multitudo, & sanctitatem nobis satis indicat Tacitus ann. 15. sed non ope humana, *non largitionibus Principis aut Deum Placamentis, decedebat infamia, quin iussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia inuisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui Tiberio imperitante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaq; in præsens exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modo per Iudæam originem eius mali, sed per vrbem etiam: quo cuncta vndique atrocia aut pudenda confluunt, celebranturq;. Igitur primo correpti fatebantur, deinde indicio eorũ multitudo ingens, haud perinde in crimine incendij, quàm odio humani generis conuicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, vt ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi; atque vbi defecisset dies, in vsum nocturni luminis vrerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel circulo insistens. Vnde quanquam aduersus sontes & nouissima exempla meritos, miseratio oriebatur; tanquam non vtilitate publica, sed in sæuitiam vnius absumerentur.* Ecce Romanæ Ecclesiæ initia, Ecce multitudinem innumerabilem, qualis nec in Iudæa, nec vllo loco iam martyrio maturam, & tam grauib⁹ tormentis exercitam, Ecce tibi, *Ingentem multitudinem* vocat, nec exstiti tamen, vel exstinctí omnes, nam maior etiã paulò post extitit, sub Domitiano, Nerua, Traiano multitudo. Quanquam Nero cum Incendij infamiæ abolendæ plurimos occidisset, lege lata religionem vetuit, ita Seuerus lib. 2. hist. *Hoc initio*

Lege vetitum fuit Christianos esse. *in Christianos sæuiri cœptum. Post etiam datis legibus religio vetabatur; palamq; edictis propositis, Christianum esse nõ licebat.* Romanis autem, & sanctius testimonium, Romanis ipse Apostolus adfert, *Fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.* & c. 15. 14. *Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.*

Amantes Pauli Romani. Nec mediocri in laude ponendum arbitror affectum eius Ecclesiæ erga Paulum, nã in actis Apostolorum cum Pauli profectiones ad fratres tam notos referantur multæ, atq; ad alios ceditus, sola Romanorum in occurrendo caritas, & sancta ambitio describitur. Ita Lucas act. 27. 13. *Inde circumlegentes deuenimus Rhegium, & post vnum diem flante au-*

Ciuilitas Romana Ecclesiæ. *stro secunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam Et inde cum audissent fratres, occurrunt nobis vsq; ad Appij forum, ac Tres tabernas.* Non capriuum diceres, sed triumphantem venire Paulum & quando voquam tanto spacio, & tam sincera caritate occursum? Forum Appij erat in agro Setino. Plin. l. 14. c. 6. Tres tabernæ prope Antium, Cicero Ep. 29. l. 2. ad Atticum. *Emersimus commode ex Antio in Appiam ad Trestabernas,* Erant autẽ & tres Tabernæ, & Forum Appij in via Appia, quæ in Campaniam ducebat. Iter hoc ita Antoninus describit.

Ab vrbe ad Ariciam sedecim millia passuum.
Hinc ad Tres tabernas septẽdecim mill. passuũ.
Inde ad Forum Appij octodecim millia passuũ;
Itaque aberat Romã Forum Appij millibus passuum quinquaginta & vno. Milliaribus Germanicis duodecim, & tribus quartis, tanto interuallo obuiam itum est vincto Iudæo, inter alias custodias adducto. Nempe Puteolani fratres celeriter Romam nunciatur aduenire Paulum, Romani discipuli magnis se agminibus obuiam effuderunt. Nec exiguo fructu, *Fratres enim videns, gratias, agens Deo accepit fiduciam.* Itaq; hoc Dei propitij, & muneris prosperi pignus accepit, studia illa, caritatemque Romanorum.

Hæc Ecclesia ex gentibus & Iudæis tam numerosa, tam culta, distidijs agitabatur, occulto malo in superbiæ in cogitationes sanctorum irrepente, Iudæi Christi fidem, & gratiam suis meritis, & legis obseruationib⁹ tribuebant, gentiles Philosophiæ, & iustitiæ naturali, inde contentiones, & rixæ, atq; vt in magno populo, graue periculum in nascente Ecclesia discordiæ. Orta ea tempestate fuit hæresis Mineorum siue Nazaræorum, qui Euangelio cærimoniales leges, situsq; veteres iungendos censebant. Tota igitur disputatio in eo versatur, vt ostendat vocationem, atq; iustificationem Iudæorum & gentium, non esse ex bonis illorum operibus, sed Dei gratuita gratia, legem veterem iam abolitam, varijs autem hæc modis exponit, & occasione quæstionũ, & responsionum de æterna Dei prędestinatione, reprobatione Iudæorum, vocatione gentiũ, & circa postrema tempora Iudæorum conuersione multis agit. Et hactenus quidem vtcunque verbis conueniunt cum inter se, tum nobiscum sectarij. Vtriq; o. sine operib⁹ legis nos iustificari credimus. Sed illi solã iustitiam imputari, etsi impij sint, & iniusti, nos vere etiã iustitiam dari, atq; infundi docemus. Illi operibus adeò sunt inimici, vt omne opus bonum optime factum peccatũ mortale deponent, nos quędã sine peccato bona agnoscimus. De modo etiam iustificationis, Christi meritis, prædestinatione, omnia diuerso modo interpretantur. Summatim hoc est illorum propositũ, ex Paulina Epistola rem absurdissimam docere. Nempe *hominis credentis peccata non imputari, quęcunq; flagitia committat, iustum sanctum, coram Deo absolutum esse. Atq; ingentem licentiam in Euangelio dari, qua homo perire non possit, nisi nolit credere.* Omnia confici vno nutu, cogitatione facillima: credo mihi remissã peccata. Huc prædestinationem dirigunt, vt vna fiducia ex Paulo stabiliatur, & saluti sufficere videatur.

Discordia in Ecclesia Romana.

Nazaræi.

Dissensio de Scopo Epistola.

QVÆSTIO XVIII.

Quomodo diuidenda Epistola ad Romanos?

Duplex diuisio. DVplici ratione potest institui Epistolæ partitio. Prima ratione rerum, de quibus tractatus est institutus. De Euangelio, lege, iustitia, iustificatione, peccato originali, libero arbitrio, operibus, prædestinatione, reprobatione, vocatione gentium, repudio Iudæorum, de magistratu, de varijs virtutibus, & vitijs.

Huc pertinet diuisio quæ in partem dogmaticam, & moralem. Quæ omnia inter se variè, sed non sine singulari artificio miscentur. Dogmatica enim prout visum est moralibus coniungit, atque ad eadem alio modo probanda redit.

Aliter diuiditur, vt certarum partium capita constituantur, vt factum videmus in capita 16. illorum singulis sita materia attribuitur.

Nonnulli diuidunt in salutationem, quæ initio primi capitis, & c. vltimo ponitur, deinde in ipsum Tractatum. alij aliter, sed cum nimis minutim hæc secantur memoriã magis exercet, quam adiuuant.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri: per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi: omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Desidero enim videre vos: vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam, quæ inuicem est, fidem vestram, atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsque adhuc) vt aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in ceteris gentibus. Græcis ac Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitor sum: ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis, euangelizare. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & Serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam: vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu feminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea, quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

IN CAPVT PRIMVM.

ARGVMENTVM.

SALVTATIONEM & ingressum in causam continet, cui gratulatio de fide, gratiarum actio, laus Romanorum, & Pauli ergo illos amoris protestatio iungitur. A versu decimo sexto de iustificatione tractatum aggreditur, fidē autem & iustitiā gentibus ex operum meritis non esse datam ex eo demonstrat, quod sceleratissime vixerint, iramque DEI potius pœnasq; mererentur, quam gratiam, iustitiam gloriamq; quod enumerandis eorum flagitiis ostendit.

In Ecclesia Syriaca à principio ad v. 13. est *Lectio quotidiana.* Inde ad 16. Feria sexta secundæ ieiunii. Hinc ad finem titulus ponitur רבליום *deculiom. Quotidie.*

VERSVS I.

Paulus Seruus Iesu Christi vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium DEI.

QVÆSTIO I.

Quid Seruus Iesu Christi?

§. 1. QVanquam horum verborum consideratio pietatis fructu non careat, ob facilitatem tamen omitti posse videbantur; verùm cum

cum veteres illa exposuerint, sectarij conturbare conati sint, non duxi negligenda. Caluinus pro *seruo ministrum* dicere maluit, causam suæ opinionis reddit duplicem hisce verbis: *In versione placuit potius ministri nomen, quo & Græci vocabuli vis optime exprimitur & tollitur eorum hallucinatio, qui in vocabulo Serui sine causa Philosophantur.* Vtrunque falsum est. Neque enim Græcum δοῦλος, satis exprimit latinū, minister. Neque Sanctissimorum Patrum de *Seruo* Philosophia causam nō habet. Minister est, quem Græci ὑπηρέτης, θεράπων, διάκονον appellant. Minister, & liber esse potest quemadmodum & mercenarius. *Seruus est*, vt Chrysippo placet, *perpetuus mercenarius.* [Senec. l. 3. de benef. c. 22.] *Seruus qui cū iure belli posset occidi, à victore seruatus est: Vel certe domi natus, vel precio emptus*, vt nō modo operam domino locare debeat, sed aliena sit etiā ipse possessio. Non enim sui iuris est, sed quantus quantus est, totus in censu domini est. Cuius est κτήσει, & χρήσει possessione & vsu. Adeo vt quicquid acquirit, omnis fructus ad dominum redeat. Et ipse si domini sui se commodis subtrahat, furtum sui fecisse iudicetur. Est enim ὁ δοῦλος (Seruus) inquit Aristoteles in polit. κτῆμά τι ἔμψυχον. *animata possessio, qua scilicet instrumenta inanima mouentur. Si enim vnumquodque proprio ex se motu cieretur, vt Vulcani tripodes, nihil opus esset Seruis.* Tali se conditione Seruum Apostolus nominauit, corpore, animo, possessione, vsu, Iesu Christi mancipium, de morte merita seruatum, emptum precio, non suum: Nullam libertatem agnoscit, nisi quæ est in seruitute Christi, vitæ etiam suæ se exortem prædicat vt vitæ, quæ est in Christo Iesu sit consors. Viuo iam non ego, inquit, viuit vero in me Christus. Gal. 2. 20. Ita vero viuebat in illo Christus, vt non in diem aut annum, sed in perpetuum vitam suam Christo manciparet. Res ita perspicua est, vt contra Caluinum cæteri de Schola Nouatorum non modo versionem nostram approbarint, sed commentarijs etiam suis inseruerint. *Seruus est*, inquit Bullingerus, *quia Deo dicatus, & veluti Dei peculium est.* ita ille ex Origine. Alius apostata in os Caluino contradicit. *Sunt enim Apostoli quantum ad ministerium Serui; quantum ad mysteriorum cognitionem amici dicuntur. Plus est autem dicere seruum, quam ministrum. seruus enim addictitius est, minister non item. Eximius autem Seruus fuit domini, omnibus modis seruitutis, creatione, opere, fide, & vita. Nominat autem se seruum Iesu Christi, vt profiteatur se totum esse huius domini, eius tantum negocium agere, præter hunc nihil se nosse, nihil prædicare, sperare, vel viuere.* Pono verba hominis hæretici, quia sententiam ille ex Origene, & Augustino mutuatus est. Præcipue vero vt illi, qui præiudicio suo omnia nostra damnare, sua laudare consueuerunt, facile intelligant, non deesse ex suis castris antiquæ veritatis propugnatores. Potuit & illud adiungere ex Origene Pelicanus, *Paulum Iesu Christi seruum se dicere, quia factus sit omnibus omnia, vel quia ab vxoris seruitute ad Christi seruitutem transierit.* Sed eo abstinuit, quo videbat incontinentiam suam flagellari, nam ipse de seruitute Christi, contempta votireligione ad scorti seruitutem periurus transiuit. Beza hic etiam suorum sibi dedecorum conscius Origenem inimicè accusat. Quod *relictam vxorem à Paulo* arbitretur. Sed etsi vxorem nunquam habuit, si tamen eam aliquando habuisse concedamus, dicendum est, eum, vt se Christo integrum addiceret, ac manciparet, inter cætera omnia quæ reliquit, vxori etiā vale dixisse. Sed hoc mihi ostendendum fuit, Paulum se verè, & rectè seruum dixisse, quæ vox propriè respondet Græcæ δοῦλος. *Impropriè seruus dicitur qui vis seruitor, vel minister*, teste nouatore non vltimi nominis. Interpretem defendi; nunc etiam ab homine dicace SS. Patrum Philosophia vindicanda est.

Caluini [illegible] *[illegible] mi- [illegible]*

[illegible] ser- [illegible] potius [illegible] am mi- [illegible]

Conditio seruitutis.

Pelicanus plus est esse seruum quā ministrum.

§. 2. Iesu Christi Seruū ingenua se libertate Paulus profitetur, modestiæ est, cum seruū se agnoscit; ad auctoritatē pertinet, quod Seruum Iesu Christi. Vere Hier. in Ps. 117. *Videtur humilitatis esse quod dicitur. Grandis dignitatis est, & meriti. esse seruū domini, & non seruum peccati. Quia non habeo dominū hominē, quia non habeo dominū peccatum, non regnet peccatum in meo mortali corpore, propterea seruus tuus sum. Grande meritū.* In conspectu, Epistolæ caput est, in quo sanctæ seruitutis professor Apostolus nostræ nos cōditionis admonet, *Paulus seruus Iesu Christi, non minister modo*, vere adscriptitius Euāgelij, empt⁹ sanguine summā capitis diminutionē passus, vt Christo capiti vitale membrū necteretur. Ipse inter tot dominorū imperantiū minas, inter furentiū imperia, inter sæuiētium tormenta liberrimæ seruitutis, quam Christo seruiuit, insignia semper aperta frōte prætulit, corpus obnoxiū fuit sæpe dominis crudelib⁹, ascriptū tortoribus, animus diuini iuris, mens Deo libera, in ipso nexo, & catena, spiritu Dei vtebatur, ingenia agitabat, & cœlestibus comes suo bono fruebatur. Seruū se Iesu Christi appellat, vt nos eodem titulo gaudere doceat. Insignia dominantis Christi suscipiamus, cuius morientis dolore de pessima seruitute peccati sumus erepti. Libera nobis sit illa seruitus, quā nō necessitas inuitis imponit, sed caritas imperat, hanc voluntate libera serio, constanterq; teneamus. Quia est seruitus iustissima, vtilissima, iucundissima, honestissima. Quid .n. cuiquam est obligatius, quā creatura creatori? opus factori suo? Cui seruiri vtilius potest, quam illi quem nullū latet obsequium? quem nulla merces exhaurit? Cui iucundius seruitus, quam ei, qui est omne bonum, à quo abest omne malū? Porro honestissima est hæc seruitus, quia illa sola omnis honestas continetur.

Humilitas & dignitas in seruitute Christi.

Qualis Dei seruitus.

Iustum est nos seruire Deo, quia seruitutē debet omnis creatura creatori, quā cū exhibet, libera est: *hanc accipiens à Domino gratiā, vt ei nō necessitate, sed voluntate deseruiat.* Noli negare Deo, quicquid facere potes, quicquid es, hoc ipse fecit. Et quicquid boni facis, hoc ille dedit. Nō potest quisquā exire seruitio eius, à quo de nihilo productus est, vt seruus esset factoris sui. Hæc natura est, & conditio creaturæ, vt ipsa sit seruitutis suæ præconiū, facta ex nihilo, & Deo non conseruante in nihilum reditura. Omne momentū fugientis tēporis Deo dedicetur, quia Dei donū est, quod omni momēto nouū accipimus. *Quis dubitare potest*, ait Paulo nō ignotus scriptor, *mi Lucili, quin deorum immortaliū munus sit quod viuimus?* Dei munus est, non deorū. *Sed tamē gradus est ad pietatē cognoscere, à meliore vita hanc qualēcunq; vitā esse. Primus Dei cultus est, Deū credere. Alter est, reddere illi maiestatē suā, reddere bonitatē, sine qua nulla maiestas est. Scire illū esse, qui præsidet mundo.* Hunc Deo cultum omnis Christiani Deo reddim⁹, qui nobis mundū, & nos in mūdo fecit. Ingratissimus igitur est, qui se Deo negat, qui quidē ne id quidē mali posset, nisi à Deo, cui repugnat, conseruaretur. Deinde à largissimo Domino plenū in dies singulos demēsum nobis, & facultas fruendi suppeditatur. Pascit nos ille ab adolescentia. Nec hoc exprobrat, sed quasi supernumerariū promittit. *Quærite primū regnū Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia adijcientur vobis.* Omnē sui curā in se transtulit. Deus suorū seruorū procuratorem se promittit. Te dormiente vigilat, te ignorāte cōmoda tua suauissima prouidentia disponit. Quis bono dominus, homini seruo, seu potius conseruo

Iustissima Dei seruitus.

Creatura seruus Deo naturaliter.

Seruitus Dei, & hominum comparata.

seruo hanc curam impendit. *Rideo istos*, ait Seneca Ep. 47. *qui turpe existimant cum seruo suo cœnare: Quare? Nisi quia superbissima consuetudo, cœnanti domino stantium seruorum turbam circumdedit.* Hoc fastu homo homini dominatur, qui tamen & alteri homini seruit, fursitan & huic seruo nunc stanti aliquando seruiturus. At Christus de seruis suis sic pronúciat, Luc. 12. 37. *Beati sunt serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Ecce quam liberaliter, quam splendide seruos suos excipit Christus Iesus? Hoc illi præstat qui natura est Domin⁹. Quid simile est in seruitute humana, quid illi qui fortuna, & interdum scelere sunt domini? aut sane eiusmodi domini, vt tam esse possint serui, quam serui illorum fieri possunt domini? Miserrimam hominum apud homines seruitutem vide. eam describit Senec. Ep. 47. *Est ille plusquam capit, & ingenti auiditate onerat distentum ventrem, ac desuetum ventris officio vt maiore opera, omnia egerat, quam ingessit: At infelicibus seruis mouere labra, ne hoc quidem vt loquantur licet. Virga omne murmur compescitur: & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum, singultus: magno malo vlla voce interpellatum silentium luitur: nocte tota ieiuni mutiq; perstant.* Sic illi seruos, quos vocant, ex iisdem seminibus ortos, eodē cœlo fruentes, æque spirantes, æque viuētes, æque morientes, imo tanto felicius morientes, quāto infelicius vixere, cōtumeliosissime tractabant.

Sæuitia dominorum in seruos.

Emptitij serui sumus.

Tertius iustissimæ seruitutis est titolus ἀπὸ τῆς λυτρώσεως, à redemptione, seu emptione. Suo nos Iesus Christus sanguine redemit. 2 Cor. 5. 15. *Et pro omnibus mortuus est Christus: vt qui iam viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.* Quicquid igitur sumus, precium est emptoris. Fugitiua mancipia optimum dominum deseruerant, ad inimicū transierant, secutus est domin⁹ ex fuga retraxit: nec ad pœnam reos reposcit, nō iussit sub furca duci, sed ad pileum reuocauit, ad hæreditatis spem reduxit. Ipse se in vincula, & contumelias tradidit, vt mala mansione seruulos eximeret. Quantum distat seruitus Iesu Christi à seruitute hominū? Cum seruo suo cænare homo nō sustinet. *Maiestatis suæ diminutionem putat, ad eandem mensam cū seruo suo accedere.* At infinite sancta, immensissima Dei maiestas se in oculis seruorum suorum induit, ergastula subijt, catenarum pondera illusu sui corporis perfregit, plagarum sulcos sanguine suo purgauit, malagmate carnis Deificæ sanauit. Misera erat veterum seruorū, etiam sub facili, & clemente domino cōditio, nec suis delictis duntaxat vigebantur, sed dominorum aut veris, aut calumniosis accusationibus grauiter afficiebantur. Si n. in domini caput, vel vxoris pudicitiā, vel aliud facin⁹ inquireretur, continuo postulabantur, & dabantur in quæstionē serui, raptabantur ad tormenta, & lacerabantur familiæ. Consuetudinem leges firmabant & testis est Cicero pro Roscio Amerino. *Reliquum est, vt per seruos id admiserit. O dij immortales? rem miseram, & calamitosam, quod in tali crimine innocenti saluti esse solet, vt seruos in quæstionem polliceatur, id Sex. Roscio facere nō licet vos, qui hunc accusatis, omnes eius seruos habetis.* Pergit queri orator, quod Sesto Roscio duos seruos ad quæstionē postulanti sit negatū. Nulla domini misericordia, nulla iudicū æquitas ad quæstionē postulatos eximebat. Interim dominorum cauebatur damnis ante n. æstimabantur, vt si inter tormenta animā exhalassent, aut alioqui inutiles quosdā fecisset sæuitia quæsitoris, precium solueretur, de iniuria, de cruciatu miserrimorum nulla cautela, non n, tanquam hominibus sed tanquā iumentis abutebātur, quod fatetur, & abominatur Seneca. Huc aliæ crudelitates pertinent, fero, & tatu legibus punitæ. Vmbricia in quinquenniū relegata est, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset. Quam vero vsitatum mancipia reijcula, & vetera, etiā sine noxa ad bestias vēdere? sed lege Petronia, & multis in eā rem factis Senatus consultis ablata est dominis potestas suo arbitrio, sine iudicis sententia ad bestias depugnandas dare seruos. Et vt nihil horum esset, quā misera est illa cōditio, es hominum iracundorum, crudelium, impiorum arbitrio vitā suspensam gerere? His cōpara quæ seruis suis Iesus Christus præstitit vt appareat, quæ sit differentia inter seruitutē Dei, & seruitutē hominum. Pro seruis ille, cū in supplicia suo maleficio merita, postularentur, se in tormenta, mortemq; dedit, solus ipse depugnauit, & ne leoni rugienti obijcierentur, cū se iam lanistæ diabolo vendidissent, precio redemit, atq; addictos in libertatem restituit. Ne vero negare possent se redemptos, vulnera quæ recepit, ad eorum consolationē, amoremq; semper ostentat. Hæc Domini nostri in nos merita, hæc beneficentia tanta est vt non ingrati modo, sed plane impij, ipsisque dæmonibus quodammodo tetriores conuincantur esse, qui inuiti tantæ bonitati seruiunt, aut omnino seruire nolunt. *Quomodo autem nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?*

Serui ad bestias dari soliti.

§. 3. QuādoDeo seruimus, creatori, seruatori, emptori, benefactori nostro seruim⁹, quod si tamē omnes illi tituli seruitutis iuste abessent, manet tamē sūma atque immutabilis obligatio seruitutis, quia is cui ministeria nostra famulantur natura Dominus est noster. Seruitutem hominum leges definiunt; *Esse cōstitutionem iuris gentiū, qua quis alieno dominio contra naturā subijcitur, qua fit captiuitate, natiuitate, venditione sui.* Deo seruimus nō legum humanarum norma, & iussu, sed naturę ipsius vi, atq; instinctu, quę in Deū vt legitimum dominū semp assurgit, seruitus itaq; hæc maxime est naturalis, quæ cū natura ipsa nata, atq; insita est. Quia maiestas domini cuius subditi sumus ius habet secundū naturā, vt nulla creatura se illius eximere potestati possit. *Cælestis autē ciuitas,* inquit D. Augustin. *vnum Deum colendum nouit, quia summū bonū, quia incommutabile bonum, quia cuius bonitate bonum est, quicquid boni quantumuis paruam particulam sortitum est.* In rebus humanis solatium, est seruitutis maiestas imperantis, videmus magnates tamē, qui degeneri obsequio imperantiū se etiam seruis humiliter submittūt. Mirabatur olim Philosophus Romanus, patricios, consulares Reges seruorū imperatoriorum manū osculantis, nec seruos modo, sed vicarios etiā eorum colere. Si fastigia regū, quantumuis semp incerta, semp nutantia, arbitrijs sentulorū obnoxia, tantā auctoritatē tribuunt seruituti, vt eā etiā superbissimorū libertas adulatur, & iustū censetur, maioris dominij seruū regem esse regum, certe iustissimum est. Deo seruire. Deus enim solus Dominus est, *quia illi animo, non ad suam, sed ad nostram vtilitatem seruimus; nam si nostri indigeret, eo ipso non verus dominus esset, cum per nos eius adiuuaretur necessitas, sub qua etiam ipse seruiret.*

Deus naturaliter est dominus.

§. 4. Ex hoc fonte alia tria consequuntur, iucunditas, vtilitas, honestas diuinæ seruitutis. Primo n. iucundissimam esse oportet, quia maxime est secundum naturam, at quæ naturę sunt contentanea solidā habent, atq; incommutabilem delectationem, nō aliunde pendentē non obnoxiam pœnis.

Iucunda Dei seruitus.

Iucundissima seruitus est, omni libertate potior, omni regno gratior, quā spes nō inflat, metus sollicitā nō reddit, ambitio nō inquietat, sed caritas, & dulcedo deuotionis omniū obsequiorū, cultusq;

sedula,

sedula & læta administra exhibet. Sola autē caritate seruitiū Dei æstimatur, ideoq; & facilitatē habet, & perpetuā lętitiam. Nihil animū maiore afficit lætitia, quam q̀ dominū habet, quē agnoscit regem rerū omniū. Nā seruire Deo maxima est gloria, nō modo libertate maior, sed & diuitijs, & principatu, & omnibus reb⁹, quas mortales mirantur, preciosior. Rectè Poēta. Ὡς ἡδὺ δούλοις δεσπότας χρηστοὺς λαβεῖν!
Καὶ δεσπόταισι δοῦλον εὐμενῆ δόμοις!

Quam dulce seruis dominos bonos sortiri, quam dominis, habere seruum beneuolū familiæ. Quam ergo dulce, non modo bonum sortiri dominum, sed ipsam, & quidem infinitissimam bonitatem? Secure gaudet qui in eo gaudet qui non potest perire. Tanta vero est illa lętitia cęlestis, & ineffabilis, vt cū accepta fuerit, pereat quodā modo mens humana, & fiat diuina. Vt S. August. declarat. Vtilitas autem maxima est, quod erat tertium caput, diuinæ seruitutis. Vtilitas, inquā, summa, & sola. Quia soli huic à Deo merces deputata est. Nihil vtilius creaturæ quam iungi creatori; Hoc multis modis Christus explicuit. Mercedem omnibus appromittit, etiam illi, qui haustum aquæ frigidæ contulerit. Christus pro labore finito promit[t]it mercedem infinitā. Merces infinita Deus est infinitus, in æternū datur. Bernardinus Ochinus contra Caluinum aliosq; eodem modo exponit, veteres secutus. Quamuis quod addit alios, vt auctoritatē Epistolis conciliēnt vocare se Pontifices, Cardinales, Paulum se seruum nominare & ministrum. Et ignorare tamen homo impius poterat, Pontificem seruum se dicere, & Paulum Apostoli nomen addere, vt eius Epistola diuina crederetur. Serui titolus omnibus erat communis, Apostoli nomen infallibilis doctrinæ auctoritatem continebat.

Dei.

QVÆSTIO II.

Quid vocatus Apostolus?

Sine vocatione nemo docere debet.

§. 1. PSeudoprophetarū & impostorū proteruiam apud Ieremiā Deus grauiter increpat, ac dānat, c. 23. 21. *Non mittebā eos, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.* Graue facin⁹ est, si legationē regis alicuius, aut reipublicæ quispiā mentiatur, reus maiestatis accersitur, qui magistratū iniussu regis occupauit: quantū igitur sceleris admittūt in se, qui tāquam à summo Imperatore euocati, ac plena cū potestate missi, in regnū Christi irrūpunt, eiusq; sibi administrationē temeritate impia, ac singulari impudētia vendicant? Hanc ob causam Apostolus vocationem suam identidem demonstrat, inimici n. illius, non cęteris modo Apostolis illū imparem dicebant, cum Christo enim versatus non erat, nec à viuente in mūdo Domino missus, sed nec legitime vocatū, nec Apostolū agnoscebant. Itaq; cogitur in Epistolis plerisq, debitam sibi auctoritatē, ac necessariā arrogare.

Vocatus κλητός.

§. 2. Vocat⁹ κλητὸς dicit nō κεκλημένος, perinde ac si diceret, *Euocatū* milit æ id genu⁹ erat honoratissimæ: nomen n. est *Vocatus*, non participiū, alij verterunt: *Ex vocatione Apostolus.* Syrus vertit: *Vocatus & Apostolus.* Qui discrimen inter κλητὸς, & κεκλημένος statuunt quod κλητὸς semper vocationi obtēperet, sequaturq; vocātem: κεκλημένος sæpe resistat, falluntur, nam Matt. 20. 16. πολλοὶ γάρ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. *Multi enim vocati pauci vero electi.* Κλητοὶ vero dicuntur, qui è turba sermo... nominatim ad negocia euocantur. Dicūtur & sic apud Græcos nobiles atq; incliti, quasi ad magna quædā designati. atq; etiā in conuiuiis illi sic appellantur, qui p̄ δειπνοκλήτορος, & ἐπικλήτους inuitati sunt, vt distinguantur ab vmbris, seu assectatoribus. Est & κλητεύειν apud Pol ucē κλητεῦσαι εἰς μαρτυρίαν, *testimoniū denunciare.* Itaq; κλητὸς Paulus. A magno enim Patre-familias ex tot orbis nationibus ad supremam Apostolat⁹ dignitatem vocatus est, honorata inuitatione nō per hominem κλήτορα seu vocatorē, sed ab ipso Christo, vt testimoniū veritati daret, toto orbe, atq; hoc testimoniū miraculis, & virtutibus firmaret.

Vocari pro esse.

§. 3. Non probo hoc loco illorum interpretationem, qui *vocari* positum volunt pro *esse*. Non ignoro id sæpe fieri, vt Matth. 5. 9. *Filij Dei vocabuntur.* & v. 19. *Minimus vocabitur in regno cælorum.* Et Rom. 7. 3. *vocabitur* (χρηματίσει) *adultera* Sic in Rudente Plauti.

A. *Veneris fanum obsecro hoc est?*

S. *Fateor, ego huius sacerdos clueo.* Ratio est, quia Paulus aliter vsurpare solet, & hic vocationem, quā cōfirmare, ac constabilire contendit, sic initio ad Galatas. *Paulus Apostolus nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū, & Deū Patrē qui suscitauit eum à mortuis.*

Paulus Apostolatum sibi vendicat.

Multo minus vocatū se dicit Apostolū quasi aliorum testimonio indicioque Apostolatus ei conferatur, ipse tamen, tanto se honore nō dignetur, vt cum 1. Cor. 15. 9. *Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiā Dei.* Ex omnibus namque Epistolis palā est, Paulum sibi Apostolatus officium contra obtrectatores asserere, & quamuis se indignū, & gratuito vocatum fateatur, minimum etiā comparatione sanctitatis collegarū agnoscat, in ipso tamen Apostolatu ęqualitatē fidenter arrogat. Illę autem phrases: *Vocatus Abbas, vocatus Episcopus, &c.* posterioris æui sunt, & in sanctis viris modestiæ, & humilitatis professio, in alijs homilitatis imitamenta, & consuetudinis, nō animi elogia.

Duplex vocatio.

§. 4. Vocationē duplicē describit hoc loco Chrysost. πανταχοῦ κλητὸν ἑαυτὸν καλεῖ. δεικνὺς τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην, καὶ ὅτι οὐκ αὐτὸς ζητήσας εὗρεν, ἀλλὰ κληθεὶς παρεγένετο, καὶ ὑπήκουσε. καὶ τοὺς πιστοὺς δὲ οὕτως ὀνομάζει κλητοὺς ἁγίους. οἱ μὲν γὰρ μέχρι τοῦ πιστεῦσαι ἐκλήθησαν, οὗτος δὲ καὶ ἕτερον ἐνεχειρίσθη ἀποστολήν, πρᾶγμα μυρίων ἀγαθῶν γέμον, καὶ τῶν χαρισμάτων ἁπάντων, καὶ μεῖζον, καὶ περιεκτικόν. καὶ τί γὰρ πλέον εἰπεῖν; *Vbiq; vocatum seipsum vocat, ostendens propriam modestiam & quod non ipse quærens inuenerit, sed vocatus adfuerit, & obedierit. Et fideles sic nominat vocatos sanctos, hi enim vsq; ad credendum vocati sunt, illi vero & alias concreditus est Apostolatus, res bonis infinitis abundans, omnibus charismatis & maius, & omnia complectens.* Duplex est itaque vocatio, alia ad fidem, ad salutem, ad vitam æternā: alia vero ad docendam, & gubernandam Ecclesiam. Ea est vel n. à solo Deo immediata, vel per ordinarios Ecclesiæ præsules. *Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron* Heb. 5. 4. Prima vocatio fuit Apostolorum, altera ordinaria est præsidū, & pastorū Ecclesiæ Quis n. credat illi, quem nemo misit? qui sua auctoritate dūtaxat nititur? Negare hoc Nouatores nō audent. *Hic obseruandū est*, inquit Caluinus, *nō omnes verbi ministerio idoneos, in quo requiritur specialis vocatio, imo ijs, qui sibi videntur maxime idonei, curādū, ne sine vocatione se proripiāt.* Vtinā hoc seruassent illi, qui temerario conatu prorumpentes totā Ecclesiā turbarūt. Quis vero Caluinū vocauit, vt pastor esset Gebennensis? aut Argentoratensis? Nemo Episcop⁹, nemo auctoritatē habens vocādi. Respōdebunt. à populo, cui ipsi vocationis potestatē cōtulerunt, sese vocatos, nā l. 4. instit. suffragij ius populo Caluinus trāscribit. At nō possunt hoc velo vocationem suā ornare. Populus enim iam alium pastorem habebat, nec nisi iam deprauatus ambire, & designare hæreticū potuit. Quis vero ante Zvvinglium fuit Zvvinglianus populus, qui ante Caluinū Caluinianus, vt Zvvinglium, aut Caluinū sibi præficeret. Primus suæ religionis erat Zvvinglius, & suæ Caluin⁹, nouę fidei sator vterq; veteris destructor. A populo fideli vocati nō sunt, nec missi ab Episcopis fidelib⁹. Si n. popul⁹ fidelis est ille qui antiquā & Romanam religionē retinet, nū vocat, ille Caluinū, cum quia id sui iuris non esse doctus est, tum quia illum, vt hæreticum detestatur. Nec vocatus est à Caluinianis,

Sectarij vocationē non habenti.

quia nondum erant, qui venenum illud combibissent de felle veteris draconis, cum intra bestiæ sævientis viscera adhuc coquerentur, sed tum primũ, cum contra Pastores suos tumidi, scelerato magistratuũ cõtemptu insurrexerunt, & pestifero halitu Dominicũ gregẽ infecerũt. Vocatione itaq; legitima destituuntur, ideoq; falsi prophetæ dicẽdi sunt. Sed de vocatione c.10.v.15. ex instituto agẽdũ est.

Quid Apostolus?

§. 5. Apostol⁹ quocunq; modo legatus seu missus dicitur. Itaq; & apud Platonẽ ἀπόστολοι πλοῖα dicũtur, *naues in expeditionẽ missæ*, & ipsa classis etiã ἀπόστολος, & στόλος. In sacris literis Christo Domino tribuitur. Exod. 4. *Domine mitte, quẽ missurus es* שלח נא ביד תשלח *Domine mitte in manu quẽ mittes.* Eo respicit Paulus Heb. 3. 1. *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum.* Missus est n. Iesus Christus à patre, vt in se mundũ reconciliaret Deo.

Propriè Apostoli dicti duodecim discipuli.

Propriè autem duodecim selecti ex vniuerso discipulorũ numero Apostoli vocãtur, quibus se additũ pari auctoritate sæpe testatur. Paul. 2. Cor. 11. 5. *Existimo me nihil minus fuisse à magnis Apostolis.* & c. 12. 11. *Nihil n. minus fui ab ijs, qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum.* Ita tamen propriũ hoc factũ est illis duodecim, vt tamẽ cæteris aliquando Doctorib⁹, & Episcopis præsertim, si qui primi in conuersione alicuius gentis elaborarunt, hoc nomen tribueretur. Sic Paulus 2. Cor. 8. 23. *Siue fratres nostri Apostoli Ecclesiarum.* & Philip. 2. 25. *Necessariũ autem existimaui Epaphroditũ fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autẽ Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.* Cum tamen propriè, & absolutè loquitur, hoc illis non tribuit nomen. Ita in salutatione ad Colossenses. Paulus Apostolus Iesu Christi, & Timotheus frater. De Apostolorum dignitate, & prærogatiua, in prolegominis Iustinianus noster, item Pererius. Et Lorinus in acti. Apostolum non modo auctoritatis causa nominat, verum etiam vt ostendat, non sua se, sed quæ accepit à Domino tanquã legatus, & orator adferre. Tertull. in præscriptionibus aduersus hæreticos. *Nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere, quod aliquis de arbitrio suo induxerit: Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquã ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.* Hæretici omnes sua, non Christi dogmata proferunt, & Christi receptis legibus opponunt. Hoc insuper addendum, apud Athenienses teste Chrysostomo ἀπόστολον etiam dictum, qui classi instruendæ præfectus erat.

QVÆSTIO III.

Quomodo segregatus in Euangelium Dei?

Segregatus in Euangelium.

§. 1. Segregatus est, ἀφωρισμένος, consilio, & prudentia è grege certum in finem selectus, & quasi eximius à Deo acceptus. Planè egregius Paulus, *è grege Synagogæ.* inquit Aug. in exposit. inchoata. Itaq; quod legitur in Irenæo *Prædestinatus*, corrigẽdum videtur, siue Irenæus scripserit προωρισμένος, pro ἀφωρισμένος, siue in latino sit librarij error. Separationẽ de qua loquitur Apostolus, Origenes, & Chrysostomus de prædestinatione ad vitam æternam interpretantur. Ita quidem Chrysostomus in illa verba Gal. 1. 15. *qui me segregauit ex vtero matris meæ.* & Ier. 1. 5. *Priusquã formarẽ te in vtero, noui te, &c.* Hoc tamen loco de ministerio & officio Pauli interpretatur. Verba Chrysostomi sunt. Καθάπερ ἐν οἰκίᾳ πρὸς διαφόρους ἕκαστος ἀφώρισται ἔργα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας διάφοροι τῶν διακονιῶν εἰσὶν αἱ διανομαί. ἐμοί δε ἐνταῦθα οὐ τὴν ἀποκλήρωσιν δοκεῖ μόνον αἰνίττεσθαι, ἀλλ' ὅτι πάλαι, καὶ ἄνωθεν πρὸς τοῦτο ἦν τεταγμένος, &c. *Quemadmodum in familia ad diuersa quisque opera segregatus est, sic & in Ecclesia diuersa sunt administrationum distributiones. mihi porro videtur hic non sortitionem modo significare, sed quod iam olim, atque à superna ad hæc ordinatus esset.* Verissimè hoc Chrysostomus, segregatus enim in diuina prædestinatione fuit ab æterno, cuius propositi nunc effectum sortiebatur. Apud cæteros etiam scriptores οἱ ἀφωρισμένοι vocãtur qui ad munus aliquod designati, aut dignitate aliqua à vulgo sunt eximij, ita Aristoteles pol. 4. Ἂν δ' ἐκ τινων ἀφωρισμένων (αἱρῶνται τὰς ἀρχὰς) δοκεῖ τοῦτο μᾶλλον εἶναι ἀριστοκρατικόν. *Si ex nonnullis in eam rem designatis magistratus eligant, videtur id potius ad Aristocratiam pertinere.* Segregatus est itaq; in Euangeliũ. Pari nempe potestate cæteris Apostolis, & nominatim ad Euangeliũ inter gẽtes. inon. t Romanos ei⁹ quod Act. 13. 2. narratur. *Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus, ad quod assumpsi eos.* Finis itaq; huius segregationis vt Filium Dei Euangelizaret in omnibus gentibus. Sed notãdum est Apostolum, cum segregatum se vocat, ad nomen & statum pristinũ respicere, consuetudinemque Iudæorum: Ante cõuersionẽ in Iudaismo segregatus erat, quia Pharisæus, peculiari professione sanctitatis eximius, in ipso eorũ Pharisaismo ab alijs distinctus scientia, & zelo legis, & feruore persequẽdi fideles semper acer, semper inquietus, & zelotes, cũ verũ ignoraret, falsi: postquam excussit errorẽ, veri. Erat ante ἀφωρισμένος εἰς τὸν νόμον, *Separatus in legẽ*, nunc ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον *segregatus in Euangelium.*

Qui apud Iudæos ἀφωρισμένοι separati?

§. 2. Cõsuetudo Iudæorũ fuit, vt qui muneri alicui destinatus esset, is ad illud munus separatus diceretur. Itaq; & Iudæi magno in precio Pharisæos habebãt, quasi sanctos separatos. & legis æmulatores. Syrus textus habet פרישׁ *pheresh* diuisũ. *separatũ*: Hebræus diceret, פרושׁ *pharush*, Pharisæos Syri vocant פרישׁי, vnde & Græcũ φαρισαῖος vel φαρισαῖοι. Etymõ hoc S. Epiphanius tradit, Φαρισαῖοι δὲ διὰ τὸ ἀφωρισμένους εἶναι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων. Φάρες γὰρ κατὰ τὴν ἑβραΐδα ἑρμηνεύεται ἀφορισμός. Eadem iam ante Orig. habuit in Matt. 23. & sequit' Damas. de hæresibus. Amb. l. 3. in Luc. Suidas ex hisce eodẽ modo interpretatur, nẽpe ἀφορισμὸς, vel διακοπὴ, *separatio, vel abscissio*, id postremũ ex Theophilacto, qui in Matt. 3. vocat ἀποτετμημένους, *abscissos, separatos.* ἐδόκουν γὰρ ἐν τῷ βίῳ, καὶ τῇ γνώσει ἀποκεκόφθαι καὶ ὑπερέχειν τῶν ἄλλων: *Videntur n. in vita separati, & excellere præ alijs.*

Quid Phares & Pharisæi.

Ratione autẽ caret, quod [illegible] quidã nouator (i. Drusius p. 2. Trihæreseon [illegible]) errare comminiscitur, idcirco quod Phares diuisio scribitur per Sade, פרץ. at Pharisæus, & פרושׁ per Sin: Nam & פרשׁ diuidere significat, Ezech. 34. 12. *Oues dissipatæ* vocantur נפרשׁיה, à se mutuo scilicet diuisæ, 70. προβάτων διακεχωρισμένων. Verba autem illa פרץ פרס פרשׁ & פרשׁ vt sono ita significatione sunt etiam affinia. Itaque & Beza credulus nimium, & seductus à Capitone, dum in prima editione negat scribi per שׁ verbum פרשׁ, cũ separare significat. At hic in Syro est פרשׁ, & c. 3. dicitur פרושׁותא atque itidem 1. Cor. 12.

§. 3. Pharisæi quidẽ separati dicebantur, *quod segregerent se ab omni immunditia & à cibo polluto, & populo terræ*, qui de cibo nõ subtiliter discernit, vt definiũtur in Lexico Thalmudico Aruch. Paulus autẽ noster in sanctissimũ, atq; optimũ vitæ genus separatus est, nõ ideo, quia illa bona natura à bono principio collata esset, vt dixerunt Gnostici, quos contra disputat Origenes, sed quod gratia illum ex persecutore fecerit Ecclesiæ primarium Doctorẽ, & fidelium patrem, qui plus omnibus laborauit.

Bezæ additione corrumpi. Euangelium.

§. 4. *In Euangelium* Beza ἀφωρισμένος adiungit εἰς τὸ κηρύχθῆναι, *constat enim eum ita definire voluisse, inquit, cuiusmodi sit munus Apostolicum, cuius mentionẽ*

fecerat

...ai ... vers. Bezæ Paulinis in... oni, quia ratio ... est, cur ad solam prædica... ni Apostolicæ functionis officia omnia re... gat, etsi enim pars primaria sit, maximeque ... saria, non omnia tamen continet. Ligandi & ... endi potestatem etiam illa separatio comprehendit.

Hinc & illis Apostolus est vsus, cū fornicatorem Corinthiū Satanæ tradidit, cū Episcopos per ciuitates constituit, cum inter Christianos tribunalia ..., constitutiones, & leges fixit. Ex hoc additamento verbis Apostoli assuto, tanquā ex authentica pro tribunali sedens, seseq; iudicem legens, Pontificē condemnat. *Quod si hæc definitio vera est, viderit, qui se omnium Papam Romanū vocat, qua fronte Apostolicā auctoritatē tollet.* Quid enim? an non Pontifices monendo, hortando, docendo litteras mittendo cōsulentib' respondēdo, legationes instituendo iudicando, pacē conciliando, soluendo, ligando, munus suum exercent? Tot Pontificū nostri sæculi extant responsa, documenta, labores, vt monstro instar sit, negare eos segregatos in Euangelium Dei. Beza suis conuicijs Pareum ad eadem audenda excitauit. *Apostolatum, inquit, definit, non mani titulo, mitra, lituo successione, sede, cuiusmodi Apostolatum laruati Pontifices sibi arrogarunt.* Quid facias hoc conuiciatore Vnum è tot millibus nominet, qui hisce reb' Apostolatum definiat & calumniæ crimine Pareū liberabimus. Coronæ, Sceptra, purpura insignia regum sunt, mitræ atque alia Pontificum, non sunt ipsa potestas, sed indicia potestatis. Interim ipsi hæretici, qui Successiones veterum Pastorum ferre non possunt, edant Ecclesiarum suarum initia Episcoporum successiones. Quod nullum auctorem habet nouitas præter seipsam, mirari non debet, si, vt pote de falsitate suspectam, non sinimus præiudicare vetustati. Vt Aaron igitur 8. Num. iubetur ἀφωρισμένος esse ad Sacerdotium Mosaicum, ita Paulus ad Euangelium. Separatus etiā, vt victimæ ad mactationem, sic ille ad patiendū pro Christo. Porro cum Euangelium præcipue ita significet, lætum nuncium, vt apud Plutarchum in Pompeio. χαμμαπεφόροι πεοσήλαυνον ἐκ παντῶν κομίζοντες εὐαγγέλια. Et in Phocione: εὐαγγέλιον χαρᾶ φερομένων, cum *Euangelia scriberentur* Deinde pro præmio læti nuncij. Odyss. 3. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω, *præmium mihi sit pro bono nuncio* Deinque pro hostia quæ ob lætum nuncium immolatur. In apologetico Isocratis θύειν αὐτοῖς πεάξειν διὰ εὐαγγέλια τὸ δύναμιν. *Propter illa gesta, diuina Euangelia sacrificauimus*, cum inquam ista significet Euangeliū, Paulus ad illud omni modo separatus est. Ad prædicandum quidem mundo lætissimum nuncium cum magno labore, & periculis: ad recipiendum mercedem, cum singulari gloria, quam vocat coronam iustitiæ. Quin pro tantu Dei beneficio, & in hoc mortali corpore, & in æternitate beata, perpetuo Deo hostiam laudis & iubilationis immolat, vitulos labiorum, & libamenta sanctissimæ mentis.

...c... ... Euangelij ... atio.

VERSVS 2.

Quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis.

QVÆSTIO I.

Quando & quomodo promissum Euangelium?

§. 1. IAm ante promissum Euangelium ... uerat, vt anus à vetustate auctoritatem co... mendet. Omnis enim nouitas iure merito suspecta est, non moderatis duntaxat, sed curiosis etiam ingenijs, quæ cito repudiant, quod impetu receperunt. In religione autem & salutis causa, periculosa est pariter, & inuidiosa innouatio. Quæ enim antiquissima sunt, vt diuinitati vicinius a, plus fidei, & reuerentiæ obtinent. Quæ etiam causa est, vt cum Deus aliqua reuelare noua decreuit, ea miraculorum multitudine rata fecerit. In omni Republica odiosum est, & in plerisque capitale; res nouas moliri. Augustus Cæsar cum mutata Reipub. forma vetera aboleret, & pleraq; nouaret, ita vt dignitatum pene omnia nomina retineret, non tamen illis qui prisci iuris retinentes, & Monarchiæ aduersi erant, irascebatur; sed constanter bonum illum virum iudicabat, qui præsentem Reipublicæ statum mutari nolebat. Singulari enim prudentia sit oportet, qui hactenus ignota perspexerit: aut temeritate, si id se videre profiteatur, quod tam diu omnes latuit. Solent autem mutationes esse periculosæ, & quamuis ad meliora ducere videantur, vt plurimum tamen maiora secum vitia trahunt, & incommoda, quam sunt ea, quibus abolendis indicuntur. Ne igitur salutarem doctrinam nouitatis suspicio moraretur, Euangelij vetustatem sedulo & confidenter Paulus asserit. Quod enim diuinis oraculis, & sacrarum literarum publicis instrumentis promissum, & consignatum est, suspectæ nouitatis esse non potest.

Euangelij vetustas.

Nouitas omnis suspecta.

§. 2. Antiquitatem tribus rebus Emphatice describit. *Ante*, inquit, *promiserat*, deinde per Prophetas, Tertio in scripturis sanctis. Verbum Græcum vix alibi inuenitur. προεπηγγείλατο ante promiserat, nam ἐπαγγέλλεσθαι est promittere, ita libro quinto, Polyb. ἐπηγγείλατο Πτολεμαῖος αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια. *Promisit illis Ptolemæus argenti talenta trecenta.* Paulus vt vetustissimam promissionem laudaret, præpositionem πρὸ adiecit, quam optime Syrus expressit, cum dixit, קדים מלך *Kedem melach*, olim promisit. Non potest ergo de effectu dubitari, cum tam longa sæculorum series testes exhibeat. Principium promissionis iam à mundi conditu protoplastis auditum est. Nam & victoria contra inimicum, & salus promittitur, secuta deinde est nubes testium. Genes. cap. 22. vers. 18. Isai. 53. imo libro toto, Dan. cap. 9. vers. 24. aliorumque omnium, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt. Vide & Isaiam capit. 40. vers. 9. Nahum capit. 1. vers. 15. vbi etiam verbum בשר *Basar* vsurpant, quod est Euangelizare. Imo Paulus c. 10. vers. 16. pronunciat veteres non credidisse Euangelio.

§. 3. An ergo illis annunciatum Euangelium? nonne Euangelium fuit æternis temporibus tacitum?

Respondeo nonnulli etiam lætum nuncium esse allatum. Nempe certam redemptionis & gratiæ promissionem; nam adoptionis & hæreditatis prima denunciatio etiam Euangelium est. Inchoatio etiam tum facta est, sed postquam Dominus apparuit, plenitudo temporis aduenit. Promissio sane beneficij magnum est ipsa beneficium Egregie ista Chrysostomus exposuit, *Dominus enim ait Scriptura, verbum dabit Euangelizantibus virtute multa: & rursus, Quam pulchri pedes Euangelizantium. Vides & præscripti ipsum quoq; Euangelij nomen, & modum in veteri testamento appositam. Non enim per verba tantum ipsum annuncia-*

annunciamus, sed per res. neq; enim Euangelium id humanum erat sed diuinum, & arcanum, & omnem transcendens naturam. Postea vero quàm nouitatem rei incusarent ostendit tum ipsum gentilibus antiquius esse, tum in Prophetis ante scriptum. Quod si idipsum non ab initio dedit, in causa sunt, quia id noluerunt admittere. Nam quibus voluntas affuit, audiuerunt: Abraham Pater vester gestiebat, vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Quomodo igitur ait. Multi Prophetæ & iusti desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & audistis, ipsam videlicet carnem, & ipsa signa: quæ quidem & in hominum conspectu facta esse constat. Mihi vero cōtemplator, quod antè temporibus prædicta hæc fuerint. Etenim quoties DEVS magna quadam moliturus ist, ea multo antè tempore denunciat, hominum aures præparans ad ea, quàm aduenerint accipienda.

Id quoque Augustinus in Ps. 105. expressit. *Age nunc quisquis hæc legis, & gratiam DEI, qua in æternam vitam per Dominum nostrum IESVM Christum redimimur, legendo in Apostolicis litteris, in Propheticis autem scrutando cognoscis, & vetus testamentum in nouo reuelatum, & in veteri nouum velatum vides.*

In veteri igitur testamēto fuit cognitio obscurior, gratia restrictior, in nouo explicatissima, vberrima. Solutum est enim precium, quod spondebatur.

§. 4. Hinc & veterum scripturarum probatur auctoritas. Quisquis enim Euangelio credit, quod veteris instrumenta iudicat esse authentica, non potest illa improbare. Vere Athanasius orat. contra Arianos. *Ex veteribus enim noua, & vetera nouis contestata redduntur: qui igitur ista inficiantur, quomodo illa agnoscunt?*

Hoc argumēto olim Manichęos, & nunc quosdam Catabaptistarum repudiamus. Quanquam & Prophetas Manichæi reijciebant, & de Christo nihil dixisse contendebant: Est apud Augustinum Nobilis ea de re disputatio l. 12. contra Faustum Manichæum. Qui ait, *nulla se in Prophetis testimonia de Christo inuenisse, etsi attentius & studiosissime legerit.*

§. 5. Testes Prophetas producit: nam erant Prophetæ vt ait αὐτοῦ *ipsius*, quia eos ipse Deo plenos præmisit, Annunciabant illi Christum, pleni Christo, & venturum præcedebant, quos præcedentes ipse non deserebat. Illis vti Dei seruis se credere Iudæi iactabant, & Christiani credebant. Itaque & Testimonijs etiam signis firmabantur, quia prædicta erant. Augustinus tractatu 35. in Ioannem. *Præuidens enim Dominus IESVS Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuendo, Prophetas ante præmisit. Numquid enim si magus erat, & magicis artibus fecit, vt coleretur, & mortuus, magus erat antequam natus? Prophetas audi, ò homo mortue, & vermescendo calumniose. Prophetas audi, lege. Audi qui ante Dominum venerunt. Habemus, inquit Apostolus Petrus, certiorem Propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quando ergo Dominus noster IESVS Christus venerit. & sicut etiam dicit Apostolus Paulus, illuminauerit occulta tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, vt laus sit vnicuiq; à Deo, tunc præsenti tali die, lucernæ non erunt necessariæ.*

§. 6. Addit, *In Scripturis Sanctis.* Fabulis gentilium, lusus Philosophorum, & Regum legib⁹ illa sanctitas opponitur: etsi enim multa vera, laudandaque, non pauca tamen culpanda continebant hominum illæ Sententiæ. In clarissimis & excussissimis sæpe aberrant, & tam diu aliquid esse videntur, donec Euangelio comparentur. Scripturæ finis est Christus: Augustinus in Psal. 71. *Omnes enim promissiones Dei, inquit Augustinus, in illo etiam id est in Christo firmatæ sunt: quia in illo impletum est. Nam summa montium, diuinarum scripturarum auctores, id est, per quos ministrata sunt, intelligere conuenit: in quibus ipse est fundamentum, quoniam ad illum omnia, quæ diuinitus scripta sunt, referuntur. Hæc autem in terra sunt, illa conscripta sunt. Vnde & ipse in terram venit, vt ea cuncta firmaret, id est, in se monstraret impleri: oportebat enim inquit impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, & Prophetis, & Psalmis de me, id est, in summis montium.*

Sanctæ porro dicuntur ab auctore Spiritu Sancto: eius enim sunt effata, non ingeniorum opera. Suo Numine mentem & manum Prophetarum Spiritus Sanctus est moderatus. Id cum Satan non posset, suos etiam vates œstro quodam perculit, vt non propria fari viderentur. Hinc sacri vates, hinc & Cicero pro Archia diuino Spiritu afflatos censet, *Quare*, inquit, *suo iure noster ille Ennius Sanctos appellat Poetas, quod quasi deorum aliquo dono, atq; munere, commendati nobis esse videantur. Sit igitur iudices Sanctum apud vos hoc Poetæ nomen, quod nulla vnquam barbaria violauit.*

Hæc ille profanissima sanctitatis larua. De nostris scripturis vere Petrus 2. Epist. 1. 21. *Non enim voluntate humana allata est aliquando Prophetia: Sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. 2. Pet. 1. 21.*

Sancta etiam dicitur scriptura, quia sola perfectam vitam docet, eaq; mentem imbuit. *Omnis n. scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum.* 2. Tim. 3. *Multa etiam iusta & sancta continent Philosophorum disputationes, sed de illis tenenda est sententia Augustini. Quidquid homo extra didicerit, si noxium est, hic damnatur. Si vtile est, hic inuenitur: & cū ibi quisq; inuenerit omnia, quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nusquam alibi inueniri potuit.*

In his nihil nisi sanctum est, Augustin. l. 18. c. 41. de ciuit. non ea est ratio in libris Philosophorum, vt eo loco monet idem Antistes. Ab illis enim etsi vera aliquando dicebantur, eadem tamen licentia dicebantur, & falsa prorsus. Hinc in Scriptura nihil contrarium, in Philosophorum scriptis plurima. In Babylone enim seu mundi ciuitate illa est confusio, vt vera falsis misceantur, & falsa veris comitatu improuide recipiantur. Augustinus l. de doctrina Christiana. Scopus enim scripturæ est hominum ad Dei cognitionem, amoremq; cōuersio. *Scriptura enim & creatura ad hoc sunt, vt ipse quæratur, ipse diligatur & qui ipsam creauit, & qui illam inspirauit.* August. l. 2. de Trin. Cum igitur totum eius institutum sanctum sit, ac salutare, cum tota in virtutis tractatione versetur, cum vnicus eius Scopus sit Deus, merito ipsa diuina ac sancta dicitur, primarium sanctitatis organum.

Tertio: Sanctæ scripturæ sunt, illis enim nihil profanitatis, nihil falsitatis admistum est. Magnæ sunt aliarū literarum de bene, beateque viuendo controuersiæ, sed auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum literarum figitur & terminatur canon, absit vt inter se aliqua ratione dissentiant. *Nihil falsi*
Augustin. l. 18. de ciuit. Dei. c. 41. Causa tanti inter *continent.* non paucos consensus est clara nusquam à se recedens, aut secum pugnans veritas. In cæteris scriptis Philosophorum locum habet quod ibidem scribit Augustinus, vt ostendi.

§. 7. Deniq; proprie sanctitas legis dicitur, vnde *Legum pro-*
& vt alia sancta dicerentur, manauit. Sanciri enim, *pria est san-*
& sancta lex dicitur cum auctoritas illius conciliatur, *ctitas.* ac firmatur, illi sanctitati seu sanctioni contraria est, infirmatio. Cicero ad Atticum l. 3. Ep. 23.

Scis enim Clodium sanxisse, vt vix, aut omnino non posset, nec per senatum, nec per populum infirmari sua lex, sed vides nunquam esse obseruatas sanctiones earum legum, quæ abrogarentur, neq; enim vlla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis, sed cum lex abrogatur, illud ipsum abrogatur, quo non eam abrogari oporteat. Sanctitas igitur illud ipsum est, quo sese lex munit, ac sepit, vt sit inuiolabilis, vt abrogari nequeat. Scriptura

Lex Dei nō rogata, sed iussa.

lex est Dei supremi legislatoris Ioan. 10. 34. & 15. 25. Psal. 1. 2. & 19. 8. & infra c. 3. 19. Gal. 4. ar. 1. Cor. 14. 21. Illius auctoritas ac sanctitas violari nullo modo potest, constans n. est, atque immutabilis, vt quamdiu visum est legislatori obliget, à populo abrogari non potest, cuius nullū est, vel recusandi cum fertur, vel declinandi cum fixa est. Multum n. interest homo homini legem imponat rogando, an hominis Dominus suprema eam potestate iubeat. Cum lex rogatur in potestate comitiorum est, vel admittere, vti rogat, vel antiquare si displicet. Lex autem Diuina, quia æterna est, sine rogationis cura iussa est, sine antiquandi spe accepta est, sine voluntate abrogandi tenenda est. *Cœlum, & terra transibunt, verba autem Dei nō transibunt.* Omnis igitur animus, qui isti legi, quæ æterna sanctione firma est, obnititur, alia lege in æternum plectetur. Legem hanc nobis Tullius l. 3. de repub. in hunc

Lex naturalis.

modum describit. *Est quædam vera lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat: quæ tamen neq; probos frustra iubet, aut vetat, nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec prorogari fas est, nec derogari aliquid licet, nec tota abrogari potest, nec vero aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus: nec est quærendus explanator, aut interpres alius, nec erit alia lex Romæ alia Athenis, alia nunc, alia posthac, sed & omnes gentes, & omni tempore vna lex continebit, vnusq; erit communis quasi Magister, & imperator omnium Deus, ille legis huius inuentor, disceptator, lator, cui qui non parebit, ipse fugiet, ac naturam hominis aspernabitur, hoc ipso luet maximas pœnas, etiamsi cætera supplicia quæ putantur, effugerit.*

VERSVS 3.

De Filio suo, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.

QVÆSTIO I.

Verène dicatur Filius Dei factus?

Connexio textus.

§. 1. APta est, & concinna connexio huius versiculi cum præcedentibus, siue hæc verba, *De Filio suo*, referantur *ad Scripturas Sanctas*, siue ad *Euangelium*, siue ad verbum, *promisit*. Magnos enim interpretes habent singulæ harum trium expositionum, sed omnes mihi amicè in vnam veritatem videntur conspirare, nam & Euangelium de Filio Dei conscriptum est, ab eius enim Natiuitate orditur, & in mortem desinit. Hoc de Filio suo Deus promisit, & de eo scripturæ Prophetarum meminerunt. Euangelium est historia de Filio Dei in carne, scripturæ oracula de Filio Dei venturo, promissio, pignus, & fœdus Dei Filiū donaturi. Omnia autem in Deum Filium tendunt, omnia Filium Dei non quemuis, sed naturalem illum, & consubstantialem Patri enunciant, de quo emphaticè dicitur, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, de certo illo, & vnico Filio eius; Pactum Dei nobis de Filio est, tabulæ veteris scripturæ de Filio consignatæ, Euangelium Filij est. Hæc de connexione, & constructione verborum. Nunc rem ipsam exponamus.

§. 2. Primò itaq; statuendum est ex D. Thoma p. 3. q. 16. a. 7. Tribus modis intelligi posse hanc enunciationem. *Homo factus est Deus* 1. Absolute, vt homo dicatur factus vel Deus factus. 2. Vt participium Factus determinet compositionem, vt sensus sit: *Homo factus est Deus*, id est, *Factum est vt Homo sit Deus.* 3. Vt participium Factus, ponat aliquid fieri circa hominem in respectu ad Deum sicut ad terminum factionis. In primo & vltimo sensu falsa est propositio, in secundo vera, sed ad rem non pertinens. Itaque simpliciter falsa est propositio. Homo factus est Deus. Secundo sensu tamen Patres aliquando vtuntur.

Nō dicitur Homo factus Deus.

Secundo. Sensus igitur verus est: *Filius Dei factus est homo ad honorem Patris, existens in semine Dauid secundum carnem.* Ac si diceret: *Filius Dei factus est habens carnem ex semine Dauid ad honorem Dei.* Nam rectè dicimus. Deus factus est homo, vt eadem quæstione, art. 6. docet idem S. Thomas.

Rectè dicitur: Filius Dei factus est homo.

Tertio. Secundum hæc intelligendæ sunt SS. PP. expositiones Augustini l. 1. c. 13. de S. Trin. *Talis erat susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum.* Mentem enim Augustini esse eius contextus indicat, non hominem esse factum Deum, sed per incarnationem, seu humanitatis susceptionem factum esse, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. Siue vt Scotus distinct. 7. q. 2. *Per aliquam actionem factum esse, vt homo sit Deus.* Eodem sensu idem Antistes dixit Ep. ad Chelid. *Hominem Deificatum*, nempe factum esse, vt homo sit Deus.

Nullo enim sensu dici potest: Hominem aliquē acquisiuisse diuinitatem Homo enim cum est propositionis subiectū, ipsam significat personam, at persona Christi natura sua Deus est. Quod si homo factus est Deus, igitur & Christus factus est Deus, & verbum factum est Deus: quæ nemo orthodoxorum Theologorum concesserit. Verè namq; S. Fulgentius. *Non ipsa caro* (pro homine integro caro accipitur) *in se formam diuinitatis accepit, sed Deus formam serui.* Lib. de Incarnat. Homo namq; non est factus Deus secundum naturam, neque secundum hypostasin. Naturarum enim in Christo manet integerrima distinctio, atque impermista humanitatis, & diuinitatis idiomata. Quod vero subtiliter quidā speculantur: Hominem factum esse Deum dici rectè posse, ratione abstractionis, ab hac hypostasi, vt Homo indefinite sumptus, abstractus ab hac singulari hypostasi factus Deus dicatur: Hoc inquam subtilitatem inanem habet, & noxiam; Actio enim esse debet, in singulari, definito, ac certo supposito, atq; illud ipsum designare. Tenenda est igitur veterum norma & sentiendi & loquendi. Vt *Deum* dicamus *factum esse Christum, non Christum factum esse Deum.* Ita Petrus Diaconus libr. de incarnatione. cap. 5.

Homo abstractè sumptus nō est factus Deus.

Neque aliter accipienda sunt, quæ Damascenus l. 3. c. 11. habet. *Verbum caro factum est, & caro verbum. Deus homo, & homo Deus.* & Nazianzenus orat. 35. *Hic homo Deus effectus est, postquam cum Deo coaluit.* Locutiones enim illæ ad secundū sensum à D. Thoma positum spectant. Id quod eorum adiuncta verba declarant, hoc enim solum volunt, Factum esse, vt homo sit Deus, & Deus homo. Promissum est itaq; Euangelium de Filio Dei, qui natura sua æternus, factus est ex semine Dauid secundum carnem, vt cum antè Dei Filius esset solum Deus, nunc etiam accepta forma serui, sit homo.

§. 3. Non sunt audiendi, qui hoc loco *genitum* legere malunt, quam factum, & nostrum interpretem errasse cōtendunt, quos inter Laurent. Valla,

Non est legendum Genitus pro factus.

Strigelius, alijq; Quanquam verissime dicatur: *Hominem genitum esse Filium Dei*, quia hypostasis, seu verbum, secunda est in Trinitate persona, de qua Symbolum Athanasianum nos instruit, *Genitum non factum*, hoc tamen loco retinendum est potius verbum *Factus*, quam in eius locum substituendum, *Genitus*. Nam primo, quod illi timent, ne hæresin sapiat, si Filius Dei dicatur, factus ex semine Dauid, friuolum est. neq; n. Ioannes hæresin timuit cum dixit: *Verbum caro factum est*. Neque Ecclesia in Symbolo, *Et homo factus est*. Secundo, non repugnat nostræ interpretationi verbum γίνομαι, quod *fieri* potius, quam *gigni* significat, nam pro gigni fere vsurpant γεννῶμαι, quamquam etiam γίνεσθαι pro nasci interdum ponatur. Certe Cyril. l. 11. Thesauri manifestum discrimen ponit inter hæc verba. Nam ἀγένητον *non factum*, docet conuenire omnibus personis cum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sit ἀγένητος *non factus*. Ἀγέννητον autem conuenire Patri non Filio. Et licet Augustinus testetur l. 11. contra Faustum c. 4. in quibusdam codicibus scriptum fuisse: *Natum* ex semine Dauid, ipse tamen l. 2. de S. Trin. c. 5. & in expositione inchoata Epistolæ ad Romanos, tuetur & probat lectionem quæ habet Factus. Verba illius ascribere visum fuit. *Occurrendum autem erat etiam illorum impietati, qui dominum nostrum IESVM Christum secundum hominem tantummodo quem suscepit accipiunt: Diuina natura communione discretam: velut ipsi Iudæi, qui Christum Filium Dauid tantummodo esse opinabantur, ignorantes excellentiam qua Dominus est ipsius Dauid, secundum id quod est Filius DEI. Vnde illos in Euangelijs redarguit per Prophetiam quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quem ipse Dauid Dominum appellet, quomodo Filius eius sit? cum deberent vtiq; respondere, quod secundum carnem Filius esset Dauid, secundum diuinitatem autem Filius DEI & Dominus ipsius Dauid. Quod Paulus Apostolus quia iam didicerat, postquam dixit, in Euangelium DEI quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis de Filio suo qui factus est ei ex Semine Dauid: addit, secundum carnem: ne hoc solum & totum in Christo esse arbitrarentur, quod factus erat secundum carnem. Addendo ergo, secundum carnem, seruauit Diuinitatis dignitatem suam. Quæ non solum semini Dauid, sed nec alicui Angelicæ aut cuiuslibet excellentissimæ creaturæ generationi tribui potest, quandoquidem ipsum est Verbum DEI, per quod facta sunt omnia. Quod verbum ex semine Dauid caro factum est, & habitauit in nobis, non mutatum & conuersum in carnem, sed carne vt carnalibus congruenter appareret indutum. Quapropter Apostolus non solum eo verbo quod ait secundum carnem, humanitatem à diuinitate distinxit: sed etiam illo quo ait, factus est. Non est enim factus secundum id quod verbum DEI est, Omnia enim per ipsum facta sunt. Nec fieri cum omnibus posset, per quem facta sunt omnia. Neque ante omnia factus est, vt per ipsum fierent omnia: ipse enim excepto, si ante illa iam factus esset non essent illa omnia quæ per illum fierent: nec possent vere dici facta omnia per ipsum in quibus ipse non esset, si ipse etiam factus esset. Et ideo Apostolus cum factum diceret Christum, addidit secundum carnem: vt secundum verbum quod est Filius DEI, non factum à DEO, sed natum esse monstraret.*

Eodem modo Tertullianus aduersus Praxeam, Iren. l. 3. c. 32. contra hæreses, alijque veteres legerunt, & interpretati sunt.

Filius Dei factus est Filius Dauid.

Quamuis Christus Dei Filius sit naturalis, ab æterno genitus, temporariam tamen filiationem quandam adeptus est, vt Homo Christus Iesus etiam diceretur Filius DEI, qua quidem re nihil Diuinitati accessit. Sic intelligendus est S. Athanasius orat. habita in Concilio Nicæno. ἐστὶ δὲ καὶ ὡς ἄλλος υἱὸς ὑπομονὴ θεοῦ διὰ τοῦ ναοῦ, τοῦ σώματος αὐτοῦ. *Est vera & alius Filius, Filius factus propter templum corporis eius.* Factum est enim, vt Filius esset Filius Dei naturalis, seu potius: Filius Dei factus est, propter templum corporis sui Filius Dauid. Neque enim Nestorianæ hæresi verba Athanasij patrocinantur, vt personas diuidat, sed tantum indicat, in vna eademque hypostasi subsistere duas naturas, ex eoque fieri vt Deus & homo dicatur Filius Dei: Quod si naturam humanam vel Pater, vel Sanctus Spiritus assumpsisset, Homo Deus quidem diceretur sed nullo modo Filius Dei. Quia idiomatum communicatio non est illa constituenda, qua etiam personarum proprietates de alijs personis dicamus.

Filius Dei factus ex femine Dauid contra Marcianum & alios.

§. 4. Si *factum* legamus, clarius neruosiusque ex hoc loco Marcionem, Valentinum, Suencfeld. & Anabaptistas, hæreticos veteres, & nouos conuincemus. Veteres corporis Christi veritatem inficiabantur. Anabaptistæ Embdani corpus Christi in cœlo assumptum, per Mariam veluti canalem transisse tradunt. Vtrosque redarguit Apostolus, dum *Christum factum ex semine Dauidis* asserit, qui enim Homo factus est ex semine Dauidis secundum carnem, is vtique veram carnem habet. Si vero carnem habet factam de semine Dauid, is certe corpus ὑπερουράνιον siue *supercæleste* non habet, sed de nostro genere, & terreno luto concretum. Neque obstat, quod ἀπάτωρ, & ἀμήτωρ sit, qui secundum naturam Diuinam non habet matrem, secundum humanam non habet patrem.

Ebion refellitur.

§. 5. Ebionis etiam blasphemias luculentius lectio nostra refutat. Ille communi more nuptiarum Christum ex Maria genitum blasphemabat, itaque & virginitatem eius negabat. Quod facilius suspicari posset, qui genitum, quam qui factum legerit: his enim reciprocum est factor, seu creator, illic vero gignens, quod de naturali productione promptum est intelligere. Quapropter ex proposito *Factum* dixit Apostolus, vt totum opificium Spiritus Sancti energiæ, & Sapientiæ sine humano adminiculo corpus adaptantis attribueret.

Deus factus est Homo, nec tamen Deus est Creatura.

§. 6. Quod Erasmus, & Valla obijciunt, de ignoratione purioris Theologiæ erratum est. *Si factus est Christus secundum carnem, ergo creatura est.* Responsio facilis, negatione consequentiæ. Ita Augustinus lib. 5. contra hæreses. *Qui erat factus est. Quid erat? Quid factus est? Verbum erat, caro factus est. Filius Dei erat, Filius hominis factus est, Deus erat, Homo factus est.* Non est Deus ideo creatura, quia factus est Homo, Homo enim factus est vniendo humanitatem Diuinæ personæ, non mutatione Diuinitatis in humanitatem. Mirum autem est, hoc illos loco cauillari cum Gal. 4. 4. *Factum* & ipsi legant. γενόμενον ἐκ γυναικὸς γενόμενον ὑπὸ νόμον. *Factum è muliere, factum sub lege.* Non diffiteor Aug. l. de Trin. & Vn. legere NATVM, & nonnullos Græcorum codices habere γεννώμενον. Plerique tamen Græci habent γενόμενον, & Latini *factum*, ita & Tertull. lib. de Velandis Virginibus c. 6. Syrus interpres והוא *Vehaua, Et fuit ex muliere fuit sub lege.*

Sed obijciunt alij Syrum huius loci contextum, in quo habetur דאתילד *dethiled* quod à ילד *ialad* formatum, significat *Natum*. Verum non debet Latinæ, & Græcæ versioni illa præiudicare versio. Quanquam non est omnino necessarium in hunc sensum Syriacum verbum accipere. Nam Hebræis, & Syris ילד dicitur, quod quocunq; modo ortum ab alio habet. Hinc ילדי לב *ialde leb, Filia cordis*, dicuntur cogitationes, & consilia, quorum origo est à corde, hinc תולדות vocantur primæ qualitates, aliaq; quocunq; vel attributus, vel effectus [illegible] pectu.

QVAST.

QVÆSTIO II.

An addenda sit particula ?

§.1. HÆ particula ab omnibus codicibus Græcis & latinis nonnullis abest. Arias Montanus signat obelisco, & Indicat non esse M.S. Erasmus putat officere sensui. Non enim Deo natus est inquit, sed nobis.

Respondeo, videri olim in omnibus latinis exemplaribus fuisse, nec mendum librariorum esse. Nam Irenæus, Augustinus, Ambrosius ita legunt. Tertullianus omittit quidem, sed non citat verba integra, nec ordine, itaq; ex eius lectione nihil certi constitui potest. Ratio Erasmi nihil habet difficultatis. Mich. 5. 2. Deo egressus dicitur. *Ex te enim mihi egredietur*, additur enim in Hebræo לי si Deo egressus, Deo igitur etiã factus, hoc est ad gloriam Dei, cui non obstat, quod etiam hominum saluti sit datus, consentiunt enim isti fines inter se, præcipuè cum salutis humanæ finis sit gloria Dei. Id ipsum nobis Angelorum hymnodia satis exposuit, *Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Consuetudinem vero esse Scripturæ, vt patribus nasci filios dicat, nemo ignorare potest, nam in sola Genesi plus vicies ea locutio habetur. Cur non igitur Christus dicatur *Factus patri ex semine Dauid*? Et quidem, adeo carus Patri, vt de eo dicat ipse: *In te mihi complacui.* Tam amans patris, vt *venerit non quærere suam gloriam, sed Patris*? Tam obediens patri, vt proposito gaudio sustinuerit crucem, confusione contempta?

QVÆSTIO III.

Quomodo Patres hoc loco vsi sunt contra hæreticos?

§.1. QVæstione prima ea de re nonnihil monui, sed non est locus tam illustris leuiter transeundus.

Primo itaq; Tertullianus l. de carne Christi, c. 22. hæc verba cõtra Marcionem vsurpat, vt ostendat Christum ex virgine veram carnem assumpsisse. *Sed & Paulus*, inquit, *vtpote eiusdem Euangelij discipulus, & magister, & testis, quia eiusdem ipsius Christi Apostolus, confirmat Christum ex semine Dauid secundum carnem, vtique ipsius. Ergo ex semine Dauid caro Christi: Sed secundum Mariæ carnem ex semine Dauid: Ergo ex Maria caro est, dum ex semine Dauid: quocunq; detorseris dictum, aut ex carne est Mariæ, quod ex semine est Dauid: aut ex Dauid semine, quod ex carne est Mariæ.* Recte Tertullianus. Neque enim potest esse ex semine Dauid, nisi ex Maria, & ex posteritate Dauid, neq; ex Maria nisi ex semine Dauid. Magni fuit semper in Ecclesia iste de veritate carnis Christi articulus, nec immerito; cum ex contrario errore Antichristũ nobis definiat S. Ioannes 1. Epist. 4. 2. *In hoc cognoscitur Spiritus Dei, qui confitetur Iesum Christũ in carne venisse ex Deo est, & omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.*

§.2. Arianos hinc refutant Chrysostomus, Græca Scholia, Commentarius Ambrosio attributus. *Secundum carnem*, inquit, *Photinum excludit & Arium, Sicut enim secundum carnem factus est, secundum verbi substantiam factus non est.* Ostẽdit enim in eo perfectiorem esse naturam, quæ facta non est. Porro tota humana natura nomine carnis designatur, neque enim hic caro pro [illegible] oneaccipitur, sed natura mortali, [illegible] obnoxia, quæ diuinitati ex altera parte [illegible] ndet. Sic 1. Tim. 3. 16. dicitur *mysterium manifestatum in carne*, & Heb. 5. 7. In diebus carnis suæ, & 1. Petri 3. 18. mortificatus carne. Et c. 4. 1. Passus in carne.

§.3. Discrimen inter Christum, & alios Dei filios est apud S. Augustinum l. in inchoata expositione, ab æterna enim & supercœlesti natiuitate, quæ ineffabilis est, dicitur μονογενὴς [illegible], non adoptiuus vt cæteri filij, quos sola bonitas miserentis in sortem Sanctorum adlegit, non autem nascendi conditio filios naturales fecit.

§.4. Multo aliter hæc omnia interpretantur noui Samosateniani atq; Ariani, qui Transyluaniam, aliaq; loca vicina occuparunt. Iam enim inter omnia nouarum hæreseon portenta, etiam Arianismus in nostra sæcula confluxit. Agnoscunt illi duas in Christo natiuitates, carnis, & Spiritus: Carnis esse ex semine Dauid, at eã quæ Spiritus est, non credunt esse aliam, quam gratiæ inhabitantis; nec aliam esse gratiam, quam eam, quæ est communis omnibus Dei filijs, qui gratia, caritate, alijsque donis ornati sunt. *Hæreticorum corruptelo.*

Argumenta habet eorum impietas non pauca, sed euanida, duo huic loco non aliena ponam. Primum est. *Caro cum dicitur, de generatione consueta semper intelligitur.* Deinde, *omnes fideles, & pij duplicem habent generationem ex carne & Spiritu S. seu ex Deo. Ioan. 3. 15. Nec ideo tamen sancti duas habent naturas.*

Responderunt iam olim sancti Patres Samosatenianis, & Arianis, & secundum illos ego quoque respondebo. Cum mentionem propagatæ sobolis Scriptura facit, loqui de ordine, & modo naturali filiorum, hanc vero generationem prorsus esse singularem, cuius nullum habuerit vniuersa terra exemplum, ea de generatione modo plane singulari loquitur eadem Scriptura. Nam matrem à *S. Spiritu obumbratam, sanctum fore, quod nasciturum erat, Virginem concepturam* pronunciat. *Christi Natiuitas singularissima.*

Ad secundum. Fideles dicuntur nasci ex carne, & Spiritu, vt nascentium diuersa principia indicentur. Christus secundum carnem, natus dicitur, & secundum Spiritum, quia carnem ex semine Dauid, Spiritum habet æterna generatione. *Discrimen inter fidelium regenerationem & Christi Natiuitatem.*

Deinde fidelium est potius regeneratio, quam generatio, nam prius nascuntur, deinde Deo renascuntur: Christi natiuitas secundum carnem est prima, sancta, incontaminata, neque opus fuit, vt secunda regeneratione emendaretur. Spiritus secundum quem genitus est, Heb. 9. 14. vocatur *Spiritus æternus.* πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος αἰωνίου ἑαυτὸν προσήνεγκεν ἄμωμον τῷ θεῷ. *Quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum æternum semetipsum obtulit Deo*? Hoc igitur Spiritu, non gratia, sed natura est Dei vnigenitus, splendor gloriæ substantiæ eius: Deus de Deo, & ante ipsum Abrahamum. Ioann. 8. 58. Marci 5. 2. Egregie S. Augustinus sermone 52. de Natiuitate Domini. *Nasci humanitus voluit, vt nos in ipso nasceremur, & suis cultoribus suæ iterata Natiuitatis Sacramenta sanciret: vt nos qui à Natiuitate illa coarctati, tenebamur obnoxij, Saluatoris nostri vestigia comitate, secunda Natiuitatis præsidio certo potiremur: quo in Deo, & ex Deo nati, abrumperemus vincula mortis antiqua, cum pignus salutis Spiritum sanctum sumeremus.* Et libr. 2. de consensu Euangelistarum: *Quo exordio suo satis ostendit, generationem Christi secundum carnem, se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est, quod etiam se ipse sæpissime appellat, commendans nobis*

quid misericordiae dicet dignatum fuisse pronobis Nam illa superna & aeterna generatio, secundum quam filius Dei unigenitus est ante omnem creaturam, qui omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum a propheta intelligatur: Generationem eius quis enarrabit? Lad modo-cle & acutè D. Augusti. us tract. 48 in Ioan. Non sic dicit filius, in me est pater, & ego in illo, quomodo possunt homines dicere. Si enim bene cogitemus in Deo sumus, & si bene vivamus, Deus in nobis est: fideles participantes eius gratiam, illuminati ab ipso, in illo sumus, & ipse in nobis. Sed non sic unigenitus filius ille in patre, & pater in illo, sed tan quam aequalis, in eo cui est aequalis. Denique, nos aliquando possumus dicere. In Deo sumus & Deus in nobis. Ego & Deus unus sumus, nunquid possumus dicere? In Deo est, quia Deus continet se. Deus est in te, quia templum Dei es. Inter; sed nunquid quia in Deo es, & Deus in te, potes dicere, Qui me videt, Deum videt? Quomodo unigenitus dixit: Qui me videt, videt & patrem, & ego & pater unum sumus. Agnosce proprium Domini & munus servi. Proprium Domini est aequalitas patris, munus servi est participatio Salvatoris. Omnibus igitur modis dicitur a st fidelium & Sanctorum ... regeneratio, & Christi aeterna ex patre G. ne. atio.

VERSVS 4.

Qui praedestinatus est filius Dei in virtute, secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, Domini nostri.

QVAESTIO I.

An, & quomodo praedestinatus Christus?

De hac verbis pugna. §. 1. INter loca celebria, quae ab interpretibus disputantur, & in quibus noster à nouatoribus reprehenditur, hic primus est, de praedestinatione Christi. Interpretem nostrum inter alios Illustrissimus Bellarminus propugnauit, l. 2. de verbo Dei, c. 14. Sed aduersarios, quos instruxerat, in se irritauit, magno nomen in ... incurrerunt, eius Bellarmini defensor Iacobus Gretserus noster confutauit, sed manent illi, & cum iacent, nolunt cecidisse videri, itaque, postremo te; protum inep ... tias, quasi ... responsum, iterant. Primo itaque de versione controversiam explanabo, deinde rem ipsam aggrediar.

Praedestinatus ὁρισθείς. §. 2. Primo itaque perspicuum est, id quod noster vertit, Praedestinat ... in Graeco textu legi, ὁρισθέντος, quod alij interpretantur, destinatus, alij declaratus, definitus, Syrus interpres ... Et cognitus, atque in eo ... confessione ini.

Quid sit ὁρίζειν. Secundo etiam in confesso est apud omnes eruditos ... primario & κυρίως significatu esse idem, quod limite, definire, d. ... stinare, statuere, finibus suis ... terminibus; circumscribere. In re perspicua, ... aduersariorum confentiunt probatione ... enim auctoribus omnibus definitio dictu ... Bezae verba adferam, ut eo audito imperi ... tores Calumnicolae molesti esse definant. Alioquin, inquit, ὁρίζειν significat finibus suis circumscribere, seu definire, item certo scopo destinare, atque adeo quippiam decernere, ac constituere. Itaque, vulgatus praedestinatum conuertit. Pro quo Origenes maluit legere destinatum. Rectè igitur ὁρισθεὶς vertitur Destinatus.

T... o ... rectè etiā vertitur: Praedestinatus.

Rectè vertitur ὁρισθεὶς praedestinatus. §. 3. Hic aduersarios habet innumeros, & graues noster interpretes. Sed rectè vertisse probauit Bellarminus l. 2. de verbo Dei, c. 14. §. Tertius. Primo, Quia ... proprium est verbum Theologiae & significantissimum statuere, decernere Dionys. de divinis nominibus c. 5. Secundo. Quia cum multi sint interpres Apostolum de diuina destinatione loqui quae tempora antecesserunt habeo, malui dicere Praedestinatum, quam Destinatum. Tertio, Quia sic veteres legerunt. Iren contra Val. ... c. 32. Hil. l. ... de Trin. alij. ... Certe ... lius legit, Definitum, verba tamen eius clare indicant, Definitum pro Praedestinato accipiendum esse. Verba autem haec sunt: Sic & Apostolus de viro ... eius substantia docet: Qui factus est inquit, ex semine Dauid, Hic erit homo, & filius hominis, qui definitus est filius Dei secundum spiritum, hic erit Deus & sermo Dei filius. Haec ille ... quia est ante mundi constitutionem, recte est praed ... Neque in ... laborandum est, modo abit contumacia ... interpretum, quos contra ... Patriarchas, quam sanctos & doctos Theologos producere. Erasmus enim & Beza in verbo destinandi concedunt significationem praedestinandi.

Caeterum, inquit, Erasmus, si hoc nos offenderet quod Destinatus praedestinari ob antecessionis praepositionem referatur ad Deum aliquid quod nondum fit. idem scrupulus manet in verbo destinatio simplici. Quum enim destinare non sit mittere, quemadmodum vulgus illiteratum putat, sed certum aliquid in animo praefigere, nimirum ipsa verbi natura rei futurae significationem habet. Et Beza: Itaque vulgatus Praedestinatum, conuertit, pro quo Origenes maluit legere Destinatum. Quia, inquit, praedestinatur, qui nondum est, destinatur, qui est. Sed haec distinctio potest eo referri, quod Christus aperte dicitur προεγνωσμένος 1. Petri. ... officij non essentiae diuinae ratione, quia officij ratione non minus potest dici προορισθεὶς quam ὁρισθείς. Adnectatorum itaque sententia etiam ... vertitur Praedestinatus. Sed eos fine hic nihil est necesse morari cum certissima diuinorum ... testimonia habeamus, Act. 17. 26. Ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, definitus statuta tempora, & terminos habitationis eorum. Hic vertunt Nouatores: Cum definisset prius statuta tempora. Est nonum est ... A Deo praefinitum quid quaque aetate fieret, Monarchiarum enim tempora, atque alia non rerum constituta sunt. Sic Luc. 22. 22. κατὰ τὸ ὡρισμένον, secundum id quod erat à Deo praedefinitum. Sic Act. 2. 23. ὡρισμένῃ ..., idem est quod προωρισμένῃ, praedefinitum consilium, iungitur vero τῇ ὡρισμένῃ ... τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον. Hunc definito consilio, & praescientia Dei traditum. Vbi definitum. consilium idem esse debet, quod praedefinitum. Eucorum enim definitio, vel per ... tendi voluntas rei futurae praecognitionem in signo rationis praecedunt. Itaque ὡρισμένον est idem quod προωρισμένον. Nec video, qua fronte eruditores Calumnistae negare illud audint, cum illo ipso loco Beza probare contendat, scelera Iudae, & Iudaeorum, ... à Deo definita, hoc est, Decreta, & consilio prius, id est, ab aeterno constituta: Sic enim Beza loquitur, quam ego blasphemiam in Idolo Caluinistarum ... Ad nostram hoc loco dilputationem, quod attinet, cum ipsi ὡρισμένον definiant, constitutum prius, id est, ab aeterno. Corrigitor noster ... reprehenditur, quod vetterit: Praedestinatus. Praeterim etiam apud scriptores profanos frequens vsus sit huiuscemodi locutionum. Quid est enim in foro, & litibus, ὡρισμένη ἡμέρα, nisi praestituta, & dicta dies? Et apud Philosophos τὸ ὡρισμένον est τὸ εἱμαρμένον seu fatum seu aeternum numinis decretum. Ostendi itaque, nostram versionem Graecis verbis, caeterisque Scriptoribus esse contentaneam. Nunc de re ipsa, hoc est de praedestinatione filij Dei disputandum est.

§. 4.

[illegible] atus. [illegible] prædestinatus [illegible] est [illegible] absolute di- [illegible] & præ [illegible]

[illegible] prædestinatus est. [illegible] nond citur prædestinatus [illegible] ratione, qua- [illegible] respectu alicuius termini, [illegible] humanitatem, aut simile quippiam effi- [illegible] verbum caro factum, sic dici- [illegible] tum vt caro fieret, nec in prædesti- [illegible] sumpta requiritur, vt sit aliquod [illegible] prædestinati, sed tantum cum prædestinaturæ ad suam Beatitudinem.

[illegible] quæ fide [illegible] edendum est, duarum naturarum [illegible] & humanæ in vna hypostasi ineffabilem [illegible] inconfusam coniunctionem ab æterno prædestinatam. De ea loquitur 1. Cor. 2. Apostolus. *Loquimur sapientiam Dei, sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram.* Sic Aug. libr. de prædestinat. S[anctorum] [illegible] p. 15. *Prædestinata est humana natura tanta, & tam [illegible], & summa subiectio, vt quo tolleretur altius, non haberet.* [illegible] ratio [illegible] est modo [illegible] prædestinatio [illegible] exemplar. *Effertum, in-* [illegible] Augustinus: *præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ ipse Saluator ipse mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus.*

Atq; in [illegible] quem doctores conueniunt, nec [illegible] hæretici, nisi pauci de indoctissimis.

QVÆSTIO II.

An Christus sit prædestinatus vt sit filius Dei in virtute?

§. 1. SEptem borum verborum expositiones adducit doctiss. Soarez noster in 3 p. disp. 50. [illegible] 1. Prima est, *Prædestinationem esse declarationem,* [illegible] postea [illegible] tus. Altera est. *Qui factus est, & [prædes]tinatus secundum carnem est filius Dei.* Hæc [illegible] Græco textui. nam dicitur, περὶ τοῦ υἱοῦ [illegible] ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισ- [illegible] *De filio Dei facto se[c]undum carnem, præ[destin]ato filio Dei in virtute,* ita de filio Dei, vt de sub- [illegible] *prædestinatus filius Dei in virtute.* [illegible] exp[ositio] [illegible] *Humanitas est prædestinata, vt sit v-* [illegible] *Deo.* Sed [illegible] vera est [illegible] entia, ita Pauli verbis [illegible] com[illegible], terminus enim huius præ- [illegible] qui de humanitate [illegible] *Prædestinata est filius* [illegible] *aliute.* Quinta *Prædestina-* [illegible] *mentam Ep.ad Rom.*

[illegible] *am* [illegible]

Septim[a] [illegible] *homo* [illegible] *n- [illegible] prædestin[atus]* [illegible] *ab æter-* [illegible] *[prædestinatus] filius Dei nat[ur]alu.* D[illegible] iudici[o]. Prima [illegible] est [illegible] hæc verba spectentur, la[illegible] odum [illegible] ram conciliare conetur. S[illegible] repugnare [illegible] eadem [illegible] conclusi[o]neo. [illegible] seo. Quintam & Sextam [illegible] prima [illegible] ferre, quintam [illegible] qua A[u]g[ustinus] [illegible] auctor est, [illegible] separat, [illegible] Se- [illegible] catholicam, & [illegible] oire.

§. 2. Primam igitur quæ ait, Declar[atus] [illegible] & sextis, quæ cognitum [illegible] hum Dei, M[illegible] auctores, multos [illegible] & nonnul[los] [illegible] Chrysost. dunt [illegible] citabo. Is satius obscurum [illegible] esse loc[um] [illegible] τῆς [illegible], *obsessionem seu verborum inuolucrum*, quærit deinde [illegible] respondet, [illegible] ὁμολογηθέντος [illegible] τῶν [illegible] ὠφθέντος [illegible] τῆς ἐκ [illegible] ἀγιωσύνης [illegible] δυνάμεως [illegible] μὰ ἐ[illegible] ἁγιασμῷ [illegible] ἀναστάσεως [illegible] θανάτου [illegible] [illegible] tur est *definitus, demonstratus, ostensus, indicatus, promulgatus omnium sententia, & calculo, à Prophetis, à Natiuitate quæ præter omnium opinionem fuit, illa scilicet quæ secundum carnem: à potentia signorum, à Spiritu per quem sanctificationem dedit, à resurrectione, per quam mortis tyrannidem sustulit.* E[a]m itaque sententiam oppugnare non est mei instituti, quia in nostra Latinorum expositione continetur, si enim de[claratus] est filius Dei in virtute, ergo prædestinatus fuit, vt filius Dei declaretur. Sane A[ugusti]nus in ex positione inchoata, *Prædestinatum dicit in virtute [illegible] secundum carnem, sed secundum Spiritum, [illegible] Spiritum, sed Spiritum sanctificationis ex re[surrectio]ne mortuorum. In resurrectione enim, inquit, [illegible] mo- [illegible] apparet, vt diceretur prædestinatus in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.* Et Pseudo A[m]brosius in hunc locum. *[Hic] ergo qui incarnatus, quid esset, latebat, tunc prædestinatus est secundum Spiritum sanctificationis, in virtute manifestari filius Dei, cum resurgit à mortuis.* T[r]es [illegible] expositiones inclusas in nostra, nos enim [illegible] cimus prædestinatum in virtute, secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, vt esset filius Dei non absolute, hoc eo[illegible] erat ex natura, sed vt esset filius Dei, operator virtutum, sanctificans pios, resurgens ex mortuis, atque per hæc vniuerso mundo declararetur. [illegible] apud Soarezium expositio quarta. Cum au[illegible] dam, & tertiam reiecerimus, de septima duntaxat, superest disputatio. Eam dixi difficilem esse, & ad textum non pertinere.

§. 3. Difficultas huius expositionis est in hoc at- [illegible] gumento. *In prædestinatione, sunt hæc. Actus Dei* [illegible] *ordinantis aliquid ad aliud, deinde obiectum, seu subie-* [illegible] *ctum prædestinationis, denique terminus ad quem [præ]destinatur obiectū.* Ordinatio diuinæ voluntatis est qua constituit Paulo conferre vitam æternam, ordinationis obiectum ipse Paulus, terminus ad quem destinatur Paulus, vita æterna. Non debe[t] [illegible] tem in obiecto prædestinationis terminus incl[udi] neque enim recte dicitur, Paulo [illegible]

ctus Dura... in sensu igo... m esse in... natum est, vt homo sit ... prædestinationis ait esse verbum incarnatum vt abstrahit à vera, & si iam incarnatione, terminum ... verbum substantialiter incarnatum. Sed ... logicas speculationes, atq; abstractiones Paulus in exordio Epistolæ sublimissimæ agitauit. Deinde terminus est verbum incarnatum, non igitur aliud, ... tur, quam ... homo ... fide nostra docet ... non ... tamen Apostolus ... dicitur. Alia ... interpretatio est, quam vt subtilem sequi ... video. Dicunt ... *Christus vt est hic homo, prædestinatus est, vt sit Filius Dei naturalis. Cuius prædestinationis obiectum est hic homo vt sic, in cuius proprio conceptu non includitur suppositum Filij Dei, sed solum id quod subsistit in hac humanitate, quia de ratione huius hominis non est hoc suppositum, sed solum subsistens in hac humanitate vt sic. Terminus autem huius prædestinationis est esse Filij Dei, quia suppositum Filij Dei non includitur in prædicto obiecto, seu conceptu huius hominis. Præconcipitur ergo hic homo, vt sic, prius ratione, quam concipiatur esse Filius Dei, & per diuinam prædestinationem ordinatur, vt sit ipsemet Filius Dei naturalis, quæ est suprema dignitas huius hominis, quam ex sua ratione, & proprio conceptu non habet, sed ex gratia & ordinatione diuina.*

Difficilis est omnino hæc expositio. Quia vera, & realis est Prædestinatio, debet obiectum igitur, & terminus re ipsa non solum mentis conceptione esse diuersa. Deinde quicquid Deus prædestinauit ab æterno, id in tempore fecit aut faciet, sed hunc hominem vt sic præconceptum prius ratione, quam ... ncipiatur esse filius, prædestinauit vt esset Filius Dei naturalis, ergo in tempore fecit hunc hominem ... Filium Dei naturalem, at hoc non ... mentis conceptionem, & effectio... dici tamen admitto hac quidem in causa. A... Differentiam esse inter has propositiones. *Christus quantum est homo, est prædestinatus Filius Dei naturalis*: Et, *Hic homo factus est Filius Dei naturalis.* ... realem ... quæ ... natu... suppositum, actum mentis posse ... inde e...

... probare. De actibus enim ... disputatur, in quibus ... tunc non colloco. Quid enim an Deus Christum ... cepit, vt hominem, sed non vt cum diuina persona, sed ... quam hominem vt ... & prius ratione ... quam conciperet ... Dei, vt eum prædestinaret esse Filium Dei? Ego vero puto Christum Deo nunquam fuisse diu na persona conceptum. Aut si sic conceptus est, iam ante tamen conceptus fuit in illa mente æterna, vt Filius Dei. Cum enim statueret Deus ... ndere hunc hominem à persona diuina, vt ... prædestinaret ... esse Filij Dei, iam ante conc... fuit tanquam ... Dei, cum enim aquæ ... ignorante separantur, necesse ... iam ante humanam naturam, & diuinam ... in mente diuina ... fuisse. Deinde ... Metaphysico Deum abstrahendo, quæ simul

... conciperetur vt ... est Filius Dei. Hu... Deus non ... ad ... sed vnum idemque sub vno conceptu app... nauit ad seipsum sub alio conceptu apprehen... Christum conceptum ... non Deum præde... vt esse Deus, quamuis esset semper ... Nec ... to hæc iam arg... Apostolus.

Quin ipse Apostolus has ... nes ... rum interpretationes penitus excludit. Non ... *Homo vt sic, præconceptus antequam conciperetur ... Dei est prædestinatus, vt sit Filius Dei naturalis.* Sed ... ge aliud dicit, id ... quo ostendit, se hominem vt sic non concepisse, sed hominem ... non cogitatione separasse, nec philosophicis speculationibus indulsisse. Quid igitur ait? *Quod promisit per prophetas suos in Scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, &c.* ... *De filio suo facto secundum carnem, prædestinato ...* Hic Filius Dei dicitur prædestinatus, ... Dei, certe, Qui dicitur, *Filius suus, ... factus secundum carnem*, non quasi ... est ... dum carnem ... Deus ... cuius prædestinatus Filius Dei ... prius ratione ... potest ... Deus, certe Filius Dei prius non potest ..., quam conciperetur vt ... Deus ... ta ... & abstractionis ... monstrat doctissimus Soarez ... prædestinationem d... Filio Dei ... nec de verbo Dei. Sic enim ... *Verbum diuinum seu Filium Dei non ... absoluto & simpliciter dici prædestinatum. Filium Dei naturalem. H... notauit Alensis supra ... quæ ex dictis colligitur, clara est quia illa ... significat, Verbum diuinum, seu Filium Dei esse ... ius prædestinationis, consequens autem falsum est, quia potius hoc obiectum præscinditur saltem in conceptionis ... tu à Filio Dei. Et confirmatur, quia prædestinari ad esse Filij Dei, non conuenit Verbo secundum se, vt ex Fide constat. Nec per communicationem idiomatum, quia prædestinari ad esse Filij Dei dicitur de hoc homine vt suppositum saltem in conceptione mentis ante vnionem humanitatis ad Verbum, ergo in hoc prædicato non potest esse communicatio idiomatum, quod ex sequenti illatione euidentius fiet. Quapropter cum D... Thomas interdum dicit, Verbum, aut Filium ratione humanitatis, seu, vt subsistit in humanitate esse prædestinatum Filium Dei, non intelligit ... personam absolutè includi in obiecto talis prædestinationis, vel simpliciter ita denominari, sed solum quatenus ... ratio subsistentis in hac humanitate ... consideratur, quæ de se indifferens est, & abstrahit à ... posito Filij Dei naturalis.* Hæc ille. C... fil... De homo factus ... conceptione ... filius Dei præfinidi ... non pote... natus filius Dei, etsi enim ... homo ... gatu, non ab eo ... cum ...

Denique cum homo ... ante ... ciperet vt filius Dei ... prædestinatio...

Septima expositio.

Septima expositionis difficultas.

Vera ratio ... in mente diuina singulatur.

Filius Dei non est prædestinatus ... absolute.

... Qui ... Spiritus sanctificatio-nis, resurrectio ... cum præcisionibus illis conceptibus? Cur autem Apostolus fidelium simplicitati inerudiens sententiam proferret, quæ vera non est sine illis præcisionibus, & abstractionibus, quas nemo tum Romanorum cogitauit? Quis enim veterum has in his verbis præcisiones admisit? Quam facile in errorem induci potuit Ecclesia Romana, si verba Pauli ad Metaphysicam detorquere oportuit, ne erronea essent?

Sententia D. Thomæ.

§. 4. Obijci solet D. Thomæ auctoritas, quam etsi magni æstimem, priscis tamen sacrarum literarum tractatoribus in Scripturæ intelligentia non antepono: At neq; hic cõtra nos facit D. Thomas. Docet ille q. 24. a. 2. *Christum secundum quod homo prædestinatum esse filium Dei.* At eo nos sensu, quo id ille asseuerat, nunquam negauimus. Nihil enim aliud dicit, quam *Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturæ seu humanam naturam esse prædestinatam vt verbo vniretur.* Verba eius sunt: (in corpore) *Nam humana natura non semper fuit verbo vnita: Et ei etiam hoc per gratiam est collatum vt filio Dei in persona vniretur. Et ideo solum ratione humanæ naturæ prædestinatio competit Christo. Vnde Augustinus dicit in libro de prædestinatione Sanctorum. cap. 15. Prædestinata est ipsa humanæ naturæ tanta & tam celsa, & summa subnectio, vt quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui secundum quod homo quod conuenit ei ratione humanæ naturæ.* Itaq; secundum D. Thom. conuenit personæ diuinæ prædestinatio, vt existit in humana natura, ad hoc enim prædestinata vt sic existeret. Deinde solutione ad 1. Hanc falsam ait propositionem. *Prædestinatum est, vt Christus secundum quod homo, sit filius Dei.* Et ad 2. *Et sic dicimus Christum prædestinatum ratione humanæ naturæ: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso.* Et clarissime art. 1. in corpore. *Et ideo oportet dicere, quod ipsa vnio naturarum in persona Christi cadat sub æterna Dei prædestinatione: & ratione huius Christus dicitur esse prædestinatus.* Et ad 3. *Et quia absolute non conuenit personæ Christi, quod inceperit esse filius Dei, conuenit autem ei, secundum quod intelligitur, vel apprehenditur vt in humana natura existens, (quia scilicet hoc aliquando incepit esse, quod in humana natura existens esset filius Dei) ideo magis est hæc vera Christus est prædestinatus filius Dei, quam ista Christus est factus filius Dei.* Hæc autem D. Thom. ratio aliud non continet, quam eum velle hoc prædestinatum esse, quod aliquãdo incepit in tempore. sed hoc incepit in tẽpore vt persona diuina existens in humana, natura esset filius Dei, itaq; hoc prædestinatum esse. Quod perinde est ac si diceremus, Prædestinatum esse, vt Augustus qui semper rationis fuit particeps, existens Monarcha Romanorum esset rationis particeps. Neq; aliud indicãt testimonia Augustini quibus vtitur S. Thomas, quę integra paulò post producam.

§ 5. Alia est igitur inuenienda expositio, quæ & proprietatem verbi retineat & omnia euitet aliarũ sententiarum incommoda. Hæc est S. Augustini. Nempe vt obiectum prędestinationis sit filius Dei, terminus filius Dei in virtute, secũdũ Spiritũ sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi.

Verus sensus huius prædestinationis.

Duo de filio asserit nempe *factum ex semine Dauid secundum carnem*, & ne videretur hoc parum esse pro dignitate filij Dei, aut ne ea Natiuitas obstare posse putaretur potentiæ, qua seruandus erat mundus, adiungit alterum: *Prædestinatum esse*, vt filius Dei, qui factus erat secũdum carnem, qui formam serui accepit, non esset filius Dei infirmus, mortalium aliorum instar, sed filius Dei in virtute, potentia, miraculis, & signis maxime ... Spiritus sanctificaret, resurgeret ex mortuis. ... fuit sanctificatio, & vita nostra, & virtus illius ex resurrectione præcipue inclaruit. Ad hæc omnia quæ iam misericorditer egit in nostra redẽptione, tam gloriose in sua glorificatione, tam efficaci consilio in Ecclesiæ gubernatione, & mẽbrorum illius vegetatione verbũ Dei, filius Dei prædestinatus fuit. Sic filium Iesse prædestinatum propriè & verè diceremus, vt esset filius Iesse, non sicut Eliab, Abinadab, Samma fratres Dauid, sed vt esset filius Iesse in virtute, gloria, regno, sanctitate, prophetia. Ita S. Augustinus l. de prædestinatione Sanctorum c. 15. *Ipsa est igitur prædestinatio Sanctorum quæ in sancto Sanctorum maximè claruit; quam negare quis potest rectè intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipsum Dominum gloriæ in quantum homo factus est Dei filius, prædestinatum clamat doctor gentium in capite Epistolarum suarũ, Paulus seruus Iesu Christi vocatus promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secũdum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Prædestinatus est ergo Iesus, vt qui futurus erat secundũ carnem filius Dauid, esset tamen in virtute filius Dei secũdum Spiritum sanctificationis, quia natus est de Spiritu S. & virgine Maria. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis à Deo verbo susceptio singularis vt filius Dei & filius hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & filius Dei propter suscipientem vnigenitum Deum veraciter & propriè diceretur ne non Trinitas, sed quaternitas crederetur. Prædestinata est ista naturæ humanæ tanta & tam celsa, & summa subuectio, vt quo attolleretur altius, nõ haberet; sicut pro nobis ipsa diuinitas quousq; se deponeret humilius, non habuit, quam suscepta natura hominis cum infirmitate carnis, vsq; ad mortẽ crucis. Sicut ergo prædestinatus est ille vnus, vt caput nostrum esset; ita multi prædestinati sumus, vt membra eius essemus.*

Ecce Augustinus magna claritate cõmutat verba vt sensum ostendat, vt qui futurus erat secũdum carnem filius Dauid, *esset tamen in virtute filius Dei*, deniq; prædestinatum ait, *vt caput nostrum esset*, quo nomine totum Christi officium continetur. Quis vero dubitet, verbum Dei ad hoc prædestinatum, vt nos redimeret, in redemptos gratiam, gloriamq; conferret? Eadem prolixius exponit in expositione inchoata. *Eundem sanè ipsum qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, prædestinatum dicit filium Dei, in virtute: non secundum carnem, sed secundum Spiritum, nec quemlibet Spiritum, sed Spiritũ sanctificationis ex resurrectione mortuorum. In resurrectione enim mortuis moriendi apparet, vt diceretur prædestinatus in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ. Deinde sanctificatio vitam nouã mortuorum fecit, quæ in Domini nostri resurrectione signata est. Vnde idem Apostolus alio loco dicit, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. Potest quidem etiam sic esse ordo verborum, vt non ad Spiritũ sanctificationis adiũgamus, quod ait, prædestinatus est: vt ordo sit quia ordine interposita sunt hæc, Filius Dei in virtute secũdum Spiritum sanctificationis. Et nimirum iste ordo seruatur & melior videtur, vt sit filius Dauid in infirmitate secundum carnem, filius autem Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis. Factus est ergo ex semine Dauid, id est, filius Dauid ex mortali corpore, propter quod & mortuus est. Prædestinatus est autem filius Dei, & Dominus ipsius Dauid ex resurrectione mortuorum. In quantũ enim mortuus est, ad id pertinet quod est filius Dauid. in quantũ autem resurrexit à mortuis, ad id, quod est filius Dei, & Dominus ipsius Dauid. sicut alibi idem Apostolus dicit. Nam & si mortuus est ex infirmitate, sed viuit in*

virtus Dei, vt infirmitas pertineat ad Dauid, vita vero æterna ad virtutem Dei.

QVÆSTIO III.

Quid sit, secundum Spiritum?

§.1. BEza nouo modo interpretatur, Ego vero inquit κατὰ πνεῦμα pro πνεύματι, vel διὰ πνεύματος *nusquam memini legere.* Sed nihil ad rem præsentem vnius homuli memoriula, Chrysostomo, & Græcis potius credemus. Quanquã necessarium non sit, alium censum esse, quam secundũ Spiritum id fieri, quod est eius naturæ cõsentaneum, quodq; et auctori tribuitur, cuius idcirco & ipse causa censetur. Nec ignota ista priscis illa locutio: Auctor de mundo ad Alexandrum. Καθ᾽ μίαν πρῶσιν ἀνατρέπειν *Per vnicam protrusionem vel nixum euertere.* Miror autem Bezam cum κατὰ πνεῦμα non fuisset significare διὰ τοῦ πνεύματος vertisse tamẽ eo modo 1. Cor. 12. 8. ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα. Vbi Beza vertit. *Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij vero sermo notitiæ per eundem Spiritum.* Vbi κατὰ vertit per Et Apostolus Paulus v. 9. eadem significatione dicit: ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι. Ne quis vero excipiat, sermonem sapientiæ esse διὰ τοῦ πνεύματος, sermonem vero scientiæ κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, alia ratione dici, Paul⁹ sic se explicat, ostenditq; διὰ, κατὰ, ἐν eodem se modo intelligere, v. 11. πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. *Omnia vero illa operatur vnum, atq; idem Spiritus, diuidens vnicuiq; prout vult.* Quæ cum ita sint, facile apparet, quam sit alienum ex vnius hominis obseruatiuncula sacrarum literarum interpretationem circumscribere. Præsertim enim posteriores Caluinistæ κατὰ id est διὰ interpretentur, vt Pareus. Secundo obijcit Beza *Cum hic manifestè opponantur κατὰ σάρκα, & κατὰ πνεῦμα, res ipsa videtur postulare, vt sicut appellatione carnis humana natura intelligitur, sic etiam nomine πνεύματος alterã Christi naturam, id est diuinam κοινῶς accipiamus.* Respondeo. Etiam Diuinam personam hic nomine Spiritus intelligi, sed non excludi Spiritum sanctum, cuius sunt peculiarissimæ in hoc negocio partes, cui etiam opera Christi ascribi solent. Carni vero opponitur nõ Christi modo persona diuina, & natura, sed etiam Spiritus S. Porro de Christi diuina natura etiam intelligi Spiritum nos res ipsa cogit, Diuinitas enim Christi operum mirabilium fuit effectrix, quemadmodum carnis imbecillitas tolerantiæ fuit & passionis instrumentum. Et quanquam tota Deitas, omnesq; personæ, in miraculis Christi effectionẽ ediderint, mortificatus carne fuit viuificatus autem Spiritu, vnitio quidem naturarum & resurrectio, hoc est, iterata diuinitatis & humanitatis coniunctio opus fuit Sanctissimæ Trinitatis, terminatio tamen & naturæ humanæ peculiaris subsistentia, siue personalis vnio à sola persona Christi est, [illegible] verbo. Hac vnione humanitas sanctificatur hac homo Deus est Plena est igitur interpretatio. Christum in virtute prædestinatum esse filium Dei, secundũ Spiritum sanctificationis, hoc est per Spiritum S. per Christi diuinam personam, per omnia dona ex inhabitante diuinitate in naturam humanam sine mensura effusa prædestinatum esse filium Dei in virtute, cuius virtutis causa specialiter [illegible] persona & [illegible]. Postremo monendus est lector, à sensu Apostoli longissime recedere eos, [illegible] trajectione hæc verba, secundum sancti-

Quid secundum Spiritum.

κατὰ cum accusatiuo pro Per.

Secundum diuinitatem est Christi virtus.

ficationem, referunt a[illegible] Apostoli, vt sensus sit: Segregatus [illegible] san-ctificationis in Euangelium D[illegible] Christo hæc non accipiunt.

QVÆSTIO IV.

Quomodo intelligenda illa verba: Ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.

SYrus vertit: דקם מן בית מיתא. Qui surrexit de domo Christi, Domini nostri.

Nostrum interpretem accusant [illegible], quod cũ cætera in nominatiuo posuerit, *qui factus, qui prædestinatus*, hæc verba, *Iesu Christi Domini nostri* [illegible]tiuo vsurpauerit: putant enim esse hyperbaton, & sensum esse, *qui prædestinatus est in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum. Iesus Christus Dominus noster*, *alij vertunt: per resurrectionem à mortuis: alij per Spiritum sanctificationis & resurrectionis.* Nostram lectionem nonnulli retinent, inter quos Bullingerus, Aretius, Pelicanus Bullingerus etiam diserte asserit, nihil temere se mutare voluisse, non excusans à temeritate Sociorum suorum mutationes.

Variè interpretantur hæc verba.

Causa varietatis ex Græco textu originẽ duxit, nã omnes genitiui sunt, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ... ὁρισθέντος, Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίου. Controuersum igitur est, an vltimi tres genitiui Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίου, referendi sint ad præpositionem περὶ, an vero ad resurrectionẽ mortuorum. Si ad præpositionem περὶ pertinent, nostra versio corrigenda foret, in hunc modum. *De filio suo, qui factus est. &c. Iesu Christo Domino nostro.* Non tamen placet illa mutatio, Tum quia dura est & nimium longa trajectio, tum quia nostra versio assertores habet Augustinum, Hieronymum, Syrum Imo Origenem & Chrysostomum. Verba Chrysostomi sunt: [illegible] ἀναστάσεως [illegible]. & paulo post: ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως [illegible] θάνατον [illegible]. *à resurrectione Domini, &c. à resurrectione per quam mortis tyrannidem dissoluit.* Putat enim D. Chrysostomus hoc esse primarium ex signis omnibus, *quod impudentibus obstruere os sit idoneũ. Quemadmodum Dominus dix. 1 Ioann. 2. Soluite templum hoc, & post tres dies excitabo illud* Et: *Cum exaltaueritis me à terra tum cognoscetis quod ego sum* Et rursus: *Signum quærit generatio hæc, & signum non dabitur nisi signum Ionæ.* Denique Beza fatetur hanc esse veterum & recentiorum lectionem. Sanctus Augustinus etiam diuersos sensus in expositione inchoata adducit, omnes tamen veteri lectioni accommodatos.

Duplex in Græco distinctio.

Nostra versio defenditur.

Nostra lectione constituta, duplicem sententiam possumus inde deducere. Vel enim sensus erit: *Qui prædestinatus est ex resurrectione à mortuis qua ipse Dominus resurrexit*, vel, *Prædestinatus est ex resurrectione mortuorum qui mortui sunt Domini Iesu Christi, vtramque interpretationis meminit D. Augustinus inchoata expositione.* ita enim ait. *Eum enim venire decebat ad iudicium resurgentium, qui præiuerat ad exemplum: neq; ad exemplum omnium resurgentium, sed ad exemplum eorum qui sic resurrecturi sunt, vt cum illo viuant & regnent in sempiternum quorum etiam caput erit, tanquã corporis sui. Ex forma enim resurrectione etiã prædestinatus est, vt ipsis princeps fieret: cæterorũ antẽ in sua cõditione resurgentium non princeps, sed iudex est. Non itaq; ex illorum mortuorum resurrectione prædestinatus est quos est damnaturus. prædestinatum enim [illegible] resurre[illegible] tiõe mortuo-*

mortuorum, ut praecederet resurrectionẽ mortuorum, vult intelligi Apostolus. Hos autem praecessit, qui ad ipsum caeleste regnum quo ipsos praecessit secuturi sunt. Propter quod non ait qui praedestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum Iesus Christus Dominus noster, sed ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Tanquam si diceret, qui praedestinatus est filius Dei ex resurrectione mortuorum suorum. hoc est, ad se pertinentium in vitam aeternam: velut si interrogaretur, quorum mortuorum & responderet, ipsius Iesu Christi Domini nostri. Ex resurrectione enim caeterorum mortuorum non est praedestinatus, quos non praecessit ad gloriam vitae aeternae, non vtiq; secuturos quoniam ad poenas suas impii resurrecturi sunt. Ergo ille tanquam filius Dei vnigenitus ex mortuis praedestinatus est, ex resurrectione mortuorum.

Probatissima vero est expositio, vt dicatur *praedestinatus filius Dei in virtute ex resurrectione Iesu Christi domini nostri à mortuis*, per illam enim perfectam consecutus est victoriam, sedetque ad dexteram patris, per eam factum est, ne sit inanis spes nostra. Per resurrectionem corporis immortalitas facta est, & se virtus resurgentis exeruit. Cum igitur in tempore haec facta fuit ex resurrectione, praedestinatum etiam ab aeterno fuit, vt fierent ex resurrectione. In quo equidem miror illos qui Graecorum se expositionem sequi profitentur, vt dicant filium Dei in virtute declaratum ex resurrectionẽ, negent tamen filium Dei praedestinatum in virtute, quasi non illa gloria, virtusq; ex resurrectione collata, etiam ante praedestinata non fuerit, imo ipse Dei filius ad hoc praedestinatus fuerit, vt cum potentia resurgeret, coelos ascenderet, Euangelium suum multis signis confirmaret. Certe ille *infirmus, vir dolorum, abiectio plebis, opprobrium hominum, factus est gradiens in multitudine fortitudinis sua, rex regum, & dominus dominantium*, immortalis, impossibilis, quomodo non ergo ad haec praedestinatus?

Quod vero dicit: *Filius Dei praedestinatus est, filius Dei ex resurrectione Iesu Christi domini nostri*, non est ταυτολογία sed consuetudo, & ornatus linguae Hebraeae, quo antecedens pro relatiuo repetitur. Vt: *fecit Moses sicut praecepit Dominus Mosi.* Haec iam olim persaepe Hieronymus, aliique notarunt. Quibus ne rudiores sectarii obstrepant, verbis Bezae sunt compescendi. *Si tamen libuerit*, inquit, *à veteribus non discedere, is sciat, positum antecedens relatiui loco, ex idiotismo Hebraeorum, de quo iam saepe diximus.* Paulus vero cui dulcissimum Iesu Christi nomen semper in ore est, deuotione & caritate hic in patrium dialectum deflexit, praecipue cum honorificum sit hunc in modum de aliis loqui, vt nomen eius identidem repetatur, non aliud loco nominis ponatur.

VERSVS 5.

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus, pro nomine eius.

QVAESTIO I.

Per quem accepit gratiam?

§. 1. ARiani verba ista: δι' οὗ *per quem* in suam haeresin detorquentes probare conabantur, Christum esse hominem duntaxat, non Deum. Particulam enim διὰ instrumentalis causae habere notionem, tantummodo comminiscebantur, vt Christum dominum Dei instrumentum ac organon constituerent omni diuinitatis honore spoliatent. Sed ad principem quoq; causam pertinere S. Basilius libro de Spiritu sancto satis declarat. Ne vero in re perspicua immorari cogar, duobus locis contentus ero. Gen. 4. 1. Eua cum peperisset Cain, dixit: ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ, *possedi hominem per Deum.* Non ignorabat mater illa, obs filium infelix, per fidem tamen verax, Deum esse principem causam nati sibi filii, nisi & hinc Arianus concludit, Deum illum Caini creatorem, diuinitate caruisse. Alter locus est Gal. 1. 1. in nostra causa de qua agimus. Παῦλος ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitauit illum à mortuis.* Vbi si διὰ est solius instrumenti, & secundariae causae significatrix, necesse est non Christum tantum, sed Deum Patrem quoque, Christi suscitatorem esse instrumentum, non principem auctorem Paulinae vocationis. *διὰ non significat tantum causam instrumentalem.*

Ad Christi igitur maiestatem & diuinitatem asserendam valet, quod se per eum dicat consecutum esse *gratiam*, & *Apostolatum*, quem ab homine negat se accepisse, nempe homine, qui homo solum, non etiam Deus esset. Propter malitiam obtrectatorum vocationem suam asserere Paulus frequenter coactus est, idque fere in omnibus ad Ecclesias Epistolis.

Modestiam nos docet his verbis Apostolus, nihil suum affirmat, omnia Christo accepta refert, atque auctori suo honorem habet.

QVAESTIO II.

Quae gratia?

§. 1. GRaeca Scholia interpretantur χάριν εἰς ἀποστολήν, ita etiam Oecumenius, & in eam sententiam à nonnullis citatur D. Chrysostomus. Verum ille tantum asserit, *non sudoribus & laboribus dignitatem illam adeptos, sed gratiam inuenisse, & superni doni id beneficium fuisse.* Est quidem & ipse Apostolatus quaedam gratia, Eph. 3. 8. *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi*, quam ibidem vocat δωρεὰν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ *donum gratiae Dei*, & datum asserit, *secundum efficaciam potentiae ipsius.* Eandem 1. Tim. 4. 14. & in eadem Epistola, 1. 6. vocat χάρισμα. Itaque dignitas Apostolatus est gratia, χάρις, & δωρεὰ τῆς χάριτος, & χάρισμα, non enim iure merito eum quisquam honorem sortitus est, sed ex gratia accepit, quisquis habet, ne gloriari possit vnquam quasi non acceperit. Sed hic tamen cum Augustino distinguere malo, inter gratiam & Apostolatũ, quin ipse Apostolus distinguere videtur, cum dicit se accepisse *gratiam*, & *Apostolatum*, non autem χάριν τῆς ἀποστολῆς, qui vero dicunt, χάριν εἰς ἀποστολήν aperte dignitatem officiumque Apostolatus, à gratia ad eius functionem necessaria distinguunt. Pulchre Augustinus. *Per quẽ accepimus*, inquit, *gratiam, & Apostolatum. Gratiam cum omnibus fidelibus, Apostolatum autem non cum omnibus: & ideo si tantummodo Apostolatum se diceret accepisse, ingratus exstitisset gratiae, quâ illi peccata dimissa sunt: tanquam enim meritis piorum operum accepisse Apostolatum videretur. Optime itaque tenet ordinem causa, vt nemo audeat dicere vita prioris meritis se ad Euangelium esse per-* *Gratia & Apostolatus distincta.*

ductum, quando nec ipsi Apostoli, qui cæteris membris post caput eminent, accipere Apostolatum propter potuissent, nisi prius communiter cum cæteris gratiam, quæ peccatores sanat, & iustificat, accepissent. R: Hæc etiam monet Chrysostomus. *Non igitur fuerunt Apostoli, qui egregia illa facinora præstiterunt, sed* ἡ πεπονδεχοτῶν χάρις αὐτοῖς *præueniens & viam illis sternens gratia. Circumuagari enim ac præconium facere illorum fuit persuadere autem Dei, vim in illis exerentis.* Itaque & gratia erat, quæ illis peccata remisit, iustificauit donis omnibus instruxit, & gratia quæ in illorum concionibus, ac laboribus efficaciter ad conuersionem gentium operabatur.

QVÆSTIO III.

Quid Apostolatus?

Apostolatus non definitur solâ prædicatione.

§. 1. DIsputatio de Apostolis ad c. 10. Matthæi & Lucæ 6. potius referenda est, hoc loco solum moneo, non esse vnicum Apostoli munus, Euangelium prædicare, sed additum etiam legitimi, & quidem diuini iuris auctoritatem, atque potestatem: nam Christi legatus est Apostolus, & pro Christo legatione fungitur. Confutgunt in Pontificem hoc loco Sectarii omnes. *Pontifex Romanus non est Apostolus, nō ergo pastor vniuersæ Ecclesiæ, ita arrogando sibi hunc titulum peruersum, & scelestum, nempe Episcopi vniuersalis contra canones præuaricatur, & se Antichristum esse declarat*, sic Pareus, sic alii. Equidem ad hunc locum, quid nouitia calumnia fa[illegible] non video. Quis enim non videt hunc paralogismum, *Paulus accepit gratiam, & Apostolatum in omnes, non igitur Pontifici Romano iura vniuersalis Ecclesiæ commissa est.* Cur enim & Paulus non posset esse omnium gentium Apostolus, & Pontifex noster Vrbanus Octauus esse pastor generalis, cui omnes sint oues commissæ? non est hoc argumentari, sed febrientium somnia narrasse. Cur enim pugnent Apostolatus Pauli, & Episcopatus Pontificis Pauli? Aut quid omnino ad hunc locum Episcopatus Romanus? An forte Paulus cum sibi veudicat Apostolatum in omnes, Petrum in vnam prouinciam coegit, & factum est in Ecclesia, quod de Republica circa hæc tempora Poeta dixit:

Apostolatus Pauli, & Pontificatus Romani non pugnant.

Omnesque potestas

Impatiens consortis erit?

Quod si tamen ad generalem curam Ecclesiæ faceit, qui hic nominatur Apostolus in omnes, nonne ex generali Apostolatu potius probaretur generalis Episcopatus, quam negaretur? Sed tamen argumenta Pareana quæ rain consulta effudit spectemus.

Quid contra Pontificem adferat Sectarii.

§. 2. Primum. *Omnes Episcopi Apostolis successerunt, non igitur magis Papa est vniuersalis quam cæteri.*

Secundum. *Episcopi non successerunt in vocatione speciali ad Apostolatum, quia extendebat se ad omnes gentes, sed tantum ad ministerium certo loco, vel districtu definitum iuxta Can. 6. Nicen.*

Tertium. *Apostolatus fuit non ad vniuersale imperium, sed ad vniuersalem prædicationem Euangelii, visitationem, & curam Ecclesiæ.*

Quartum. *Papa est successor Petri, at Petrus est Apostolus non gentium, sed circumcisionis. Eat igitur Papa ad Iudæos, & sit horum vniuersalis.*

Quintum. *Gregorius Titulum, Vniuersalis, frenolum stultum & scelestum, & Antichristianum vocat.* l. 4. 39. & l. 6. Ep. 30.

Sextum. *Concilium Africanum damnat titulum Vniuersalis.*

Ecce lector quam fœcundum est in calumnias odium, tot argumen[illegible] occasione nec quærit [illegible] stione & libri pestilentes [illegible] tudes intercam[illegible] autem professus sum, me fraudes aduersariorum patefacturum, hic quoque breuiter respondebo.

Ad primum. *Episcopi successerunt Apostolis aut potius Episcopi ab Apostolis constituti, non tamen illa generali potestate, quâ fuerunt Apostoli præditi.* At Romanus Pontifex Vniuersalis Ecclesiæ impositam gerit curam. Probandum igitur fuit, eadem conditione Papam esse, & cæteros Episcopos, nos enim dicimus Petri primatum in Apostolos, omnemque Ecclesiam, etiam in posteros & successores eius deriuatum esse.

Eadem est ad secundum argumentum responsio, Apostoli omnes generales Ecclesiæ doctores fuêre, Episcopi singulorum locorum. Quomodo vero hinc conficies, nullum esse Episcopum vniuersalem, Episcoporum præsidem, per quem vnitas seruetur Ecclesiæ. In gratiā Apostolicam illam specialem scribendi libros, vel epistolas Canonicas nec Pontifex, nec alii Episcopi sunt admissi, in aliis tamen pro fidelium necessitate successor dandus fuit. Deinde Apostolorum fuit nouas Ecclesias instituere, fidem inter gentes propagare, hoc in officium Romani Pontifices successerunt. Denique Apostoli habuerunt summam in Ecclesia auctoritatem, & in Apostolos eorum princeps Petrus. Quod ad eo certum est, vt contra Calumnistas Gebennenses defendat Calumnista Anglianus, Adrianus Sarauia Petrum Apostolorum collegio præfuisse. Cur igitur nunc vnus omnium concordiam tueri non posset?

Ecclesiæ administrandæ cura non est sine imperio.

Ad tertium non est necesse respondere, ex seipso enim argumentum concidit, & vide vt Pareus præuaricari. Si enim alicui conceditur vniuersalis prædicatio, visitatio, cura, non potest illi negari imperium prædicationi, visitationi, curæ necessarium. Quæ enim visitator emendare poterit vitia, scandala tollere, fabulibus obuiam ire, coercere contumaces, officiis exuere, Ecclesias constituere, ministros probos eligere idoneos, operarios malos pellere, si nulla potestate imperandi munita est? Quis parebit illi, quem nouit sine potestate, atque adeo inique imperare? Vix magistratuum vit bus & auctoritati, licet legibus instructi, satellite & armis septi veniant, cedit multorum audacia. Tu vero Ecclesiæ præficis moderatorem, ac iudicem sine imperio, & sine pœna contineri posse multitudinem arbitraris. Non verut quidem ille gladio seculari, sed suo tamen, hoc est, spirituali non exuetur, ins igitur habet, potestatemque imperandi.

Paulo gentes, Petro Iudæi commissi sunt.

Ad quartum, Elaborat hand mediocriter Papa in conuersione illius gentis, quam Deus olim sibi in peculium delegerat. Nec idcirco timet ne non sit Pontifex Christianorum, quia ex Iudæis faciat Christianos sine ipse Apostolus Petrus etiam gentibus Euangelium prædicauit, Cornelium ad fidem adduxit, & Pauli magna cura ac optat anathema esse pro fratribus suis, qui sunt Israelitæ. Quid igitur est, quod Galat. 2. 7. dicit Paulus: *Sibi creditum Euangelium præputii, sicut & Petro circumcisionis.*

Non de potestate diuisa loquitur, sed singulari cura, & opera. Inuisus erat Iudæis Paulus, ideo ad gentium conuersionem magis intentus, licet & Iudæos instrueret, vt constat Act. 18. 17. Primi omnium Iudæorum conuocans Christum annunciat. Hoc non modo veteres doctores, sed ex recentioribus

Cal-

[illegible] Christum [illegible] enunciasse. Ita

[illegible] autem non ante [illegible] supremum pastorem [illegible] & [illegible] Ecclesiæ curam deb[illegible]m [illegible] de[illegible], [illegible] partis tamen specialem curam in se fulci-[illegible]

Ad [illegible]um, & sex [illegible] Greg. l. 4. Ep. 3[illegible]. & l. 6. Ep. 3[illegible] [illegible]um Vniuersalis Episcopi damnat. *Ego, inquit, fidenter dico, quia quisquis se vniuersalem Sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit, quia superbiendo se cæteris anteponit.* Et [illegible] illum Africa[illegible]um. Vniuersalis autem, nec et[illegible] Romanus Pontifex appellatur.

Hæc autem si [illegible]era sunt eo sensu, quo intelligi v[illegible] hæretici[illegible]us, causam dicere non potest, cur [illegible] Archiepiscopus Episcopus Constantinopoli-[illegible]s, [illegible] quidem non sine omnium irrisu se pergit [illegible] Vniuersalem, quod Ioannes Ieiunator [illegible], tempore Gregorii Papæ, & Mauritii Impe-[illegible] anno [illegible]94. cœpit, cum Oecumenici titulum [illegible]us assumpsit. Eum temeritatis arguens Gre-[illegible] l. 4. Ep. 32. *Nullus vnquam*, inquit, *tali vocabulo appellari voluit, nullus sibi hoc temerarium nomen arripuit: Ne si [illegible] in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur.* Hoc er-[illegible] reprehendit Gregorius, nempe ita Vniuersalem dici Episcopum, vt cæteris honorem Episcopatus denege[illegible] qu[illegible] si alii non sint veri sacerdotes, & Episcopi, sed neq; qu[illegible]squam alterius loci Episcopum se [illegible]ecte appellari, quamuis alii quoque et sint subiecti Episcopi sed solum honore, & potestate præ[illegible] [illegible] eadem est sententia Gregorii ad Mauritium Augustum. *Certe pro B. Petri Apostolorum principis honore per venerandam Chalcedonensem Synodum Romani Pontifici oblatum est: sed nullus illorum vnquam hoc singularitatis vocabulum assumpsit, nec vti consensit, ne dum priuatim aliquid datur vni, honore debito sacerdotes priuarentur vniuersi.* Nec sane ita præesse Pontifex debet vt cæteri eius sacell'ani, vicarii, aut filii [illegible]seantur Episcopi, sed vt fratres. Titulum illum Synodus Chalcedonensis recta, & vera ratione concessit, laudabiliter eum Pontifices omiserunt, neq; vllus hactenus [illegible] Leo, quod Constantinopolitani fecerunt, in frontibus literarum Oecumenicum vel vniuersalem sese appellauit. Nemo tamen communissimam vniuersi gregis curam, & dominici ouilis custodiam ad se pertinere negauit. Sanctus Leo Epistola ad Marcianum contra Anatolium, in ipsa inscriptione vsus est titulo Vniuersalis, quod necessaria esset ad retundendum aduersariu[illegible] legitimæ potestatis professio, de ordinari[illegible] itaque & solenni titulo Sanctus Gregorius loquitur. Nam ita dici Vniuersalis non recusat, vt singulis sua iura salua sint atq; integra, ipse autem omnibus emineat. Ita Greg. Epist. 32. *Hæc sedes Romana speculationem suam toti orbi indicit, Et nouas contentiones omnibus mittit*, & in Psal. 5. pœnitentia-[illegible]m *Dominam gentium Romam appellat.* Videantur [illegible] a[illegible] d[illegible]a. [illegible]b 4. Epist. [illegible]5 & 56. & Epist. 7. & [illegible] & l. 2. Epist. 52. Vbi generalissimam totius [illegible] curam amplectitur, atq; in collegas Epi-

Pontifex in nullo solum non [illegible]tur vniuersalis.

[illegible] non facile vadimoniu[illegible]

§. 3. Quid vero hoc [illegible] nam par[illegible]m statuend[illegible] conqu[illegible]sius argume[illegible] ba hoc [illegible]plum osteo[illegible]

Per quem accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fide[illegible] in omnibus gentibus. In omnibus gentibus, generalitatem Ecclesiæ proponit, & ex comparatione Rigidorum Caluinianorum paucitatem condemnat, [illegible] ent[illegible] non in omnibus gentibus, sed in paucissimarum gentium haud multis locis videntur. Non pertinet ad Apostolatum Pauli, quod ab vniuersalitate in angulu[illegible], & in priuata iura secessit. Ita[illegible] am olim contra partem Donati di[illegible] putauit Augustinus, Epist. 161 ad Honoratum: Cuius sententiam, cum mutato nomine de nostris Sectariis verissime dicatur, ascribam. *Itaque breuiter insinuamus, quid à te responderi desideremus. Quoniam Ecclesiam Dei quæ Catholica dicatur, sicut de illâ prophetatum est, per orbem terrarum diffusam videmus, arbitramur nos non debere dubitare de tam euidentissima completione Sanctæ Prophetiæ, quam Dominus etiam in Euangelio confirmauit, & Apostoli per quos eadem Ecclesia dilatata est, sicut de illâ prædictum erat. Nam & in capite Sacrosancti Psalterii scriptum est de filio Dei; Dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te: postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et ipse Dominus Iesus Christus dicit Euangelium suum in omnibus gentibus futurum. Et Apostolus Paulus, antequam sermo Dei in Aphricam peruenisset, in ipso capite Epistola quam scribit ad Romanos, per quam accepimus, inquit gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.*

[illegible] niuersalitas Ecclesiæ non est in parte Caluini.

QVÆSTIO IV.

Quis finis datæ gratiæ, & Apostolatus?

§. 1. BReuiter eum Apostolus indicat, Εἰς ὑπακοὴν πίστεως, *Ad obediendum fidei*, [illegible] n. c[illegible] nomine loco, aut gente. *Sed in omnibus gentibus.* Duplex adferri solet expositio. Prima, vt Apostolus obediant fidei prædicando in omnibus gentibus. Altera vt gentes obediant fidei, credendo prædicationi, & ad instituta illius mores suos conformando. Verum duæ illæ expositiones coniungendæ sunt, & ex reciprocorum natura pro voica habendæ.

Accepit enim gratiam, & Apostolatum, vt eius functionem exerceret, *Vt nobis*, inquit, *si non Euangelizauero.* Accepit, vt gentes obedirent prædicationi, fructus enim Apostolatus est obedientia gentium. Κηρύσσειν annonciare, & ὑπακούειν obedire eadem lege iussa esse intelliguntur, vnoque verbo vtrorumque officium Deus indicat, prædicandi, & credendi. Dum tanta gratia Apostolo conceditur, fides etiam gentibus imperatur.

Duo fines dati Apostolatus.

§. 2. Quid

[illegible] quam in [illegible] ibus Geometri a- rum [illegible] quidam exigere. [illegible] intel[illegible] ad assensum [illegible] Firma est, & [illegible] docet hæc Augustinus hom. [illegible]

[illegible] posset, [illegible] e nequid, [illegible] authoritate, non [illegible] Quid Deo [illegible] Post [illegible] disputationum in [illegible] De punctis & lineis, [illegible] nondum est decisa [illegible] post [illegible] insignia sæculorum, [illegible] Atenulæ, non [illegible] & vites, [illegible] punctum tot sumptibus Academicorum, tanta ingeniorum contentione, [illegible] mundus discere non[illegible] quæ sunt obscuritates? [illegible] quas Deus nobis in [illegible] disputatur, sed de ca[illegible] & vertigine argumentorum, in [illegible] nonnulli iam salutem in[illegible] [illegible] penitus horum plu[illegible] accuratum studium sent[illegible]

[illegible] tribuere potentius, cum ad [illegible] accedimus, cum ea pro[illegible] mentium cœlesti[illegible] in illa immensitate [illegible] Hæc igitur prima [illegible] credere, Evangelio obe[illegible] non [illegible] obtemperare [illegible] en ex fide reddere.

[illegible] quod [illegible] apud S[illegible] audire modo & [illegible] studire. Itaque 3. [illegible] Si crucauerit omnia quæ præcipio. [illegible] Non [illegible] qui [illegible] nem beatitudinem [illegible]

[illegible] quæri [illegible] quo Dei verbo credimus ex [illegible] Bu[illegible] tulerat.

M[illegible] itaque [illegible] non aut tum modò, [illegible] Qui [illegible] est Ch[illegible] signatam [illegible] fide [illegible] ramus, cuius Sacram[illegible] ntum Ch[illegible] Qu[illegible] que animu[illegible], atque in [illegible] agnoscere po[illegible], an op[illegible] Illa beatus pr[illegible] nunc [illegible] tum est regnum cœlorum [illegible] magistram [illegible] tiem fugis, ne [illegible] non quasi leuc [illegible] nem grauiora. N[illegible] commendatam, [illegible] penituras cum [illegible] quærant. [illegible] des ad [illegible] hortatur, & quam mu[illegible] libidines [illegible] agantur. [illegible] fide [illegible] mus man[illegible] pati, pro fide [illegible] cuius Sacramentum habemus, cuius [illegible] cuius donationem exspectamus.

QVÆSTIO V.

Quid [illegible] pro nomine [illegible]

§. [illegible] Græcus h. b. t, [illegible] Sy us, *ut obediant [illegible] nomini* [illegible] connectunt, [illegible] verba. [illegible] prum Apost[illegible] *latum pro Christi nomine.* [illegible] Vo[illegible] Chr[illegible] nem missi fumus. [illegible] *fungimur,* [illegible] gatus vic[illegible] natura, [illegible]

his ... pro ... lz, fidei vt fides dica- ... nomine eius, hoc est, in nomen eius, ita ... omnes, Non vt ... eius seruiemur, sed in nomen eius credamus. Non est ab his distincta ... expositio, qua nomen hic ponitur pro ... cum vtraque eundem expositionem ... inuenit, quod & Apostolatus ad potentiam, & maiestatem ... declarandam, & ad fidem in Deum omnipo- ... Ei enim opus fidei in virtute, 1 Thessal.1.12. vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi, in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi. Itaque omnes interpretationes in verbis Apostoli inclusae sunt. Et Augustinus in expos. inchoata iunxit. Quod autem subiungit, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: Ad hoc dicit Apostolatum se accepisse vt obediatur fidei pro nomine Domini nostri Iesu Christi Hoc est vt credant omnes in Christo, & signentur in eius nomine, qui salui esse cupiunt.

§. 2. Quod si frequenter animo nobiscum perpendamus, legatos nos esse missos, quicunque in sortem Domini lecti sumus, & legatos pro nomine ipsius, dubium non est, quin omnem socordiam, ... diligentiamque facile excussura sit officij sedula consideratio.

Legatus omnia Domini sui nomine peragit, si limites praescriptos transgrediatur, quicquid egit irritum est, atque inualidum, neque igitur aliud praedicare possumus, quam a domino accepimus, nec in foedera Domini nostri alia conditione peccatores recipere, quam ille praescripsit.

VERSUS 6.

In quibus estis & vos vocati Iesu Christi.

QVÆSTIO VNICA.

Cur hoc interponat?

§. 1. GRaecè dicitur ἐν οἷς, quod multi vertere malunt: inter quos Syrus, Ex quibus etiam vos vocati estis in Iesu Christo, solet autem ב causae signum esse, licet non desint, qui interpretentur בישוע hoc est, in Christum, alij rectius, per Christum. Cum autē dicantur κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ malim omnino intelligere eos qui sunt Iesu Christi, nempe qui in eius seruitio, ac familia continentur, hoc modo 1.Cor.1.12. loquitur Apostolus. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit; Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi. Et subdit: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

§. 2. Causa duplex est cur haec interponat. Prima apud Chrysost. & Oecumenium. Nempe vt superbiam ciuitatis dominantis retundat, ne sibi in regno Christi prae caeteris priuilegium arrogent, quasi praerogatiua imperij, & sapientiae magnitudine gratuitae vocationis, dignatio aestimaretur, vt in Eccl. sia eminentiores essent, quos mundus alijs extulisset. Cum igitur eos aut inter alios vocatos esse, Sarmatis, Lydis, Caribus, atque alijs gentium contemptissimis exaequat, inter eas enim & Romani vocati sunt, non prae illis. Ne igitur se efferant potentes quos minimis Deus non praetulit, ... tant, sed humilibus consentiant. Diligant potius amare, & venerari pauperes, quos vocatos praerogatiuā Christus est dignatus. Sint ..., quia inter diuites, & potentes non multos,

ipsi electi sunt pauci: ... esse ..., quos summa periculorum circumstant.

Altera causa est, & praecipua vt demonstret non esse alienum & curiosum πολυπραγμοσύνη aut ἀλλοτριοεπισκοπία, quod ad eos scribat, ipse enim omnium gentium est Apostolus, & inter gentes sunt Romani, pars igitur sunt cura Apostolicae, & debitores illorum Paulus, vt & caeterarum gentium. Obseruandum est autem, vocationem non ad solum nomen ... pertinere, vt nonnulli interpretati sunt, sed ad eam vocationem qua ad fidem sanctitatemque inuitati, & perducti sunt.

VERSUS 7.

Omnibus qui sunt Romae, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

QVÆSTIO I.

Quibus scribat Apostolus?

§. 1. LOngum his verbis finitur hyperbaton, sensus enim absolutus est, Paulus Apostolus omnibus qui sunt Romae salutem dicit. Caetera enim quasi per parenthesin sunt interposita.

Primo autem ex historia veteri notum est Romanos dici non vrbis modo incolas, sed alarum etiam ciuitatum cultores, qui iure ciuium Romanorum fruebantur, quin alij omnes qui Romano imperio subiecti fuerunt. Hoc loco vrbanos, & suburbanos intelligit, quibus specialiter scripsit. Vrbanos itaque omnes, siue illi ciues, siue inquilini, siue peregrini, mancipiaque fuerint.

§. 2. Secundo scripsit dilectis Dei, & vocatis sanctis. Neququam vero Neroni, Consulibus, Patribus conscriptis, alijsq; Deum ignorantibus, veritatem in iustitia detinentibus, non quod non & illis prodesse posset Epistola, sed quod sciret contemnendam, quodque eius sit institutum Ecclesiam erudire, non conuertere hac scriptione gentiles.

Dilectos Dei nominat, indicio caritatis, quo omnes in quibus signa pietatis elucent, aut in quibus manifesta non deprehenditur impietas, Deo caros virtute praeditos esse censemus.

Iure merito omni titulorum apparatui, & inani ambitioni hoc verissimae felicitatis elogium anteponit, nō Quirites, aut rerū Dominos, sed dilectos Dei appellat. Hoc enim constans est, & summum bonum creaturae, a suo crea ore diligi. Diligendo enim nos beatos Deus efficit. Multo illo tempore felices habebantur, sed miserierant, Deo exosi, & exitio iamiam deuoti, summa beatitudine est, diligi ab eo qui est summum bonum. Participem enim sui facit, quem dilexerit, cuius amor tam est efficax, vt cum dilexerit inimicos, faciat amicos.

§. 3. Tertio scribit, vocatis sanctis. Non est intelligendus de sola agnominatione, qua vt satis, deinde Christiani, sic etiam sancti appellabantur. Vocati igitur sancti sunt, qui ad vitae innocentiam sanctitatemque sunt adsciti, quod etiam Syrus indicat, cum interponit coniunctionem, dicitque, vocatis & sanctis. Non autem sola vocatione sancti fuerunt, sed obediendo vocanti,

Romani qui?

Scripsit sanctis.

Dilecti Deo.

Vocati sancti.

vocan[illegible] sancti, [illegible] seni [illegible] probissimi, [illegible] m æsti[illegible] no[illegible] entes, & recti.

Mira ratione S[illegible] hoc [illegible] Caluinus. Nempe qui [illegible] Dominum [illegible] nolum, & aspirant ad san[illegible] Verba eius: *Non ergo possumus fidelium numero nos aggregare: quin dominum nobis beneuolum esse certo confidamus, licet immeritis, ac misellis peccatoribus, & eius bonitate excitati aspiremus ad sanctitatem.* Quasi vero vocandi sint sancti, omnibus sceleribus contaminatissimi homines, si sanctos se, & Deo caros sese credant. Aut quasi sancti illi sint, qui languida voluntate, vitiorum serui, ad sanctitatem se aspirare iacta[illegible]. Quanquam autem recte sancti vocentur, qui sanctitatem inchoarunt, ad sanctitatem maiorem aspirant, sanctos tamen eos qui ad sanctitate aspi[illegible] sensu impostorio [illegible]aluinus dicit. Caluinianorum enim ad san[illegible]tatem aspirantium hæc est conditio, vt desiderio quidem, & animo puritatem exoptent, sed inter lentas illas, & pigras optationes, immania facinora audeant, aulisque pottantur, ita eos sentire posterius docebo, & libro de incremento hæreseon, & de Idolo Caluinistarum demonstraui. Cornerus ait, *Sancti, vt sanctitati studeant.* quod si de vero, & efficaci intelligeret, verum esset, nunc vero morem suorum, satis habet desiderta bona vitiis succumbentia dicere. Hoc etiam loco Parei contra magistrum eius auctoritatem vsurpare licebit. *Sanctos vocatos, ille asserit, vel vt sancte ambulare moneat, vel quia non externam modo in eis, sed etiam internam vocationem agnoscit, hoc est vere conuersos. non quod nulli essent inter eos hypocrita, sed quia caritas habet omnes pro conuersis, qui fidem & pœnitentiam profitentur, quod hactenus fecerant Romani.*

QVÆSTIO II.

Quid gratia, & pax?

§. 1. SYrus inuerso verborum ordine habet. *Pax & gratia.* Ex consuetudine omnium Orientalium [illegible]do, qui in omni congressu, ac salutatione שלום seu pacem precari solebant. Est enim שלום omnium rerum, ac conatuum prosperitas, atque successus. Duplex vero salutationis visitatæ se[illegible]us erat. Qui enim totum vitæ bonum ac beatitudinem corporum commodis, voluptatibus, gloria, & honoribus metiebantur, grandiora amicis bona non optabant. Quid enim Epicuri de grege porcus, aliud quam quod ad pactum pertineret, familiari suo precaretur, cum ait:

Quid Pax.

Celso gaudere, & rem bene gerere
Albinouano.

Aliorum tamen altius assurgebat salutatio, neque enim de sola [illegible]rum exterarum prosperitate Iacob Patriarcha loquebatur, Gen. 37. 14. cum Iosephum ad fratres mitteret, *vt videret, si cuncta sint prospera erga fratres suos.* Hebraice שלום אחיך *Schalom achicha, pacem fratrum tuorum,* & שלום הצאן *Schalom hazon pacem pecoris.* Aliam pacem fratrum, aliam iumentorum intelligit, alia est enim pax pecudis, alia hominis. Sanctissimus igitur Patriarcha de sanitate, vita, concordia, pietate filiorum [illegible] sollicitus [illegible]rem filium in agrum ablegat. Hæc est illa Domini pax, de cuius nomine [illegible]re Gedeon ædificauit, Iud. 6. 24. de illa pace S[illegible] p[illegible]3. & [illegible]. & Eccl. 41 [illegible]. Isa. 9. 6. & [illegible] 2. 17. & 48. [illegible]. & [illegible] 2. [illegible]. omnia bona, omnemque felicitatem vtriusque vitæ, tempora-

Duplex Pax

[illegible] permanent, [illegible] Apo[illegible] rum[illegible] tia[illegible] pa[illegible] tæ d[illegible] de[illegible] m[illegible] se uao[illegible] olim [illegible] ru[illegible] *epistola ita duxit, vt d[illegible] non retrad[illegible] tur & alibi retractari eum posse, communem f[illegible], & eundem in Epistolis omnibus. Quod non vtique salutem præscripsit eis, quib. scribit sed gratiam [illegible] pacẽ, non dico, quid illis [illegible] Iudaico adhuc more, destructi [illegible] Iudaismi? Nam & hodie Iudæi in p[illegible] nomine appel[illegible], & retro in Scripturis sic salutabat. [illegible] intelligo illum de siud[illegible] officio suo prædicationem creatorum. Quam [illegible] pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem. Euangelizator enim bonorum, id est gratia Dei, paci eam præferendam esse [illegible]bat.* Atque hæc de pace, nunc de gratia dicamus.

Saluta[illegible] Iud[illegible]

§. 2. Quid enim sit, quam hoc loco gratiam dicimus, merito quærimus. Græce dicitur χάρις, Hebraice חן Interpres Syrus hoc loco habet טיבותא *taibutha*, sic & Luc. 1. Maria dicitur [illegible]na טיבותא alias vocari consueuit etiam בה טובה *tuba*, quod gratiam, bonitatem, benignitatem, suauitatem pro ratione sententiæ conuertere solent In[illegible]rim gratiæ vocabulo magis respondet Hebræ[illegible] חן *chen*, & Syrum חינא *china*, quam טיבותא [illegible] טובה. Verum vndecunque dicatur gratia, aut cuicunque respondeat verbo, nos quid sit ip[illegible] d[illegible] quæremus.

§. 3. Prima interpretatio est S. Augustini Gratiam esse remissionem peccator[illegible] *gratia* [illegible] *est ergo à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittuntur, quibus aduersabamur [illegible]eo. Pax vero ipsa, qua reconciliamur Deo.*

Neminem quidem dubium [illegible] p[illegible] gratiam remitti peccata, & hac gratia, omn[illegible] p[illegible] naros, hoc[illegible] [illegible]ur. [illegible] loco [illegible] De[illegible] duntaxat [illegible] fauen[illegible], at[illegible] ex [illegible] tum Beza grat[illegible] la[illegible] Dei [illegible] arbitratur, quia [illegible] aggr[illegible] est. Pareus eiu[illegible] sectæ [illegible] de gratia p[illegible] homini [illegible] con- tra Bellar[illegible]num lucule[illegible]to & [illegible] Bezæ displiceat me[illegible] as[illegible]ut, χάριν enim *semper Dei beneuolentiam, nunquam dona beneuolentiæ significare contendit.* Cui nos in defensione Bellarmi[illegible] mus. Nunc illi Bezam opponimus. *Cæterum*, [illegible], *vocabulum gratia, quo ab Hebræis* חן *dicitur, non tam dona ipsa, id est, χαρίσματα, vt paulo ante, sed ipsum fontem declarat, vnde hæc beneficia promanant, nempe gratuitam illam Dei beniuolentiam etiam quo tempore inimici eramus.* [illegible] Beza paulo ante in his verbis: [illegible], gratiam ac ip[illegible] dono beneuol[illegible] diuinæ. Sic Ephes. [illegible]. 8. S[illegible] 1 Tim. 4. 14. & 2 [illegible] idem donum vocatur χάρισμα. Itaque [illegible] significat, & Augustinus in expositione inc[illegible]ta. *Quod autem Apostolus gratiam & pacem à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo dicit, non adiungens etiam [illegible] Spiritum sanctum: non alia mihi ratio videtur [illegible] quia ipsum d[illegible] Spiritum sanctum intelligamus. Gratia enim [illegible] pax quid aliud est, quam donum Dei? Vnde nullo modo dari omnibus gratia Dei potest, qua liberamur à peccatis, & pax qua reconciliamur Deo, nisi in [illegible] sa[illegible]. [illegible] ideo ipsa Trinitas, pariterque incommutabilis vnitas in ipsa salutatione cognoscitur. Porro donum ipsum ita cœuset esse Spiritum, quod ipse dari etiam dicatur, cum per sua do[illegible]*

De gra[illegible] error [illegible]riorum.

[illegible] num Dei est.

[illegible] tes [illegible] ... [illegible] gratiam vocat primum [illegible] ... [illegible] Deo, [illegible] missionem peccatorum gratuitam propter Christum. [illegible] Spiritum Sanctum, eiusq; dona, quæ duplicia sunt: publica, quibus opus est Ecclesiæ ad ministerium Euangelii: & priuata, quibus suam quisq; vitam instruit & moderatur. Et Andreas Hyperius [illegible] & pacem [illegible] bus omnia bona, sed maxime [illegible], & [illegible] tualia, quæ ac[illegible] per Euange[illegible] intell[illegible]. Ex quibus [illegible] Pa[illegible] argu[illegible], pro[illegible] vocē interpretatur.

Qvæstio III

Cur adiungit, A patre nostro & Domino Iesu Christo?

§. 1. Quæstionis ansam nobis Græcæ lectionis ambiguitas præbuit. Sic enim habet [illegible] [illegible] Nam vel sensus esse potest: Gratia & pax vobis [illegible] patre nostro, & patre Iesu Christi. Vt gratia [illegible] esse non à Christo, sed à patre Christi, hanc [illegible] pretationem secuti sunt, quibus propositum [illegible] Christi diuinitatem è medio tollere. Eum Erasmus amplexus est, quamuis de Christi diuinitate [illegible] senseat. Vel gratiam esse à Christo, & a patre. Verum tenenda est illa interpretatio, quam noster interpres versione sua reddidit, vt nempe gratiam [illegible] & a Deo patre nostro, & à Christo [illegible] no nostro promanate. Ita vt quemadmodū ex eo, quod [illegible] omini im Iesu Christo attribuitur, non est negand[illegible] Deo patri, sic nec Christo neganda censeatur diuinitas, quamuis hoc loco soli patri tribuatur, cum alibi Christus etiam Deus appelletur.

§. 2. P[illegible] mo quidem sic vertit etiam interpres Syrus [illegible] & à domino nostro [illegible] Christo, quæ repetitio præpositionis ostendit, [illegible] ita connectit, vt [illegible] volebant. Sed [illegible] quam [illegible] esse.

[illegible] Cyrillus l. 12. Thes. [illegible] orat 3. contra Arianos. Probat enim hoc loco eandem esse Christi, & patris naturam, quia eiusdem sit efficientiæ & actionis. Pari sensu S. Athanasius orat. 4. contra Arianos. *Ita etiam certa ac firma efficitur benedictio, ob indiuisibilitatem filii cum patre, & quia vna eademque gratia est, qua donatur; & siue pater det, per filium datur hoc ipsum, quod datur, siue rursum filius muneretur, pater tamen est, qui per filium, & in filio hoc ipsum munus præstat.* Monet etiam Chrysostomus. [illegible] *Ecce hoc loco propositio* [illegible] *communis est patri & filio. perinde enim est, ac si diceret:* [illegible], *id est, ex quo, non enim dixit: Gratia a Deo patre, per dominum nostrum Iesum Christum; sed: a Deo patre & domino nostro Iesu Christo.* Inde [illegible] digitum in Arianos sanctissimus Patriarcha: [illegible] in Ecclesia visitatam depravabant [illegible] verba enim: *Per dominum nostrum,* [illegible] und[illegible] ita, & eterata accipiebant, ideo [illegible] eodem modo, communi[illegible] gratiam dici esse à patre, & filio.

[illegible] est hæc salutatio in omnibus [illegible] epistola Hebræa. Atque in quibus [illegible] duabus Corinthus. Ephesia, Philippensi, [illegible] quæ [illegible] nem attinet Co[illegible] Timotheica pri[illegible] em verbis constat, in cæteris [illegible] seorsum clarissime [illegible] *Contra Comment. in Epist. ad Rom.*

demonstra[illegible] [illegible] *vobis, & pax à* [illegible] *domino* [illegible] Thess. 2. Tim. c. 1. 2. & [illegible] ἔλεος [illegible] Θεοῦ πατρὸς, καὶ Χριστοῦ [illegible] κυρίου ἡμῶν. *Gratia, misericordia, pax à Deo patre & Christo Iesu domino nostro,* [illegible] nostri [illegible] est, vt gratia dicatur esse à Iesu Christo domino nostro. Cum igitur in his quatuor locis sententia [illegible] pretis ita [illegible], vt aliter esse non possit [illegible] esse dubium, quin eadē [illegible] Apostolum in cæteris Epistolis [illegible] verba [illegible] [illegible] etiam [illegible] Apostolus Epist. 2. cap. 1. [illegible] Deum [illegible] Christum iungit. *Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu domini nostri.* Et Ioannes Epist. [illegible] *societatem nostram pariter cum patre, & filio* [illegible] das v. 1. *Iis qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & vocatis.* Certe conseruatio & vocatio non minus est Dei quam dilectio.

§. 4. Litem liquidissime dirimet perpetuus, ac constans diuinitatis assertor Ioannes Epist. 2. 1. 2. [illegible] μεθ᾽ ὑμῶν χάρις, [illegible] παρὰ Θεοῦ πατρὸς, καὶ παρὰ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Erit vobiscum gratia, misericordia, pax, à Deo patre, &* [illegible] hoc est *a domino Iesu Christo*: vbi repetita præpositio [illegible], quis fuerit Apostolorum in locutionibus intelliget, ac verus sensus declarat.

Denique si Apostolus Deum patrem nostrum, & patrem domini nostri Iesu Christi dicere voluisset, contrarium ordinē tenuisset, Deumq; nominasset patrem domini nostri Iesu Christi, & nostrum. Ille enim naturalis est filius, nos per eum adoptati, prius igitur [illegible] qui per æternam generationem filius est, deinde nos nominari debuimus, quorum pater est Deus per gratiam, non vt vnigeniti filii sui per naturam.

Cur vero patrem vocat Deum, & Christum vocat Dominum? Non est causa, quod Christus non sit Deus, aliōqui sequeretur, ne patrem [illegible] dominum. Neque est causa, quod non sit Deus, vel [illegible] domini, sed pater est Deus, & Dominus, & Christus est Dominus & Deus. Recte Tertullianus aduersus Praxeam cap. 13. *Itaque deos omnino non dicam, nec dominos, sed Apostolum sequar, vt si pariter nominandi fuerint pater, & filius, Deum patrem appellem, & Iesum Christum dominum nominem. Solum autem Christum potero Deum dicere sicut idē Apostolus. Ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in æuū omne.* Quæ igitur tandem causa vt patrem Deum, & filium Dominum appellet. Credo facilius multas probabiles, & verisimiles, quam certam ac fixam vnam reddi posse.

Cur pater Deus, Christus Dominus vocetur

Tertullianus l. 5. aduersus Marcionem c. 5 reddit generalem causam. *Hac, inquit, cum à Deo patre nostro, & domino Iesu adnunciant cōmunibus nominibus vtatur, competentibus nostro quoque Sacramento, non puto dispicere posse, cur Deus pater, & dominus Iesus praedicetur. nisi ex accidentibus quæ magis competant. Primo quidem patrem dominum præscribo, non alium cognoscendum, quam & hominis, & vniuersitatis creatorem, & institutorem. Porro patri etiam domini nomen accedere ob potestatem, quod & filius per patrem capiat. Debuit gratiam, & pacem non solum eius esse a quo prædicabantur, sed eius qui fuerat offensus.* Hoc igitur Tertullianus ex accidentibus, vel vt ait legitur ex [illegible] dispici posse arbitratur. Non quod in Deo sint accidentia, sed quod quædam filio, quædam patri in Scriptura peculiari notione accommodentur, quas Theologi appropriationes vocare consueuerunt,

[illegible]

[illegible] agi [illegible]

[illegible] pa- [illegible] usep [illegible] o. [illegible] Scri tura [illegible] Deo, quo in [illegible] antur, loquitur enim [illegible] ve [illegible] tas legente, [illegible] tanus, at vero n [illegible] c in in [illegible] testame to cum [illegible] m [illegible] o [illegible] atur significat verum [illegible] & [illegible] frequens est in Scriptura [illegible] *Dominus* Deus, & in ea qu dem iungitur [illegible] co [illegible] u ap ter, & filius, scot- [illegible] nt [illegible] v n [illegible] en Dei, alterinomen [illegible] Hebræa scriptura ita ha- [illegible] יהוה אלהים [illegible] est, *Iehoua Elohim*, *Do-*

Dominus Deus in vetere Scriptura

minus Deus seu, *Dominus Deus* a Gen. 2. vers [illegible] 18. [illegible] 22. & 3. vers [illegible] 21. [illegible] & aliis locis mu- [illegible] o [illegible] septuagi [illegible] interpretes [illegible] erp [illegible] tuo ver- [illegible] Paulus igitur [illegible] nt duo [illegible] super [illegible] ia, *Deus* & *Dominus*, consuetudinem Scri- [illegible] quæ Deum vocat & יהוה אלהים [illegible] um primum [illegible] seu אלהים a [illegible] pat [illegible] u יהוה a ponit fi- [illegible] n nom [illegible] ate n expri- [illegible] inter [illegible] יהוה nomen esse q [illegible] in D [illegible] autem A [illegible] יהיה [illegible]. Ch [illegible] ibu [illegible] ra- [illegible] puto [illegible] indubi [illegible] Deum [illegible] Christum, [illegible] pa [illegible] voc [illegible] יהוה, & fi- lium אלהים Scriptura [illegible] cogeren- tur, patri quidem ad [illegible] nomen, quod so- lum verum Deum [illegible] Scriptura semper designet, [illegible] o autem an [illegible] d [illegible] lo is, magistratibus, sacerd [illegible] ibus [illegible] tetur quo [illegible] in sua [illegible] la v [illegible] Ariani. si autem ca- [illegible] es ve [illegible] bunt, quod Ecclesia [illegible] et, de vero Deo accip endum esse. [illegible] est [illegible] le Christi [illegible] tores hæreticos [illegible] Spiritum, aut [illegible] mine [illegible] ius loc s [illegible] sua dona gra [illegible] & [illegible] Persona [illegible] dii donis [illegible] & pace.

VERSVS 8.

Primum quidem gratias ago Deo meo, per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.

QVÆSTIO I.

Quomodo gratias agat.

Paulus [illegible] manifes[illegible] Roman [illegible] [illegible]tat.

P[illegible] est [illegible] ther [illegible] tatis te [illegible] tamen [illegible] oque [illegible]

[illegible] est [illegible] an [illegible] m [illegible] vrbe [illegible] præci un [illegible] xi [illegible] & [illegible] pro [illegible] fis se [illegible] & Matth. [illegible] *Iam primum omnium* [illegible] p [illegible] anim [illegible] *primario*, non *primo* [illegible] ad [illegible] aiunt, *secundo*. Ratio est, quæ in p [illegible] torquetur [illegible] *primo* necessarium est [illegible] *secundum*, [illegible] non *primario* *secundarium* [illegible] quæritur *secundum* magis post *primum* quam *secun- darium* post *primarium*.

§. 3 *Gratias ago*, inquit, *Deo meo*. D [illegible] ex [illegible] Deum communem omnium [illegible] D [illegible] suum vitis sanct [illegible] gi [illegible] c [illegible] que [illegible] m, à superstitione atq [illegible] idol [illegible] u [illegible] iuncta esse protestentur [illegible] *peccat* [illegible] *Ephraim cum Deo meo.* & [illegible] *A[illegible] Deo meo.* Vel vt sui in erga Deum exprimant affect [illegible] dne [illegible]. Ita S. Chrysost. *Tum autem*, inqu [illegible] *cum affectu gratias agat, non enim dixit Deo, sed De[o] me[o] quod ipsum* [illegible] *propheta faciebant, quod commune* [illegible] *natim sibi vindicante.* [illegible] merit [illegible] um [illegible] Dominus [illegible] se tam [illegible] nominet, D[e]um Abr[a]ham, Isaac [illegible] Israelis. Flagitiosum est pariter & [illegible] suam in omni scelere con[illegible] c[a]la stabilit[a] hæretici conantur [illegible] sint, qui D[ominu]m n [illegible] Do[illegible] num, & tamen *voluntatem pa[t]ris, [qui in c]œ[l]is [est]* [illegible] faciant.

Magna itaque e [illegible] nob[i]lissima [illegible] fuit R[omæ] [illegible] gioni [a]pud exteras ge[ntes] [illegible] bat.

§. 4. P[ro omni]bus vobis [illegible] est sensus [illegible] *vestra* [*gr*]*atias ago Deo meo*, [illegible] la [illegible] nd [illegible] cau[illegible] tatem, quam clare [illegible] ex- p[r]essit אפי בלבין על. Propter vo[s] [illegible] hæc [illegible] tati [illegible] tata est [illegible] L [illegible] cu[illegible] d[icu]nt: *pro mutuo amore pro mutua beneuolentia, pro suo perpetuo in hostes reipubl[icæ] studio.* Sic [il]le apud [illegible] *ego polte pro* [illegible] probe.

Pro [omnibus] agit [gra]tias.

§. [5.] Gratias agit *per Iesum C[hrist]um.* Syrus: *in Iesu Christo.* Græcus [illegible] Quia enim pe[r] Christum nobis placatus est [illegible] per Christum [illegible] dona la[rgit]ur, per eunde[m] iam gratiæ merit[o] [illegible] Consentaneum [illegible] est [illegible] vt qu[illegible] ad nos Dei beneficia descende[r]unt [illegible] ead[illegible] a- [illegible] nes ad Deum refe[ru]ntur. C[hristus] [illegible] tem [illegible] est, sacerdos est, per quem [illegible] gr[atias] [illegible] & laudis D[eo] [illegible] n [illegible] Christo acce [illegible] qui vnitas in Chr[isto] [illegible]

QVÆ

QVÆSTIO II.

Quomodo fides Romanorum annunciatur in vniuerso mundo?

§.1. ERasmus hyperboleo esse arbitratur, nostrumque interpretem reprehendit, quod cum sit in Græco textu: ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ipse sententiam versione exaggerauerit, dixeritque, *In vniuerso orbe.* Sed nullus potest esse error interpretis, nisi idem ille sit & Pauli, & Lucæ, cum dixit: *Edictum exijsse ab Augusto*, εἰς ὅλον τὸν κόσμον. Non enim Vniuersus orbis dicitur ἐμφατικωτέρως, quam Totus orbis. Et τὸ ὅλον est significantius quam Vniuersum, est enim τὸ ὅλον οὗ οὐδὲν ἔξω. *Cuius nihil est extra.*

Deinde locutionem esse hyperbolicam multi arbitrantur, alii Scripturis hyperbolen inesse negant, cum sit species mendacii. Sed ea de re aliud disceptandi tempus, & occasio se offeret.

§.2. *Per vniuersum orbem* nonnulli sectarii intelligunt fideles per vniuersum orbem sparsos. Rationem habere sibi videntur, quia καταγγέλλεσθαι est ἐπαινεῖσθαι, *laudari*, at gentibus fides erat execrationi pietas Christianorum, quia contemptrix erat idolorum, videbatur impietas, atque atheismus, non igitur, quod oderant, tanquam laudabile denunciabant.

Hæc tamen sine controuersia sunt falsa. Nam καταγγέλλεσθαι non est laudare, sed annunciare, etsi enim in aliqua καταγγελίᾳ possit esse laudatio, non est tamé eius duntaxat vsus in laudationibus, sed etiam in reprehensionibus, atque accusationibus. Certe Plutarch. in Lycurgo, κατήγγειλε πόλεμον τοῖς εἵλωσι, *Helotis bellum indixit.* Sed hoc probare est superuacaneum cum καταγγέλλειν in foro, & litibus sit deferre, diem dicere, reum facere, quod vtique non laudando, sed accusando fieri ipsa tribunalia clamant. Deinde Christianos aut Romæ hoc tempore fuisse ignotos, aut cæteris orbis partibus nemo nisi Scripturæ, & historiæ pariter ignorans dixerit.

Anno siquidem Neronis 10. hoc est, paulò post hanc Epistolam ita loquitur de Romanis Tacitus. *Ergo abolendo rumori, Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos per flagitia inuisos vulgus Christianos appellabat.* Quomodo ignoti erant, quos iam nominabant, quos inique inuisos habebant, prauis suspicionibus flagitiosè indulgentes? Deinde quomodo Nero tãtam multitudinem subito colligere ac perdere potuit, si occulti erant, & ignoti? Tertio, iam ante anno Claudii siue sexto, siue nono, pulsi fuêre vt constat ex Claudio Suetonii cap. 25. & act. 18. *Iudæos assidue tumultuatos auctore Christo rerum*, ignarus Suetonius asserit. Hoc de disputationibus inter Iudæos, & Christianos ex Iudæis conuersos recte intelligimus, quæ tales erant, vt rempublicam turbarent, Imperator metuens, oẽs Iudæos vrbe expulerit. Metus aũt Romæ in tanto populo, in tãto præsidio nõ potuit esse nisi à multis & vehementer dissidẽtibus, ac proinde notissimis.

§.3. Conuersus ad fidem iam Sergius Ciliciæ Proconsul, idemq; Cypri præses Christianum nomen dignitate & virtute illustrarat, non igitur in obscuro fides latebat, nec ignoti fideles. Quod etiam ex eo confirmatur, quod non Romæ modo, sed Puteolis fratres erant, cum Romam veniret Apostolus, imo & in palatiu Cæsaris, nam Philipp. 4. *Salutant vos qui de Cæsaris domo sunt.*

Deniq; quomodo esse poterãt gentilibus igno-
Adamus Contzeu Comment. in Epist. ad Rom.

ti, qui tot non in Iudæa modo, sed toto imperio & admiranda fecerunt, & iniurias passi erant. Certe Iudæi contestantur *illi secta*, (ita vocant doctrinam Christianam) *vbiq; contradici.* Quin & gentiles participes illorum erant, quæ facta sunt Iconii, Lystris, Ephesi, Corinthi præsentibus Romanorum magistratibus. Itaque & gentibus noti erant, qui virtutem illorum quos oderant, sæpe commendabant, beneficiaque experiebantur. Verum de illa laude veteres & sanctos audire præstat, quam cum nouitiis antiquæ Romæ osoribus, veteris fidei proditoribus litigare. Vtinam *Ecclesias illas recognoscant de quarum fide, & scientia, & conuersatione Apostolus gaudet, & Deo gratias agit.* Tert. l. de præscriptionibus aduersum hæreticos c. 36. *Si autem Italiæ adiaces, habes Romam, vnde nobis quoq; auctoritas præsto est. Statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt, vbi Petrus passioni Dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur. Vbi Ioannes Apostolus postquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in Insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit, quid cum Africanis quoque Ecclesiis contesserarit.* Neque aliter de eisdem iudicat S. Cyprianus Epist. 55. *Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audent, & ad Petri Cathedram atq; ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos (quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est.) ad quos perfidia habere non possit accessum.*

Patres de fide Romanorum testes.

Testimoniũ S. Cypriani

Mansit illa laus in posteris, nec ibi sedet, vt ait Ochinus, Antichristus. Ita Cyprianus: & Epist. 57. *Virtus illic Episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. Dum apud vos vnus animus & vna vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit fratres charissimi fides, quam de vobis Beatus Apostolus prædicauit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem iam tunc in Spiritu prauidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans dum parentes laudat, filios prouocabat. Dum sic vnanimes dum fortes estis, magna cæteris fratribus vnanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere; plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres à fratribus non separari; concordiam simul iunctam vinci omnino non posse; quidquid simul petitur à cunctis Deum pacis pacifice exhibere.*

Hieronymus Apol. contra Rufinum. *Scio Romanam fidem Apostolica voce laudatam, huiusmodi præstigias non recipere etiamsi Angelus aliter annunciet, quam semel prædicatum est, Pauli auctoritate munitum non posse mutari.* Eadem pene Epist. ad Oceanum, & Epistola ad Pammachium memorat.

Testimoniũ Hieronymi.

Neq; vero cum Apostolis est illa fidei laudatio emortua, sed in posteris quoque claruit. Itaque Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes ad S. Cyprianum: *Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus improbos modo superuenerunt repentina subsidia, sed antiqua hæc apud nos seueritas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua. Quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset dicendo: Quia fides vestra prædicatur in toto mundo nisi iam exinde vigor iste radices fidei, de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum, & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen.*

Eadem sententia est Lucii Papæ. *Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, per omnipotentis Dei gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauata succubuit, sed & in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab auctoribus suis, Apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum*

Testimoniũ Papæ, & aliorum.

ipsius domini nostri diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum Principi in suo fatur est Euangelio: Petre (inquiens) Ecce Satanas expetiuit te vt cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua: Et tu conuersus confirma fratres tuos. Eadem Felix Papa ad Benignum, & Marcus ad Athanasium, cæterosque Ægypti Episcopos, & similia qui hos præcessit Eusebius Epistola supra citata. Item Tarraconensis Ecclesia ad Beatum Hilarium Pontificem. Eodem pertinent reconciliationis formulæ, quas post schisma miserunt, Ioannes Constantinopolitanus Patriarcha successor Achatii ætate Iustini Imperatoris ad Hormistam Papam, & Eulalius Carthaginensis cum cæteris Affricæ Episcopis ad Bonifacium Pontificem. Vsque adeo autem fides Romana semper fides Catholica est habita, vt & Gratianus Imperator Edictum fecerit, vt *cuncti subditi eam fidem & religionem retinerent, quam vertex Apostolorum Petrus, ac tum Damasus Romanus Episcopus custodiret.*

Itaque laudationem publicam id sequentia secula Patres extendunt.

Nec aliter Innocentius ad Decentium Augustinus lib. 2. ca. 8. contra Pelagium & Cœlestium. Sic quoque edictum Iustiniani in Codice t. de S. Trinitate. Et sane hodieque fides illa perseuerat, nunc etiam dicere licitum est, quod D. Hieronymus olim deprædicauit, procem. l. 2. ad Galat. *Romanæ plebis laudatur fides: Vbi aliquanto tanto studio & frequentia ad Ecclesias & ad martyrum sepulchra concurritur? Vbi sic ad similitudinem cœlestis tonitrui Amen reboat? & vacua idolorum templa quatiuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi Ecclesiæ; sed quod deuotio in eis maior sit, & simplicitas ad credendum.*

Quis vero primus fidem Romanos docuerit, olim controuersum non erat, nunc in dubium reuocat, quæ nihil credit hæresis, quæ eo vsque nunc impudentiam produxit, vt aliquando neget Romæ fuisse Petrum, quod non minus absurditatis habet, quam si Ciceronem Romæ Consulatum gessisse imperitorum turba inficietur.

QVÆSTIO III.

Quænam fuerit illa fides?

Quæ hic fides?

§. 1. SI veteres consulamus, fidem inueniemus esse illam, *quâ mysteria à Deo reuelata assecuti sumus.* Imo sic Paulus ipse fidem illorum laudauit, cap. 15. *Vestra obedientia in omnem locum diuulgata est: gaudeo igitur in vobis.* Est vero illa obedientia fidei, qua Christo sese subiecerunt. Et Chrysostomus: *In illam quoque vrbem concurrebant omnes, qui regalia profitebantur beneficia: & per hos vbique significabatur, quod ciuitas Romanorum Christi doctrinam acceperat; id autem iis, qui audiebant maximam vtilitatem adferebat, quamobrem diuinus Paulus Dominum laudabat.* Chrysostomus etiam de doctrina credita, & assensu interpretatur. *Ad extremum,* inquit, *credentibus in Christum, præter ignominiosa sectæ professionem, & asperæ vitæ commutationem, timenda erat, imo pro certo habenda & honorum, & diuitiarum, & ipsius vitæ priuatio, nihil tamen istorum, pectus Romanorum infringere, nec à Christi fide suscipienda & profitenda absterrere potuit:* Fidem igitur firmam & nobilem in fide suscepta perseuerantiam Paulus iudicat. De eorum feruore etiam Eusebius meminit lib. 2. cap. 14. historiæ. *Sic ergo cum diuinus sermo iam ad Romanos peruasisset, persona Simonis potentia extincta est, & homo ipse actutum vnà penitus profligatus. Ac tanta pietatis lux eorum mentibus, qui Petrum audiebant, affulsit, vt non iis sermonis omnino auscultando, non doctrinæ diuinæ prædicationis minime Scriptis proditæ attendendo contenti acquiescerent: Sed à Marco, Petri comite (cuius Euangelium esse fertur) multis variisque precibus contenderent, vt monumentum illius doctrinæ, quam sermone & verbo illis tradidisset, etiam scriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem à se dimiserunt, quam ipsorum postulatis obsecutus, opus absoluisset. Hanc igitur euangelii scribendi secundum Marcum causam fuisse memorant. Cum ergo Petrus Apostolus, diuina Spiritus Sancti reuelatione suggerente intelligeret, illud opus editum esse: ferunt eum propenso & alacri illorum hominum studio magnopere fuisse delectatum, hancque Scripturam auctoritate sua ratam fuisse, quo in Ecclesiis passim perlegeretur. Clemens in sexto item libro ὑποτυπώσεων, (cui etiam testis accedit Papias Hierapolitanus Episcopus) eandem tradit historiam. Constat porro, Petrum huius Marci mentionem facere in priore epistola, quam Romæ texuisse dicitur: quam quidem epistolam ibi perscriptam ostendit, dum ciuitatem illam verbi translatione Babylonem appellat, hoc modo: Salutat vos Ecclesia nostræ electionis consors, quæ est Babylone, & Marcus filius meus.*

§. 2. Huius igitur fidei obiectum est tota Christi doctrina. At si hæreticos nostri sæculi audire libeat, aliam longe fidem Romanorum omnibus incognitam antiqui temporis hominibus, constituamus oportebit. Nempe salutis prædestinationis, iustitiæ in omni flagitio certitudinem. Alio modo hoc sentiunt, pugnantes inter se, & à vero alieni Sectarii, de certissima tamen certitudine sibi blandiuntur omnes, etiam cum sunt incerti. Ex his Illyricus cæteris etiam Sectariis abominabilis: *Obserua,* inquit, *quod in fide summam Christianæ pietatis constituit, quam Papistæ non tantum contemnunt, sed etiam euertunt, dum dubitare præcipiunt.*

Fides non est confidentia Caluiniana.

Quibus ille verbis & solam fidem sufficere indicat, & falsa nos quasi de fide dubios accusatione infamat, neque enim de fidei veritate constantiaque vnquam dubitauimus, sed præsumptionem temerariæ præfidentiæ iure ac merito damnamus. Quid enim sanctitati religionis nostræ damnosius, quid ad gentium Iudæorumque irrisiones opportunius, quam Romanorum confidentiam annunciari orbe vniuerso. Nempe Romanos esse, qui sancti, iusti, electi sint, etsi Neronem, & Caligulam sceleribus vincant, non posse iustitia excidere, etsi terram vniuersam misceant incendio? Quid vero, an fiducia illa tam arcana, tam singulis vix nota, annunciari potest? Nonne sibi soli quisque certus est, aliorum incertus? quomodo igitur illa certitudo tam impia toti mundo annunciatur? Hæc igitur nouitia interpretatio longe adeo à vera ratione recedit, vt etiam paulò curiosioribus hæreticorum visa fuerit impudens. Itaque Bullingerus: *Gratulatur illis,* inquit, *diuinam Dei cognitionem, & fidem pro religione ponit, qua significatione dicimus religionem Christianam vel Turcicam.*

(3)

VER-

VERSUS 9. & 10.

Testis enim mihi est Deus, cui seruio in Spiritu meo, in Euangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio, semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

QVAESTIO I.

Cur iureiurando asseris Apostolus Romanorum se memoriam habere?

§. 1. Testis est mihi Deus, inquit, aut vt Græcus habet: μάρτυς γάρ μοί ἐστιν ὁ Θεός. Noster interpres, quemadmodum & Syrus legit μοι, *mihi*, quod hodieque nonnulla Græcorum exemplaria retinent. Rationem reddit, cur se dixerit gratias agere Deo pro omnibus Romanis, quia continuo eos in memoria habeat, atque indesinenter pro ipsis oret, cum igitur tantam eorum fidem admiretur ac laudet, merito in Deum omnis boni auctorem gratiarum actiones refundit. Reserat omnino necessaria, Romanos Pauli in se affectum atque amorem certo cognoscere, cuius, cū illo absente, experimentum non haberent, Deum cordium cognitorem, & periurii vindicem in testem vocat. *Verba hæc ex Apostolicis visceribus expressa, paternum nobis animum vere repræsentant*, inquit Diuus Chrysostomus. *Quid est autem quod ait: Et quanam causa Deum testem citat? Agebatur de animi affectu, at quandoquidem nondum Romanos viderat Paulus, ob id neminem hominum, sed eum potius, cuius est humana corda perscrutari, testatur. Nam quod dixit: Amo vos (cuius rei argumentum hoc ostendit, quod semper in precibus oret, ac velit ad eos accedere) id ipsum cum non innotesceret, confugiendum sibi putauit ad testimonium fide dignum.*

Iusiurandum Pauli fuit ex causa grauì.

Initia iam erant grauium in Ecclesia Romanarum discordiarum, quæ ex vrbe principe in omnes, quæ in Romano Imperio vigebant Ecclesias, contagione quadam serpere facile poterant, easque domestico bello inter se committere. Duæ gentes in vnius vrbis Ecclesia, velut duæ vnius corporis partes, Iudæi & gentes inter se collidi incipiebant, dissidere, & diuidi, cum vix coalita esset, nobilissima Ecclesia cepit, & gliscente simultate perniciosi errores sese insinuabant, de gratia, iustificatione, electione. Tantis malis mature, ac dextre occurrendum erat, Paulus itaque arbitrum ac sequestrem, imo iudicem se interposuit.

Israelita erat ille, ex tribu Beniamin, nisi fidem faceret, æquabili se caritatis affectu omnes complecti, & ex veritate, non propinquitate generis controuersias finiturum, poterat gentibus, quasi in suum sanguinem propensior, esse suspectus. Sed neque Iudæi si causa cecidissent, facile laturi videbantur, nam cum gentes plures essent ac potentiores, promptum erat obiicere, dignitati ac nobilitati esse tributum aliquid, cum semper fere iudicis quamuis iusta sententia, si secundum diuitem, cōtra inferiorem pronuncietur, obnoxia sit querelis. Accedebat iam nonnulla Iudæorum alienatio, quod Paulum in abolendis Mosaicæ legis ritibus nimis acrem esse arbitrarentur. Denique Romani populi hoc erat ingenium, vt non nisi blande, & cum caritate tractari posset. In conuersis enim, & iam gratia Christi donatis, veteris superbiæ reliquias insurgere, & per contentiones ac simultates recrudescere mirum non est. Sanctus Bernardus post Romam tot iam victam, atque excisam, eandem illam Romani populi indolem notat. *Populum Romanum est*, inquit, *Nec breuius potui, nec expressius tamen aperuit, de suo paruetiam quod sentio. Quid tam notum seculis, quam proteruia & fastus Romanorum? Gens insueta paci, tumultui assueta, gens immitis, & intractabilis. Et vsque adhuc subdi nescia nisi cum non valet resistere.* Paulus igitur ea arte in illis componendis ac pacificandis vtitur, quæ omnium est certissima, atque efficacissima in gubernatione ciuium, nempe caritate. Nondum desueuerant à pristina libertate, illorum multi animos quos in campum martium adferre solebant, Ecclesiarum conuentibus inferebant, & quamuis iam in humilitatis Christianæ regno merebant, nondum tamen omnino obliuisci poterant se esse Quirites. Hinc illa tam prudens cura, mutui amoris sollicitatrix, & caritas iuramenti religione firmata. Ecclesiæ enim Romanæ salus ex eo pendebat, vt Apostolo obtemperarent, quod vt facerent, necesse erat, vt eum sibi addictum, æqui, ac veri tenacem existimarent, itaque hoc iuramentum est quasi calumniæ, quod in re summe necessaria religiose defert Romanis, & iurat Apostolus.

Romana plebs indoles.

Hoc loco Anabaptistæ refutantur, qui omne iuramentum, *Matthæi cap. 5. v. 34.* vetitum esse contendunt, quibus respondet l. 1. de sermone Domini in monte c. 17. Augustinus, & lib. expos. ad Galatas. *Qui dicit: Ecce coram Deo, quia non mentior, iurat vtique, & quid sanctius hac iuratione? sed non est contra præceptum iuratio, quæ à malo est, non iurantis, sed incredulitatis eius, qui iurare cogit. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à iurando, vt quantum in ipso est, quisque non iuret, quod multi faciunt, habentes in ore iurationem tanquam magnum, aut suaue aliquid.*

Iusiurandum est licitum.

QVÆSTIO II.

Cur addita illa verba: Cui seruio?

§. 1. AD iurisiurandi integram religionem pertinet, vt sit iuramento veritas, rei grauitas, & in eum qui testis producitur, reuerentia. Veritatem ob Pauli sanctitatem in iureiurando facile omnes concedunt. Rei grauitatem prima quæstione demonstraui. Nunc ne iurare temere, atque in vanum assumere Domini nomen videatur, suam erga diuinam maiestatem, subiectionem, ac reuerentiam demonstrat. Deum ergo cui seruit, cui totus deditus est, ac consecratus in testem vocat, & cui non cærimoniis frigidis, sed spiritu seruit.

Tres conditiones legitimi iuramenti.

§. 2. Quid est vero seruio, seu λατρεύω; hic enim & grammatici certant, & sectarii tinguntur. Erasmus sic interpretatur: ᾧ λατρεύω, id est, *quem colo*, subiungit autem: *diuersum esse ab eo, quod Græcis est δουλεύω. Itaque λατρείαν cultum vocat, qui præstatur diuis, aut Deo.* Mauult ille cultum, quam obsequium, aut seruitutem verti. Græcis vero dici à λα, quæ est particula intendendi, vehementiæq; & τρέω, quod est *tremere*. Beza vero iracunde, & fastu prætorio: *Erasmus*, inquit, *Quem colo. Rancidam illam dulia, & latria differentiam nobis obtrudens, cum & apud idoneos scriptores δοῦλος, & λάτρις synonyma sint. Vnde λάτρις μισθωτὸς in Olympia Od. 10. & Athen. l. 6. λάτρις, inquit, δοῦλος ἐπιμίσθιος, adeo quidem, vt minus quiddam, &*

λατρεύω, & λατρεία.

Christi maiestate indignum significare proprie videatur. Sicut Gallice magnum est discrimen inter eos, quos vocant Serviteurs ou valets, & eos qui apud alias gentes vocantur Esclaves, & serfs, vbi supersunt aliqua veterum seruitutis personarum vestigia. Sed & passim in Scripturis haec permiscentur, vt Act. 20.19 infr. 7.6 & 12.11. & 14.18. Eph. 6.7. Philip. 2.22. & alibi saepe, Matth. 4.10. Hæc ille.

λατρεία, & δουλεία aliquando pro eisdem sumuntur. Vix tamen adduci possum vt credam vere Bezam oppugnare quod prætendit, vel intelligere quod disputat. Si enim hoc contendit, δουλείαν, & λατρείαν aliquando confundi, ac pro eisdem accipi, id facile nemine repugnante obtinet. Etenim θρησκεία, δουλεία, λατρεία, τιμὴ προσκύνησις, quoque illis respondent Latina, & Hebræa, atque etiam illud, quod est hic in Syro משמשת *moschameseth* varie vsurpantur, nunc ad Deum, aliquando ad alios referuntur, cum cultus, atque honor viris sanctis, aut magistratibus exhibetur, nec hoc ignotum antiquis, ipse D. Chrysostomus in hunc locum varios modos διακονίας, & λατρείας agnoscit. Hoc igitur in confesso est, δουλείαν, & λατρείαν tam ad Deum, quam creaturas pertinere.

Diuersitas cultuum. Quod si Beza in ipsis rebus neget cultuum esse diuersitatem, grandi in errore versatur. Est namque cultus quidam vni Deo exhiberi solitus, cuius ratio est in perfectissima subiectione, qua se creatura suo creatori, tanquam supremo domino, ac summo bono submittit, illiusque maiestatem profitetur, hic cultus sine idololatriæ crimine non potest in Angelos, aut sanctos conuenire. Alius cultus est creaturarum, qui cum sit alterius omnino rationis, non potest æterno Numini attribui. Par enim flagitium maiestati creatrici minorem debito honorem tribuere, & diuinum honorem in res creatas conferre. Cultus rerum creaturarum duplex est, honorem enim homines deferunt vel dignitati, vel virtuti, si dignitati Politicus est, vel Ecclesiasticus. si virtuti politico honore maior est, quanto scilicet virtus omnibus bonis antestat. Differt itaque & hæc ratio colendi. Cui enim potest dubium esse alium fuisse honorem quo Neronem Romani, alium quo Paulum honorabant. Hæc cum extra controuersiam sint, alius omnino disputationis status est accipiendus.

§.3. Superest igitur vt disquiramus. Rectene factum sit à Theologis, cum verbum λατρεύειν, & λατρείαν solius Dei cultui, δουλεύειν vero, & δουλείαν etiam aliis tribuerint? Et causa quærendi est, quia cum recte dicamur, Deo δουλεύειν, & creaturis λατρεύειν, non videtur significatio ad alterutrum restringenda, ideoque rancida illa distinctio tollenda. Sic enim Beza argutatur.

Verba communia certis sæpe rebus tribuuntur. §.2. Excusat Theologos vsus optimus loquendi magister, videmus enim cum proprie, & distincte loqui volunt, verba quædam certa ratione, & ex instituto vni rei accommodare, vt excludant alias eiusdem significationes? sic ἀναλύειν proprium est Geometrarum, λογίζεσθαι Arithmeticæ, batuere tirocinii, compositio gladiatorum, aliaque innumera. Eodem modo Sacramentum olim erat militare vocabulum, nunc religionis certum mysterium designat, tacita enim conuentione de vocibus statuunt, qui de rebus disputare sine fraude cogitarunt. Sic Lucas act. 13.43. & 17.4. & 17. absolute vocat σεβομένους eos qui Deum pie colebant, cum tamen σέβεσθαι variam significationem habeat. Non igitur vlla culpa est Theologorum, cum vni verbo λατρεία id tribuerunt, vt cum de cultu religionis soli Deo exhibendo loquerentur, eo vterentur. Pro Theologis pronunciat tota Antiquitas, quam ore S. Augustini contra rancidas imperitiæ calumnias propenditate animus est. August. de ciuit. Dei l. 5. c. 15. *Quibus ergo non erat Deus daturus vitam æternam cum sanctis Angelis suis in ciuitate sua cælesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, quæ non exhibet seruitutem religionis (quam latriam Græci vocant) nisi vni vero Deo, si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperii concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est virtutibus quibus ad tantam gloriam peruenire nitebantur.* Idem Aug. l. 6 de ciuit. Dei c. 1. *Quinque superioribus libris satis mihi aduersus eos videor disputasse, qui multos Deos & falsos, quos esse inutilia simulachra, & immundos spiritus, & perniciosa dæmonia, vel certe creaturas, non creatorem veritas Christiana conuincit, propter vitæ huius mortalis rerumque terrenarum vtilitatem, eo ritu ac seruitute, quæ græce latria dicitur, & vni vero Deo debetur, venerandos & colendos putant.*

Quid latria priscis sit? Clarissime vero l. 10. c. 1. *Nunc videndum ac disserendum est quantum Deus donat, immortales ac beati in cælestibus sedibus, dominationibus, principatibus, potestatibus constituti, quos isti Deos, & ex quibus quosdam vel bonos dæmones, vel nobiscum Angelos nominant, quomodo credendi sint velle à nobis religionem pietatemque seruari: hoc est, vt apertius dicam vtrum etiam sibi, an tantum Deo suo, qui etiam noster est, placeat eis vt sacra faciamus & sacrificemus: vel aliqua nostra seu nos ipsos religionis ritibus consecremus: Hic est enim diuinitati, vel si expressius dicendum est, Deitati debitus cultus, propter quem vno verbo significandum quoniam mihi satis idoneum non occurrit Latinum, græco vbi necesse est insinuo quid velim dicere. Latriam quippe nostri vbicunque sanctarum Scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus, quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus, seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græce nuncupari solet. Latria vero secundum consuetudinem, qua locuti sunt qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut semper, aut tam frequenter vt pene semper, ea dicitur seruitus quæ pertinet ad colendum Deum. Ac per hoc cultum non deberi nisi Deo, propria quadam notione verbi huius omnino verissimum est. Sed quia & aliarum rerum dicitur cultus, ideo latine vno verbo significari cultus Deo debitus non potest. Nam & ipsa religio quamuis distinctius non quemlibet, sed Dei cultum significare videtur: vnde isto nomine interpretati sunt nostri eam quæ græce θρησκεία dicitur; tamen quia latina loquendi consuetudine, non solum imperitorum, verum etiam doctissimorum, & cognationibus humanis, atque affinitatibus, & quibusque necessitudinibus dicitur exhibenda religio, non eo vocabulo vitatur ambiguum, cum de cultu Deitatis vertitur quæstio, vt fidenter dicere valeamus, religionem non esse nisi Dei cultum, quoniam videtur hoc verbum à significanda obseruantia propinquitatis humanæ insolenter auferri. Pietas quoque proprie Dei cultus intelligi solet quam Græci εὐσέβειαν vocant. Hæc tamen & erga parentes officiose haberi dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur: quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipue Deus mandat eaque sibi vel pro sacrificiis, vel præ sacrificiis placere testatur. Ex qua loquendi consuetudine factum est, vt & Deus ipse dicatur pius: quem sane Græci nullo suo sermonis vsu εὐσεβῆ vocant: quamuis εὐσέβειαν pro misericordia illorum etiam vulgus vsurpet. Vnde in quibusdam Scripturarum locis, vt distinctio certior appareret, non εὐσέβειαν quod ex bono cultu, sed θεοσέβειαν, quod ex Dei cultu compositum resonat, dicere maluerunt. Vtrumlibet autem horum nos vno verbo enunciare non possumus. Quæ itaque λατρεία Græce nuncupatur, & Latine interpretatur, seruitus, sed ea qua colimus Deum: vel quæ θρησκεία Græce, Latine autem religio dicitur, sed ea quæ nobis est erga Deum: vel quam illi θεοσέβειαν, nos vero non vno verbo exprimere, sed Dei cultum possumus appellare: hanc ei tantum Deo deberi dicimus, qui verus est Deus, facitque suos cultores deos.*

Quamuis

Quamuis igitur interdum λατρεία sit δουλεία, & quidem δουλεία ἐπὶ μισθῷ, & 3. Cyropæd. sic loquatur fidus maritus: ἐγὼ μὲν ὦ κῦρε, καὶ τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην, & in Leuitico, opus seruile vocetur ἔργον λατρευτὸν, non tamen ideo SS. Patres facultatem sibi ademptam iudicarunt, quo minus in certa significatione eo verbo vterentur. Hinc & idem Augustinus: *Adonai enim verbum Hebræum est, & interpretatur Dominus, eo modo quo solus Deus dicitur Dominus, sicut λατρεία, quod verbum græcum est, & interpretatur seruitus non quæcunque, sed tantummodo, qua Deo seruitur, sicut amen interpretatur verum, non quomodocunque sed in mystica religione.* Hæc Augustinus non de originatione & syllabis verborum, sed de vsu Ecclesiastico, & consuetudine fidelium, quæ sine conuulsione fidei mutari non potest.

QVÆSTIO III.

Quid illud, In Spiritu meo?

§. 1. SYrus pronomine omisso habet ברוחא in Spiritu. Oecumenius τῷ πνεύματι, τουτέστι τῷ διδομένῳ χαρίσματι. *Hoc est, data gratia.*

Origenes superiorem animi partem interpretatus est, rationem nempe, qua Deo seruiunt, & voluntatem.

D. Chrysostomus de Spiritu sancto, & diuino auxilio intelligit. Ὁμοῦ μὲν τὴν τοῦ θεοῦ χάριν, ὁμοῦ δὲ τὴν αὐτοῦ ταπεινοφροσύνην ἐνδεικνύμενος ἡμῖν. Simul quidem Dei gratiam, simul vero, suam humilitatem nobis ostendit. Dei gratiam, quod tam arduum negocium sibi Deus commisit, suam modestiam quod non suo studio, sed Spiritus auxilio rem totam acceptam refert.

Theodoretus de gratia infusa interpretatus est. Anselmus opera spiritualia esse existimat. *In Spiritu quid sit?*

§. 2. Dubium non est Apostolum ea forma, & significatione dicere ἐν τῷ πνεύματί μου, qua Christus Ioan. 4. 24. dixit, *Patrem in Spiritu & veritate adorandum.* Illa vero adoratio, hoc seruitium hæc omnia complectitur, nempe Spiritus sancti auxilia, gratiam, rationem illuminatam, voluntatem deuotam, gratiam qua iusti sunt, opera vere spiritalia, fidei, & caritatis effectus. Opponuntur enim inanibus Iudæorum cærimonijs, quæ cum Spiritu destituuntur, theatrica potius sunt, & inimicæ gesticulationes populi Deum labijs honorantis, quam cultus Deo acceptus. *Deus Spiritus est*, & in Spiritu illi seruiendum est, omnes alij cultus, nisi Spiritu animentur, viuenti Deo displicent, & simulati honoris ingratum præbent obsequium. Surgunt in cœlum basilicæ, parietes phrygio textu leguntur, altaria auro effulgent, cœlesti symphonia chori personant, hæc si in Spiritu, & prompta voluntate offeruntur, Deum habent spectatorem, & remuneratorem, si inter hæc sine mente preces demurmures, si lingua Psalmos, mens alia voluit, si inter hæc vitiorum illecebris anima adhærescit, Spiritu, suo sibi seruit, & mundo, Deum in postremis habet. Quomodo enim Deo seruit, qui cum Deo loquens, ne quidem de Deo cogitare sustinet? Intelligant igitur qui de sorte Domini, hoc est de clero sunt, obligationem ministerij sui esse in Spiritu, temporalia si quæ illis commissa sunt, esse spiritualium adminicula, ita tractanda, vt non illis Spiritus impendatur, sed spiritui illa seruiant. *Deo seruiendum est Spiritu.* Rectè de R[...]ardo Cantuariensi Episcopo queruntur apud Blesensem Ep. 5. loquuntur opportuni monitores. *Quæ gloria est, inquiunt, quod vinaria construis, quod claudis feras indagine si cleri imprecantur sibi omnem dissolutionem religiosorum claustrorum ostia relaxantur? si quarentinas, quod fimo, & creta sationarius ager impinguatur, sit a Dominica messis cultura, nec spina euellitur, nec exstirpatur tribulus, nec verbum Domini seminatur. Nunquid Deo cura est de bobus, & asinis, vt circa boues & asinos ita sollicitus occupetur? Cur iniuncta sibi legationis officium non exercet?* (erat Richardus Apostolicæ sedis legatus) *Ligatus est potius, quam legatus. Propheta,* inquiunt, *cui Dominus legationem iniunxerat, præcepit, vt euellat, & destruat, vt dissipet, & perdat, ædificet & plantet. Dominus tuus officij spiritualis intelligentiam vertit literam, aut vt dicatur versus in literam.* Fugiendæ itaque sunt nimiæ curæ rerum terrenarum, vt in Spiritu Deo seruiatur. Alioqui etiam anima valde spiritalis in curas degeneres prosternitur, & in filiorum Dei libertatem vindicta sanguinis Vnigeniti manu missa, non modo ancillatur indignis, sed seipsam euiscerat, & contabescit, cœlum mutat in terram, orationem in lites, Spiritum in carnem, pietatem in vanitatem. *Quid Episcopo curandum.*

QVÆSTIO IV.

Qua in re seruire se Deo asserit?

§. 1. IN *Euangelio Filij eius.* Hoc ad reuerentiam in iuramento præstandam pertinet: vtque se excitaret, nosque exemplo doceret, non facile, nec temere sumendum nomen Domini, addiderat seruire illi se in Spiritu, nunc etiam alterum addit, quo magis ad deuotionis sensum inardescat. *Seruire Deo in Euangelio honorificum.*

Neque enim ministrum se Dei in officio sæculari, neque in lege, & litera, sed in Euangelio, hoc est, in re omnium vtilissima, ac sanctissima honoratissimaque profitetur. Seruit autem in Euangelio, quia in statu nouæ legis, tempore acceptabili, abundantia gratiæ, postquam lex temporaria, & elementa vacua cesserunt legi æternæ, & Spiritui, *in quo clamamus abba pater*, neq; de statu loquitur duntaxat, sed de doctrina ac prædicatione Euangelij, atque Ecclesiæ gubernatione. Nam Euangelium interdum ipsam prædicationem, siue ore, siue scripto significat, infra c. 15. 19. Philipp. 4. 15. *In principio Euangelij*, hoc est, prædicationis Euangelicæ. Atque hoc modo D. Chrysostomus interpretatur, postquam enim varias quibus æterno Numini seruitur rationes recensuisset, subiungit, ἄλλος ἐν τῇ τοῦ λόγου διδασκαλίᾳ, ὧν καὶ ὁ Παῦλος ἦν, ἐν τῷ τὸ κήρυγμα εὐαγγελίζεσθαι λατρεύων. καὶ οὗτος ἦν ὁ τῆς δουλείας αὐτοῦ τρόπος. *Alius in verbi doctrina, (seruit Deo) ex quibus & Paulus erat, in euangelizanda prædicatione seruiens.*

§. 2. Vtinam nunc ea esset Ecclesiæ felicitas, vt omnes qui de Euangelio viuunt, etiam in Euangelio Filij Dei, seruirent Deo. vtinam omnes id agerent, quod faciunt multi, vt nempe de Christi patrimonio pingues, & splendidi, imo regij, tantarum expensarum rationem à se exactissimè reposcant, ne rationibus male stabilitis horrendus dies superueniat. Tu itaque quicunq; de Ecclesia viuis, te omnibus commodum exhibe, *Cogitas te omnium sortium, nec tibi, sed cunctis genitum te viuere credas, datum indoctis doctorem, consolatorem pauperum, solatium oppressorum, patrem orphanorum, defensorem viduarum, & omnibus debitorem. Tu igitur animarum saluti omnia postpone. Tanto enim digniores sunt animæ corporibus, & vniuersis quæ humana ambitio concupiscit, quanto eum* *Qui de Euangelio viuunt, seruire debent Euangelio.*

dignitatis proeminet cælum terra. Ita Petrus Blesensis in Canone Episcopali, ad Ioannem Wigorniæ einen Episcopum, cui & hæc adiungit. *Hodie apud quosdam consistit in his duntaxat Episcopalis auctoritas, vt ereatio eorum fimo ager satiatorum impinguetur vt multiplicentur vinearia & clausula strarum, possessionumq; termini dilatetur. In ædificandis palatijs, molendinis, & fimus. In augendis redditibus, tota pontificum sollicitudo feruescit. Nanque vox Saluatoris est ad principem Apostolorum & præsulum: Si diligis me, excole terras, ædifica domos altas: Legimus eum dixisse ad Petrum. Si amas me, pasce oues meas. hæreses & vicarius Petri, pasce oues meas euangelizando, fac opus Euangelistæ & pastoris, non erubescas euangelium si erubescendū non credis pastoris officium. Insta importune opportunè ministerium tuum imple. Ministerium tuum plus oneris habet, quam honoris. Si affectas honorem, mercenarius es: Si onus amplecteris potens est Dominus augere gratiam suam, vt lucra ex lucris, & ex profectibus profectus accedāt. Quòd si abhorreas onus, & insufficientem te reputes sera querela est prius sedisse debueras & æstimasse opus, sarcinulam ponderasse, computasse virtutum sumptum, & dignitati meritū comparasse. Si te tamen deterreat labor plus solito, spes mercedis inuitet; vnusquisq; enim secundum suum laborem mercedem accipiet.*

Ita Archidiaconus ille prudens, & veri tenax, qui tamen non vult illa negligi, quæ ad Ecclesiæ libertatem, commodaq; pertinent, sed primam curam esse illius, cuius causa facti sunt sacerdotes, ope pietatis, & doctrinæ. Quicquid enim à prima sede ad infimam vsq; capellaniam à quocunq; donatum est, in hunc finem collatum, vt seruiretur Euangelio Filij Dei.

Finis omnium Sacerdotiorum vt Deo seruiatur.

§. 3. Neq; vero negligendum est, quod de Christi diuinitate contra Arianos asserenda his monet D. Chrysostomus. Ἀνωτέρω εἰπὼν, τὸ εὐαγγέλιον τοῦ πατρὸς εἶναι, ἐνταῦθα τοῦ υἱοῦ αὐτό φησιν, οὕτως ἀδιάφορον καὶ πατέρα καὶ υἱὸν λέγει. καὶ γὰρ ἔμαθε παρὰ τῆς μακαρίας φωνῆς ἐκείνης, ὅτι τὰ τοῦ πατρὸς τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρός, πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ τὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. *Superius Euangelium dixerat esse patris, hic filij esse dicit. Sic indifferenter patris & filij esse dicit. Didicit enim à beata illa voce, ea quæ patris sunt, & filij esse, & quæ filij sunt, patris esse. Omnia enim, inquit, mea, tua sunt, & tua, mea.*

QVÆSTIO V.

Quomodo memoriam Romanorum facit *Apostolus?*

§. 1. MAteries iurisiurandi hæc est: quatuor autem iurat: Primo *se memoriam illorum facere.* Secundo, ἀδιαλείπτως *sine intermissione.* Tertio, *semper in orationibus.* Quarto, *vt bona Dei voluntate prosperum habeat iter ad illos, quorum semper memoriam faciebat.*

Bene Oecumenius: Ἀγάπης εἰλικρινοῦς τὸ, καὶ μεμνῆσθαι, καὶ ἀδιαλείπτως τοῦτο ποιεῖν, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς προσευχαῖς. *Sinceræ caritatis illud, & meminisse, & indesinenter illud agere, & maxime in orationibus.*

Particulam *semper* & græcum πάντοτε Vatablus putat è glossa marginali in textum irrepsisse, sed contra eum facit, quod textus Latinus & Græcus constanter eam retinent, Syrus etiā vertit בכל זבן *in omni tempore*, licet non coniungat cum v. 10. sed cum illis verbis: *memoriam facio.* Orat igitur semper pro Romanis, & obsecrat, *vt prosperum iter habeat veniendi ad illos.* Græca verba ita habent. δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Quod duobus modis interpretantur, primo, vt [illegible] nimirum [illegible] in qua quā per patentiorem ... *Hoc modo.*

Δεόμενος ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, εἴπως ἤδη ποτ' εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ. *Obsecrans venire ad vos, si quomodo prosperum iter habeam in voluntate Dei.* Ita recentiores, quod *Prosperum iter veniendi*, & εὐοδωθήσομαι ἐλθεῖν ipsis barbarum videatur. Cæteri tamen τὸ ἐλθεῖν dependere ab εὐοδωθήσομαι existimant, neque hic grammaticis aliorum obseruationibus credunt. Nam εὐοδοῦσθαι de quouis prospero successu recte dici censent, quemadmodum hebræum צלח *Zolach*, itaq; nec verentur dicere εὐοδοῦμαι ἐλθεῖν, hoc est, *opportunitatem veniendi habeo, vel prosperum iter veniendi, seu prosperitatem veniendi*, nam & Syrus sic vertit. *Aperiatur mihi via veniendi ad vos.* Et Oecumenius εὐκολίαν σχοίην, καὶ ἐπὶ τῷ καλῷ τὴν πρὸς ὑμᾶς ὁδόν. *Facilitatem seu commoditatem habeam, & quæ bona sit, viam, ad vos.* Quin & ipse Chrysostomus nouitiæ orationis securus, nostram interpretationem sequitur, etiam in illa editione, quam propusuerunt Haidelbergenses.

§. 2. *In voluntate Dei*, ἐν θελήματι. Beza maluit dicere, *Ex voluntate Dei*, sed hoc postea correxit. *Plus enim est in voluntate Dei, quam ex voluntate.* Monet Origenes, *In voluntate Dei significare ordinationem Dei, Ex voluntate etiam permissionem.* Vere animus ille viri pij, & loquentis victorias est, animus obedientis, qui tantæ Ecclesiæ, tam sua opera indigentis desiderium secundum voluntatem Dei moderatur. Et sane quid est: quod hominis voluntas toties erat in eis, non ex illa regula omnis recti, & æqui desideret: *Iustitia Dei est aliquando*, inquit Augustinus in Ps. 35. *vt sanus sis, aliquando vt ægrotes si quando sanus es, dulcis est voluntas Dei: & quando ægrotas, amara est voluntas Dei, non recto corde es: quare? quia non vis dirigere voluntatem tuam ad voluntatem Dei, sed Dei vis curuare ad tuam; illa recta est, sed tua curua voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad se, & rectum habebis cor.* Quid enim iniquius est, quam eos, qui sine Dei voluntate nec esse, nec velle possunt, contra eam voluntatem per quam facti sunt insurgere? Quomodo auctoritatem diuinæ voluntatis refugere potes, qua creatus es? Norma igitur Apostoli tenenda est, qui ne magnum quidem desiderium sine Dei voluntate dare cupit effectui.

In voluntate Dei.

VERSVS 11. & 12.

Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritalis, ad confirmandos vos.

Id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram, atq; meam.

QVÆSTIO I.

Quæ causa cur Romanos videre cupiat Paulus?

§. 1. DEsiderare se ait vehementer, hoc est enim ἐπιποθῶ.

Cur Paulus optarit venire Romam?

Causam tam magni desiderij esse ait vt impertiatur illis aliquid gratiæ spiritalis. Non ergo iter illud suscepit crucis discipulus, & prædicator crucis, vt vrbis pulcherrimæ conspectu oculos satiaret, aut vrbanis voluptatibus se dederet, multo minus vt potentiorum ciuium limina tereret, atq; magnatū fauore ad opes dignitatesq; veheretur, sed caritas Christiana in eam vrbem trahebat, vt Romanis benefaceret.

Gra-

Gratiam spiritalem vocat χάρισμα πνευματικὸν quod Syrus vertit: *Donum Spiritus*. Oecumenius interpretatur ὡς διδαχὴν, καὶ κατήχησιν, *doctrinam & Catechesin*, rectè tamẽ ad omnia alia dona potest referri, quæ Romæ ad Ecclesiæ ædificationem Paulus gessit. Multa enim vtiliter constituisse, abusus sustulisse, exemplo perfecisse credendum est, quæ per Epistolam minus commode effici poterant.

§.2. Modestiam illius describit hoc loco Chrysostomus μετριάζει, inquit, δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτὸς μικρόν τι καὶ ἐμοὶ σύμμετρον. *Temperat orationem iterum dicens, Exiguum quippiam. & viribus meis par.* Deinde omnia, etiam labores suos, & curas gratiæ nomine appellat, omnia enim à gratia superna, Deique auxilio & dantur, & conseruantur. itaq; & verbo vtitur, quo significat sibi illa data esse, se vicissim alijs μεταδοῦναι *communicare*, & quasi ex vase alio in aliud transfundere.

§.3. Effectus huius χαρίσματος seu gratiæ est, ipsos στηριχθῆναι confirmari, illa enim quæ ruinam minantur, dicũtur στηριχθῆναι, aut quę fragilia sunt, & tenera, vt pampini vitium, & hederarũ sarmẽta, quæ necessario pedamentis, & staminibus alligãtur, vt crescant, aut certe arburũ fortium ramis innectuntur. Syrus vertit שׁרר quod est; *eximie confirmari*, vnde & שׁררא dicitur *veritas*, quod eius sit inuictum plane robur.

παρακλη-θῆναι conso-lari. §.4. Deniq; versu decimo interpretatur, quid sit Confirmari, nempe Consolari simul. Quia vero συμπαρακληθῆναι ambiguæ significationis est: nam verti potest, simul cõsolari, & simul exhortari, hinc factum vt in duas sententias interpretes abierint. Qui nouitati studuerunt, Erasmus, sectarij pleriq; malunt vertere, Exhortationem capere. Veteres Chrysostomus, Syrus interpres, & præcipui nonnulli sectariorum, vt Lutherus, Pelicanus, Bullingerus, Consolari. Hæc autem omnino retinenda est verborum Apostolicorum intellectio. Consolatio enim mutua erat, exhortatio minime, neq; enim Romani erant Pauli exhortatores, sed eum consolabantur Romani pleni fide, & dilectione, quod si exhortationem quæreret, ad Iacobũ se Ierosolymam, aut alio se conferret. Consolatione egebant Romani vel maxime, nam à Iudæis perpetuo tumultuantibus affligebantur, & ingenti ciuiũ suorũ odio premebantur, instabant iam quæ paulò post totam Romam cruentarunt martyria. Interpretationem sententiæ suæ adiungit, qua mollit, quod dixerat: *Ad confirmãdos vos*, vt monet D Chrysost. & alij. *Ne suspicemini*, inquit D. Chrysostomus, *quod hoc dixerim vos incusans non hac mente sum locutus; sed quodnam est illud quod vis dicere? Multas passi estis afflictiones, iactati ab illis, qui vos sunt persecuti: Desidero igitur videre vos, vt aliquam consolationem afferam*, (ἵνα παρακαλέσω) μᾶλλον δὲ οὐχ ἵνα παρακαλέσω μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὸς παράκλησιν δέξωμαι. *Magis vero non vt consoler modo, sed vt etiam ipse consolationem capiam. Considera magistri sapientiam. dixerat: Vt confirmemini. vidit dictum graue, & odiosum esse discipulis, addidit, εἰς τὸ παρακληθῆναι ὑμᾶς, sed & hoc iterum graue, non tamen ita graue vt prius, graue tamen est. Abscindit igitur & illud etiam molestum, mitigans omni ex parte sermonem, & acceptabilem efficiens. Non enim simpliciter dixit: παρακληθῆναι sed συμπαρακληθῆναι, nec hoc contentus est, sed aliam maiorem delinitionem adhibet dicens; per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam.* Quanta hæc est humilitas. Magnitudinem consolationis Chrysostomus ostendit ex eo, si in carcere visitentur amici, & si in Persidem abducti atque à se mutuo abstracti, casu conuenirent amici veteres, fore vt gaudio exilirent, itaq; tandem παράκλησιν interpretatur εὐφροσύνην, lætitiam.

§.5. Superest grammatica liticula decidenda. Cum enim dixerit: εἰς τὸ στηριχθῆναι & noster interpres verterit, *Ad confirmandos vos*, debuit cõsequẽter vertere: *Id est, consolandos*, cur enim infinitiuum primum vertit in gerundium, alterum reliquit? Iusta ratio fuit, cur ita faceret interpres, indicare enim voluit, quid esset illa confirmatio, ideoque dixit simul consolari, *non ad simul consolandos*, quia inuenit scriptum συμπαρακληθῆναι, non εἰς τὸ συμπαρακληθῆναι, quod de suo addere noluit, præsertim cum Chrysostomus & Theodoretus referant ad verbum ἐπιποθῶ, (*desidero*) quod præcessit, vt sensus sit, *Desidero enim videre vos vt vobis impertiar aliquid gratiæ spiritualis ad confirmandos vos, Id est, cupio simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram, atq; meam.* Insigne est omnibus Episcopis, pastoribusq; paternæ suauitatis exemplum, vt subditos videre desiderent, eos confirment, eos solentur, atque ipsi à subditis non tam rerum terrenarum, & opum solaria sed ea quæ sunt per fidem, ac spiritalem profectum recipere satagãt. Officiumq; suum ac dignitatem non vectigalibus, sed pietate fidelium æstiment.

Hoc etiam modo pleriq; sectarij interpretantur, qui licet varie admodum conuertant, sensum tamen reddunt, quem noster habet. Vt Cornerus, Hyperius, Gualterus, Lossius, Bullingerus, Ochinus, quos merito socijs eorum rudioribus opponimus.

VERSVS 13.

Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos (& prohibitus sum vsq; adhuc) vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus.

QVÆSTIO I.

A quo prohibitus est?

§.1. QVædam in ipsa textus serie notanda sunt, deinde quæstioni explicatè respondendũ est. 1. Pro verbis Græcis: οὐ θέλω δὲ, quædam exemplaria habent: οὐκ οἴομαι δὲ, *non arbitror autem*. Sed cum Græci patres, Latina, ac Syriaca interpretatio habeant, οὐ θέλω, & hoc verterint, illorum librorũ qui aliter habent, auctoritas est negligenda 2. Origenes & nonnulli alij orationis ordinem cõfusum arbitrantur, sed elegans est parenthesis, & hyperbaton, quod ipsi etiam sectarij defendunt. Hebræi etiam in eo loquendi genere elegantiam habent, sic Homerus 2. Iliad.

> ὣς ἔφατ', Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον (ἀμφὶ δὲ νῆες σμερδαλέον κονάβησαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν) μῦθον ἐπαινήσαντες.
>
> *Sic ait: Argiui vero valde clamarant, (naues autem circum resonabant clamantibus Achæis) sermonem laudantes.*

Similis, imo minus dura traiectio hoc loco Pauli. 3. καὶ *Et* vim habet aduersatiuæ, ponitur enim pro ἀλλά. 4. Leue est quod quidam malunt hic vertere *Impeditus sum*, quod est ἐμποδίζεσθαι, cũ hic sit κωλύειν, quod tamẽ & *prohibere, & impedire* est, Marc. 9. & 11.

§ 2. Prohibitus est Paulus occupationũ varietate, prædicatione, in Asia, Macedonia, Græcia, acerbitate psecutionũ, malitia falsorũ fratrũ hæreticorum *Varia impedimenta Pauli.*

multi-

multitudine, cum enim aduersarij multi Euangelio se opponerent, eiusq; cursum morarentur, cumEcclesiæ iam Christo initæ curiosorũ, atq; ambitiosorum hominum factionibus concuterentur, crebrius reuisendæ, corrigendæ, confirmandæ fuerunt, atq; hoc modo iter Romanum dilatum est.

Hinc clarum est Paulum à Deo impeditũ: quod Chrysostomus alijq; sensere, atq; etiam à diabolo, quod Origenes docuit.

A Deo quidem, cum iuberet eum proficisci in Macedoniam, manere Corinthi, redire Ierosolymã. sic à Deo *prohibitus est, loqui verbũ in Asia, Transeuntes enim Phrygiam & Galaticam regionem, prohibiti sunt à Spiritu S. loqui verbum in Asia, venientes autẽ in Mysiam tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus.* Causam vero cur hoc Spiritus S. prohibuerit, colligimus ex v. 9. c. 16. Act. Per visum enim monitus est, *vt iret in Macedoniam*, quo continuo profectus est. Deus igitur iter Pauli impediuit, fine optimo, quia constitui prius, & firmari Asiaticas, ac Græcas Ecclesias voluit, præsertim cum iam Romæ Petrus initia religionis posuisset, nec deessent, qui Ecclesiam illam à principe Apostolo fundatam opportune rigarent. Interim cur Deus aliarum gentium conuersionem maturet, alijs sero doctores mittat, & tam vastam Barbariem Africæ, Indiæ, vtriusq; in nostra tẽpora distulerit, aliud respondere non possumus, quam illud: *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* Nouit ille tempora, & momenta, tempus iustitiæ & tempus misericordiæ, qui omnia à nutu suo dependere voluit.

§. 2. Aliam impedimẽti causam adfert Sedulius, quod nondum eo tempore Romani idonei essent audiendo Euangelio. Sed neq; iam erant, nisi de gratia Dei. De reconciliatione tamen animorum, & controuersijs non incommode intelligi potest Sedulius. Cum enim initia litium maxime tumere soleant, & cruda vulnera, quãtumcunq; molli tractatione, asperentur, minus erant idonei Romani ad pacem ineundam primo impetu controuersiarum, & certaminum, quam deinceps cum tempore ardor ille deferbuit.

Quomodo à Satana impeditur. §. 3. Prohibitus etiam est à Satana Paulus, quemadmodum 1. Thessalonic. 2. 18. *Impediuit*, inquit (ἐνέκοψε) *nos Satanas.* Ita etiam D. Basilius. Non tamen obsistere Deo valet violenter Satanas, cum minima eius molimina à Deo pendeant, sed quia ipse hæreseon, persecutionũ, turbationumq; domesticarum auctor est, atq; incentor. Non igitur aliter ille, quam auxilio atq; instinctu improborũ, remoram inijcit Dei seruis, Satan non cessat suadere malum, nec Deus admonere officij. Vnum autẽ eius est, proprium q; studium, humanam mẽtem prauis agitare consilijs, & propositis Sanctorum virorum se opponere, nescit tamen quanta bona alio modo efficiat, etiam cum sæuit, nulli enim lædere potest, nisi cui Deus permiserit, quanto magis à Sanctis deijcitur, tanto magis sæuit. Optime hac de re monet S. Hilarius in Psalmum 128. *Omnes humanæ iniuriæ, quæ religiosis viris inferuntur, non eosdem habent autores quos habent ministros. Executio quidem hominum est: sed diaboli instinctus est. Et huius nobis intelligentiæ Apostolus autor est, dicens*: Non enim certamẽ est aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus potestates mundi, potentes harum tenebrarum spiritualis nequitiæ in cælestibus. *Et rursum.* Secũdum principem aëris huius & Spiritus, qui nunc operatur in filijs inobedientiæ. *Operantur ergo hæ spirituales nequitiæ in his qui*

Iniuria pijs illata hominum opus, diaboli instinctus est.

inobedientes Dei legi sunt, quos voluntatis suæ tanquam operarios eligunt in res suas aliena interuentione ministerio vsuri. Neque solum id ex Apostolica dicta intelligimus, sed etiam ex libro Iob docemur. Cum enim ille potestatem tentandi Iob postulasset, per direptionem substantiæ eius primum desæuiturus homines ad pastorum cædem, & ad direptionem pecudum excitauit, eosque in hanc voluntatem latrocinij accendit. Egit ergo quod volebat per humana operationis officium. Iudas quoque in passione Domini ministerium diaboli fuit & per eum effectum voluntatis propriæ est executus: Euangelista testante qui ait: Intrauit, inquit, *Satanas in Iudam qui cognominatur Scariotes. In omni igitur, quam perpetimur iniuria: alterius opus, alterius instinctus est: & non sibi efficit quisquam aliquid perturbandæ voluntatis impetum gerit. Non ergo his irascendum est a quibus vlt quæ perpetimur: sed quoties per contumelias ad iracundiam prouocamur, quoties per conuitia ad lites excitamur quoties ad dolorem ac impiam damni querelam per rapinas & furta compellimur, aut in corporis voluptates blandis adhortationis sollicitamur instinctu: agnoscendus est hostis ille, per quem hæc operum ac dictorum incentiua præbentur. Neque irascendum est hominibus aliena instigatione operarijs: sed potius in huiusmodi officij intercessio fœda miseranda est, quod sint vasa diaboli, Satanæ ministerium, latrocinantium tela, & alienæ malitiæ ac nequitiæ paritores. Ob hanc ergo cognitionem propheta sine distinctione hominis tantum impugnantium meminit, de his vtq; illis indiscretè locutus: quia per homines in se id quod spiritualium nequitiarum est gerebatur.* Hic igitur etiam repagula sua Satan obiecit, vt docet Origenes.

Interim cum sancti impediuntur, in Deum, omnem curam conijciunt, nec vi, aut studio contra eius prouidentiam nituntur, sed omnia consilia sua ad eius voluntatem accommodant, cum certo sciant, non esse in homine viam eius. Si enim gentium sapientes pro summa sapientia venditarunt illud, quod non faciebant: nempe, Deum sequere. Non magis hoc animo Christiani meditarentur, qui norunt nec mala vitari, nec bonos successus haberi sine Deo posse? Ex malis bonum oritur, multos naufragia fecerunt felices non solum Zenonem.

QVÆSTIO II.

Quis fructus quem Apostolus capiebat ex Romanis.

§. 1. IAm supra dictum est, spiritalem fructum esse, manipulos factos, vberem animarum in horrea dominica illatarum prouentum. Hic enim fructus est, dignus maiestate Apostolica reditus, vt cui non corruptibilia opum, aut honorum fluxa sint in votis, sed Dei gloria gentium conuersio, confirmatio, in fide, & caritate profectus, magnus est enim fructus animarum tam multarum, cum vnius precium totus æquare mundus non possit. Magna lætitia de lucro quod omnibus modis sanctissimum est, atq; honestissimum. Quanto olim triumpho magna illa anima in cœlo, videbit tot millia Sanctorũ sua cura, labore, sanguine in æternam securitatem, atq; beatitudinem educta? *Si gaudium est Angelis in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente*, quantum gaudium Paulo fuit etiam in terris censebimus, super tot peccatoribus millibus, pœnitentiam agentibus, fidem, &

Maximus fructus animarum.

[illegible]

nate [illegible] ... ros dicas, [illegible] & [illegible] curfus ne [illegible] negligatur, [illegible] de æstimatione præsentiarum [illegible]. In [illegible] Apostoli successionem, an nummulariorum [illegible] quem, & frugi mercatorem omnium nundinarum affectatorem agnoscis. Quales [illegible] nominabo? Pastores, [illegible] tores, Prædatores. Ne mercenarios quidem. De [illegible] queror, qui nec do[illegible]do, nec gubernan[illegible]o, [illegible] consilio nec ab [illegible] Christi, [illegible] [illegible] narum promoue[illegible] unantur. [illegible] calia de Ec[illegible]rum [illegible] be[illegible], quam vel [illegible] aginam, vel fa[illegible] tæ suæ p[illegible]nd[illegible]m, hoc est, exitum quærunt. Plerosque enim patrimonium Christi ingestum suffocare solet.

VERSVS 14.

Græcis ac barbaris, sapientibus, & insipientibus d[e]b[ito]r sum.

QVÆSTIO I.

Quibus se debitorem Apostolus profitetur?

§. 1. CRebro officij sui memoriam Apostolus inculcat, seq; ad Euangelij prædicationem obligatum asserit, propter eos, qui ne[illegible] surgebant falsos fratres. Itaq; debitorem se fatetur. Primo Græcis, S[yr]us [e]os vocat יוניא Ionia, id est, Ionas, quia enim magna Asiæ partem Iones antiquitus occuparunt, videntur deinde omnes Græci sic à Syris appellati, nec [t]amen mirum, [c]um etiam post M[ac]edonum imperium [G]ræci Asiatici Ionica dia[le]ct[o] [ut]erentur. Sed rectius forte d[i]ceretur, omnes Græcos Iauani vocatos esse יונים Ieuanim, & Iauanes, ideo, quia Græci I consonantem non reci[pi]unt, [I]ones siue Iaunes, deinde Iones. Latissime itaque Ionia, seu Iauania patuit, Gen. 10. *Filius Iaphet, est Gomer, huius Iauan, filij autem Iauan: Elisa, & Tharsis Cethim & Dodanim, ab his diuisa sunt insulæ gentium.* Se[d] [ho]c loco latissime accipi Græcos, etiam illos complexu[s], qui Græce nesci[e]bant, erant tamen sub [imperi]o Romano, moribusq; ac cultu mitiores, sic a[pud] [Marc]um mulier Syrophænissa dicitur [Ἑλληνίς], [quæ] [ha]ud dubio al[i]us gentis erat, id videlicet ex [illegible] per A[s]iam & Ægyptum, vtraq; En[illegible]ten græcant[illegible] [illegible] vrbes pleræq; & [illegible]ios, qua[illegible] imperium [illegible] terra [illegible]urauit. [illegible] us non Ægyp[illegible] odo, & Antiochiæ, [illegible] notu[illegible] p[illegible] copos Græcos esse, & in [illegible]js Græc[illegible] cotus in media Syria, hinc

[illegible] non [illegible] tabat [illegible] quæ [illegible] S[illegible] esse. & pe[illegible]

Bar[barus] [illegible] quia non intellig[o]r vlli.

Qu[illegible] co[illegible] barus esse d[illegible].

Cum didicit [illegible] Sarmaticeque loqui.

Voca[b]ant Barb[aros] [illegible] R[o]mani, sed non du[illegible] terratur D[illegible]os apu[d] [illegible] 6. N[illegible] omni[illegible] o male, pastoritius [illegible] m[illegible]rat p[o]p[ul]... & I[illegible]ne in primord[illegible] s[ec]u[li]. Imo & G[ræ]c[illegible] rum lingua paulò in politior erat, m[illegible], n[illegible]cæna Paridis patriam, hoc [e]st Tr[oi]a[m] [illegible] barbaram terram e[t] T[illegible] amator[illegible] [illegible] vero quæ Lacedæ[mo]n[i] barbar[is] [illegible] bebat. Polymnestorem Thraciæ r[e]gem etiam [illegible] barbarum appe[ll]at Eur[ipides] [illegible] T[ra]gœdus barbariem eius sati[s] o[s]tend[it] [illegible] cu[illegible] ntem eũ induc[it] [illegible], Commun[i] itaq; g[e]ntium vitio [illegible] esse videtur, [ut] [su]a [q]uisq; deamet, & in a[illegible] iis [illegible] ne[illegible] barbarum voc[e]t quod [illegible] us est [illegible] mo[illegible]us. Hinc & ius ciuile quandoq; barbaros vo[c]at, qui [illegible] Imperio Romano non [illegible], & no[s] pass[im] [illegible] Indos, Sinasq; & Iaponios barbarorum nomine compl[e]ctimur, cum tamen humanitate & [c]ultu, atque etiam eloquentia multos vincant Europæorum.

Romani [illegible] qu[illegible] Græci.

§. 3. Debitor autem Barbaris ve[l] [illegible] ra gratia omnium linguarum dona[illegible] lus ipsi esse Barbarus, & omnium cuiusque esset, atq; ὁμόγλωσσος. Non igitur Barbaros Deus omnium Dominus, diues in omnes despexit, quos tã insigni bene[ficio] [illegible] monumento sibi caros, atq; regni [illegible] incolas [illegible] testatus est, qui [illegible] gadis [illegible] dona linguarum, ac sanitatum vt ad [illegible] potentes animos ad miracula obstupefactos al[l]iceret, nec ad humanitatem modo, sed cœlestis sapientiæ cognitionem, & mysteriorum æter[n]is temporibus tacitorum contemplationem eueheret.

§. 4 Sapientibus σοφοῖς, sapie[n]tes appellat, tum eos, qui vera sapientia, vel diuina, vel humana, vel vtraq; dignitatem, nominis tam conspecti tuebantur, tum vero etiam illos qui f[a]lla opinione sapientiæ turgebant, epomide ac pallio, barbaq; sapientiam me[nt]iebantur. Eorum plurima erat turba, & Apostolo molestissima, cum plurima dedi[sse]t [illegible] poteret, [q]uẽ eò difficulter ad [illegible] vt di[sci]puli esse dignarentur. Egregie S. Chrysost. *Vbi obsecro sunt nunc quos Græcia, sapientes habuit [ii]dem barbam promittentes, epomidas amicti, magnopere intumescentes ac turgidi? En tabernaculorum texendorum artifex non ipsam tantum Græciam, sed & barbaram terram omnem conuertit: quum qui apud illos qua ageretur, qua circumageretur Plato. ter in Siciliam profectus cum verborum illorum fastu ac fumo, cum magna illa quam de eo conceperant opinione, vnius quidem tyranni compos euasit, quin potius ab illo tam infeli[c]iter se vinw explicuerit, vt & ipse libertatem amitteret suam. At tabernaculorum texendorum artifex hic, non Siciliam modo atque Italiam, verum vniuersum terrarum orbem verbum DE[I] prædicans peragrauit. quum interim artem non intermitteret, sed vel tum quoque pelles consueret, officinaque sua præesset. Neque vero ea res patricios, ac magnates offendebat, idque iure optimo. Non enim artes ac studia, sed me[n]dacium*

Qui sapientes?

[illegible] Euangelij prædicatio communis omni[illegible] [illegible] fide [illegible] admiratio [illegible] omnibus [illegible] maioremque [illegible] magna [illegible]

[illegible]

VERSVS 15.

Ita, quod in me promptum est, & vobis [illegible]

QVÆSTIO VNICA.

Quæ distinctio huius periodi?

§.1 C[illegible] præcedentem [illegible] Apostolus, *promptum [illegible] Romanis euãgelizare;* [illegible] [illegible] habere plus [illegible]

[illegible] *numerauit [illegible] septuaginta* [illegible] *peragrare.* [illegible] &c [illegible] pub[illegible]

VERSVS 16.

Non enim erubesco Euangelium. [illegible] Iudæo primum [illegible].

QVÆSTIO I.

Cur Apostolus [illegible] Euangelium eru[illegible]

§.1 QV[illegible] & [illegible] D. [illegible] *Paulus cur [illegible] non hoc, sed quod minus [illegible] minime pudeat. [illegible] quod ait, [illegible] quamobrem [illegible] cum præsertim [illegible]* [illegible]

eundemq; in Iudaea educatum, idq; in tenuis mulieris domo, satellitibus nullis stipatum, non opibus abundantem, sed ut reum condemnatum, interq; latrones mortuum. tum autem eum, qui alias multas ignominias perculisset: ac verisimile quidem esset, fore, ut Romani pudore suffunderentur, ut qui nihildum rerum arcanarum ac magnarum caperent, propterea ait, non me pudet, illos interim erudiens non erubescere: noverat enim, quod si id illi essent affecuti, statim progressi ulterius eousque pervenirent, ut & gloriarentur: Ad eundem modum, si & tu quoquis quempiam audieris docentem, cruci suffixum adoras? ne te pudeat, neu ad terram oculos deiicias: sed gloriare, ac tibi ipse placeas, liberisque oculis, & facie erecta confessionem admittito. Qui si rursus dixerit, Crucifixum adoras? Et tu rursum ad illum, adoro quidem, sed non adulterum, non parricidam, non liberorum propriorum caesorem, (talet enim apud illos Dei omnes:) verùm eum qui per crucem daemonibus os obstruit, eorumque infinitas incantationes imposturasque sustulit. Etenim crux propter nos, ineffabilis humanitatis opus, eadem magnae curae symbolum. Praeter haec autem quae dixi, quandoquidem & dicendo valde sibi placerent Romani, ac peregrina simul sapientia turgidi essent, vestrûm istis omnibus, inquit Paulus, syllogismis multam salutem dicens, ad vos accedo, crucem praedicans: nec me propterea pudet.

Fastus Romanorum. §. 2. Ita Chrysostomus & meritò. Nam reuera Christus crucifixus stultitia erat gentibus, imprimis vero Romanis. Erant namq; illi omnium gentium longe fastuosissimi, & in caeteras nationes cōtumeliosi, caeteras videlicet, vel de ruditate barbaros, vel leuitate Graeculos, omnes ex conditione seruos existimabant, nec minus potentiâ, quam prudentiae persuasione tumebant, itaq; longissime ab Euangelio aberant, & prae caeteris Euangelij praecones subsannabant. Flagrabat ciuitas illa insania ludorum, & histrionū quotidianis studijs scindebatur, vnde & publicè, & priuatim, quicquid pudendum in religionem Christianam confingi poterat, Romae audiebatur. Hinc factum est vt Neroniana persecutio paulò post inchoata, atrocitatē summam habuerit, & ludibria, illam ex odio, haec ex cōtemptu addita. Testis iniquissimi iudicij Tacitus, qui non modo in eos veluti *extrema exempla meritos* saeuitum, sed *pereuntibus etiam ludibria addita* testatur, vt nempe ferarum tergoribus induti, canum laniatu interirēt, aut in vsum nocturni luminis vterentur. Quin ipse quoq; Tacitus Christianam religionem inter pudenda, quae in vrbem influxere, collocat. Inter haec opprobria quotidiana firmandi erant Romanorum animi, vt inter contumelias Theatrorum, & crudelitates arenae, non constanti modo pectore, sed etiam inconfusa fronte causam Dei, salutaremq; professionem tuerentur.

Qui figuram quae λιτότης seu μείωσις dicitur hîc constituunt, non iudico audiendos, Apostolus enim Romanos contra timorem, & pericula firmos etiā contra inanem verecundiā armare aggreditur. *...des non erubescen-...* Quod si ipse non erubuit, illa docere, nec causa fuit, cur alij erubescerent discere. Erigat & nos vox illa tā sublimis, tam praestās, ne Euangelicam veritatem contra nouos Euangelij cauponatores defendere erubescamus, ne & *Filius hominis erubescat nos coram Angelis Dei.* Est namque genus quoddam negationis, erubescentia, non enim ex animo colis, quod colere te negas, cuius te pudet. Cur de cruce erubescimus, quam in excelso Dominus locauit? quam in fronte signatam constantiae dicamus? Apud quem erubescis, & ex qua causa cōfunderis? Tune fidem, & legem sanctissimam erubescis, apud eos, quorum iam pridem frons attrita est, qui de rebus pudēdis gloriantur? Christum crucifixū confiteris, sed tamē & eum, qui surrexit in gloria. Vide Sacerdotes idolorū, cruentos popas, & saepe hominum carnificis, ipsis suis mysterijs infames. Nonne pleno ore, Deorū suorū facta canunt: Iouis adulteria, Iunonis odia, Martis, & Mercurij furta, pudenda numinum taceo, Floram, Cloacinam, Febrim, Timorem, Pallorem, & his deteriora: Caios, Nerones, Antinoos, Aspidas, Crocodilos, nam caprarum, & aliorum suus est vsus, vt inter perniciosa referri non debeant. *Omnes superstitiones quaedam habent pudenda.* Quod si de Iudaeis loquamur, vide fabulas Thalmudicas, & bouem in dies singulos depascentem. Montes trecentos, aliaque deliramenta de haereticis: Lutheranae vbiquitatis infame monstrum, Anabaptistarum incestas nuptias, Caluinistarum iustitiam, & Deum considera, & inuenies, nihil esse quod de aliena religione queri possint, nihil quod obijcere, qui tam stolida auditu, tam infanda factu de Deis suis crediderunt. Pudore igitur nos liberat, non Euangelij modo sanctitas, puritas, magnificentia, prudentia, sed eorum etiam apud quos vereri possemus, impudentissima numinum commēta, & cultuum caerimoniarumque flagitia.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

§. 3. Errantis verecundiae nec leue, nec rarum est, adeo perniciosum vero delictum, vt plures, quam damna atque etiam corporum poenae prosternat. Adeo animus humanus contra irrisiones infirmus est. Contingere illud non infrequenter in rebus humanis assolet, de quibus multa Plutarchus περὶ δυσωπίας, de vitioso pudore. Vbi quod singulatim docet, in eos praecipue conuenit, quos suae religionis pudet. Τῇ δὲ δυσωπίᾳ συμβέβηκεν ἀτεχνῶς φευγούσῃ καπνὸν ἀδοξίας εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτήν. *Vitioso pudori contingit, vt fugiens infamiae fumum, in ignem se praecipitet.* Seu vt dicere solent, dum fugiunt folia, incidunt in te arbores. Dum Sannionis alicuius risum timemus, vinculis daemonis & peccati irretimur. Est vero pudor metus infamiae, qui oculos maxime calore destituit, & reliquas faciei partes rubore suffundit. Quam vero facile à fide deficiet, si quis metuat, ne religionis sanctae professio, aut exercitium sibi dedecori sit? Quam leuis est, qui hominis perituri falsum iudicium metuit, & Dei immutabile decretum parui facit? Quare & Christus tam serio monet, ne quis de se coram hominibus erubescat. Summa inter homines contumelia censetur, si quem parentum, vel consanguineorum pudeat. Indignos enim iudicant, qui sibi parentes aut cognati videantur. Quid igitur si quis existimet, eo modo de Christo erubescat?

QVAESTIO II.

Quomodo Euangelium dicatur; Virtus Dei?

§. 1. REprehenditur noster interpres ab Erasmo, Fabro, alijsque, qui contendunt dicendum esse: *Potentia Dei*, nam cum dicitur *virtus*, de morali posset quispiam suspicari. Noster tamen interpres potentiam Dei, robur, ac potestatem frequenter solet appellare virtutem, Psalm. 100. *Virtutem operum suorum annunciabit populo suo*, & Psalm. 67. *Dabit voci suae vocem virtutis.* Sic Deus virtus nostra, saepe dicitur, sic *Holofernes*, Iudith. 4. *Virtus Assyriorum,* *Virtus est potentia.*

ficiorum, & Simon Magus Act. 8. *Virtus Dei magna.* Significat autem virtus potentiam, fortitudinem, vim, atque ipsos interdum qui illa prediti sunt, ita ... ud p... am ... *Vt Priami, fortitudo Hectoris*, Sic & Horat.

Intonsi Catonis

Sæpe mero caluisse virtus.

Virtus quid. Virtus ergo non modo moralem rationi conformem ... non tantum significat, sed multo latius apud auctores accipitur. Plin. Epist. 41. *Propria virtus ... in ...* quæ hæc causa Grammaticorum ... ero libro. de legibus, *arboris, equi*, Plauti Mostellana, *forma*, idem in milite, ... Quod vero aliud erat, quam pote... uper, de qua Cicero l. 2. ad Attic. ... *a miseria tueri magnus, millies coactus. est decreta ... Virtutem istam, veniet tempus, cum gra- ...* Ne... modo Cicero, de fini- b... *viribus ... & quæ virtus, hæ virtutes,* D. A... *que membra mouent visi- bilia* ... c. ut que ter perfectio, non mor... ed quæcunque Arist. t. Nicom. 7. & l. Nicom. 6. ... maximam quoque referunt.

Agere i- dem. Confundi igitur h... solent, ecuipe δύναμις, ἰσχύς, *Potentia seu virtus, potestas*, κράτος, *robur* Petrus tamen Epist. 1. 3 distinguit. ... δύναμιν, καὶ ἰσχύος. Et Ephes. 6. 10. ... dicitur. *Potentia quidem est ad sua conseruanda, & al... obtinenda. idonearum rerum facultas. Virtus est reliqua potentia,* vel potentiæ O... num, ἰσχύς, seu potestas *cum ... est, id quod vel a exequendo.* M... ergo & potentiam & virtutem Dei re... vtrunque enim verbum id quod Hebræi חיל Chail & Syri חילא Chila, vocaut satis indicat.

Euangeliū dicitur prædicatio, doctrina, res ipsa. §. 2. Euangelium triplici modo hic accipitur, nam & prædicatio Euangelij est Euangelium, & ipsa doctrina, quæ annunciatur & denique doctrinæ ipsius obiectum, seu res ipsa, nempe Christus. Omnibus his modis Euangelium est Dei potentia. Prædicatio enim est instrumentum est quo verbum suum Dominus auribus, atque eo ministerio cordibus inserit. Ipsa quoque doctrina, quæ est,

Euangeliū est Dei potentia tribus modis. Iacob. 1. 21. *Suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras.* Quamuis enim in speciem contemptibilis est, omnem Philosophiam, in eadque sapientiam tamen exuperat, maximas tamen vires animas illuminandi, ac conuertendi in se habet. Quemadmodum granum sinapis aut piperis, quanquam exigua mole sit, plus tamen habet virium, & plus condiendo cibo confert, quam fatua peponum, & cucurbitarum vastitas, quæ sine acriori conditura & gustum offendit, & corpori noxia est: sic vel vnica Euangelij sententia facilisque doctrina plus in animis hominum virtute imbuendis, quam ingentia philosophorum volumina, pollet. Magnam enim orbi mutationem consulit Euangelium, ipsi Philosophi suis e dictis à vitiorum turpitudine vindicare non potuerunt. Doctrina Philosophorum, magno impetu, magno verborum murmure, maximo arrogantiæ vento agitata, ve fluctus marini in spumam, & lutum desinunt. Potentia Euangelij tacito cultu, arcano semine, placida germinatione vberrimos fructus de feracem terra cordium fidelium protulit. Est enim hæc potentia Dei ad salutem, nam alia est δύναμις, vt mox D. Chrysostomus εἰς ἀπώλειαν *ad exitium*, siue vt Oecum. εἰς κόλασιν, *ad vindictam*.

Quomodo vero Christus sit Dei potentia, vnigenitus in sinu patris, hoc loco nihil explicare necesse est, cum prædicationem & doctrinam Euangelij potentiam Dei vocari conspicuum sit, vt Origenes. Christum vero vt causam principem. N... is argumentum in hoc annus hæreat, ne nos pudeat Euangelij ne infinitæ potentiæ, qua Deus per Euangelium operatur pudere nos arguamur.

QVÆSTIO III.

Quæ corruptelæ huius sententiæ?

§. 1. *Euangelium*, inquit Apostolus, *est virtus Dei in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco.* Non enim omnibus salutem confert, vt monet Chrysostomus, sed sic suscipientibus duntaxat, Multa quidem, sed vana ex his contra Orthodoxos colligunt sectarij. Primo quidem Kemnitius a praxaminn. Concil. Trident. Christianæ legis Sacramentis vim iustificandi ex hoc loco n gat. *Eodem modo iustificat verbum Dei*, inquit, *& Sacramenta, Euangelium non iustificat, nisi excitando fidem, nec igitur alio modo Sacramenta iustificant.*

Responsum in promptu est. Si enim Christum, per Euangelium, eiusque vitam, & mortem intelligamus, argumentum connouo concidit. Christus enim efficaciter reuera saluat, eius enim sanguis, & passio veræ causæ sunt salutis. Deinde quæ causa nos cogit, vt eandem Euangelio, & Sacramentis in salute acquirenda efficientiam tribuamus? Quis modum posuit Deo, vt cum iam multis tam saluandi instrumentis vtatur, tanquam potentibus, ne singulis diuersas vires attribuat? Deus, Christus, passio, humanitas Christi, prædicatio, fides, opera, habitus ipsi salutem operantur non eadem tamen ratione omnia. Prædicatio Euangelij est in salutem, dum mysteria Christiana intelligi tui proponit, & taliter nisi audita, intellecta, credita salute inoperatur, at certè sacramenta etiam non intelligentibus sæpe dantur in salutem. Infanti non prædicatur Euangelium, & tamen sacra vnda tingitur. Ipsa vero mysteria, actu & habitus gratiæ non sola excitatione fidei, sed sua efficacia salutem operantur, quin prædicatio fidem præcedit, Sacramenta sequuntur.

Euangeliū & Sacramenta non saluant eodem modo.

§. 2. Pareus libr. 1. cap. 23. contra Bellarminum sic argumentatur: *Quo sola apprehendimus verbum, seu promissio Euangelij, ea iustificamur, seu iustificationem gratuitam accipimus. Ratio: quia sola promissione Euangelij iustificatio gratuita offertur. Sola fide verbum, seu promissio Euangelij apprehenditur. Hæc est enim fidei proprissimum obiectum, Gal. 3. 22. vt promissio ex fide IESV Christi daretur credentibus sola igitur fide iustificamur.*

Respondit iam olim Bellarminus ad similem syllogismum, sed Pareus dum arctius stringere nodum satagit, incautus rumpit. Nam ratiocinationem confecit subdolè vitiosam, quod vt sit manifestius, ita proponam.

Quo solo Pareus promissionem apprehendit, eo iustificatur,

Pareus sola fide promissionem apprehendit:

Ergo Pareus sola fide iustificatur.

Quis enim hoc dabit, eo solo nos iustificari, quo solo apprehendimus, hoc est, credimus promissioni? Si *apprehendimus*, est, *accipimus*, quis sola fide accipere nos iustitiam concedet? Hoc enim merito negamus. Nam verbum Dei saluat, non credentes tantum, sed etiam diligentes, promissi accipitur amando, & opera, quæ verbum

Quo saluatem apprehendamus

imperat sollicite faciendo. Fatetur hoc aduersarius. *Ad prius duo, in quit, verbum Dei non sufficere quidem ad salutem, nisi etiam caritate impleatur.* Si ad salutem nō sufficit, verbum fid. apprehensum, cur igitur ex verbis Pauli hoc conficere satagunt? De salute si Paulus loquitur, non de sola iustificatione, nihil igitur hæc verba de sola fide iustificante conficiunt. Ad salutem enim opus est, verbum Dei cum caritate explere. Locus itaque hic ad rem non est, aut contra aduersarios est, nam caritatem cum fide requirit. Quod si Caluinianorum astutiores consulamus, nihilo melior eorum causa futura est. Aretius enim in hunc locum ita commentatur, *Itaq; fides causa est ἄνευ ἧς μή, id est, sine qua non confertur salus. Atq; ita è notâter scribitur; παντὶ τῷ πιστεύοντι, quasi dicat soli credenti: nam τῷ emphaticum est, ac æquipollet exclusiuæ soli, quia de causa sine qua non, loquitur. Omni credenti, hoc est, soli credenti, alioquin fides non esset causa sine qua non, vt conferret Deus salutem etiam sine fide, infidelibus.* Si igitur fides est tantummodo causa sine qua non datur salus, nihil illi specialiter tribuitur, certe sine caritate sine humilitate non confertur salus. Sunt igitur & illæ conditiones sine quibus non confertur, Et verbum Dei, seu Euangelium est virtus Dei in salutem omni amanti Deum.

§. 3. Objicit Lutherus libr. de libertate Christiana. Primo. *Fides implet omnia mandata, deinde exhibet summum obsequium Deo. Tertio copulat animam Deo.* Oseæ. 2. *Sponsabo te mihi in fide. Sola igitur fides ad salutem sufficit.*

[illegible] virtus.

Respondeo. Primo quidem hinc euinci errorē Caluinianum. Si enim fides est impletio omniū mandatorum, si summum Dei obsequium, si vinculum animæ cum Deo, non est tantum causa sine qua non. Deinde si fides sola iustificat, quia legem implet. Quid de caritate dicemus? certe *Qui diligit, legem impleuit: Plenitudo legis est dilectio*, Rom. 13. *Hinc vniuersa lex pendet & Prophetæ.* Hoc testimonium dat caritati Spiritus S. fidei mala fide transcribit hæresis, neq; enim fides implet præcepta: quia si illa non impleat caritas, non seruantur sola fide, neq; etiam fides implet præcepta in Christo, Is n. dixit: Ioan. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Primum ac summū Euangelij mandatū est diligendi, hoc fides non implet; quia non diligit fides, sed credit. Deinde falsum etiam est, fide exhiberi summum cultum Deo, nam ille est caritatis non fidei. Præstat cultum fides cōfirendo, caritas diligendo. Plus Deo venerationis exhibemus amādo bonitatem, quā credēdo veritati. Nihil amico gratius quā caritas amātis, cætera præstare potest & inimicus. *Caritas in omnibus Scripturis super eminentissimā viam, supereminentissimum locū obtinet, Præceptū caritatis super omnes cælos, super omnes libros, quia ei subduntur omnes libri, & militant omnes linguæ Sanctorum. Caritas totius boni summa est. Caritas viuit omnia sine qua nihil valent omnia. Sine caritate nihil Deo placere potest. caritas est vnum præceptum in quo qui defecerit, factus est omnium reus.* Hæc alia D. August. Ex quo manifesto constat, ad fidem non esse retrahenda quæ de caritate dixit æterna veritas.

Caritas implet præcepta, non fides.

Caritas maior est Dei cultus quam fides.

Quod si verba Oseæ: *Desponsabo te mihi in fide*, iustitiā soli fidei attribuūt, vt eo solo quo anima desponsatur Deo, sit iusta, & desponsabo te in fide, non potest intelligi, nisi in sola fide desponsetur, non satis capio quomodo eodem loco dicatur. v. 19. *Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus.* Si in iustitia & iudicio & fide, quomodo in sola fide? Imo quomodo non aliud iustitia, aliud fides? Nam illud: *In iustitia*, Caluiniana glossa Iunij & Tremellij interpretatur: *Conferens in te dona iustitiæ.* Nō esse desponsationem solius fidei nos satis Ieremias c. 2. doceuit, cum ait Dominus, *Recordatus sum caritatem desponsationis tuæ.* At vero objicit Pareus. *Nisi apud Oseam nostra fides intelligatur locus habebit ταυτολογίαν, quia præcessit; Desponsabo te mihi in veritate. Hoc est: Constantia in promissis quæ est fides Dei:* Respondeo. Hoc vero friuolum est, cum videamus sæpe in Scripturis eadem repeti non vitio loquētis, sed vt repetitio memoriam firmet, affectum excitet, exemplo nobis est idem ille locus, vbi dicitur. *In misericordia, & in miserationibus*, quæ difficilius, quam fides, & veritas discernuntur. Deinde non præcessit: *In veritate*, sed; *In iustitia & iudicio ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρίματι*, & hebræus habet בצדק ובמשפט itaq; cū nec in hebræo, nec græco, nec latino ansam calumniandi aduersarius haberet, confugit ad Chaldæos, vt *veritatem* poneret pro *iustitia*. Thargum enim Ionathan pro *iustitia, veritatem* legit. Hinc igitur imposturæ occasionem homo nefarius accepit, vt quod Chaldæa versio non maxime auctoritatis habuit, id tribueret sacræ Scripturæ Hebraicæ, Græca, Latina veritate neglecta.

Impostura Parei in citatione Scriptura.

§. 4. Corruptela est Fiduciariorū, qui ex hisce verbis summam in omni scelere, imaginantur securitatē salutis. *Euangeliū* inquiunt, *est potentia Dei, efficax igitur, si enim impediri potest Dei potentia igitur inualida est, at talis esse non potest, quicunq; igitur credit, saluus erit, sola igitur fides sufficit.* Hæc monitra illa Bullingeri in hunc locū. *In summa hic est totius Euangelij, huius quoq; Epistolæ scopus vnicus, Fides est iustitia.* Responsio. Potentiam Dei nequaquam inualidam, aut frustra esse asserimus, est enim potentiā omnipotens, cui obsistere nulla alia potentia valet, cum ex illa & per illam sit omnis omnino potentia. Non semper tamen illius potentiæ effectus editur, quia conditiones, quas requirit, persæpe deficiunt, non tamen ex eo credimus imbecillā esse potentiam, quam scimus non operari nisi sit viua fides, caritasq; non ficta, & cōscientia bona. Quicunque ergo vera, & quæ caritati iungitur fide credit, saluus erit, nisi forte a fide vel caritate recedat. Potentia illa nō vegetat ramos nisi oleæ insitos, detractos arescere permittit, & quamuis excisos aliquando iterato inserat, nihil tamen vllus ea in re certitudinis habet siue qui stat, ne cadat, siue qui cecidit, vt resurgat.

QVAESTIO IV.

Quid illud: Iudæo primum & Græco?

§. 1. PRimo quidem ostendit nullam apud Deū esse personarum acceptionem, eodem loco esse omnes credentes, siue Græci illi sint, siue Iudæi: quæ res miram vim habet ad animos conciliandos, cum eodē iure aut eadem potius misericordia actū esse cognoscunt. Valde namq; ad mutuum amorem confert illa paritas, vnde & prudenter poeta.

Eadem gratia Iudæis & gentibus.

Tros Rutulusue fuat, nullo discrimine agetur.

Ita Petrus quoq; Act. 10. *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: Sed in omni gente, qui timet eū, & operatur iustitiam acceptus est illi.* Deinde nihil facit ad prærogatiuam Iudæorū, quod loco primo nominantur, vt monet Chrysost. Neq; enim quod primus sit, eō maiorem accepit gratiam, idem enim donum, & huic, & illi datum est. Itaq; subiungit: *ἀλλὰ τάξεως ἐστι τιμὴ μόνον τὸ πρῶτον*, & ex Chrysost. Occumenius *Πρῶτος μόνον τιμὴ τὸ πρῶτον, οὐ χάριτος πλεονασμός. Verbi duntaxat honos est, Primum, non gratiæ amplior magnitudo. Quemadmodum qui ad baptismum accedunt, alius alio prior, & ad sacram Synaxin, non ex ordine gratiæ est diuersitas, sed ex Dei bonitate, & deuotione credentium.* Syrus vertit siue ex Iudæis siue ex Aramæis sit. Non est autem ambiguum, quin nomine Aramæorum non eos tantum qui in Mesopotamia sunt, sed Syros omnes, imo Asiaticos ac consequenter omnes gentes intellexerit. Nā & in actis Apostolorū, ארמיא pro Gentilibus solet ponere. Quin & Armenia prouincia apud Rabbinos

Primum ordinis non dignitatis.

Græci Aramæi.

latissimè accipitur, adeò vt in ea Constantinopolin collocent. Itaq; quoad electionem gratiæ, Iudæi, & Gentiles æquales sunt quáuis aliæ, sint Iudæorũ prærogatiuæ de quibus postea Paulus ipse disputabit.

VERSUS 17.

Iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem. iustus autem ex fide viuit.

QVÆSTIO I.

Quæ sit Iustitia Dei?

Iustitia est æqualitas.

§. 1. IVstitia est quædam ἰσότης, *æqualitas* vt monet Aristoteles, quæ ἀνισότητι, & πλεονεξίᾳ opponitur *inæqualitati, & ei quod est plura possidere, seu melioris conditionis esse.* Deinde iustitia est cum suum cuiq; redditur, atq; ita æqualitas constituitur, qualis etiam est iustitia Christianorũ cum per Christi gratiam dicuntur iusti. Verũ quænam hoc loco vocetur iustitia disceptatur.

Iustitia Dei quæ?

Origenes iustitiam Dei interpretatur, qua Ille iustus *reddit vnicuiq; secundum opera eius, mala malis bona bonis.* Verum illa interpretatio consensu cõmuni reijcitur, non quod non & illa reueletur in Euãgelio, sed quod ad præsentem Pauli disputationẽ nec pertineat, nec accõmodari possit textui. Cõclusio Paulo probanda hæc est proposita. *Euangeliũ est virtus Dei in salutem omni credenti.* Ratiocinatio illius est in hunc modum: *In quo reuelatur Dei iustitia ex fide in fidem. hoc est virtus Dei in salutem omni credenti. In Euangelio sic reuelatur iustitia Dei, Euangelium igitur est virtus Dei in salutem omni credenti.* Hæc argumentatio de iustitia Dei scelerũ vltrice non recte accipitur, quamuis de remuneratione vtcunq; posset intelligi. Nam in lege multo apertius, & seuerius, imo perpetuo pene iustitia Dei ad vindicandum parata inculcatur, nec est lex tamen virtus Dei in salutem omni credenti. Neq; satis conuenit loco prophetæ, qui citatur. Quæ enim est consecutio. *Iustus ex fide viuit*, ergo in Euangelio vindex iustitia reuelatur? Oecumenius Iustitiam Dei appellari arbitratur generalem virtutem, quia in qua in Euangelio ἀποκαλύπτεται τὸ κάλλος τῆς ἀρετῆς, & perficitur. Huius obiectum autẽ τὸ νόμιμον legitimum, contrariũ τὴν παρανομίαν iniquitas. é. Vocari Dei iustitiam, quia θεῖον est ἡ ἀρετή. *Diuina quædã res est virtus.* Theodoretus accuratam illã ac strictam iustitiã esse arbitratur, qua Filius patri examussim satisfecit. Fuit n. illa iustitia Dei quia Christus Deus. Eadẽ in Euangelio reuelatur, quia in illa explicãda tota pene Euangelij historia cõsumitur. Ex illa iustitia iustus viuit: per illam Christus mortem dãnauit in semetipsa.

§. 2. Hæc quamuis recte intelligi, & probari possint, tenenda tamẽ est sententia D. Chrysost. & August. Iustitiam Dei vocari hoc loco, donũ Dei quo iustificamur. Quæ quidem interpretatio illas quæ Oecum. & Theod. est, nõ penitus excludit, nã Christi nã iustitia generalẽ illam τοῦ νομίμου seruatricem complectitur, & effectus est illius qua pro nobis Christus satisfecit. Sed August. audire præstat. De Spir. & lit. c. 11. *Hæc est iustitia Dei, quæ in testamẽto veteri velata, in nouo reuelatur, quæ ideo iustitia Dei dicitur, quod impertiendo eã iustos facit, sicut Domini salus est, qua saluos facit.* Et tract. 26. in Ioan. *Iustitia Dei dicitur non qua iustus est Deus sed quam dat homini Deus vt homo iustus sit per Deum.* Hanc esse iustitiam à Paulo propositam ipse scopus Apostoli docet. Nam de hac iustitia verba Prophetæ: *Iustus ex fide viuit*, necessario sunt accipienda, vt constat ex Galat. 3.

§. 3. Hæretici quidam ad solam remissionem seu non imputationem referunt. Gualterus tamen Caluinista refert, per hanc sentire pios nouam in se voluntatẽ informatam esse. Quin & Strigelius cũ dixisset esse iustitiam, qua Deus nos pronunciat esse iustos, addit. Et sanctificat nos Spiritu sancto ad vitam æternam. Apertius Lossius, Caluinus, alij Esse iustitiam qua sola fide nos iustos pronunciat, etsi adhuc plurimum sordium in nobis hæreat. Omnibus illis Zvvinglium oppono. *Per Euangelium inquit patefit, quis in gratia sit.* At Euangelium eum in gratia esse docet, non modo, qui credit, sed qui caritatem habeat. Nam qui odit fratrẽ suum, non est in gratia Wigandus ait esse iustitiam legis per Christũ impletam, quæ hominibus imputetur Lutherus vertit. Die Gerechtigkeit die für jhm gilt. *Iustitia quæ apud eum vale.* Quæ sane non est alia, quam vere credentium, & viuentium non eorum, qui sunt operarij iniquitatis Verum ipsa Pauli verba satis hæreticos refutant Nam si Euangelium tantũ reuelat, peccata manentia non imputari non est virtus Dei. Virtus enim seu potentia in eo est, vt peccata vincantur, mala voluntas mutetur, vetus homo mortiatur, nascatur nouus.

QVÆSTIO II.

Quid sit reuelari ex fide in fidem.

§. 1. VAria est horum verborũ interpretatio ideoq; cauillis hæreticorũ obnoxia. Primo apud Bezam quidam fidẽ interpretantur, *factorum & dictorum constantiam ac veritatem.* Hoc nec vere dicitur, & falso proprius à Beza refellitur, ideo n. hoc negandũ censet, *quia Paulus semper fidem operibus opponit.* Id vero omnino est reijciendũ, non n. fidẽ omnibus operibus Paulus opponit, sed operibus quæ sunt ante fidem, nullo n. opere iustificamur, quod fidẽ præcedit.

Quibus operibus fidem Paulus opponat.

Aliæ interpretationes sunt. *Ex fide veteris testamenti, & Prophetarũ, in fidem noui testamenti, seu Euangelij. Ex fide annũciantium, in fidem obedientiũ, qua fide Iesu Christi,* (id est, quã nobis contulit Christus) *credimus ex Deo nobis esse, alendumq; futurũ esse, quod iuste viuimus*, Aug. de Spiritu, & lit. c. 11. *Ex fidelitate Dei promittentis, in fidẽ Christiani Deo credentis. Ex fide in fides incrementũ. Ex fide inchoata in fidem perfectam. Ex fide informi, in fidem formatã.* Hæc aliaq; enumerantur ab Oecumenio in hũc modũ. *A fide incipit, in credentem desinit oportet à fide incipere, in fidem desinere, non curiose inquirere. Christo credens, & Prophetis etiã futura bona credit. Credendũ est Christũ natũ ac passum esse, & nostram insuper fore hæreditatẽ. Iudæi ex fide legis, in fidẽ Iesu Christi. Gentiles ex fide, quæ est ex natura, in fidẽ Iesu Christi.* Ipse tamen aliã etiam adhibet interpretationẽ Ex fide in fidem. εἰς τὴν τελειοτάτην, καὶ κατ᾽ ἀμετάπτωτον ἕξιν ἔχειν, πίστιν. *In perfectissimam, & quæ immutabili robore habitus prædita sit, fidem.* Ita vt geminatio illa solidissimam, ac laudatissimam fidem significet.

Quid sit ex fide in fidem.

§. 2. Bellarminus de iustificatione l. 1. c. 20. Eam expositionẽ amplectitur, qua dicitur à fide imperfecta, vel informi, in fidem perfectã & formatã, sic n. Ps. 83. 8. *Ibunt de virtute in virtutem.* Ps. 99. *In generatione & generationem.* 2. Cor 3. 18 *Transformamur de claritate in claritatem*, Et Luc c. 50. *A progenie in progeniem*, nã in eodẽ genere successum, incrementũ, perfectioneq; significat, in quã expositionẽ aliarũ etiam nonnulle consentiũt. Hæc interpretatio ideo accipienda est quod & propositionẽ præcedentẽ probat, & à sequente probatur. Ideo nãq; Euangeliũ est virtus Dei quia in eo iustitia Dei reuelatur qua facit iustos ex iniustis, nõ autẽ id fit ex operũ meritis, sed ex fide inchoata atq; imperfecta incipit & producitur ad fidẽ perfectissimã, caritate formatã, cõscientiæ puritate fulgentem. Ex hac autem *fide iustus viuit.* Et recte sequitur. *Iustus ex fide viuit ergo in Euangelio ea reuelatur iustitia, quæ est ex fide, non ex operibus.*

Optima expositio.

§. 3. Non deest etiam huic loco mala mens hæreticorũ sine fide, contra fidẽ dissentiũ. Primo Caluinus. In Euangelio reuelatur ex fide in fidẽ iustitia, non initiũ igitur tantũmodo, sed perpetuatio ẽ & finis cõuenit fidei. *Quo, inquit, non vidit, principiũ, & finem bis pariter designari. Alioqui dicendũ erat ex fide in opera.* Itẽ iustus ex fide viuit. quod improprie dictũ foret, nisi vitã perpetuaret fides. Respondit huic cauillo iã olim August. de prædest. Sanct. c. 7. *Ex fide hominẽ iustificari non ex operib*: *quia ipsa prima datur ex qua cætera impetrentur.* In fidẽ aũt dicitur. quia cũ iustitia ex fide imperfecta datur, hoc ipso perficitur fides, vt sit fides viua, fides igit illa est omni virtutũ choro comitata atq; ornata. Satis hæc erant Caluino, at nouæ Pater imperitiæ haud satis. is cõtra sic nugatur. *Locutiones quas attulit Bellarminus significant progressum, & incrementum eiusdem rei; igitur falsum,*

Fides initium iustificationis.

significare progressum à fide informi ad fidem formatam; quæ non sunt veæ adem.

Fides informis & formata non sunt diuersæ.

Respondeo. Nemini vnquam venisse in mentē, vt diceret fidem informem & fidem formatam diuersas esse fides. Itaq; qui de re disputet, Pareum necesse est ignorare. Fides informis dicitur cum est sine caritate, formata cum caritatem habet adiunctam. Eadem autem manet in peccatore, & in pœnitente fides. Non enim formata dicitur, quasi interna forma mutetur, sed quia adiungitur forma externa in eodem subiecto, quę est vita omnium virtutum. Est enim caritas forma fidei inquantum per caritatem actus fidei perficitur, & formatur. vt D. Thomas 2. 2. quæstion. 4. articulo 3. & articul. 4. ita docet. *Et ideo aliter dicendum:*

§. 4. Beza etiam hic sese mouet, & aquam turbare conatur. *Iustitia Dei ex fide in fidem reuelatur: valeant igitur Sophistæ cum sua qualitate inhærente, vel infusa, quoties de iustitia Dei quæretur.*

Sanctitas qualitas est, & tamen ex fide.

Respondeo. Nullo modo consequi: Iustitiam si ex fide sit, non posse esse habitum, aut qualitatem infusam. Cur enim non posset Deus ex fide in fidem diffundere caritatem in corda nostra? Nonne fatentur illi ipsi caritatis, & iustitiæ inimici, ex fide infundi dona sancti Spiritus? Nonne sanctificationem aiunt esse qualitatem inhærentem, & tamen ex fide est, *non ex operibus quæ fecimus nos.* Nos autem certo credamus, Deum ita Filios suos in iudicio suo absoluere, ac innocentes iudicare, vt ipsa iustitia eosdem donet, atque exornet, vt iusti fiant non merito bonorum operum, quæ nulla erant cum iniustitia, sed donationis gratuitæ munere, post quod opera etiam iusta esse ceperunt.

§ 5. Obijcit idem Beza. *Iustitia reuelatur ex fide in fidem, nulla ergo est fides implicita. Etiam satis esse putant*, inquit, *si in genere credant homines, quod credit Ecclesia, nec de singulis intelligendis laborent.*

Respondeo. Hac in cauillatione partim calumniam esse, partim veritatis agnitæ oppugnationem. Perspicua est, atq; omnino inexcusabilis calumnia est; quemquam Catholicorum ita docere. *Satis esse in genere credere, quod Ecclesia credit, nec opus vltra laborare.*

Implicita fides non sufficit.

Inter tot Catholicorum volumina vel vnum proferat, & vicerit. Multa expresse, ac singulatim cognoscenda sunt, & credenda, esse Deum creatorem, remuneratorem, Christum redemptorem, carnis resurrectionem, vitam æternam, aliaq; sine quibus salus non obtinetur. Hinc tanta docendi Catechismi cura, concionesq; & instructiones quotidianæ.

De calumnia respondi, nunc de oppugnatione agnitæ veritatis, quam superba, & crudelis hæresis suscepit, agere pergam. Quid enim est negare omnem fidem, implicitam & vocare, vt ipse facit, diabolicam *ἀπαιδευσίαν*, quam plerosque idiotarum diabolo, ac gehennæ addicere? Velim enim mihi respondeant: Nullíne sint in montibus Heluetijs, & Scotiæ desertis, qui multorum, quæ Caluinus, & Beza de fide esse docens, ignoratione laborent? Si negēt, nationes ac populi eos reuincent, & tamē cum se illi Zwinglianos, & Caluinianos profiteantur, non est dubitandum, quin etiam illis, quæ Geneuæ, & Oxonij consensu approbantur, etiam ipsi velut Orthodoxis assentiantur. Quam multos habet ipsa Geneua,

Aliqua fidei implicita est.

qui doctoribus reformatæ Ecclesiæ omnia largiuntur, nec tamen intima eorum mysteria vnquam cognouerunt? Cum enim quæ audierunt vera esse sibi persuadeant etiam illa quæ nondum nouerunt, vera esse credunt, quanquam eorum explicationem, nondum acceperint. Quid vero an pauci sunt, qui pro Caluinismo Catholicum sanguinem fuderunt, & quotus illorum quisq; a Numine se in facinora, sæuitiemque cogi credebat? Quam multi singula Caluinismi mysteria ignorabant qui tamen pro vniuerso blasphemiarum corpore veteris fidei Christianos immolabant. Aliter sane Caspar Barlæus contra Ioannem Bogermannum Ecclesiasten Leouardiensem de hac controuersia scribit in Bogermanno *ἐλεγχομένῳ*. pag. 106. Qui multos serio & grauiter esse Caluinistas arbitratur, etsi illa mysticoteta ignorent. Verba eius accipe: *Præterea (vos iam appello, quotquot hic articularis morbus plus æquo diuexat) quid attinet nouis quæstionibus animos fratrum sollicitare, qui eodem fidei Apostolicæ Sacramento à non Christianis discernuntur, antiquissimis Orthodoxorum symbolis consentiunt, & quam ab Antichristiano cœtu fecere secessionem iustissimā arbitrantur? Cur noua promittis rerum credendarum oracula cum paucissima, eaq; non nisi ad salutem necessaria sufficere primitiua iudicarit Ecclesia? Cur istorum temporum fidem audaci, & temeraria tot Articulorum decisione ampliatis? An non satis thesium, & dogmatum controuersorum Ecclesias nostras diuexat, & lancinat? Quid exasperatis malum? Quod tolli satius erat, & quidem sublato fonte. Nostis, quæ res totum orbem Christianum commiserit, quid Græcas, Latinasq; Ecclesias hostiliter collìserit? Vnde truces fratrum inimicitiæ, dissidiorum faces, horrenda schismata, tantiq; semper animorum contendentium enati motus? Vna illa ferè in causa fuit immodica cudendorum Fidei articulorum libido, cui cum imperium accessit, & parendi exacta necessitas, superstitionis & tyrannidis fundamenta iaci cœpere. Docebunt hoc omnium ætatum historia & monumenta. Hac parte quisq; se Deo similem fore putauit, si quid credendum sit, quid non, imperiose præscriberet. Angusta nimis ad cælum putabatur via, paucissimos illos & perspicua veritatis canones ex ipso Scripturæ penu depromptos firma fide amplecti. Operosiorem Theologiā esse oportuit & vt sola Philosophorum Schola altum sapere videretur, de intricanda quæstionum Scholasticarum argutijs Christianorum fide serio laboratum fuit. Iamq; Ecclesiæ interpretamenta, & variantium doctorum sancita, totque religionis compendia, verius dispendia & qui tituli splendore Scripturæ sacræ precium vincant. Thesauri, gregem Christi fatigarunt, & ab ipsis Israelis fontibus auocatum, in fossis humana industria puteis laborantem adhuc detinent. Nec satis fuit hactenus desipuisse, sed de illis ipsis quoq; Ecclesiæ, aut potius Doctorum quorundam interpretamentis recte interpretandis litem alijs mouetis, & secunda iam à sacrosancto canone passu discedìtis. Contentio est de sensu & mente confessionis Belgicæ, aut Catechescos Palatinæ. Ipsos autores denatos iam, vt consulamus, ratio & religio prohibent. Eliam, qui soluat, expectare, longum nimis foret vobis nec causæ vestræ conducibile. Rem in integro relinquere non patitur superstitiosum illud & importunū nunquam sperandæ puritatis studium. Sed pauci numero, non septemviri, sed triumviri de rebus controuersis decidìtis, & quasi totius orthodoxæ Ecclesiæ vos afflasset Spiritus, Ecclesiæ mentem, & rectum confessionis ac Catechescos sensum thesibus prolixis & numerosis expedìtis. Idq; non solum meliore iudicio, sed instar Pythagoricæ illius, αὐτὸς ἔφα, ipse dixit nec concessa credendi vel non credendi libertate.*

Sed astricta ita sentiendi necessitate, si modo pro reformatæ Ecclesiæ doctoribus haberi velimus. Harum vero vestrarū assertionum (Delphenses articulos innuo) quædam

Haeretici etiam fidem implicitam concedunt.

Barlæus contra Bogermannum.

Multitudo quæstionum fugienda.

tales sunt, vt, cum compertam, & agnitā semper a Remonstrantibus veritatem astruant, de nouo illarum confessionē exigere necesse nō fuerit: quadam istiusmodi, vt citra dispendium salutis vel ignorari possint, vel in ambiguo relinqui: nonnulla istius indolis vt eas non credere possit & sobrij hominis. Quid enim? Annon habiturus est consortium cum Patre Filio, & Spiritu S. qui non ausit vobiscum de peccati Originalis essentia ad eundem modum decidere? Qui priuationem illam potius, quam positiuum quid. quam inhærentem maculam, quam peccatum inhabitans malit dicere, & pœna verius, quam peccati proprie dicti habere rationem? præcipue cum in hoc argumento tanta sit Theologorum dissensio, vt problema istud, non tam definita in Scripturis veritate, quam opinionibus solummodo, & litigantium doctorum placitis constare videatur. Deinde, an salutis suæ fecerit iacturam Christianus, aut indecorem se Christo seruū præstabit qui ad inconditionatam illam fidei semper perseueraturæ certitudinem malit ἐπέχειν, quam præfidenter de se præsumere? An orthodoxum esse desinet, si quis forte vobiscū credere nequeat, Christum Tartareos dolores sustinuisse? At contradictoriam huius theseos tuentur præstantissimi Anglorum Theologi. Affirmatis tamen hoc, tanquam è tripode. Sunt & alia, sed quorum examen, ne hic longior sim, in aliud tempus differo. Ita ergo habetote, non posse pacem Ecclesiarum & religionis vnitatem constare, nisi fidem quam paucissimis articulis absoluamus, quos credere sit simpliciter necesse, & intelligere facile, in reliquis vero liberum cuiq; relinquamus iudicium. Alioqui dum articulorum multiplicandorum nullus est finis & modus, omnino vereor, ne perpetuas & maiores hæc res Christianis datura sit turbas. Cum hoc fere morbi hominum ingenijs innatum sit, vt suo sensu frui velint, & credere nesciant, simulatq; res in contentionem vocata est; quæ postquam incaluit, hoc cuiq; videtur verissimum, quod temerè defendendum suscepit. Desideriūs Erasmus, quo viro nemo de rebus Theologicis iudicaūis rectius, in præfatione præfixa 1. tomo operum Hieronymi, ita statuit: illos credendorum articulorum catalogos, minus apta esse ad opprimendas hæreses præsidia, sed quo plus est dogmatum, eo vberiorem esse hæresium materiam. Nunquam (inquit) fuit syncerior castiorque Christiana fides, quam cum vno illo, eoque breuissimo symbolo contentus esset orbis. Certe non Apollinis magis verum, quam hoc responsum. Quare, vt vnde digressus sum, redeam, pessime fecerint Remonstrantes, si qui soli DEO credendum esse dixerint, & alios docent, nuperis quibusdam magistris suam gratificentur fidem. At nunc gratiam illis debebit posteritas, vbi non partam tantum à maioribus ὀρθοφρονέας *libertatem, sed & summa vigilantia conseruatam cognoscet.*

Ecce tibi quam multa magnus ille inter molles Caluinista, negat necessariò, imo talia qui scire dete non sit necesse, non ille permitteret hæc ignorare, qui etiam concedit vt contraria iudicentur esse vera. Quid igitur & cui credemus? Stat veterum Caluinistarum immotus rigor, & quicunq; articulus rigidos ignorat, qui nō explicitè credit, nigro eum calculo cōdemnat, & fidem implicitam vocat diabolicam *διαβολικήν*, alia me parte lenior ex eadem Schola hæresis appellat, & salutem promittit, non modo articulos illos ignoranti, sed etiā repudianti.

§. 6. Quod vero interpretationes veterum nouatores culpant, suo more faciunt, quod mirum non est. Ne tamen illis credamus etiam obstant, qui ex contentione sunt. Nam est & ipsis inter se discordia. Osiander ex fide veteris testamenti, seu fide Christi incarnandi in fidem noui seu Christi [illegible] Zuinglius: Ex fide in fidem. Id est. Omnes fideles. quæ interpretationes nihil Caluino aut Pareo conferunt. Victorinus Strigelius. Ex fide i[illegible] [illegible] in ardentiorem & firmiorem, quæ exponit oobis proficit. Sic & Wigandus, incre-menta fidei significari. Pari ratione O[illegible] Bullingerus vel Pleonasmum putat, vel fide di priore loco fiduciam, secundū Dei veritatem. Bullingerus è contrario: Ex fide, i.e. Dei promissione vera in fidem, id est, fiduciam. [illegible]omerus ex fide Iudæorum, in fidem gentium, licet alias etiam probet.

Quæ credenda Caluinistis?

At nemo assentitur incognito. Imo vero assentimur, Fides implicita partim est cognita partim incognita. assensus quidam est incogniti, quod communi quadam anticipatione sit notum. Priuati sæpe principum sententijs, & quæ cum alijs inierunt fœderibus non plane cognitis acquiescunt, & rata habent, quæ re publica constituit. Cornelius centurio, quę Petrus mox docturus erat, fide implicita credidit, antequam docentem audiret, qui veracem illum docturem esse Deo reuelante cognorat. Quam multa Christianorum millia piè credunt; omnia quæ Biblijs cōtinentur vera esse, nec omnia tamen vt explicatè ac singulatim credunt, vel legerunt, vel lecta meminerunt? Horum fides sane implicita est. Quis enim fidem esse neget, si videat tot fortia pectora, tot animas deuotas potius mori paratas quam vel apicem falsum in vniuerso systemate Scripturarum esse concedant? Et sunt ex his qui non omnia, sunt qui nulla legerunt, sed quædam fidelium doctorum opera didicerunt. Quos non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas [illegible] nos fa[illegible]it. Sed iterum in causa tam perspicua ex aduersariorum castris subsidium adduci potest, pro nobis enim facit idem Caspar, & Patroni eius Hollandi pag. 96. in Bogermanno ἐλεγχομένῳ: quo lectorem remitto.

Qvæstio III.

Quomodo iustus ex fide viuit?

§. 1. VErba hæc contra Iudaicam præfidentiam proposita sunt. Ex fide salutem quærendam Apostolus docet. Resistebant illi ac iactabant, lege sua se iustos esse, de fide Christi, non esse sollicitos. At Paulus etiam in veteri Patrum Antiquorum iustitia fidem requirit. Ex fide enim & illi vixerunt.

Primo sententiam protulit Abacuc Propheta c. 2. 4. וצדיק באמונתו יחיה Septuaginta verterunt, vt habetur in Biblijs regijs, apud Hieronymum, & Eusebium l. 6. demonstrationis Euangelicæ ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεώς μου ζήσεται. *Iustus autem ex fide mea viuet.* Alia exempla ix sic legunt. Ὁ δὲ δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται, *Iustus autem meus ex fide viuet.* Chaldæus interpres ita conuertit וצדיקיא על קשטהון יתקימון *Et iusti super veritate sua permanebunt.*

Diuersa lectio apud prophetam.

Ter hic locus ab Apostolo Paolo citatur, 1. Hoc loco. Deinde Galat. 3. 12. *Quoniam autem ex lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide viuit.* Tertio Hebr. 10. 37. & 38. *Adhuc autem modicum, aliquantulumque, qui venturus est, veniet, & non tardabit: Iustus autem meus ex fide viuit, quod si se subtraxerit, non placebit animæ meæ,* quo tamen loco in textu Græco non est pronomen μου.

Vbi citatus hic locus?

Quemadmodū Hebræus textus, 70. interpretes, Chaldæus, ita Syrus quoq; futuro vtitur, habet enim נחא *Viuet*, atq; ita legendum esse censet noster Ribera in Abacuc. Nostra tamen lectio, *Viuit*, antiquissima est. Tertull. aduersus Marcionem,

Viuit, & viuet legitur.

Cyprian.

Cyprian. l. de mortalitate. Hieron. 3. Gal. Ambros. de fuga sæculi, Augustinus semper. Verum quomodocunque legas, si sensum spectes, perinde est. Hæc est enim conditio iusti, vt ex fide viuat, victurusque sit. Sine fide nemo vixit, viuit, aut viuet iustus. *Quia sine fide impossibile est placere Deo.*

Cur 70 legant in fide mea.

Quod in quibusdam exemplaribus apud 70. legitur: ἐκ πίστεώς μου, causa est quia in Hebræo pro באמונתו legerunt באמונתי *in fide mea.* Facile autem literæ ו & י commutantur. Symmachus autem vertit ἐκ πίστεως αὐτοῦ. Ex fide eius, cum hebræa dictio אמונה *emuna*, non modo fidem, sed veritatem etiam firmitatemque significat, recte etiam Chaldæus vertit, nam illud: *permanebunt, aut stabunt, prouinunt*, accipi potest. Numeri mutatio sensum non variat, eadem enim est sententia *Iustus ex fide viuit*, &, *Iusti ex fide viuunt*, quia agitur de eo quod perpetuo sine variatione factum est.

Quæ in re sit controuersia?

His constitutis controuersia est inter orthodoxos, & sectarios. *Quæ sit illa fides ex qua iustus viuit.* Deinde, *quo modo ex illa viuat?* Fidem ex qua viuit iustus, illi asserunt esse fiduciam specialem, qua quisque se iustum & electum esse certus est, quantumcunque magnis, ac multis flagitiis vrgeatur. Non conueniunt quidem alii, alii namque actum fidei, alii habitum, nonnulli fidem indelebilem in omnibus sceleribus ἀναπόβλητον & adhærentem, alii ad omnia peccata fugacem, & euanidam comminiscuntur. Nec de modo quo iusti ex fide viuunt minus digladiantur, multi fidem esse ipsam iustitiam arbitrantur, alii causam sine qua non esse contendunt. Vt sensus sit, *Iustus ex fide viuet, hoc est, Fides est conditio sine qua iustus non viuet.* Alii *fidem organon seu instrumentum accipiendæ iustitiæ arbitrantur.* Catholici sic interpretantur: Fidem esse donum Dei, quo omnibus mysteriis à Deo reuelatis assentimur, ex ea fide vt initio, & radice vitam nostram & vt dispositione procedere, ex eadem fide iam formata, & per caritatem operante vitam iustorum permanere, atque perfici. Nunc causam nostræ interpretationis reddamus.

§. 2. Ratio prima, Ex Abacuc propheta ostenditur, Fidem hic non esse specialem fiduciam.

Argumentum prophetiæ Abacuc.

Argumentum illius prophetiæ sic exponit D. Hieronymus Prologo in Abacuc. *Illud quoque disce (quia semel à me violenter exigis: vt quasi gradus quosdam & scalas ad altiora nitendi, historiam tibi interpreter) prophetiam esse contra Babylonem & Nabuchodonosor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Naum, quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios (qui fastauerunt decem tribus, quæ vocabantur Israel) ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iuda ad Hierusalem, templumque subuersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duæ tribus, quæ vocabantur Iudas, ductæ tran⁊ in captiuitatem: Daniel docere te poterit: ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur:* Et in commentario: *Interim secundum litteram causatur aduersum Deum propheta: cur Nabuchodonosor templum vastet & Iudam: cur Hierusalem quondam vrbs Domini destruatur? Quare clamet populus & non exaudiatur: vociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis & non saluetur? Quare etiam ipse propheta vel populus ex cuius persona nunc loquitur, ad hoc vixerit & hucusque perductus sit, vt iniquitatum hostium, & suum videat laborem. Cur iniustitia præualeat aduersum se?*

Querela est c. 1. 13. *Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se?* Responsum exspectat c. 2. *Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor vt videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.* Prophetæ sic querenti respondit Dominus vers. 2. Et respondit mihi Dominus: *Scribe visum & explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum. Quia adhuc visus procul & apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit exspecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce quia incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso, iustus autem in fide sua viuet. Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur, &c.*

In his notandum est. 1. Hæc verba: *si moram fecerit*, non intelligi de visu, sed ipso domino, dicunt enim 70. ἐὰν ὑστερήσῃ ὑπόμεινον αὐτόν: ὅτι ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ μὴ χρονίσῃ. *Si moram fecerit exspecta eum. Ecce quia veniens veniet, & non tardabit:* quæ visioni nō possunt accommodari, quam vocant 70. interpretes ὅρασιν. Si tamen Visio, vel Visus intelligeretur, ipsam rem, seu venientem significari dicendum foret. 2. Pro hisce verbis. Qui incredulus &c. Chaldæus vertit: *Impii dicunt in cordibus suis. Illa omnia futura nō sunt.* 70. vero. ἐὰν ὑποστείληται οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. *Si vero se subtraxerit, non placebit meæ animæ in ipso.* Subtrahere autem Hebraice dicitur. עפלה ab עפל. hoc est, Turris munita, locus altus, vnde insolescere, superbire interpretantur, perinde enim est ac si contempto Deo, Domino suo, atque abdicato, suis viribus ac prudentiæ innitatur, atque ex suo sibi cōsilio sea ordinet. Ribera existimat cordis elationem esse, quæ oritur ex incredulitate, imo ipsam incredulitatem, ab עפל quod etiam tenebras significat. Ita Num. 14. 44. *At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis* ויעפלו לעלות *contenebrati ad ascendendum:* vbi insignis notatur incredulitas, & perfidia, nam Deo seuere vetante ascenderunt, atque ab eius se auxilio separarunt, & quasi subduxerunt, cum etiam inuito Deo se hostes posse vincere existimarent. Pagninus vertit: *Angariati*, vbi 70. διαβιασάμενοι, coacti, ita editio Romana, alia tamen exemplaria legunt διαβαινόμενοι, transeuntes, vel cum transissent.

Quid subtractio Ghaphla, & ghophel.

Alii *ebullat*, hoc est, more bullæ dum inflatur, continuo rumpitur, & concidit, non desunt, qui fictum hoc verbum existiment, quasi ad se ipsos, quasi in arcem se fugiant. Constat igitur subtractionem seu עפל esse animi contractionem quo Deo non credant, & arrogantiam, qua suis viribus nimium tribuant, itaque fidei opponuntur. Quod etiam indicatur Deut. 1. 43 vbi historia repetitur. *Ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis: non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum & non audistis sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem.* Vbi est aliud in Hebræo verbum ותזידו *vathazidu* 70. verterunt καὶ ὑπερηφανήσατε καὶ παραβιασάμενοι ἀνέβητε εἰς τὸ ὄρος. Quo loco Chaldæus ארשעתון *improbe egistis*, Pagninus, *Et temere ascendistis in montem.* Hoc vt dixi Apostolus vocat ὑποστέλλεσθαι, quod est ab instituto recedere, conatum abiicere, præuaricari, vnde ex contrario orator ἀνυπόστολος Græcis dicitur qui non ὑποστέλλεται, qui non præuaricatur. Huic opponitur ὑπομένειν, quod est perseuerare, sustinere, fortiter in acie aduersarium excipere, atque repellere, sunt enim verba hæc campi, & præliorum. Iliad. π. οὐδ' ὑπέμεινε Πάτροκλον γυμνόν περ ἐόντα. *Non sustinuit Patroclum etsi nudum,* sic ὑπομένειν συμφοράς, ἀγῶνας, παιδείας. Hic igitur incredulus est ῥίψασπις, qui periculis & prælio sese subducit, quem tamen fugacem pœna apprehendit, nec refert, quod idem sit arrogans sibi que

præfidens, quoenim quisque ferocior est sine Dei auxilio, hoc cum ad rem ventum fuerit, timidior est, atq; ignauior, omnis Thraso formidolosus est, in pace leo, in prœlio ceruus, Mars in lingua, pugna in pedibus. Ex his liquido apparet, quodnam sit obiectū huius de qua agitur fidei. Nempe venturum Christum sed longo interuallo temporis, superbum perituru, *quasi infernum dilatasse animam suam*. Nabuchudonosorē, & Chaldæos pœnas daturos. Hæc qui nō credit incredulus vocatur. Nullo autem verbo indicatur, Fidem vocari hic qua quisq; sibi omnia peccata, præterita, præsentia, futura condonari certo sciat. Neq; eum esse incredulum, *Si quis nesciat, an omnia peccata sint remissa*. Deinde querelam proponit Propheta, non quod Israëlitæ non crederent se iustos esse, neq; quod Nabuchodonosor tam barbara immanitate, ac rapacitate non crederet se iustum esse, quodq; scelera sibi illa facinora imputari, sed quod *impius deuoraret iustiorem se*. Huic querelæ respondetur, nempe fore, vt iustior liberetur, impius pereat, quia vero opus est in aduersis ingenti fide, ex ea viuere iustū dixit, *Si se non subtrahat, si patienter exitū malorum exspectet*, id quod fieri non potest, nisi Deo remedium promittenti credat. Hoc igitur obiectū est veræ fidei.

Confirmo illud ipsum ex verbis sacræ Scripturæ, quæ ita de liberatione à captiuitate Babylonica agunt, vt tamen vitam æternam præcipue respiciant, & vitam omnium virtutum ex fide.

§ 3. *Secundo idem ostenditur ex citatione c. 10. ad Hebræos.*

C. 10. v. 35. &c. ita habet. *Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem: Adhuc enim modicum aliquantulumq;, qui venturus est veniet & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.*

Ex hisce verbis variè refellitur falsa aduersariorum fiduciatio.

Primo quidem quod confidentia quam Apostolus nominat amitti potest, idcirco monet, ne amittant. Secundo, Quia habet remunerationem: at fiducia Caluiniana tantummodo relatiue iustificat, & est conditio sine qua non, nullum habet meritum, nec vllam proinde mercedem. Tertio. Patientia necessaria est fidelibus, vt facientes Dei voluntatem reportent promissionem. Patientia fiduciariis handquaquā necessaria, certō enim sunt, nulla impatientia, nulla blasphemia, nullo scelere posse iustitia excidere. Hoc sane Caluinus, omnesque rigidi. Quarto. Voluntatem se Dei posse facere negant, quomodo igitur fiducia certi esse possunt, se reportaturos promissionem? Ex illa igitur fide iustus viuet, hoc est, saluabitur, ex qua patienter exspectat promissionem, & facit Dei voluntatem, quem veracem esse credit. Denique qui sic viuit subtrahere sese potest, frustra enim diceretur, *Quod si subtraxerit*, si id facere non potest. Fides igitur hoc loco non est fiducia specialis.

§. 4. *Tertio probatur ex c. 11. v. 1. ad Hebræos.*

Fides illa ex qua Iustus viuit sic ab Apostolo definitur. *Est autem fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium.*

At fides illa non est specialis fiducia propriæ iustitiæ & electionis, fides igitur ex qua viuit iustus, non est illa fiducia. De oppositione inter nos & aduersarios non est controuersia, assumptio igitur probanda est. Nempe hanc fidem non esse fiduciam illam Caluinianam. Quod antequam facio, monendus est lector, Caluinum, Bezam, & primos Zuinglianismi propagatores, qualis nunc in Gallia & Germania fere sunt, sic statuisse: *Eum, qui semel vere credit, etsi consulto in grauia, enormia, horribilia, peccata labatur, tamen ita à Iesu Christo custodiri, & custoditum iri, vi æternæ Electionis, & quæ inde oritur, irresistibilis virtutis Dei quæ impediri non potest, vt fidem nunquam totaliter & finaliter possit amittere, & proinde extra omnem metum sit condemnationis, & hoc esse fundamentum consolationis filiorum Dei.*

Sententia rigidorum Caluinistarum de fide.

Hoc ita proponitur in collatione Hagæ comitis instituta à Contraremonstrantibus, hoc est, rigidis Caluinistis, quod cæteri abominantur, ac defendunt, illam certitudinem aliud non esse, quam fallacem temeritatem, & puluillum ad carnis securitatem ac oscitantiam, vt eodem loco docent Remonstrantes seu molles Caluiniani. Nunc cum rigidis res agitur.

Primo fides dicitur ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων, substantia, basis, ac fundamentum rerum quæ sperantur, quæ enim speramus, nondum tenemus, fide tamen apprehendimus, vt in nobis subsistant suo quodam modo. Fide credimus vitam æternam omnibus Deum diligentibus esse paratam. Hoc fundamento posito eam sibi quisq; sperat. Nec rerum tantummodo sperandarum est fides, sed aliarum etiam, idcirco adiungit ἔλεγχος οὐ βλεπομένων argumentum, seu vt Græci interpretantur ἀπόδειξις ostensio non apparentium. D. Augustinus *Conuictionem*, Syrus *Reuelationem* appellat. Quæ enim neque sensu, neque scientia comprehendimus, ea certissima tenemus fide. Ex quo sic argumentum assumo. Ex fide ad promissiones, ad minas, ad præterita, & præsentia se extendente viuit iustus, vt suo loco ostensum est, non igitur ex sola fiducia, qua se omnibus sceleribus contaminatissimum, credit esse iustum. At nostri aduersarii ex sola hac se fiducia iustos esse fingunt, igitur non ex fide, quam Paulus nobis proponit.

Fides est ὑπόστασις.

Secundo. In hac testimonium consecuti sunt senes, πρεσβύτεροι, hoc est, patres illi prisci, de quibus testimonium Actor. 10. 43. fides autem illorum priscorum patrum, non fuit specialis confidentia de propria salute, vbi enim Scriptura dicit: Dauidem adulterantem, & sæuientem fuisse in ipso actu peccandi iustum. Itaque: Ex illa fide, de qua patres testimonium non habuerunt, iustus non viuit de hac sceleratissima persuasione, & fide illarum nullus patrum testimonium habuit, non igitur ex illa iustus viuit. Porro fidem illam non solius esse promissionis, sed aliarum etiam rerum, satis ostendit Paulus, c. 11. v. 3. ad Hebr. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent*, hæc fides est rerum præteritarum, non igitur promissionum duntaxat: atque hinc argumentum conficitur. *Ex fide qua intelligimus aptata esse sæcula iustus viuit, non igitur ex sola fiducia iustitiæ, & electionis*, aduersarii autem soli fiduciæ tribuunt iustificationem.

Quæ fuerit patrum fides?

Tertio. Fidei Iustificantis obiectum proponitur v. 6. *Credere enim oportet, accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide Abraham obediuit.* v. 8. & v. 11. *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat.* & v. 19. *Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus. Fide Isaac benedixit Iacob & Esau,*

Esau. & Iacob benedixit filios Ioseph. Qua fide? nisi cuius obiectum ponitur à Scriptura, de dando semine, de potentia excitādi mortuos, de veritate promissionum Isaaco & Esau, ac filiis Iosephi concessarum? Imo vero fides illa Caluinianam fiduciam excludit, de Noe testatur Apostolus: *Fide Noe responso accepto de iis qua nondum videbantur, aptauit arcam in salutem domus sua, per quam damnauit mundum, & iustitia, qua per fidem est, heres est institutus.* Quæ fides Noe, vt crederet fore diluuium, quod Deus minabatur, qua fide damnauit mundi perfidiam non credentis oraculo Dei. Hinc metus erat exitii, non certitudo salutis, *metuens* enim, non autem certo sciens se electum, *aptauit arcam in salutem domus sua.* Quis sane ita interpretetur: Noe se credidit in suis sceleribus iustum postquam omnis caro corrupisset viam suam. Ideo Noe iustus damnauit mundum iniustum? Expresse enim Noe iustus dicitur, Gen. 9. *Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis*: Non igitur impius facto, iustus opinione sua. Si timuit, certus non erat. Respondit Pareus. Timuit non sibi, sed mundo. Refellitur: sibi timuit, & mundo, sibi enim arcam aptauit, & domui suæ, non facturus tantas impensas, nisi interitum metueret.

Noe metuit & tamen credidit.

§. 5. *Quarto probatur ex Galat. 3. 12 fidem non esse Caluinianam fiduciam.*

Galat. 3. v. 11. & 12. ita citat Apostolus. *Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum manifestū est, quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea viuet in illis.* In rem suam hæc verba deprauare solent, at constat eos ex hoc ipso loco conuinci. Fides enim opponitur operibus naturalibus, & sine gratia factis, ex quib. non potest quisquam iustificari. Nam vero loco v. 10. Paulus docet. *Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* At qui sunt ex fide: & operibus fidei, spei, caritatis, non sunt sub maledicto, ergo opera legis esse non possunt opera fidei, & caritatis. Quid vero clarius est, quam id quod Apostolus ait: *Lex autem non est ex fide?* Nonne legem interpretatur, quæ est sine fide? cuius opera non sunt ex fide? At sola Caluiniana fiducia sic iustificat, vt omnia opera excludat, etiam caritatem, & religionem à iustificatione, quam fiduciam Paulus nequaquam agnoscit.

Obiiciunt ex D. Chrysostomo. *Addidit & iustitiam; iustitiam non tuam, sed Dei abundantiam ipsius ac facilitatem subindicans. Non enim ex sudoribus ac laboribus ipsam assequeris, sed à superno dono accipis, ἓν μόνον εἰσφέρων οἴκοθεν, τὸ πιστεῦσαι.* Vnum solum adferens ex te, ipsum credere. Igitur sola fides ad iustitiam sufficit.

Respondeo. Sensum S. Chrysostomi esse. Nullo sudore, nullo bono opere iustitiam primā nos mereri, sed ex gratia eam diuinitus accipere, opponit enim sudores nostros τῇ ἄνωθεν δωρεᾷ, *superno dono*. ex quo consequitur, nihil eum de iis operibus hic agere, quæ sunt ex gratia, atque etiam ipsa gratia. Deinde cum ait fidem solam nos οἴκοθεν adferre, opponit fidem operibus externis, & laboriosis, quibus se Iudæi & gentiles iustos fieri putabant, nec excludit ea quæ fidem comitā tur, spem, timorem, pœnitentiam, hæc enim sæpe ipse requirit ad iustitiam, & hoc quoque iungere fidei intelligendus est. Fidem autem adferri seu οἴκοθεν, *ex te esse*, non sic accipiendum est, quasi fides non sit & ipsa supernum donum, sed quia iam opus est, vt domi sit, atque in animo credentis resideat, antequam iustitia detur, etiamsi sola sit absque sudoribus, ac laboribus externis. Nihil porro a Chrysostomo aduersarios iuuare, multa nos doceor. Primo, Fides de qua Chrysostomus loquitur est Catholica, seu assensus rerum à Deo reuelatarum, nam cum ait Prophetam dicere: *ὅτι οὐδὲ ἔνι ἄλλως ζῆν, τὸν μέλλοντα ζήσεσθαι, ἀλλ᾽ ἢ διὰ πίστεως, quod non liceat aliter viuere, eum qui victurus est,* nam *iustus*, inquit, *ex fide viuet*, *de futura vita loquens. Quandoquidem enim qua Deus largitur, ea omnia humanæ cogitationis captum superant, merito fide nobis opus est. Qui enim plus æquo sibi tribuens præ fastu, atque arrogantia, reliquos contemnit: is certe nihil quicquam proficiet. Audiant miseri hæretici spiritualem vocem. Talis est enim cogitationum natura Labyrintho cuipiam ac Gryphis similis est, nullum vsquam finem habens, neque concedens cognitionem stare supra petram, originem ab arrogantia ac nimia sui opinione assumens. Quum enim quosdam pudeat ad fidei susceptionem accedere, vt ne videantur cœlestia ignorare, ipsi sese in cogitationum veluti quisquilias ac minutias coniiciunt. Itane vero miser & infœlix atque infirmus prosequendo lachrymis, si quis te roget, quomodo cœlum sit confectum, quomodo terra, & quid dico cœlum ac terram? quomodo tute formatus? quomodo enutritus, & auctus, te tua minime pudet ignorantia: sin vero de vnigenito sermo existit, præ pudore te ipse in exitii Barathrum conniicis? quod te silicet indignum existimes, cui non omnia cognita sint. Atqui indignitas potius ea censenda est, quoties contendis, quoties intempestiue ac curiose nimis quod tui ignoras, perscrutaris. Sed quid hic de dogmatibus loquor? A malitia item nobis per hanc vitam cōtracta non aliunde liberamur, quam per ipsam fidem, Sic & veteres illi omnes claruere, sic Abraham, sic Isaac, sic Iacob, sic meretrix salutem inuenit & in veteri, & in nouo instrumento. Fide enim, ait, Raab meretrix speculatoribus ab ea exceptis, non interiit, vna cum incredulis, neque secum ipsa dixit, Qui poterunt hi, quum sint captiui, fugitiui, exules, vitamq; erroneam agant, ipsos nos vrbis mœnium, ac turrium dominos sub suam victos potestatem cogere? quandoquidem si hæc secum eloquuta fuisset, & seipsa, & illos vna perdidisset: quod ipsum & fecerunt maiores illorum, qui tum fuerunt sunt.*

Deinde Chrysostomus opera toties requirit, & pœnitentiam, vt si alterutrum à iustificatione excludi posset, fidem potius quam pœnitentiam exclusurus videatur. Non quod fides excludi possit, sed quod fidelibus concionans, ad pœnitentiam perpetuo hortatur. Hi patres vtrumque & opus & fidem requirunt, non ergo sola fiducia, sine opere iustificat.

Hæc igitur fides ad assensum, atque actionem intelligendi spectat, non autem est actio voluntatis. Atque in eundem modum Augustinus l. 4. c. 5. contra duas Epistolas Pelagianorum. *Istis namque verbis eorum, quibus dicunt legem Prophetis & Patriarchis omnibusque Sanctis mandata eius seruantibus, vitam potuisse conferre perpetuam, respondet Apostolus: si per legem iustitia, Christus gratis mortuus est. Si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Si hi qui per legem heredes sunt, exinanita est fides, euacuata est promissio. Quia autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est, quia iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis, quod ex lege testimonium commemoratum ab Apostolo propter vitam temporalem intelligitur, propter cuius amittendæ timorem faciebant homines legis opera non ex fide, quia transgressores legis eadem lege à populo iubebatur occidi. Aut si aliud intelligendum est, propter vitam æternam scriptum esse, qui fecerit ea, viuet in illis:*

illis: ideo sic expressum est legis imperium, vt infirmitas hominis in seipsa deficiens, ad facienda quæ lex imperat, de gratia Dei potius ex fide quæreret adiutorium, cuius misericordia etiam fides ipsa donatur. Ita quippe habetur fides, sicut vnicuique Deus partitus est mensuram fidei. Si enim non à seipsis habent, sed accipiunt homines spiritum virtutis & charitatis & continentiæ: vnde dicit idem ipse doctor gentium: Non enim accepimus spiritum timoris, sed virtutis & charitatis & continentiæ: profectò accipitur etiam Spiritus fidei, de quo dicit: habentes autem eundem Spiritum fidei, Verum ergo dicit lex: Qui fecerit ea, viuet in illis. Sed vt faciat ea & viuat in eis, non lex quæ hoc imperat, sed fides est necessaria, quæ hoc impetrat. Quæ tamen fides, vt hæc accipere mereatur ipsa gratis datur.

Operæ non prosunt sine fide.

Sic idem Augustinus contra duas Epistolas Arrianorum, lib. 3. cap. 15. *Nostra fides, hoc est, Catholica fides iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit, Quia iustus ex fide viuit. Per quam discretionem fit, vt homo ducens vitam sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei vllius alienæ, parentibus honorem debitum reddens, castus vsque ad continentiam ab omni omnino concubitu, etiam coniugali, eleemosynarum largissimus, iniuriarum patientissimus, qui non solum non auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, vel etiam venditis omnibus suis, erogatisque in pauperes, nihil suum proprium possideat; cum sit tamen istis velut laudabilibus moribus, si non in Deum fidem rectam & Catholicam teneat, de hac vita damnandus abscedat.*

§.6. Fides igitur hæc fiducia nõ est, sed assensus in ea quæ nobis Deus credenda reuelauit.

Obiiciunt secũdo. *Inaudita vero & Christianis intoleranda est deprauatio aureæ istius sententiæ, quam comminiscitur Iesuita quidam, iustum viuere ex fide, idem esse, quod iustum ad normam fidei vitam dirigere, ac formare.* Rationem dat: *Quia τὸ ζῆν viuere, non ad mores, sed ad felicitatem Propheta refert, ita Pareus hoc loco contra Franciscum Costerum, & ille Enchir. 170. Respondit tam magnus Scripturæ interpres nequaquam calumniator, aut deprauator Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 4. Si ergo quæratur à nobis quid ciuitas Dei de his singulis interrogata respondeat, ac primum de finibus bonorum, malorumque quid sentiat, respondebit æternam vitam esse summum bonum, æternam vero mortem summum malum: propter illam proinde ad ipiscendam, istamque vitandam, rectè nobis esse viuendum, propter quod scriptum est: Iustus ex fide viuit. Quoniam neque bonum nostrum iam videmus, vnde oportet, vt credendo quæramus: neque ipsum rectè viuere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuuet, & orantes, qui & ipsam fidem dedit, qua nos ab illo adiuuandos esse credamus.*

Augustino ergo ex fide iustus viuit, si fide tenens finẽ, Deum scilicet, bene operetur. Opponit ergo viuentes ex fide illis, qui ex Philosophia viuebant.

Cornerus hoc locõ fidem ait non excludere Deum, Christum, Euangelium, Sacramenta, sed opponi operibus legis, & merita humana excludere, quæ est verissima doctrina cum de prima iustificatione agitur. Verum vt ille sibi alia addere permittit, ita etiam nobis nõn negabit, si dicamus fidem esse per caritatem operantem.

§.7. Aliorum Sectariorum est inconstans & varia interpretatio. Bullingerus. *Fides est*, inquit, *iustitia*. Idẽ monet ex Oecolampadio, fide nos non iustificari tanquam opere, sed quia fides Deo totum tribuit. Atqui caritas etiam totum Deo tribuit. Itaque ille actus, qui totam iustitiam Deo tribuit, est qui iustificat. De quo multa occurrunt, sed suo loco dicentur. Osiander vero docet fidem non ideo iustificare, quod tanta sit virtus, aut quod operà bona ex ea procedant, sed quod Christi merita nobis applicet. Qua de re & sequentibus etiam disputandum est. Quid enim agendo applicat? an credendo? cur non & caritas amando, spes sperando? an si credas & Deum oderis, fides absente caritate iustitiam applicabit? absit, vt peccator quicquid credat iustus sit. Ille beatus est, inquit Bernardus de modo bene viuendi Sermone 1. Qui rectè credit, & rectè credendo bene viuit, & bene viuendo fidem rectam custodit.

VERSVS 18.

Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.

QVAESTIO I.

Quid probare his verbis velit Apostolus?

§.1. Rationem alicuius dicti reddi causalis particula satis palam facit. Quod vero illud sit, non satis conuenit inter doctores. Nonnulli causam dari censent, cur Euangelium non erubescat. Doctrina enim quæ iram Dei sceleris vltricem ostendit, impios etiam reges supplicii terrore perculsos à flagitiis reuocat, non est erubescenda. Plena enim est grauitatis, dignitatis, & minarum. Eo modo olim Elias, Elisæus, alii prophetæ populis, principibus terrorem intulerunt. Nulla vero doctrina acrius mores improbos castigat, quam lux euangelii omnium detectrix, quæ fulguris instar, contumacium corda penetrat, & vel illuminat ad salutem, vel excæcat ad exitium. Multis videtur velle probare Paulus: Euangelium esse virtutem Dei ad salutem omni credenti. Si enim ira Dei per Euangelium declaratur super omnem impietatem & iniustitiam: Virtus igitur est in salutem omni credenti. Nam Euangelii doctrina est effectrix fidei, hæc salutis. Alii: Iustitiam reuelari ex fide in fidem. Per quod enim reuelatur ira Dei vindex impietatis, per illud etiam reuelatur iustitia fidei, qua seruantur, quicunque seruantur. Non est animus eas expositiones reprehendere. Alia mihi commodior videtur; nimirum hanc esse connexionem, vt Paulus probet, iustum ex fide viuere, & quod addidit propheta. Quod si se subtraxerit, non placebit animæ meæ. Et illud: Qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. Hæc enim omnia Paulo in mente erant, cum prophetam citabat, & integrum eius argumentum verbis aliis ad rem quam tractabat accommodatis vsurpat. Incredulus est in ira, in morte, in damnatione, propter incredulitatem: non ergo nisi ex fide viuitur. Omnes autem increduli in maximis, publicisque flagitiis ætatem agunt. Iam ante pronunciarat, nec Iudæo legis, nec Gentili Philosophiæ opera ad salutem, & iustitiam sufficere, & generali sententia firmârat: Iustum ex fide viuere, &c. sine fide nullam esse vitam.

Haec ex contrario probat. Ira Dei reuelatur in omnem impietatem, quæ scilicet contra primam tabulam, & omnem iniustitiam, quæ est contra secundam tabulam: summa autem incredulitas, qua de Deo verum nō creditur, vel falsum creditur impietas, quam sequitur etiam iniustitia erga proximum. Hoc argumentum erat Prophetæ Abacuc, sic solent plerumque argumentari. *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.* Sobrietate seruatur sanitas, luxu enim morbi & ei ta mors accersitur. Concordia floret ciuitas, dissensione enim dilabitur. Ita & hoc loco Fide viu int iusti, perfidia enim pereunt impii. Ita & Psalmo 2.10. Dauid disputat. *Et nunc Reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.*

Huc etiam facit, quod naturali ratione intelligere solemus, & quod subiecto argumento probatur, censeatur id esse, quod ἀμέσως seu immediate antecessit, cum aliud nihil obstat, præsertim vbi multæ rationes serie aliqua congeruntur. Chrysostomus ita cō. ludit. Ἂν τοίνυν ὑβρίζητε εἰς τὰς δωρεάς, τότε ἀναμένετε τὰ λυπηρά, si iniurii sitis in dona, tum quæ tristia sont, nos manent. Seo manet triste exitium, non recipientibus fidem, ex fide ergo vita. Augustinus serm. 43. de tempore illa gentium Philosophis accommodat. *Hesterno die vobis insinuauimus, sapientes gentium, quos Philosophos dicunt, ipsos, qui in eo excellentissimi fuerunt, scrutatos fuisse naturam, & de operibus artificem cognouisse: Prophetas non audierunt, legem Dei non acceperunt: sed eis Deus quodammodo silens ipsius mundi operibus loquebatur, & eos ad quærendum artificem rerum mundi species inuitabat: Nec potuerunt in animum adducere cœlum & terram sine authore constare. De his Beatus Paulus Apostolus ita loquitur, &c.*

Et in fragmento 5. probat eos non esse excusabiles. *Quorum nisi & Iudæorum & gentium? Sed ne diceretur quare super impietatem gentium? nunquam enim gentes legem acceperunt, & præuaricatores facti sunt. Recta reuelatur ira Dei super Iudæos, quibus data est lex, & eam obseruare noluerunt. Gentibus autem non est data. Intuemini fratres & intelligite, quomodo omnes reos ostendit, & omnes salutis indigere ac misericordia Dei. Reuelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniquitate detinent.*

§. 2. Tertullianus l. 5. contra Marcionem, hoc probat esse vnum Deum veteris, & noui testamenti, legis & Euangelii. *Sed & iudicem Deum ab Apostolo circumferri saporam ostendimus, & in iudice vltorem, & creatorem in vltore. Itaque & hic cum dicit. Non enim me pudet Euangelii: Virtus enim Dei est in salutem omni credenti Iudæo & Græco, quia iustitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sine dubio & Euangelium, & salutem iusto Deo deputat, non bono, vt ita dixerim, secundum hæretici distinctionem. Transferentis ex fide legis in fidem Euangelii, sua vtique legis & Euangelii. Quoniam & iram Dei dicit reuelari de cœlo super impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia detinent. Cuius Dei ira? vtique creatoris. Ergo & veritas eius erit, cuius & ira, quæ reuelari habet in vltionem veritatis eam adiiciens.*

❧(?)☙

QVÆSTIO II.

An & quomodo reueletur in Euangelio ira Dei?

§. 1. IRa Dei bifariam dicitur: Est enim voluntas qua nulla perturbatione intelligentiæ vel affectuum, certissima prudentiæ & iustitiæ norma sontes odit, & plectit. Deinde etiam ipsa, quam infert pœna, effectus prioris iræ, vocatur ira.

§. 2. Ira Dei reuelatur cognitione, & ἀντιλήψει quadam naturali, qua omnes homines, quorum necdum cōscientia suppressa, vel intelligentia deprauata est, recte factorum præmia sperant, & malorum facinorum pœnas extimescunt. Placet oc videre in luce naturali, in homine sine fide, in homine malo, sed tamen in quo videas plurima, quæ in malis eluceant bona. Vide Senecam Epist. 97. *Lætatur ille adulterio, in quod irritatus est ipsa difficultate: lætatur ille circumscriptione, furtoque, nec ante ius culpa, quam culpa fortuna displicuit. Id praua consuetudine inerit. Alioque vt scias subesse animis, etiam in pessima abductis, boni sensum nec ignorari turpe, sed negligi; omnes peccata dissimulant, & quamuis feliciter cesserint, fructu illorum vtuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire vult & conspici, ipsas nequitia tenebras timet. Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto, potest nocenti contingere vt lateat, latendi fides non potest. Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent. Ita est. tuta scelera esse possunt, secura non possunt. Hoc ego repugnare secta nostra, si sic expediatur, non iudico. quare? quia prima & maxima peccantium est pœna, peccasse, nec vllum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed insistunt, omnes & hæ & illa secunda pœna premunt ac sequuntur: timere semper & expauescere & securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam liberem: quare non semper illā in suspenso relinquam? illic dissentiamus cum Epicuro, vbi dicit, nihil iustum esse naturâ, & crimina vitanda esse, quia vitari metus non possit. Hic consentiamus, mala facinora conscientiá flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eo quod perpetua illam sollicitudo vrget & verberat, quod sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuro est natura nos à scelere abhorrere, quod nulli non etiam intertuta timor est: Multos fortuna liberat pœnā, metu neminem. quare? quia nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus: quia illos coarguit conscientia, & ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium, trepidare. Male de nobis actum erat, & grauia de præsentibus soluerent, & in locum patientiæ timor cederet. Atque idem Epist. 105. Egregie reuelationem illam omnium pectoribus insitam esse docet. Securitatis, inquit, magna portio est, nihil inique facere, confusam vitam & perturbatim impotentes agunt: tantum metuunt, quantum nocent, nec vllo tempore vacant. Trepidant enim cum fecerunt, hærent, conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dat pœnas, quisquis exspectat: quisquis autem meruit, exspectat. Tutum aliqua res in mala conscientia præstat, nulla securum. putat enim se, & iam si non deprehenditur, posse deprehendi. & inter somnos mouetur & quoties alicuius scelus loquitur, de suo cogitat, de suo cogitat. Non satis illi obliteratum videtur, non satis tectum. Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam.*

Nec

Nec ab ea mente aci... longe deterior, huius tamen reuelationis idoneus æstimator, & testis, eo namq; ira diuina est euidentior, quo acrius animos etiam torpentes, & in alia omnia protectos excitat, Iuuenalis Sat. 13.

Cur tamen hos tu
Euasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animum tortore flagellum.
Pœna tamen vehemens, & multo sæuior illis,
Quas & Seditius graua inuenit & Rhadamanthus,
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

§. 3. Reuelatur ira Dei. Maledictus qui non manserit in omnibus. Lex enim promissione mercedis, & suppliciorum minis sancitur. Sic Deut. 9. 19. & 9. 24. 4. Reg. 22. 13. 1. Par. 27. 24. & 24. 18. Psal. 2. 5. & 54. 4. sed quid singula refero, pleni sunt omnes Prophetarum libri, qui iram Dei peccantibus impendere vna voce testantur.

Exemplis ira Dei mirabiliter reuelatur.

§. 4. Reuelatur ira Dei exemplis, & vsu quotidiano, quæ enim terra est quæ non iræ illius certa indicia referat. Omnibus nota taceo, cataclysmum vniuersæ terræ, ignes Pentapolitanos, Iudæam annos septuaginta desertam, omnium pene veterum ciuitatum cadauera, omnium fere regnorum magna conuulsione migrantes gentes, quæq; publice, & priuatim respublicas, & domos infestant calamitates. Quid sunt hæc aliud, quam non verbis, sed rebus grauissimis diuinæ seueritatis expressa iudicia? Ecce tibi hominem non gentilem modo, sed Christianæ etiam veritatis inimicum, & oppugnatorem.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quæsissem fœdera mundi
Præscriptosq; maris fines, anniq; meatus,
Et lucis, noctisq; vices: tum omnia rebar
Consilio firmata Dei, qui lege moueri.
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,
Qui variam Phœben alieno iusserit igne
Compleri, solemq; suo: porrexerit vndis
Litora: tellurem medio librauerit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volui
Adspicerem, lætosq; diu florere nocentes,
Vexariq; pios: rursus labefacta cadebat
Religio, causæq; viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo, quæ currere semina motu
Affirmat, magnumq; nouas per mare figuras
Fortuna, non arte regi: quæ Numina sensu
Ambiguo vel nulla putat, vel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Rufini pœna tumultum
Absoluitq; Deos, iam non ad culmina rerum,
Iniustos creuisse queror, tolluntur in altum,
Vt lapsu grauiore ruant.

Quamuis autem hac in reuelatione magna videatur exemplorum varietas, vt etiam Dauid ipse Psal. 72. *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns*, Non tamen nocentem pœna deerit, & plerumque quorum sunt in conspectu flagitia, eorum quoque supplicia serius aut citius docent discere iustitiam, & Deum non temnere, adeo quidem vt Plutarchus olim libellum de iis scripserit, *qui tarde à numine puniuntur*, vt scilicet ostenderet, non ideo improbos pœnam euadere, quia multi peccantes videre, sed pœnas non animaduerterunt, quia vel occulta fuit, vel ei spectatores ante è vita excesserunt, quam eas numen reposceret. Exempla videamus. Iulius Cæsar hominum flagitiosissimus, vndecies centena millia in Galliis variis prœliis cecidit, bella ciuilia deinde gerit, & ipse per paucos annos hosti suo seruatur, & in conspectu Senatus multis vulneribus immolatur. Augustum & Tiberium ea domesticorum insidiis veneno, Caium gladius vltor, Claudium boletus, Neronem sua manus vlta est, n... mious qui secuti sunt vasa iræ, exempla cœlestis vindictæ fuere: Vitellius, Otho, Galba, idcirco ad Imp. ...m euecti videntur, ne cruentos eorum, & horrendos exitus historia taceret. Vespasiano vis morbi & desperatio vitæ finem attulit, Titus fraterno veneno moribundus pene viuus sepultus fuit, Domitianum domesticorum, inter quos & vxor, conspiratio oppressit. Neruam morbus & mœror, Traianum in eo ca... rum venenum, Hadrianum ex cruciatuum impatientia sponte suscepta inedia extinxit, & de sanguine Christiano vindicauit. Lucium Verum apoplexia. M. Aurelium fames voluntaria sustulit. Omnium sceleratissimus Commodus additis ludibriis trucidatus est, eius successor Pertinax cum dies 82. imperasset, à prætorianis suis Imperio, & vita exutus est. Seuerus ab Antonino Caracalla filio sæpe petitus insidiis, & aperto parricidio tentatus mœrore desuéctus est. Ipse Caracalla postquam Getam fratrem in sinu matris occidisset, à suo centurione confoditur. Erat enim parricida, incestus, patris, matris, fratris, & Dei imprimis inimicus, militum deinde suorum manibus ceciderunt Macrinus, & Diadumenus imperatores. Heliogabali occisi corpus raptatum, atque in Tiberim proiectum est, ne Alexandro quidem nonnulla pietas profuit, ne à Maximino necaretur. Ille vero cum filio obtruncatus est, capita in solatium vrbis afflictæ missa Romam. Balbinum, & Papienum ad Imperium à senatu euectos, milites ludibrio affectos, & dirissime cruciatos occiderunt. Gordianum Philippus collega, immemor beneficii, crudelissime atq; indignissime interemit. Philippus cum filio, lic. e mutatis moribus iam Christianus, in vltionem tamen delictorum à Decio percussus est, Pater Veronæ, filius Romæ. Horum successor, & Parricida Decius trucidato per Trebonianum ducem fi. 10. dum militis sui gladium fugit, vna cum equo palude absorptus est. Gallus & Volusianus dum aduersum Æmylianum tendunt à militibus interempti, & ab iisdem post menses quatuor Æmylianus. Valerianus in Perside seruitutem seruiit, filius illius Gallienus cum fratre, & filiis à suis ducibus confectus est. Claudius lue tactus occubuit, eius frater Quintillus à militibus factus imperator die 1 . ab iisdem occisus est: eadem pœna fuit Aureliani, nec diuersa fortuna Probi, cui milites Parricidæ, Epitaphium posuerunt. *Hic Probus Imp. situs est, vere probus.* Carum Deus de cœlo fulminauit. Carinus in vltione adulterii prœlio victus, deinde à familiari confossus est, Numerianus ab Apro Socero, Aper à Diocletiano interfectus est Diocletianus mœrore, Maximinianus Herculeus laqueo vitam finiuit. Ecce tibi in nobilissima, potentissima, legibus instructissima Monarchia, ordine continuato succedentes sibi Imperatores annorum trecentorum, omnes violenta morte functos nullum sua die, nullum suo fato extinctum, vnum excipere tibi permitto Antoninum Pium, quem morbo interisse tradunt. Ecce ira Dei reuelatur super omnem impietatem & *iniustitiam*, neminem opes, aut maiestas tuentur. Cur tam con*spicu*o exemplo, tam diu sic improbos Deus vltus est? Nempe ne quis ignoraret, scelerum pœnas repræsentari, ne pœnatus im-

[illegible]

[illegible] vno [illegible]

[illegible]

[illegible] ouet eas [illegible], [illegible] lii vero vera[illegible] bo[illegible]rum operum [illegible] mi[illegible]ionem. Abiit hæc [illegible] ag[illegible] a hæresis. Multi enim ex Lu[illegible] is fundamentis ingeniose, sed [illegible] college runt.

Primo, *Lex non est digna vt vocetur verbum Dei.*

Secundo, *Cum in medio peccati nates, tantum crede, & es in medio salutis.*

Terti[o], *Decalogum in concionibus non tractandum, nam ad curiam, non ad suggestum eum pertinere contendebant.* Hinc & [illegible] *Quibuscunque cum Moyses est, recta via tendunt ad diabolum, imo ad malam rem cum Mose.* Sic apud Mansfelden[ses] [in] Synodum habent Antinomi. Itaque [illegible] co[illegible] progressi sunt, vt [illegible] Manichæis qu[illegible] ab[illegible], affines h[illegible] [illegible] errori[b]us sunt etiam [illegible] alii nistæ. Sed de re tota postea agam, nunc quæ de hoc loco di[s]putant, proponam.

§. 6. Il[l]ustr[i]ssimus Bellarminus lib. 4 de iustificatione cap. [illegible] sic argumentatur. *Deinde, nonne Apostolus Paulus ad Rom. [illegible] & 2. ipsi Euangelio tribuit officium terrendi. Non erubesco, inquit cap. 1. Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. Sicut scriptum est [I]ust[us] autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœl[o] super omnem impietatem, &c. Ista reuelatio iræ Dei manifeste tribuitur Euangelio, reuelatur enim in Euangelio iustitia Dei ex fide, vt iustificati euadant iram Dei, quam idem Euangelium omnibus impiis imminere testatur. Vnde in 2. capite, idem Apostolus ait: In die cum iudicabit Dominus occulta hominum, secundum Euangelium meum.*

Respondet ad hæc partim in Comm. ad Rom. par[illegible] [illegible]us Pareus.

[illegible] dici tribus modis, lat[issi]me, late, stri[cte] ac pr[o]pri[e]. *Latissime Euangelium, dici totam Ch[rist]i ac Apost[olorum] doctrinam noui testamento comprehensam. Late, non pro tota doctrina libris noui testamenti comprehensa, sed pro doctrina tum gratiæ, & fidei, tum resipiscentiæ, & nouæ obedientiæ. Stricte seu proprie Euangelium esse doctrinam gratiæ, seu lætum nuncium, de gratuita remissione peccatorum, per fidem, propter Christi meritum. Luc. 4.18 Matth. 11.5 Rom. 1.12. & 1[illegible].15 Actor. 1[illegible]. 2. Corinth. 4 [illegible] Gal. 1[illegible]. & 2.2.5. [illegible].* Ho[c] modo negat in Euangelio terrores [illegible]e & minas.

[S]ecund[o]. *Hoc modo sumptum Euangelium habere promissiones salut[is] sub sola conditione fidei, & comminationes mort[is] sub [s]ola conditione incredulitatis. Matth. [illegible]. Qui non crediderit condemnabitur. At Euange[l]ium [p]rimo & secundo modo sumptum habere etiam pro[missi]one[s] salutis non [so]lum sub conditione fidei, sed etiam [illegible] 4. & comminationes non [illegible] litatis, sed etiam impœnit[entiæ].*

[illegible] *si promittit vitam, ex accidentis [illegible] autem accidentarium Euan[gelium illegible] Ada[illegible] Epist. ad Rom.*

[illegible] *[illegible] in thesi [illegible] m ceros [illegible] po-*

[illegible] cæte[ros] Ca[lui]n[istas] [illegible] *nihil mundum arguere [illegible] angelii, sed in hoc tamen [illegible] Satan [illegible] cum sun,* id autem fit [illegible] o pr[op]rie di[illegible] non per accidens. [illegible] tem *Eodem Euangelio cœlum nuncia[illegible] ut iustitia, ita vindicta quoque [illegible] Deus tot[illegible] succenseat propter peccata, nam [illegible] Ioannes in Canonica, In hoc apparuit filius Dei vt dissoluat opera diaboli.* In hoc autem ap[p]ar[e]t per accide[ns] [illegible] per [illegible] nquam ob[illegible] Euangelium.

In [illegible] spectanda su[nt], Primo [illegible] ipso Euang[eli]o, deinde [illegible] quod ait, [illegible] os per accidens in Euangelio reprehendi. Tertio, quod in [illegible] non damnet infidelitate[m], [illegible] hypothesi.

Distinctiones illæ & falsæ sunt, & ad rem nihil faciunt. Nu[n]quam enim Euangelium ita accipitur, vt [illegible] promi[ssi]onem, excludendo conditionem [illegible], inde [illegible] & quæ [illegible] loca ab aduersario id nequaquam [illegible] ciunt. Lu. 4.18. non excluduntur minæ, sic hab[e]tur [illegible] *euoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, spiritus domini super me, propter quod vnxit me, Euangeli[z]are pauperibus, misit me, sanare contritos corde.* Locus in [illegible] cap. 61. [illegible] & 2. vbi offi[ci]um suum Christus [illegible] *Vt prædicarem annum placabilem domino, & diem vltionis Deo nostro.* Non igitur [illegible] excludere debet [illegible] quas antiqu[illegible] posuit. Matthæi 11. [illegible] acta Christi & benefi[c]ia narrantur, non autem hoc eius duntaxat officium fuisse multa ostend[u]nt. Vers. 16. & sequentibus constanter pergit, & auditorum improbitatem arguit, non per accidens, sed ex proposito & officio suo. Sed bene habet qu[o]d hic qu[illegible] omni impostori os obtundit. Ira en[im] apud [Esai]am loquitur. *Dicite pusillanimis: confortamini & nolite timere. Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum &c.* Tu solam consolationem, aut potius nequitiæ pulu[i]llum ex Prophetæ verbis à Christo citatis conflas, [illegible] delicias illas Spiritus sanctus dissipat, cum pronunciat; Deum ipsum venientem, & saluantem *adducere vltionem retributionis.* Neque plus ad rem facit locus Rom. 1. 12. *Id est simul consolari in vobis.* Cuius enim mentis aut frontis est hæc argumentatio? Paulus [illegible] bit se ad mutuam su[a]m, & Romanorum consolationem venturum esse Romam: igitur Euangelium proprie dictum nullas habet minas? nullos terrores, sed omnia protinus alba? M[u]lto vero minus hæresin adiuuat, quod ex Isaia citat Paulus cap. 10. *Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem.* Mox enim subdit: *non omnes obediunt Euangelio.*

Quid est obedire Euangelio? Non est credere duntaxat, sed sperare, amare, nam & speciosi sunt pedes annunciantium bona red[em]ptionis, bona caritatis & bona virtutum. An obsecro Euangelio ob[e]diunt illi, qui verbo accipiunt, factis autem fidem negant? Cætera loca [E]uangelii nomine doctrinam, & [illegible] [C]hrist. & Apostolorum necessario signi[fi]cant, [illegible] 5. [illegible] rum, & 2. Corinth. 4.3. *Quod si opertum est Euangelium nostrum in iis qui pereunt opertum est,* [illegible] de tota doctrina loquitur. Eodem modo [illegible] 1. & 2. Euangelium enim quod contulit cum [illegible] quis Apostolis, de tota doctrina [illegible]

 cetta,

Contra Pareum fuit collega.

Distinctio Euangelii falsa.

Quid sit obedire Euangelio.

certa, & vnde illus parte accipienda est. Euangelium igitur est doctrina Christi & Apostolorum, nó modo vnica de promissione vitæ æternæ pars.

Quod si forte obiicitur *Euangelium esse nuntium, de gratuita remissione peccatorum, ideoque terroribus vacuum esse oportere.* Respondeo bifariam. Euangelium esse lætum nuncium quidem, vt Etymon edocet, sed non excludere conditionem obedientiæ & caritatis. Exemplo rem declaro. Carcere detinetur reus Titius, multorum scelerum conuictus, illi qnotid ana mortis exspectatione anxio, nunciatur, merito filii regis condonata delicta, & in regis gratiam reditum esse paratum, nullo merito Titii, sed sola clementia condonantis. Nemo dubitat hoc Euangelium Titio esse lætissimum. Sed controuersia est, an non sit Euangelium si aliqua præter silentium conditio adiungatur? Pateat ita definit, eum solummodo Euangelium fore, si venia Titio offeratur sub sola cōditione fidei, vt Titius credat, omnia sibi remissa, etiam quæ facturus est mala. Quid si venia requirat præter fidem regiæ ignoscentiæ, etiam amorem, quo Titius regem, regisque filium redemptorem diligat, regi obediat, non fore propriæ Euangelium seu læ tum nuncium.

Nos vero è contrario quemadmodum docemus à reo, cui tam multa rex ignouit, merito fidem gratitudinem, caritatem, obedientiam exigi, ita negamus conditionem credendi, diligendi, obediendi adiunctam efficere posse, quo minus nuncium salutis sit lætum. Imo hanc lætitiam ne quidem imminui terroribus censemus, quibus ingrato, & iterum reo maiestatis exitium proponitur. Facessat igitur inanis distinctio, qua vnum ex primariis Euangelii officiis tollitur, nempe redarguito peccatorum.

Altera distinctio erat. *Euangelium per se quidem consolari, per accidens tamen minari.* Hoc quidem pro hæresi haud multum facit. Causa enim, cur ab Euangelio minas omnes, terroresque semotos velint, est, vt fiduciæ certitudinem stabiliant, si enim Euangelium terret, & pœnam minatur, timendum igitur est, illi qui Euangelio credit, timor autem sepultam certitudinem tollit. At tum manet sispicio eid ns Deus minatur exitium. Salutem promittit, quia bonus est. damnationem intentat, quia homines sunt mali. Per se saluat, per accidens punit. At cur per accidens? Quia ob delicta nostra. An vero non timet, qui per accidens imminet pœna? An securus est viator, qui timet ne per accidens incidat in latronem? Ego vero vt falsum puto, minas quas in Euangelio agimur, tantum esse per accidens, quam sic totum pene Euangelium esset per accidens, & multo plura parerga, quam rem: sic etiam statuo vehementer timendam esse damnationem quæ fit per accidens. Verùm hic Chrysostomum potius audiamus. *Vide Pauli prudentiam, vt ab iis qua in cetera sunt, exhortatus ad ea quo f remedium incutiunt sermonem vertit, nam cum dixisset Euangelium salutis ac vita causam esse. Quod Dei virtus, quod salutis & iustitia efficiens, dicit & ea qua terrere possunt eos, qui non attendunt. Quandoquidem enim persæpe euenire videmus, vt bona hominum pars, non pertinde bonorum promissione, atque minarum terrore ad virtutem pertrahatur. vtraque ipsos attrahit. Propterea & Deus ipse non solum regnum cælorum promisit, sed & gehennam comminatus est. & prophetæ item cum Iudæis hac ratione agebant, mala bonis assidue temperantes. Propterea & hic Paulus orationem variegat.* Itaque si ut vna sit euntrarionum ratio, vnasic enim vna lex, & vna his quoque lex Euangelica & virtutes imperat & damnat vitia. Quid enim an Chri-

stus per accidens *deleuit Chirographum quod erat contrarium nobis*, an per accidens mortuus est propter delicta nostra. Imo vero vel maxime per se primo, & immediate, per se igitur ita deletatur, propter quæ mortuus est, ideoque hoc nobis Euangelium per se demonstrat.

Tertia responsio fuit *Reuelatoriam Dei accidentarium esse Euangelio, quia hoc mutuatur à lege, salte in thesi. Lex enim in thesi damnat omnem infidelitatem: Euangelium vero in hypothesi infidelitatem in Christum.* Respondeo. Hæc puerilis argutia seipsam elidit. Si enim damnat nihil hic ante in Christum, legem ergo fidei statum, quia damnat omnem omnino infidelitatem Qui enim non credit in Christum, nec Prophetis credit, si enim Mosi & Prophetis Iudæi crederent, vtique & Christo crederent, itaque qui in Christum non credit, nec Mosi, nec cæteris Prophetis credit. Vna igitur hæc infidelitas, aliam complectitur.

Deinde infidelitatem aduersatur duplicem statuunt. Prima est illa, qua Scripturis non creditur: altera qua proptie salutis certitudo non tenetur. Vtram damnat Euangelium propne dictum: si vtramque in thesi, igitur & in hypothesi damnat omnem infidelitatem. Si illam solam quæ in fiduciæ priuatione consistit, Non igitur ipsos Christi cruncifixores, neq; Iudam damnat Euangelium, nisi vnicum ob delictū, quod non crederent se in flagitiis illis iustos esse. Neq; hodie Euangelium damnat eos, qui Christum abnegant, si fiduciam animo teneant. Itaque vnicum est, quod Euangelio nouo damnatur, peccatum, Non credere se iustum & electum.

Tertio nihilad hæreticam securitatem facit distinctio. Quæro enim de salute certus est in hypothesi Euangelium ignes æternos minatur? An parum ille perditus est, si per accidens perit, aut ex hypothesi damnatus est? An dolorem non sentiet, si ex hypothesi damnatus per accidens æternum ardebit? Quorsum vero illa effugia, Euangelium minas à lege mutuatur, at terror mutuo sumptus p'ur impunitatis flagitio tribuit, quam si de proprio habeatur? Si Rex benignus, & clemens ex se pœnam a largitur, & ignoscit, si vicinium tamen habet armatum, & rebellibus se immissurum minatur, an minus terret quam si per se, vel ex se pœnam denunciet?

Deniq; qui legem non soluit, sed stringit, qui requirit iustitiam maiorem quam fuerit in lege veteri, qui omnia opera carnis exitio deputat, qui legē adimplet, ille salutem sub cōditione operum, non solius fidei pollicetur. At Christus hæc omnia in hunc modum agit, igitur salutem non nisi sub conditione operum promisit, nullum est igitur Euangelium, quod sub sola cōditione fidei, exclusa conditione operum salutem promittit. Atq, hæc sunt quæ mouent nos Caluinianos Belgas, vt etiam opera requirant, deinde fateantur, de Filiuse sua se certos non esse. Vide Bertium de apost. sanctorū, Remonstrantes in Actis Collationis Hagiensis, Delphensis, alios.

QVÆSTIO III.

Vnde, & contra quos reuelatur ira Dei.

§. 1. DE cœlo, ait illam reuelari, & in eos qui veritatem Dei in iniustitia detinent. *De cœlo.* Quia pœna cunctis est conspicua. Quia à Deo constituta, atque irrogata est. Quo athæorum atque politicorum tefellitur impietas, dum vel causis naturalibus, vel fortunæ, & aut,

& casui supp[illegible] quæ mundum atterunt, tribuere consueuerunt. Quinquam enim crebro Deus cœlorum atque elementorum ministerio improborum audaciam, sceleraque vlciscatur, quamuis tyrannorum, ac maleficorum hominum conatus molitione que in pœnam impiorum sæuire sinat, vniuersum tamen arcanæ dispositionis arbitrium apud supremam illam maiestatem residet. Ita æterna veritas pronunciat Deutec. 32. 34. *Fel draconum, vinum eorum, & venenum aspidum insanabile, nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore.* Omnes omnium peccatorum pœnæ in cœlo signatæ: hoc sigillum nec importuna tyrannorum crudelitas violare potest, vt truculentius, quam permissu diuino sinatur, cædat, nec hominum astutia vt quod tam alte signatum est eradat, atque effugiat.

Christianorum etiam vitam hoc instruit, dum enim omni impietati atque iniustitiæ pœnam in thesauris cœlestibus repositam audiunt, facile se, ne in vltionem insurgant, continere discunt. Si enim in thesauris illa sunt recondita, nunquam Deus obliuiscetur. Quid enim opus est Deo iudice, si suas cuique iniurias persequi licitum est? Etiam in hominum iudicio causa cadit, si quis iniussu magistratus manu ac violentia res repetit, Deo autem præire, atque eius sententiam facto anteuertere quantam habet cum temeritate impudentiam? *Deus vltionum Dominus est, Deus vltionum libere egit*, ille iudicat terram, *ille reddet retributionem superbis.* Nostrum est, ne animo quidem vindictam appetere, multo minus factis peragere. Fugienda igitur vltio, inhumanum verbum est, & quidem pro iusto receptum, vltio. Hoc quoque inter ea debet referri, quæ ad gentium excæcationem faciunt, nam quæ paulo cultiores fuerunt, nunquam se ipsi sunt vlti, nisi ab institutis optimis recederent. *Barbarorum* (inquit Quintilianus declam. 13.) *mos est populorum, quos procul omnibus iuris humani societate, proxima belluis natura efferauit.* Nos ideo magistratus, legesque a maioribus accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit, & assiduæ scelerum causæ se refellant, si vltio crimen imitabitur. Sibi nocere vnumquemque, dum alterum vlcisci satagit, testatur sapiens illa mulier. 2. Reg. 25. 31. *Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis Domino meo, quod effuderis sanguinem, aut ipse te vltus fueris.* Et probat eius sapientiam Dauid. *Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.* Fuit hæc etiam sapientum gentilium, sed parum in vsum deducta sententia. Plato admodum timide in Critone. *οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν, οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν (ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται) ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν.* *Nullo igitur modo iniuria facienda est, nec cum quis passus est iniuriam, iterum iniuriam rependere, vt multi existimant. Quia nunquam iniuria facienda, nec quisquam hominum damno afficiendus, etiamsi si ab ipso quis mulctatus sit.* De cœlo igitur pœna venit, serius aut citius, semper vero certa. Dixi vnde sit pœna, nunc in quos incombat audiamus.

§. 2. P[illegible]o super *omnem impietatem πᾶσαν ἀσέβειαν.* Deinde *iniustitiam* hominum *ἀδικίαν τῶν ἀνθρώπων.* Tertio non quorumcunque, sed quia *veritatem in iniustitia continent. τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν* [illegible]

[illegible] *ment. in Epist. ad Rom.*

Impietatem & iniu[illegible]iam sic distinguo, vt impietas sit contra primam tabulam, iniustitia contra secundam. Veritas Dei in græco textu dicitur simpliciter veritas, latinam tamen lectionem retinent etiam nouatores Caluinus, Pelicanus, alii; tam enim particula, *Dei*, potuit in græco omitti, quam adiici in latino, quia tamen nec in Tertulliano, nec Augustino, sed neque in Irenæo est, nec in Syro exemplari, nec apud Chrysostomum, credo adiectum esse.

Secundo, Veritatē in iniustitia detinere, minus recte vertunt, qui omnia peruertunt, nouatores, Veritatem iniuste detinere: poterat enim etiam Paulus scribere *κατέχειν ἀδίκως*, pro *ἐν ἀδικίᾳ.* Sed magnitudinem peccati voluit singulari modo demonstrare.

Veritatem enim Dei quasi in carcere, atque ergastulis captiuam detinuerunt, quæ identidem emicare, atque in libertatem sese exserere conabatur. Itaque cum lucem illam omnino extinguere, atque abolere non possent, captiuam tenebant. Detentores qui aliena seruitia occultabant, olim dicebantur. Hinc Græci interpretantur *κατεχόντων* sci. *φυλαττόντων, καλυπτόντων, γνώμης πονηρίᾳ ἐπισκοτιζόντων*, hoc est, In custodia tenentium, abscondentium, mentis malitia obscurantium. Duplici vero crimine constat hæc quam dixi *ἀδικία.* Nam vel rectam de Deo sententiam non habent, vel non colunt secundum eam quam habent.

Detinere in iniustitiâ.

Recte de prima parte Cicero pro domo sua. *Equidem sic accepi pontifices in religionibus suscipiendis, caput esse interpretari, quæ voluntas Deorum immortalium esse videatur, nec est vlla erga Deos pietas, nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio.* Hanc opinionem, siue quamcunque animi informationem multi de vno, atque immenso Deo habuerunt, sed tamen cum vt Deum non coluerunt, sed lapidibus & lignis nomen Dei incommutabile tribuerunt. Iniustitia igitur eorum insignis est, qui non ignorantes, sed volentes, scientes, voluptatibus, ambitioni consuetudini obsecuti *τὸ σέβασμα* venerationem vni Deo debitam, inimicis Dei exhibent. Et cum crebro erroris eos admoneat conscientia ipsi tamen contra obnituntur. Ita Augustinus lib. de vera religione cap. 1. *Sed certe illud satis quantum mihi videtur apparet, aliud eos in religione suscepisse cum populo, & aliud eodem ipso populo audiente defendisse priuatim.* Et paulò post: *Non enim sic isti nati erant, vt populorum suorum opinionem ad verum cultum veri Dei, à simulacrorum superstitione, atque ab huius mundi vanitate conuerterent. Itaque & ipse Socrates cum populo simulacra venerabatur.* Cætera ex eodem Augustino iure ipse lector petere valebis. *Pulchre quoque Tertullianus in Apologetico. Sed dum vnicuique manifestatur veritas nostra, interim incredulitas dum de bono sectæ huius obducitur (quod vsui iam & de commercio innotuit) non vtique diuinum negotium existimat, sed magis philosophiæ genus: Eadem, inquit, & philosophi monent & profitentur, innocentiam, iustitiam, patientiam, sobrietatem, pudicitiam. Cur ergo quibus comparamur de disciplina, proinde illis non adæquamur ad licentiam impunitatemque disciplinæ? Vel cur & illi vt pares nostri non vrgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur? quis enim Philosophum sacrificare, aut deierare, aut lucernas meridie vanas proferre compellit? quinimo & Deos vestros palam destruunt, & superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis. Plerique etiam in Principes latrant sustinentibus vobis, & facilius statuis & salariis remunerentur, quam ad bestias pronunciantur. sed merito. Philosophi enim non Christiani cognominantur.*

Definitur veritas à scientibus.

Philosophi coacti sacrificare vel coacti.

Numen hoc Philosophorum dæmonia non fugat. quidni? quum secundū Deos Philosophi dæmonas deputant. Socratis vox est, si dæmonium permittat. Idem & quum aliquid de veritate sapiebat, deos negans, Æsculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine iubebat. Credo ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientissimum omnium cecinit. O Apollinem inconsideratum: sapientiæ testimonium reddidit ei viro qui negabat deos esse.

VERSUS 19.

Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestauit.

QUAESTIO I.

Quod sit notum Dei?

§. 1. GRæcus textus ita habet. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, Syrus, Cognitio Dei manifestata est illis. D. Athanasius ipsum Dei verbum esse arbitratur, quod Paulus vocat γνωστόν. Diuus Chrysostomus interpretatur γνῶσιν θεοῦ. τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν ἐξ ἀρχῆς τοῖς ἀνθρώποις ἐνέθηκεν ὁ θεός, *Cognitionem de ipso à principio hominibus Deus indidit.* Chrysostomum secutus Oecumenius, ἡ γὰρ γνῶσις τοῦ θεοῦ φανερά ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν. Quin & τὸ γνωστὸν interpretatur ὅπερ δυνατόν ἐστι γνωσθῆναι, *quod cognosci potest, quod cognoscibile est.* Quod tamen restringendum est ad certum genus, nempe ad ea, quæ naturaliter de Deo cognosci possunt, quæque sufficiunt, ne Deo relicto idolis sese mancipent. Ita enim & Oecumenius restringit: ὅτι κτίστης, ὅτι προνοητὴς καὶ ὅμοια, *quod creator, quod prouisor, & similia.*

γνωστὸν θεοῦ quid.

§. 2. Hinc rectius vertitur, quod notum est Dei, quam quod cognosci potest, nam γνωστὸν etiam significat notum, amicum, familiarem, de illo igitur agitur, quod lumine naturali insitum est, ita vt à nemine nisi per flagitia corrupto, ignoretur, & cuius ignoratio sit vel ex summa incuria, ac veri contemptu, vel libidinibus & peccatis diuinæ particulam auræ prægrauantibus, atq; affigentibus humi. Hoc satis indicat ratio, *manifestum est* in illis. φανερόν. iam cognitum, atque expositum, Deus enim ἐφανέρωσε manifestauit. Cognitionem igitur Dei iam actu perceperunt & illuminationem naturaliter animos cognitione Dei imbuentem. Manifestauit enim illis Deus, non solummodo reddidit manifestabile. Quo maiore scelere sese obstrinxerunt tam magnæ gratiæ contemptores.

§. 3. Gentium plurimi natiuale lumen à Deo inditum in iniustitia detinebant, illud vero notum Dei appellat. Ne enim ira Dei reuelari super ignorantes ac proinde innocentes videretur. Diserte adiungit: Notum illis esse, & à Deo manifestatum. Etsi enim legem & Scripturam non habuerunt, mundus tamen liber erat omnibus propositus, quo lecto creatorem agnoscere poterant. Omnis enim creatura proclamat. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quomodo Varro dum studio indefesso triginta falsorum Numinum millia inuenit, solum verum Deum nescire potuit? Deus vero manifestauit, etiam indoctis, vt Deum aliquo modo cognoscerent. Dei sapientiam, potentiam, bonitatem, aliaque ex rebus creatis cognoscibilem γνωστὸν esse satis constat. Verum de notitia q. sequenti.

QUAESTIO II.

Quæ sit in homine cognitio Dei naturalis?

Esse Deum naturaliter notum.

§. 1. DEum esse, & Deum esse vnum, cognitione naturali, sine speciali auxilio gentes cognoscere potuerunt. Hac de re vix olim vlla fuit disceptatio controuersa, superiore sæculo id negauit Caluinus lib. 2. inst. c. 2. *Ad hanc ergo veritatem nec appropinquat, nec contendit, nec collimat humana ratio, vt intelligat quis sit verus Deus, qualisq; erga nos esse velit:* & paulo post: *indicat quidem hominis animam fulgore diuinæ lucis irradiari, vt nunquam plane, vel exigua eius flamma, vel saltem scintilla destituatur, sed ea tamen illuminatione Deum non comprehendere. cur id? quia eius acumen, quantum ad Dei notitiam mera caligo est. Quum enim spiritum homines appellat tenebras, eos semel spoliat omni spiritualis intelligentiæ facultate.* Sic & Pareus l. 4. c. 2. contra Bellarminum. *Facessat igitur canticum nostrum; Verum Ethnicos verum Deum cognouerint, quod iste homo hæreticè affirmat, dicam in fine capitis.* Et in fine capitis concludit. *Verum ergo Deum cognouerunt.* Ex his fundamentis apertiorem blasphemiam eduxerunt Socinus, & Ostorodius, nempe: *Ex contemplatione diuinorum operum non posse sciri Deum esse, nec aliud quicquam de Deo cognosci.*

Hæretici negant naturalem cognitionem Dei.

§. 2. Istorum omnium hæreses perniciosæ sunt, atq; absurdæ, quas omnium Philosophorum libri refutant. Sed ad Pareum quod attinet, dum in B. Illarminum inuehitur, hæc, quæ attuli dicit, cum vero Apostolum exponit, alia docet. Nam ait *notitias à Deo naturæ impressas, ostendētes, quod, & qualis sit Deus.* Et paulo post. *Hæcq; est prima Dei cognitio, ex libro naturæ, de qua propriè hoc versu. Ostendit ea hominibus vtrunq;. quod sit Deus, quod sit æterna & immobilis substantia, à sensibilibus separata, infinitam habens potentiam, & naturam: Nihil siquidem finitum habet infinitam potentiam, testante Aristotele, causa prima existentia rerum omnium: quod sit optimus, sapientissimus, iustissimus, quoniam tales notitias, taleq; iudicium in hominibus efficit: Causa autem non potest toto genere esse deterior suo effectu,* hæc ille: Cui ego oppono. at qui talē Deum agnoscunt vnum, eumq; verissimum Deum agnoscunt. Hæc enim non nisi vero Deo tribui possunt. Falsum est igitur, quod ait Pareus, non cognouisse gentes verum Deum.

Deinde euidenter hoc euincit Pauli ratio, nam quod notum est Dei, hoc manifestum est in illis ἐν αὐτοῖς, hoc est, inter illos, vel potius ἐν ταῖς καρδίαις, vt c. 2. v. 15. loquitur, cognitio autē idolorum non est manifesta in cordibus eorū, error enim est, non cognitio. Veri igitur Dei cognitio in illorum cordibus est. *Nam Deus manifestauit illis.* Quid manifestauit? veri Dei cognitionem. Absit ab æterna veritate, vt infidelium mentibus errorem inserat, & Deū illis manifestet, qui Deus non sit. Verus igitur Deus cognoscitur, & multa tamē in illo sunt ἄγνωστα, incognita, ita Tert. Apolog. ita eum vis magnitudinis, & notum hominibus obiicit, & ignotum, & hæc est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.

Tertio, Hoc à Deo manifestatum esse docet perpetuus omnium populorum consensus. *Gens nulla,* inquit Cicero l. 1. de natura Deorum, *tam efferata, aut barbara fuit, quin aliquod numen agnouerit.* Et Lact. diuinarum inst. l. 1. c. 2. *Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, qui non oculos suos in cœlum tollens, tametsi nesciat, cuius Dei prouidentia regatur hoc omne quod cernitur: aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, vtilitate pulchritudine, temperatione: nec fieri posse. quin id quod mirabili ratione constat, consilio maiore aliquo sit instructum.* Et c. 3. *Nemo est quidē qui sapiat, rationēq; sequatur, qui nō vnū Deū esse intelligat, qui & condiderit oīa, & eadē qua condidit virtute moderetur.* Hæc igitur notitia cū sit naturalis, omnib. hominib. insita est, & veri Dei cognitio est.

Paulo

Paulo consentiunt & reliqui Prophetæ, Sap. 13. *Si tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt?* Et Iob 36. *Omnes homines vident eum, sed vnusquisque intuetur procul.* Alia videre est apud Bellarminum lib. 4. cap. 2. de gratia & libero arbitrio.

Impiorum timor ostendit iustum Deum esse.

§. 3. Deum esse, & iustum quidem, malique vindicem impiorum in maleficiis timor, ac cruciatus ostendit. Non enim cessat, etiam cum homines omnes latere arbitratur, occulto tormento animum vellere, atque lancinare. Stat enim in vniuscuiusque animo erectum tribunal, & vltor Deus, quem nemo fugit. Itaque secretissimorum scelerum rei, & potentissimi tyranni, quamuis neque hominem vllum vereantur, neque formident, latebris & robore securi, huic tamen timori cedunt, atque intabescunt, quia inuitos ad facinorum recordationem, pœnarumque exspectationem numen excitat, atque impellit. Hoc cum sit naturale, necesse etiam est numinis cognitionem animis insitam esse. Nonnullos omnem Dei cognitionem, metumque excutere conatos legimus.

Contra fulmen Caligula insanit.

Caligula contemptor numinis adeo vt quoties fulmen è cœlo caderet, ipse contra lapidem iaceret, ac in singulis iactibus diceret. *ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε, Aut tu me interfice, aut ego te.* vt Dio refert, & Seneca. idem tamen supra modum meticulosus fuit.

Metus Caligulæ.

Non immeritò, inquit Suetonius in Caligula *mentis valetudini attribuerim diuersissima in eodem vitia, summam confidentiam, & contrà nimium metum, nam qui Deos tantopere contemneret, ad minima tonitrua & fulgura conniuere, caput obuoluere, ad maiora proripere se è strato, sub lectumque recondere solebat.* Nemo igitur est, quin sensum, ac pœnas scelerum sustineat, ex naturali atque insita Dei cognitione. De quodam parricida Plutarchus narrat, cuius facinus cum occultum esset, ipse conscientia metuente detexit. Hastâ enim hirundinum pullos cum nidis deiicientem amici rogabant, cur in volucres innoxias sæuiret: quibus cum respondisset, cum garrulæ aues essent, timere se, ne quando ipsum calumniarentur, & parentes à se occisos dicerent, timor fecit suspicionem criminis admissi, & mox pœnas dedit. Hæc nunc quidem dixisse satis sit, sequente versu plura adferemus, nunc aduersarios, Socinum, Ostorodium aperte Atheos, & Samusatenianos, & Pareum occulte eos defendentem audiamus.

Natura & fide Deum nouimus.

§. 4. *Cognitio veri Dei est articulus fidei Ecclesiæ proprius, ergo Ethnicis tribui non potest.* Pareus lib. 4. de iustific. cap. 2. Respondeo rationem illam esse impiam, & Caluinianum atheismum sine fuco patefacere. Si enim id omne, quod est articulus fidei, Ethnicis incognitum est, ergo ne Deum quidem esse norunt, nam & hoc ad fidei articulos pertinet, Hebr. 11. 6. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est.* Multa & naturali lumine, & reuelatione Dei speciali cognoscimus, imo pleraque quæ natura cognoscimus, etiam sacræ literæ continent, vt Deum esse bonum, colendum, parentes honorandos, mendacia, fraudesque vitandas. Quis enim ignorat, multa quæ in Scripturis diuinis legimus mandata, etiam in libris Gentilium inueniri?

§. 5. *Deus non est obiectum naturale, non igitur naturaliter cognosci potest. Quis nisi phreneticus dixerit, Deum & vnitatem Dei esse obiectum naturale, non supernaturale: inquit Pareus.*

Respondeo. Nolo contra fumum hiare, nec maledictis respondere, tantum ostendam quantis vitiis conuitium faciat. Primum Augustinus lib. 8. de ciuitate Dei cap. 5. cap. 9. cap. 10. & ex professo cap. 11. An tum *Plato phreneticus fuit, cum propius quam vllus philosophorum nostræ religionis* meras pulsauit? Quid Platonici, nonne ipsi olim hoc probarunt, quod nos & probamus & credimus? Vnum esse Deum probant. *Quia summa est vnitas. Nam si quodlibet summum est vnicum quid magis vnicum est quam summa vnitas? Est etiam vnus, quia est veritas, summa enim veritas vna est. Nam si duæ summæ veritates esse dicantur, aut vna earum habet, quicquid habet altera, aut non, si prius datur, vna est, non duæ: si secundum est, neutra est summa: Deest enim isti illud veritatis, quod in illa est, & illi quod est in ista. Item vnus est Deus, quia est summa bonitas. Summa quippe bonitas quicquid boni reperiri vsquam potest, complectitur. Quod si duas induxeris bonitates summas, quicquid boni est in vna, est & in altera, alioqui neutra esset summa.*

Deus est summa veritas, bonitas, vnitas Platonicis.

Rectè itaque Diuus Thomas p. 1. quæst. 2. art. 2. *Nihil prohibet illud quod per se demonstrabile est & scibile, ab aliquo accipi, vt credibile, qui demonstrationem non capit.* Vide & 5. rationes apud eundem a. 3. Denique nonne Deum esse æternam substantiam, infinitam potentiam aduersarius fatetur *ex libro naturæ addisci?* nec tamen negare potest hæc etiam Ecclesiæ proponi ad credendum.

At Deus verus est, qui est pater & filius, qui est pater & filius & Spiritus sanctus. At hic Deus fuit Ethnicis incognitus, Deum igitur verum ignorarunt.

Respondeo. Assumptionem falsam esse. Deum enim, qui trinus est in personis, cognouerunt, quamuis ipsam personarum Trinitatem ignorarunt. Deum vnum, æternum immensum excellentis prædicarunt, de Triade res creatæ nihil testabantur, omnes enim vt à Deo vno processerunt. Itaque Deum, qui erat Pater, Filius, Spiritus sanctus cognouerunt, nequaquam tamen, qua pater, aut qua filius, aut qua Spiritus sanctus, nosse potuerunt. Imo ne Iudæis quidem plerisque hoc notum fuisse mysterium ex eo docemur, quod id nunc omnes negant, & ex veteribus rarus illius assertor.

Cognouerunt Deum qui Trinus erat, non qua Trinus erat.

§. 6. *Vnus Deus ex solis Scripturis cognoscitur, Gentes Scripturas non habuerunt, non ergo vnum Deum cognouerunt.* Propositionem probat ex Deuter. 6. 4. *Iehoua Deus tuus vnus est.* Isaia 43. 11. *Ego Iehoua præter me non est Deus.* 1. Corinth. 8. 4. *Scimus idolum nihil esse.*

Respondeo. Paulus negat propositionem: Inuisibilia enim cognosci per ea quæ facta sunt, ipse testatur. Contrarium etiam docent libri gentilium, & qui eos citare solent patres. Imo ipsa Scriptura cum docet eos reos esse quod Deum non coluerint, eos sine Scriptura cognoscere potuisse declarat.

§. 7. *Verus Deus creator est cœli & terræ, creatorem Ethnici cognoscere non potuerunt, nec verum igitur Deum. Per fidem enim intelligimus constructum esse mundum.* Hebr. 11. 3.

Respondeo. Mundi opificem illos cognoscere potuisse, & multos porro cognouisse testantur veteres, Auctor de mundo ad Alexandrum. λέγεται καὶ ἑτέρως κόσμος ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. *Mundus dicitur & alio modo, vniuersitatis ordo, & exornatio à Deo, & per Deum custodita.*

Deum mundi opificem esse cognouerunt.

Mundi principia tria nobis Platonici tradiderunt. ipsum τὸ ἀγαθὸν bonum, siue Deum. Deinde intellectum Dei filium, & animam mundi, seu Spiritum, qua ratione, vtcunque Trinitatem adumbrarunt, certe mundi conditum approbarunt. An ille mundi conditorem non agnoscit, qui ait: *Deus cælum ita torniauit, vt vel nihil, vel parum asperitatis haberet, nihil offensionis.* Quid quod etiam de tempore conditi orbis diu sit, & multum disputatum? alii vere, alii autumno factum esse censuerunt. Qui tempus tantæ machinæ atque initia assignat, creatum confitetur, non à se, ab alio igitur, aliud autem illud, quid esse potest, nisi Deus. Poeta quidem vere factum arbitratur.

Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem
Crediderim, ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis.

§. 8. *Sola cognitio specifica verificet obiectum, seu obiectum verum apprehendit. At notitia Dei in Philosophis non fuit specifica; sed tantum confusa in generali, esse aliquem Deum, esse vnum, esse colendum, ergo non apprehendit verum obiectum.*

Generica etiam est vera cognitio. Respondeo. Cognitionem specificam distincte apprehendere, Genericam vere, sed confuse, qui enim Petrum è longinquo conspicit, animal, & quod se moueat, agnoscit, vere omnino & certo, sensim cum propinquantis vicinior species oculos percellit, hominem primo, deinde Petrum esse cognoscit, omnes cognitiones veræ sunt, vltima est maxime propria. Omnes verum obiectum apprehendunt, non eodem gradu.

Cum autem Philosophi Deum æternum, mundi opificem, iustissimum, immensum, vnum & solum agnouerunt, vera fuit notitia, verum obiectum apprehenderunt, non falsum vera enim hæc sunt, quæ de Deo tradiderunt Christianæ religioni consentanea.

Quod si cognitiones illæ veræ non sunt, nec verum obiectum apprehendunt, quid fidei fiet? Nam eadem fide etiam credimus, Deum scilicet esse, vnum esse, iustum esse. Si illa cognitio generalis est, ideoque verum obiectum non apprehendit, ergo nec fides verum obiectum apprehendit, falsa igitur fides est. Sed contra hæc diserte Caluinus sibi ipse bellum inferens contendit. lib. 1. cap. 3. §. 1. & §. 3. Deum autem esse, & vnum esse se mutuo consequuntur, vt qui Deum esse demonstrarit, etiam vnitatem eius probaret.

Ad hæc respondet, Nesciuisse quis, & qualis sit: Hoc verum effugium iam ante ipse sibi ademit, si enim vnum, immensum, iustissimum cognouerunt, ergo quis & qualis fuerit, non ignorarunt. Scire enim iustum esse, est scire, qualis sit quantum quidem ad Deum qualitas pertinet, nostra concipiendi, & loquendi norma, non accidentis accessu. Neque nos aliter per fidem, quam eius vnam spiritualem infinitam essentiam atque alia prædicata cognoscimus, licet & alia plura ex reuelatione nobis cognita sint, & quæ gentiles ex libro creaturarum didicerunt, nos accuratius ex Scriptura data intelligamus.

§. 9. Sapient. 13. 9. *Si tantum potuerunt scire, vt possent æstimare sæculum, quomodo huius dominum non facilius inuenerunt? Non igitur cognouerunt, cum obiectum sit supernaturale.*

Qui Deum non cognouerunt Respondeo. Ignorantiam illorum argui qui cum potuissent ac debuissent Deum cognoscere, id neglexerunt. *Verum*, inquit, *nec his debet ignosci.* Itaque cognoscere, Deum naturaliter potuerunt, *Sua culpa* sed ambitione, studio placendi hominibus, vitio- *ignorant.* rum dulcedine capti, relicta cura cognoscendi, ac colendi creatoris, vanitatibus adhæserunt. Multi non cognouerunt, sed culpa sua, plures cognouerunt, sed non vt Deum coluerunt. Inde est, quod nonnulli sectarii, vt Zuinglius, Socratem, Platonem, alios, vt Senecam, Trismegistum cœlo ascribant, sed de illis alia quæstione agendum est.

§. 10. *Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Igitur nemo Deum cognouit. Sic & Ioannis primo cap. dicitur: Et mundus eum non cognouit.*

Respondeo. Triplicem hoc loco sapientiam nobis proponi. Primo dicitur non cognouisse in sapientia Dei, hoc est, conditu, & gubernatione mundi, in quibus Dei admirabilis sapientia sese exerit. Deinde, non cognouisse per sapientiam, naturalem nempe Dei cognitionem. Tertio idcirco per stultitiam prædicationis, hoc est, Euangelicam sapientiam saluos esse factos credentes. Quomodo igitur hic cognouerunt, illic mundus non cognouit? An apud Corinthios Philosophorum, & eloquentiæ mulatores, hoc indicat. Non cognouisse mundum eo modo Deum, vt ex sua sapientia salutem consequeretur? ita sane apparet: De saluatrice enim sapientia, & quæ sit Dei virtus, agitur, hoc modo mundus Deum non cognouit. Sed huic loco non immoror, in eo enim multa consideranda sunt. Contra aduersarium sufficiat, ex Catholicis sumpta interpretatio Piscatoris Caluinistæ. *Hic oritur quæstio, Quo sensu hic neget Apostolus, mundum cognouisse Deum in Dei sapientia, id est opificio mundi: quum tamen ad Rom. 1. affirmet, id quod de Deo cognosci potest, manifestum esse in hominibus; Deum enim manifestum eis fecisse: Ipsius enim inuisibilia inde à creatione mundi, ex rebus conditis intelligi ac perspici, videlicet æternam eius tum potentiam tum diuinitatem: idem eos Deum cognouisse, vers. 19. 20. 21. Respondeo: Non pugnant inter se hæ duæ sententiæ. nam ad Rom. 1. loquitur Apostolus de ea cognitione quæ tantum valet ad hoc, vt per eam homines reddantur inexcusabiles, (vt ipse expressis verbis docet vers. 20.) hoc est, vt accusati coram tribunali Dei quod Deum creatorem suum non glorificarint, vt merito debuerunt, non possint afferre hanc excusationem siue defensionem, se Deum prorsus non cognouisse, nesciuisse scilicet, Deum esse, & conditorem esse mundi potentissimum, sapientissimum, iustissimum, benignissimum: alioquin se illum glorificaturos fuisse debito cultu. Hanc defensionem afferre non poterunt: quia ex opificio mundi Deum eo quo dictum est modo cognouerunt. At hoc loco loquitur Apostolus de ea cognitione quæ satis est ad consequendum seu vitam æternam: vt manifeste apparet ex antithesi: ait enim. Postquam mundus non cognouit Deum per sapientiam in sapientia Dei: placuit Deo per stultitiam prædicationis seruare credentes. quasi dicat. Quoniam homines non cognouerunt Deum ad salutem ex opificio mundi tanquam sapientia Dei limpidissimo speculo, idque per sapientiam, id est vt sui ingenii seu rationis naturalis: Deus ad salutem se cognoscendum præbere hominibus voluit per prædicationem Euangelii, per quam efficit fidem in electis suis, qua fide illi salutem consequuntur.*

Qua igitur fronte hic nobis locus obiicitur, cum ad institutum nihil faciat? Verum libuit hic ascribere de cognitione Dei, quæ in Philosophis fuit, versus Prudentius, quia contra Ethnicos in iniustitia scientiam illam detinentes disputat

Cede

Cede profanator

Cede profanator Christi, tam crede Sabelli,
Depositorq; patris natiq; insane negator.
Nonne patrem violas, dum natum iure recusas?
Quandoquidem non est genitor, nisi filium extet,
Nec vocitare patrem potues, quem germine fraudas.
Sed fortasse velis patria pietatis honore
Dispoliare Deum, contentus nomine nudo
Quod Deus est, adimasq; decus patris & generis vim,
Et quis in idolis recubans, inter sacra mille,
Ridiculosq; Deos veneram sale, cespite, thure.
Non putat esse Deum summũ, & super omnia solum,
Quamuis Saturnos, Iunonibus, & Cytheren,
Portentisq; alijs fumantes conferet aras:
Attamen in cælum quoties suspexit, in vno
Constituit ius omne Deo, cui seruiat ingens
Virtutum ratio varijs instructa ministris.
Quæ gens tam stolida est animus? quã barbara linguis?
Quæue superstitio tam sordida? quæ caniformem,
Latrantemq; throno cæli præponat Anubim,
Nemo Cloacina aut Tiphona super astra deabus
Dat solium, quamuis solidam persoluat acerram,
Sacrilegisq; molam manibus rimetur, & exta,
Consule barbati deliramenta Platonis,
Consulo, & hircosos Cynicos, quos somniat, & quos
Texit Aristoteles torta vertigine neruos,
Hos omnes quamuis anceps labyrinthus, & error
Circumflexus agat, quamuis promittere, & ipsi
Gallinam soleant, aut Gallum, Clinicus vt se
Dignetur præstare Deus morientibus æquum,
Quum ventum tamen ad normam rationis, & artis
Turbidulos sensus, & litigiosa fragosis
Argumenta modis concludunt numen in vnum.
Cuius ad arbitrium sphæra mobilis, atq; rotunda
Voluatur, seruentq; suos vaga sydera cursus
Non recipit natura hominis, modo quadrupes ille
Non sit, & erecto spectat cælestia vultu,
Non recipit, neget vt regimen pollere supremum.
Istud & ipse Numa tacitus sibi sensit aruspex,
Semifer & Gothus sensit cane multo peior.

Conscientiæ vnum Deum norunt.

Vnum agnoscunt Deum Barbari.

Impium igitur est. quod Sociniani docuerunt, Gentes de sola fama Deum nouisse, ideoq; Brasilienses, atque alios ἀνθρωποφάγους nullam omnino Dei cognitionem habere, nec habuisse, hoc enim refellunt non veteres modo, sed ipsi barbari, qui in periculis cœlum suspiciunt, & numen aliquod adorant, atque hac in re sunt naturaliter, vt de gentibus Tertullianus dicit, Christiani. At hoc certissimum visum est ipsis gentilibus. Cicero lib. 2. de natura Deorum. *Quid potest esse tam apertum tamque perspicuum cum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur?*

VERSVS 20.

Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles.

QVÆSTIO I.

Quæ Deus illis manifestauit?

TRia Apostolus proponit: *Inuisibilia Dei, sempiterna eius virtus, Diuinitas.*

§. 1. Iterum occupatio est. Quomodo enim Deum cognoscerent, qui inuisibilis est? neq; enim sensus renunciare possunt, & tamen ab illis administris pendet nostra intelligentia. Hanc impiorum causationem excludit: Quæ sunt Dei inuisibilia, hæc ex visibilibus veluti certissimis magistris addiscuntur. Exposuit hæc S. Chrysostomus egregie. *Vndenam igitur manifesta erat? (cognitio Dei) vocem è supernis immisit illis Deus? nequaquam. Sed quod illos voce validius illicere poterat, id fecit mundi creatione in medium proposita. vt possit sapiens, rudis Scytha, barbarus, ex ipso aspectu, eorum quæ oculis subiecta sunt, pulchritudinem edoctus, ad Deum conscendere. Siquidem quæ sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi dum per opera intelliguntur, peruidentur. Quemadmodum & Propheta, inquit, Cæli enarrant gloriam Dei. Quid enim eo die dicent gentiles? Te ignorauimus? Itane vero non exaudijstis cælum, vocem ab aspectu emittens? Non exaudijstis compositam rerum omnium harmoniam tuba illustrius clamantem? Noctis ac diei leges non perspicuis perpetuo stantes, atq; immobiles? Hyemis, veris, cæterorumq; anni temporum compositum ordinem, firmum & immotum? Maris clementiam, idq; in tanta fluctuum conturbatione? Denique omnia ordinem seruantia, eademque tum à pulchritudine, tum à magnitudine ipsum opificem veluti præconio annunciantia?*

Creatura Deum ostendunt.

§ 2. Inuisibilia sine ἀόρατα non sunt Angeli, vt arbitratus est Origenes. Nam ad salutem necessaria erat cognitio creatoris, & ignoratio illius inexcusabilis reddebat, Angelos à Deo conditos sine noxa nescire omnes poterant, quemadmodum ignorare sine culpa possumus, extremos Sinas, atq; Indiarum ad occidentem solem tractus. Deinde creatura corporata non demonstrat creaturam spiritualem, nam & creari sine illa potuit, & gubernari. Quis enim cœlos ab intelligentia assistente, non sumpte natura atque impetu cieri probauit? aut si ipsum minimè actuosum, atque iners nullam in partem commoueri se potest, ad actionem tamen illum sufficit potentia factoris, non sunt necessaria ministeria Spirituum. Et forte gentibus nonnullis expediebat Angelos ignorare, ea eorum enim confusa cognitione, multi illis numinum tribuere, Platonici hominum creationem secundum corpora, Seleuciani etiam animas ab eisdem creatas somniarunt, hæretici qui dicti sunt Angelici, pro numine illos coluerunt. Non igitur Angeli per ea quę facta sunt, intellecti conspiciuntur. Habebant illi signa nonnulla quibus inducti crederent, naturas quasdam dignitate, & viribus præstantiores esse humana, itemque intelligentia perspicaciore pollere, cum in oraculis, Ariolis, Pythonissis, Energumenis tam admirandos effectus intuerentur. Nam quod Aristoteles humori melancholico opera tribuit tam admiranda qualia sunt, quædam futura, nonnulla absentia edicere peregrinis linguis vti, id parum ingenio suo consentaneè dixit, nec fidem apud prudentes meruit, non magis, quam si quis luto, sentiendi & præsentiendi vim inesse contenderet. Si igitur Angeli non sunt animas humanas à corpore seuocatas operari illa dicendum esset, neque enim Deo adscribi omnia talia possunt cum is in fraudem inducere, mentiri, iubere scelera, cruenta sacrificia, atq; alia fœda atque horrenda non soleat, atque adeo non possit.

Inuisibilia Angeli non sunt.

Naturaliter Angeli non cognoscuntur.

§ 3. Inuisibilia Dei non sunt tres personæ, seu sanctissima Trinitas, vt existimasse quidam videntur. Quamuis enim Raimundus, Lullus, & Richardus de sancto victore lib. 1. de Trin. c. 4. & lib. 3. c. 5. Henricus Gandauensis quodlib. 5. qu. 14. &

Inuisibilia non est S. Trinitas.

quodlib.12. q. 2. existimarint, intellectum iam fide illuminatum necessarias atq; apodicticas rationes adferre posse quibus S. Trinitatem ostendat, consideratiores tamen, & doctiores Theologi id merito negant. Est quidem in creaturis quoddã vestigium Trinitatis vt monet August. 6. de Trin. c. 10. Sed tenue adeo, atq; obscurum, vt non nisi ab illis qui iam reuelatione cœlesti Trinitatẽ agnouerunt cognoscatur. Nã quod Trismegistus ait, *Monas gignit monadem, & suum in se reflectit ardorem*. Quod Pythagoras Deum *Ternario numero colendum docuit*. Quod Plato apud August. l. 10. de ciuit. c. 23. & Plato nici de Trinit. senserunt, ex aliquo commercio cũ viris Sanctis, & illustribus veteris testamenti procedere existimo. August. verba sunt: *Qua autẽ dicat esse principia tanquam Platonicus, nouimus. Dicit n. Deum patrem & Deum filium, quem Græce appellat paternum intellectũ, vel paternam mentem: de Spiritu autem sancto aut nihil, aut non aperte aliquid dicit: quamuis quem aliũ dicat horũ mediũ, non intelligo. Si n. tertiam sicut Plotinus, vbi de tribus principalibus substantijs disputat, animæ naturã etiam iste vellet intelligi: non vtiq; diceret horum medium, id est Patris & Filij mediũ. Postponit quippe Plotinus animæ naturam paterno intellectui: Iste autem cum dicit medium, non postponit, sed interponit. Et nimirũ hoc dixit vt potuit siue vt voluit: quod nos Spiritum S. nec Patris tantum nec Filij tantum, sed vtriusq; Spiritum dicimus.*

Trismegisti monas.

Quod ijdem Pythagorici Iustitiam dixerunt τετράδα, huc non pertinet, nã litem dixerunt δυάδα. Illam enim τετράδα non de Deo, sed de iudicijs æquitate ac rectitudine intellexerunt.

τετρὰς iustitia.

§. 4. Inuisibilia igitur eius siue vt Syrus habet ܟܣܝܬܗ abscondita Dei sunt. Dei natura atq; omnia quæ vocari solent attributa, æternitas, sapientia, immensitas, quæ naturali ratione de Deo possunt demonstrari. Nec aliud sentiunt qui huc referunt, creationem, conseruationem, variosq; gubernandi modos. Hac de re videatur Aristoteles cum interpretibus l. 8. Physic. l. 12. Metaphys. Augustin. libr. prioribus de ciuitate Dei. D. Thomas in primam partem, & Commentatores. Cognoscitur etiam sempiterna eius virtus, & diuinitas. Dupliciter hæc auctores interpretãtur. Primo, vt hæc duo ponantur exegetice, atq; inuisibilia diuidãtur in δύναμιν & θειότητα, in virtutẽ, & diuinitatẽ, seu naturam, & attributa naturæ. Alioqui hæc viderentur non esse inuisibilia. Deinde particula ἥ τε ἀΐδιος &c. sic potest intelligi, vt τε non sit copulatiuum, sed exegeticũ. Sed nollem à verbi proprietate recedere, præsertim cum in Paulo particulæ τε vsus nullus talis inueniatur, & quia aliter sensus cõmodius melius potest. Postquam enim dixisset; Inuisibilia cognosci posse per ea quæ facta sunt, poterat errores suis tenebris infidelitas obtrudere, Dei cuiusdam, aut Deorum, aut naturæ posse inuisibilia ea rebus creatis agnosci. non vnius, veri, immensi Dei.

Attributa Dei sunt inuisibilia.

Quæ Dei virtus cognoscitur.

Neq; enim negare poterant in mundi administratione summam sapientiam quandam ac potentiam esse. Quam alij animæ mũdi, alij naturæ, nonnulli atomis, plurimi Angelis, seu dæmonib⁹ ascribebant, istorum somnia, erroresq; elidit, cum ait, non modo reconditam, occultamq; sapientiam, iustitiam, atq; alia bona in mundi administratione apparere, sed hoc insuper demonstrari, Æternã esse potentiam qua hæc facta sunt, & consistunt, eamq; potentiam vnius, veri & omnipotentis esse Dei, nõ Iouis, aut Saturni. quos cum tempore cœlum antecedat, non fuit ab illis mundus conditus, nec æterni illi. Quo maiore odio digna est eorum prauitas, qui cum Pauli se interpretes esse profiteantur, ex professo Paulo contradicunt. Negant enim gentes nouisse verum Deum cum Apostolus dicat, inuisibilia eius, ipsamq; potẽtiam ac diuinitatem illius intellecta conspici. An potentia veri Dei an diuinitas veri Dei intellecta conspici potest, & tamen verus Deus ignorari?

Potentiam signanter æternam asserit, contra fabulosorum numinũ matrimonia, & origines, maximeq; contra ridiculas, sed eo tempore vsitatas ἀποθεώσεις neq; enim decreto periturі senatus, fieri Deitas sempiterna potuit, & Deorum per lubibria factorum in mundi machina nulla est potentia. Pulchre hæc describit Nouatianus presbyter lib. de Trinitate, quem adhuc Catholicus & communionis Romanæ composuit: *Hic ergo semper sui est similis, nec se vnquam in alias formas vertit aut mutat, ne per immutationem etiam mortalis esse inueniatur. Immutatio enim conuersionis, portio cuiusdam comprehenditur mortis. Ideo nec adiectio in illo vnquam vllius aut partis, aut honoris accedit: ne quid vnquam perfecto defuisse videatur: nec detrimentũ in eo alicuius agitur, ne gradus mortalitatis receptus esse videatur: Sed quod est id semper est, & qui est, semper ipse est, & qualis est, semper talis est. Nam & incrementa originem monstrant, & detrimenta mortem atque interitum probant: Et ideo ego (ait) sum Deus, & non sum mutatus: statum suum tenens semper, dum id quod natum non est, conuerti non potest; Hoc enim in ipso quidquid illud potest quod est, Deus semper sit necesse est, vt semper sit Deus, seruans sese virtutibus suis: Et ideo dicit, Ego sum qui sum. Quod enim ideo hoc habet nomen, quoniam eandem semper sui obtinet qualitatem. Immutatio enim tollit illud nomen quod est: Quidquid enim aliquando vertitur, mortale ostenditur hoc ipso quod conuertitur. Desinit enim esse, quod fuerat, & incipit consequenter esse quod non erat: ideo & merito in Deo manet semper status suus, dum sine detrimento commutationis semper sui, & similis & æqualis est. Quod enim natum non est; nec mutari potest: ea enim sola in conuersionem veniunt quæcunq; fiunt vel quæcunq; gignuntur dum quæ aliquando non fuerant, discunt esse nascendo, atq; ideo nascendo conuerti. At enim, illa quæ nec natiuitatem habent, nec artificem, excluserunt a se demutationem dum in qua conuersionis causa est, non habent originem: ideo & vnus pronunciatus est, dum parem non habet. Deus enim quidquid esse potest quod Deus est, summum sit necesse est. Summũ autem quidquid est, ita demum summum esse oportet, dum extra comparationem est. Et ideo solum & vnum sit necesse est, cui conferri nihil potest, dũ parem non habet. Quoniam nec duo infinita esse possunt, vt rerum dictat ipsa natura. Infinitum est autem, quidquid nec originem habet omnino nec finem. Excludit alterius sinum, quidquid occupauerit totũ. Quoniam si non omne id quod est, quidquid est continet, dum intra id inuenitur quo continetur, minus inuentum eo quo continetur, Deus esse, desierit in alterius potestatem redactus, cuius magnitudine quamuis minor fuerit inclusus: & ideo quod continuit Deus potius esse iam cœperit.*

Æterna virtus Romanæ tollit ἀποθεώσεις.

Dei æternitas.

QVÆSTIO II.

Quid est: A creatura mundi?

§. 1. DVplex interpretatio est; Prima à creatione mundi, & hæc quoq; duplicem vel n. sensus est; Ab initio mundi hanc fuisse Dei cognitionem, vt vetustas illius indicetur, vel ipsam rerum creationem ex nihilo, argumento esse, potentiam & diuinitatem requiri sempiternam, vt ex nihilo, id quod est, producatur: Altera expositio est, Creaturam mundi esse ipsum mundum creatum, omniaque quæ vasto illius ambitu continentur.

Qui

Ex creatione Deus notus.

Qui igitur tempus tantummodo notari arbitrantur, Syrum interpretem sequi videntur, apud quem est מן תרמיתה דעלמא *à fundamentis mundi.* quod videtur esse idem, quod Apoc. 13. 8. ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, à constitutione mundi, vel vt hoc loco Syriaca vertit latinus interpres, *à iactis mundi fundamentis.* Deinde in Græco est. ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, à creatura mundi, operibus cognita, conspiciuntur. Itaq; τὰ ποιήματα, seu res creatæ sunt medium per quod cognoscuntur, & κτίσις indicat tempus, à quo cœpit cognitio, præcipue quod non dicat: ἐν τῇ κτίσει, sed ἀπὸ, quod temporis significationem habet.

Creatura mundi.

§. 2. Verum quidem est à mundi exordio, seu ab orbe condito cœpisse hanc cognitionem, quia tamen video SS. Patres in verbis illis non solũ tẽporis notam collocare, sed mundi creationem, & mundum creatũ interpretari, non habeo causam cur ab illis recedam. Quæ enim adferuntur diluta sunt. Syrorum interpreti opponimus Latinos & Græcos, deinde rectè intellexeris per mundi fundamenta, mundum fundatũ, atq; ita cõsentiet ipsis Patribus, multo leuius est, quod de vocula ἀπὸ nugatur Nouator quidã refutatione indignũ est: Quasi vero nõ recte dixerint auctores: ἀπὸ πολέμου φθαρῆναι, ἀπὸ δικαστηρίου ζῆν. Certe Xenophon eodem modo vtitur λαμβάνομεν δὲ οὔτε ἐκ τῆς γῆς οὐδὲν, οὔτε ἀπὸ τῶν οἰκιῶν *Neq; ex terra, neq; ex ædibus quicquam accipimus.* Hoc igitur speciem habet, quod idem bis dici videatur; etiam si ἡ κτίσις κόσμου est mundi creatio, vel mundus creatus, quid opus erat addere τοῖς ποιήμασι; *Factis*, seu *operibus*? Sed hoc etiam facili negocio soluitur, nam à creatione mundi intelligitur, hoc est ex ipsa productione tantæ molis ex nihilo conspiciuntur, τοῖς ποιήμασι, operibus intellecta, nã opera clamant se facta esse, ex se non esse. Cognoscere igitur Deũ à creatione mundi, est per opera intelligere: cum enim illum obtutu oculorum videre non possimus, de magnitudine creationis, hoc est operum, maiestatem artificis condiscimus. Perinde ac si dicat: ex creatione mundi, operibus inquã cognoscimus. Tertullianus lib. de anima, c. 18. ita legit. *Inuisibilia enim eius à conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur*, quasi dicat, quia Deus mundum condidit, ideirco de factitamentis eius inuisibilia intellecta visuntur Ita & Augustinus Serm. 143. de tempore.

Idem sermone 55 de verbis Domini. *Veritatem & vitam omnis homo cupit, sed vitam non omnis homo inuenit. Deum esse quandam vitam æternam, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapientem, sapienter facientem, nonnulli etiam huius seculi Philosophi viderunt, veritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, vbi sunt omnes rationes rerum omnium creatarum. Viderunt quidem, sed de longinquo. viderunt, sed in errore positi: & ideirco ad eam tam magnam & ineffabilem, & beatificam possessionem, qua via perueniretur, non inuenerunt. Nam quod viderunt etiam ipsi (quantum videri ab homine potest) creatorem per creaturam, factorem per facturam, fabricatorem mundi per mundum, Paulus Apostolus testis est, cui vtique debent credere Christiani. Ait enim cum de talibus loqueretur, Reuelatur ira Dei super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinẽt. Nunquid dixit eos nõ detinere veritatem? Sed veritatem in iniquitate detinent. Bonum est quod tenent; sed malum est, vbi tenent. Veritatem in iniquitate detinent. Occurrebat autem, vt diceretur ei; Vnde illi impij veritatem detinent? Nunquid Deus ad quenquam illorum locutus est? Nunquid legem acceperunt sicut Israelitarum populus per Moysen? Vnde ergo detinent veritatem vel in ipsa iniquitate?* AVDI TE *quod sequitur & ostendit. Quia quod notum est Dei, inquit, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit. Manifestauit illis, quibus legem non dedit? Audi quomodo manifestauit. Inuisibilia enim eius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Interroga mundi ornatum, cœli fulgorem, dispositionemq; siderum, solem diei sufficientem, lunam noctis solatium: interroga terram fructificantem herbis & lignis, animalibus plenam, hominibus exornatam: interroga mare, quantis & qualibus natatilibus plenũ, interroga aera, quantis volatilibus viget: interroga omnia, & vide si non sensu suo tanquam tibi respondent, Deus nos fecit. Hæc & philosophi nobiles quæsierunt, & ex arte artificem cognouerunt. Quid ergo? Quare reuelatur ira Dei super ipsam impietatem? Quia veritatem in iniquitate detinent? Veniat, ostendat quomodo.* Sic & Tertullianus Hæreticos refutat, libro contra Hermogenem. *Noli Deo sic adulari, vt velis illum solo visu & solo accessu tot ac tantas substantias protulisse, & non proprijs viribus instituisse. Sic n. & Hieremias commendat: Deus faciens terram in valentia sua parans orbem in intelligentia sua, & suo sensu extendit cælos. Hæ sunt vires eius, quibus enixus, totũ hoc condidit. Maior est gloria eius si laborauit. Denique septima die requieuit ab operibus. Vtrumq; suo more. Aut si adparens solummodo, & adpropinquans fecit hunc mundũ, nunquid cũ facere desijt, rursus adparere & adpropinquare cessauit? At quin magis adparere cœpit, & vbique conueniri Deus, ex quo factus est mundus Vides ergo quemadmodũ operatione Deus vniuersa constituit, valentia facientis terram, intelligentia parantis orbem & sensu extendentis cælum, non adparentis solummodo, sed nec adpropinquantis sed adhibentis tantos animi nisus, Sophiã, Valentiã, Sensum, Sermonem, Spiritum, Virtutem. Quæ illi nõ erant necessaria, vt adparendo tantũmodo & adpropinquando profectus fuisset. Hæc aũt sunt inuisibilia eius, quæ secũdũ Apostolũ ab institutione mundi factis eius conspiciuntur non materia inscio quæ, sed sensualia ipsius. Quis enim cognouit Dominũ? De quo exclamat. O profundum diuitiarum, & Sophia, vt inuestigabilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quid hæc magis sapiunt, quam vt ex nihilo omnia facta sunt, quæ nec inuenire, nec inuestigari nisi solo Deo possent, alioquin inuestigabilia, si ex materia sunt inuestigata & inuenta.*

§. 3. Mirum in modum animus erigitur à rerum quæ sub aspectum cadunt, consideratione, & amore, ad inuisibilium hoc est, spiritualiũ, intelligentiam ac desiderium. Diuina est plane S. August. hac de re Philosophia. Serm. 17. de verbis Apostoli. *Inuisibilibus similis est Deus, & ea in nobis sunt meliora, quæ sunt inuisibilia. Melior est fides, quam caro, melior est fides, quam aurum, & melior est fides quam argentum, quam pecunia, quam prædia, quam familia, quam diuitiæ: & ista omnia videntur, fides non videtur. Cui ergo similiorem putabimus Deum, visibilibus an inuisibilibus? preciosis an vilibus? De vilioribus loquar. Habẽs duos seruos, vnum deformem corpore, alium pulcherrimum, sed illum deformem fidelem, alterum infidelem. Dic mihi quem plus diligas: & video te amare inuisibilia. Quid ergo? Quando plus amas seruum fidelem, licet corpore deformem, quam pulchrum infidelem: errasti & fœda pulcris præposuisti? Vtiq; non. Contempsisti enim oculos carnis, & erexisti oculos cordis: Interrogasti oculos carnis, & quid tibi renunciauerunt? Iste pulcher est, ille fœdus? Repulisti eos, eorum testimonium reprobasti: erexisti oculos cordis in seruum fidelem, & non in seruum pulcrum. Istum inuenisti fœdum carne. illum pulchrum: sed pronunciasti & dixisti. Quid fide pulcrius? Quid infidelitate deformius?*

§. 4. Omnes ergo creaturæ anthorem suum Indicant, à summo cœlo, vsque ad arenulam, quæ est in littore maris, imo in paruis mirabilior apparet sapientia diuinitatis. Magnum est mundi totius testimonium: agnoscit hoc Socratis

disci-

discipulus Xenophon. Ταῦτα inquit σοφοῦ τινος δημιουργοῦ, καὶ φιλοζώου τεχνήματι εἶναι. Hæc sapientis architecti, & vitæ, seu hominum amantis artificiũ esse. Merito hoc de homine accipio, qui præcipua est imago diuinitatis. Nam apud Sibyllam ita loquitur.

εἰκὼν ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

Imago est homo mea rectam habens rationem. Cur hic pro verbo δύναμις quidam hæretici ponant ἐνέργεια, vt Lossius, nescio, nisi error forte memoriæ est. Nam omnia exemplaria habent δύναμις.

Ad antiquissimos illa refert Aristoteles, seu auctor de mundo. Ἀρχαῖος μὲν οὖν τις λόγος, καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκεν, οὐδεμία δὲ φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν αὐτάρκης, ἐρημωθεῖσα τῆς ἐκ τούτου σωτηρίας. Antiquus itaque & patrios est cunctis hominibus sermo, ex Deo & per Deum omnia nobis constituta esse. Nullam vero naturam sibi esse sufficientem, salutẽ, quæ ex illo est, destitutam. Deinde postquã complura recensuisset, Deum ita describit, vt dicat δυνάμει esse ἰσχυρότατον, κάλλει εὐπρεπέστατον, ζωῇ ἀθάνατον, ἀρετῇ κράτιστον. Potentia fortissimum, forma pulcherrimum, vita immortalem, virtute præstantissimum. Et concludit ita vt nisi ante scripsisset, videri posset ex Paulo recepisse. Διὸ πάσῃ θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Ideo cum omni mortali naturæ factus sit inaspectabilis, ex ipsis operibus cernitur. Vbi notandum contra nouitios interpretes, ἀπ' ἔργων non referri ad tempus. Similia apud Ciceronem, Manilium, Psellum, aliosq;. Præsertim Socrates & Plato: Et apud Latinos Arnobius toto opere. Cuius sunt ista l. 4. p. 11. *Quisquam ne est hominum, qui non cum istius Principis notione diem primæ natiuitatis intrauerit, cui non sit ingenitum, non affixum, imo ipsis pene in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse Regem ac Dominum, cunctorum, quæ sunt, moderatorem? Ipsa denique, hiscere si animantia muta possint, si in linguarum nostrarum facultatem solui: imò si arbores, glebæ, saxa, sensu animata vitali vocis sonitum quirent & verborum articulos integrare, ita non duce natura & magistra, non incorrupta simplicitatis fide, & intelligerent esse Deum, & cunctorum Dominum solum esse clamarent.*

QVÆSTIO III.

Quid Philosophis profuit ista cognitio?

§. 1. APostolus breui sententia cognitionis illius effectum, finemq; cõplexus est. Ita vt sint inexcusabiles, inquit. εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. Syrus interpres, דנהוון דלא מפק ברוח *Vt ne possint quidem Spiritum efflare.* Hoc est: ne hiscere quidem audeant. Allusio ad Persicam, & in omni familia tum Romæ communem superbiam, hæc qua ita exercitus seruitiorũ continebantur, vt loqui, exscreare, minimũ sonum edidisse flagitium censeretur, itaq; muti totos dies & noctes perstabant. Quod si ijdẽ illi etiam criminis alicuius rei haberentur, si profugere, aut in Dominum coniurare deprehẽsi essent, maior sine dubio metus non modo vocem, sed spiritum etiam intercludebat. Talis erit formido, ac trepidatio, stuporq; miserorum, cum contra rationem conscientiamq; ab optimo Domino se defecisse, inimicis se iunxisse cõuincentur omnem excusationem sibi præcisam esse ipsi intelligent. Τοσούτων τῶν δεικνύντων τοῦ θεοῦ μεγαλεῖον τί ἀπολογήσονται οἱ ἀγνοήσαντες ἀπὸ τῆς φιλοσοφίας; *Cum enim adeo sint multa quæ Dei magnitudinem demonstrant, quid excusabunt, qui sponte excæcati sunt?*

Fugienda est illorum [illegible] qui [illegible] finem propositum fuisse contend[illegible] vt [illegible] illuminati, atq; in conscientia co[illegible] [illegible] cusabiles, audiendus potius D. Chrysost. [illegible] Διὰ τοῦτο ταῦτα ἐποίησεν ὁ θεός, [illegible] ἀπολογίας ἀποστερῶν διδασκαλίας [illegible] μὲν προὔθηκεν, ἀλλ' ἵνα αὐτὸν ἐπιγνῶσιν, ἀγνοή[illegible] ἑαυτοὺς ἐστέρησαν ἀπολογίας. *Et sane non propter hoc ista Deus fecit, etsi hoc euenit, non enim vt excusationem illis adimeret, tantam doctrinam proposuit in medium, sed vt ipsum agnoscerent, ignorantes vero omni se excusatione priuarunt.* Verùm etiam aliam in partem peccant alij, qui hisce ex verbis Pelagianismum stabilire conantur. Naturalem enim cognitionem saluti sufficere arbitrantur, cum Catholica fide habeat: Neminẽ quantacunq; eruditione, sapientiaq; præditum sine supernaturali reuelatione posse fidelẽ esse, sine fide autẽ neminẽ posse placere Deo. At vero philosophorum alicui Deus supernaturalia reuelarit id incertum nobis est. Cur n. Dei misericordia non aliquem fulgorem animis aliquorum alluxerit, vt se peccatores agnoscerent & ad animarum suarum creatorem cõuerterent? Interim opus fuit cognitione Dei, & mediatoris Iesu Christi, de quo quid Deus reuelauerit, tot sæculis non est nostrum statuere.

VERSVS 21.

Quia cum cognouissent Deum: non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ.

QVAESTIO I.

Quæ fuerint delicta gentilium?

§. 1. VAna recẽset Apostolus, hoc versu quatuor: vnũ primo *Deum cognitum non sicut Deũ glorificauerunt*, Secundo, *Gratias non egerunt*: Tertio, *Euanuerunt in cogitationibus suis*: Quarto, *Obscuratum est insipiens cor eorum.*

Primum peccatum est, quod *cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt*. Cognouerũt corpora, & per ea rectrices eorum, & motrices animas, viderunt, & ipsas animas mutabiles, transierunt, & ipsam; quæ sit eorũ n. aliquid immutabile. Sic ergo peruenerunt ad cognoscendũ Deum, qui fecit, per ista quæ fecit: sed non sicut Deum honorauerunt.

Verum igitur Deũ cognouerunt, cum n. cognouerunt, quem glorificare debuerũt, quẽ non agendo gratias offenderunt. Soli enim vero, inuisibili Deo gloria debetur. Causa redditur o. cur fuerint inexcusabiles, non ignorando verum Deum vel qui eum agnoscere non possent, sed cognitum ex operibus, seu vt Tertullianus loquitur lacititamẽtis, nõ glorificauerunt. Hæc etiam verba nonnulli sectariorum ad impia dogmata detorserunt. *Idcirco*, ait Bullingerus, *quod ad veritatem veramq; religionem, & ad Dei cognitionem attinet, quantum humana mentis at est, nihil latuit gentes, si quidẽ Deus se illis manifestauit reb⁹ visibilibus. Ex quibus nos primo intelligimus quid ad Hebræos, 11. 6. voluerit Paulus, cum dixit fidem argumentum esse non apparentium: nimirum deprehensionem æternæ, certamq; fiduciam in Deum inuisibilem. Deinde vero colligimus, ne gentibus quidem defuisse Deum, veritatem, & religionem verã si ea vti voluissent, nam & in actis c. 14. & 1[illegible]. non dissimilia prorsus his prædicauit Apostolus. Videmus [illegible] non vulgarem Dei, rerumq; diuinarũ cognitionem in quibus Lam*

Cognitum Deum non glorificauerunt.

Bullinger Senecam Schola [illegible] profani

[illegible] *, non omnino pessima* [illegible] *fuit* [illegible] *Philosophorum* [illegible] *expo* [illegible] *ut ex multis vnū proferam. Nam Seneca plus* [illegible] *ologiæ posteritati celi fuit qua omnis fere om-* [illegible] *norum* [illegible] M [illegible] um [illegible] de [illegible] noh [illegible] cu, qu [illegible] diat [illegible] hæc [illegible] u ant [illegible] *ex me contineo, quin dicam* [illegible] *Socrates et apionibu.* [illegible] non est co [illegible] Calu [illegible] no [illegible] is, [illegible] o [illegible] tres quidē [illegible] cabit Sunt hæc [illegible] per [illegible] de [illegible] ubi [illegible] d [illegible] so [illegible] a [illegible] hoc n. [illegible] dui taxat [illegible] Calui [illegible] atq; post [illegible] os ex præ- [illegible] Læ tuæ coryph [illegible] fore, est [illegible] dati q, qua [illegible] ou [illegible] Pareus [illegible] supra nega- [illegible] um naturalite posse cognosci. G [illegible] es [illegible] ū [illegible] nó cognouisse [illegible] lingerus eas omi [illegible] Scho- [illegible] cis Theologis antepont. Quod [illegible] ve [illegible] tacit, [illegible] dat Scholasticorū, de vero, vno, [illegible] mensu Deo [illegible] ma esse falsā. Certe de diuinitate Deiq, attri- [illegible] us, & personis, quæ tot voluminib⁹, tamq; labo- [illegible] Theologi explicueru [illegible] á Sene [illegible] libris [illegible] ó vin- [illegible] tur, aut [illegible] tatus fuit Seneca Theologus, vt om- [illegible] Scholastici doctores velut vmbræ volitent, [illegible] ca solus omnium doctor sed at, quid dicunt [illegible] uinitate Gentiles [illegible] Dei cognitione caruisse?

[illegible] Non sicut Deū glorificauerunt *ἐδόξασαν* Co- [illegible] nē Dei [illegible] quirut [illegible] ndē colendi obligatio. Est [illegible] iū morale Deū colendū esse. Glorificatio in [illegible] one æternæ maiestatis, eius, amore, atq; [illegible] o, externoq, cultu pa [illegible] er consi [illegible]. Hū Deo nunqua exhibue [illegible] ūt, et [illegible] sæpe qui optime eū no- uerunt, vt Salomon, aliiq; piè instituti, sed pregna inde eius mutat reges. Quid clari⁹ vel in ipso Se- neca? Iā moriens, & proximo os sanguine [illegible] spergens *Ζευὶ ἐλευθερίῳ*, inquit, *[illegible]*. *Iupiter li- berator tibi sanguinem illum libo.* Ergo igitur ēt in ex- trema necessitate [illegible] dulsit, nimemor veri Dei, quē cœtetis In vitæ partibus frequēter agnouit. Videa- tur [illegible] o. August. l. [illegible] de [illegible] uitate Dei. *Libertas sane quæ huic defuit, ne istam Vrbanam Theologiā Theatricæ simillimam, aperte sicut illā reprehenderet auderet, Annæo Senecæ quem nonnulli indiciis inuenimus Apostolorū nostrorū claruisse temporibus, non quidem ex toto, verū ex aliqua parte nō defuit. Affuit n. scribenti, viuenti defuit. nam in eo libro quē contra superstitiones cōdidit, multo copiosius atq; vehementius reprehendit ipse ciuilē istā & Vrbanā Theologiam, quā Varro Theatricā atq; fabulosam. Cū n. de simulacris ageret, sacros inquit immortales, inuiolabilesq. Deos in materia vili [illegible] ma atq; immobili dedicant habitus illis hominū, ferarumq; & p[illegible]i quidam vero mixto sexu diuersis corporib⁹ induunt: numina vocāt, quasi spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberētur. Deinde aliquanto post, cū Theologiā naturalē prædicans, quorūdā Philosophorū sententias digessisset, opposuit sibi quæstionem, & ait. Hoc loco dicat aliquis. Credā ego cœlū & terrā Deos esse, & supra lunam alios infra alios? Ego feram aut Platonē, aut Peripateticū Stratonē, quorū alter fecit Deum sine corpore, alter sine animo? Et ad hoc respōdens, quid ergo tandē inquit: veriora tibi videntur T[illegible] Tatii, aut Romuli aut Tulli Hostilii somnia? Cloacinā T. Tatius dedicauit Diam Picū Tiberinūq; Romulus: Hostilius pauorem atq; pallorē teterrimos hominū affectus: quorū alter mētis territæ motus est, alter corporis: nec morbus quidem, [illegible] idcolor. Hæc numina potius credas & cœlo recipies? De ipsis vero ritib⁹ crudeliter turpibus, quā libere scripsit? Ille, inqt, viriles sibi partes amputat, ille lacertos secat. Vbi iratos Deos timent, qui sic propitios merentur. Dii aūt nullo debent coli [illegible] genere si & hoc volūt. Tantus est perturbatæ mentis & sedibus suis pulsæ furor, vt sic dii placentur, quemadmodū ne homines quidem sæuiūt teterrimi & in fabulas traditæ crudelitatis. Tyranni lacerauerunt aliquorū membra, neminē sua [illegible] rare iusserūt. In regiæ libidinis voluptatem castrati sunt [illegible]. Sed nemo sibi ne vir esset iubente Domino, manus intulit. Seipsi in templis contrucidant, vulneribus suis ac san-*

[illegible] supplicant. Si cui intueri [illegible] pa- [illegible] tur, inueniet [illegible] ra [illegible] ta [illegible] am [illegible] d [illegible] mihi a sanis, vt ne nos sciri dū [illegible] tem [illegible] tiū paucior. h⁹ [illegible] erent nōc [illegible], patrocinium in [illegible] turba est [illegible] illa quam ipso Capitolio fieri se [illegible] & in. repide omnino coarguit, quon scedat ut [illegible] ab irridentib⁹ aut furentibus fieri? Nam in sacris Ægyptiis Osirim [illegible] perditū, mox aūt do inuento magno sit [illegible] gaudiū der [illegible], in perditione eius inuentioneq; fingatur, dolor [illegible] ille atq; lætitia ab eis [illegible] nihil perdiderunt, nihilq; inuenerunt, veraciter exprimatur. Huic tamen, inquit, furori certū tēpus est. Tolerabile est, semel in anno insanire. In Capitolium peruenis, pudebit publicatæ demētiæ [illegible] furor attribuit officia: alius numina Deo subiicit, alius horas Ioui nūciat, alius lictor est, alius vnctor qui vano motu brachiorū imitatur vngentē. Sunt quæ Iunoni ac Mineruæ capillos disponāt [illegible] templo nō tantū a simulacro stantes, digitos mouēt ornantium modo. Sunt quæ speculum teneant, sunt qui ad vadimonia sua deos aduocent. Sunt qui libellos offerant, & illes causā suā doceant. Doctus archimimus, senex iā decrepitus, quotidie in Capitolio Mimū agebat, quasi dii libenter spectarent, quē homines desierant. Omne illic artificū genus operantiū diis immortalibus desidet. Et paulo post: Hi tamen, inquit ēt [illegible] superuacuū vsum, non turpem nec infamem Deo promittunt. Sedent quædā in Capitolio, quæ se à Ioue amari putāt nec Iunonis quidem, si credere poetis velis iracundissimæ respectu terrentur. Hāc libertatem Varro nō habuit, tantūmodo Poeticam Theologiā reprehēdere ausus est, ciuilem non ausus est, quā iste concidit. Sed si verū attēdamos, deteriora sūt tēpla, vbi hæc agūtur, quā theatra vbi finguntur. Vnde in his sacris ciuilis Theologiæ has partes potius elegit Seneca sapiēti, vt eas in animi religione nō habeat, sed in actibus fingat. Ait n. Quæ omnia sapiens seruabit tanquā legibus iussa, non tanquā diis grata.

§. 3. Alterū crimē est, *Nec gratias egerunt.* Creator, conseruator, altor, finis omniū est Deus, *in ipso viuimus & sumus*, & gratias agere negligimus, qui totū quod sumus ex gratia somus? *Quid melius & animo gerimus, & ore promimus & calamo explanem⁹ quàm Deo gratias? Hoc nihil dici breuius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest.* August. Epist. ad Ma[illegible]ll. Hac igitur in parte deliquerunt. Et quod Iudæis Deus exprobrat p Ezech c. 16. *Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atq; argento meo. quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in illis, & sumpsisti vestimenta multicoloria, & operuisti illas & oleū meum, & thymiama meū posuisti corā eis. Et panē meū quē dedi tibi. similā & oleū, & mel, quibus enutriui te posuisti in conspectu eorū in odorē suauitatis, & factū est tibi ait Dominus Deus, & tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi: & immolasti eis ad deuorandū. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos & dedisti, illos consecrans, eis.* Tanta in gentib⁹ fuit, & tā scelerata ingratitudo, ēt ea [illegible] ū sapiētibus, qui tamē humana beneficia cognoscere, atq; æstimare potuerūt. Quantū malū infedit eorū animos qui memoriā beneficiorū perdiderunt? Testē ingratitudinis Deū habet, qui hæc tanta beneficia intercepit. Hoc igitur agamus nos, qui Deū non creatorem modò, sed redēptorem [illegible] & p vulnera sua nostrū vindicē veneramur, ne vnqua gratias referre cessemus, quas reddere nūquā possum⁹. Negat Seneca quenquā referre gratiā posse, nisi sapientē; Is n. omnia secū examinat quā ū acceperit, á quo, quādo, vbi, quēadmodū: Hac sapiētes illi caruerūt, nū n. expēderūt beneficiū, [illegible] ō sūt bono [illegible] uo delectati, vt referrēt in aocturē N[illegible] q[illegible] ātū bonū est quod acceperunt? Est totus mund⁹, est ipse animus, ipse homo, qui si nō esset, nō posset illū nec beneficiū delectare, nec auctor. Expēdit hoc sapiēs Rom. l. 2. c. 29. de beneficiis, vbi postquā eos reprehēdit, quorū malignitate plenissima Dei beneficia vellicātur hęc subiūgit. *Quanto satius est ad contemplationē tot tan-*

totum

Gentes Deo gratias non egerunt.

Ingrata gentes omnes.

[illegible] & [illegible] gratias [illegible] bos pa[illegible] [illegible] erunt secundas, [illegible] terrenis præficerunt. Aliqua ea animalia compara nobis quorum potestas penes [illegible] quidquid nobis negatum est, dari non potuit. Proinde qui [illegible] iniquus æstimator fortis humanæ, cogita quanta nobis tribuerit parens noster, quanto valentiora animalia [illegible] unimus, quanto velociora consequamur, quam nihil sit [illegible] non sub ictu nostro positum. Tot virtutes accepimus, tot artes, animum denique, cui nihil non eodem quo intendit momento peruium est, sideribus velociorem, quorum post multa [illegible] futuros cursus antecedit. Tantum denique frugum, tantum opum, tantum rerum aliarum super alias aceruatarum. Circumeas licet uncta [illegible] & quia nihil totum inuenies, quod esse te malles, ex omnibus singula excerpas, quæ tibi dari velles. Ita bene æstimata natura [illegible], confitearis necesse [illegible] indulgentissim[illegible] [illegible] est. Carissimos nos habuerunt dij immortales, habentque, & qui maximus tribui honos potuit, ab ipsis [illegible] collocauerunt.

Seneca inexcusabilis.

H[illegible] si Deo [illegible] quod dijs, gratus videri posset, sed [illegible] voluit, qui veritatem non de[illegible] enim Deus sæpe [illegible] ciat, in [illegible] quæ hic [illegible] accepta refert [illegible] & maxima benefi[illegible] [illegible] di: quoniam [illegible] quam [illegible] conferre [illegible] Magna tamen igitur benefi[illegible] rum & gen[illegible] runt, nos cum alia singularia, atque [illegible] teneamus fidem, gratiam, Deum [illegible] olim fruendum exspectemus, nunc in E[illegible] loco arrhabonis seruemus, quas tandem gratias referemus?

Non expenderunt a quo beneficium acceperint.

§. 4. Alterum quod sap[illegible] ns expend[illegible], est, vt considere[illegible] beneficium acceperit, Hoc non satis vnquam [illegible] derunt, ideo nec gratias egerunt. Alsi[illegible] ad De[illegible] m aliquando atque auctorem [illegible] gn[illegible] sc[illegible] int. A[illegible] bere libet disputationem Senecæ lib. 4. de bene[illegible] cap. 5. *Non dat beneficia* Deus. *Vnde ergo ista quæ possides? Quæ das? Quæ negas? Quæ seruas? Quæ rapis? Vnde hæc innumerabilia, oculos, aures, animum mulcentia? Vnde illa luxuriam quoque instruens copia. Neque enim necessitatibus tantummodo nostris prou[illegible] um vit[illegible] vsque in delicias amamur. Tot arbusta, non vno modo frugifera, tot h[illegible] salutares, tot varietates ciborum per totum annum d[illegible] ta, vt inertis quoque fortuita terra alimenta præberent. Tam animalia omnis generis, alia in sicco [illegible] alia in humido innascentia, alia per [illegible] diuisa [illegible] rerum natura pars aliquod nobis tributum [illegible] hæc amænissimis flexibus [illegible] ingentia, illa præbitura commercijs viam, [illegible] rsu vadentia ex quibus quædam statu diebus mira [illegible] um trahunt, vt [illegible] torrentis [illegible] get. [illegible] Quid in ipsis littoribus aq[illegible] exundatio?*

——T[illegible] L[illegible], teque
[illegible] &ibus & [illegible] assurgens Benace marino[illegible]

Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium, immensa terrarum latè patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcam tuam (quia [illegible] tibi magnum videtur) impleuerit, beneficium vocabis [illegible], tot flumina emisit in aurea [illegible] a gen[illegible] ma [illegible] locis obrutum, cuius [illegible] ac latentium diuitiarum tu summa [illegible] posuit: negas te accepisse beneficium? Si domus [illegible] in qua marmoris aliquid resplendeat, & tectum nitidius, auro aut coloribus sparsum,

[illegible]
flat [illegible]
lapi[illegible]
vt [illegible]
ile, a [illegible]
& cum [illegible] pudet [illegible]
mum, [illegible] Vnde [illegible]
Spiritum? Vnde [illegible] per [illegible]
que [illegible] cem: Vnd [illegible]
centinetur calor? Vnde [illegible] ex-
quisitum [illegible]
tatam passi voluptatis? V[illegible] in qua putresim,
ac [illegible]

——Deus nobis [illegible]
Nam[illegible]
S[illegible]
[illegible] & ipsum
[illegible]

§. 5. Ade[illegible] ingratitudinis [illegible] bus & [illegible] deum [illegible] bene [illegible]

Te[illegible] dare per [illegible] igitur [illegible] ac cipias [illegible] esses statuit M[illegible] est, & quod soli Deo conuenit, [illegible] dum fit, & bonum [illegible] producere. Qual[illegible] nascituro parauit. [illegible] cum [illegible], dein [illegible] d dit ab [illegible] in [illegible] Dei bon[illegible] neficia q[illegible] parat[illegible] dr[illegible] Vera refpo[illegible] sel per dedit. Lo[illegible] ciorum prudentia, & ben[illegible] tamen [illegible] D[illegible] us non bis ben[illegible] n[illegible] beneficiorum [illegible]

Vbique [illegible] & dat.

§. 6. V[illegible] Qu[illegible] eneficium. A[illegible] quod breui[illegible] Gratis dedit. Omnia sine [illegible] commodo fa[illegible] Non po[illegible] habere venale beneficium, [illegible] us sunt om[illegible] a, d[illegible] omnibus affl[illegible] enter & nemini [illegible] properat. Da[illegible] qui recipere non potest. Ex hi[illegible] igitur [illegible] omnibus gratis [illegible] mus, quæ [illegible] non considerantes, ing[illegible] aspernuntur.

QVÆSTIO II.

Quomodo euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum?

§. 1. QVod Græcus textus habet [illegible], Syr[illegible] est [illegible] qui [illegible] ficat *exinanitos*, [illegible] *vacuos* [illegible] licet o[illegible] *meditata* dicuntur *inania* [illegible] ad quem lo[illegible] Ap[illegible] est. [illegible] Et [illegible] interprete [illegible] frustratus [illegible] qui p[illegible] ge[illegible]

gendum idonea, & finem obtinendum adhibuit, eo tamē caruit, vt cū agricolum frustrata seges vanis elusit aristis. Euanescit, quem sua culpa scopus destituit. Ita hoc Photius exponit apud Oecumenium, nam ἐματαιώθησαν interpretatur, ἐψεύσθησαν, καὶ τοῦ σκοποῦ ἐξέπεσον, Errarūt, atq; omnino exciderunt. Id vero eorum accidisse culpa confirmat, subdit enim: ποῖον γὰρ ἦν εὐκολώτερον, κύκλους καὶ ζῴδια εἰδωλοποιῆσαι ἐν τῷ οὐρανῷ, ἢ γνῶναι ὅτι ἐστὶ ποιητὴς τῆς ἐμμελοῦς καὶ ὑπερφυοῦς καλλονῆς δημιουργὸς, καὶ κηδεμὼν, καὶ τὸ ἡνίοχος. Quid enim facilius erat, *Circulos & Zodiacum in cælo pro idolis instituere, an cognoscere, quod iam dicta, & eximia pulchritudinis effector, curator, & gubernator esset?*

§. 2. *Euanuerunt in cogitationibus, ἐν διαλογισμοῖς, disceptationibus, & captiosis conclusiunculis astricti*, quod enim est græcis διαλογισμὸς argumentatio, & Syris השב, hoc latinis cogitatio, quasi coagitatio, atq; interna mentis actio. Non tollitur hisce rebus omnis ratiocinatio, atq; intelligentiæ discursus, sed cū sibi in rebus diuinis omnia attribuit humana præsumptio, errare demonstratur.

§. 3. *Obscuratum est insipiens cor eorum.* Ecce fructū superbissimæ ignorantiæ, & cordis confidentia sui errantis. Non potest clarius in conspectum illa insipientia venire, quam si illam ex philosopho producamus. Cicero igitur de natura deorum l. 1. cōtra quosdam, & vero eos præcipue qui Deū rotundum dixerunt disputasset, pergit recēsere sententias philosophorum. Atq; hæc quidem vestra, *Lucili, qualia verò sint, ab vltimo repetam superiorū. Thales enim Milesius, qui primus de talibus rebus quæsiuit, aquam dixit esse initio rerum: Deum aūt, eam mētem, quæ ex aqua cuncta fingeret. Si Dij possunt esse sine sensu & mente, cur aqua adiunxit, si ipsa mens cōstare potest vacans corpore?* ANAXIMANDRI *autem opinio est, natiuos esse Deos, longis interuallis orientes occidentesq, eosq; innumerabiles esse mūdos. Sed nos Deum, nisi sempiternū, intelligere qui possumus? Post* ANAXIMENES *aera Deum statuit, eumq; gigni, esseque immensum, & infinitū, & semper in motu: quasi aut aer sine vlla forma Deus esse possit, cum præsertim Deum nō modo aliqua, sed pulcherrima specie esse deceat: aut nō omne, quod ortum sit, mortalitas consequatur. Inde* ANAXAGORAS *qui accepit ab Anaximene disciplinam primus omnium rerum descriptionem, & modum mentis infinita vi ac ratione designari, & confici voluit: in quo non vidit neq; motum sensui coniunctū & continentem, in infinito vllum esse posse: neq; sensū omnino, quo non ipsa natura pulsa sentiret. Deinde si mentem istam quasi animal aliquid esse voluit, erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. Quid aūt interius mente? Cingitur igitur corpore externo. Quod quoniam non placet, aperta simplexq; mens, nulla re adiuncta, quæ sentire possit fugere intelligentiæ nostræ vim, & notionem videtur. Crotoniates autem Alcmæo, qui soli, & lunæ, reliquisq; sideribus, animoq; præterea diuinitatem dedit, non sensit sese mortalibus rebus immortalitatē dare.* NAM *Pythagoras qui censuit animum esse per naturā rerum omnē intentū, & cōmeantem, ex quo nostri animi carperentur, non vidit distractione humanorū animorū discerpi, & dilacerari Deum. & cū miseri animi essent, quod plerisq; contingeret, tum Dei partē esse miseram: quod fieri non potest. Cur autem quidquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus, aut infixus, aut infusus esset in mundo? Tum Xenophanes qui mente adiuncta, omne præterea, quod esset infinitum, Deū voluit esse, de ipsa mente ita reprehenditur, vt cæteri: de infinitate autem vehementius, in qua nihil neq; sentiens, neque coniunctum esse potest.* NAM *Parmenides commentitiū quiddā coronæ similitudine efficit: Stephanen appellat, cōtinentē ardore lucis orbem, qui cingit cælū, quem appellat Deum. In*

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

quo neq; figuram diuinam, neq; sensum quisquā suspicari potest. Multa eiusdem monstra quippe qui bellū, qui discordiam, qui cupiditatem, cæteraq; generis eiusdem ad Deum reuocat: quæ vel morbo, vel somno, vel obliuione, vel vetustate delentur. Eademq; de sideribus: quæ reprehensa, iam in alio, in hoc omittantur. Empedocles autē multa alia peccās, in deorū opinione turpissime labitur. Quatuor n. naturas, ex quibus omnia constare vult, diuinas esse censet: quas & nasci, & extingui perspicuum est, & sensu omni carere. Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de dijs habere quod liqueat, sint, non sint, qualesue sint, quidquam videtur de natura deorū suspicari. Quid Democritum, qui tū imagines, earumq; circuitus, in deorum numero refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat, ac mittat: tum scientiam, intelligentiamq; nostram, nonne in maximo errore versatur? cum idē omnino quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quidquam sempiternum, nonne Deum ita tollit omnino, vt nullam opinionem eius reliquam faciat? Quid aer, quo Diogenes Apolloniates vtitur Deo, quē sensum habere potest, aut quam formam Dei? Iam de Platonis inconstantia longum est dicere: qui in Timæo, patrem huius mundi nominari negat posse: in legum autem libris, quid sit omnino Deus, inquiri oportere non censet. Quod vero sine corpore vllo Deū vult esse, vt Græci dicunt ἀσώματον: id quale esse possit, intelligi non potest. careat enim sensu, necesse est, careat prudentia, careat voluptate: quæ omnia vna cum deorū notione comprehendimus. Idem & in Timæo dicit, & in legibus, & mundum Deum esse, & cœlum, & astra & terram & animos, & eos, quos maiorum institutu accepimus: quæ & per se sunt falsa perspicue, & inter sese vehementer repugnantia. Atq; etiam Xenophon paucioribus verbis eadē fere peccat, facit enim in ijs, quæ à Socrate dicta retulit, Socratem disputantē formam Dei, quæri nō oportere: eundemq; & solem, & animum Deum dicere: & modo vnū, tum plures deos. Quæ sunt ijsdem in erratis ferè, quibus ea quæ de Platone dicimus. Atq; etiam Antisthenes in eo libro qui Physicus inscribitur populares deos multos, naturalem vnū esse dicens, tollit vim & naturam deorum. Nec multò secus Speusippus, Platonem auunculū subsequens & vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamq; animalē, euellere ex animis conatur cognitionē deorū. Aristoteles quoq; in tertio de Philosophia libro multa turbat, à magistro Platone vno dissentiens, modo n. menti tribuit omnem diuinitatem: modo mundū ipsū Deū dicit esse, modo quendā alium præficit mundo, eiq; eas partes tribuit, vt replicatione quadā mundi motū regat, atq; tueatur: tum cœli ardorē Deum dicit esse, non intelligens cœlum mundi esse partem: quem alio loco ipse designarit Deū. Quomodo autem cœli ille cursus in celeritate tanta conseruari potest? vbi deinde illi tot dij, si numeramus etiam cælum Deum? cum autem sine corpore idem vult esse Deum, omni illum sensu priuat, & prudentia. Quo porro modo mundus moueri potest, carēs corpore? aut quomodo semper se mouēs, esse quietus & beatus potest? Nec vero eius cōdiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior: in cuius libris, qui sunt de natura deorum, nulla species diuina describitur. Deos enim octo esse dicit, quinq; eos qui in stellis vagis nominātur: vnū, qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cælo sunt, & dispersis quasi membris simplex sit putādus Deus: septimū solem adiungit: octauumq; lunam: qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides puerilibus fabulis refersit libros: & tamen modo mundum, tum mentem diuinam esse putat: errantibus etiā stellis diuinitatem tribuit, sensuq; Deum priuat, & eius formam, mutabilem esse vult: eodemq; libro rursus terram, & cælum refert in deos. Nec vero Theophrasti incōstantia ferenda est: modo enim menti diuinum tribuit principatum: modo cælo: tum autem signis, sideribusq; cælestibus. Nec audiendus eius auditor Strato, is qui Physicus appellatur: qui omnem vim diuinam in natura sitam esse censet, quæ caussas gignendi, augēdi, minuēdive habeat: sed careat omni sensu, & figura.

Zeno autem (vt iam ad vestros, Balbe, veniam) naturalem legem, diuinam esse censet: eamq; vim obtinere recta imperantem, prohibentemq; contraria. Quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus. Deum autem animantem certe volumus esse. Atq; hic idem alio loco athera, Deum dicit esse. si intelligi potest nihil sentiens Deus, qui nunquam nobis occurrit neq; in precibus neq; in optatis, neq; in votis. Alijs autem libris rationem quandam, per omnem pertinentem naturam, vt diuinam, esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus annorumq; mutationibus. Cum vero Hesiodi Theogoniam interpretatur, tollit omnino vsitatas, perceptasq; cognitiones deorum. Neq; enim Iouem, neq; Iunonem, neq; Vestam, neq; quemquam qui ita appelletur, in deorum habet numero. sed rebus inanimatis, atque mutis per quandam significationem hec docet tributa nomina. Cuius discipuli Aristonis non minus magno in errore sententia est; qui neq; formam Dei intelligi posse censeat: neq; in dijs sensum esse dicat: dubitetq; omnino Deus animans necne sit. Cleanthes autem qui Zenonem audiuit, vna cum eo quem proxime nominaui, tum ipsum mundum, Deum esse dicit, tum totius naturæ mentis atq; animo, hoc nomen tribuit: tum vltimum, & altissimum atq; vndiq; circumfusum, & extremum omnia cingentem atq; complexum ardorem, qui ather nominatur, certissimum Deum iudicat. Idem quasi delirans in ijs libris, quos scripsit contra voluptatem, tum fingit formam quandam, & speciem deorum, tum diuinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse diuinius. Ita fit, vt Deus ille quem mente noscimus, atq; in animi notione, tanquam in vestigio, volumus reponere, nusquam prorsus appareat. At Persaus eiusdem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos Deos a quibus magna vtilitas ad vitæ cultum esset inuenta: ipsasq; res vtiles, & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas: vt ne hoc quidem diceret illa inuenta esse deorum, sed ipsa diuina. Quo quid absurdius, quam aut res sordidas, atq; deformes deorum honore afficere, aut homines iam morte deletos reponere in deos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu? Iam vero Chrysippus, qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus: cum mens nostra quiduis cogitatione videatur depingere posse; ait n. vim diuinam in ratione esse positam, & vniuersæ naturæ animo atq; mente, ipsumq; mundum Deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam: tum eius ipsius principatum, qui in mente & ratione versetur, communemq; rerum naturam vniuersa atq; omnia continentem: tum fatalem vmbram, & necessitatem rerum futurarum: ignem præterea, & eum, quem ante dixi athera: tum ea, quæ natura fluerent, atq; manarent, vt aquam & terram & aera, solem, lunam sidera, vniuersitatemq; rerum, qua omnia continerentur: atq; homines etiam eos qui immortalitatem essent consecuti. Idemq; disputat, athera esse eum quem homines Iouem appellarent: quiq; aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terram eam quæ Ceres diceretur. Similiq; ratione persequitur vocabula reliquorum deorum. Idemq; etiam legis perpetua, & æternæ vim quæ quasi dux vitæ, & magistra officiorum sit, Iouem dicit esse. Eandemq; fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem: quorum nihil tale est, vt in eo vis diuina inesse videatur. Et hæc quidem in primo libro de natura deorum: in secundo autem vult Orphei, Musæi, Hesiodi, Homeriq; fabellas accomodare ad ea, quæ ipse primo libro de dijs immortalibus dixerit: vt etiam veterrimi poetæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partum Iouis, ortumq; virginis physiologiam traducens, disiungit à fabula. Exposui fere non Philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. Nec n. multo absurdiora sunt ea, quæ Poetarum vocibus fusa, ipsa suauitate nocuerunt: qui & ira inflammatos & libidine furentes induxerunt deos: feceruntq; vt eorum bella, pugnas, prælia, vulnera videremus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus interitus querelas, lamentationes effusas in omni intemperantia libidines, adulteria vincula cum humano genere concubitus, mortalesq; ex immortali procreatos. Cum poetarum autem errore coniungere licet portenta MAGORVM ÆGYPTIORVMQVE in eodem genere dementiam, tum etiam vulgi opiniones, quæ in maxima inconstantia, veritatis ignoratione versantur.

Nullam cogitari maiorem insaniam posse puto, quam sit illa, qui omnium Deorum monstra colunt, & vitijs suis inscribunt. Hęc tamen in tanda obduratio in illo viro qui cum omnia illa damnet, cum ad eam tamen ventum est, cum apud populum agit orat, laudat, videatur vltima veterinarum, io qua vt impium damnet, omnia illa potiùs in diserta oratione iouocat. Hæc licet multa descripsi, quia à neminem tam multa paucis dici non possunt, tam clare, quam dixit Tullius.

VERSVS 22.

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.

QVÆSTIO I.

An Philosophi stulti?

§. 1. QVintum hoc est illorum peccatum, quod professi sapientiam, ἐμωράνθησαν stulti facti sint. Φάσκοντες εἶναι σοφοί, quod recte vertit noster interpres: *Dicentes se esse sapientes*, immeritoq; reprehenditur ab Erasmo propter additam particulam *se*, ea enim omissa non redditur sensus qui est in græca locutione. Et stultos quidem etiam gentilium nonnulli iudicarunt. Itaq; & cum plausu acceptum est: τῶν φιλοσόφων οὐδὲν ἀφιλοσοφώτερον: *Nihil esse mirum philosophi. ū ipsis philosophis.* Et vere dixit Anaxippus: *Verbo quidem sapere philosophos. re ἀνοήτους, insipientes esse.* Quocirca apud Politicos sæpe disputatum est: Anne in republica retinendi philosophi? Multi sane eos pellendos censuerunt. Lysimachus eos toto regno exegit. Romani nō Alcium modo & Philiscū velut poros Epicureos, sed Sophistas etiā aliquando pepulerunt. Eosdē Epicureos Messenij, omniū sectarum Philosophos Antiochus suo regno, & Sophocles publico ψηφίσματι ex ipsa Attica summouit. Vide Agell. l. 15. c. 11. Laertium in Theophrasto. Occurritur itaq; à Paulo auctoritati veterū: Tu excœcatum dices insipiens cor, Socratis, Platonis, septem sapientum, Catonis, Senecæ, aliorū? Omnino, inquit, quantumcunq; sapientiam illi sint professi, tamen stulti facti. Periti siderū, & mundi, gnari arguitarum, verum Deum, eiusq; cultum neglexerūt, numina sibi finxerunt, ideo stulti quia tam fuco, & simulachris veri delectati sunt, verum ipsam negligerent. Causa tātæ stultitiæ, teste Chrysost. ga μέγα τι περὶ ἑαυτῶν φανταζόμενοι, καὶ οὐκ ἀνεχόμενοι ταύτην ἐλθεῖν, ἣν ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν αὐτοῖς ἐξωθήσαντες τοῖς τῆς ἀνοίας λογισμοῖς. *Magnū aliquid de se imaginantes, nec sustinentes ea via ingredi, qua Deus eos ingredi iussit, amentia cogitationibus immersi sunt.* Præcipue vero insaniens illa sapientia taxatur, qua cuncti orbem superstitionibus infecerunt, quæ n. non credebant numina, illorum metu miseras gentes fascinarunt, idq; velut ad continendos in officio populos sapienter se facere iactitarūt. ita vnus de sapientibus eorum, Cicero l. 1. de natura deorum. *Qui tam certi in contemplandis rebus vnquam fuit, vt nō videret species istas hominum collatas, in Deos, aut consilio quodam sapientium, quo facilius, animos imperitorum ad deorum cultum, à vitæ prauitate conuerterent. aut superstitione. vt essent simulachra, quæ venerantes Deos ipsos adire se crederent?* Sed hac in sapientia manifestissime ... lorum

[illegible]

... ſtu ...

... A ... Ve- ... Baſil ... ,Mei ... a molitio ſumma cum ... cum moribus,atq; extinmorbi ...

VERSUS 23.

Et commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.

QVAESTIO I.

Quodnam ſextum peccatum ſapientum mundi?

§. 1. MVltiplex dol[...] ... quæ ab Apoſtolo verbis g[...] ... deſcribitur, maximeq; D[...] ... & de[...]tione, & impia creaturum ... tatione conſiſtit, ſed Pauli ſi[n]gula verba ... penſemus.

Primo, *Et commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei.* Incredibile [...] ... tum ſtultitiam demonſtrat, videtur enim ... ſeu & pro ..., *tum* poſitum: Ne videret ſine cauſa vniuerſam mundi ſapientiá damnaſſe ſultitiæ vi[...] retur. ... ſiue ... ... mutarunt, alludit Apoſtolus ad alia Scripturę loca. Sap. 14. 21. Lignis & lapidibus impoſuerunt ... en incommunicabile, & Ierem. 2. 11 Populus ... meus m[...] gloriam ſuam in Idolum. & Pſ. ... 5. 2 ... Mutauerũt gloriam ſuam in ſimilitudinem ... comedentis fœnum. Et ibid. v. 19

Secundo cõmutauerunt Gloriam Dei, hoc eſt: Deum glorioſum, ſeu gloriam cultumq; vni Deo ... buendum. Aliqui & gloria Domini dicitur ſignum aſpectabile quod maieſtatem ſua Deus ma[nife]ſtat. Hoc loco rectè etiam gloria dicitur Dei fama & notitia. *Gloria eſt enim illuſtris & peruagata multorum & magnorum, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.* Hæc in Deo infinita eſt, quia ... eius in homines nullo termino clauduntur.

Tertio, Gloriam *incorruptibilis Dei.* ... Exaggeratio eſt ſtultitiæ, quod enim natura ſua, nó ... eſt ... immortale, ſed omnino immutabile, quod nihil ſui amittere poteſt, eius gloriam [mut]arunt in ſimilitudinem corruptibilis hominis. ... ruptibilis eſt Angelus, atq; anima, ſed manẽte ... a, & ſubſtantia in meliorẽ, deterioréve ſtatũ mutari poteſt, Deus ab omni parte inuariabilis, qua nec augeri eius poteſt infinita felicitas, nec minui.

VERSUS 24.

Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiem, vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemet ipſis.

QVAESTIO I.

Quo[modo] ...

§. 1. Tradidit ... D ... ex ... us e ... u ... d ... u ... non ... u ... bis actiuis A... 13. cum di... *& dem...* ... Hebræus habet בשרירות לבב ... *demiſi eos in ... titudine, ... ambula ... cordis eorum.* ... m ... ... tur. ... *emiſit ... in lum inſtituta cordis* ... de permiſſione ... actum eſt a me ... io *Caluiniſtarum*: ... non ag ... Caluini & Bezæ ... tantum Rigidi & Stricti Caluiniſtæ pe... Cœterùm verò tum Caluiniani qui ... & Lutherani omnes pene SS. P & Catholicorum ... pretium argumenta in ſuos libros con... Caluini & Bezæ con... Et ... ne ſæpe ... ptura loquitur, vt verbis actiuis ſolam permiſſi[onem] ind[i]cet, adeo vt monuerit C... exi... gregé Coriphæus. Verba Hiphil non ſemper efficacem operationem, & approbationem tertiæ perſonę ſignificare, ſed crebro vſurpari verba illius ... tionis quando vel prece precio, perm[iſſ]ione vel ... lio modo actio pendet ab illo qui dicitur ... durare ... ſe ... Ioſue 2. 13. & 6. 25 *Io, ut ſcis viuere Rahab, & domum patris eius.* Et Iud. 21. 14. *Fecerunt viuere filias Iabes Galead,* non efficienter v... dan... eam quam habebant non auferendo, eam permittendo. ſic Matth. 19. 6. Moſes *mandaſſe dicitur libellum repudij*, Marci 10. 3. *Idem præcepiſſe dicitur Moſes,* & Iudæi hoc de permiſſio[ne] interpre[tati] ſunt ... 4. *Moſes permiſit libellum repudij ſcribere.* Et Ch[riſtu]s h... approbat v. 5. *Ad duritiam cordis veſtri ſcripſit vobis præceptum iſtud.*

§. 2. Tradidit deſerendo, ſeu non dando gratiam, non auxiliando: ſic & Pſalm. 80 *Aud[i] p[o]p[ule] meus, dilata os tuum, & implebo illud. Et non au[d]iuit populus meus vocem meam, & dimiſi eos in prauit[a]te ... tie, obſtinatione cordis ſui.* Auguſtinus de natura & gratia cap 23. Et Chryſoſt. Hom. 1. de Adam & Eua. *Cum dicitur homo tradi deſiderijs ſuis, & ... propagatione ſit reus, quia deſertus a Deo, cedit cupidit... atque conſentit, vincitur, capitur, trahitur, poſſidetur.* Et Auguſtinus de prædeſt. & gratia, capit 15. *... gendum eſt omnia vel adiuuante Domino perfici, vel deſerente permitti: vt intelligat tamen nolente Domino, nihil prorſus admitti.* Et lib. 14. cap. 26. de ciuit. Dei *Deus eſt bonarum voluntatum adiutor, & remunerator. malorum autem relictor, & damnator, vtrarumque ordinator.* Et contra Iulianum lib 5. *Deus tradit in paſſiones ignominiæ ſiue deſerendo, ſiue alio quocunque modo, ... cabili, vel inexplicabili.* Varios modos oſtend... erat... Omnia denique ſic accipienda ſunt, vt ... camus Deum permittendo, deſerendo gra[tiam] ... non dando, agendo talia vnde occaſiones o... tur peccãdi facere: ſic primo Regũ c. 16. 14. *Sit præteritis generationibus dimiſit omnes gẽtes ingredi vias ſuas* non coegit, non impulit, ſed tẽporai ... Act. 17 deſpexit. Tres modos diuinæ prouidentiæ veteres apud Suidam conſtituunt, ... ſecundum beneplac[itum] ... in electione bonorum, & approbatione bo[norum] ...

Deus tradit non ... do ... ... uo.

... quadam ... d vn- ... ... ſiu.

tum operum, secundũ permissionem, in peccatis.

§. 3 O[illegible] Caluinistarum rigidorũ. *Tradidit vt causa efficiens, vt Iudex tradit facinorosos carnifici plectendos, sic Deus tradit Idololatras Satanæ mulctãdos pœna fœdissima. Hic vnda permissio traditionis fingi minime potest, qua iudiciũ Dei penitus eludatur.* Deinde, *Tradidit id est permisit tueri in reprobũ sensum, diluta est, Deo iniuria, & pelagiana glossa vt. ostẽdit ex August. l. 5. c. 3. contra Iulianũ, & l. de gratia & lib. arbit. c. 20. 21.* Tertio. *Hæc traditio pœna est, igitur positiue fit à Deo.* Hæc atq; alia olĩ Manichæi, atq; Borborites Ecclesiasticis ciuilibusq; legibus dãnati contra Orthodoxos protulerũt nũc Rigidi Zwingliani repetũt, itaq; & his respõdẽdũ est.

Obiectio Borboritarum nunc Zwinglianorum.

Respondeo. Iudex potest nihil agendo tradere puniẽdũ, & pœna potest esse negatiua. Nõne pœnę magna pars est deteri, nõ defendi à iudice, permitti vt in seruitutẽ abripiatur captiuus, alimenta negare victo, nõ dare vestẽ nudo. Nõ igitur nuda permissio Iudiciũ Dei elidit. Ascendit Israel cõtra Amalecitas in mõte pugnaturus, quomodo Iudex eos ponire decernit. *Non est Dominus*, inquit Moses, *vobiscũ.* Nõ incutit terrorẽ hostibus, nõ adiuuat ascẽdẽtes, nõ suggerit vires deficientib', nõ addit animos territis, inde sequitur vt corruant, & ab hostib' concidantur, cadũt igitur iustissimo Dei iudicio, nec tamen opus est positiua actione Dei, qua tradantur inimicis, satis est traditus, qui sine auxilio in media acie destituitur. Quomodo igitur Pelagianũ est, cũ dicimus, Deũ sola permissione hominẽ tradere vitijs, mãcipare diabolo? Hostis ille tartareus ad nocendũ vigilantissimè excubat, ardẽtissime sanguini inhiat, fortis est, & mille artifex, cũ isthoc peccatori bellandũ est, cũ ꝓpter eius ingratitudinẽ, atq; cõtemptũ sui Deus auxilio suo destituit ita meritum, lucẽ, viresq; quas gratuita beneuolẽtia dederat, reuocat, & alia quibus egebat eũ non donat, quis dubitat quin hęc pœna sit, & omnium quidem grauissima, sed tamen à Deo permittente, non agente irrogata?

Pœna sine actione iudicis infligi potest.

§ 4. Deniq; Manichæismi & Borborismi sui patronũ quærit S. August. l. 5. c. 3. contra Iulianũ, & de libero arbitrio c. 20. 21. sed mala fide citat August. Caluinista, quia illa ex quibus mẽs illius intelligit, omittit, deinde q̃ describit ꝓ eius sentẽtia nihil efficiũt Hęc est n. citatio Caluinistica. *Volũtas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonã, & cũ bona fuerit adiuuatur. Et mox: Scriptura sacra si diligẽter inspicitur, ostendit, nõ solum bonas hominũ voluntates, quas ipse facit ex malis, & à se factas bonas in actus bonos & in æternã dirigit vitam: verum etiam illas, quæ conseruãt seculi creaturam (h. e. malas) ita esse in Dei potestate, vt eas quo voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdã præstanda: vel ad pœnas quibusdã ingerẽdas, sicut ipse iudicat, occultissimo quidem iudicio, sed sine dubitatione iustissimo. Nã, inuenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorũ peccatorũ: Exempla plurima recitat vtroq; loco. Præsertim mendaciũ Spiritus mali, quo Deus puniebat peccata Achab. 1. Reg. 22. Obdurationẽ Pharaonis, quo puniebat eius peccata, Exod. 7. 11. &c. Conuitia Semei, quibus puniebat peccata Dauid. 2. Sam. 16. Nam Deo volente maledicebat Dauidi: Dominus ei dixit: Maledic Dauidi: Quomodo dixerit Dominus huic homini maledicere Dauid qui sapiẽs & intelligit? inquit August. Non n. iubendo dixit, vbi obedientia laudaretur, sed quod eius volũtatem proprio vitio suo malam in hoc peccatum iudicio suo iusto & occulto inclinauit: ideo dictum est: Dixit ei Dominus. En, Deus voluntatem malam in hoc peccatum inclinauit. Et mox: Ecce quomodo probatur Deũ vti cordibus etiam malorum ad laudem atq; adiumentũ bonorũ. Sic vsus est Iuda tradẽte Christũ: Sic vsus est Iudæis crucifigentibus Christũ: & quãta inde bona præstitit populis credituris? Qui & ipso diabolo vtitur pessimo, sed optimè ad exercendã [illegible] Deus & pe[illegible] non sua volũtate Abſalon elegit cõs[illegible] Et tamen [illegible] erat, non exaudierat Dominus eius patrẽ orante, vt hoc fieret. Dominus ergo dissipauit consiliũ Achitophel bonũ, agendo in corde Absalon, vt tale consiliũ repudiaret, & aliud quod ei non expediebat eligeret. Et mox. Cum nõ ista iudicia diuina contremiscat quibus agit Deus in cordibus etiã malorum hominũ, quicquid vult, reddens eis tamẽ secundum merita eorum. Roboam propria voluntate elegit peruersum cõsilium, sed fuit à Domino, vt puniretur Roboã. Philistæi & Arabes non sine sua voluntate venerunt contra Ioram ad dissipandam Iudæã, & tamen Dominus suscitauit spiritũ eorum. Agit n. omnipotẽs in cordibus hominũ etiam motum voluntatis eorum, vt per eos agat, quod per eos agere ipse voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle nõ nouit, subiecit istis exempla alia: quod Amasias sua voluntate noluit audire Ioã: & tamen Deus, inquit, hoc operatus est in eius corde 2. Reg. 14. Ezech. 14. 9. Si Propheta errauerit, & locutus fuerit: ego Dominus seduxi Prophetam illum. Hester 15. Cor Asuueri sæuum Deus cõuertit, & ipse tamen libere remisit iram. Prou. 21. Cor Regis in manu Domini. Ps. 105. Deus cõuertit corda Ægyptiorum, vt odissent populũ suum. Rom. 1. Deus tradidit gẽtes in desideria, & 2. Thess. 2. Deus immittet eis efficaciã erroris, &c. His & talibus testimonijs diuinorũ eloquiorum, satis manifestatur, operari Deũ in cordibus hominũ ad inclinandas eorũ volũtates, quocũq; voluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorũ, iudicio vtiq; suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autẽ iusto. Fixum n. debet esse immobile in corde vestro, quia non iniquitas apud Deũ, & tandem: Si autem potens est siue per angelos, vel bonos vel malos, siue quocunq; alio modo operari etiã in cordibus malorũ ꝓ meritis eorum, quorũ malitiã ipse nõ fecit sed aut originaliter tracta est ab ipso Adam, aut creuit per propriam voluntatẽ quid mirum est, si per Spiritũ S. operatur in cordib' electorum suorum bona, qui operatus est vt ipsa corda essent ex malis bona? Vide Bellarm. Tom. 3. l. 2. c. 13. de amiss. gratia, quomodo Deus induret voluntates malas gubernando: ex Hugone col. 172. D.* Hæc decerpsit Caluinista, nunc August. integrũ audiamus, nõ præcisos, & de coniũcturis detortos artus legamus.

Libro de gratia & libero arbit. ita loquitur. c. 20. *Satis me disputasse arbitror aduersus eos, qui gratiã Dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana nõ tollitur, sed ex mala mutatur in bonã, & cũ bona fuerit adiuuatur: & sic disputasse, vt non magis ego, quam diuina ipsa Scriptura vobiscum locuta sit euidentissimis testimonijs veritatis: quæ Scriptura diuina si diligenter inspiciatur, ostendit nõ solum bonas hominum voluntates quas ipse facit ex malis, & à se factas bonas in actus bonos, & in æternũ dirigit vitam; verũ et illas q̃ cõseruant seculi creaturã, ita esse in Dei potestate vt eas quo & quando voluerit faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdã præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerẽdas, sicut ipse iudicat occultissimo quidẽ iudicio, sed sine vlla dubitatione, iustissimo. Nã inuenimus aliqua peccata ẽt pœnas esse aliorum peccatorum, sicut sunt vasa iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo virtutem Dei: sicut est fuga Israelitarum à facie hostium de ciuitate Gai: in animo n. factus est timor, vt fugerent, & hoc factum est vt vindicaretur peccatũ eo modo, quo fuerat vindicandũ: vnde dicit Dominus ad Iesum Naue: Non poterunt filij Israel subsistere à facie inimicorum suorum. Quid est. Non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitriũ, sed per timorẽ turbata voluntate fugiebant, nisi quia Deus dominatur & voluntatibus hominũ, & quos vult, in formidinem conuertit iratus? Nunquid nõ hostes Israelitarum aduersus populũ Dei quẽ ducebat Iesus Naue, sua volũtate pugnarũt? Et tamen dicit Scriptura, quia per Dominũ factũ est confortari cor eorũ, vt obuiam irent ad Israel ad bellũ, vt exterminarentur. Nunquid non sua volũtate homo improbus filius*

Leuitem

[illegible] maledicebat regi Dauid? Et tamen quid ait Dauid, plenus vera & alta & pia sapientia? Quid ait illi qui maledicentem percutere voluit? Quid mihi, inquit, & vobis filij Saruiæ dimittite eũ vt maledicat, quia Dominus dixit illi maledicere Dauid. Et quis dicet ei, Quare fecisti sic? Deinde Scriptura diuina plenã sapientiam regis velut ab alio initio repetendo cõmendans, Et dixit, inquit, Dauid ad Abisai & ad omnes pueros eius: Ecce filius meus qui exijt de vtero meo quærit animã meam, quãto magis hic filius Iemini? Sinite illũ vt maledicat, quoniã dixit illi Deus; vt videat Dominus humilitatẽ meã, & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die isto. Quomodo dixerit Dominus huic homini maledicere Dauid, quis sapiens & intelliget? Non n. iubendo dixit vbi obedientia laudaretur, sed q eius voluntatẽ proprio vitio suo malã in hoc peccatũ iudicio suo iusto & occulto inclinauit, ideo dictũ est, dixit ei Dominus. Nam si iubenti obtemperasset Deo, laudãdus potius quã puniẽdus esset sic vt ex hoc peccato postea nouimus esse punitũ. Nec causa tacita est, cur ei Dominus isto modo dixerit Maledicere Dauid, hoc est, cor eius malũ in hoc peccatũ miserit vel dimiserit: vt videat, inquit, Dominus humilitatẽ meã & retribuat mihi bona pro maledicto eius in die isto. Ecce quomodo probatur Deum vti cordibus et malorũ ad laudem atq; adiumentũ bonorũ. Sic vsus est Iuda tradẽte Christũ: sic vsus est Iudæis crucifigẽtib⁹ Christũ. Et quãta inde bona præstitit populis credituris? Qui & ipso diabolo vtitur pessimo, sed optime ad exercendã & probandam fidem, & pietatẽ bonorum, non sibi, qui omnia scit antequam fiant, sed nobis quibus erat necessariũ, vt eo modo ageretur nobiscum. Nunquid non sua voluntate Absalon elegit consiliũ quod sibi oberat? Et tamen ideo fecit quia exaudierat Dominus eius patrem orantem, vt hoc fieret. Propter quod Scriptura ait: Et Dominus mandauit dissipari cõsilium Achitophel bonũ, vt inducat Dominus super Absalon omnia mala. Bonum consilium dixit, quod ad tempus proderat causæ, quia pro ipso erat contra patrem eius, contra quem rebellauerat, vt posset eum opprimere, nisi Dominus consilium dissipasset quod dederat Achitophel agendo in corde Absalon, vt tale consilium repudiaret, & aliud quod ei non expediebat, eligeret.

Malis à Deo ad malum non inclinatur efficienter.

§. 5. Quæ citat nihil ad rem faciunt, Dicimus malorũ voluntates esse in Dei potestate ad pœnas quibusdã ingerẽdas, vt Deum facere illas sic inclinari, Quomodo vero faciat inclinari nõ dicit illis verbis August. potest n. id facere deserendo, sinẽdo, aliud bonũ agẽdo, vnde malitiæ ansã praua mẽs arripiat.

Deinde exempla ẽt contrariũ magis indicãt, nullum requirit positiuã in actus malos inclinationẽ. Semei filius Iemini non est iussus mandato diuino, sed permissione, maledicere Dauidi, sed voluntatẽ eius proprio vitio malã in hoc peccatũ iudicio suo iusto, & occulto inclinauit. Quomodo inclinauit? An interna & physica actione mentẽ eius mouit, impulit, coëgit? minime gentiũ, nõ n. sic omnipotẽte impulsu coactus, magis peccaret maledicendo, quã si iussus maledicere, obtemperaret. Cur n. peccet ille qui nõ resistit Deo trahenti, qui paret mouenti, si non peccat, qui obedit imperanti? Inclinauit igitur voluntatẽ, veteri odio inuidiaq; tabescẽtem, cum eã suo reliquit arbitrio metũ sceleris non iniecit, Dauidem nudo capite incedentem, & flentem inimici in cõspectum venire permisit. Eius delicto, sicut & Iudæ, & Iudæorũ est vsus ad bonum.

Non dedit eam sapientiã Absoloni vt probaret consiliũ Achitophel, quod rei præsenti vtilissimũ videbatur, Philistijm & Arabas Dominus suscitauit, vt prędã caperent ex Iuda, sed primo deserendo Iudam, vt infirmus, & impar opibus suis defendendis esset, quo cognito homines rapaces facile persuadebant vt prædæ accingerentur Et paulo post ait, Amasiã iussũ esse *non ire in Israel, quia Dominus non sit*

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

cũ eo, Deũ iuuare in bello immittendo audaciam, & vertere in fugã immissu timore. Cætera pari modo interpretari nos cogit ipse Augustin⁹ qui inter hæc nunquã dicit, Deum agendo positiue, physice, imprimendo malitiam efficere hæc mala in voluntatibus malis. Imo negat nos intelligere satis quomodo agat. Deinde non reijcit hoc de permissione, nam contra Iulianum sic loquitur. *Sequitur n. propter hoc tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Audis, propter hoc, & quæris inaniter quomodo intelligẽdus sit De⁹ tradere, multũ laborãs vt ostendat eũ tradere deserendo, sed quomodolibet tradat*, &c. Quid vero clarius his verbis: *Cum ergo dicitur homo tradi desiderijs suis inde fit reus quia desertus à Deo cedit eis, atq; consentit, vincitur, capitur, traditur, possidetur*: subiungit & illa; *Quam vero innumerabilia illis permittit fieri ante oculos suos, quæ vtiq; si noluisset, nulla ratione permitteret*, Ecce vbi de peccatis loquitur, vtitur permittendi verbo.

Sed quia in causã vocatur August. eũ nos ad sui defensionẽ producamos In Enchiridio ad Laurentiũ c. 95. *Non ergo fit aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandũ est, Deũ facere bene, etiã sinendo fieri quæcunq; fiunt male. Non n. hoc nisi iusto iudicio sinit. Et de diuinatione dæmonũ ostẽdit Deũ mala permittere, seu sinere fieri, nec ideo bona esse, quia Deus permisit.* Quomodo vero Deus cor moueat, cuius induratio illud, exponit l. 2. q. super Exod. q. 18. *Assidue dicit Deus, Indurabo cor Pharaonis: & velut causam infert cur hoc faciat: Indurabo, inquit, cor Pharaonis & implebo signa mea, & portenta mea in Ægypto: tanquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, vt signa Dei multiplicarentur vel implerentur in Ægypto. Vtitur ergo Deus bonis cordibus malis, ad id q vult ostendere bonis, vel q facturus est bonis. Et quãuis vniuscuiusq; cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malũ suo fiat vitio, quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: & tamen qualitate mala vt huc vel illuc moueatur, cũ siue huc, siue illuc male moueatur causis fit quib⁹ anim⁹ propellitur: quæ causa vt exstãt vel nõ stãt, nõ est in hominis potestate, sed veniũt ex occulta prouidentia, iustissima plane & sapientissima, vniuersũ q creauit disponentis & administrantis Dei. Vt ergo tale cor haberet Pharao, quod patientia Dei nõ moueretur ad pietatẽ, sed potius ad impietatẽ, vitij proprij fuit. Quod vero facta sunt ea, quibus cor suo vitio tã malignũ resisteret iussionib⁹ Dei (hoc est n. q dicitur induratũ: quia nõ flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat) dispensationis fuit diuinæ, qua tali cordi nõ solũ iusta, sed euidenter, iusta pœna parabatur, qua timẽtes Deũ corrigerentur. Proposito quippe lucro verbi gratia, propter q homicidiũ cõmittatur, aliter auarus, aliter pecuniæ cõtẽptor mouetur: ille scilicet ad facinus perpetrandũ, ille ad cauendũ: ipsius tamen lucri propositio in alicuius illorũ nõ fuit potestate. Ita causæ veniunt hominibus malis, quæ non quidem sunt in eorũ potestate, sed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iã factos proprijs vitijs ex præterita voluntate. Videndũ sane est, vtrum et si accipi possit. Ergo indurabo: tanquã diceret, quã durũ sit demonstrabo.*

Deniq; tradere in sensũ reprobũ, indurare, excæcare eadẽ sunt, at Augustin. hoc fieri deserendo ait. Tract. 53. in Ioan. *Et excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, & hoc eorũ voluntatem meruisse respondeo. Sic n. excæcat sic obdurat Deus, deserendo, & non adiuuando: q occulto iudicio facere potest, iniquo non potest. Hoc omnino pietas religiosorũ incõcussũ debet, inuiolabiliterq; seruare, sicut Apostolus dicit cum eandem ipsam tractaret difficillimam quæstionem. Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Si ergo absit vt sit iniquitas apud Deũ siue quando adiuuat, misericorditer facit, siue quando non adiuuat, iuste facit: quia omnia non temeritate, sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorum iusta sunt, quãto magis sanctificãtis, & iustificãtis Dei? iusta ergo sũt, sed occulta.*

Augustini Sententia.

Ideo cum quæstiones huiusmodi in medium venerint, quare alius sic, alius autem sic, quare ille Deo deserente excæcetur, ille Deo adiuuante illuminetur: non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis vsurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Neruosè Chrysostomus. οὐκ ἀνῆκε ὠθῶν ἀλλὰ γυμνῶν τῆς ἑαυτοῦ βοηθείας. Non ipse impellens, sed suo nudans auxilio.

Hæc si quis consideret, nunquam eo impietatis procedet, vt Deum efficienter impertiendo malitiã indurare, aut in reprobum sensum tradere affirmet.

QVÆSTIO II.

Quibus tradidit?

Vitiosa cupiditates, desideria.

§.1. QVatuor Apostolus recenset. *In desideria cordis. In immunditiem. In passiones ignominiæ. In reprobũ sensum.* Duo priora hoc versu, tertiũ v. 26. quartum v. 28. ponuntur. Desideria cordis igitur sunt, quæ Græci vocant ἐπιθυμίας, & Syrus hoc loco vertit paraphrasticè ללגיגיתא תמריא concupiscentias impuras. Nõ enim designat cupiditates naturales, quæ vtcũq; finitæ sunt, sed quæ nulla lege cohibentur, atq; in τὸ ἐπιθυμεῖν feritatem exeant. Sunt vero ἐπιθυμίαι cupiditates de quibus Aristot. de repub. l. 2. c. 9. quæ ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν. Ἄπειρος γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις. ἧς πρὸς ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσιν. *Semper egent pluribus donec in infinitum abeant, Infinita est n. cupiditatis natura, & ad eam explendam multi vita sua rationes conferũt.*

Mala seruitus obedire cupiditatibus.

Grauissima est illa seruitus, & quo minus eam sentiunt, hoc est atrocior pœna impiorum. Qui n. illis traditus est, crudelissimis seruit Dominis, & quasi equis indomitis in diuersa rapiatur. Quan. in voluptate persequenda non est dolor tantus vt sensũ voluptatis obtundat? Nam quædam ἐπιθυμίαι sunt ipsæ quasi furiæ lancinantes pectora, cum n. alieno bono quispiam angitur, cum insidente profundius ęgrimonia mœret, cũ omnia, atq; ipse sibi animus displicet, quomodo non miser est, cuius intimis in visceribus tot pestes grassantur? vbi angor premit? ærũna fatigat? dolor cruciat? molestia perseuerat? voluptas eneruat? desperatio etiã futuro bono obnititur? Hisce malis inimicos modo eam exposito Deus contradit,

Cupiditatum Dominium.

Cupiditates nũ illæ cum sint insatiabiles non modo animos, sed corpora ipsa sæpe corrumpunt, & rationem omnino labefactant: Ex cupiditatibus n. odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur Nec hæ sese foris solũ iactant, nec tantũ in alios cæco impetu incurrunt, intus ẽt in animis inclusę inter se dissident, atq; discordant. Pœnæ igitur huius atrocitas est in eo expendenda, quod cupiditatibus quę semper hiant, semper poscunt, satis fieri nunquã possit, nũquã satis accipiũt, nunquam implentur, quicquid illis impẽditur totum continuo hauritur, ac profundo conditur, nec refert quantũ in eas congeras, cum sint inexplebiles, quod in infinitũ patet, etiam cũ omnia sorbuit, inane est. Auida res est cupiditas, & desiderij immẽsum arbitrium, Si (quis) desiderat, (Seneca de consolat. ad Heluiam c. 11.) *Saturatam multo conchylio purpuram, intextam auro, varijsq; coloribus distinctam, & artibus: non fortuna iste vitio, sed suo pauper est etiamsi illi, quicquid amisit, restitueris, nihil ages: plus n. restituto deerit ex eo quod cupit, quã exuli ex eo, quod habuit. Si desiderat aureis fulgentem vasis supellectilẽ, & antiquis nominibus artificum argentum nobile, æs paucorũ insania pretiosum, & seruorum turbam, quæ quamuis magnam domum angustet, iumentorum corpora differta, & coacta pinguescere, & nationum omnium lapides: ista congerantur licet, nunquã explebunt inexplebilem animum. non magis, quã vllum sufficiet humor ad satiandũ eum, cuius desiderium nõ ex inopia, sed ex æstu ardentium viscerum oritur, non n. sitis illa, sed morbus est. Nec hoc in pecunia tantum, aut alimentis euenit: eadem natura est in omni desiderio, quod non ex inopia, sed ex vitio nascitur. Quicquid illi congesseris, non finis erit cupiditatis, sed gradus. Qui continebit itaq; se intra naturalem modum, paupertatem non sentiet: qui naturalem modũ excedet, eum in summis opibus quoq; paupertas sequetur. Necessarijs rebus & exilia sufficiunt: superuacuis nec regna. Animus est qui diuites facit, hic in exilia sequitur, & in solitudinibus asperrimis, cum quantũ satis est sustinendo corpori, inuenit, ipse bonis suis abundat & fruitur. Pecunia nihil ad animum pertinet, non magis, quã ad deos immortales omnia ista quæ imperita ingenia, & nimis corporibus suis addita, suspiciunt. Lapides, aurum & argentũ & magni leuatiq; mensarum orbes, terrena sunt põdera: quæ non potest amare sincerus animus, ac naturæ suæ memor, leuis ipse, & quandoq; emissus fuerit, ad summa emicaturus, interim, quantũ per moras membrorũ, & hanc circumfusam granẽ sarcinã licet, celeri & volucri cogitatione diuina perlustrat. Ideoq; nec exulare vnquã potest, liber, & dijs cognatus & omni mundo omniq; æuo par. Nam cogitatio eius circa omne cœlum, & in omne præteritũ futurumq; tempus immittitur. Corpusculum hoc, custodia & vinculum animi, huc atq; illuc iactatur: in hoc supplicia, in hoc latrocinia, in hoc morbi exercentur, animus quidem ipse sacer & æternus est, & cui non possunt inijci manus.*

His igitur à Deo traditi non modo scelerati sed omnino belluini euaserunt. Quæ pœna multò seuerior est, quam si tormẽtis discruciati mox occũberent, materiẽ n. augendæ pœnæ perpetuã habẽt.

§.2. Alterum est. *In immunditiem.* εἰς ἀκαθαρσίαν, Syrus cũ superioribus iũgit. *Cupiditates impuras cordis eorum.* Præcipuã speciem cupiditatis profert, in quam traditi sunt, nẽpe in *Immunditiem* quo nomine omnes libidines intelligit, id vero probat, quia & fœminæ, & masculi, naturalẽ vsum reliquerunt, & contra naturam se contaminauerunt quod est signum extremæ ac desperatæ nequitiæ.

Non est facienda distinctio in his locutionibus ἐν ἐπιθυμίαις & εἰς ἀκαθαρσίαν, In cupiditatib⁹, & in immũditie, nã ἐν pro εἰς ponit, sicut postea εἰς πάθη, εἰς ἀδόκιμον νοῦν. *In passiones, In sensum reprobum.*

Quod adiungit: *In semetipsis* Syrus vertit: *Inter se*, quod sequitur D. Chrysostomus alij Interpretantur. *In corporibus suis.*

Tertio *Tradidit in passiones ignominiæ* vers. 26. & quarto *In reprobum sensum*, de quibus suo loco.

VERSVS 25.

Qui cõmutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius, quam creatori, qui est benedictus in sæcula, Amen.

QVÆSTIO I.

Quid sit cõmutare veritatẽ Dei in mendacium?

Veritas Dei notitia naturalis.

§.1. GRæcus textus hic quoq; habet ἐν τῷ ψεύδει, in mẽdacio, ea forma de qua supra dictum est posito ἐν pro εἰς. Qui, οἵτινες nẽpe causaliter accipiendũ est, vt qui mutarunt, Syrus: Et mutarunt.

Veritas Dei est, vera de Deo notitia, atq; lumen naturale, quod intellectui insitum aberrare nõ patiebatur, nisi illi vt supra ostensum est, vertissent in mendacium, hoc est, idolum mendax, seu cultum plane irreligiosum & mendacem.

Seruio-

Seruierunt creaturæ potius, quam creatori, Græcus habet παρὰ τὸν κτίσαντα, quod vertunt aliqui, *præter creatorem*. Erasmus, *supra creatorem*, verùm sensus est; *Relicto creatore*, vt vertit l. 3. ad Quirinum S. Cyprianus, vel: *præterito creatore*, vt vertit S. Hilarius l. 12. de S. Trinitate. Nam cultum Dei totum in homines contulerunt & bestias, aliaque Dei opera. Non igitur in his Deum ipsum coluerunt, sed illa pro Deo. Nec aliter Syrus textus intelligendus est, טבמן hoc est, *bene præ*, seruierunt creaturę, bene præ vel melius quam vel à creatore. Id enim etsi comparationem habet, frequenter tamen alteram partem negat.

Denique addit: Qui est benedictus in sæcula. Tum vt magnitudinem peccati demonstret, quia Deum benedictum, gloriosum, laudabilem in sempiternum deserunt, tum vt ostendat, diuinæ gloriæ nihil in omnem æternitatem decedere, quamuis humana prauitas ad idola, & vanitates deflectatur.

VERSVS 26. & 27.

Propterea Deus tradidit illos in passiones ignominiæ, nam & fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam.

Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem erroris sui, quam oportuit, in semetipsis recipientes.

QVÆSTIO I.

Quæ passiones ignominiæ?

§. 1. Constat vocari τὰ πάθη ἀτιμίας passiones ignominiæ, phrasi Hebræa, id est, passiones ignominiosas, πάθη ἄτιμα. Ἄτιμον autem hoc loco fœditatem abominabilem ac proinde rem ignominia atque opprobrio plenissimam significat.

§. 2. An ἐπιθυμίαι & πάθη in hac epistola distinguantur quæri solet. Nam Gal. 5. 24. cum dicitur, *qui carnem suam crucifixerunt, cum vitiis & concupiscentiis*, σὺν τοῖς παθήμασι, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, vbi hæc distingui videntur, Syrus hic vocat, כאבא dolores, atque ita differentiam etiam agnoscit.

πάθη morbi, perturbationes. §. 3. Πάθη Cicero morbos recte dici existimat, l. 3. Tuscul. q. sed tamen mauult vocare perturbationes, quam morbos. Definiunt autem Stoici: πάθος ἐστιν ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις. *Perturbatio. seu passio est auersa à rectâ ratione contra naturam, animi commotio.* Latissime igitur accipiuntur tam πάθη pro omnibus perturbationibus animi, quæ contra rationem sunt, nec diuersæ sunt ab ἐπιθυμίαις *cupiditatibus*, licet timor ægrimonia, inuidentia magis πάθη, quam ἐπιθυμίαι vocentur, quemadmodum amor, auaritia, auiditas vsitatius dicitur ἐπιθυμία, nempe cum voluntas contra rationem incitatius fertur, ἐπιθυμία itaque est πάθος, & πάθος dicitur ἐπιθυμία, sed *πάθος & ἐπιθυμία vt differant.* diuersus est tamen vtriusque respectus: ἐπιθυμία dicitur, quia vehementius in rem cupitam incitatur, πάθος quia animus illis mutationibus percellitur, atque inquietatur. Hic autem πάθη ἀτιμίας vocat certam speciem τῶν ἐπιθυμιῶν, & eam quę omnium fœdissima est, quam etiam pluribus exponit. Tam igitur rei nefandæ, quam natura ipsa refugit, quæ apud impios etiam est dedecori, Deus illos tradidit. Quanta fuerit illius æui corruptio, fœditasque, Tiberii iam senis Spintriæ, Sellulariij; deinde Sporus, aliaque monstra declarant, Galliones, Nerones, Scauri, sine reprehensione hæc agebant, auctoritate Philosophorum muniti. Verum hæc talia sunt, vt potius ignibus vindicanda, quam disputatione refellenda videantur. Mores idololatrarum vide. Primus Constantinus publicis in fornicibus mascula scorta prostare vetuit. Quamuis autem tanta essent cœcitate vt hæc defenderent, infames tamen erant, etiam apud ipsos, qui facerent, quique paterentur. Ideo subiungit, *Et mercedem erroris sui quam oportuit in semetipsis recepisse.*

§. 2. Ἀντιμισθία merces, est operæ compensatio, quam Deus iusto iudicio reddit vnicuique prout meruit. Magnum flagitium est idololatria, & magna pœna est illa corporum contumelia. Error erat contra naturam, contraque notitiam à Deo insitam, pro Deo ligna & lapides adorare, nec minus erat supplicium naturam deprauare, vt à se ipsa recederet, quod enim illa docebat, ab eo in deterius labebantur.

Hunc etiam locum sibi deprauandum sumpserunt Caluiniani. *Hic finis*, inquit Pareus, *otiosam permissionem fortiter refellit. Non potest ad ipsos gentiles flagitiosos referri: hi enim spectabant suos ardores, non ἀντιμισθίαν. Nec ad Satanam, neque enim is spectabat ἀντιμισθίαν, sed contumeliam Dei, & perditionem miserorum hominum. Finis igitur hic ad Deum iudicem referendus est. Hoc solo inductus tradidit illos Deus, non intendens in ἀκαθαρσίᾳ eorum flagitium, sed iustam ἀντιμισθίαν, hoc est, iustitiæ suæ declarationem.*

Respondeo hunc finem fortiter refellere blasphemias Caluinianorum. Non enim dicitur Deus facere, aut intendere flagitium in ἀκαθαρσίᾳ, esset enim auctor peccati. Recipiunt illi ἀντιμισθίαν mercedem Deo iudicante illos hanc meritos, & permittente eos labi in ἀκαθαρσίαν, *in immunditiem*, vt pœna peccati sit ipsum peccatum. Quod cum Deus permittere decreuit, & futurum præsciuit, simul etiam vult esse pœnam alterius peccati. Non excitando ad peccatum vt puniat, sed subtrahendo gratiam, sinendo lapsum, vt prius peccatum puniatur. *Deus peccatum peccato puniens, non est auctor peccati.*

VERSVS 28.

Et quia non probauerunt Deum habere in notitiâ, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.

QVÆSTIO I.

Quid sit dari in reprobum sensum?

§. 1. Repetit quod supra exposuit delictum gentilium. Non probauerunt Deum habere in notitia, inquit. Græce οὐκ ἐδοκίμασαν,

non est illis iustum & æquum visum, non ita probarunt, verendam fibi, aut profitendam Dei cognitionem putarent. Est enim δοκιμάζειν, quæstione & discussione habita, aliquid vt satis spectatum, cognitumque approbare. Demosthen. καὶ τὰ νόμιμα· πάντων μὲν δοκιμασθῆναι ἐν τῷ δικαστηρίῳ κατὰ τὰ δεδογμένα. Syrus vertit [illegible] iudicarunt, oempe non expedire Deo cognitionem. Nos ita loquimur, cum dicimus: probatur in vulgus, probare officium, diligentem. Itaque non probarunt retinere Deum in notitia, hoc est: non putarunt id sibi faciendum, postquam tanquam δοκιμασταὶ & censores de idololatria, & veri Dei cultu statuissent, illam amplexi sunt, hunc iudicarunt ἀδόκιμον.

Voluntaria gentium ignoratio fuit. §. 2. ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, est notitiam naturalem de Deo insitam retinere, & profiteri, illi etiam hoc lumen exstinguere, & conscientiam supprimere conati sunt. Quo indicat voluntariam fuisse in illis ignorationem veritatis. Nam vel populo placere desiderantes, vel illecebris, & voluptatibus deliniti, Deum res humanas negligere arbitrati sunt, vel eum præ oculis non habuerunt, pietatem, & veritatem contemnentes, quemadmodum nunc quoque non desunt politici, qui pietatem, cærimoniasque, & vniuersum Dei cultum dedecere viros arbitrantur. Sponte itaque veteres illi errarunt? De suis Romanorum existimonijs, & Dijs concludit lib. 2. de natura Deorum Cicero: *Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè & plena sunt vanitatis, summaque leuitatis.* Hæc ergo eum vt superstitiosa cu'paret, impleat, ista culpa maiores, talium simulachrorum institutores, atque cultores, implicat & ipsum, qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur euoluere, necesse habuit ista venerari, nec quod in hac disputat one disertus intonat, morite audetet in populi concione.

§. 3. Tradere hic accipiendum est, vt supra expositi, sinendo, conniuendo, gratiam non dando, quod etiam ex Caluinianis non nulli censent. Bulling. rus, *Traders, ait, indirecte subtractione gratiæ sustinentis, ne ruerent in desiderata cordis.* Recte Oecumenius hoc loco. τὸ γὰρ παρέδωκεν ἐνταῦθα εἴασεν ἐστὶν αὐτοὺς ἀδόκιμον. αὐτὸς τῶν δαιμόνων. τὸ δὲ παρέδωκεν ὁ Θεὸς καλεῖν τῇ χάριτι. *Auersione Dei traducitur sensus reprobus, à damonibus, hoc vero traditionem vocare, Scriptura mos est.*

Reprobus sensus quid. Tradere in reprobum sensum est, Indurare, excæcare, aut potius indurationis summam contumaciam & excæcationis extremas tenebras significat. *Indurat autem Deus non impertiendo malitiam, sed non largiendo gratiam.* Et Augustinus Epist. 105. *Indurare dicitur eum, quem emollire noluerit, & repellere dicitur eum quem vocare noluerit.*

§. 4. Obijciunt nonnulli. Si miseris gratiam subtrahit, qua sola stare poterat, aut eam non dat, qua ruinam cauere sola licuit; igitur ad lapsum impellit. Non enim minu ruinæ est causa, qui fundamentum subducit, quam is, qui ea alto præcipitat, nec Dauid minus nocens, qui Vriam in acie destituit, quam si in eum gladium strinxisset.

Deus dat gratiã qua stare possunt, qui ruunt. Respondeo, Ne inter homines quidem causam alienæ ruinæ censeri qui gratuitam operam non præstat ingrato, qua scit eum stare posse, & sine qua videt lapsurum. Deus autem etsi gratiam dare non tenetur, alioqui non esset gratia: eam tamen semper gratiam confert, qua stare possit, si velit. Ita non modo Augustinus, & Patres alij docent, sed contra suos consortes Bullingerus Caluinista. *Deum se omnibus aperire ait, vbi vero obuiam veritatem auersantur, sua culpa perire gentes, cum enim lucem fugi-*

mus in tenebris manemus oportet. Hom. iustè sanè ut tradit nos nobis ipsis, id est, permittit nos nostro iudicio, vt viis nostris ingrediamur. Et paulò post p'ura. Et Oecolamp. Porro Deus tradit peccatis subtrahendo suam custodiam, & relinquendo nos concupiscentiis, dando occasiones, non impediendo, peccatum puniendo peccatis. Et Ochinus: *Punit Deus fontes in hac vita cum multis modis, tum hoc, quod peccatum peccatis persequitur, lumen suum, & gratiam detrahens, eorumque effrenatis voluntatibus habenas laxans.*

§. 5. Reprobus sensus est mens à vero iudicio, ac ratione destituta, Græce vocatur ἀδόκιμος νοῦς, quod Syrus vertit: *Sententiam vanam*, siue [illegible] *inanem, & stolidam.* Mens illa origo est omnium malorum. Reproba mens igitur est, quæ sani iudicii expers est, & quam omnes qui recte iudicant detestantur. Vere Chrysostomus. *Non enim ex ignorantia sed à meditatione, ac studio orta affirmat. Quapropter non dixit, & quemadmodum non cognouerunt, sed non probauerunt, vt Deum agnoscerent peccatum id tale esse significans, vt ad id iudicio corrupti, ac pertinacia potius prolapsi, quam vi pertracti fuerint: vnde & ostendere vult, peccata non carnis esse, sicut heretici quidam dicunt, sed cogitationis, ac mala concupiscentia, atque illinc malorum fontem scaturire. Mens enim reproba cum semel facta fuerit, necessario fit, vt omnia distrahantur, ac subuertantur, nimirum aurigatam corrupto.*

Reprobus sensus.

Erasmus vertit: *mentem qua propter scelera omnibus displiceat.* Beza hanc insaniam omnibus peccatoribus inesse arbitratur. Vetū nō de quolibet, sed de insignibus peccatoribus, & induratis agit Apostolus, itaq; mēs reprobs est, qualis in Pharaone, in Achab, aliisq; fuit, nō qualis in illis, q leuia peccāt. Cum prauitas natura obruit, ut in fera & belluina vitia animum detorquet. Id adeo verbum Græcum indicat. Nam ἀδόκιμος is dicitur, qui ab omnibus reiicitur, qui vtilis nulli est, sic ἀδόκιμον νόμισμα, adulterinus nummus, atque in omni genere, quod falsum, fucatum, suppositicium est vocant sol: ἀδόκιμον, quasi tale quod improbarum sit, & reiectum. Vt igitur aurum ἀδόκιμον quod auri naturam mentitur, balsamum ἀδόκιμον, quod rancidum effectum est, nec virtutem atque efficaciam liquoris salutaris retinet, imo naturæ preciūm mutauit in venena. Sic mens ἀδόκιμος, quæ tantum à sanitate indicandi defleat, vt impia, horrenda, fœda, naturæque ac rationi dissetsa tanquam experienda consectetur. Et quemadmodum quidam ea corporum ægritudine sic efficiuntur, vt carnes crudas, carbones, lutum appetant, à conuenientibus autem, & boni succi cibis abhorreant. Ita quoque mens sceleribus grauata, à Deo deserta in absurda, atque insolita prolabitur.

§. 6 Reprobus igitur sensus est id quod à Græcis Philosophis θηριότης, à nostris Philosophis & Theologis *Feritas* appellari consueuit. Omnia enim mirifice eooeeniunt, vna in parte discrepant de qua postea dicam. Aristoteles Nicomacheorum lib. 7. cap. 1. τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν τρία ἐστὶν εἴδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης. *Eorum qua in moribus fugienda sunt, tres esse species, vitiositatem, incontinentiam, feritatem.* Huic ait opponi virtutem heroicam quandam atque diuinam, qualem in Hectore Priamus prædicat. *Feritas est sensus reprobus.*

——οὐδὲ ἐῴκει

Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Neq; videtur similis mortalis viri genito, sed Deo.

Itaque

Atque si vt ... dicuntur, propter virtutem ... , talis erit reuera habitus oppositus ... Nam vt ferae neque vitium est, neque virtus, ita neque Dei. Sed hic quidem habitus virtute praestabilior, ... honoratius quiddam est: ille autem aliud quoddam a vitio genus est. Et ... quoniam raro admodum euenit, vt vir diuinus existat (quemadmodum Lacones cum solent diuinum appellare & salutare, quem magnopere admirantur: O virum diuinum, inquiunt) sic inter homines raro aliquis reperitur feritate belluarum similis natura: sed si quis, is maxime apud barbaros exoritur. Nonnullas autem huiusmodi immanitates, morbi & membrorum debilitationes pariunt. Atque eos homines, qui vitio caeteris antecellunt, turpi atque infami nomine feros & immanes appellamus.

Et cap. 6. *Sed quoniam aliqua sunt iucunda natura, eorumque alia simpliciter & absolute, alia diuersis animantium atque hominum generibus iucunda sunt: alia non sunt iucunda natura, sed partim propter debilitationes corporum, partim propter consuetudinem, partim propter vitiosas naturas fiunt iucunda: licet etiam in his singulis consimiles habitus animaduertere. Voco autem immanes, & ferinos habitus, qualis erat eius mulieris, quam dicunt grauidis mulieribus apertis ac persectis, pueros deuorare solitam: aut qualibus rebus efferatos quosdam circa Pontum populos delectari ferunt, alios scilicet crudis, alios humanis carnibus: alios, liberos suos inter se mutuos in epulas dare: aut quale est id quod vulgo de Phalaride dicitur. Ferini igitur sunt hi habitus. Alii autem propter morbos & furores nonnullis innascuntur: qualis ille fuit, qui matrem immolauit, & comedit, & qui conserui iecur. Alii morbosi sunt, qui ex consuetudine proficiscuntur, vt pilorum euulsiones, & vnguium corrosiones, carbonum quoque & terrae: praeterea venereorum vsus cum masculis. Namque hae cupiditates aliis naturales sunt, aliis ex consuetudine nascuntur, vt qui a pueris consueuerunt. Atque eorum quidem, quibus natura causam praebet, incontinentem quemquam nemo dixerit: quemadmodum neque mulieres, quod in complexu venereo non agant, sed patiantur. Eademque ratione neque eos, qui ex consuetudine vitium morbo simile contraxerunt. His igitur singulis animi malis tentari, extra vitii terminos ac fines egredi est: quemadmodum & feritate ad belluarum naturam proxime accedere. His autem tentatum atque affectum, superiorem esse, aut inferiorem, non simplex continentia, aut incontinentia est, sed ex similitudine: quemadmodum & eum, qui in ira hoc modo affectus est, vt vincatur, huius perturbationis incontinentem, incontinentem autem dicere non debemus. Omnis enim modum superans vitiositas, & amentia, & timiditas, & intemperantia, & feritas, vel ferina est, vel morbosa.*

Saeuities. §. 7. Quis vero neget hanc descriptionem conuenire in Pharaonem natos Hebraeorum occidi mandantem; in Chananaeos filiorum immolatores. In Beniaminitas inexplebili libidine ardentes? Imo vero non in paucos, sed plerosque & Graecos, & Romanos, si non in omnibus pariter vitiis, saltem in plerisque? Hac enim in causa non tam ego sentio diuersum ab Aristotele, quam orbis terrarum, plurimi enim feri & immanes fuere, imo pene omnes non corporum morbo, sed animi electione, & consuetudine. Nolo de obscenis eorum libidinibus probare, habeant id a me irreprehensum, quia honeste argui non possunt.

Crudelitas gentium. Maxime vitiorum ὑπερβολὴ in crudelitate apparet. At vide Romanos ludos, amphitheatra, domesticas mancipiorum carnificinas, si numeres, ad ducenta millia vnius anni arena quandoque sustulit, non in vtilitatem vel priuatam, vel publicam, sed ad immanes delectationes spectaculorum. Tiberios, ... Nerones, Domitianos, Commodos ... immane fuisse, id concedam lubens, sed addam quinquies ... omnem turbam a primis subsellis vsque ad summam plebem eadem imbutos feritate in ... In cultissimo populo, in delicatissima ciuitate, dapes gladiatorum sanguine aspergebantur: perpende iras amphitheatri, conuersum pollicem, exclamationes, immane illud. *Repete.* Et fidenter iudica totum populum fuisse conuentum barbarorum latronum, atque carnificum. Si vera vox est; *Hominem naturae obedientem, homini nocere non posse.* An tu hominem iudicabis eum, cui summa est in hominum tormentis, ac mortibus voluptas? Si probata est sententia: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, quorsum tanta publicitus iniustitia? Feritas igitur, siue reprobus sensus non paucos, sed integras nationes occupauit, & eius origo ex idololatria. Neque negabunt laudatores virtus Philippum, Alexandrum, Annibalem, Caesarem, Pompeium, caeteros, si res ex veritate pensetur fuisse θηριώδεις, & vitiis modum excessisse. Eadem in libidinibus eorum feritas.

§. 8. Reprobi sensus effectus est, *Vt faciant, quae non conueniunt.* Quod vt in speciem leue videtur, ita est reipsa grauissimum, ac plane enorme. Graecus vocat τὰ μὴ καθήκοντα, Syrus דלא ולא *quod non oportet, quod valet*, vel non est vtile, nam דליתה est id quod vtile, ac conueniens est. Est vero τὸ καθῆκον Cicerone interprete lib. 1. de officiis, quod Latini appellabant officium medium. Verba eius audiamus. *Atque etiam alia diuisio est officii, nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum. Perfectum autem officium, rectum, opinor, vocemus, quod Graeci κατόρθωμα, hoc autem commune, quod καθῆκον vocant. Atque ea sic definiunt: Vt rectum quod sit, id perfectum officium definiant: medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit.* Quid igitur illi dati in reprobum sensum? Ne communia quidem humanitatis faciebant, ne sic quidem peccabant, vt rationem aliquam culpae praetexere possent. Non modo nullum κατόρθωμα, sed ne καθῆκον quidem. A more, a ratione aliena, a natura abhorrentia, toti humano generi contumeliosa faciebant. Quantum vero laeserint ipsam naturam facile indicabimus, si eos ipsos consulamus. Ἀρχαὶ τῶν καθηκόντων τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν. *Quae prima sunt natura, initia sunt officiorum*, at hi a natura recedentes, omnium officiorum erant contemptores. Itaque τὰ μὴ καθήκοντα sunt, quae contra diuina & humana iura sunt, quae legibus gentium repugnant, quae foedera humanae societatis infringunt.

καθῆκον quid.

VERSVS 29. 30. & 31.

Repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, auaritiâ, nequitiâ, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones.

Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes,

Insipien-

ab ... nefanda ... reddita

QVÆSTIO I.

Quænam recenset mentis reprobæ vitia?

CVM ... *repletos* his ... leribus, satis indicet, non in paruis aut me... tocibus de ... sed grauissimis, ac perditissimis sceleribus ... anciparos, hæc enim reprobæ mentis indicia sunt.

Quanta iniustitia Romanorum. Deinde ἀδικίᾳ plenos iniustitia. Quidam interpretantur illam Iniustitiam, quæ opponitur iustitiæ legali, quæ omnium virtutum in se chorum continet, de qua dictum est.

Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι.
Iustitia in sese virtutes continet omnes.

Itaque ἄδικον putant dici eum qui est παράνομος. Verum hoc crediderim, vt tamen præcipue, de particulari iniustitia, quæ res proximi detinetur, accipi putemus, cum est inter æquales contra ius inæqualitas, vel inter inæquales iniusta æqualitas. Hic enim Apostolus particularia vitia Gentilium enarrare aggreditur, inter quæ primo loco collocanda iniquitas, quæ tanta erat illo tempore, vt pleraque terrarum ab iniustis possessoribus obtinerentur, idque præcipue bello Romano, & ciuili. De rapinis Imperatorum videatur Suetonius, quid enim Cai, Claudii, Neronis regna aliud fuerunt, quam magna latrocinia? Quid vero priuati, quid ... omaium deductiones, prouinciarum expilationes referam, quid vectigalium tributorum permutationes, & tormenta exactiones? Quid vsorum, leonum, tigrium, elephantorum venationes ... periculosiores, atque damnosiores? Nihil ... priuatis concussionibus, expilationibus, delationibus, dicam publicis gestum, & magistratuum latrociniis, de bellis iniustis, aut per iniuriam & scelera gestis, de Senatorum & Principum cædibus, proscriptionibus, familiarum & oppidorum ruinis, neque orbem & generis humani societatem consistere potuisse puto, nisi Christianæ religionis interuentu vitia illa temissent.

§. 2. Malitia Græce κακία. Et κακία quidem generaliter Græce dicitur, omne vitium seu vitiositas, nam opponi solet τῇ ἀρετῇ, *virtuti*, ita in Ethicis semper Aristoteles, & cæteri Philosophi. Sed tamen & κακία, & κακότης interdum strictius accipi solent.

Malitia & κακία quid. Homerus Iliad κακότητα vocat τὴν δειλίαν *formidinem*, etiam *molestiam* & *afflictionem*. Malitiam Cicero vocat *falsam prudentiæ imitationem* lib. 3 de offic. ... Itaque astutiam ille interpretatur, qua is fuit ... fissim subterfugienda militia. Alio tamen κακίαν vocasse militiam non ... lib. de fin. bon. & mal. *Quoniam tur, inquit, ex vitiis, quæ Græci κακίας appellant, vitia*

... κακία ... *enim* ... vitiis in contrario nomine opponitur. ... lib. 4 scribit ... tam malitiam ... men esse vitiositatem omnium. ... lib. g. *Atque etiam si emolumentis non sua ... exercetur, vna erit virtus, quæ malitia re ... dicetur. Enim enim quisque maxime ad suum commodum refert quæcunque agit, ita minime est vir bonus, vt qui virtutem pretio metiuntur, nullam virtutem nisi malitiam putent.* Et Sen. Epist. 47. *Hoc ... inter cætera boni mores, placent sibi, & permanent ... est malitia, sæpe mutatur non in melius, sed in aliud.* Vero etiam malitiam ... pro vitio ... dixi ... Si vsurpant auctores Eccl... Ambros. lib. de Isaac & anima cap. ... *Quid ... malitia, nisi boni indigentia?* Quod lib. 1. aduersus ... cap. 9. *Malitia ...* approbat etiam Augustinus. Quamuis igitur ... vsus latini sermonis malitiam vocet calliditatem, & nocendi desiderium, aliquando tamen pro vitiositate vsurpant auctores, atque ita & nullæ interpres.

Non est tamen dissimulandum ordinem vitiorum sic in Græco recenseri: πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πορνείᾳ, πονηρίᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ vbi κακία ponitur quarto loco, & eodem loco in latinum ponitur *nequitia*. Rectius omnino tamen κακία cum ἀδικία videtur initio poni ... quod generaliter ἀδικία sit aliud, quam κακία, sed quia Apostolus in reprehendendis ... genere orationis vtitur, vitium ... duabus vocibus diuersa ratione mali naturam exprimentibus. ἀδικία enim omne vitium dicitur, quia per illud iniuria Deo infertur, κακία quia animum in quo residet, peruersum, ac deterrimum efficit, affligit, & languidum reddit, itaque generalia proponit duo ἀδικίαν & κακίαν, ita tamen vt præcipue in illis speciatim velit, quæ particulari et significare solent, in ἀδικίᾳ cædes, rapinas, bellationes, in malitia seu κακίᾳ fraudulentiam calliditatem, atque exercitatam nocendi voluntatem.

Certe adeo sinceram lectionem nostram, alioqui illi pa um æquus, putauit Beza, vt etiam Græcam ex ea correxerit, & testetur codicem antiquum ita habere. Et Gennadius κακίαν interpretatur τὴν ἐξ κακώσεως τῶν πέλας σπουδήν, *Insigne studium proximo nocendi*. Diuus vero Chrysostomus nomine κακίας generaliter malitiam dici, deinde ad particularia procedi. Ονομάζει δὲ, inquit, γενικῶς τὴν κακίαν, καὶ τοὺς μετ' ἐχόντας ταύτης μετὰ ... ἔχεται μεθ' ὑπερβολῆς λέγων μεστοὺς φθόνου &c. non existimo autem cum vana & particularia vitia nominat, hoc nomen in medio interposuisse, sed in principio locasse.

§. 3. Τὴν κακίαν igitur, hoc est, malitiam vocamus. Nam minimum ex ea in alios redundat, quod spississimum ex ea est, domi remaner, & premit habentem. Quemadmodum enim apud Senecam Epist. 81. loquitur Attalus: *Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.* Iniuria enim & malitia ab auctore incipiens, in illum quasi fluit redundat, sed ipsum in omnis auctorem lædit, nocet eum qui patitur. Hoc ... ognouit, qui de natura suum loquebatur, iustitiæ diuinæ ...

... Hierax Pythagoricus sentit. ... καὶ ἀπ' αὐτῆς τὴν κίνησιν λαμβάνει, καὶ αὔξησιν, γενομένη ... τῆς ... ἀπάσης, ... ἐν ταῖς ὠδῖσι φλέγει, καὶ δύνουσα λυμαίνεται, καὶ ... ἐπ' αὐτῆς ... χρώζει ... τῇ βαφῇ. *Quoniam ab ipso (auctore) & motum & incrementum accipit. Excitata igitur (malitia) auctorem suum attingit, & ante partum doloribus adurit, & penetrans corrumpit, & ex se veneno producto colorat, pessima tinctura.* Sic inquit, & *iniustus omnis malitiam suam prior ipse degustat, priusquam in alios immittat.*

§. 4. *Fornicatione*, πορνείᾳ, nunc ad species vitiorum descendit, & nomine Fornicationis, seu πορνείας omnem libidinē perstringit, cum πορνεία vna sit eius species, quæ scortatio dicitur. Dicitur hoc modo à fœdissimis prostibulis, seu fornicibus, in quibus publicæ libidinis victimæ prostabant. Tertullianus sane libro de pudicitia ad fornicationem etiam Mœchiam refert. Hæc omnia siue libidinum vitia, siue cum in corpora, & sexum vltra iura naturæ furere cœperunt, monstra, ex idololatria plenis agminibus erumpunt. De hac vere Tertullianus lib. de pudicitia cap. 5. *Est & mali dignitas, quod in summo aut medio pessimorum collocatur. Pompam quandam atque suggestum aspicio mœchia, hinc ducatum idololatria antecedentis, hinc comitatum homicidii insequentem. Inter duos apices facinorum eminentissimos sine dubio digna consedit, & per medium eorum, quasi vacantem locum pari criminis auctoritate compleuit. Quis eam talibus lateribus inclusam, talibus costis circumfultam, à cohærentium corpore diuellet, de vicinorum criminum nexu, de propinquorum scelerum complexu, vt solam eam secernat ad pœnitentiæ fructum? nonne hinc idololatria, inde homicidium, detinebunt? & si qua vox fuerit, reclamabunt. Noster hic cuneus est, nostra compago. Ab idololatria metamur, illa distinguente coniungimur, illi de medio eminenti adulamur, concorporauit nos diuina Scriptura, littera ipsa glutinum nostra sunt, iam nec ipsa sine nobis potest. Ego quidem idololatria sæpissime mœchiæ occasionem subministro. Sciunt luci mei & mei montes, & viua aqua, ipsaque in orbibus templa, quantum euertenda pudicitia procurenim.*

Ne vero Paulum nimis seuerum arbitremur, ecce de gentibus censorem Senecam vide, an non ad insaniam, & furorem omnia plena fuerint fornicationibus, & orbis ea parte qua castissimus videbatur, nempe in matrimonio, fuerit magnum lupanar. Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 16. ita loquitur: *Deinde non expedit, notum omnibus fieri quam multi ingrati sint, pudorem enim rei tollet multitudo peccantium: & desinet esse probri loco commune maledictum, numquid iam vlla repudio erubescit. Postquam illustres quædam ac nobiles fœminæ, non consulum numero, sed maritorum annos suos computant: & exeunt matrimonii causa, nubunt repudii? Tamdiu istud timebatur, quamdiu rarum erat. quia vero nulla sine diuortio acta sunt, quod sæpe audiebant, facere didicerunt. Numquid iam vllus adulterii pudor est, postquam eo ventum est, vt nulla virum habeat, nisi vt adulterum irritet? argumentum est deformitatis, pudicitia. quam inuenies tam miseram, tam sordidam vt illi satis sit vnum adulterorum par? nisi singulis diuisit horas, & non sufficit dies omnibus? nisi ad alium gestata sit, apud alium mansit? Infrunita & antiqua est, quæ nescit, matrimonium vocari, vnum adulterium. quemadmodum horum delictorum iam euanuit pudor, postquam res latius euagata est: ita ingratos plures efficies, & audaciores, si numerari se cœperint.*

Ecce tibi tales ... *... desinet esse probrum.* Deinde, *nulla ... rum erubescentia*, at olim ignota Romanis veteribus repudia. Tertio *exeunt à marito matrimonii causa*, vt alteri nubant. Quarto, *nulla acta sine diuortio erant.* Quinto, *nullus adulterii pudor est*, non etiam in fœminis. Quinto, *Nulla habet virum nisi vt irritet adulterum*, quia quod licet ingratum est, quod non licet acrius vrit. Ipsa igitur matrimonia erant lenocinia, & nuptiæ erant conciliatutæ. Sexto, *nulla pudica, nisi quam deformitas* sollicitam, non castam faciebat. Septimo, quid sibi illa quæstio; *Quam inuenies tam miseram tam sordidam, vt illi satis sit, vnum adulterorum par?* Et ne mireris. Epist. 95. *Non minus peruigilant, non minus potant, & oleo, & mero viros prouocant: æque inuita ingesta visceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remetiuntur, æque niuem rodunt solatium stomachi æstuantis, libidine vero nec maribus cedunt.* Cætera omitto, & silentio damno. Hæc erant matronarum, quid de prostibulis, de nepotibus, in vniuersum de vitiis dicemus? Pleni igitur omnes erant fornicatione.

§. 3. Auaritia, πλεονεξία, dicitur sic ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχειν, quod per iniuriam meliore esse conditione, & potiores sibi partes deferri velint, qui autem in accipiendo sunt πλεονέκται, iidem sunt in dando ἀνελεύθεροι sordidi & illiberales. Magnum vitium quo vel solo non modo animæ pereunt, sed vrbes & regna euertuntur: Paulus Coloss. 3. vocat πλεονεξίαν εἰδωλολατρείαν, quod auari pecuniam pro Deo colant. Pro violentia etiam & fraudulentia accipi solet, quia illa sunt auarorum instrumenta.

Hic quoque Romanos mores taxabat, imo & Neronis Principis, qui vt refert Suetonius, & Dio, *nunquam cuiquam munus publicum delegauit, quin hoc adiiceret: scis quibus mihi opus est. Et hoc agamus, ne quis quid habeat.* Et sane si diutius imperasset id facturus videbatur, vt qui & vrbem incenderit, & prætextu illius restaurandæ prouincias exhaurire cogitauerit. Creuerat hoc tempore amor nummi quantum ipsa pecunia creuerat, concussis per delatores, & præsides opulentorum patrimoniis. Olim auaritia mortem incidit, & sub ruinis terrarum quæsiuit aurum, verum hoc tempore hoc agebatur, vt extractum male de suis cauernis aurum à locupletibus auferretur. Caius quidem totum Tiberii Thesaurum non toto triennio absumpsit, deinde penitus in rapinas versus, prodigus & auarus, nec minor sors sub Claudio fuit, cum omnia Liberti raperent, & hos Nero iam deprauatus imitaretur. Erat tum, vt ait Iuuenalis:

Sanctissima diuitiarum
Maiestas etsi funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum exstruximus aras.

Impius lucri furor omnia fœdera iuris & amicitiæ superat. Nec vane describit sua tempora Ouidius:

Tempore creuit amor, qui nunc est summus habendi,
Vix vltra quo iam progrediatur habet.
Creuerunt & opes & opum furiosa libido,
Et cum possideant plurima plura petunt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant.
Atque ipsa vitiis sunt alimenta vices.

Cum enim mens aceruis diuitiarum incubat, incitatiore

ratiore vesania ad augenda porta capitur, nam hic quoque sunt in amore pecuniæ ducea oculi.

Nequitia & πονηρία quid? §. 4. Nequitia *πονηρία*, quibusdam in Græcis exemplaribus deest, in plerisque ponitur ante auaritiam. Πονηρὸν Græci definiunt *δραστικὸν κακοῦ*, actuosum & gnarum ad nocendum, itaque eum vocant qui consilio, & meditato malus est, multumque cogitationis, ac temporis ad lædendum alios insumit. Πονηρεύεσθαι de magnis & capitalibus facinoribus vsurpant Græci. Ideo & in Euangelio propter obstinatam malitiam diabolus *πονηρὸς* vocatur. Syrus vertit מרירותא *marirutha* qui si legerit: *πικρία acerbitate, amaritudine.* Verum solent illi hic insignem *πονηρίαν* appellare, verbum enim illorum non acerbitatem modo, sed rebellionem, ac malitiam significat. Noster nequitiam vertit, quod vitium Cicero frugalitati opponit. *Reliqua* inquit, *& quarta virtus, vt sit ipsa frugalitas necesse est, eius enim videtur proprium motus animi appetentis regere, atque sedare, semper aduersante libidine, moderatam in omni re seruare constantiam, cui contrarium dicitur. Frugalitas vt opinor à fruge quia nihil melius è terra oritur. Nequitia ab eo. (etsi erit hoc fortasse durius sed tentemus & lusisse putemur, si nihil sit) ab eo quod ne quicquam est in homine, ex quo idem nihili dicitur.* Hæc latinæ dictionis significatio cum ad intemperantiam pertinet, nescio an satis expleret græcæ dictionis proprietatem, quæ versutam malignitatem & actuosam designat, licet etiam defectum atque imbecillitatem significet. Noster itaque aliter vsurpauit nequitiæ vocabulum, vt non significet inutilem, aut luxum, sed pro *πονηρία*, sic & Vlp. in leg. Cum autem, § capitalem, *Capitalem fraudem admisisse accipimus dolo malo, & per nequitiam.* Sane Seneca eodem modo accipit, vt per nequitiam τὸ δραστικὸν τοῦ κακοῦ intelligat: locum eius adscribam, vt omnes videant cur Paulus vocauerit gentes πεπληρωμένους πονηρίᾳ *plenos nequitia.* De ira lib 2. cap. 8. *Omnia sceleribus ac vitiis plena sunt. Plus committitur quam quod possit coercitione sanari. Certatur ingenti quodam nequitiæ certamine: maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia est. Expulso melioris æquiorisque respectu, quocumque visum est, libido se impingit. nec furtiua iam scelera sunt: præter oculos eunt. adeoque in publicum missa nequitia est, & in omnium pectoribus eualuit, vt innocentia non rara, sed nulla sit. nunquid enim singuli aut pauci rupêre legem? Vndique, velut signo dato, ad fas nefasque miscendum coorti sunt.*

———Non hospes ab hospite tutus,
Non socer à genero Fratrum quoque gratia rara est,
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et quota pars ista scelerum est? non descripsit castra ex vnâ parte contraria parentum liberorumque, Sacramenta diuersa, subiectam patriæ ciuis manu flammam, & agmina infestorum equitum ad conquirendas proscriptorum latebras circumuolitantia, & violatos fontes veneno, & pestilentiam manu factam. & præductam obsessis parentibus fossam. plenos carceres. & incendia totas vrbes concremantia dominationesque funestas, & regnorum publicorumque exitiorum clandestina consilia: & pro gloria habita, quæ quamdiu opprimi possunt, scelera sunt: raptus ac stupra, & ne eos quidem libidini exceptum. Adde nunc publica periuria gentium, & rupta fœdera, & in prædam validioris quicquid non resistebat, abductum; circumscriptiones, furta, fraudes infitiationes, quibus trina non sufficiunt fora. Hæc omnia nequitiæ nomine Seneca appellat.

§. 5. Plenos inuidiâ, *μεστοὺς φθόνου*. In catalogo vitiorum Inuidiam collocat inter prima, nam & ferale malum est, & plurium malorum origo. Est autem φθόνος Aristoteli lib 2. Rhe or. λύπη τις ἐπὶ εὐπραγίᾳ φαινομένῃ ἀγαθῶν τῶν [illegible], μὴ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλὰ δι᾽ ἐκείνους. *Inuidia molestia seu tristitia est propter prosperitatem apparentem erga similes, non vt aliquid ipsi sit, sed propter illos. Inuident autem similes, vel qui similes apparent.* *Inuidia.* Gennadius facilius & breuius. τὴν ἐπὶ τοῖς τοῦ πλησίον καλοῖς βασκανίαν. *In bonis proximi fascinationem.* Importunum hoc malum est, & semper inquietat. In vrbe principe summa erat de honoribus contentio, ideoque & inuidia. *Inuidia Cai.* Caius quidem adeo inuidebat omnibus, vt Domitium si sese eloquentiâ defendisset occisurus fuerit, vt Dio refert. *Lucius Annæus pene occisus fuit, nullo commisso delicto, ac ne suspicione quidem facta, quod præsente Caio in Senatu, causam aliquam accuratè eleganterque dixisset, sed eum iussum interfici dimisit persuasus à muliercula qua consuetudinem habebat, eum φθίσει misere, nec ita multo post moriturum.* Et Suetonius: *Nullus denique tam abiectæ conditionis, tamque extremæ sortis fuit, cuius non commodis obtrectaret.* Et ne parua dicamus: Queri palam de suorum temporum felicitate solebat, quod nulla calamitate publica insigniretur.

Homicidium. §. 6. Recte Inuidiæ cædem adiungit, primum enim homicidium ex inuidia fuit. *Nam per inuidiam mors introiuit in orbem terrarum*, cum à fratre interemptus est Abel. De cædibus Romani Imperii supra mentionem feci, nullum vnquam simile fuit, tot myriadas suæ voluptati impendebat. Quid Caius? *Vtinam*, inquit, *omnes vnam ceruicem haberetis.* *Homicidia gentium.* Nec vilius quicquam inter gentes erat homine, cuius in sanguine spectaculum duntaxat quærebatur. Omnia omitto, quæ inuidentes, odientes, rapaces crudeliter patrarunt, in reprobum sensum datos esse demonstro. *Homo hominem non iratus, non timens, non sperans, nihil expetens sed tantum spectaturus occidebat.* Maius, aut gratius munus non erat crudeli ciuitati, quam vt hominem morientem spectare liceret. Audiamus ipsum gentilitatis censorem, in homicidia inusitatæ feritatis declamâtem: Seneca Epist. 95 *Non priuatim solum, sed publice furimus. Homicidia compescimus, & singulas cædes: quid bella, & occisarum gentium gloriosum scelus? Non auaritia, non crudelitas modum nouit: & ista quamdiu furtim & à singulis fiunt, minus noxia, minusque monstrosa sunt: ex senatusconsultis plebisque scitis scelera exercentur, & publice iubentur, vetita priuatim. Quæ clam commissa capite luerent, eadem quia paludati fecere, laudamus. Non pudet homines mitissimum genus, gaudere sanguine alterno, bella gerere gerendaque liberis tradere: cum inter se etiam mutis ac feris pax sit? Aduersus tam potentem explicitumque late furorem operosior philosophia facta est, & tantum sibi virium sumpsit, quantum his, aduersus quæ parabatur accesserat.*

Recte sane iudicas, sed an non tu in cauea sedisti? nunquam conuerso pollice gladiatorem occidisti? nullum in quæstura tua, vel prætura munus Roma vidit? Caium & Neronem crudelitatis accusant, quod aliquot Senatores, equites, & ciues occiderint. *Gentes crudeles omnes* Verum accusatores illi quot innoxiorum cædibus gauisi, quantum sanguinis suis voluptatibus indulserunt? Quid igitur mirum tales sæuitiæ principum obiectos iusta Dei vltione, qui tot millia auctoratorum mori iusserunt? Quis ex illis non Caius, aut Nero, damnis patrimoniorum adcultum, aut gladium miseros coëmebant, eosdem insano sumptu saginabant non in vsum, sed vt mori eos viderent. Non ignorauit sanguinariam suam immanitatem cæca gentilitas sed amauit. *Sed quidam*

dam, inquit Seneca lib. 2. de clem. *non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt, qui ignotos homines & obuios non in compendium, sed occidendi causa occidunt. Nec interficere contenti sæuiunt, vt Sinnis ille & Procustes, & piratæ quicaptos verberant, & in ignem viuos imponunt.* Et paulo post: *Possumus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati sæuitia est: possumus insaniam vocare, nam varia sunt genera eius, & nullum certius, quam quod in cædes hominum, & laniationes peruenit.* Itaque pleni omnes homicidio, exuti hominem, induti animum beluinum, non vulgariter feri, sed omnis feritatis victores. Nam belluę à suo genere abstinent, & tanto plus mordent, quam edunt. Hi autem homicidio, non alterius generis cæde, & sine vllo suo compendio gaudebant.

In animalia genus Senecæ iste.

§. 7. Contentione ἔριδος. *Contentio est veritatis impugnatio cum clamore, & impudenti confidentia* frequenter Apostolus hoc vitium arguit, ex inuidia, auaritiaque gignitur: Gratæ sunt multis, sed detestabile vitium est, contentiones: non modo cum vtilitas ostenditur, & sceleris proponitur emolumentum, sed etiam cum insatiabile vincendi studium animos occupauit, & plerasque lites initio leues ardor contentionis exasperat, vt contentio ex contentione velut imago ex imagine dum speculo speculum opponitur reuerberetur, ac crescat. Audi, qui hæc Apostoli quasi ex proposito probanda susceperit, Senecam Lib. 2. de ira. *Hæc tot millia ad forum prima luce properantia. Ecce litigantium multitudinem,* quasi exercitum in aciem dicat procedere, *Quam turpis lites, quanto turpiores aduocatos habent?* Contentio igitur turpis, aduocati periuri, fidem, linguam, crimina ipsa vendebant. Quæ igitur lites? *Alius inquit iudicia patris accusat, quæ mereri satius fuit: alius cum matre consistit: alius delator venit eius criminis, cuius manifestior reus est. & iudex damnaturus quæ fecit, eligitur: & corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. Quid singula persequor? cum videris forum multitudine refertum, & septa concursu omnis frequentiæ plena, & illum circum, in quo maximam sui partem populus ostendit: hoc scito, istic tantundem esse vitiorum, quantum hominum. Inter istos quos togatos vides, nulla pax est, alter in alterius exitium leui compendio ducitur. Nulli nisi ex alterius damno quæstus est: felicem oderunt, infelicem contemnunt: maiore grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob leuem voluptatem prædamque cupiunt. Non alia quam in ludo gladiatorio vita est, cum eisdem viuentium pugnantiumque. Ferarum iste conuentus est: nisi quod illa inter se placida sunt, morsuque similium abstinent, hi mutua laceratione satiantur.*

Contentio forum Romanorum.

Quid tibi describere videtur, an humanas & ciuiles contentiones? an & loqui de hominibus, qui animalia societatis & fœderum amantia? ego ne de beluis quidem hæc posse dici arbitror, vt si cætera vitia in illis fuerint reprobæ mentis indicia, & humanum egressa modum, ideoque beluina, illa contentio dæmonum & damnatorum esse videatur. Nec vrbs, quam eius alumnus describit, mihi videtur Rerum pulcherrima Roma, sed quo omnia fœda & horrenda confluunt, infera.

Dolus

§. 8. Dolo, δόλου. Ne imperita scelera arbitremur, dolum adiungit, *dolum* inquam *malum, qui fit cum est aliud simulatum, aliud actum.* Gennadius definit τὰς ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀδελφῶν ἐπιβουλὰς καὶ μηχανάς. *Insidias machinationesque ad lædendos fratres.* Dolus hic late accipitur, seu verbis, seu factis agatur, quamuis dolum verbis, fraudem factis deputare solent. De dolo malo iam olim Prætor edixerat. ff. T. 3. *Quæ dolo malo acta dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo.* Hoc quoque detestabile vitium est, & societati humanæ maximè aduersum, à Deo grauissime punitum. Scriptum *Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est in ore suo, pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus, & in gente huiusmodi, non vlciscetur anima mea?* Si vllum vitium magna incrementa fecit, nullum enim stetit, vbi incepit, id de fraude doloque malo fatendum est, dum enim homo hominem specie boni decipit, deceptum erudit, vt audeat facere, quod passus est, vnus fallitur & omnia ingenia conscientium exercentur, non magis ad cauendum, quam fallendum. Videmus etiam tardos stupidosque ad fraudem dociles.

§. 9. Malignitate, Syrus circumlocutus est, *cogitationibus pessimis*, Græce dicitur hoc vitium κακοήθεια, quod alii verterunt: *malis moribus præditi*, alii, *peruersitate*, alii *asperitate*. Primo puto esse particulare vitium, quia inter talia ponitur, itaque non est generaliter κακοτροπία vt Suidas & Oecumenius interpretantur, nisi etiam κακοτροπίαν ad certi delicti speciem reuocent. Est itaque κακοήθεια cum omnia aliorum dicta, facta, in deteriorem partem accipiuntur. Ita Aristoteles lib. 2. Rhet. καὶ κακοήθεις εἰσὶν, nempe οἱ γέροντες, *Maligni sunt senes*. Et quid sit exponit: ἔστι γὰρ κακοήθεια τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν ἅπαντα. Est κακοήθεια *cum in peius omnia accipiuntur*. Graue malum & pene immedicabile, & quod ex dolo nascatur, cum enim se homines persæpe in fraudem induci sentiunt, & frequentissimam viam fallendi per amicitiæ speciem eum & ipsi improbi sint, hinc omnia malignè interpretantur. Quid enim egerunt amici, quod non speciosius adulatores, captatores, insidiatores, hostes? Accipitur & pro inuisa malitia, consuetudine roborata, ex quo & morbos qui inueterarunt, ideoque contra artem medendi contumaces, vocant κακοήθη. De hoc vitio singulariter notatus est à Plutarcho Herodotus, nam librum scripsit περὶ τῆς κακοηθείας τοῦ Ἡροδότου. Sunt hi quoque morosi, siue δυσάρεστοι delicati iracundi, quibus nihil satis est exactum, miseri sane quibus omnia displicent. Sed malignorum est altius malum, & non res modo spectat, sed in præcordiis agentium, aut dicentium aliquid figitur, & de occulto iudicat, & ex bono facto, aut medio, malam voluntatem alterius coniicit. Malum, cum in potentes incidit, atrox, ac sæuum. Ecce exemplum illius, de Tiberio Dio. *Tum reus erat impietatis is, qui non modo in Augustum, sed etiam in eum, aut eius matrem. fecisse, aut minus commode dixisse deferretur, ac in eum animaduertebatur grauiter.* Piscatori qui grandem mullum obtulerat, perfricari eodem, pisce os iussit, *omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum, simpliciumque verborum. Obiectum poetæ quod Agamemnonem probris lacessisset, obiectum & historico, quod Cassium, Brutumque vltimos Romanorum dixisset.* Caius Syllanum Socerum occidit, quod se turbatius mare ingressum non esset secutus, Tyberium fratrem autem quod contra tussim medicamento vsus esset, calumniatus cōtra venena antidotum sumpsisse. Idem Drusilla sorore defuncta iustitium indixit, adeo maligne hominum actiones interpretatus, vt eo tempore risisse, lauisse, cœnasse cum parentibus, coniuge, liberisque, capitale fuerit. Similia de Claudio, Nerone historiæ referunt, ita vt nulli quicquam tutum fuerit, & tam bona quam sinistra malignitati obnoxia.

Malignitas — περὶ κακοηθ. — *Malignitas.*

Malignum Donatus definit, *qui difficultatem sui ostendit,*

ostendit, summa autem difficultas est, cum ex æquo benefacta, & vitia sibi istic accipiuntur, Principes itaq; & vulgus vitiorum summa malignum erant.

Susurrones

§. 11. Susurrones. Hoc quoque vitium à κακοηθείᾳ oritur, & ab eadem nutritur. Etenim qui aliorum facta morose, & in peius censet, idem etiam apud alios detrectare maligne solet. Nusquam vero susurroni maior est honos, quam apud malignos, iam ante nulli æquos, perinde enim est ac si apud nouercam accusarent. Græcus vocat ψιθυριστὰς hoc est occultos delatores, est enim ψίθυρος sonus exilis, & tenuis in aurem susurrus. Oecumenius recte, ψιθυρισμὸς τὴν ἐπὶ ἰδόντι τῶν παρόντων κακολογίαν, *Susurratio est in tradicitur contra præsentes conuicium*, veretur enim eos quibus sic maledicit ideo tenui voce instat serpentum sibilat. Exemplum in Claudii vita recenset Suetonius, cum enim quidam illi retulisset, *Somniasse se Claudium à quodam occidi, ac paulo post is quo cum litem habebat, libellum Claudio obtulisset repente monet, hunc esse quem in somnio vidisset principi manus inferre*, qui continuo occisus est. Syrus vocat רטנא *retna*. hoc est, *incantatorē*, sed sumpta similitudine à stridore, & vocis exilitate qua ventriloqui vtebantur, quanquā רטן *retan* Syris sit etiam *murmurare, susurrare*, sacris literis hoc crimen grauiter reprehenditur. Leu. 9. *Non eris criminator, nec susurro in populis.* Et Prouerb. 26. 20. *Cum defecerint ligna, exstinguetur ignis, & susurrone subtracto iurgia conquiescent.* Quanquam hic in Hebræo est נרגן *nargan* & in 70. δίθυμος quod significat eum qui duplici animo agit, ac veteratorio.

Susurro & detractor differunt.

Differt à detractore susurro, nam finis susurrantis est inimicitias creare, inter se committere proximos, detractoris est, famam alienam petere. Detractor tamen sæpe etiam odia, atque adeo bella concitat. Sed hæc consecta tum est ad infamiam, quā contemptus, odiumq. & vindictæ rabies consequitur. Susurro aliquando & famæ nocet, sed vt amicitias dissoluat, quo circa interdum etiam laudat, nam apud inuidos laudasse, est æmulum, atq; adeo hostem constituisse. Publicum exemplum est

Susurronis finis.

ciuitas illa omnium artium, & humanitatis altrix Athenæ, quæ infami ostracismo viros claros, atque ipsam adeo virtutem exulare iubebat, itaque qui Aristidem vt iustum ad populum deferebat, susurro erat, laudando enim in exitium impellebat. Si historiam spectes, multos nullia morte, vel exilio multata inuenies, sola delatione, quod ingenio, nobilitate, prudentia, virtute præstabāt, quæ omnia tyrannis suspecta pro criminibus puniebantur. Detractor igitur vel vere vel fictè infamia onerat, susurro etiam per ornamentum ferit.

§. 12. Detractor: dicitur hic κατάλαλος quasi oblocutor, obtrectator, eum S. Basil. d. finit. ὁ λέγων τι κατά τινος ἵνα αὐτὸ τοῦτο διαβάλῃ, ἢ διασύρῃ, κατάλαλός ἐστι κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ λεγόμενον *Qui quippiam contra quempiā loquitur vt ipsum calumnietur, vel traducat, detractor est, etsi verū est, quod dictum est.* Leue est quod nouatores monēt. *Detractor*, esse barbarum, & eius vice ponūt obtrectator, aut detrectator Lene hoc est: Nam de fama alicuius detrahere dicimus, & Augustinus hoc verbum vt in Ecclesia vsitatū vsurpat, apud Cyprianum Epist. 68. est *detrectatores*, sed veteres libri habent *detractores*.

Detractor in vero etiam crimine est.

§. 13. Deo odibiles, magna disceptatio est, odibiles Deo, an vero Dei osores sit vertendum: nam dictio Græca θεοστυγεῖς tam actiuam quam passiuam significationē admittit, Syrus vertit וסניאין לאלהא & osores Dei. Cyprianus loco citato, *Abhorrentes à Deo*, & Gennadius θεοστυγεῖς δὲ οἱ τοὺς μισουμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, οὐ γὰρ τοῦτο αὐτοῦ δεῖξαι βούλεται νῦν, ἀλλὰ τοὺς μισοῦντας τὸν Θεόν. Ratio est illius, quæ & aliorum, quia singularia vitia enarrat instituit, non autem propositum est illi de odio Dei, quod habet contra improbos agere. Pro nostra versione facit. Primo Ambrosius de catechizandis rudibus, c. 11. Bernardus super Cantica, qui legunt odibiles, & ex Chrysostomo colligi ratio potest, cur non incommode peccatorum enumerationi interponatur Deo esse exosos: καὶ τὰ δοκοῦντα ἀδιάφορα εἶναι πολλοῖς ἐν τάξει θεὶς ἐγκλημάτων, *Ea quæ multis esse videntur adiaphora in censu peccatorum reponens* quæ autem illa? Fornicatio, dolus, susurratio, detractio, ne quis igitur hæc putet exiere crimine subiungit: *eos qui tales sunt esse etiam odibiles Deo*, ac proinde grauia esse scelera. Multa igitur in laude illi ponebant, quæ Paulus Deo exosa iudicat, itaq; hæc erit quasi conclusio illius partis. Quis enim gentilium malitiam, dolum, malignitatem, cætera, imo quis homicidium pro peccato habebat, non-

Deo exosi.

ne lege & more possidebant, & dabantur gladiatores, & conuerso pollice à multis millibus virum vulnus accipiebant? Et tamen in honore erat munerarius, nec peccasse se credebant talia facientes, sed lusisse, quin si quis gladiatorum seruare vitam nimis cupide videretur, exosus erat, *cur non libenter moritur?* inquiebant. Ob hæc exosos Deo asserit, vt intelligant aliud esse diuinæ maiestatis, & rectitudinis, aliud reprobæ mentis, & ferinæ improbitatis iudicium. Deinde omnes Græci libri habent θεοστυγεῖς accensu in fine posito, ac si actiue interpretari oporteret, dicendum esset θεοστύγεις retracto in penultimam accentu: sic enim talia solent Græci accipere, sic θεομισεῖς est *osor Dei*, θεομισεῖς *odibilis Deo.* Sic Plato. ὁ μὲν θεοφιλὴς ἂν εἴη, ὁ δὲ θεομισής, *hic quidem Deo carus, ille vero Deo exosus fuerit.* Et Aristoph. in αἰεὶ δῆτα θεομισὴς ἔφυς, *semper autem Deo exosus natus es.* Et Plato 2. de rep. οὐδεὶς τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής, *nemo stultorum & furentium Deo carus est.* Recte igitur Scholiastes Aristophanis, ὁ θεομισὴς ἐστὶ ὁ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενος, ὁ δὲ θεομίσης τὸν Θεὸν μισῶν. θεομισὴς *est Deo exosus*, θεομίσης vero *Deum odio prosequens*. At vero omnes etiam nouatores scribunt θεοστυγεῖς, nullus vero θεοστύγεις, retinenda est igitur vetus lectio, nec noster interpres culpandus.

§. 13. Contumeliosos ὑβριστὰς, Cyprianus Ep 68. vocat *iniuriosos* de contumelia D. Thomas q. 72. 22. Factis signis, verbis infertur, cum obiiciendia peccatis proximi honor minuitur, idq; palam & corā, quod si in eo pœna spectetur, vel vltio conuitium dicitur, si beneficiorum præstitorum est exprobratio, vocatur improperium, itaque in vniam habet contumelia cam expresso contemptu illius cui infertur. Arist. l. 2. Rhet. c. 2. Enumerat tres species despicientiæ τῆς ὀλιγωρίας. Prima est καταφρόνησις, altera ἐπηρεασμός. Tertia ὕβρις contumelia. καταφρόνησις est contemptio, est ὀλιγωρία cum quis aliquē nihil curat, despicit, quasi μηδενὸς ἄξιον nihili æstimandum. ἐπηρεασμὸς est etiam cōtemptus, qui definitur ab Aristotele, ἐμποδισμὸς ταῖς βουλήσεσιν, οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ ἐκείνῳ. *Impedimentum alterius voluntatibus obiectum, non vt sibi aliquid acquirat, sed vt illi sit cui incommodat.* Itaq; contemptiom habet illa impeditio, dū enim sine vllo suo emolumento nocet, non suspicatur vltionem, alioquin metueret, non contemneret, neque putat eum in re alicuius momenti profuturum, alioqui amicum eum sibi conciliare studeret. ὕβρις vero est τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν, ἐφ᾽ οἷς ἐστὶν αἰσχύνη ἐστὶ τῷ πάσχοντι, μὴ ἵνα τι γένηται αὐτῷ, ἀλλ᾽ ὅτι ἡσθῇ αὐτὸς οὕτως ἠδὺ ῇ.

Species despicientiæ.

Contumelia quid?

Contu-

Contumeliam inferre, & molestia afficere, in quibus est dedecus patientis, non vt fiat aliquid aliud (τῷ ὑβρίζοντι) *prater id quod fit, sed vt voluptatem percipiat.* Causa voluptatis quod malefaciendo eminere se putant, ideo iuuenes, & diuites sunt contumeliosi, excellere enim se arbitrantur inferendo contumeliam. Nam contumeliæ est ἀτιμία cum non æstimatur quispiam, ὁ δὲ ἀτιμάζων, ὀλιγωρεῖ τὸ δὲ μηδενὸς ἄξιον, οὐδεμίαν ἔχει τιμήν οὔτε κακοῦ οὔτε ἀγαθοῦ. *Qui non æstimat, contemnit, quod vero nulla re dignum est, nullam habet æstimationem, nec boni, nec mali.* Non igitur propriè vertunt nonnulli, cum dicunt maleficos, malefactores, quandoquidem ὑβρισταὶ sunt, qui iniuriam inferunt sola delectationis causa, quia sic eminere se putant. Contumelia igitur erat, cum equites nobiles in arena depugnare cogeret Nero, cum occultè noctu per totam vrbem debacchabatur: mulieribus, pueris que stuprum inferebat, spoliabatque eos, qui sibi fierent obuiam percutiebat, vulnerabat, occidebat. Ita Dio, & addit: *Nam domi esse nulli tutum erat, Nerone in domos atque officinas insultante.* Harum rerum nulla suberat causa, nisi delectatio in exercenda potestate. Talis contumelia erat, cum Caius accumbens cum consulibus, *Lautiore conuiuio effusus subito in cachinnos, Consulibus quidnam rideret blande quærentibus, Quid, inquit, nisi vno meo nutu iugulari vtrunque vestrum statim posse.* Ita Suetonius. Talis contumelia fuit cum cibo, vinoque confectus, plerosque socios de ponte proiecit in mare, vt Dio, & addit Suetonius: *In dedicatione pontis cum multos è littore inuitasset ad se, repente omnes præcipitauit, quosdam gubernacula apprehendentes, contis, remisque detrusit in mare.* Hæc igitur mero contemptu hominum faciebant, & quod in magna potentia magni illi latrones, hoc singuli in eos qui imbecilliores erant.

§. 14. Superbos ὑπερηφάνους, Sanctus Chrysostomus superbiam ἀκρόπολιν vitiorum putat, sunt vero qui alios contemnunt, sese efferunt. Gennadius vocat ὑπερηφάνους τοὺς κατὰ τῶν οὐκ ἐχόντων, ἐφ' οἷς ἔχουσι, φυσιουμένους. *Qui ob ea quæ habent, contra non habentes inflantur.*

Diuersi sunt ab Elatis, quos Paulus vocat ἀλαζόνας, gloriosos, fastuosos, iactabundos, Aristoteles enim Ethic. 4 cap. 13. ait ἀλαζὼν προσποιητικὸς τῶν ἐνδόξων, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει. *Qui similat habere se quæ gloriosa sunt, etsi non adsint, & maiora, quam adsint,* stolidior igitur est elatus superbo. Elatus enim ὁ ἐφ' οἷς οὐκ ἔχει αὐχῶν, ὡς ἔχων, *qui de illis quæ non habet, quasi haberet gloriatur.* Huic opponitur εἴρων simulator, *qui quæ habet, habere se negat, aut minora quam sint, asserit.* Cyprianus Epist. 68. vocat elatos, iactantes sui. Superbia & elatio nunquam maior, nunquam in Deum contumeliosior, quam eo seculo fuit. Quis enim non dico imperatorum, sed è domo imperatorum, non diuinos honores sibi quæsiuit? Ecce assecla Cæsaris Seianus sibi ipsi sacrificabat, monstra superbiæ suæ quæ historiæ referunt. Caius iratus Iouem ad pugnam vocauit, Sen. lib. 1. de ira, nec minus stulta, Nero, Domitianus, Commodus, Diocletianus, atque

§. 15. Inuentores malorum, ἐφευρετὰς κακῶν adinuentores, optime vertit Cyprianus, sunt enim illi, vt ait Gennad. οἱ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντες κακά, *qui ad vetera mala. alia mala nouè adinuenit*, singulare est enim, & insigne peruersitatis genus, veterum pec[…]as non esse contentum, nouiam ad orcum […]editati, scelera prisca lectu[…]um […]ogi[…]ta persequi. Tali erat ingenio […] Cont[…]en Comment. in Epist. ad Rom.

Sardanapalus, qui […] adinuenienti præmium posuit. Cleopatræ talis cœna, quum vniones, precia regnorum deuorauit, nec cessarunt posteri, hinc Apiciorum, Commodorum atque aliorum ganeæ, hinc nouæ & monstrosæ libidines, tot noua carnificum ingenia, tot modi vsurarum, & ἐπιτοκισμῶν, tot in tribunalibus exceptiones, comperendinationes, tot tributorum nomina, tot cœnarum impendia, tam multiplex vestium luxus, in quo inuentum etiam hoc gentilibus fuit, vt multis patrimoniis vestitæ, prouinciarum censibus indutæ mulieres, tanto sumptu ornatæ, tamen nudæ conspicerentur.

§. 16. Parentibus non obedientes, γονεῦσιν ἀπειθεῖς. Multa debent multis filii, parentibus omnia, norat hoc non Philosophi modo, sed etiam plebs, & rudia seruitia: pulchre hac de re Sen. l. 3. de beneficiis, c. 37. *Vicere Siculi iuuenes, cum Ætna maiore vi per agitata, in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem effudisset incendium, vexerunt parentes suos. Discessisse creditum est ignes, & vtrinque flamma recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent iuuenes dignissimi, qui magna tuto auderent. Vicit Antigonus: qui cum ingenti prælio superasset hostem, præmium belli ad patrem transtulit, & imperium illi Cypri tradidit. Hoc est regnum, nolle regnare, cum possis. Vicit patrem, imperiosum quidem, T. Manlius: qui cum ad tempus relegatus esset à patre ob adolescentiam brutam ac hebetem, ad tribunum plebis, qui patri suo dixerat diem, venit: petitoque tempore, quod ille dederat, sperans fore proditorem parentis inuisi (& bene meruisse se de iuuene credebat, cuius exilium pro grauissimo crimine inter alia Manlio obiiciebat) nactus adolescens secretum, stringit occultatum sinu ferrum, & Nisi iuras, inquit, te diem patri remissurum, hoc te gladio transfodiam. In tua potestate est, vt modo pater meus accusatorem non habeat. Iurauit tribunus: nec fefellit, & causam accusationis remissa concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere.* Verum rata ista facta.

Quid Romani? quid gentiles?

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Neronem arguit, parricidam, aliosque qui contra parentes simultatem exercebant, in iudicio consistebant. Quo animo filii eo tempore in parentes fuerint, scribit Seneca lib. 5. de beneficiis, cius non patri suo, supremum diem vt innocens sit, optat, vt moderatus, exspectat? vt pius, cogitat?

§. 17. Insipientes ἀσυνέτους, Syrus הסירי רעיבא *indigi rationis, carentes intelligentiâ.* Oecumenius, *Nihil his stultius, qui vera & honesta velut aliena tractarent, nec intelligerent instar brutorum.* Tarditatem & stuporem illis exprobrat, non naturalem, sed eum qui ex recti bonique incuria ex prauitate vitiorum, ac consuetudine nascebatur. Tantum enim à virtute degenerabant, vt non hominum sed pecudum ritu viuerent. Ratio arbitra est bonorum & malorum, omnis honesti comes, hanc moribus suis oppresserant, vt vitiis resistere non posset, stuporem itaque significari puto in rebus agendis, cum nec honesta, nec turpia æstimant. Et vide insipientiam, quotidie nouas spes inchoant in exitu vitæ fundamenta viuendi ponunt, & præterita damnant, semper trepidi sunt, semper in futurum feruntur, ideo semper viuere incipiunt. De hac igitur stultitia & inconsideratione rerum agendarum intelligendus est Apostolus, quam definit Augustinus lib. 3. de libero arbitrio. *Est enim stultitia rerum appetendarum, & vitandarum non qualibet, sed vitiosa ignorantia. Et cum rationem quidem habet, sed dominatum illa sibi natura debitum,* non exercet, sed abiecta est, sordida, pluribus dominis seruit, excusso enim metus, & rationis ex

Parentibus filii debent multa.

Filii gentilium quales?

Insipientes.

illo parui mundi regno, impotentior cupiditas tyrannidem inuadit.

§. 18. Incompositos, ἀσυνθέτους, Syrus, *cum quibus* Incompositi *nullum certum est fœdus*. Alii vertunt: *pactorum haud tenaces, insociabiles, fœdifragos*. Gennadius apud Oecumenium interpretatur: ταῖς συνθήκαις οὐκ ἐμμένοντας, pactis non stantes. Demosthenes hominem perfidia & nequitia insignē vocat ἀσυνθετώτατον. Significat quidem tales, quibus neque fides, neque iusiurandum saluum est, non tamen ad fœdera sola restringendum est, sed ad omnem humanæ societatis vinculum, coniunctionemque. Itaq; recte Theophylactus interpretatur: qui humanæ societati noxii sunt, qui amicitia iungi, beneficiis deuinciri, beneuolentia coalescere cum aliis nequeunt, sylvestres potius sunt, & suorum morum, & ob maleficum ingenium etiam intimis formidolosi, ac propterea omnibus cauti, sumpta est ratio nominis ex medicina, in qua ἀσύνθετον est, quod non est ἐκ μερῶν τὴν συμπλήρωσιν τῆς οὐσίας, καθ' ὑπόστασιν ἔχον. *Quod ex partibus perfectionem essentiæ nō habet secundum substantiam*, quod non est commissura sua partibus aliis coagmentatum, & ita σύσσωμον concorporeā, vt rem vnam cum illis efficiat, ita & homines ἀσύνθετοι, quos in vnū reipublicæ corpus cum aliis conuenire, & coalescere morum distorsio, prauitasq; non permittit. Simili modo versus incompositos dixit Horatius:

Nempe incomposito dixi pede currere versus
Lucili.

Aristoteles primo Politicorū cum de ciuitate composita atq; ordinata sermonem instituit, dicit, sibi progrediendum ad ἀσύνθετα, nempe singulos homines, qui compositi cū aliis non sunt: pari ratione hic ἀσύνθετοι dicuntur, qui ita praui sunt, vt componi cū illis respublica non possit, aut si componatur, perpetuo se bello collidat, seditione premat. quod Gentium & maxime Romanorum historia clamat factū, quæ fraterno enim sanguine cœpit, deinde Romulū lacerauit, donec suis vulneribus lassa in barbarorum manus deuenit. Exempla incompositorum sunt magna pars gentiliū Epicurei, qui omnia sui causa faciebant, ipse hoc tempore viuens Nero in coniunctissimus contumeliosus & sæuus, antea Caligula, qui Cæsoniæ coniugi dicere solebat inter blāditias *tam bona ceruix simul ac iussero demetur*. Nescio an magis in aliis quam hac in re reprobus sensus appareat, ad societatē enim nos fecit non emolumentum, sed naturalis affectus, innata est homini societatis & amicitiæ dulcedo. Homo sociale animal est, & in commune viuit in publico versatur, optime Seneca libro 4. capite 18. de beneficiis. *Vt scias, per se expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est ingratum esse: quoniam nihil æquè concordiam humani generis dissociat ac distrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti sumus, quā quod mutuis iuuamur officiis? hoc vno instructior vita, contraque incursiones subitas munitior est, beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? præda animalium & victima, ac vilissimus & facillimus sanguis. Quoniam ceteris animalibus in tutelā sui satis virium est. Quæcumq; vaga nascuntur, & actura vitam segnem, armata sunt: hominem imbecillitas cingit: non vnguium vis, non dentiū, terribilem ceteris fecit: nudum & infirmum, societas munit. Duas res dedit, quæ illum obnoxiū ceteris, validissimum facerent, rationem & societatē. Itaq; qui par esse nulli posset, si diduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: societas terris genitum, in alienæ naturæ transmisit imperium, & dominari etiā in mari iussit. Hæc morborum impetus arcuit, senectuti adminicula prospexit, solatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam aduocare. Hanc tolle: & vnitatem generis humani, qua vita sustinetur, scindes. tolletur autem, si effeceris, vt ingratum animum non per se vitandum sit, sed quia aliud illi timendum est.* Hi tales ἀσύνθετοι ipsis beluis tætriores atq; nocentiores Philosophorum etiam iudicio censentur. Idem Sen. l. 2. de ira. c. 31. *Illud ante omnia cogita, fœdam esse & execrabilem vim nocendi & alienissimam homini, cuius beneficio etiam fera mansuescunt. Aspice elephantorum iugo colla submissa, taurorum pueris pariter ac fœminis persultantibus terga impune calcata, & repentes inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones, & intra domum vrsorum leonumq; ora placida tractantibus, adulantesq; dominum feras: pudebit cum animalibus permutasse mores. Nefas est nocere patriæ: ergo ciui quoque. nam hic pars patriæ est. Sanctæ partes sunt, si vniuersum venerabile est: ergo & homo homini. nam hic in maiore tibi vrbe ciuis est. Quid si nocere velint manus pedibus? manibus oculi? Vt omnia inter se membra consentiant, quia singula seruari, totius interest: ita homines singulis parcent, quia ad cœtum geniti sumus. Salua autem esse societas nisi amore & custodia partium non potest. Ne viperas quidem & natrices, & si qua morsu aut ictu nocent, effugeremus, si vt reliqua mansuefacere possemus, aut efficere, ne nobis aliisue periculo essent.*

Sine affectione. §. 19. Sine affectione, ἀστόργους. Multi interpretem reprehēdunt, quod ita verterit, nam affectionem latius patere volunt, quam στοργήν, hanc enim aiunt naturalem erga parentes, liberos, vxorem, cognatos amorem, affectiones etiam externorum. Sed quamuis verba captare Theologi non est, ad interpretem tamen pertinet Sciolos repellere. Itaque falsum est τὸ στέργειν ad domesticos duntaxat affectus pertinere.

στέργετε τοὺς φιλοῦντας (loquitur Moschus) ἵν' ἢν φιλῆτε, φιλῆσθε.

Amantes amate, vt si diligatis, diligamini.

Sic στέργειν σκορπιδαίμονα, τοῖς συμβεβηκόσι, τὰ παρόντα. στοργὴ quid? Sic στόργημα & στόργηθρον Philtrum dicitur. Itaq; στοργὴ est affectio, amor rei alicuius, qui cum in parentes ac domesticos soleat esse constantior, hinc pro illo sæpius vsurpatur, hoc tamen loco accipi ἀστοργίαν puto pro eo in quo nulla est φιλανθρωπία, humanitas, nullus affectus erga suos vel ceteros, qui beneficia nulla agnoscit. quales custodes suos describit S. Ignatius Martyr, qui ipsis beneficiis reddebantur asperiores. Sic Cain, Abimelech, Absolon, sic Nero, atq; alii. Quam iam longe à naturali στοργῇ ἀστοργία gentilium abierant gentiles, tot venena conficiendo, tot nigros per infamiam maritos efficiēdo, vt omnia veterū scripta his plena sint, illud vsitatum præteriri nō debet. quod partus mōstrosos sine fraude necarent lege à Romulo lata, in alios etiā prohibitio vsurparent, si non placeret educari. Quanq; ita late igitur στοργὴ dici possit, potest tamen & affectio accipi pro στοργῇ presse sūpta, nā Tacitus, Capitolinus, alii, affectus solēt dicere, parētes, cōiuges, liberos, cognatos, ea forma qua amor, & desideriū dicūtur, quos amamus ac desideramus, cur non igitur affectionē dicere noster potuit, qua ferimur erga affectus?

Sine fœdere. § 20. Sine fœdere ἀσπόνδους, fœdifragos, fœderū violatores, alii vertunt. Noster vt simplicissime sic propriissime Græcum expressit. Neq; enim ἄσπονδος solum est, qui pactis conuentis non stetit, qui rupit fœdera pacis, & regnis vel pecuniis postbabuit fidē sed qui fœdere nō continetur, qui æquas pacis cōditiones repudiat, qui implacabile bellū gerit, & vt Romani loqui solebāt, qui sine missione pugnare decreuit. Sic quoq; Syrus vertit. *Et pax nō* [illegible] ἄσπονδοι ἐχθροὶ sunt hostes perenni, hæc [illegible], qui ad pacē & cōcordiā reduci [illegible] de quidem fœderū magnifice Romani gloriantur [illegible],

exempla

exempl[illegible] pauca nar[illegible] [illegible] lib. [illegible] cap. 6. [illegible] Do[illegible] tus, sed plura [illegible] fue[illegible] Primo e[illegible] us [illegible] ape[illegible] t, [illegible] deo modo egerunt ab amic[illegible] dere cogerent, [illegible] contra [illegible], contra Antio h m, contra fœdera eger[illegible] tacent historiæ. Deinde dua-bus in rebus video Romanos contra fœderum æquitatem venisse, idque perpetua iniuria. Nam fœdere cauebatur vt Socii maiestatem populi Romani comiter conseruarent, vt hoc ipso cæteri essent in fœdere inferiores, quod inter pares & non subditos iniquum est. Hoc vero iure deinceps abusi sunt, non modo præsides auari, crudeles vt Verres, & similes fures, sed etiam mod[illegible] tati, & vt ea tempora ferebant magistratus iusti ac continentes. Grauis erat comitatus, cohors, lictor, imperabantur commeatus, frumenta, naues, agebantur delectus, deducebantur Coloniæ arces ad seruitutem, postremo munera, aurum coronarium. Hæc omnia tanta acerbitate ac iniustitia, vt merito populi ac nationes cum occasio est oblata, iugum excusserint, vna prouincia nominari non potest, quæ non iniuriis Romanorum exagitata, contra fidem populi Romani, contra fœdera quæ ære in capitolio seruabantur, in prouinciis, ferro, contumeliisque vexabantur, coacta sit rebellare. Sine [illegible] ricordia [illegible], Syrus, & non est misericordia [illegible]. Cum sint crudeles, homicidæ, sine affectione, non est mirum, si absque misericordia fuerint.

§. 21. Misericordiam Philosophi vt vitium culpabant, sententiam & rationem Stoicorum complexus est breuiter & eleganter Seneca l. 2. de clementia cap. 4. 5. *Quid ergo opponitur clementiæ? crudelitas, quæ nihil aliud est, quam atrocitas animi in exigendis pœnis. Sed quidam non exigunt pœnas, crudeles tamen sunt, tanquam qui ignotos homines & obuios non in compendium, sed occidendi causa occidunt. nec interficere contenti, sæuiunt; Vt Sinis ille & procrustes, & pirata, qui captos verberant, & in ignem viuos imponunt. Hæc crudelitas quidem: sed quia nec vltionem sequitur (non enim læsa est) nec peccato alicui irascitur (nullum enim antecessit crimen) extra finitionem nostram cadit: quæ finitio continebat in exigendis pœnis intemperantiam animi. Possumus dicere, non esse hanc crudelitatem, sed feritatem, cui voluptati sæuitia est. possumus insaniam vocare. nam varia sunt genera eius, & nullum certius, quam quod in cædes hominum & laniationes peruenit. Illos ergo crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Sicut in Phalari, quem aiunt non quidem in homines innocentes, sed super humanum ac probabilem modum sæuisse. Possumus effugere cauillationem, & ita finire, vt sit crudelitas, inclinatio animi ad asperiora. hanc clementia repellit longius à se: nam seueritatem illi conuenire, certum est. Ad rem pertinet, quærere hoc loco, quid sit misericordia: Plerique enim vt virtutem eam laudent, & bonum hominem vocant misericordem: hæc autem vitium animi est. Vtraque circa seueritatem, circaque clementiam posita sunt: quæ vitare debemus, ne per speciem seueritatis in crudelitatem, neue per speciem clementiæ in misericordiam incidamus. in hoc, leuiore periculo erratur, sed par error est a vero recedentium. cap. 5. ergo quemadmodum religio Deos colit, superstitio violat. Ita clementiam mansuetudinemque omnes boni præstabunt, misericordiam autem vitabunt. [illegible] animi ad speciem alienorum malorum [illegible] epe[illegible] que familiarissima est. [illegible] a, ebryni [illegible] nocentissimorum [illegible] [illegible]. Misericordia non [illegible] ra[illegible] accedit. [illegible] rum tan[illegible] & m[illegible] busque bonum daturam consilium. [illegible] quod sup[illegible] ne[illegible] at misereri, negat ignoscere. Hæc si per se ponantur, inuisa sunt. videtur enim nullam spem relinquere humanis erroribus, sed omnia delicta ad pœnam deducere. Quod si est quod hæc secta durum, quæ dedisceret humanitatem iubet [illegible] porcumque aduersus fortunam cert[illegible] mum mutuo auxilio cludit? Sed nulla secta benignior leniorque est, nulla amantior hominum, & communibus bonis accepitor: vt propositum sit vsui esse aut auxilio, nec sibi tantum, sed vniuersis singulisque consulere. Misericordia est ægritudo animi, ob alienarum miseriarum speciem. aut, tristitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit. Ægritudo autem in sapientem virum non cadit. serena eius mens est, nec quidquam incidere potest quod illam abducat. Nihil æque hominem, quam magnus animus decet: non potest autem magnus esse idem, si metus & mæror contundit, si mentem obducit & contrahit. Hoc sapienti ne in suis quidem accidit calamitatibus, sed omnem fortunæ iram reuerberabit & ante se franget. eandem semper faciem seruabit, placidam & inconcussam: quod facere non posset, si tristitiam reciperet.

Sed errat cum Stoicis suis Seneca, Misericordia est enim dolor voluntatis, aut displicentia, de aliena miseria, secundum rectam rationem concepta, neque opus est passione, aut ægrimonia, quæ se in lamentationem & planctum effundat. Illa autem appetitus inferioris seu condolentia, seu commotio, non modo vitium non est, si recta ratione gubernetur, sed veræ etiam misericordiæ quæ in voluntate residet, & virtus est, ferunt, audiendus autem Apostolus: flete cum flentibus. Motus autem ille animi seruit rationi, quando ita præbetur misericordia, vt conseruetur iustitia, siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur pœnitenti. Ad misericordiam tamen ille motus appetentis potentiæ necessarius non est, potest enim voluntas sola ratione adiuta misereri. Itaque clare Stoicos refutat Augustinus lib. 1. de moribus Ecclesiæ cap. 27. *Misericordia vera.*

Fuisse igitur sine misericordia gentes, crudelitas de qua supra egi docuit. Non enim modo vindicabant delicta, sed quia suppliciis delectabantur, delicias suas esse aiebant, alieni doloris spectaculum. Hæc ergo prima duritia, non moueri alieno dolore, imo hunc sensum humanitatis in vitio ponere. Alterum genus asperitatis in mancipiis tractandis, vix enim tam pauper erat, cui non seruus esset, plerisque plures alebant, diuites vero mancipiorum exercitus producebant. In his crudeles, auari, contumeliosi erant. Sine misericordia innoxios cædebant, laboribus enecabant, fame arefaciebant, ægros exponebant, inutiles & ridiculos ad bestias aut latomias vendebant, non aliter atque emeriti equi hodie in lanienam traduntur. Tertio, erga ciues atque amicos nulla miseratione vtebantur, existimabant enim, quod in egenos conferrent, & hoc ipsum se perdere, & alteri [illegible] itam prodocere ad miseriam.

At Christianis magnopere misericordia commendatur, iubentur esse misericordes, *quemadmodum pater cœlestis misericors est*, minatur Deus non consecuturos misericordiam, qui proximo eam non præstiterint, Misericordia omnibus sacrificiis antefertur, hæc proximo exhibenda docetur Psal. 112. 5. 9. Prouerb. 11. 17. & 14. 21. & 15 [illegible]. & 24. 21. 31. & 19. 7. & 25. 21. Isa. 29. 7. Oseæ 6. 11. Mich. 6. 8. Zach. 7. 9. Matth. 5. 7. & 19. 15. & [illegible]0. 33. & 25. 41.

[illegible] modo [illegible] voluntas [illegible] tendi, & [illegible] as [illegible] leuand[illegible] redimendi, [illegible] ulpletandi [illegible] ma, & [illegible] Cicero [illegible], *magni & graues viri*, [illegible] mollissima illa animi tene studo [illegible] a enismal s affien[illegible] ur, si recta [illegible] tione gubernetur, insigne est instrumentum beneficentiæ, & [illegible] latium humanæ mali á misericordissimo Deo filiorum suorum pect[illegible] ins[illegible] sum, nam & miseros ex [illegible] u[illegible] affectibus consulationem capere videmus. Ideo

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Qua lacrymas dedit. hæc nostri pars optima sensus,
Plorare ergo iubet causam dicentis amici,
Squaloremque rei, pupillum ad iura vocantem
Circumscriptorem, cuius manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans
Et minor igne rogi. quis enim bonus, aut face dignus
Arcana, qualem Cereris vult esse Sacerdos,
Vlla aliena sibi credat mala? separat hoc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, diuinorumque capaces.

VERSVS 32.

Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agũt, digni sunt morte: non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

QVAESTIO I.

Quomodo hic locus legendus?

§. 1 GRæca verba sic leguntur, οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες (ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσὶν) οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι. Qui cum Dei iustitiam seu ius cognouissent, quod talia facientes digni sint morte non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus. Syrus eodem quo Græcus sensu.

Dicendum est primo Iustitia Dei, δικαίωμα, Syro [illegible] iudicium Dei, non est tantum ius quod habet in peccatores supremus dominus, & legislator, sed etia[illegible] iustitia eius qua illos punire decreuit, iustitia lege lata significata, & mõstrata minis.

Vetus lectio §. 2. Deinde vtraque lectio verum sententiam continet. Latinæ enim sensus est, cum δικαίωμα Dei ius, legem iudiciariam retributionem cognouissent, de illis accurate ac multum disputassent, non intellexisse tamen practice, & cum effectu eos, qui talia agunt dignos esse morte, nam scirui [illegible] op[illegible] timebant, contra naturæ leges volu[illegible] taribus indulgebant, cruentis spectaculis lætabantur, & las[illegible] tus. Extitit quidem é Moralibus Cato, quo [illegible] tam ciuitatem damnabat, sed tamen etiam intrauit, cum qualia agerentur non ignoraret. Nec morte solum digni, qui faciunt, sed etiam consentientes, qui συνευδοκοῦσι, qui approbant, vel mente [illegible] plausu, atque adeo sp[illegible] a præsentia. Hæc lectio [illegible] dum antiqua est: Nam ita citat Cyprianus Ep[illegible] 8 *Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, morte sunt digni; non tantum qui faciũt ea, sed & qui consentiunt qui hæc agunt: q[illegible] [illegible] qui talia, inquit, agunt, morte sunt digni. Manif[illegible] [illegible] comprobat morte dignos esse, & ad pœnam venire non tantum illos qui mala faciu[illegible] [illegible] mala agentibus consentiunt [illegible] qu[illegible] dum [illegible] peccatores [illegible] pænitentiam non agentibus illicita excommunicatione [illegible] scentur [illegible] nocentium contactibus polluuntur & dum iun[illegible] guntur in culpa, sic nec in pœna separantur. Propter quod integritatem [illegible] vestra religiosam sollicitudinem fratres dilectissimi [illegible] laudamus pariter & probamus, & quantum possumus adhortamur literis nostris, ut vos cum profanis & maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega misceatis, sed integram & sinceram fidei vestræ firmitatem religioso timore seruetis. Opto vos fratres charissimi semper bene valere.*

In quem locum doctissimus Pamelius ita commẽtatur. Non intellexerũt, quoniá qui talia agunt morte sunt digni. *Verba hæc non reperiuntur in sex Ms. cod. quibus sum vsus, qui non aliud habent quam qui cum iustitiam Dei cognouissent, non tantum faciunt mala sed & consentiunt eis qui hæc agunt quoniam qui talia (inquit) agunt digni sunt morte. Neutra placet. Si priorem sequamur, quam habent excusi omnes, & vulgatus interpres, Haud dubie superflua erit repetitio illorum verborum: quoniam qui talia (inquit) agunt morte, sunt digni. Si posteriorem, videntur potius hæc postrema verba interserẽda quam postponenda, vt legatur cum Græcis cod. plerisq; qui cum iustitiam Dei cognouissent, quoniam qui talia agunt dig[illegible] sunt morte: non tantum faciunt mala: (sed potius ea) sed & consentiunt eis, qui hæc agunt. Vtro etiam modo legas, superflua videtur dictio (inquit) quam tamen habent excusi & MS. omnes. Neq; vero mirum est quod Cypr. cod. Pauli varient. Vnus qui est Louanii apud Minoritas legit priori modo, excepto quod omissus sit postea articulus oi, vtroq; loco. Secundo modo legunt vulgati Græci & iam olim Chr[illegible] Theophil. & Oecum. Aliter rursum legit Origenes (ad quem allusisse videtur Oecum. Dum quosdam etiam aliter legere scribit) sic nempe. Qui cum iustitiam Dei cognouissent, quod qui talia agunt digni sunt m[illegible] rte; non solũ qui faciunt ea, sed qui consentiunt facientibus propter quod &c. Apud Latinos autem priori modo legunt Saluianus l. 6. Amb. & quæ Sedulio siue Hier. ascribitur comment. D. etiam Aug. in Psa. 17. & expos. quarundam proposit. Epist. ad Rom. Hæc certo varietas fecit, vt nihil ausus fuerim immutare, ipse tamen contextus videtur ad priorem magis lectionem alludere.*

Verum est quod de Cypriano fatetur, eum fauere latinæ lectioni, cum enim gentiles quidem factores ipsos morte dignos censerent, Paulus etiam consentientes, suffragatoresq; eadem contagione pollui pronunciat. Idem sentire Cyprianum cõstat monet enim ne Basil.di & Martiali Episcopis libellaticis communicent. *Nec sibi plebs blandiatur, inquit, quasi immunis esse à cõtagio delicti possit, cũ Sacerdote peccatore cõmunicans, & ad iniustum atque illic. tum præpositi sui Episcopatum consensum suum commodans.*

Deinde fatetur Beza, omnes latinos interpretes latinam lectionem sequi, & constat ex illis, quæ recitat Pamelius. Quibus addo Amb l. de bon. mort. Hysichium Nazian. discipulum, Symmachũ Pontificem in Apologia ad Anastasium. Cum igitur in latino constans sit, & vniformis Scriptura, Græca exemplaria varient. Primo Origenes, deinde exemplar quod citat Pamelius, deinde liber vetustissimus Claromontanus quem citat Beza, Tert[illegible] exemplar Xitxeens omnino latino simile esse [illegible] Titelmanus. Quarto notat Isidorus quibusdam in Græcis legi, οὐ μόνον οἱ ποιοῦντες αὐτά, ἀλλὰ [illegible] συνευδοκοῦντες [illegible] lectio sequitur, vt [illegible] impona ut id, quod est in aliis libris: [illegible]. Quin expresse apud Oecumenium refert Isidorus quorundam græcorum interpretationem nostræ similem & ut hic interpretentur cau[illegible] reddit quia [illegible] πλανῶν [illegible], vetus exemplar. Me[illegible] o [illegible]

g[illegible]

g æ is Latina præfe mus xem u lat n c fu t eu us v a perl eti pret ra g æca biafi , pum etust n aquæ l t nisasti n a q, a appr b nt

Ob.jciunt nonn L mam ctione nõ hærere cum rgumento Apostoli, li n in nou x ll x rũ er igitur ex ilab les, at vero Apostolus hoc agit v omni sex atione imet. Verum hic c t l l mel exerunt hoci s naturæ a Deo n, at contra ipsi facerent sibi ignoscebant, non iudi abant f morte dignos quã- uis facerent, excæcarat vitiorum consuetudo, eaque faciebant quasi debita essent motibus, & ipsis dijs sacra licentia quasi religiosè exercebatur. Resp ndet itaque v re D. Chrysostomus. *Quidnam enim, ait, allegare possis? quod nescias quæ agenda sint. Ita verò vt id maximè ignores in causa sane es. vtpote, qui Deum id indicantem deseruerīs* ἀφεὶς τὸν γνωρίζοντά σοι Θεὸν. Quasi dicat: *repudiato Deo, qui te ista cognoscere faciebat.*

§. 2. Alteram lectionem qui falsam continere sententiam arbitrantur, longe aberrant. Nam quod illis absurdum videtur, grauius iudicari peccatum consenti n is, quam patrantis, id sæpe verum est, ita Chrysost. καὶ γὰρ ὁ πλημμελοῦντι ἐπαινῶν ... *Peccatorem enim deterior est is, qui peccatum collaudat.* Quis enim non magis detestatur eos, qui cũ dis ordis atq; odijs certantium, alienis damnis gaudent, cupidè spectant monomachias & prœlia, quam ipsos qui depugnant? quorum error habet, si non veniam saltem in peccando causam, excusat us peccat gladiator, qu nisi ho nicidium facit, vritur, secatur, quam illi. qui flagellis, igne, atq; adeo tunica molesta ad cædem adigunt. Quid sit laudare, consentire, patrocinari ad flagitium nos docet Paulini sæculi historicus & morum censor, vbi nullius nequior erat suffragator & spectator quam Actor. Lib. 1. de ira. *Quid gladiatoribus quare populus irascitur & tam inique, vt iniuriam putet, quod ... pereunt? C ... in- dicat, & vultu g ... ardore, d ... aduersariorem vertitur.* Totam ... Epist. 7. *Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus expectans & sales, & aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est, quidquid ante pugnatum est, misericordia fuit. Nunc omissis nugis, mera homicidia sunt nihil habent quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinarijs paribus & postulatitijs præferunt. Quidni præferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo gladij artes? Omnia ista mortis moræ sunt. Mane Leonibus & vrsis homines, meridie spectatoribus suis obijciuntur. Interfectores interfecturis iubentur obijci. & victorem in aliam detinent cædem. Exitus pugnantium mors est: ferro & igne res geritur. Hæc fiunt, dum vacat arena. Sed latrocinium fecit aliquis: quid ergo meruit? vt suspendatur. Occidit hominem. qui occidit, ille meruit vt hoc pateretur: tu quid meruisti miser, vt hoc spectes? Occide, vre, verbera. Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? plagis aguntur in vulnera & mutuos ictus nudis & obuijs pectoribus excipiunt. Intermissum est spectaculum? interim iugulantur homines, ne nihil agatur. Age ne hoc quidem intelligitis, mala exempla redundare in eos qui faciunt? Agite dijs immortalibus gratias, quod eum docetis esse crudelem, qui non potest discere. Subducendus populo est tener animus, & parum tenax recti: facile transitur ad plures. Socrati, Catoni & Lelio excutere mentem suam dissimilis multitudo posset, adeo nemo nostrum, qui cum maxime concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest.*

Ex his apparet, quanto sit sæpe scelus atrocius in peccato alieno approbando, laudando, quam faciendo, dum facientem error, aliena persuasio, imperium, spes, metus, inconsideratio præcipitat, consentientem sola malitia reum facit.



CAPVT SECVNDVM.

PROPTER quod inexcusabilis es o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius: iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. non enim est acceptio personarum apud Deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus in die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum per Iesum Christum. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo & nosti voluntatem eius & probas vtiliora, instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.) Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur? & iudicabit id, quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literam, & circumcisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

IN CAPVT SECVNDVM.

Quod institutum secundi capitis?

QVidam disputationem contra Iudæos gentilitiæ superstitionis irrisores & iudices institutam arbitrantur, quos argui existimant, quod aliorum accusatores, ipsi essent sepulchra dealbata. Alii citari ad Dei tribunal Philosophos, & fucatæ sanctitatis illis laruam detrahi. Optimè cæteri ad omnes homines pertinere iudicarunt. Q[illegible]a omnes de grauibus peccatis accusauit c. 1. Deinde, expresse dicit: *[illegible] omnis iudicans* at omnes faciles in se erant, in alios duri censores. [illegible], affirmat *Deum sine acceptione personarum iudicare, reddere vnicuique iuxta opera sua.* Deniq; n[illegible] min[illegible] [illegible]ibus prætextum de ignorantia excutit, v. 12. Quia vero Iudæi scientiam legis iactabant & signaculo circumcisionis gloriabantur, maioris operæ fuit eos ad ag[illegible] t[illegible]em sui adducere, [c]um se doctores, non discipulos profiterentur [illegible]os cont[illegible] [illegible]ag[illegible]a 17 [illegible]q; ad finem capitis. Ostenditque multos ex gentibus multis Iudæis meliores esse, quod Deus cæri[illegible]oniis non delectetur, sed animum purum, atq; sincerum expectet. Atque hoc verum est argumentum, nam quod e nouatoribus nonnulli aliter o[mn]ia [illegible] tuerunt, id veritati officere non debet. Fatetur Pareus comm[un]em interpretem [illegible] sententiam, nempe Caluinianorum, Hactenus Paulum constrinxisse reatu vulgo [illegible]ratos, nunc etiam conuincere *[illegible]* Socratem, Platonem, &c. qui hæc damnabant conuincere nempe de reatu, quod licet foris tali[a] non patrent, intus tamen fomit[e]m eorum oc[c]ultum gerant, proinde alios damnãdo seipsos damnent. [illegible] h[a]ctenu[s] docuisse fate[tur], [s]ed addit: *Sed & fateor textu diligentius considerato, nihil me in verbis Apostoli inuenire, vnde q[illegible] [illegible] hypocritis, & de fomite afferatur, elici possit.* Quin bis terue accusat illos t[illegible]

[illegible]quam

quam palam facientes ea, quæ damnant in aliis. Hæc idcirco addenda fuêre, vt appareat, quantum à scopo sententia communis Caluinistarum aberret, deinde, quam euanidum sit, quod blasphemæ hæresi hoc loco stabiliunt fundamentum, cum dicunt, Socratem, Platonem, alios, propter fomitem hîc accusari, ideoq; concludunt appetitiones ipsas, & vires appetendi esse peccata mortalia. Apud Syros legitur ad v. 14. Feria sexta tertiæ Ieiunii, inde est lectio quotidiana.

VERSVS 1.

Propter quod inexcusabilis es ô homo, omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas.

QVAESTIO I.

Quodnam hoc loco iudicium, sit quod facit inexcusabiles?

§. 1. PArticula propter quod, seu διὸ referenda est ad illud capite præcedenti dictum, Eos cognouisse δικαίωμα θεοῦ ius Dei, propter hoc igitur etiam iudicant, nam de illis iudicare, signum est, cognoscere, quid iustum sit, vel iniquum.

§. 2. Iudicium non est legislatoris duntaxat & Magistratuum, quod publica auctoritate præmia aut pœnas constituit neq; illud solum quod temere seu priuatim seu publicè vel damnat innocentem, vel sontem absoluit, & cassam fert sine cognitione sententiam, sed omne rationis dictamen ex Synteresi quocunq; modo pronûciatum, quo delinquentes culpabiles esse decernimus. Nec excludendi sunt etiam iniqui, & nimium seueri iudices, quo enim rigidius alios iudicant, eo se tristius condemnent, si eadem agant, quæ iudicant. Hoc igitur iudicium conscientiæ dicendum est, iustum est enim vt in se quisq; id statuat, quod in eodem causa contra proximum decreuit.

§. 3. Rationem reddit; *In quo alium iudicas κρίνεις, teipsum condemnas κατακρίνεις*, Qui autem â seipso condemnatus est, non est excusabilis, quia non est confessi causa tuenda rei. Aliorum de aliis rursum est iudicium, singulorû de seipsis condemnatio est.

§. 4. Condemnari à se vnumquemq; probat. Qui enim agnoscit iustitiam Dei, & contra eam agentes esse reos mortis, is etiam agnoscit seipsum si iustitiam violet, reum esse mortis. Quod noster legit, Eadem enim agis, quæ iudicas, græ. est: *τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων, Eadê n. facis, qui iudicas*. Syrus; *Nam tuquoq; qui iudicas in eisdem versaris*. Noster legit; *ἃ κρίνεις* quæ iudicas: existimat vero Erasmus olim ita lectum fuisse: sane apud Hieronymum Augustinum, Cyprianum illa lectio habetur, nec sensum quicquam immutat: apud Chrysostomum verba illa non sunt, nec ex aliis Græcis colligere est, quomodo hæc legerint.

Quod apostrapho vsus vnumquemq; singulatim appellat, id eo facit vt singulis efficacius ac fortius peccatorum memoriam ac sensum imprimat, omnis, inquit, qui iudicas, aliosq; damnas, & tamé eadem facis, quocunq; id modo facias, siue animo, siue factis, necesse est, eodem te iudicio astringi.

§. 5. Primario ad Romanorum iudicia hæc reprehensio pertinet, quorum sub iure cultior tum orbis erat, quos tot leges, edicta, & responsa iurisconsultorum instruebant, vt sine excusatione delinquerent, si à lege naturæ discederent, eum illas illa ignorantia excusat. In eo enim quo iudicabat minores reos, maiores se etiam damnabant, ὅτι, hoc ipso quod iudicabant, causa cadebant, hoc enim verba Græca iudicant.

§. 6. Multi etiam qui non iudicant, sine excusatione sunt, quia illa ipsa ignorantia, qua non discernunt iustum inter, & iniquum, peccatum est, vt docet Augustinus Epist. 105. *Humana quippe superbia tanquam præsumens de viribus liberi arbitrij excusatã se putat, quando ignorantia, non voluntatis est quod peccat. Secundum hãc excusationem, inexcusabiles dixit scriptura diuina quoscunq; scientes peccare conuincit, Dei tamen iustum iudicium nec illis parcit, qui non audierunt. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et quamuis se ipsi excusare videantur, non admittit hanc excusationem, qui scit se fecisse hominem rectum eiq; obedietia dedisse præceptũ, nec nisi eius quo male vsus est libero voluntatis arbitrio, etiam quod transiret in posteros manasse peccatũ. Neq; enim damnantur qui non peccauerunt, quandoquidem illud ex vno in omnes pertransiit, in quo ante propria in singulis quibusq; peccata omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcusabilis est omnis peccator, vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis, siue qui nouit, siue qui ignorat, siue qui iudicat, siue qui non iudicat; quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt sine dubitatione peccatum est, in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtrisq; nõ est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Ideo autem diuina eloquia eos inexcusabiles dicunt, qui non ignorantes sed scientes peccant, vt secundum iudiciũ superbiæ suæ, quo nimirum confidunt de viribus propriæ voluntatis se inexcusabiles videant, quia de ignorantia iam non habent excusationem, dum non est iustitia cui præsumebant sufficere voluntatem. At vero ille cui Dominum & sciendi & obediendi largitus est gratiam.*

Verum his aliqua pœnæ remissio est, Philosophi, & iudices, orbis censores, morum instauratores tanta professio grauiori supplicio addicit. Interim hoc Philosophis obiectum à populo est, nec vnquam responsum. Imo cedit l. de vita beata Seneca, ad omnia enim respondet: *Non sum sapiens, & vt maleuolentiam tuam pascam, nec ero. Non peruenit ad sanitatem, nec peruenam quidem.* Sed pergunt molesti esse. *Aliter loqueris, aliter viuis?* Respondet Seneca: *Hoc per malignissima capita, & optimo cuique inimicissima, Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim isti dicebant, non quemadmodum ipsi viuerent, sed quemadmodum viuendum esset.* Hæc tamen postquam dixit, ne miserrimæ excusationis prætextum omnem amittat, accusatores suos recriminatur, & exemplo doctissimorum Philosophorum, vt putat, adfert, Diogenis Cynici, qui amore paupertatis poculum abiecit, volâ bibiturus, & Diodori qui iam senio grauis gulam sibi præsecuit. Et tandem cum quæritur orbis, Philosophos non præstare quæ loquuntur, aliud excusare non potest, quam illos hoc saltem præstare, quod loquuntur. Hoc facile concedimus, rectè illos facere, quod vitia reprehendant etiam quæ faciunt, sed illi & nobis vicissim concedant in sua se conuitia desertos esse. De his videntur & Gellius lib. 13. cap. 8.

Philosophi iure damnati.

❧(?)❧

QVÆ-

Quaestio II.

An iudici eidem crimini obnoxio iudicare liceat?

Iudex impuri tenetur punire impietatem. §. 1. Cum iudex alium criminis condemnat, cuius ipse sibi conscius est, omnem sibi excusationem adimit, iustitiæ tamè publicæ conseruandæ causa quantumcunque nocens sit ipse plectere nocentes debet. Istos enim dicit Scriptura inexcusabiles, *quos non latet veritas, & in ea perseuerat iniquitas.* vt ait Aug. Epist. 105.

Itaq; nihil iuuant Anabaptistas, & Libertinos verba Apostuli, ad destruendam magistratus, & publicorum iudiciorum auctoritatem, quam scelerata etiam per sceleratos iudices vindicare diuina iustitia solet. Sic impios Israelitas per reges improbiores afflixit, sic Romanos per sui generis Imperatores concidit. Quanquam igitur probro sit iudici sententiæ seueritatem in proprium caput recidere, & se sub alieno nomine addici, non tamen iudicando, puniendoque secundum præscripta legum peccat, quamuis in easdem ille leges commiserit.

§. 2. Nobis interim profunde animis infixum sedeat, ne in iudicandis alijs subitissimus ac temerarij, ne nobis omnem excusationis ac veniæ spe præcidamus. Nolite iudicare & nó iudicabimini. Luc. 6. Cur damnemus alienum seruú stantem Domino suo, vel cadentem, nam etsi nostro iudicio ceciderit, Domino tamen stare potest, quamuis nos iudicádo iam ceciderimus. Temeratium enim iudiciú *Iudicium temerarium vitandum.* sæpe non nocet iudicato, at temeritas semper obest iudicanti. Quod vero in iudicijs publicis sæpe contingit, vt ignorantia iudicis sit calamitas innocétis, non scelus iudicantis, hoc in priuatis temerarijs; iudicijs non pennde valet, nă iudici non potest obesse ignorantia, si leges & ordinem iuris seruauit, at qui temere proximum iudicat, ipse semper se perimit, & ignorantia nó minuit, sed auget peccatum.

Deinde solet hoc vitium esse hominú perditissimorum, quibus expedit nullum esse iustum, qui solum multitudine noxiorum se minus turpes arbitrantur, quod facere solent, id ipsi de alijs suspicantur, suo scelere alios grauant. Quid enim causæ habes cur fratres tuos iudices? Secreta cogitationű eius, latebras conscientię non es scrutatus, vnde ergo de re tam occulta fers sententiam? An qui in tua conscientia exemplum iam habes? & de tua malitia alienam innocentiam taxas?

VERSVS 2.

Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Quaestio I.

Quomodo iudicium Dei est secundum veritatem? & quomodo hoc scimus?

Veritas iudicij propria. §. 1. Orano apud Græcos non est causalis, habet enim οἴδαμεν δὲ, *scimus vero*, noster legit, γὰρ aut sanè δὲ pro γὰρ interpretatus est, hoc enim contextus ipse requirit cum antedictorum ratio redditur. Nempe probat eos qui talia agunt esse inexcusabiles, pariterq; qui agétes iudicant, quia sunt αὐτοκατάκριτοι, *suo iudicio condemnati*, at qui à se ipsis damnati sunt, illi vero iudicio sunt dă nati; nemo enim est in se iniurius; igitur & Dei iudicio damnati sút, nam & hoc iudicium est secundum veritatem. Eadem est igitur in conscientia seipsam condemnante, & in Dei tribunali sententia, cum ergo qui talia agunt à se damnentur ex veritate, etiam à Deo ex eadem veritate damnantur.

Dicuntur vero ista hæc ad remouendam obiectionem aduersariorum: Quanquam enim multorum criminum sibi conscij essent, aliorum tamen iudicio viri boni, heroes, & semidei quidam videbantur, hinc in sui adulationem proni, fama & opinione vulgi, non suo se iudicio æstimabant. Apostolus igitur monet, iudicium Dei omnia videntis, esse secundum veritatem, vt iudicentur, quales erant, non quales populo videbantur. Itaq; si tuo iudicio cecidisti, si de te nigrum calculum iniecisti in vrnam, nostrâ Deo diuersam exspectare sententiam, qui haud paulo magis, quam tu ipse impietatem detestatur & persequitur.

§. 2. Dei iudicium est secundum veritatem, quia est, vt v. 5. dicitur, δικαιοκρισία *iustum iudicium*. Duo obstant quo minus humana iudicia veritaté attingant. Ignorantia iudicis, & affectus. Neutrum in Deo iudicandi veritatem turbare potest. Omnia enim accuratissimè perspicit, cordium scrutator, & renum, cogitationes omnes, & radices cogitationű omnium penetrans. Nó igitur testibus eget, quoniú *Conscientia sui iudex esse cogitur.* sæpe fides venalis est, non tormentis, quorum vis sæpe facit vt mori malint, quam torqueri, non nititur δοκίμιῳ & Rhetorum côiecturis, sed ipsam peccatoris conscientiam, omnium factorum suorum imaginibus insignitam, atq; inscriptam legit, ipsam insuper in sese retorquet, vt turpitudinem quă ipsa fecit, cogatur intueri. Nihil apud eű eloquétia excusat, nihil hypocrisis iugit, nihil potétia obtinet. Nemo igitur iudicia hominű æstimet, sed iudicio Dei se quisq; paret. *Quod ipsa iudicia hominum de hominibus*, inquit Augustin. de ciuitat. Dei lib. 19. c. 6. *quia ciuitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non possunt, qualia putamus esse? quam misera quă dolenda? quandoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt? Vnde sæpe coguntur à tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem quærere veritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur: & cum quæritur vtrum sit nocens cruciatur? & innocens luit pro incerto scelere certissimas pœnas: non quia illud commisisse detegitur, sed quia nõ commisisse nescitur.* *Iudicij humani miseria.* *Ac per hoc ignorantia iudicis plerunque est calamitas innocentis. Et quod est intolerabilius, magisq; plangendum rigandumq; si fieri posset, fontibus lachrymarum: cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nescientes innocentem, fit per ignorantiæ miseriam & vt tortum, & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta: quod nõ commisit commisisse se dicit. Quo damnato & occiso, vtrũ nocentem an innocentem nesciens occiderit, torsit: ac per hoc innocentem vt sciret torsit, & dum nesciret, occidit. In his tenebris vitæ socialis sedebit iudex ille sapiens, aut non sedebit? sedebit plane. Constringit enim eum & ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nefas ducit.*

Hæc in Dei iudicio non sunt, quia nullus error, quia nihil latet iudicantem, ideoque est iudicium secundum veritatem.

§. 3. Altera iudicij pestis est affectus amoris, odij, metus, & spei, hæc enim iudicandi sinceritat constantiamq; subuertunt. Omnibus iam sæculis hoc mundus queritur nec vnquam tamen corrigere potuit, *Iudicium affectus turbatur.*

...iustitia, vbi eolitur, maxime violatur, iustitia cast is iustitia op, itur, & hoc ag nitur, vt iustitia mee ecidisse videatur. Verum Dei iudicium non est ea vllo esse, sed ex veritate iustitiæ, quam tam n sæpe benignitas temperat, & misericordia vocatur.

§. 4. Iustitiam Dei esse secundum veritatem cognoscimus eo modo quo Deum cognoscere noa capite primo ost. ndi, n mpe ex naturali προλήψει, & insita animis notitia, quia Deum iustum esse cognoscimus. Nunc enim de reuelatione, & patefactione supernaturali non agimus.

Qvæstio II.

An iudicium Dei secundum veritatem tollat iustitiam imputatiuam Caluinistarum atque aliorum?

Deus est iustus. §. 1. PAreus hoc loco primò probat verá in Deo esse iustitiam, contra Socinum, qui vt Christi satisfactionem tollat, Deo iustitiam n. esse negauit. Et rectè; stenim vera in Deo iustitia cui Christus verè proprieque satisfecit.

Secundo, *scimus*, inquit, *πληροφορίᾳ ex verbo Dei quod Gloriam promittit, itaque de salute non est dubitandum*: Sed hæc vertigo est. Quomodo enim ex eo, quod scimus Deum esse iustum, concludimus nos certos esse de salute? An non Deum iustum nouerat Adam in paradiso, & hac tamen certitudine carebat? Iustitia Dei iustos timore stringit, non securitate dissoluit.

Imputatio vana non est ex veritate. §. 2. Orthodoxi ex his verbis contra vanitatem imputatam argumentantur. B. llarm. l. 2. de iustificatione c. 3. *Iudicium Dei est secundum veritatem, at iustificatio per imputationem non est secundum veritatem, non est: ergo iustificatio vera per imputationem.* Addit Bellarminus: *Si re ipsa iniusti, & solum putatione iusti sumus, magis diaboli, quam Christi imag nem gerimus.*

Contra disputans aduersarij, in his Pareus. *Diaboli non hominum vox hæc est. Quia sophisticatur, mentitur, blasphemat. Sophist. catur. Quia putatiue ponit, non vere, sed sola opinatione, sed Deus vere imputat. Mentitur quia ponit fideles reuera iniustos esse, quia esti in se peccatores sint, fide tamen censentur iusti. Blasphemat pronunciando diaboli imaginem illum, quem Spiritus S. beatum pronunciat, propter imputatam iustitiam, ipse gerit in tergo diaboli imaginem.* At dubio 2. in hanc Epistolam *Depravat Iesuita*. inquit, *phrasin Apostoli κατὰ ἀλήθειαν secundum veritatem: qua non significat realem existentiam. sed secundum æquitatem sine iustitiam.* Opponuntur enim κατ' ἀλήθειαν, & κατ' ἀδικίαν: vt ex v. 5. intelligitur.

Vt fuit æ vetulæ maledicta præteream, argumentum Bellarmini, imo Apostoli forte est. Primo non deprauat textū Apostoli, sed eum iuxta veteres interpretatur, iudicat Deus secundum veritatem, sine vt Syrus vertit, *cum veritate*, non ea opinione, non errore, quia quales inue it, tales iudicat. Ex re ipsa, non ex etna specie iudicat: ea quate? Ex in iustitia præsenti iniustum, ex reali iustitia iustum. Homo videt quæ patent, Deus autem intuetur cor. 1. Reg. 16. 7. Intuetur cor iustum non imputatione, sed re ipsa. Sic Athanas. q 27. ad Antiochenos, Chrysost. hom. 2. in Math. Cyril. l. 2. in Ioan. c. 19. l 3. c. 3. l. 4. c. 5. Theophyl. Luc. 5. Damasc. l. 2. de fide Orthodoxa. Ambr. orat. de obitu Theodosij. Hieron. ny. c. 17. Ieremi. August. l. 12. de gen. ad lit. c. 17. Deinde fatetur Pareus quosdam hæc sic exposuisse, vt veritatis nomen τῇ δόξῃ opponi dicerent, qui quanquam Caluinistis sint, hae tamen in parte sequuntur veteres & Orthodoxos. Si igitur nos deprauamus, qui s dicimus veritatem opponi opinioni, seu δόξῃ, quid de Caluino dicet? *Quoniam ipsos, inquit, in terrorem imputatu insimulat: qua, vt humanos oculos latet, redarguit, conuinciq, nequeat humani testimonijs: ad Dei iudicium prouocat: cui nec tenebræ ipsa sunt ab, condita: & cum sensu tangi peccatori velit, nolit necesse est. Veritas porro hæc ad duo ex duobus consistit. Quod sine personarum respectu, delictum punset, in quocunq, deprehenderit homine: Deinde quod externam speciem non moratur: nec opere ipso cōtentum est, nisi à vera sinceritate animi prodeat. Vnde sequitur, non obstari laruam fictæ sanctimoniæ, quominus vel in occultam prauitatem suo iudicio animaduertat.* Et Benedictus Aretius, *ἀλήθεια hic opponitur opinioni.* Bezaex *veritate: id est, vera æstimatione, non ex specie exteriore.* Eodem modo Pelicanus, & Bullingerus, & alij quorum testimonijs vtor, non vt orthodoxa veritas talium testimonio commendetur, sed vt ea hostilibus castris aduersario de suo corpore te disputatorem apponam. Itaq; veritas ast vera iustitia, realisq; quæ esse debet in homine, vt iustus esse iudicetur. Sed tamen nostro iure cedamus, & constituamus Veritatem hic esse iustitiam, nō minus erit argumentum Bellarmini firmum, & impia solutio aduersariorum. *Iudicium Dei est secundum veritatem*, hoc est, glossā Pareanā docente, *secūdum iustitiam.* At iustitia Dei, & iudicium quod est secundum eam, reuelatur adue. sus omnem impietatem, contra eus qui contumelijs afficiunt corpora in semetipsis, contra iniustos, contra eos qui talia agūt. Non igitur eos cum talia agunt iustos iudicat, sed iudicat secūdum suam iustitiam iniustos, in quibus est iniustitia. Deinde si quosdā re vera iniustos, De' secundum veritatem iudicat iustos, diu sa est ergo veritas, nam illi secundum veritatem sunt iniusti, & Deus secundum veritatem iustos æstimat. At dicit: Deum peccata remittere non cōtra iustitiæ regulā, quia mortis luitio pro peccatis exigitur. Remittit omnino peccata, non contra iustitiæ regulā, sed secundum infinitam misericordiam, sed cū remisit peccata, iam non sunt amplius iniusti, quibus sunt eem ssa. *Iniusti incontra dicuntur in quibus est iniustitia.*

§ 3. Quid v to illud: Fideles in se peccatores sunt, fide censentur iusti? An censora est secundum veritatem, qua peccatores cēsentur fide iusti? Non puto. Cur vero ait: *Mentitur, quia ponit fideles reuera iniustos?* An Dauid igitur cum faceret homicidium non erat reuera iniustus? Fidelis enim erat. An iudicium Dei secundum veritatem non iudicabat Dauidem adulterum, cum ille fidi ducis thorum violaret? An non Dauid si Caluinianus esset, responderet: *Iudicium Dei secundum fidem est, quo me iustum æstimat?* Sed tamen quid mentitur B. llarminus cum ait: Fideles Caluinistas reue. a iniustos esse? Nonne Magistri vestri sic pronunciant? *Deus iustificat impium, non qui desinit impius esse, sed qui adhuc impius est; & talem impium intelligit Apost. in. Rom. 4. 5.* Hæc sunt enim verba Sibrandi vetuli & rigidi Caluinistæ. Quomodo igitur Bellarminus, cum dicit, Caluinistas quibus Deus imputat iustitiam manere iniustos, n entitur, cū dicant ipsi *Deum iustificare impium, non qui desinit esse imp us, sed qui adhuc est impius?* An impius non est iniustus? Imo vetus ipsi duplicis mendacij argui possent. Tum quia Deum animo iustificare impiū, qui non desinit esse impius, cū ipse Exod. 23. dicat *se non iustificare impiū.* *Veritas non opinio falsa in Dei iudicio.* *Bellarmini desensio.*

Tum

Tum vero, cum nos aiunt mentiri, cum ea dici nos illos docere, quæ formalibus & disertis verbis in illorum libris leguntur.

§. 4. Quod vero blasphemiæ nos accusat, vereor vt ipse blasphemus sit. Nusquam certè Spiritus sanctus beatum dicit impium, non desinentem ab impietate, merito igitur non nos modo, sed prudentiores etiam Caluiniani id negant Deum facere. Impius manens impius imaginem diaboli in tergo gerit, qui autem impium, qui non desinit esse impius, ait esse iustum, & in tergo & lingua diabolum gerit. Quia Deus quod in alijs odit non facit, qua de re libet ex hæretico Caluiniano dissertationem opponere. Conradus Vorstius libro de centum erroribus Sibrādi, in errore 88. ex Sibrandi, pag. 99. 101. *Deus iustificat impium, non qui desinit impius esse, sed qui adhuc impius est; Et talem impium intelligit Apostolus Rom. 4. 5. Resp. 1. Si ita est, ergo falsum erit, quod alibi Deus ipse inquit, se non iustificare impium. Exod. 23. Ergo etiam D. Sibrandus supra falso negauit, Deum id ipsum facere quod in alijs odit: quippe qui in alijs abominari se dicit, si impium iustificent. Prouerb. 17. &c. 2. Immo falsa iam erunt omnia illa S. Scripturæ loca, quibus docetur, impios & impœnitentes, quamdiu tales sunt, à gratia & regno Dei prorsus alienos esse, nec Deo placere posse. Vide 1. Cor. 6. Gal. 5. Rom. 8. &c. Denique iam falsum erit, solos vere credentes corā Deo iustificari: quum fieri non possit, vt vera & saluifica fides cum actuali impietate consistat. 3. Dicendum igitur, quod res est, impium iam conuersum, seu vere pœnitentem, non autem impium manentem, per fidem in Christum iustificari. Et sic sane Deus ipse rem totam declarat Ezech. 18. vbi ait, si impius auersus fuerit ab impietate sua, tum se peccatorum eius non recordaturum amplius, &c. 4. Neque vero hæc expositio dura vel insolens videri debet: quum similes phrases in Scripturis passim obuiæ sint v. g. Cum dicitur Matth 11. Cæci vident, surdi audiunt, muti loquuntur, Claudi ambulant, &c. & cap. 21. Meretrices & publicani præcedunt in regnum Dei, &c. Vbi certe intelligendi sunt, non qui tales actu sunt, & manent; sed qui paulò ante tales erant. Nam alioqui contradictio foret cæcum videre, surdum audire, &c. Metonomia autem hæc in omni lingua & gente satis vsitata est. Ita vt nullo colore hic repudiari possit.*

Impius manens impius non est iustum.

Quantum vero abeat à sententia D. Pauli illa interpretatio, quis non videt? Petiturus dicit Apostolus eos qui talia agunt, quia iudicium Dei sit secundum veritatem, hoc est, quia impios revera damnat, & punit. At si dicat, secundum veritatem hoc est, secundum iustitiæ regulam, qua non imputat impijs impietatem, non percellit impios. Dicent enim; Deus non imputat, Deus ignoscit, etsi hæc omnia egero, iustitia tamen Dei nihil vindicabit.

VERSVS 3.

Existimas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?

QVAESTIO I.

An hæc tollant iustitiam imputatiuam?

Impius fiduciâ non fugit iudicium.

§. 1. FVlmen est, quo fiduciariæ præsumptionis tota moles dissipatur, & versus præcedentis expositio vera illustratur. Generale est enim omnibus hominibus, vt qui talia agunt, qualia in alijs condemnant, non effugiant iudicium Dei, & cur non effugiunt? quia est secundum veritatem. Non igitur hæreticus dicere potest, Ego effugiam, quia Dei iudicium mihi nihil imputat, sum iniquus, fornicator, homicida, & quidquid generis fuerunt, sed effugi Dei iudiciū, quia nec præterita, nec præsentia, nec futura imputantur, maneo enim impius in memetipso, iustus à Deo habeor. Quod si iudicium est, *secundum veritatem*, hoc est, vt hæreticus interpres ait. *Secundum æquitatem, Iustificatio enim per imputationem iustitiæ gratuitæ propter Christi λύτρον maxime est κατ' ἀλήθειαν secundum iustitiam Dei*: Hæc si eius verba sunt vera, igitur non minas vllas continent, sed merum mel, atque delicias. Sensus enim erit: An tu existimas ô homo, qui talia agis quæ ita supra narrata, quia tu effugies iudicium Dei? Hoc est, quia tu effugies iustificationem per imputationem, quæ iustificatio est iudicium Dei secundum veritatem quam maxime? Si igitur iudicium Dei continet, hoc Dei iudicium quo impium iudicat esse iustum propter Christi λύτρον, non est nobis laborandum, vt iudicium illud effugiamus, sed vt semper & constanter subeamur. At vero nemo interpretum sic exponit, omnes enim de minis accipiunt, quas reprobi sensus hominibus cœleste tribunal intentat. Quia namq; grauissimam pœnam qua corpora sua afficiebant contumelijs in semetipsis, non magnopere sentiebant homines in flagitijs obdurati, nunc iudicium Dei alias pœnas minatur, thesaurum iræ, & similia per impiorum mentes salutari timore percellant. Omnia namque eo pertinent, vt securitatem gentium spe impunitatis assiduè peccantium, & Deum, eiusque iudicium veluti fabulas ac laruas contemnentium tollat. Hoc iudicium est vniuersale, est ineuitabile, non potest actu eludi, non opibus aut potentia discuti. Vt vero hæreseos insania magis eluceat, eius verba adscribam in hunc versum. Nunc spem impunitatis adimit, ac metū seueri iudicij Dei incutit ἀνταποδοτικῶς, refutando prætextum patientiæ Dei, quo adhuc hodie sibi illudūt impij. Hic agnoscit τὸ κρῖμα, κατάκριμα, iudicium & dānationem, & iudicium seuerum, at cum Catholicam fidem oppugnare aggreditur, per iudicium intelligit, non imputationem delictorum.

VERSVS 4.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

QVÆSTIO I.

Quæ diuitiæ bonitatis, patientiæ, longanimitatis?

§. 1. TOtus versus præoccupationem continet eorum quæ obijcere & Iudæi & gentes solebant, videlicet, *Deum misericordem esse, & bonum, delicta dissimulare.* Epicurei quidam Deum ociosum, & humanarum rerum improuidum finxere, alij ita bonum, vt scelera non vindicaret. Ita Stoici. *Quædam sunt* (inquit Seneca de ira l. 2.) *quæ nocere non possunt, nullamque vim nisi beneficam & salutarem habent: vt dij immortales, qui nec volunt obesse, nec possunt.*

Natura enim illa mitis & placida est tam longe remota ab aliena iniuria, quam à sua. Dementes itaque & ignari veritatis, illis imputant sæuitiam maris, immodicos imbres, pertinaciam hiemis: cum interim nihil horum, quæ nobis nocent, prosuntve ad nos proprie dirigatur. Hoc quidem verum non posse Deum iniuriam facere, sed quia tempestatum atque aliorum incommodorum causam à Deo remouet, dubitare non debemus, ipsum ea Stoicorum sectis omnem puniendarum noxarum voluntatem, potestatemque à Deo remouere: Secundo etiam in non dissimilem errorem lapsi sunt Origenistæ, qui ea diuitijs bonitatis Dei, dæmonibus, damnatorum animabus salutem polliciti sunt. Facile enim fit, vt qui vitia deserere nolunt, de impunitate eorum sibi blandiantur.

Diuitiæ omnia bonitas. §. 2. Diuitiarum nomen seu πλούτου Apostolus pro omni affluentia, seu quacunque excellentia vsurpat, ita Syri verbum עותרא vsurpant, & עתר *est multiplicare*, Ezech. 35. 13. vt Thargum, & R. Dauid interpretantur, & Ezech. 8. 11. עתר ענן est vapor nubis seu nebulæ, proprie densitas seu spissitas. Sic Eph. 2. 7. Diuitiæ gratiæ dicuntur, & latini diues ingenium, venam, aliaque dicunt, cum vbertatem quamcunque significant.

§. 3. Diuitiæ bonitatis Græce χρηστότητος Syrus בבסימותה *dulcedinis eius*, Est sane בסם dulcorare, quo nomine & Syri & Germani odoramenti genus significant, sic Psalm. 16. & 9. χρηστὸς autem est, qui suauiter vtilis est, benignus, affabilis, adeo vt χρηστολόγοι adulatores semper placentia dicentes appellati sint. Iustinus martyr Christianos dixit, quasi χρηστιάνους optimos, non ignarus à Christo seu vncto ita dictos, sed alludens ad morem gentium, qui per irrisum, & quasi Antiphrasin χρηστοὺς appellabant. Bonitas igitur Dei in perpetuandis beneficijs, seruandisque hominibus eximiè cernitur. Bonitas est qua mundum fecit, & bonitas summa qua malos vincit. Nam Tit. 3. Apparuit χρηστότης benignitas Saluatoris nostri, non ea operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Apparuit nobis, quia χρηστότης est bonitas vtilis, & talis quæ sine merito largè muneratur.

§. 4. Diuitiæ patientiæ, Græce ἀνοχῆς sustinentiæ, vt bonitatis est beneficia conferre, ita patientiæ ingratitudinem accipientium, & donorum abusum tolerare. Syrus hoc omisit, post bonitatem enim ponit longanimitatem Spiritus, deinde aliud in fine collocat, de quo postea dicam. De patientia Dei pulchre S. Cyprianus lib. de bono patien-

Patientia Dei. tiæ. *Nos autem, fratres dilectissimi, qui Philosophi non verbis sed factis sumus, nec vestitu sapientiam, sed veritate præferimus, qui virtutum conscientiam magis quam iactantiam nouimus, qui non loquimur magna, sed viuimus; quasi serui & cultores Dei, patientiam quam magisterijs cælestibus discimus, obsequijs spiritalibus præbeamus. Est enim nobiscum Deo virtus ista communis. Inde patientia incipit, inde claritas eius & dignitas caput sumit. Origo & magnitudo patientiæ Deo Auctore procedit. Diligenda res homini, quæ Deo chara est. Bonum quod amat, maiestas diuina commendat. Si Dominus noster & Pater Deus est, sectemur patientiam Domini pariter & Patris: quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres. Qualis vero in Deo & quanta patientia quod in contumeliam suæ maiestatis & honoris instituta ab hominibus profana templa & terrena figmenta, & sacra sacrilegia patientissime sustinens super bonos & malos æqualiter facit diem nasci, & lumen solis oboriri; & cum imbribus terras rigat, nemo à beneficijs eius excluditur, quo minus iustis similiter & iniustis indiscretas pluuias largiatur. Videmus inseparabili æqualitate patientiæ, nocentibus & innoxijs, religiosis & impijs, gratias agentibus & ingratis, Dei nutu tempora obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere; grandescere copias messium, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbusta, nemora frondescere, prata florere. Et cum crebris imo continuis exacerbetur offensis Deus, indignationem suam temperat, & præstitutum semel retributionis diem patienter expectat.*

Adam Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

§. 5. Longanimitatis μακροθυμίας, pene idem est μακροθυμία quod ἀνοχή, vtraque in tolerando consistit, & μακροθυμία quod longe abiit ἀπὸ τοῦ θυμοῦ ab ira. Videtur tamen μακροθυμία esse, quæ peccatores obstinatos & in vitijs diu hærentes ab ira iam debita atque imminente defendit. Syrus vocat בנגרת רוחה *longitudinem seu longanimitatem Spiritus*, marginalis nota, ארך אפים, dicitur autem Deus longe esse *à naribus seu abira*, quæ in naribus maxime apparet, & illis velut instrumento, vtitur, quia lente punit, non tamen lenitudinem rectè vertunt nonnulli; Ea enim vitium est, cùm illa, quæ correctionis & seueritatis indigent, negliguntur, eam vocant ἀοργησίαν, non omnino proprie, cum sine concitatione & ira correctio fructuosius succedat. *Longanimitas.*

Tertullianus alij μακροθυμίαν vertunt interdum magnanimitatem, quia animi magni est, iram temperare, pœnam ratione moderari, non furore accendere. Pulchrum Seneca de ira libr. 1. pagin. 16. Ne illud quidem iudicandum est, aliquid iram ad magnitudinem animi conferre. *Non enim est illa magnitudo, tumor est: nec corporibus copiâ vitiosi humoris intensis, morbus incrementum est, sed pestilens abundantia. Omnes quos vecors animus supra cogitationes extollit humanas, altum quidem & sublime spirare se credunt: cæterum nihil solidi subest, sed in ruinam prona sunt, quæ sine fundamentis creuere. Non habet ira cui insistat, non ex firmo mansuroque oritur, sed ventosa & inanis est: tantumque abest à magnitudine animi, quantum à fortitudine audacia, à fiducia insolentia, ab austeritate tristitia, à seueritate crudelitas. Multum, inquam, interest inter sublimem animum, & superbum. Iracundia nihil amplum decorumque molitur. Contrà, mihi videtur veternosi & infelicis animi, imbecillitatis sibi conscij, sæpe indolescere. Vt exulcerata & ægra corpora ad tactus leuissimos gemunt; ita muliebre maxime & puerile vitium est. At incidit & in viros, nam viris quoque puerilia ac muliebria ingenia sunt.* *Ira contra animi magnitudinem.*

Rectè, magnus enim animus est, qui res qualescunque facile ferre potest, nec cedit aduersis. Hæc contemnere, est tempus pœnitentiæ concessum, in alia omnia impendere. Vsura temporis data est, vt salutem operemur, non vt in offensa Dei ætatem trahamus. Tardè Deus vlciscitur, sed grauitate compensat tarditatem, nec tardè tamen semper sæpe ex tempore supplicia repræsentat. Quod si Deum spectes, tardè nullum punit, cui mille anni sunt sicut dies vnus, hominibus tarda pœna videtur, non attendentibus ad eius æternitatem, sed humanæ vitæ spacium.

Syrus interpres totum locum sic vertit. *An contra diuitias bonitatis eius, & contra longanimitatem Spiritus eius, & contra locum quem tibi dedit audax es?* &c. Vbi אתרא proprie locum, hic spacium ad pœnitentiam concessum significat, itaque respondet τῇ ἀνοχῇ, sustinentiæ, seu sustentationi, vt est a-

pod S. Cyprianum. Habet enim sostinentia seu ἀνοχὴ eas spectationem, & occasionem offert si velit resipiscendi.

QVÆSTIO II.

Quæ sit pœnitentia cuius sit mentio?

§. 1. Quædam exemplaria duas habent interrogationes, leguntenim ἀγνοῶν, sed pleraque habent ἀγνοῶν, ignorans, de quo quia sensum nihil immutat, disputare non est necesse.

Secundo, Leue est, quod nonnulli pro *adducit*, malunt legere, *deducit*, quod adducere euentum, deducere propositum & voluntatem significet. Nam adducere idem significare nihil repugnat.

Tertio, Magnum bonum est, & necessarium peccatori, quo τὸ χρηστὸν Dei bonitas docit, nam finis huius miserationis est conuersio peccatoris. Ducit autem tempus spaciumque dando. Sic mundo antediluuiano centum viginti annos benignus indulsit. Deinde monendo posteros per Prophetas, Apostolos, Doctores. Tertio Tot beneficijs ingratos persequendo, Quarto, Pœnis etiam & periculis terrendo.

TERTIO. Pœnitentia Græce dicitur μετάνοια, quam hoc loco Castalio vertit, sanitatem, quem cum nemo et am suorum quod sciam sequatur, nihil opus est refutare, non est enim pœnitentia sanitas, sed ad sanitatem via.

§. 2. Pœnitentiam nouatores plerique resipiscentiam vertunt, negant continere de peccatis præteritis dolorem, sed eam sola nouæ vitæ inchoatione definiunt. Verum μετάνοια omnia illa coniungit, desertionem veterum peccatorum, de illis conceptum, & perpetratos dolorem, displicentiamque, atque emendationis propositiom, & vitæ nouæ initium. Probat id multis lib. 1. cap. 7 de pœnitentia Illustrissimus Bellarminus. De quibus ipse consulatur, ad rem præsentem quod attinet. Pœnitentiam hoc loco nobiscum vertunt etiam Bullingerus & Pelicanus hæretici, quia vi veritatis adacti, curam atque angorem in resipiscente agnoscere debent. Deinde Syrum תיבותא Theaibutha, quod nota marginali exponitur. תשובה The, ibuba, est reuersio, conuersio, pœnitentia, quæ in planctu, & ieiunio, ciliciouque & cordium scissione peragenda dicitur. Tertio. Qui in peccato deprehenditur, delictum agnoscit, erubescit, factum nollet, Deum offensum dolet, ille vero doloris & verecundiæ sensus, est quædam retractatio, & detestatio peccati, sine qua vita noua non inchoatur. Quanto opponitur hic pœnitentia duritiæ cordis, & cordi impœnitenti, cordi am Thesaurizanti, at callosa illa durities, & cor impœnitens, non modo vitæ nouitatem refugiunt, sed pertinaciter peccato adhærent, & vitijs suis indulgent, igitur cor pœnitens etiam continet vitiorum detestationem.

Pœnitentia vita præterita dolorem etiam sequitur.

Denique nouatores ita de pœnitentia loquuntur, vt penitus eam à iustificatione excludant. Hæc enim illorum sunt: *Iustificatio est prior pœnitentia, Pœnitentia seu resipiscentia nostra non est causa, sed effectum, neque est antecedens, sed consequens iustificationis. Humanum commentum est, Deum nobis decreuisse salutem cum hac conditione, si resipisceremus. Denique, Impossibile est impium per pœnitentiam iustificari*, vide Volumium de 100. erroribus Sibrandi. Hæc eo pertinent vt penitus ea animis miserorum studium pœnitentiæ tollant, atque per exitiosas adu ation s reconciliationem cum Deo planè impediant. Dei enim est sententia, *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Luc. 13. 3. Necessarium est igitur omnes qui iustitiam aut salutem quærunt, eam per pœnitentiam adipisci, sed hæc est recentiorum hæreticorum impietas, qui lapsi in reprobum sensum iam vnicum iustitiæ remedium, perpetuam, atque indiuiduam iustificationis conditionem sequi iustificationem imaginantur, cum tamen S. Petrus Actor. 3. 19. diserte moneat, *Pœnitemini & conuertimini vt deleantur peccata vestra* μετανοήσατε οὖν, καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, vbi pœnitentiam requirit ad delenda peccata. non autem peccatorum remissionem aut præcessisse deletionem. Itaque tenenda est sententia sacrarum literarum, Sanctorum Patrum; pœnitentiam antecedere iustitiam, sine illa nullum adultum iustificatum esse. Quin illud censent etiam hæreticorum Coryphæi, quos Symmystis suis opponimus. Vorstius, & molles Caluinistæ in Hollandia, quosque Vorstius citat de erroribus Sibrandi, errore 44. Beza Epist. 10. Zacchius in conf. de pœnitentia, Musculus locis de fide, & pœnitent a. Rollocus in 1. Th ssalon. 1. 8. Piscator in thesibus de pœnitentia, Caluinum in comm. & passim. Ipse Sibrandus sibi contradicens. pag. 51.

Pœnitentia iustitiam antecedit.

QVÆSTIO III.

An Dei bonitas etiam in reprobis eluceat?

§. 1. DVas proponit hoc loco quæstiones Pareus, Prima est; *Quomodo Dei benignitas cum Dei iustitia iudiciaria vindicatrice conueniat?* Altera: *An Dei bonitas aliquorum reprobationem euertat?* Causas dubitandi adiungit: Quia iustitia vindicatrix impios vult punire: bonitate ad pœnitentiam deducit. Deinde quos Deus ad pœnitentiam deducit, eos videtur non reprobasse, impios ad pœnitentiam adducit, non igitur reprobauit.

Respondendum est. Iustitiam Dei peccatorum vindicem, cum bonitate eius, misericordiam eum seueritate optimè conuenire, adeo quidem vt bonitas iustitiam confirmet, & iustitia bonitatem commendet. Bonitas enim ad pœnitentiam inuitans, beneficijs ingratum onerans contemptorem sui merito iustitiæ addicit, Iustitia autem suspensa in longum pœna, bonitatis contemptorem apprehendit. Itaque bonitatem Dei laudat, vt ad pœnitentiam inducat, iustitiam intentat, vt timorem incutiat. Fatetur Chrysostomus etiam suo tempore iactatum esse, quod nunc queritur. ὅτι γὰρ τὸ ἀφιέμενον, ὅτι χρηστὸς καὶ μακρόθυμος ὁ θεὸς ... Iustum Deum & longanimum pœnas non reposcere. Quid vero ille respondit. ... *Cum hoc dicis nihil aliud dicis, quam supplicij intentionem.* Mansuetudinem præfert Deus, vt à peccatis te eximas, non vt etiam peccata peccatis accumules.

§. 2. Ad alterum respondeo. In reproborum damnatione, & pœna bonitatem Dei effulgere, du... cos ... *Dei in reprobis ...*

[illegible]

[illegible] se, denique [illegible] inuitat, gratiam [illegible] ad fidem [illegible], & simul a sceleribus [illegible], tentationesque superandi etiam efficacem largitur. Itaque nec queri possunt illi de bonitate, qui iustitiam experiuntur, nam si bonitas in illis non elucceret, quomodo bonitate tam diu abuti potuissent? Quomodo non in alia maiora supplicia incidissent? aut quomodo non ob ea quæ commiserunt grauius punirentur? Elucet igitur tam in vita damnatorum, quam pœna bonitas æterna. Bonitas ex se seruans bonos, parcens malis, benefaciens & bonis & malis, sed vitio hominum deserens tandem malos, & iustitiæ adducens, vt malis appareat quantam despexerint, in bonis quantam amplexi sint bonitatem.

§. 3. Hanc quam reprobis bonitatem Deus exhibet noui gratiæ hostes abnegant rigidi Caluinistæ. Nam nulli reprobo gratiam dari efficacem vnquam, nullum vnquam conuerti, imo ne posse quidem conuerti censent. Deinde in pœna damnatorum, nihil esse clementiæ vociferantur.

Vtrumque falsum est. Prius quidem, quia multi vere iusti à virtute & gratia deciderunt, & in peccatis suis emoriuntur, reprobos ergo fuisse, existimum docuit, & tamen iustos fuisse Scriptura testatur. Ezech. 18. 24. *Cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem morietur in ea.* Iustus igitur auerti potest à iustitia, habere igitur potuit iustitiam is, qui moritur in peccato. Quod vero Prophetam loqui de iustitia hypocritarum rigidi somniant, id verba Scripturæ validè redarguunt. Toto enim capite iustos & impios Deus opponit, cum hypocritæ non minus impij sint, quam illi, qui peccata sua non dissimulant. Deinde sensus Prophetæ esset. Si hypocritæ se auerterint ab hypocrisi, & in publico fuerint scelerati, in illis sceleribus morituros. Et quod dicitur vers. 24. Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur, significabit Deum non recordaturum hypocriseos in qua hactenus vixerint. Sic non improbè modo, sed insipienter etiam & pueriliter Scripturis illudunt.

§. 4. Alter error etiam grauior est, quia libertatem & misericordiam diuino numini detrahit: Oritur enim ex alia, eaque grauissima hæresi, quæ docet Deum nulli peccatori posse culpam sine satisfactione remittere. *Punire peccata*, inquiunt, est *Deo naturale, perinde vt peccatum odisse, & auersari, non* *Deus potest pœnam remittere.* *potest illi de suo iure remittere.* Et: *Non odisset Deus peccata, si non puniret.* Ex hisce sanè sequitur, Necesse [illegible] Deus tantum supplicium peccato decernat, atque irroget, quantum natura peccati requirit, [illegible] minimam eius partem possit remittere; imo [illegible] peccatorem in nihilum redigere, quia hoc [illegible] [illegible] pœnam eius qui peccauit. Si enim [illegible] non pertinet ad libertatem punitionis, sed [illegible] igitur & [illegible] pœna eo pertinet, atque [illegible] eius partem nihil ergo remitti potest. Quam [illegible] concentiant atrociter, constat ex Pareo [illegible] de peccato in genere contra Bellarminum. [illegible] *a iuste potest à Deo puniri pœna mortis temporalis & æterna. Quia malum culpa etiam leuissima [illegible] malo pœnæ etiam grauissima. Igitur iuste potest* [illegible] *Contzen Comment. in Epist. ad Rom.*

[illegible] *ipsa pœnam* [illegible] *æterna.* [illegible] vera sunt [illegible] gratissima. Omnis [illegible] qua in quæ [illegible] & [illegible] remitti potest, le[illegible] pœna in æternum pu[illegible] qu[illegible] [illegible] quam [illegible] Dei misericordiam [illegible] dubio de crudelitate Caluinistarum.

QVÆSTIO IV.

An ex hoc loco libertas arbitrij colligatur?

§. 1. ITa sentiunt ac docent Orthodoxi. Bonitas Dei inuitat, adducit, illi respondere debet gratia Dei miserentis adiuta libertas, culpa enim eorum qui non parent in solam cordis duritiam & prauitatem confertur. Ideo enim non conuertitur, quia conuerti non vult, Matth. 23. *Volui congregare filios, sed noluit Ierusalem.* Si enim non datur gratia, qua pœniteri possit, qua in seruitio peccati exire liceat, frustra dicitur vocari ad sanctitatem, si non velle non potest. Itaque si Caluinianos spectemus, inductionem ad pœnitentiam inueniemus meram irrisionem ab illis vocari; ita enim Caluinus hoc loco commentatur. *Dominus enim sua lenitate nobis eum se esse ostendit, ad quem conuerti debeamus si cupimus bene habere, simulque fiduciam erigit expectandæ misericordiæ. Si Dei beneficentia non vtimur in hunc finem, abutimur. Quanquã non vno semper modo accipienda est. Seruos enim suos dum indulgenter tractat Dominus, ac terrenis benedictionibus prosequitur, suam beneuolentiam eiusmodi symbolis declarat: ac simul assuefacit ad quærendam in se vno bonorum omnium summam. Transgressores legis dum eadem excipit indulgentia, sua benignitate vult quidem emollire ipsorum contumaciam: non tamen se illis propitium iam esse testatur. Quin potius eos ad resipiscentiam vocat. Si quis autem excipiat, Dominum surdis canere: quamdiu intus corda non afficit: respondendum, nihil hic posse accusari, nisi nostram prauitatem.*

Quomodo vero prauitas sola accusari potest, quæ recta fieri non potest? Si eam surdam Deus effecit, nec vt audire possit, gratiam conferre decreuit, corrigere Deus propitius nullo modo decreuit, nec conferre vt corrigi possit. Quis surdo irascitur, si canentem non audiat, quem audire non potest? Nos vero teneamus Deum misericorditer gratiam offerre omnibus, vt pœnitentiam agant, eos qui ea non vtuntur, bonitate Dei liberrimo arbitrio ad suam perditionem abuti, liberrimo inquam arbitrio, quia si vellent, pœnitere, & habere Deum propitium poterant. Si enim sic externis vocat, vt nolit cor monere, nec dare vt possit conuerti, sed tantum hoc agere, vt sit inexcusabilis, non est illa benignitas, sed feritas, ne dicam Tyrannis. *Deus dat posse conuerti.*

§. 5.

VERSVS 5.

Secundum autem dur[illegible] tuam, & impœnitens cor, Thesaur[illegible]as tibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

QVÆSTIO I.

Quæ causæ Thesaurizant iram?

§.1. PRima est duritiES Græce σκληρότης, quæ est animi quædam obstinatio, quam nec frangant minæ, nec infinita suauitas molliat, sumpta est metaphora à callosis manuum & pedum partibus, quæ & prædura sunt, & sensu carent. Itaque nec facile cedit prementi, nec sensu percipit punientem. Altera est cor impœnitens, seu potius eadem quæ prior sed expressius significata. Est enim cor durum cor impœnitens, ἀμετανόητος καρδία quasi dicas, cor impœnitibile, cor flecti, & pœnitere nescium. Cor multa consuetudine induratum, à iuuentute prauum, operibus deprauatum, quod non magis mutat rigorem malitiæ, quã Æthiops pellem suam. Nullis itaque monitionibus, aut minis cedit. Quibus tandem euenit, quod etiam gentes notarunt, vt Plutarchus in libro, de ijs, qui tarde à Deo puniuntur, vt tandem male pereant. Marci 10. & Matthæi 19. vocatur σκληροκαρδία illud vitium, quasi dicas duricordium. Magna etiam talium pœnarum exempla dederunt nostra sæcula, & in magnis.

QVÆSTIO II.

Quis Thesaurus & in quem diem?

§. THesaurus est ἀπὸ τοῦ εἰς αὔριον τεθεῖσθαι, quod in crastinum reponatur, hinc deinde ita gazas & reconditas opes, Thesauros appellarunt, quas Gellius libr. 2. cap. 10. latinis dictas esse Fauissas.

Duplex est apud S. Augustinum in Psalm. 49. Thesaurus, alius bonorum, alius malorum. Prouerbio dicebatur in rem contemnandam, θησαυροὶ ἄνθρακες, *Thesaurus Carbones*. Hic vero est Thesaurus carbones ardentes, carbones sempiterni ignis deuorans, & quod omni inferno grauius est, Thesaurus iræ Dei. Iræ, non modo pœnæ, quæ est effectus iræ diuinæ, sed etiam ipsius detestationis, qua peccatorem Deus prosequitur. Quid autem illi qui sua pertinacia, & perseuerantia lima iniquitate Thesaurum suppliciorum condunt? Quid aliud sibi mundus colligit? Vides aliquem insatiabiliter opibus inhiantem, diuitijs feruentem, violentia & fraude grassantem, omnia opibus suis implentem præter animum omnium egentem, vides dispositos per ætates, & nomina principum nummos, ne suspice, ne felicem iudices, Thesaurus ille alijs lectus est, nepotem exspectat, à quo dissipetur. Thesaurus pœnarum [illegible]iserum Dominum exspectat. Non tot sunt in [illegible]o mutilo Thesauro tot aurei, quot in altero

Thesaurus duplex.

sunt [illegible]
nius [illegible]
diti[illegible]
gesta o[illegible]
gerend[illegible] cunia [illegible]
scriptum est elogium [illegible]
uit cum du[illegible] re iussi [illegible]
Miseram prof[ectus] fortem [illegible] mundi.
Hic diuitijs in luxoriem [illegible]nibus
fractus est, alius imperio p[illegible], multi
quotidie epulantur, seque inebria[nt] neque venientem, neque abeuntem solem vident, omnes tu illos opulentia, robore, delicijs, honore, potentia beatos putas? Erras. hi omnes in singulos dies, horas, & momenta sibi tormentorum Thesauros accumulant. Vno letali crimine paratus est ignis æternus. At quam sunt multi dum iræ, libidini, auaritiæ salutem suam immolant, qui vno sæpe die multa peccata mortalia committunt, inferosque sibi congeminant? Vni peccato constituta est pœna æterna, quid si in vno peccatore multa sint peccatorum millia, quantus est Thesaurus pœnarum?

§.2. Thesaurum colligit in diem iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Hic quoque occurritur obiectioni infirmorum; videbant enim impios passim florentes & superbos, melioribus insultantes, & bonorum crebro non diuersos exitus, quoniam colligunt Thesaurum? Apostolus respondet, non omni continuo die hunc Thesaurum expendi, sed in die iræ, ad opim belli pericula, & subitos motus Thesaurum recondere respublica solet, cum delectus habendus, machinæ conuehendæ, classis adornanda est, tum per quietem & pacem opes partæ effunduntur, ærarium sperata victoria exinanitur, ita quoque Thesaurus irarum non nisi suo die erogatur, cum venerit dies iræ, ad teruncium pœnarum donatiua soluentur, calicem iræ Dei bibent, & totum quidem vsque ad fæces. Quando completæ fuerint iniquitates vno momento omnium pœna repræsentabitur.

§ 3. Dies illa tribus notis indicatur. Dicitur enim *dies iræ*, *dies reuelationis*, & *dies iusti iudicij*. Dies iræ Apocalyp. 6. 17. dicitur dies extremi diei, sed cum addito, ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, *dies illa magna iræ ipsorum*. Quam vero fuerit ira magna, effectus ostendit. *Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium. Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni.* Hic diem iræ & illum diem intelligo, quia publico iudicio, in totius mundi comitijs damnatus reus dedetur pœnæ, & quod hactenus sine [illegible] ita & sensu fuerat corpus, iustam quoque [illegible]ere[illegible] eadem retributionis accipiet. Deinde diem obitus vniuscuiusque, [illegible]m primo ex delicijs, & gloria in loc[um] tenebrarum & tormentorum, in malam mansione[m] dei[illegible] nam & ille dies iræ est, dies vindictæ, quamuis [illegible] dum de ea constet viuentibus.

Dies iræ.

Deinde vocatur dies reuelationis [illegible] Dei. In Græco legitur: καὶ ἀποκαλύψεως [illegible] δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ. Et reuelationis, & [illegible] Dei, noster particulam καὶ non legit. Monet Erasmus in quibus[d]am abesse con[illegible] apud Chrysostomum tamen & Theoph[illegible] ctum inuenitur. Beza in ipso contextu [illegible] καὶ omisit, quamuis fateatur in veteribus

Mihi tamen, inquit, *magis placet omittere coniunctionem, quo modo vetus interpres conuertit*, & citat Augustinum. lib. contra Iulianum 5. c. 3. & de ciuitate Dei 1. c. 8. *Et reuelationis*, Ἀποκαλύψεως. Diuini iudicij magis sunt apud impios ignota, quod ideirco Apostolus reuelandum esse asserit. Omnia enim in apertum producentur, occultissimæ cogitationũ, & omnia humana iudicia in quibus nocens absolutus est, vel damnatus innocens, ventilabuntur. Hic vero, reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum. Iob. 2. *Nam in fine hominis denudatio operum eius*. Eccles. 11. *Quid facient in die visitationis & calamitatis de longe venientis?* Nunc quidem iusti & impij pari quidem conditione communia mala, atque mortem ipsam tolerando viuunt, quemadmodum caliginosa nocte colorum discrimina latent, & hyeme ligna arida à viuentibus, & sterilia à frugiferis non distinguuntur, cum vero lumen cœleste, quæ latebant, aperit, & vegetabilem calorem tepor veris adducit, tum omnium discrimina apparent, & arbores viuæ gemmas extrudunt, frondes explicant, fructus concipiunt, emortuarum tristitia etiam læto tempore perseuerat. Ita nunc quoque multa parietibus, plura vultu, plurima pectoribus teguntur, quæ Deus sublato velo omnium oculis spectanda dabit; multa laudantur, quæ tum damnabilia demonstrabit veritas, multa nunc hominum prauitas abijcienda ducit, quæ summam in illo laudem merebuntur, imo quæ & vita æterna remunerabuntur.

Iusti iudicij Dei Græce, δικαιοκρισίας, verè Augustinus libr. 3. de Symbolo. *Ille iudex nec gratia præuenitur, nec misericordia iam flectitur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione vel pœnitentia mitigabitur: Hic dum tempus habet agat animo pro se pœnitentiam, quamdiu est locus misericordiæ, quia ibi erit locus iustitiæ. Quod si omnia taceant ipsa opera cum tota sua deformitate stabunt ante nos, & singulos accusabunt ea, quæ quisque & quoties fecit.*

Hæc iam accurata, & ad libellam æquata δικαιοκρισία, liberum in nobis arbitrium esse edocet: Si enim non est liberum arbitrium, quomodo Deus iudicabit hunc mundum? Si enim miserabili necessitate in illa vitia, quæ reuelabuntur in iusto Dei iudicio, humana fragilitas cecidit, imo in illa fortè brachio Dei impellentis impacta est, quomodo iusta est pœna, si quod peccatum dicitur, vitare non potuit creatura?

QVÆSTIO III.

Quænam hoc loco impœnitentia describitur?

§. 1. IMpœnitentia dupliciter dicitur, primo, cum peccatorem suorum delictorum non pœnitet, ita tamen vt in eo sit duntaxat pœnitentiæ priuatio, seu in peccato perseuerantia. Deinde Impœnitentia actualis dicitur propositum non pœnitendi, hoc est graue peccatum & specialem habet malitiam, qua vult perseuerare in Dei inimicitia: deinde contemptum Dei quo non veretur Deum hostem retinere, denique iniquitatem qua statuit Deo non satisfacere, non reddere Deo ius suum, nec illi sese subijcere. Neque modo is qui in perpetuum sibi hanc contumaciam proponit, impœnitentia peccat, sed etiam qui moniti vel interna cogitatione, vel concionibus, priuatisue colloquijs nunc quidem negant sibi integrum esse pœnitere, in aliud tempus autem pœnitentiam differunt. Tales enim gratiæ Dei ingrati sunt: deinde periculo pereundi se exponunt. Denique non vacat superbia, & contumacia si quis profiteatur hodie nolle Deum se amicum habere; cras de reconciliatione laboraturum. Quomodo infimus & corruptibilis creatura sibi tantos Spiritus sumere potest, vt ipse sibi tempus eligat, quo velit gerere cum Deo creatore inimicitias, & quam diu & quando in gratiam redire sibi conueniens esse iudicet? Sunt igitur vt plurimum grauiaque quæ cum impœnitentia concurrunt. cum enim oriatur illa ex consuetudine, habituque peccandi, sitque auersio à medijs saluti necessarijs, accediã neglectumq; rerum spiritalium, & horrorem virtutis secum trahit.

VERSVS 6.

Qui reddet vnicuique secundum opera eius. ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

QVÆSTIO I.

An reddere secundum opera, sit reddere meritis?

§. 1. SImilia loca sunt Matth. 16. 27. Luc. 6. 1. Corinth. 3. Galath. 6. Apocalyp. vltimo. Matthæi 16. 27. Plane cum hoc conuenit: Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui, cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera eius. Luc. 6. 38. *Eâdem quippe mensurâ quâ mensi fueritis remetietur vobis.* 1. Corinth. 3. 8. *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Gal. 6. 8. *Quæ enim seminauerit homo hæc & metet: Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternam.* Apocalyp. 22. 12. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.* Habemus ergo, dari mercedem secundum opera, eadem qua mensi fuerint remetiendum esse, imo non mercedem modo, sed mercedem secundum laborem. Vbi autem est ἀνταπόδοσις *redditio*, vt פרע *Pheragh*, vt est in Syro, quod est *restitutio, retributio*, & interdum *vltio*, vbi est μισθὸς Syriacè אגרא *merces*, & quidem merces secundum opera, ibi est meritum operum, hæc enim reciproce inter se dicuntur, & se mutuo ponunt, & tollunt.

Inter opera & mercedem est proportio.

Deinde hæc expositio est Sanctorum Patrum, atque Ecclesiæ. S. Chrysostomus redditionem illam vocat ἀντίδοσιν quæ propriissime est retributio, quæ prioris donationi respondet, & Syrum פרע nota marginalis exponit verbo גמל *Gamal*, quod est *donum dono rependere, vicissim reddere*. Secundum opera. S. Chrysostomus κατ' ἀξίαν. *Secundum dignitatem operum* quod Apostolus alibi, *secundum laborem*. Syrus reddet לכל גבש *omni viro, seu omni homini*, איך עבדוהי *Echghabadohi sicut opera eius*, hoc est, *reddita merces erit, qualia sunt opera*, numero, qualitate, quantitate. omnia enim quadam sibi proportione respondebunt, vt nemini dubiũ sit, certam mercedem certis operibus, magnam magnis, bonã bonis, malã malis reddendam. Addita hæc monet D. Chrysostomus, ne de sola fide se quispiam iactet,

tali

καὶ δίκαιον, inquit, ὅτι οὐ χρὴ τῇ πίστει θαρρεῖν μόνον, καὶ γὰρ καὶ πράξεών ἐστι τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο ἐξεταστικόν. *Et ostendit non fide solum esse fidendum, etenim & opera tribunal illud examinat.*

D. Chrysostomo Augustinum adiungam. l. de Virginitate c. 26. *Quia vere in ipsa vita æterna distinctè fulgebunt lumina meritorum, multa sunt mansiones apud Patrem: ac per hoc quidem in denario non impari, non viuet alius alio prolixius: in multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius.*

Idem Sermon. 4. de sanctis. *Dominus noster Iesus Christus, fratres, iubet nobis aliquid, & promittit nobis aliquid. Quod iubet, hic est: quod promittit, alibi est. Quod iubet, finitur, quia temporale est: quod promittit, non finitur, quia æternum est. Quod iubet, opus est: quod promittit, merces est. Hinc aduertat vestra sanctitas, quanta est eius misericordia erga nos, vt laborem hic posuerit cum fine, mercedem in cælo sine fine. Et ideo debemus prius hic laborare & postea in cælo mercedem sumere: quam hic mercedem vel accipere, & postea laborare. De quibusdam enim dicit: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Sed fortè auidus es ad mercedem, & piger ad laborem. Qua fronte postulas quod promisit Deus, si non facis quod iussit Deus? Prius audi monitiones, & sic exige repromissiones. Prius, inquam, audi iubentem, & tunc exige pollicentem. Iubet enim nobis, & dicit, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Audisti opus, exspecta mercedem: vt sitis, inquit, filij patris vestri, qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos.*

Augustini verba probantur ex Iob. 34. *Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas: opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet.* Sic Psalm 61. *Quia tu reddes vnicuique secundum opera sua.* Imo Apostolus *hoc leue tribulationis*, ait, *æternum gloriæ pondus operari*: siue vt Augustinus, *Virtutis operis est fructus vita æterna.* Eadem cæteri patrum, quos magno numero à Catholicis tractatoribus citatos esse scies.

§. 2. Merces datur secundum opera, est igitur aliqua operum æstimatio & dignitas in conspectu Dei. Vt quia filium Abraham immolauit, Deus benedictionem promisit. Nam dare mercedem secundum opera, est dare secundum proportionem operum, vt ante dictum est: deinde merces operibus, promissa est, cum igitur conditio operum impletur, necesse, id quod operibus promissum est, iam debitum esse. Et hoc est quod meritum vocamus. Ita Augustinus enarratione in Psalm. 32. *Habemus ergo & fidelem Deum: distinguamus fidelem Deum à fideli homine. Fidelis homo est credens, promittenti Deo, Fidelis Deus & exhibens quod promittit homini. Teneamus fidelissimum debitorem, qui tenemus misericordissimum promissorem, cum ab illo habeamus quidquid illi offerimus, & ex illo sit quidquid boni sumus. Omnia bona quibus gaudemus, ab illo sunt, Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit; aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ab ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus: & tenemus debitorem. Vnde debitorem? Quia promissor est. Non dicimus Deo, Domine redde quod accepisti, sed redde quod promisisti: quoniam rectus est sermo Domini.*

Merces ex promissione debita.

Nec modo debitorem nostrum agnoscit Deum, sed Syngrapha etiam obligatum. in Psalm. 109. *Fidelis Deus qui se nostrum debitorem fecit: non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum Chirographum promissorum suorum: vt cum ea, quæ promisit soluere inciperet in Scriptura, promissorum consideraremus ordinem soluendorum.*

Deus debitor.

§. 3. Hostes meritorum nostrorum, qui negant mercedem secundum opera dari, non tamen omnino merita negant. Confessio Augustana non quidem vitam æternam, sed temporalia seu corporalia pro operibus & meritis dari concedit. Quod si verum est, Deus igitur in illis debitor efficitur, quæ donat ex merito, nulla autem ratio est, cur cum sit eadem promissio, & vi promissionis se debitorem faciat, cur in temporalibus obligetur, non obligetur in æterna vita danda. Cum promissio Dei, & in maximis, & in minimis inuiolabilem habeat obligationem fidelitatis. Qui dederit haustum aquæ frigidæ non perdet mercedem, merces autem hoc loco est vita æterna, maior operibus, sed tamen operibus debita, quia operibus promissa.

§. 4. Diuinam δικαιοκρισίαν, seu iustum iudicium probat Paulus ex effectu, quia vnicuique reddet secundum opera sua, non modo malis mala, sed & bonis bona, itaque est & in bonis illa numinis δικαιοκρισία iustum iudicium, operibus igitur bonis iusta fit compensatio; ergo ex merito tanquam merces datur; nam quæ omni consideratione gratuita sunt, non dantur ex iusto iudicio, sed sola beneuolentia, & liberalitate, quia sine promissione. Hoc vnus hæreticorum & suorum, & sui oblitus hoc loco docet. Secundo, Iudicium fore æquissimum docet, quia retribuet vnicuique secundum opera sua, citra προσωποληψίαν: quod est iustitiæ distributiuæ, κατὰ τὰ ἔργα dicit hic & alibi, monens opera hominum fore manifestam æquitatis regulam, quam Iudex in Iudicio sequetur, ne obscura aut dubia esse possit iudicij rectitudo. Naturalis est enim æquitas, quam nemo nescit, aut in dubium vocat, vt cuique bene, vel male sit, prout quisque bene vel male egerit. Si igitur opera sunt regula iudicij, si æquitatis naturalis ratio postulat, vt qui bene egerit, illi sit bene. Bene est igitur illis propter opera, & quia bene esse illi, est vitam æternam possidere, vitam æternam possidet propter opera. Propter opera dico, quia etiam illi qui meritum negant, vt Caluinistæ molles, & quidam rigidiorea, concedunt resipiscentiam nostram esse causam iustificationis. Vorstius de 100. erroribus insignioribus Sibrandi.

Parum.

Opera sunt regula mercedis.

§. 5. Quia impiæ & profanæ disputationes de merito, eo tandem processerunt, vt etiam merita Christi, & satisfactionem sustulerint è medio, vt in libello de augmento hæreseon demonstraui cap. 2. Quo capite quia hæc improbitas luculenter ostenditur, placuit illud huic quæstioni inserere. Postquam semel Apostolorum leges doctrinamq; Ecclesiæ refigere visum est nouatoribus, & sui nominis familiam ducere, ea collegerunt, quæ cauillis opportuniora fore videbantur. Maximo itaque studio doctrinam de merito exagitarunt. Tanta hypocrisi, tam artificiosa humilitatis ostentatione, vt incautos fallerent, & propere non animaduersi, malum vulgarent. Vllane, dicebant, vel sanctissimorum merita hominum agnoscemus? Quænam superbia est nobis tribuere merita, & ius suum, honoremque Deo detrahere? Ad Deum omnia in solidum referenda sunt. Omnia à Deo iussa, debita ergo nostra sunt, non merita. Creatura non potest obligare creatorem, omnia opera nostra sunt res creatæ, à Deo dependentes, non igitur facere Deum debitorem possunt. Si demereri Deum creatorem suum lutea figmenta possent, certe inter

Merita probantur.

omnia opera merendi prærogatiuam haberet, amor diligentium Deum ex toto corde, ex tota mente, ex omnibus viribus, at mereri illud opus non potest, quia donum est Dei, iussum est à Deo, creatura est. Demonstrabant tum nostri doctores meritis sanctorum non tolli gratuitam Dei misericordiam, augeri honorem, Christi gloriam extolli. Non detrahi quicquam creatrici maiestati, nec munificæ bonitati, cum ipsa opera sint non modo ex gratia, sed etiam gratia, cum merita nostra sint Dei, dona iussa sunt à Deo, & facta sunt merita, quia pręcepto faciendi, quod sine pręmio pręstare creatura debuit Domino, infinita benignitas; legislatoris ex gratuita gratia, addidit promissionē remunerationis. Iussa ergo, & merita, quia iussa cum cōditione præmii. Non potest habere creatura debitorem illū, cuius totum est in solidū, quod est, & quod agit, si vel operantem, vel natiuam vim operum spectemus. Habet tamen misericordissimum promissorem, de infinitissimæ bonitatis liberrima φιλανθρωπίᾳ, merendi facultatem vltro offerentem, fidelitate, iuramento, fœdere suo immutabiliter præmia decernentem, sua igitur natura quæ est iustitia & bonitas, non vi operum tenetur, suo se chirographo obligauit, cum creaturæ se illa conditione deuinxit, vt redderet vnicuique secundum opera eius. Abrahæ certe iurans per semetipsum, cum impossibile sit mentiri Deum, sua se fidelitate obligauit. Hebr. 6. 14. 17. amor ergo noster Deum tenet obligatum, quem amat, quia Deus amorem sui, quem diffundit gratuito munere in cor nostrum, voluit esse etiam meritum amantia.

Tantæ veritatis manifestatione tum quidem solum obstiterunt, at nunc quo progressi sint, docent libri pestilentissimi, nam argumenta illa, quæ contra humanam præsumptionem facta videbantur in Christi contumeliā conuerterunt, Sociniani discipuli Caluinianorum, in praua per quam ingeniosi. Mors Christi, inquiunt, iussa est, nam factus est obediens vsque ad mortem, non ergo meritoria, non precium salutis. Mors Christi dolores, opera res erant creatæ, non ergo obligare poterant creatorem. Amor Christi quo diligebat Deum res creata, non ergo meritoria. De essentia meriti est, ne sit ex debitis, opera Christi ex debitis, non ergo merita. Hæc non posse solui à vobis, nisi simul etiam Sanctorum merita asserantur, res docet, & eadem oratione, quę contra Sanctorum merita obiiciuntur, plane refellantur. Ostendunt hunc progressum hæreseos quæ in cap. 5 ad Rom. contra Socinum præuaricator Pareus asserit. Nam primo fatetur, nihil de merito Christi in Scripturis expressum esse, sed ea Scripturis deduci. Secundo mortem Christi non fuisse satisfactionem nisi ex gratuita iudicis ordinatione, seu beneplacito; sed cur non & Sanctorum opera esse possunt, ea beneplacito merita? pergit: Christus, inquit, respectu creditoris proprie meritus est ex pacto vel ordinatione singulari. At Sanctorum quoque opera, pactum, ordinationem, iusiurandum habent, habēt igitur & ordinationem diuinam.

Mirâ igitur astutiâ id Satan egit, vt cum humanam deprimere superbiam velle videretur, & ius suum Deo asserere, honori redemptoris consulere, non modo bonorum operum studia in animis hominum retardarit, extinxerit, verùm etiam Christum Dominum Saluatoris titulo spoliare conatus sit. In cap. 8 Rom. dub. 9. sic argumentatur Pareus conditio operum est necessaria, non ergo meritoria, quia debita. Dolendum sane est diabolum transformatum in Angelum lucis, tam futilibus argutiis eo rem deduxisse, vt iam multi non aliter Christum Saluatorem, quam Mosem agnoscant, exemplo & doctrina, quæ hæresis est secundum Arianos, & Mahometanos. Et sane magna parte iam Christi meritum euacuarunt: Tota humiliatio Christi non habet rationem meriti, sed tantum solutio lytri, hoc est, passio mortis, inquit Sibrandus pag. 50. Insaniam plerique etiam corroborant suggerendo Socinianis argumentorum omnium solutiones. Exemplum dabo. Cum dicitur Rom. 14. 9. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Phil. 2. Exinaniuit se, &c. propterea exaltauit eum Deus. Orthodoxi concludunt sibi ista Christum meruisse. Respondit Pareus ad 1. particulam ἵνα, vt, significat τελικῶς, sed meritum non includit, ad 2. particula διὰ significat ordinem & consequentiam, non causam. Pari omnino audacia noui ex veteribus Caluinistis hæretici, vbicunque indicatur vobis Christus meruisse, cōsequentiam & ordinem esse contendunt, non meritum, ordinationem Dei non fuisse, vt Christus mereretur, sed vt conditione passionis & mortis, posita nos reconciliaret, idque gratuita beneuolentia, non mediatoria merito. Contra merita Sanctorum Primipili vehementer vrgebant, nomen meriti in Scripturis non inueniri, ideo, & vocem profanam, & doctrinam esse impiam, idem de Christi merito docti à suis Magistris vrgent, meliore iure, insigniore malitia Sociniani. Meritum Christi non est in Scripturis, non est igitur quicquam ille meritus. Quid Pareus in Rom. 5. dub. 7. Licet enim vocabulum meriti nusquam extet: quia nec Hebræi, nec Græci vllum habent, quod merito proprie respondeat, nam Hebræorum חסד misericordiam & gratiam potius quam meritum: Græcorum ἀγαθοεργίαν operationem quamcunq; bonam significat, tamen ad sensum meriti accedit vox περιποίησις acquisitio. Sed respondent illi, Mosen etiam περιποιήσασθαι, & Paulum saluos aliquos facere conatum, hæc omnia de ordine & consequentia, debere à magistris intelligi. Nam negare illos sibi Christum meruisse, at cum acquisiuit Ecclesiam sanguine suo, si merendo fecit, ergo & sibi meruit, nam sibi emit, ius igitur emptionis nouo est consecutus titulo, nouum igitur seu potius noui tituli dominatum consecutus est. Aut igitur Sanctorum merita defendant, aut eisdem argutiis, Christi meritum, satisfactionem, mortem, sanguinem euacuent, Arianismum, Socinianismū adiunēt, Turcarum blasphemiis, quorum crudelitatem adhuc à ceruicibus nostris Deus auertit, pectora Christianorum subiugent.

§. 6. Nunc quæ præterea obiiciunt excutiamus. Caluinus ait, *Deum rependere impiis, quod meriti sunt, bona opera coronare non pro merito. Dicere, quam mercedem habitura sint bona opera, non quid valeant.* Respondeo iam hoc ab aliis Caluini posteris exclusum esse. Si enim opera sunt regula iudicii, igitur ad mercedem habēt aliquam efficaciam, siue respectum. Quid enim est mercedem fore, secundum opera, secundum laborem, eadem mensura omnia remetienda, si ad hoc iudicium non plus opera faciunt, quam delphinus ad syluam, vel aper ad fluctus? Diuersitatem mercedis ratione operum indicat, igitur cum diuersa merces diuerso operi est constituta, idque ea iustitia, necessario sequitur opera ad mercedem valuisse. Docet hoc naturalis æquitas. Constituta est merces danti haustum aquæ frigidę,

quis dubitat maiorem esse illi, qui tradiderit corpus suum vt ardeat. Nec nos tamen de operum in se duntaxat valore disputamus. Promissioni diuinæ innitimur; Promissum est operibus præmium, igitur vi promissionis operanti debitum. Hoc nos vocamus meritum. Secundo Beza. *Ecce vero iterum insurgunt Sophistæ, & mercedem proponunt operibus debitam ridicule. Nam & promissio ipsa legalis est ex gratia: Sed nihil debetur quum conditio promissioni adiecta à nemine impleatur. Sed hos meo quidem iudicio quod de regeneratorum iustitia in hunc locum duci consueuit, siue imputata in Christo, siue in ipsis inchoata, etsi vere, tamen non suo loco. nec enim adhuc de ea egit Apostolus, sed in eo totus est, vt omne humanum genus extra Christum condemnet iniustitiæ. Ista igitur per præsuppositionem dicuntur, non quod tales vllos esse naturaliter dicat Apostolus, sed quod tales esse oportuerit quicunque ex lege iustitiam quærunt.*

Respondeo manifestam esse Scripturæ deprauationem. Loquitur enim Apostolus de omni genere hominum, quos diuidit in bonos, & malos, vt ipse versibus sequentibus exponit, vtrosque mercedem habituros affirmat, iudicandos ex Dei iustitia. An non loquitur vers. 7. de renatis, *iis qui secundum patientiam boni operis?*

Quod vero ex alio hæreseos suæ dogmate pronunciat nulla posse esse talia opera. Hoc Paulus ita perspicue refutat vt verbis eius aliquid addidisse, sit Soli lucem mutuam dare. Quorsum enim Apostolus metu pœnarum, & spe præmiorum Gentiles, & Iudæos pariter ad virtutem excitaret, si nullum opus bonum esse potest? *Deus*, inquit, *reddet omnibus secundum opera sua*, sed nulla bona esse possunt opera, nulli itaque gloriam, incorruptionem, vitam æternam confert, vt est vers. 7. Nulli gloria & pax operanti bonum vt est vers. 10. Sed hoc impium delirium infra refutabitur.

§. 7. Obiiciunt alii. Hæc verba more humano esse prolata, aut secundum opera, esse idem quod secundum fidem. Sed prius impium est, neq; enim humano more, sed spiritu diuino hæc dicuntur. Alterum & impium & ridiculum, cum tot mala opera nominarit solam infidelitatem per istam vitiorum congeriem interpretari cum etiam nominat bonum opus, fidem intelligere, sed de his quoque agendum c. 3. & 4.

§. 8. Vltima obiectio primaria est. Bona opera sunt ex gratia, & cum Deus coronat bona opera, coronat sua dona, nulla sunt ergo merita, quia meritum repugnat gratiæ.

Meritum est ex gratia.

Respondeo. Hac sola obiectione nobis calumniam faciunt, quasi merita gratiæ opponamus, aut de nostro Deum nos obligare iactemus, cum omnis meriti originem, progressum, essentiam, & modum ex gratia, in gratia, & per gratiam esse dicamus. Hoc Concilium Tridentinum profitetur cum ait: *Cum ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat: quæ virtus bona eorum opera semper antecedit & comitatur & subsequitur, & sine qua Deo nullo modo grata, & meritoria esse possunt.* Atque huc pertinent quæ innumeris locis S. Augustinus de meritis habet, vt est lib. de gratia & libero arbitrio cap. 6. *Prorsus talia cogitanti verissime dicitur: Dona tua coronat Deus, non merita tua, si tibi à te ipso, non ab illo sunt merita tua: hæc enim si talia sunt, mala sunt; quæ mala sunt, non coronat Deus; si autem bona sunt, Dei dona sunt: quia sicut dicit Apostolus Iacobus: Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Vnde dicit & Ioannes præcursor Domini nostri: Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de cælo: vtique de cælo vnde etiam venit Spiritus sanctus quando Iesus ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Et cap. 7. *Si ergo Dei dona sunt bona merita tua non Deus coronat merita tua tanquam merita tua, sed tanquam dona sua. Proinde consideremus ipsa merita Apostoli Pauli, quibus dixit coronam redditurum iudicem iustum, & videamus vtrum merita ipsius tanquam ipsius, id est ex ipso et comparata, an dona sint Dei. Bonum, inquit, certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Primo ista bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ, nulla essent.*

VERSVS 7. & 8.

Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam.

Iis autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio.

QVAESTIO I.

Quibus vita æterna?

§. 1. SYrus ita vertit. *Iis qui in perseuerantia boni operis, gloriam, & non corruptionem quærunt vel expetunt, dabit vitam quæ in æternum.* Tribus autem modis connecti hæc verba possunt. Primo. *Iis qui secundum patientiam boni operis quærunt gloriam & honorem & incorruptionem, Deus dabit vitam æternam.* Secundo, *Iis qui per patientiam boni operis quærunt vitam æternam, Deus dabit gloriam, & honorem & incorruptionem.* Tertio, *Iis qui secundum patientiam, quærunt boni operis gloriam, & honorem & incorruptionem, Deus vitam æternam dabit.* Omnes illæ sententiæ veram sententiam efficiunt, sed tertia sola ex mente Pauli. Nam illud: Vitam æternam referri debere ad verbum *ἀποδώσει, reddet*, constat ex versu, quia respondet iræ & indignationi, vbi subaudiendum est, dabitur, vel erit. Deinde illi quod est quærere gloriam, & honorem, & incorruptionem, respondet, non acquiescere veritati, sed credere iniquitati. Quod vero ad primæ partis connexionem pertinet. Idcirco puto particulam *patientiam* separandam, ab *boni operis*, quia in vers. 8. dicitur, Iis qui sunt ex contentione, vt illa opponantur esse secundum patientiam, & esse ex contentione. Deinde boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem optime, & huic loco accommodatissime dici, vt opponatur desideriis cordis, passionibus ignominiæ, & contumeliis corporum quibus corruperat omnis caro viam suam.

Variata expositio.

§. 2. Secundum patientiam esse dicuntur illi, qui longanimitate & tolerantia magna omnia aduersa ferunt, qui vt ait dominus animas suas possident in patientia. Patientia enim necessaria est vt reportent repromissiones. Non est autem hoc de patientia Dei intelligendum, qua exspectet bene agentes sed de patientia fidelium.

§. 3. Gloriam *δόξαν*. Magnum apud omnes gloria calcar habet, & optimi illi censebantur, qui ad

glo-

[illegible] ue [illegible] laudis & fama [illegible] or infecit, vt ad [illegible] gloriam, ad qua [illegible]. Non autem vt gl[illegible] [illegible]æ, amplitudine impe[illegible], quæ [illegible] edida est, sed res omnium [illegible], nam [illegible] casu, aut impulsu, vt crystallus, [illegible] & tenui aora frangitur ac diffla[illegible]. Huic [illegible] ætam fragilitæ vanæ, tam insidiatrici virtutum, gentium virtutes pleræque turpissime seruierunt, non quia hoc probarent, serua nissimæ ancillari rem omnium præstantissimam, sed qui propter ipsam virtutem sublatis præmiis nemo studiosus erat, finem hunc speciosissimum benefaciendi putarunt, ab hac gloria eos Paulus abducere conatur, vt ad veram Sanctorum gloriam inducat, vt hominum gloriam illis detraheret Dei largitor, Romani erant *laudis auidi*, vt Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei cap. 12. *Pecuniæ liberales erant, gloriam ingentem, diuitias honestas volebant*, hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc viuere voluerunt, pro hac & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius vnius ingenti cupiditate presserunt. Et paulo post: Ista ergo laudis auiditas, & cupido gloriæ, multa illa miranda fecit laudabilia scilicet, atque gloriosa secundum hominum existimationem. Verum huius quoque instinctu ingentia scelera patrarunt, Cæsar sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, vbi virtus enitescere posset, bello & cædibus exagitabat, & conficiebat gentes, vt Romæ laudaretur.

§. 4. Honorem τιμὴν Aristoteles ait εἶναι σημεῖον εὐεργετικῆς δόξης. *Hoc est signum opinionis beneficii collati*, seu opinionis qua existimant aliquem beneficia contulisse aut conferre posse. Honorantur enim & iuste qui benefecerunt, & qui bene facere possunt, gloria autem, frequens de aliquo fama cum eum laude. Itaque gloria in fama & laudatione, honor in aliis signis consistit, nempe in sacrificiis, monumentis, præmiis, delubris, possessionibus, donis, magistratibus. Sed nimis hoc etiam tenue est præmium virtutis, cur enim ingentes labores subeas, vt alius benefecisse opinetur? Errabant igitur, quia honorem non debet sequi virtus, vt eum sibi finem propositum habeat, sic enim est vitium, sed honor virtutem sequi debet. Neque enim est vera virtus, nisi quæ ad eum finem tendit, vbi est bonum hominis, quo melius non est, vnde & honores quos petiit Cato, petere non debuit, sed eos ciuitas ob eius virtutem non petenti dare. Augustinus lib. 5. de ciuit. Dei cap. 12. Quam auidi honorum Romani fuerint, docent à primo consule qui [illegible]os pro suo honore occidit, omnes fasti, que leges a[illegible]itus. & quæ

Annua [illegible] ualis stabant certamina campo.

[illegible] d [illegible] onorem quærunt ciues Sanctorum, in Deo, [illegible] con[illegible]cientia, cuius solius testimonium verum est, [illegible] certum.

Incorruptio [illegible]. Incorruptionem quærunt, ἀφθαρσίαν, Mo[illegible] non fugitiuos honores, & gloriam vanam [illegible] re per [illegible] mius ornamenta postquam alte con[illegible] periculosius ruitur. Hic quoque exemplo [illegible] um ex vano immortalitatem quærentium [illegible] veram incorruptionem sectari. [illegible] am [illegible] de [illegible] ortalitatem experierunt [illegible] Empedocles dum vult Deus immortalis

habere [illegible] gos compo[illegible] nonnu[illegible] libris [illegible] quam stulta fue[illegible] u docuit, prom[illegible] o immortalitatem, sed ἀφθαρ[illegible] nem, hoc est, vt æterni sint, non modo vt vrbs [illegible] na, æterni [illegible] peratores, sed vt beatam vitam agentes nullis aduersis sint obnoxii, hoc est enim ἀφθαρσία, quam Sancti quærunt futuri similes Angelis.

QVÆSTIO II.

Quibus ira & indignatio rependetur?

§. 1. Illis qui sunt ex contentione ἐξ ἐριθείας, hoc est, *qui sunt contentiosi*, quemadmodum Contentiosi. Græci dicere solent οἱ ἐκ τῆς στοᾶς, οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου, Stoici, circumcisi. Hi sunt illi quorum vna atque vnica professio est contendere, Syrus calumniatores vocat merito, nam immane contradicendi studium calumniis vti consueuit. Chrysostomus eos quidem [illegible], Theodoretus qui confirmata malitia in sententiis suis hærent, atque magno impetu ad mala feruntur, qui omnia quamuis clara & sancta oppugnant, quamuis absurda defendunt. Tum cæteros, tum vero Academicos nouos designari puto, qui cum hoc vnum statuissent. Nihil sciri posse, omnium rerum optimarum, & certissimarum scientias, & multo magis fidei obscuræ mysteria calumniis ac dicteriis impetebant. Huc etiam Iudæi pertinebant, qui vniuersas Ecclesias turbabant, æmulatione legis Mosaicæ, qui post tempora Apostolorum in plurimas ac varias Sectas diuisi sunt. Disputabant illi assidue, non vt veritatem inuenirent, imo nequidem vt sese exercerent, [illegible] fidem simplicium exagitarent. *Abhorruit vehementer contentiones Augustinus Epist. 112. cap. 21. Et de spiritali quidem corporis qualitate quod resurrectioni promittitur, vel discere aliquid adhuc vel quærere non recuso, si tamen de hac re disputantes illud vitium carere possumus, quod plerumque studio humanis & concertationibus excitatur, dum supra scriptum est vnus pro altero inflatur aduersus alterum: ne dum altercando quærimus vestigare quomodo possit videri Deus, ipsam pacem, sanctificationemque perdamus sine qua nemo poterit videre Deum; quod ipse auertat à cordibus nostris, vt ea sua contemplationi munda reddat atque custodiat.* Et Epistola 174. *Cum diuinis Scripturis quantum possumus colloquamur sine contentione pacati, non inanes, ac pueriles animositate studentes alterutrum vincere, vt pax Christi vincat in cordibus nostris.* Contentiones odit Aug.

§. 2. Qui non acquiescunt veritati, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, *Et inobedientes quidem sunt veritati*. Veritas est & naturalis notitia quam fugiunt, & fidei sufficienter proposita, contra quam insurgunt. Ostendit enim qua in re, & quomodo fuerint contentiosi, nec modo tales erant Gentiles & Iudæi, sed multi etiam ex conuersis, 1. Cor. 1. & 1. Cor. 11. & infra 13. sed de illis qui veritatem agnitam rejecerunt hæc maxime dicuntur. Tales erant Bethsaida, Corozain, Capharnaum, & caput gentis Ierosolyma.

Credunt autem iniquitati, Græcè πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, quod etiam vertunt: *Obediunt autem iniquitati*. Syrus eisdem verbis vtitur, *Non acquiescunt veritati, acquiescunt autem iniquitati*. De fide & de factis par [illegible] igitur, nam & verbum [illegible] um Mundus obedit iniquitati.

si accipi potest. & Spiritus ... st ... nonest hud, quam ... eiusappi bite, atque patere, lege supremi ... gle... Quam, inquit Diuus Chrysostomus, *excusatonem habebit lucem fugiens & tenebras eligens, nec coactus, nec tyrannide pressus rebellionem intellegat ... electionem esse lapsum non necessitatem esse creatam. Cui iniquitati creduns, & obtemperant.* Nomine iniqua hominum institutia, leges peruersas, leges idololatricas, leges tuitiorum, ... nuntiorum, inuenies mundum obedire suis legibus, hoc est iniustitiæ.

§. 4. *Ira & indignatio.* θυμὸς καὶ ὀργὴ, nempe *redditur*, verbum addidit Syrus פרענא *rependit iram & indignationem.* Ex quo colliges, quemadmodum hic ira & indignatio non sunt referenda ad verbum quærunt, sed ad necessarios ad ἀποδώσει. Ita & vers. 7. illa verba. *Vitam æternam* Syrus iram hoc loco vocat ... *agvza* quod iram magnam, cui par or, & tremor adiit, significare solet. Stoicis θυμὸς est ὀργὴ ἀρχομένη, cuius perfectionem aiunt esse πικρὰν ὀργήν. A inqui θυμὸν & ὀργὴν confundere solent etiam Aristoteles. Syrus θυμὸν vocat hic, vt diximus, ..., al ... noster furorem solet vertere, atque excandescentiam, est enim subita animi inflammatio ad vindictam exardescentis, quam Syri vocant ... à calefaciendo. ὀργὴ vero diuturnior & pertinacior videtur. Hic & ira Dei, & pœna significatur, qua afficiendi sunt, qui veritati non crediderunt.

VERSVS 9. & 10.

Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci.

Gloria autem honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco.

QVAESTIO I.

Recte ne hinc probetur non omnia opera esse peccata mortalia?

Gloria non redditur peccato.

§. 1. PAradoxum hoc, nunc etiam reformationibus Caluinianis qui in Be gio sunt expositum, perspicuis Pauli ve bis, & his & præcedentibus repugnat. Si enim verba Pauli argumentum constituunt. Nihil peccato mortali reddet Deus vitam æternam, in animam operantis peccatum mortale non effundetur gloria, honor & pax. At vero omnia opera bona, etiam ipsum opus fidei, quod est credere, peccatum est mortale, non igitur illi operi reddetur æterna vita, in nullius animam gloria, honor, & pax. Omnibus ex æquo ira & indignatio. Velin hunc modum. Cui operi Deus reddet vitam æternam, opus illud non est peccatum mortale, cui operanti dabitur gloria, honor, pax, ille non peccat mortaliter at quædam ope a sunt, quibus vita æterna quædam operantes, quibus gloria, honor, pax, incorruptio datur, non sunt igitur illa opera peccata mortalia, nec qui illa operantur peccant mortaliter.

§. 2. Confirmatio argumenti est ex diuisione operum, & hominum, qui tam diuersa operantur. Non enim ratio est cur cuidam operi gloria, alteri ira reperdatur ... dem ira ...

Respondet ad ... sis, quæst. ... §. 4. ... *nostra Deo cum sint imperfecta. Hinc ... non placerent frustra pati, in se esse imperfecta, & multis modis contaminata, in se placere Deo non posse. Et Sunt personæ placet, sic etiam opera. placet autem persona, propter meditatorem, hoc est imputationem meriti, & iustitia Christi, cum ea quasi veste est induta coram Deo, Itonque & opera personæ sic placent coram Deo. Deus non examinat illa secundum rigorem legis, alioquin damnaret, sed considerat ea in filio suo.* Paulo aute dixerat: Quicquid ... est imperfectum est, aut impurum tegitur ne ... conspectum Dei veniat.

Verum illa responsio, & nequitiæ tectio plus aliquanto improbitatis habet, quam nuda assertio. Deum enim facit non modo tectorum, sed etiam scelerum dissimulatorem, approbatorem, amatorem. Quæ primo in se quam sit absurda, ratio & synteresis naturalis ostendit. Oratio Stephani inter lapidum imbres, eleemosynæ Cornelii, beneficentiæ Dorcadis, labores Pauli, Petri in cruce patientia, hoc censore ex natura sua erant peccata mortalia, & æterna illis mors, quia pro Christi amore occidebantur, iusto Dei iudicio debebatur, & si Deo reddidisset illis secundum opera, illam ipsam fidem mortis victricem, ea tatem moriendo crescentem damnationem suppliciis mactasset. Et opera illa, vt homines, impura erant, mortuorum Christi aurea Cyclade tegebantur tantæ fœditates, vt iud eis oculis facerent fucum. Quod si verum est, frustra dicitur: gloria & honor & pax operanti bonum, qua bonum est ex sola imputatione boni, ac dicendum erit, Gloria & honor & pax, cuiq, Deus imputat vt opus eius sit bonum. Ideoque operum omnia abominatissima erant per illam imputationem bona. Latrocinia Cingili, Sodomia Calumi, adulteria, Sodomia, impostura Bezæ hac imputationis veste parum est, si extmantur supplicio, nisi etiam Deo placeant, & placeant in Christo. Si enim aliquod quod peccatum est ex natura sua, Deo placere potest, cur non alia etiam omnia peccata eadem lege placebunt? Cur enim vnum præ altero placeat, nulla ratio est, nisi forte quia vnum leuius est, sed ea causa reddi non debet, non enim lex dicta est peccato, quæ parum non displicere, magnum vero in odio esse statuat, sed omnia peccata ex statu virtutis vltor peccantium. Nullum peccatum filii sui sanguine ... at, nullum chlamyde innocentiæ tegi, vt maneat, & maneas non displiceat, sed tolli vt non sit, & persona placeat, in qua iam esse peccatum desiit. Quæ est enim distinctio bonorum & malorum, si in omnibus quidem sunt facta, adulteria, latrocinia, idololatria, sed placent in illis, in ius displic ... Non est huc de peribus iudicium, sed imputandi & non imputandi voluntas. Et contrarium est, operari malum, esse patiatur ... non placentia Deo in Christo, vt pute eum ... na pec ... non placeat in Christo. Operari omnium, esse partare peccata, sed quæ ... in Christo, cum persona peccatrix induta iustitia Christi, in peccato persistens Deo placeat.

Etiam ... gerunt alii in opera damnant.

Etiam ... ab ... nes malæ ... sic volk.

Qu...

Quæstio II.

Quibus illa minatur, aut promittit?

Iudæum primum in præmio, misserior in pæna.

§. 1. IVdæo primum & Græco. Iam supra de hac distinctione dictum est satis. Syrus *Iudæis primum & Aramæis.* Generale est pronunciatum, ne quis iudicio Dei quemquam eximat. Hoc enim nperium eamen ad omnes perueniet, non eximent Iudæos maiorum merita, non Gentes ignorantiæ prætextus. Non igitur à iusto iudicio se vllus excusare poterit.

§. 2. Cur Iudæo primum deinde Græco? Iudæus prior est in præmiis, quia maior in donis, primus in gratia, primo populus peculiaris. Idem primus in pœna, quia grauius est eius ex ingratitudine delictum, quam Græcorum. Actorum 13. 46. Illis oportuit primum prædicari regnum Dei. Illis deinde Euangelium repellentibus, ventum est ad gentes. Iudæis vt sua prodest dignitas in præmiis sic & negligentibus eadem grauioris supplicii causa fuerit.

§. 3. In animam operantis malum. Non quod corpus societatem suppliciorum non sit habiturum, sed quia vsitata est locutio Hebræis, animam pro homine dicere, ita hic quoque totum hominem significat.

Cur dicat κατεργαζομένου malum, sed ἐργαζομένῳ bonum, causam reddit Theophylactus, quod pœna non inferatur nisi illi qui in malo perseuerat, id esse κατεργάζεσθαι, boni autem operis etiam exigui mercedem dari. Verum est, nullum damnationis sententia constringi, nisi quem peccatis sine pœnitentia immorientem index inuenerit, sed è contrario ad salutem quoque necessaria est in bono perseuerantia. Et quemadmodum sententiam mortis pœnitentia irritam facit, sic & præmium operis peccatum insequens intercipit, & alteri facienti fructum coronam de[...]ntis transscribit. Si est igitur aliqua in his diuersitas, quod non facile crediderо, dicendum est; Paulum cum dicit κατεργαζόμενον τὸ κακὸν facientem malum, & ad eam verbi significationem alludere, quæ est, perdere, φονεύειν. Qui enim malum operatur, & operam perdit & fructum, imo & seipsum. Habet etiã κατεργάζεσθαι significandi intensionem, vt possit significare eos qui deliberate, ex habitu & malitia delinquunt. Sed pro eisdem accipi simplicius est, eodem enim verbo Latinus, & Syrus vtrumq; vertunt: hic פלח *Phelach* habet, ille operari. Deinde reliqui distinctionem non animaduertunt. Chrysostomus nullam huius diuersitatis mentionem habet.

§. 3. Duo sunt quæ operanti malum minitatur, θλίψις, & στενοχωρία. θλίψις quam Hebræi צרה *Zara*, hoc loco Syrus טורפא hoc est, *Turapha, conclusionem, contritionem* nominat, est fractio, confusio, & solet in sacris literis pro omnibus afflictionibus, & calamitatibus accipi. Noster solet *tribulationem* vertere, Tribula vero & Tribulum, quasi dicas Teribolum, genus est vehiculi, quo fruges in areâ terunt, & grana aristis, aut folliculis excutiuntur. Id olim fiebat vt docet Varro de re rustica lib. 1. cap. 52. *Tabula ferro asperata cui pondus grande imponebant*, atq; hoc erat tribulare, hinc etiam de aliis, quæ tribulo comminuebantur, dicebant. *Tribulari*, iunctis iumentis vtebantur, & tabula illa aream ipsam cuspidibus attingebant, Colum. lib. 1. cap. 6. Horum quoque aut similium vsus fuit in bellicis & contumacibus puniendis atque etiam quibuscunque victis. Amos 1. 3. *Eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad.* Quod 70. ibi vertunt. ἀνθ᾽ ὧν ἐπρίζον πρίοσι σιδηροῖς τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας ἐν Γαλαάδ. *Eo quod secuerint ferro prægnantes Galaad.* Tribula tamen seu ferrata carpenta à ferris distinguit Scriptura. 2. Reg. 12. 31. *Populum quoque eius adducens serrauit, & circumegit super eos ferrata carpenta, diuisitque cultris* Erant hæc carpenta θλιβόμενα seu tribula, ex quibus colligo genus hoc supplicii fuisse non infrequens, quandoquidem Dauid in Ammonitas illud vsurpauit, non crudelitate victoriæ, sed Dei imperantis iusto iudicio. Hinc tribulatio pro tormentis accipitur, & non leue supplicium est θλίψις, sed quale vel impiis hostibus iure belli iodea, vel crudelitas victoris imponere solet. Tribulatio illa nunc incipit in animis reproborum infinito augmento, æternum duratura: scilicet ægritudo nõ modo cum afflictione, sed cum ingenti omniũ membrorum cruciatu.

Alterum est στενοχωρία, Hebræis צרה, Syrus *oppressionem* vertit, nam hæc duo Syro transposita videntur. Est angustia animi contracti, angoribus & molestiis agitatæ conscientiæ cruciatus, quo nullus fingi maior potest, nisi quem in damnatione peccatorum præsentia efficit. Nemo magis timendus est culpæ conscius, quam ipse animus sibi, cæteros enim effugere potest, non autem seipsum, itaque semper instat, sese increpat etiam nolens. Itaque conscientiæ est ille remorsus, atque animi coangustatio, ita vitiorum insectatrix, & carnifex reum suum tenet in vinculis, & suo arbitrio torquet, recte dictum. κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. *Maiora mala iniustus patitur conscientiâ suâ cruciatus, quam qui in corpore plagis afficitur.* Merito pœnam semper exspectat improbus, semper pendet, Imo Iuuenalis Sat. 13.

Conscientia mala anger.

Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat,
Faucibus vt morbo siccis: interq; molares
Difficili crescente cibo, sed vina misellus
Exspuit: Albani veteris pretiosa senectus
Displicet: ostendas melius, densissima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
Nocte breuem si forte indulsit cura soporem,
Et toto versata thoro iam membra quiescunt:
Continuo templum. & violati numinis aras,
Et quod præcipuis mentem sudoribus vrget,
Te videt insomnis. Tua sacra, & maior imago
Humanâ turbat pauidum, cogitq; fateri.
Hi sunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat: exanimes primo quoq; murmure cœli:
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
Illa nihil nocuit, curâ grauiore timetur
Proxima tempestas: velut hoc dilata sereno.
Præterea, lateris vigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt à numine. Saxa Deorum
Hæc. & tela putant. Pecudem spondere sacello
Balantem, & Laribus cristam promittere Galli
Non audent. Quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum? vel quæ non dignior hostia vita?

VER-

VERSVS 11.

Non enim est acceptio personarum apud Deum. οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ.

QVÆSTIO I.

An non sit acceptio personarum apud Deum?

Deus non est acceptor personarū. §. 1. NVlla est necesse putet personarum acceptio apud Deum. Ita etiam Petrus act. 10. 34. *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi.* Et Sap. 6. 8. *Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ille fecit.* Hoc etiam Christo tribuunt Iudæi Matth. 22. 16. Non enim respicis personam hominis. Et apud Marcum 12. 14. *Scimus, quia verax es, nec vides in faciem hominum sed in veritate viam Dei doces.* Ex quo videas, cur Syrus verterit: *Non est acceptio faciérum apud Deum.* Id enim est quod apud Græcos προσωποληψία. Deinde personarum acceptio prohibetur Leui. 19. 15. Deut. 19. 15. Prou. 6. vers. vlt.

§. 2. Institutum Apostoli est probare iustum esse Dei iudicium, eumque tam Iudæo, quam Græco secundum opera sua retribuere. Nam causam reddit, cur Iudæo bene operanti gloriam, honorem & pacem tribuat, male operanti tribulationem, & angustiam, & similiter Gentili, quia Deus ex iustitia hæc iudicat, & munerat, nullo respectu personarum.

Acceptio personarum est cum æqualibus dantur inæqualia, vel inæqualibus æqualia, videlicet ob circumstantiam ad rem non pertinentem, sed propter personam, vt si ex iustitia distributiua sint militi diuidenda prœmia, Caio & Titio æqualibus dentur inæqualia, Caio plura & maiora, quia frater est, quia diues, quia promisit compensationem. Aut si ob easdem causas eisdem inæqualibus dentur æqualia, vt si Titius centurio æquetur Caio manipulari, quia Caio fauetur, licet Titio dupla merces debeatur. Eadem est in iudicio personarum acceptio, quando non ex merito causæ sententia pronunciatur, sed fauore vel odio personarum, vel metu incommodorum, vel spe emolumentorum.

§. 3. In gratuitis est quædam personarum acceptio, sed non est illa vitiosa, cum enim Iudæ a peccatoribus parcit, & Chananæos occidi Deus imperat, cum tribum Iudæ reducit, decem tribus Israelitarum in dispersione deserit, non est vitiosa personarum acceptio, sed in illis sunt conditiones quæ iustum faciunt discrimen, nam in his contumacia, in illis pœnitentia efficiunt, vt ne quidem vt misereatur, inde vt magis indurentur. Huiuscemodi enim conditio ad causam pertinet, nempe si optimus est, fit rex. Itaque in gratuitis donis non est, cur Deus dicatur acceptor personarum. *Nam miseretur cuius vult, & quem vult indurat.* Exposuit hoc egregie Diuus Augustinus lib. 2. contra duas

Deus non est acceptor personarū. Epistolas Pelagianorum cap. 7. *Item, quæ acceptio personarum ibi recte dicitur, vbi ille qui iudicat relinquens causæ meritum de qua iudicat alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona quod honore vel miseratione sit dignum? Si autem quispiam duos habeat debitores & alteri velit dimittere debitum, alteri exigere, cui vult donat, sed neminem fraudat. n[illegible] acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est. Alia quin eis qui parum intelligunt, potest acceptio personarum videri, vbi vinea Dominum operariis qui vna hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & æstus, æquales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore. Sed quid respondit de hac velut acceptione personarum aduersus patremfamilias murmurantibus? Amice, inquit, non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. Annon licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota iustitia est. Hoc volo: tibi, inquit, reddidi, huic donaui: neque vt huic donarem, tibi aliquid abstuli; aut quod debebam vel minui vel negaui. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sicut ergo hic nulla est acceptio personarum; quia sic alius gratis honoratur, vt alius debita non fraudetur: sic etiam cum secundum propositum Dei vocatur alius, alius non vocatur, vocato datur gratuitum bonū, cuius bonū est vocatio ipsa principium: nō vocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quod per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. Et in illa quidem operariorum similitudine, vbi vnum denarium acceperunt qui vna hora, & qui duodecies tantum laborauerunt, qui vtique secundum rationes humanas sed vanas, pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, vtrique in bono coæquati, non alii liberati, alii damnati sunt: quia & illi qui plus laborauerunt, & quod sic vocati sunt vt venirent, & sic pasti vt non deficerent, ab ipso patrefamilias habuerunt. Vbi autem dicitur, Ergo cui vult miseretur: & quem vult obdurat. qui facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est cui datur: malum vero merito & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur, & ei cui redditur malum est, quia supplicium est: ei vero à quo redditur, bonum est, quia recte factum eius est. Nec vlla est acceptio personarum in duobus debitoribus, æqualiter reis, si alteri dimittitur, alteri exigitur, quod pariter ab vtroque debetur.*

§. 4. Προσωποληψία de qua hic agitur est vitiosa, ideoque à Deo remouetur. Ratio manifesta est, quia Deo non conuenit illa acceptio vnius personæ præ alia, cum sua dona largitur. Eligit Bethsaidam & Corozaim, & Capharnaum, vt sua prædicatione doceat, miraculis illustret, Tyrum & Sidonem deserit occulto, sed iusto iudicio. Deinde argumentum Pauli est: Apud quem non est acceptio personarum, ille iuste iudicat, & rependet vnicuique secundum opera eius: apud Deum non est acceptio personarum: ergo reddet vnicuique secundum opera eorum. Maior propositio vera non est, nisi de vitiosa personarum acceptione, qua iustitia violatur, intelligas. Igitur in illa redditione abest personarum acceptio vitiosa, igitur est vera iustitia, igitur est debitum aliquod, igitur præcessit meritum. Ex toto ergo hoc Pauli discursu meritum probatur, & merces operibus debita non vi operum, sed ex benignitate promittentis.

Personarum acceptionem, quæ est vitium, hoc loco intelligi etiam docent nonnulli Sectarii, ita Pareus. *At apud Deum non est προσωποληψία. vitium lege Dei seueriter damnatum, & a iustis iudicis officia alienissimum.* Et paulò post: *Quomodo ergo Deus esset προσωπολήπτης, qui tam seueriter hanc iudiciorum corruptelam damnauit?* Ex quibus si concludamus necessario, si Deus non secundum opera redderet, nempe si operanti bonum, tribulationem, angustiamque rependeret, & operanti malum, gloriam & ho-

tem,

rem, & pacem retribueret, esse contra iustitiam factorum, atque in hanc legem commissurum, etiam euidens euadit eundem Deum nunc ex iustitia agere, & proinde ex debito suæ liberalissimæ, & libertimæ promissionis bona bonis, mala malis reponere.

Ad præmia etiam pertinet illa æquitas.

§. 5. Non est ferenda quorundam nouatorum deprauatio. Qui hæc verba ad solam pœnam referunt, quasi Deus non sit acceptor personarum in puniendo, de bonorum retributione. Sic loqui Apostolum negant. Quod ad prius: *De præmiis bonorum non laborat Apostolus, quia omnes boni præmiis digni haberi appetunt.* Ita Pareus. Sed refutat eum primo Apostolus: Nam cum dixisset; bona bonis, mala malis Deum esse repræsentaturum, rationem subiungit, quia non est apud eum acceptio personarum, igitur ad vtrosque pertinet illa æquitas, qua personam non respicit, non enim solum negat Deum esse acceptorem personarum, quia scelestos pœnâ prosequitur, siue Iudæi illi sint, siue Gentiles, sed etiam quia bona opera compensat, sine discrimine nationum, Iudæis imprimis, tum verò gentibus. Deinde in sequentibus ex æquo de præmiis bonorum & malorum agit. Vers. 13. *Factores legis*, inquit, *iustificabuntur*, Vers. 14. & 15. *Gentes quæ legis sunt faciunt, ostendunt opus legis scriptum in cordibus.* Vers. 26. *Nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?* Vers. 27. *Iudicabit id quod ex natura præputium legem consummans.* Vers. 29. *Circumcisio cordis in Spiritu, & cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* An cum hæc conferri à Deo recte operantibus, iudicio ἀπροσωπολήπτῳ Deus testatur ipse, nondum agit de præmiis bonorum? Tertio, Non ad solas pœnarum irrogationes, & suppliciorum dispositiones hanc sine personarum discrimine iustitiam constringi, docet manifeste Petrus. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Antequam iustitiam operaretur, gratuita beneuolentia gratiam accepit, qua iustitiam operaretur, sed cum iustitiam operatus est, ex promisso iā debita est merces, sed tamen & hoc debitum est gratiā, quia sola misericordia miserentis factum est debitum.

Iudicium Dei timendum.

Facessat igitur à Christianorum quorundam pectoribus pestifera præsumptio qua multi peccata impunita fore credunt. Cum enim videant eadem securitate paruos ac magnos, pauperum & regum capita censeri, quomodo sese pœnæ exemptos vel sperare audent? vel ita viuere, quasi sperent? Mira cœcitas, quis enim attollere oculos potest, vt non continuo variarum pœnarum occurrant species? Hinc tot morborum genera, hinc defixæ ad terrorem improborum cruces, inde carcerea, alia in parte agrorum vastitas, oppidorum cadauera, quam nobilem & celebrem vrbem antiquitus conditam nouimus, quæ non de calamitatibus, quam prosperis notior sit, imo quæ iam aliquid præter nomen habeat? Nec sola vetustas sed vindicta Dei illas sustulit. Notum hoc etiam gentibus fuit. Cicer. lib. 5. de natura Deorum. *Vt nec domus, nec respublica ratione quadam ac disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis præmia extent vlla, nec supplicia peccatis: sic mundi diuina in homines moderatio profecto nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum ac malorum.*

VERSVS 12. & 13.

Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur.

QVAESTIO I.

Quæ horum verborum cum præcedentibus connexio?

VAriæ potius sunt horum verborum, quam incommodæ connexiones. Peretius existimat, probari generalem sententiam. *Reddet vnicuique secundum opera eius.* Toletus, contineri probationem versus 10. *Gloria honor & pax in omni operanti bonum.* Nam si non auditores, sed factores iustificabuntur, bonum ergo operantibus iustificatio datur, pax ergo illis & honor, & gloria.

Quandoquidem hæc omnia connexa sunt, vt ostendunt particulæ causales, & vnum ex altero probatur. Hunc etiam discursum Apostoli iudico. Dixerat vers. 6. *Reddet vnicuique secundum opera eius*, hoc explicuit, & probauit vsque ad versum 11. Illo vero probat omnia præcedentia generali pronunciato, *Non est acceptio personarum apud Deum.* Hoc axioma declarat his & sequētibus versibus, ideoq; & priora confirmat, dum enim rationē causæ reddit, etiā cur is inde effectus sit, ostendit, nam ratio causę, est etiam ratio effectus. Argumentum igitur Pauli hanc vim habet. Apud eum non est acceptio personarum, qui tam peccantes sine lege, quam in lege, sua quemque pœna conueniente multat, & legis factores iustificat, hoc autem facit Deus, personarum igitur acceptio apud Deum nulla est. Neque vero tantummodo institutum probat, sed occupat etiam obiectionem vtrorumque Iudæorum & Gentium, atque ex illa ipsa eos redarguit, vnde illi peccato excusationem texebant. Gentes enim excipere se posse existimabant. Si dicerent: *Iudæos quidem merito plecti, qui legem sanctissimam diuinitus acceptam tam proterue temerassent*, contemptimque abiecissent, at nullam sibi legem esse datam, ideo nec delictum suum agnoscere posse, neque enim in legem se commisisse, quibus nulla lex dicta sint. Respondet eos sine lege peccasse, ideoque sine lege perituros. Iudæi quoque sese defendebāt ex studio, curaque legis, phylacteria & fimbrias legum emblematis magnificas ostentabant, singulis sabbatis in Synagoga de illa disputabant, quos tamen ait, quia in lege peccarunt per legem iudicandos. Itaque nec gentes legis ignoratione excusari, nec Iudæos legis quam acceperunt sanctitate defendi demonstrat, sed vtrosque peccasse, Gentes sine lege, Iudæos in lege.

QVÆSTIO II.

Quæ lex sine qua gentes, in qua Iudæi peccarunt?

§. 1. LEx per Mosem data in monte Sinai est, sine qua gentes peccarunt, & sine qua perierūt.

Gentes legem Mosis non tenebantur accipere.

Nam legem Mosis vtpote solis Iudæis promulgatam, suscipere non magis gentes tenebantur quam nunc tenentur Christiani. Nam quod Pseudoambrosius eas peccasse tradit, eo quod legem Mosis non susceperint aberrauit, & S. Patres habet sibi aduersarios & ipsa similiter ratione; Nullus enim lege tenetur, nisi cui lex fertur, at nullo vnquam signo Deus indicauit se gentibus promulgare legem. Imo Ps. 147. 19. *Qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Deinde non potest esse lex naturæ, quia in ea gentes & Iudæi peccauerunt, diuersa tamen ratione. Nam legem naturæ insitam vniuersam etiam Mosaicæ legi inclusam Iudæi habuerunt, itaque si eam violarent, legis naturalis & Mosaicæ transgressores constituebantur, Gentes natura sola, non scripto Mosis obligatæ erant vt recte agerent, praua fugerent.

Athanasius de incarnatione verbi scribit quidem, veterem legem non solis Iudæis, sed gentibus etiam latam esse. Verùm de ea parte accipiendus est, quæ naturalis est, & omnem hominem rationis participem, vi naturalis honestatis obligat. Qualia sunt præcepta de vno Deo credendo, colendo, iniustitia, mendacioque fugiendo. Gentibus etiam lata fuit, quia plurima ex ea commoda perceperunt præcipue postquam per septuaginta duos sapientes lex illa versa in linguam Græcam, ab eo namque tempore plurimi ad veri se Dei cultum applicuerunt. Sed lata vt prodesset, non obligaret.

At dices; *Quomodo gentes sine lege peccauerunt, quæ enim gens sine legibus fuit vnquam? Nonne & hominibus & dij legem posuerunt?* Pindarus certe legem diuumque hominum reginam esse cecinit? Respondeo plurimas fuisse veterum leges, adeo vt crescentibus vitijs, & fraude hominum verba legis captantium, atque contra naturæ æquitatem interpretantium perpetuo nouis legibus opus fuerit. Nec modo legum multitudine rempublicam suam adornabant. Sed earum etiam inuentionem sanctionemque diuini muneris esse videri volebant.

Leges gentium.

Legem à mente prudentia que proficisci docet lib. 10. de morib. Arist. ca. 10. & mente quidem affectibus carente, eius vt maior esset vis atque auctoritas, auctores Deos plerique legislatorum fecere. Numa leges suarum superstitionum ad Iouem Elicium retulit. Zamolxis Scytha ad Vestam. Zoroaster suarum legum dictatorem finxit Oromasin, Trismegistus Mercurium, Draco, & Solon Mineruam, quia hæc scilicet Athenis colebatur, pari superstitione Charondas Carthaginiensibus legislatorem Saturnum, idolum patrium nominauit, Minos Iouem, quod is in Creta natus merito patriæ suæ legislator esse videretur. Verum hoc in priscis, & barbaris non ita mirum est. Platonem Magnesijs & Siculis ita imposuisse vix credibile videtur. Sed tamen suas ille leges ab Apolline & Ioue acceptas affirmauit. Inter tot tamen leges sine lege peccasse dicuntur, quia legem à Deo vero non acceperunt, ideoque iactabant se immunes, neque Deorum quos Paulus negabat esse Deos. auctoritate teneri poterant, vt legibus illis obstringerentur, neq; legislatores ad aliud quam pœnam temporariam obligabant: non igitur violandis legibus in exitium æternum venturos se credebant. Præsertim cum illis tot legibus non nisi εὐνομία. & εὐνοία bonitas legum, seu ordinata respublica, & affluentia quæreretur. Non autē vera virtus, quam ipsi legislatores, multa mala præcipientes ignorarunt.

§. 2. Sine lege itaque peccarunt, potius ex ipsorum iudicio, qui se expertes esse legum iactabant, quam quod reuera omni lege carerent. Quia vt dixi, Lex illa Mosaica solenniter illis lata non fuit, Sed sola eius pars naturali lumine insita, atque ita promulgata, vt non possent excusari, sed tamen auctoritate legis Mosaicæ, quasi à Mose processit, non obligabantur. Quod nos habemus: sine lege, in Græco est ἀνόμως quod significare solet παρανόμως πονηρῶς contra legem, improbe, hoc tamen loco Apostolus vtitur, vt significet ἄνευ νόμου, sine lege.

Putabant se sine lege esse.

Ita & Syrus. דלאנמוסא optime Chrysostomus, τὸ δὲ ἀνόμως ἐνταῦθα, οὐ τὸ χαλεπώτερον, ἀλλὰ τὸ ἡμερώτερον λέγει, τουτέστιν οὐκ ἔχει κατηγοροῦντα τὸν νόμον. τὸ γὰρ ἀνόμως, τουτέστι χωρὶς τῆς ἐξ ἐκείνου κατακρίσεως φησί. ἀπὸ τῶν τῆς φύσεως λογισμῶν κατακρίνεται μόνον. ὁ δὲ ἰουδαῖος, ἐννόμως: τουτέστι μετὰ τῆς φύσεως, καὶ τοῦ νόμου κατηγοροῦντος. Hic autem dictio ἀνόμως non seuerius iudicium, sed remissius denotat: Hoc est, non habet ille legem accusantem. Ipsum enim ἀνόμως. hoc est, sine illius damnatione, ab ipsius naturæ cogitationibus solum condemnatur. Iudæus autem in lege, hoc est, vna cum ipsa natura, & legem quoque accusantem habiturus est.

Constat igitur quomodo gentes sine lege pereant, Iudæi per legem iudicentur, hoc est, condemnentur, neque enim lenius est, hoc loco iudicari quam perire. Nec patrocinium hinc habet hæresis Origenistarum de saluandis aliquando omnibus credentibus. Sed præstat hac de re totam S. Augustini audire sententiam, l. de fide & operibus c. 23. *Nec de his igitur verbis maior illa conditio promittenda est, si in Deum credere volentibus vt permaneant in perditis moribus: multo minus de illis vbi Apostolus ait, qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Qui autem in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: tanquam hoc loco distet aliquid inter perire & iudicari, cum alio verbo hoc idem significatum sit. Solent enim Scripturæ iudicium etiam pro æterna damnatione ponere. Sicut in Euangelio Dominus loquitur, veniet hora in qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius: & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem vitæ; qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicij. Neque illud dictum est, hoc qui crediderunt, illud autem qui non crediderunt: sed hoc illis qui bene egerunt, illud qui male egerunt. Inseparabilis est quippe bona vita à fide, quæ per dilectionem operatur: imo vero ea ipsa est bona vita.*

QVÆSTIO II

Quomodo factores iustificabuntur?

§. 1. HÆc verba vsque ad versum decimum sextum parenthesi nonnulli includunt, alij parenthesin ordiuntur à vers. 14. quod rectius est.

Dixerat Gentes & Iudæos perituros sine discrimine personarum, hoc versu 13. probat Iudæos merito damnari, quia sunt tantum auditores legis, non factores. Duobus autem sequentibus idem de gentibus probat.

Factores legis.

Factores legis, qui eius præcepta factis exprimunt ποιηταὶ νόμου, non autem legum conditores. Qui etsi suas obseruent leges, Dei tamen mandata sunt transgressi.

Nonnulli

[illegible] factores legis Po[illegible] legali iustitia iustificari, atque hoc Ap[illegible] dicere. Verum illi interpretationi valde inconsideratæ repugnant verba. Qui enim dicuntur iustificari apud Deum, non potest hoc de cæremoniali iustitia accipi. Nam vere iustos esse oportet, qui hoc modo apud Deum iustificantur. Deinde verba coniuncta contrarium euincunt. Nam factores opponuntur auditoribus, qui non iustificantur, auditores vero aliqua externa specie iustos videri, & legaliter mundos nihil impedit, cum Pharisæos & Sacerdotes, Christi accusatores legamus non introisse prætorium, vt non contaminarentur. Tertio, De ea iustitia atque iniustitia disserit, quæ ad salutem & damnationem gradus sunt, hunc autem vel nihil, vel parum facit, iustitia cærimonialis.

§. 2. Factores legis iustificari non possunt, quasi ex impiis iusti fiant opere aliquo iustitiam præcedente, & merente, omnes enim iustificamur gratis fide sine operibus legis. Nullum enim opus in iniusto esse potest, quo fiat iustus, vt cap. 3. & 4. probabitur.

Duobus modis hæc exponit Diuus Augustinus lib. de Spiritu & litera cap. 26. *Quia enim personarum acceptio non est apud Deum, & non auditores legis, sed factores iustificantur, ideo siue Iudæus siue Græcus, hoc est quilibet ex gentibus crediderit, salutem in Euangelio pariter habebit. Non enim est distinctio sicut postea dicit: Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Vnde autem factorem legis Græcum iustificari diceret, sine gratia Saluatoris? Neque enim contra seipsum diceret, quod ait, factores legis iustificabuntur: tanquam per opera, non per gratiam iustificentur: cum dicat gratis iustificari hominem per fidem sine operibus legis, nihilque aliud velit intelligi in eo quod dicit, gratis, nisi quia iustificationem opera non præcedunt. Aperte quippe alibi dicit: Si gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Sed sic intelligendum est, factores legis iustificabuntur, vt sciamus aliter eos non esse factores legis, nisi iustificentur: vt non iustificatio factoribus accedat, sed vt factores legis iustificatio præcedat. Quid est enim aliud, iustificati, quam iusti facti, ab illo scilicet qui iustificat impium, vt ex impio fiat iustus? Si enim ita loqueremur, vt diceremus, homines liberabuntur, hoc vtique intelligeretur, eis qui iam homines essent accedere liberationem. Si autem diceremus homines creabuntur non vtique intelligeretur, eos creari qui iam homines erant, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictum esset, factores legis honorabuntur: non recte acciperemus nisi honorem illis qui iam essent factores legis accedere. Cum vero dictum est, factores legis iustificabuntur, quid aliud dictum est quam iusti iustificabuntur, factores enim legis vtique iusti sunt. Ac per hoc tantundem est ac si diceretur, factores legis creabuntur, non quia erant, sed vt sint: vt sic etiam intelligerent Iudæi legis auditores, indigere se gratia iusti iustificatoris vt possint esse factores. Aut certe ita dictum est, iustificabuntur, ac si diceretur iusti habebuntur, iusti deputabuntur, sicut dictum est de quodam: Ille autem volens se iustificare, id est, vt iustus haberetur & deputaretur. Vnde aliter dicimus, Deus sanctificat Sanctos suos aliter autem, sanctificetur nomen tuum. Nam illud ideo, quia ipse illos facit esse Sanctos qui non erant Sancti. Hoc autem ideo, vt quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est sancte timeatur.*

Ex his duabus expositionibus posterior est commodior, & te[illegible] accommodata. In qua tamen vitanda hære[illegible] insania, qui fingunt homines im[illegible]os [illegible] iudicio absolui ac perfe[illegible], iustificat igitur, hoc est, iustos a[illegible] ista faciunt, qui se spi-

A[illegible] in Epist. ad Rom.

c[illegible] super eg[illegible], & [illegible] diligunt Deum toto corde, non q[illegible] iustitiam acquisiuerint, non enim illa [illegible] iusti essent facere possent, sed qui gratis iustificati, mera gratia, nunc iusti iudicantur, quia legem faciunt, & hoc modo ab iniustis distinguuntur.

Hæc interpretatio superioribus conuenientissime aptatur, quemadmodum enim Deus mala operantes iudicat ac damnat, sic factores legis iustos iudicat, & quo plura laudabiliter faciunt, hoc magis ac magis iustificat, & iudicando iustos, & faciendo iustiores, augendo semper iustitiam.

Tam de prima quam secunda iustificatione hoc intelligi potest. Nam qui contritionis actu, & caritatis super omnia diligentis Deum elicito, primam gratiam accipit, is sane legem facit, nam & peccata detestatur, & ad Deum conuersus creatorem diligit, ideoque à Deo iustus esse iudicatur, & prima quidem iustitia & quidem factor iustitiæ, nam etsi opera illa contritionis & caritatis, iustitiam non mereantur, sine illis tamē iustitia non infunditur, & cum illa adsunt, nunquam abest iustitia.

QVÆSTIO IV.

Qui hæreticorum circa hæc verba errores?

§. 1. PElagiani imponebant Orthodoxis l. 3. contra duas Epistolas Pelagianorum. Legem veteris testamenti eos fingebant dicere, non ob hoc datam esse, vt iustificaret obedientes, sed vt grauior fieret causa peccati. Respondet Augustinus. *Prorsus non intelligunt, quid dicamus; quia id quod dicit Apostolus, quem non intelligunt, dicimus: Quis enim dicat non iustificari eos qui sunt legi obedientes, quando si non iustificarentur, non possent esse obedientes? Sed dicimus lege fieri, vt Deus quid fieri velit, audiatur: gratia vero fieri vt legi obediatur. Non enim auditores legis, ait Apostolus, iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Lex ergo auditores iustitiæ facit, gratia factores.* Vbi notandum primo, Ex Augustini sententia obedientes legi iustificari, quod de secunda iustificatione, seu augmento iustificationis intelligendum est. Secundo, Gratia fieri, vt legi obediatur, gratia factores esse, contra eos, qui negant vllum esse factorem legis.

Lex auditores, gratia factores facit.

Qui locum Iacobi 2. 21. Vbi Abrahamum ex operibus iustificatum esse dicit, interpretantur de declaratione iustitiæ apud homines, etiam eorum aliqui hic factores iustificari, hoc est iustos declarari sentiunt. Ita de loco Iacobi, Sibrandus. *Misere deprauat locum Iacobi*, inquit, *qui ait Apostolum non de ostensione iustitiæ apud homines, sed de vera iustificatione coram Deo loqui. Item qui ait, ex operibus iustificari, idem esse quod ex fide operante iustificari. Sic ait Ecclesiam vniuersam reformatam sentire.* Hoc est Caluinianam. Cui opponit Vorstius itidem Caluinista. de centum erroribus Sibrandi, errore 90. *Nimis inciuiliter seu rustice loquitur D. Sibrandus, cum deprauationem id vocat, quod multi orthodoxi Doctores, præsertim veteres, aperte tradiderunt: immo quod cum scopo Apostoli, & omnibus eiusdem argumentis, aliisque loci circumstantiis, optime conuenit. 2. Est enim scopus Apostoli vers. 14. & sequentibus, est docere, hominem non seruari otiosa illa & mortua fide, quæ bonis operibus destituitur, &c. Et huc non modo similia quædam, sed & exempla illa Abraham, & Rahabæ accommodat. Alienum igitur foret, illum postea de ostensione tantum iustitiæ, & non de ipsa vera iustificatione*

Non agitur de ostensione iustitiæ tantum.

 ficatione

ficatione loqui. 3. Si D. Sibrando lubet, vel solam Piscatoris Analysin hoc loco inspiciat. Vbi cationes non paucas inueniet, pro hac veriore sententia. Quas si refellere volet, inueniet certè quod agat. Saltem discet ex illo fortasse, paulò cautius de ea loquendum esse, qui huic sententiæ assentiuntur. Caluinus quidem hic paulò aliter sentit. Sed ratio pro Piscatore facit.

Eadem errore 94. Vbi addit Sibrandi sententiam in legitima collatione veteris canonibus ex verbis Dei defendi non posse. Deinde ad Ecclesiam reformatam quod attinet, nihil vetare, quin erret. Sed de conciliatione S. Iacobi cum S. Paulo suo loco agam, nunc sufficit, hæreticos inter se commisisse, & demonstrasse, eos qui pro nobis stant, nostris armis contra fratres suos vti.

Illyrici deliria. §. 2. Illyricus Patres hic producit, quasi ridendos, omnes enim reiicit. Ipse sic interpretatur Factores legis iustificabuntur, sed factores legis sunt, qui legem implent, nemo autem legem implere potest, ergo nemo factor est, nemo ergo factor legis iustificabitur. Eodem modo Caluinus in institut. Illyricus verbosè rationes tredecim profert, quibus probare conatur, hæc conditionaliter dici, & conditionem esse impossibilem. Prima est. *Toto capite probat, omnes esse peccatores, non igitur vnica sed conditionaliter Ethnicos præfert Iudæis.* Secunda. *Conditionaliter locutus est, cum dixit Deum vnicuique daturum secundum opera sua. Illis quidem qui secundum patientiam boni operis quærunt gloriam ac immortalitatem, daturum esse vitam æternam, sed nullus mortalium est, cui hoc contingere possit. Et solet lex loqui assertiuè cum tamen sensus est conditionalis.* Tertia. *Ipsa res veritas idem flagitat. Nusquam enim gentes piæ fuerunt.* Quarta *Propositio hæc, sed factores iustificabuntur, indicat nullum esse Ethnicum factorem.* Quinta. Vers. 14. *ὅταν significat cum, aut quando, sensus igitur est conditionalis, cum, vel quando fecerint. Igitur tota propositio est conditionalis. Sic apud Hebræos pro* אם *ponitur frequenter* כי. Sexta. *Pelagianum est, si quis dicat naturâ posse seruare legem, igitur Paulus loquitur de conditione impossibili.* Septima. *Paulus Ethnicis tribuit ipsum opus legis Et ait, Eos esse sibiipsis legem. Quis verò est tanta luce præditus, vt sibimet lex esse queat. Igitur hæc de conditione impossibile sunt intelligenda.* Octaua. *Factores excusabit conscientia in die iudicii, at nullum potest excusare conscientia, non igitur possibilis est conditio.* Nona. *Vers. 25. dicitur, circumcisio prodest si legem obserues, ergo vbique loquitur conditionaliter.* Decima. *Si fingamus aliquos Ethnicos habuisse dona magna, & seruasse legem, tamen a paucis heroibus non valet progressus ad omnes, nec heroes illi peccato originali caruerunt.* Vndecima. *Conclusio est conditionalis, Vers. 26. Si præputium custodierit iustificationes legis. Ergo omnia sunt conditionata, & conditio est impossibilis.* Duodecima. *Ridiculus esset Paulus, si illa Iudæis adimeret, & gentibus tribueret. Quasi Ethnici essent albæ gallinæ filii.* Tertia decima *Qui hæc assertiuè sunt interpretati, Ethnicum errorem extruxerunt, aliquos esse sine Christo seruatos tantum per legem naturæ.*

Gentes sine gratia legem non seruant. Coniunxi omnia quæ homo tæterrimus, cui peccatum originale est ipsa essentia, & natura conglobauit. Quia vno verbo solui omnia possunt. Nos enim lubentes, volentes damus, nullum gentilem suis viribus seruare legem, nullum natura sua seruari, sed factores legis eos interpretamur. Qui per gratiam legem perficiunt, qui auxilio diuino contra tentationes proteguntur, & in lege eius non modo meditantur die ac nocte, sed & meditata exequuntur, sed tamen singula expendamus. Toto capite probat, tam Iudæos, quàm Ethnicos esse peccatores. Iudæos Ethnicis insultare non debere, nec his illis, cum autem hoc ducent, quid & quales singuli sint natura sine gratia, tamen cum asserit operibus vitam æternam, gloriam, honorem, incorruptionem dari, factores iustificari [illegible] ad hæc tenendum esse, quorsum enim hæc omnia si nihil horum fieri potest? Si nulla opera bona [illegible] quibus ista dantur? Cur frustra Deus promittit, conditionem apponit impossibilem? Si nec quidem ex gratia data legem possunt implere? Et tamè si dat secundum opera, nec quisquam potest bona præstare, sed tantum mala, quomodo non omnes igitur pereunt? Ad Secundam, Impiæ ac licentiosæ vitæ illa est illecebra, si enim nemini Deus dabit secundum opera sua in die extremo iudicii, falsa est forma quam Christus vsurpat, *Venite benedicti &c. Esuriui enim &c.* Perinde enim esset ac si diceret. Quod impossibile fuit, effecistis. Deinde hoc loco reddet secundum opera, reddet vitam æternam, sed cui reddet? Nemini omnino. Nemo enim bona opera fecit, Nemo igitur ibit in vitam æternam, quia nemo bene egit. Vbi enim vsquam vllus mortalium talis est? Et inuara esset Christi iterum cum ait: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata* Hoc est, si Illyrico, hoc est ipsi peccato originali credimus. *Si vis ad vitam ingredi, fac, quod facere nequis, si vis ad vitam ingredi, vola.*

Christi minas irridet.

Gentes piæ. Ad tertiam, Nusquam fateor tam piæ gentes, sine gratia, sed tamen & aliqui ex illis pii, sed cum gratia, cum fide, nulla est enim pietas sine fide. Ecce tibi virum de terra, beatum Iob omnibus Pharisæis meliorem. Ecce tibi Cornelium, & milites timentes Deum, cuius eleemosynas Deus sine acceptione personarum aspexit. Neq; enim gentes sine Dei gratia Deo placuisse affirmamus. Ad quartam, Non est noua ratio, sed eius quod in quæstione est positum, oggatio. Nos aliquos dicimus facto esse legis, idq; Augustinus, & omnes veteres, Illyricus negat, cum secuti hæreticorum multi. Ad quintam. *ὅταν* pro *ἐὰν* poni aliquando nô dubium est, & côditionem indicare, sed conditionem nequaquam impossibilem, imo v. 14. vt postea ostendam, dicit, *Gentes facere quæ sunt legis, & esse sibi legem.* Ad sextam & septimam, Fatemur Gentes natura non iustificari, quædam bene natura sua facere docemus, per quæ tamen iusti fieri non possunt Ad octauam Factores sua conscientia excusabit, quia & Christus eos excusabit, imo laudabit, & beneficia sibi esurienti, sitienti, peregrino, nudo collata in minimis fratribus agnoscit, quomodo non illa conscientia secura erit, tanto elogio subnixa? Ad nonam & vndecimam, Res ipsa docet conditionales esse illas propositiones, non tamen idcirco quas absolute pronunciat vel Christus, vel Apostoli, fiunt conditionales. Hæc enim est ratiocinatio aduersarii ad formam exigatur. Hæc propositio: Si præputium iustitias legis custodiat, &c. est côditionalis, ergo & ista: Deus reddit vnicuiq; secundum opera eius, côditionalis erit, & illa Petri: *In veritate cöperi quia non personarum acceptor sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptus est illi.* Quomodo tu Petre hoc côperisti, cum nemo operetur iustitiam, cum illa propositio sit côditionalis? & côditio sit impossibilis? Nam hoc comperire in Cornelio te dixisti, cuius rationes & eleemosynæ ascéderunt in côspectu Dei? Ad decimam, duodecimam tertiam decimam. Tres illæ rationes inter se diuersæ non sunt, imo ex eodé quo 3. & [illegible]. errore profectæ. Neq; n. nos gentium aliquem sine fide & gratia sanctâ prædicamus, neq; Iudæis p, omnibus ad Aristidé, Socratem, Catoné alios q[illegible]os nónulli Caluinistæ cœlo locát, nos pronunciamus ple[illegible]osq; [illegible]lorum si historiæ credimus, auaros, obscœnos, idololatras fuisse. Neque alios sine Christi fide [illegible]

Nemo sine fide saluus.

§.3. Hinc constat præstari oportere legem ab illis, qui salutem assequi desiderant, ita & Matth. 7. 24. Christus docuit. *Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram, & omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis est viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam.* De hisce vero & Iacobus loquitur cap. 1. 22. *Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.* At factores verbi esse nullos posse occlamant hæretici. Facienda tamen sunt illa, non enim quisque firmat ea quæ audit, nisi faciendo vt pulchre docet Augustinus. Impletur autem lex amore, non timore, impletur in nomine Saluatoris, non viribus præsumentium. Impletur autem à spiritualibus per gratiam liberatoris. Augustinus itidem de spiritu & litera.

§.4. Quod nonnulli apud Bellarm. l. 2. de iustificatione obiiciunt v. 16. Factores iustificabuntur, ergo est actualis, non habitualis iustitia, qua formaliter reddimur iusti. Id parum ad rem facit, nam iustificari est hic etiam iustum pronunciari, non igitur necessario formaliter iustus est per illud per quod iustus pronunciatur, potest enim per actus vt causas, merita, conditiones iustificari. Actus autem caritatis, & actus iustitiæ constituunt formaliter iustum, sed in actu, formaliter amãtem, sed habitus formaliter iustum etiam, & formaliter amantem, sed est tamen inter illa discrimen. Nam actua formaliter facit iuste agentem, habitus iustum, latina verba non suppetunt, Græci dicunt, nos καθ' ἕξιν εἶναι δικαίους, καὶ ἐνεργείᾳ δικαιοπραγοῦντας.

QVÆSTIO V.

An hic conuincatur hæresis de sola fide iustificante?

§.1. HOc quidem Catholici sacrarum literarum tractatores docuerunt, sed resistunt Solifideani nostri. Nos vtrosq; conferamus Chrysostomus οὐκ ἐκβάλλω τὸν νόμον φησί, ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν δικαιῶ τὰ ἔθνη. *Non abiicio legem*, inquit, *sed etiam inde iustifico gentes.* Et Cyprianus Epist. 14. *Pœnitentiam autem ille agit, qui diuini præcepti memor & patiens, & Sacerdotibus Dei obtemperans, obsequiis suis, & operibus iustis Deum promeretur.* Non potest negari si operibus iustis Deum promerentur, & posse iusta opera fieri, & illa ipsa ad iustificationem ita pertinere, vt sola fides non iustificet. Hoc necessario dicendum est, si aliqua est efficacia argumenti Paulini. Factores legis iustificabuntur, non auditores tantum, non igitur soli Iudæi auditores legis, imo credentes etiam legi, & agnoscentes legislatorem: ergo sola fides non potest iustificare, sufficeret enim audire & credere, at vero Paulus vt & Christus, & Iacobus, requirunt etiam vt faciant. Deinde fidei illi tribuunt iustificationem non vt causæ, vt merito, vt dispositioni, sed vt conditioni sine qua non, vt cui quæ se tantum habeat correlatiue, quæ sit velut mendici manus Eleemosynam apprehendens, sed vt de causa, & merito nunc non disputem, eisdem titulis iustificatio potest operibus ascribi. Nam Christus sapientem hoc est iustum vocat, qui facit ea, quæ audit, & hic factores requiruntur, sunt igitur opera saltem conditio sine qua non datur iustitia, sunt ita correlatiua iustitiæ, vt illis sublatis non sit iustitia. & illis positis semper adsit. Qui enim factor legis est, iustus est. Nec minus est mendica manus caritas, quam fides. Fides apprehendit iustitiam credendo promissioni, caritas eandem creditam arctius amplectitur amando. Hæc ipsa aliquando negare non possunt primipili Sectariorum. *Cum ergo legis*, inquit Caluinus, *non esse Deum acceptorem personarum, intellige illum respicere puritatem cordis, ac interiorem innocentiam.* Hæc autem est operum & virtutum, non solius fidei. Obedientia igitur legis etiam ad salutem pertinet, nec modo ita veteres, sed etiam molliores Caluinistæ ad veritatem paulatim redeunt. Sane Voëstius inter errores Sibrandi numerat, quinquagesimum sextum hunc. *Apostolus* Philip. 3. 9. *obedientiam suam à causis iustificationis prorsus remouet, cum ait: vt inueniar in eo non habens meam iustitiam.* Ita Sibrandus. Cui Voëstius respondet. *Fateor & ipse obedientiam nostram, quatenus legis est, à causis istis excludendam esse; neque nos vllo modo iustitiam, & salutem æternam, obedientia nostra promereri &c. sed hoc nihil ad obedientiam fidei pertinere dico; & Apostoli verba huc quidquam facere nego. 2. Opponit enim Apostolus hic iustitiam legis, & fidei. & hæc non minus, quam illa, obedientiam quandam includit; quatenus ipsam fidem hic exigit, quæ sine obedientia quadam esse non potest. 3. Neque vero legis iustitiam aliter vocat suam, quam quatenus eam ex seipso per legem compararat, & sibi in ea placebat &c. cum contra iustitia fidei tota ex Christo solo pendeat, & in Christo solo acquiescat. Licet aliequin obedientiam quoque includat. Antithesis ipsa & series totius contextus, hunc sensum satis approbat.*

§.2 Ecce hic manifeste docet, *Iustitiam fidei includere obedientiam*, non ex fide igitur sola est iustitia fidei, quæ obedientiam includit, quia ipsam fidem exigit, quæ sine obedientia esse non potest. Nec fidei tantummodo, sed etiam caritatis, obedientia enim fidei sine obedientia caritatis esse non potest vt illi docent. Sed obiicit Fides & obedientia differunt, tanquã causa & effectũ. Item fide accipimus aliquid à Deo: obedientiâ vero aliquid Deo damus. Sed occurrit, & hic Caluinista aduersario suo, in errore 71. cõfutando. Resp. 1. *Etsi vtrumq; axioma, in sano & limitato sensu, admitti potest, neutrũ tamen absolute ac generaliter verum est Nam pro diuersa harum vocum acceptione, diuersa etiam differentia rerum assignari possunt. 2. Sic non inepte dici potest, illa duo differre, tanquam speciem & genus: quum fides reuera sit species obedientiæ, seu specialis quædam obedientia, puta quæ Euangelio præstatur. Vnde etiam per Euangelii obedientiam in sacris literis explicatur. Rom 1. & 10. &c. 3 Fide non tantum beneficium Dei percipimus sed & Deo gloriam reuera damus: puta gloriam potentiæ & veritatis &c. sicut de Abrahamo, aliisque sanctis in verbo Dei passim narratur: & de illo speciatim dicitur Rom. 4. similiter fide non tantum Deo confidimus, sed & obedimus: licet illud quidem immediate & per se primo hoc autem mediate ac secundario fiat: sicut exempla vere fidelium Hebr. 11. perspicue demonstrant. 4. Adde, quod non tãtum fide, proprie ac stricte sumpta sed & pœnitentia totaque vita pietate. beneficium salutis accipere, siue apprehendere, in sacra Scriptura dicimur. Vide Actor. 2. Resipiscite &c. & accipietis donum Spiritus Sancti, & 1. Timoth. 6. certa præclarum certamen: apprehende vitam æternam. &c. Item ibidem mone, vt Diuites benefaciant &c. & apprehendant vitam æternam &c. Quidquid enim à Deo ad iustitiam & salutem ordinatum est tanquam medium, seu conditio præuia, per id gratiam Dei accipere, siue apprehendere, non inscite dicimur. Ita vt integra fidei natura hinc declarari non possit: Quum actio ista, generatim accepta, fidei cum aliis Christianis virtutibus communis sit.*

Sola fides non sufficit.

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

Vtinam qui sic à suis recesserunt sensim ad veritatem pertingant. Sciantque eum qui credit Deo, debere facere, quod præcipit Deus, & qui propterea facit, quia præcepit Deus, necesse est, vt credat Deo. Legantur quæ de fide & operibus Augustinus cap. 13. pertractat. Quæque in Psal. 58. concion. 2. Quamuis eos inimicos suos esse dixerit, rogauit tamen Deum ne occiderentur & obliuiscerentur legem ipsius. Non tamen tenere legem, id est, non obliuisci leges, iam perfectio est: & quasi securitas de præmio, & nulla sollicitudo de supplicio. Sunt enim qui tenent legem memoria, & non implent vita: qui vero implent vita, non possunt non tenere memoria. Ergo qui moribus præcepta Dei facit, & quodammodo viuendo semper in corde suo ne deleatur, agit quod tenet, viuendoque semper commemorat quid ei in corde scriptum sit de lege Dei: ipse fructuose tenet legem, ipse non inimicus deputabitur.

Hinc itaque & Gentes, & Iudæi refelluntur, Iudæi quidem quia legis scientia, & fides sine operibus nihil adiuuabat, Gentes autem, quia non excusabat eas ignorantia, de quibus nunc agendum est.

VERSVS 14.

Cum enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt: eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex.

QVAESTIO I.

Quomodo Gentes ea faciunt quæ sunt legis & quidem naturaliter?

§. 1. GEntes quæ legem non habent, scilicet Mosaicam, opponuntur enim Iudæis ratione legis.

Legem faciunt naturaliter φύσει, quod Græca Scholia interpretantur, ἐκ φύσεως, τοῖς τῆς φύσεως λογισμοῖς χρώμενοι εἰς δικαιοπραγίαν. *Natura ratiocinationibus vsi ad iustitiam faciendam.*

Ποιῇ est coniunctiuum, cum faciant. Itaque non possunt illi hinc probare locutionem esse conditionatam.

Plures sunt expositiones horum verborum. Prima Pseudo Ambrosii. *Gentes faciunt legem*, hoc est, *credunt in Christum*, qui finis est legis, ad quem tota lex ducit, tanquam pædagogus. Hanc expositionem Pelicanus cupide amplectitur, sed non agitur de fide sola sed legis impletione, aut quacunque factione. Ridiculus itaque ille est, dum ea eo quod ea quæ legis sunt, facere dicuntur, solâ fidem imaginatur. Altera est. Legem facere gentes naturaliter, iustitiamque consequi, atque ita Deo placere. Hæc olim erat Pelagianorum hæresis, quam Augustinus, & multa concilia refutarunt. In eadem fuisse Zvinglium, dum peccatum originale inficiatur, dum Gentiles quosdam cœlo transcribit, libri eius, & colloquiũ Marpurgense demonstrat. Tertia eam magno incremento renouauit Adolphus Teslandet in Hollandia, Qui in declaratione sic docet: *Contra lubens ego cum Apostolo Petro cœlesti Visioni, & reuelationi Dei crediderim: & libere dixerim: Vere deprehendo Deum non respicere ad personam: sed in quauis gente acceptum ei esse, qui eum timeat, & operam det iustitiæ. Nec ausim Paulo obloqui dicenti: Non enim qui audiunt legem iusti sunt apud Deum, sed qui legem præstant iustificabuntur: Nam quum Gentes quæ legem non habent, naturâ quæ legis sunt faciant, isti legem non habentes sibi ipsis sunt lex. Vt qui ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, vna testimonium reddente ipsorum conscientiâ, & cogitationibus sese mutuo accusantibus. Nunquam legi, nec probare vtique possem, pium Iobum, pœnitentes Niniuitas, probum, & timentem Dei centurionem Cornelium, literalem aliquam cognitionem, aut fidem historicam de passione Iesu, eiusque causa, & consequentibus habuisse: tamen non parum me grauari sentirem, si dicerem omnes eorum virtutes, & opera quæque præstantissima, abominationes apud Deum fuisse, & neutiquam ipsi placuisse. Eo magis quod Deus ipse contrarium declaret, prout quidẽ in libro Iobi, & Iona legere est; & ad Cornelium qui postea demum in doctrina Iesu Nazareni eiusque corollariis de Christo ex ore Petri, erudiebatur, dicit Angelus. Preces tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in Dei conspectu. An ergo tam alienum est; si non ausim ego prosilire ad omnium proborum Ethnicorum damnationem? Inter quos etiam extiterunt tam illustria de interno spirituali, & vero Dei cultu testimonia: Vt habet vetus Versiculus.*

Si Deus est animus nobis vt carmina dicunt;
Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.

An vero id non egregie conuenit cum vera veri cultus diuini summa? prout illa à Domino Iesu proponitur, dicente ad mulierem Samaritanam prope puteum: Sed venit hora & nunc est, quum veri adoratores, adorabunt Patrem Spiritu, ac veritate: Etenim pater tales quærit, qui ipsum adorent. Deus est Spiritus, & qui adorant eum oportet vt Spiritu ac veritate adorent. Quod ipsum ex Ethnicis diuersi agnouerunt, & professi sunt: Veluti non solum Philosophi plerique omnes, sed ipsi quoque Poetæ; vt Persius, Iuuenalis, & similes: Quique non omnes, vt quibusdam placet, ego verò non video quo pacto probent, id fecerunt, vt nomen sibi tantummodo in his terris acquirerent.

Veruntamen non hoc volo: ipsos per bona opera salutem adeptos: siquidem credo neminem posse absque misericordia ad possessionem æternæ gloriæ peruenire: cuius etiam miseri Ethnici (vtcunque in Euangelio à Iesu eiusque Apostolis clarior multis modis contigerit reuelatio) fulgorem aliquem viderunt: seque in necessitatibus suis, & in vita extremo ad gratiam Dei conuerterunt: exclamaruntque, Ens entium miserere mei.

Ille igitur Alemarianus Ecclesiastes gentes operibus placere Deo existimat, quamuis hoc adiungat, non sine misericordia ad regnum cœlorum peruenire posse, quod cum etiam conueniat illis, qui in Christum credentes saluantur, non video quod discrimen inter naturalia Ethnicorum opera, & supernaturalia dona gratiæ constituat. Quarta. Naturaliter id præstare, quia ratio naturalis demonstrat esse credibilia, quæ fides credenda proponit, quæ eo quo aliæ modo refutatur.

§. 2. Cæterum duæ sunt apud Sanctum Augustinum expositiones, admodum nobiles de quibus controuerti solet.

Prima locum interpretatur de gentibus renatis, in Christo, atque fide illuminatis, quæ naturaliter legem faciant, non viribus naturæ, sed virtute supernaturali ac gratia, sed tamen quæ sit naturæ consentanea, siue secundum naturam, nam vitium est contra naturam.

Ethnicorum opera.

Corruptela horum verborum.

Gentes renata legem faciunt.

Altera

Altera est, Dici hæc de gentibus nõ renatis, quæ multa opera legis naturaliter faciunt, idque naturali instinctu & honestate, vt cum depositum reddunt, imbecilles contra iniurias potentiorum tuentur, parentes honorant, hæc enim sæpe illi faciunt, non modo quoad disciplinam externam, neque gloriæ causa, sed naturalis rationis ductu, & cogitationibus naturâ virtutem, atque honestatem diligentibus. Vide ipsum Augustinum de vtraque sententia. De spiritu & litera c. 26. & 27.

Hæc eadem est expositio Chrysostomi. Theophylacti, Cypriani libr. 3. ad Quirinum. Hieron. ad Algas. quæst. 8. Quam omnino retinendam arbitror, ita tamen, vt gentes naturaliter multa facere dicamus quæ moraliter bona sunt, non quod non idem lumen, & naturalis honestas Iudæorum animis insita fuerit, sed quod natura duce, sine lege Magistra προλήψεις & notitias naturales Gentes retinuerent, atque adeo sibi lex essent.

Ratio naturalis in gentibus lux. §. 2. Ratio nostræ interpretationis ex verbis Pauli facile deducitur. Gentes enim illæ de quibus hic agitur sine lege esse videbantur, ideoque ignorantiam prætexebant, & à pœna immunitatem, quia vbi non est lex, non est præuaricatio. Contra has Apostolus pronunciat; Habere eas legem in cordibus scriptam, legẽ sine tabulis, legem sine lege, eas esse sibi legem, ex ea lege reas agi omne. à conscientia, non vt factis illis iustificentur, sed vt ostendat ignorationem non posse prætexi peccatis. Hæc argumentatio locum non habet in illis gentibus, quæ sunt in Christo regenitæ, quæ illuminatæ gustauerunt donum cœleste, nam & illæ legem nouam acceperunt, & nullam peccatis excusationem obtendebant. Nec sunt lex sibi ipsis, sed viuunt sub lege gratiæ, in qua lex non tollitur, sed adimpletur. Deinde de illis sermo est, qui cogitationibus accusantibus & defendentibus ad tribunal Dei sistuntur, non ex aliqua lege, sed sua conscientia damnandi. Quod vero obijciunt quidam hic agi de illis, qui legis obseruatione iustificantur, deinde vbi dicit, Iudæo primum & Græco, agi de conuersis, igitur & his versibus, præsertim cum paulò post Gentilis sit vocandus Iudæus, non circumcisione, sed spiritu. Respondeo, Non agi de iustificatione gentilium, sed tantum ostendi non esse eos qui contra legem naturæ peccarunt, excusabiles, ea ex causa quod legem sicut Iudæi nullam accepissent. Alium vero esse gentilem qui spiritu sit filius Abrahæ: aliũ, qui ea quæ legis sunt, sine lege facit naturaliter. Gentes enim & Iudæi duobus modis inter se comparantur, Primo, ratione præmiorum, quia iustis sine acceptione personarum reddentur: Deinde quod pariter in peccatis suis inexcusabiles sint, quia Iudæis data est lex in monte Sinai, Gentibus lex sine lege cordibus impressa.

QVÆSTIO II.

Quomodo gentes sint sibi lex?

Omnibus insitum est semen recti. §. 1. IPsa natura ipsis lex est, quæ dictat fugienda mala, bona facienda. Hoc probatur ex conscientia ipsorum reddente testimonium. Seneca Epist. 108. *Facile est auditorem concitare ad cupiditatem recti. Omnibus enim natura fundamenta dedit semenque virtutum: Omnes ad omnia ista nati sumus: cum irritator accessit. Tunc illa animi bona velut sopita excitantur.*

Hac ille pluribus Epistola 122. persequitur. Et libr. de vita beata, cap. 3. Interim, quod inter omnes Stoicos conuenit, rerum naturæ assentior, ab illa non deerrare, & ad illius legem exemplumque formari, sapientia est. Beata est ergo vita, conueniens naturæ suæ: quæ non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est, & in perpetua possessione sanitatis suæ. Et cap. 8. Ideoque præceperunt veteres, optimam sequi vitam, non iucundissimam: vt recta ac bona voluntatis non dux, sed comes voluptas sit. Natura enim duce vtẽdum est: Hanc ratio obseruat, hanc consulit. Idem est ergo beate viuere & secundum naturam. Hoc quid sit iam aperiam. Si corporis dotes, & apta naturæ, conseruabimus diligenter & impauide, tanquam in diem data & fugacia, si non subierimus eorum seruitutem, nec nos aliena possederint; si corpori grata & aduenticia eo nobis loco fuerint, quo sunt in castris auxilia, & armaturæ leues. Seruiant ista, non imperent: ita demum vtilia sunt menti. Incorruptus vir sit externis, & insuperabilis, miratorque tantum sui: fidens animi atque in vtrumque paratus, artifex vitæ, fiducia eius non sine scientia sit, non sine constantia maneant illi semel placita, nec vlla in decretis eius litura sit.

Naturam autem sequi idem esse dixerunt quod Deum sequi. Et si res recte expendatur,

Nunquam aliud natura, aliud sapientia dicet. Iuuenal Sat. 14. Et.

φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί.

Mali mores naturam deprauant.

§. 2. Multis signis natura declarat quid velit, *Natura multum non omnia potest.* ac quærat, ac desideret, obsurdescimus tamen nescio quo modo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Cic. de amicitia. Vt vero ne addubites. *Facile, inquit, indicat natura vim suam, cum homines quod facere ipsi non possunt id recte in altero facere iudicant.* Idem vero 3. Tuscul. *Si tales nos natura genuisset, vt eam ipsam intueri, & perspicere, eademque optima duce cursum vitæ conficere possemus: haud erat sane quod quisquam rationem, ac doctrinam requireret, nunc paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibusque deprauati sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Sunt enim ingeniis nostris semina innata virtutum: quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. Nunc autem simul atque editi in lucem, & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur: Vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Cum vero parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.*

Itaque cum peccant, se à natura recedere fatentur. A natura ipsa desciscimus, vt nobis optimam naturam inuidisse videamur. Tenenda igitur illis via fuit, quam natura præscripsit. Cum autem, vt diai, naturam nominant Deum intelligunt. Insita sunt omnium artium nobis semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia. Natura, inquit, hoc mihi præstat, non intelligis te, cum dicis mutare nomen Deo? Quid enim est aliud natura quã Deus? & diuina ratio, toti mundo partibusq; eius *Natura interdum Deus.* inserta? Ergo nihil agis ingratissime mortalium, qui te negas Deo debere, sed naturæ: quia nihil natura sine Deo est, nec Deus sine natura: sed idem est vterque, nec distant officio. Seneca de benef. Hanc igitur se legem à Deo accepisse fatentur, ideoque legem secum semper ferunt.

§. 3. Quæ cum ita sint, Illyricus, Ostorodios & noui Samosatenianj omnes qui hanc cognitionem, & naturæ vim negarunt, deteriores sunt ipsis gentibus. His occasionem dedit Caluinus, alijque dum humanam naturam nimis deprimunt.

Postquam enim dixit, *Tantum posse hominem intelligere, vt tergiuersari & excusari non possit.* Omnia tamen deinde aufert, quasi nihil intelligamus, & sibi contrarius est, libr. 2. cap. 2. § 25. *Non de voluntate loquitur, aut affectu. sed hoc quoque adimit nobis, ac penitus in mentem venire nobis posse, quomodo recte quippiam agendum sit. Itane deprauata est omnis industria, perspicientia, intelligentia, cura, vt rectam nihil iotam Domino excogitare, aut meditari queat? Nobis nimirum qui rationis acumine, (quam pretiosissimam dotem reputamus) ægre patimur spoliari, durum id nimis videtur, spiritui autem sancto æquissimum, qui nouit omnes cogitationes sapientum vanas esse. Et qui clare pronunciat omne figmentum humani cordis tantummodo malum. Si quicquid ingenium nostrum concipit, agitat, instituit, moliur, semper malum est, qui in mentem nobis veniat instituere quod Deo placeat? cui sola sanctitas & iustitia accepta est?*

Caluinus naturam humanam deprimit.

Quæ verba non modo ostendunt, nihil nos cogitare posse quod Deo placeat, sed nihil etiam verum posse iudicare. Quicquid in mentem nobis venit semper malum est, vt sensit Caluinus. Quicquid concipimus, agitamus, molimur. Sed iudicare esse vnum Deum, hunc colendum, proximo non inferendam iniuriam, non est semper malum, imo velle vitare malum non est semper malum, igitur nihil horum possumus concipere, agitare, instituere, moliri. De voluntate c. 3. eodem modo docet, *Nihil ex corrupta hominis natura, nisi damnabile prodire* Et docuerat. c. 2. *Voluntatem nihil nisi malum generare.* Itaq; pleriq; Caluiniani ab hoc errore recedunt, docetq; Pareus l. 5. de grat. & lib. arb. c. 1. *Homines non renatos, extra & intra Ecclesiam, lumine naturæ potuisse & posse cognoscere aliqua vera moralia.*

Sic quidem recentiores Caluiniani à tetro illo rigore priorum recedunt, sed tamen iterum eodem per impertiam reuoluuntur. Nam Pareus disertè docet; *Voluntatem humanam sine gratia, vel speciali auxilio nullum posse opus morale facere sine peccato.* Verba eius c. 4. de grat. & libero arbitrio sunt. *Verum est, quod omnia quæ fiunt sine speciali gratia, & fide iustificante fiant peccata.* Hoc deinde explicat esse ex accidente, propter inhærentes næuos, & inhabitans peccatum, esse peccata. Hoc autem probat: quia Isaiæ 64. 6. *Omnes nostræ iustitiæ tanquam pannus menstruatus.* Quod testimonium si huc pertinet, idem dicetur de opere omni Sanctorum, nā Isaias dicit: *nostra,* itaq; se renatum & sanctos in eandē turbam cogit, quorum omnia sunt peccata. Quæ si concedimus, nullus actus diuini amoris, fidei, sinceritatis, nulla intellectio, nulla mentis conceptio, nullū quamuis sanctū desiderium tam est simplex, quod non sit peccatum. At omnis illuminatio diuina, omnis motio, quam diuinus Spiritus, cordiū pulsator ciet, sine crimine est. Falsum igitur quod ait, de spiritualibus, vel moralibus in excellenti gradu suos intelligi, cum extingūt liberum arbitrium. Valde tamen de illo gradu veritatis gratulandū est aduersario, quod in moralibus nisi in gradu excellenti liberum arbitrium non extinguat, cum alij negent vllum esse liberum arbitrium.

Pareus liberum arbitrium nō semper extinguit.

Deinde ait posse se hominem ab externo malo actu se continere, & bonum facere sine auxilio gratiæ, sed interiores motus non posse efficere, timere Deum, &c. At hoc ipsum sibi repugnat. Qui enim à furto, à cæde abstinet, vel timore Dei, vel amore honestatis ciuilis, is iam hoc voluit facere, antequam ad opus procederet, ac proinde motum internum effecit. Nec motus internus ille habet vllam immunditiem, aut peccatum.

§. 4. Obijciunt hic varia. Primo, Nemo ad breue tempus potest esse sine peccato, quia nec vllum est tempus, quo non possit dicere, *Dimitte nobis debita nostra.* Et 1. Ioann. 1. 8. *Si dixerimus, nos peccatum non habere, mendaces sumus. & veritas Dei non est in nobis.*

Secundo. Non potest fieri, vt aliquando nullum occurrat præceptum affirmatiuum, quoduis enim præceptum negatiuum, includit suum affirmatiuum. Nec potest momentum temporis dari, quo homini non occurrat præceptum negatiuum. Minimum illud: *Non concupisces.*

Tertio. Falsum est aliquando nullam adesse tentationem, prouocantem ad violanda præcepta negatiua. quia fomes inexstinguibilis nullo momento quiescit, quin desiderijs inordinatis ardeat aduersus præceptum: *Non concupisces.*

Ad primum respondeo. Quod ad orationem pertinet, omnes orare recte. *Dimitte nobis debita peccata nostra,* nam vel peccarunt, vel peccant, vel sunt peccaturi. Quod si ad breue tempus sine peccato est aliquis, cum id ipsum sit peccatori ignotum, merito rogat, *dimitte nobis debita nostra.* Præsertim cum post peccata remanere peccatorum pœnas temporales nonnullas doceat Ecclesia.

Nemo sine peccato.

Ad locum S. Ioannis quod attinet. Non potest nec debet eo aduersarius vti, vt probet omnia opera esse peccata mortalia. Lutherus enim & Kemnitius, quos ipse defendit lib. 5. de amissione gratiæ & statu peccati. cap. 11. Ex eo probat, concupiscentiam esse peccatum. *Nullum est*, inquit, *peccatum semper in nobis manens nisi concupiscentia. Non igitur de actualibus intelligi illi possunt, imo de illis negant dici posse.* Imo Kemnitius in examine Concil. Trident. pag. 514. ait, *ingentem esse blasphemiam, si hunc locum de peccatis actualibus intelligendum esse dicamus, quoniam si ita esset ad infantes, & dormientes sententia ista non pertineret.* At Pareus ibi non negat Apostolum loqui de actualibus, suis ergo clientibus blasphemus esse censetur. Sed hunc locum suo tempori reseruamus, nunquam enim conuincet, nullum esse sine peccato mortali quod illi probandum est. Qui autem se peccatum habere negat, cum certus non sit, se etiam exiguo tempore peccato carere, hac ipsa affirmandi temeritate peccat. Locum hunc explicat Augustinus Epist. 29. de Eccles. dogmatibus cap. 35. de sancta virginitate cap. 48. & 89. Contra duas Epist. libr. 4. cap. 10. de natura & gratia cap. 34. Tractat. 41. in Euangel. Ioannis. Serm. 29. de verbis Apostoli.

Ad secundum. Falsum est semper occurrere aliquod præceptum affirmatiuum, idque omnium consensu etiam hæreticorum probatur. Imo ipsa experientia, imo ratio aduersarij in ipsum retorquetur, & hoc satis indicat. Si enim idcirco nos semper præcepta affirmatiua obligant, quia includuntur negatiuis, nempe semper est seruanda vita alterius, qui perdere eam nunquam est licitum, consequentia inde deducetur omnium absurdissima, omnium rerum affirmatiua præcepta semper obligare, ideoque nos omnia semper agere oportere, quæ illa præcipiunt, at cui omnium semper materia occurrit? Quis omni momento seruare innoxium vel potest, vel tenetur?

Ad tertium. Fomitem negamus proprie dictum peccatum. Deinde negamus eum omni momento desiderijs inordinatis exardere contra præceptum, *Non concupisces.* Nisi Pareus pro eximia sanctitate Caluinianorum, omni momento ardere

dere ... inuidia, odio, ... one ... id ne ... atur.

... lyti ... hoc loco argumenta f. de ... produ-cit, quibus ... probare, nullas notitias ... pro lepses de Deo vel ... in nobis reliquas, quas in prio-ribus satis soluta sunt, ne ... ab illo alioctum d. cun tur, quam vt imaginem Dei in homine quoad es-sentiam, esse corruptam, & in imaginem diaboli transformatam doceat, quae omnia tanta stolidi-tate tractat, vt si dubium esse posset, de illo ipso dubitandum foret, an principia rationis in se contineat, qui tam aperte rationem impu-gnat.

VERSUS 15.

Qui ostendunt opus legis scriptum in cor-dibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. Syrus ita vertit. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, & testimonium reddit ipsis conscientia ipsorum, cum ipsorum cogitationes vel accusent, vel Spiritum reddant in vnum.

QVAESTIO I.

Quod est opus legis?

§. 1. IAm suprà ostensum est, hoc opus legis cor-dibus inscriptum esse, non gratia superna-turali, sed dono natiuo intelligendi, & honesta laudandi.

Legendum accusantibus aut defendentibus cogitationibus, quamuis nonnulli nostrum inter-pretem graecismi imitatione sic locutum excu-sent, alij λογισμῶν repetendum putent. Et in-ter se inuicem conscientia cogitationum accusan-tium aut defendentium. Ita autem vt corrigen-dum dixi. Legit S. Augustin. de ciuitat. lib. 20. capit. 26. Sic & Hieronym. in Ezech. capit. 26. aliique.

Opus legis non est ipsa legis effectio, sed legis ipsius sanctio, seu ratio optima, aequi & iniqui di-scrimen agnoscens.

Opus huc omnium cordibus inscriptum, te-stantur primum legislatores, qui grauissimas, & iustissimas leges condiderunt. Itaque etiam huc pertinet νομοθετική, prudentia ferendi leges, ge-nerales enim & particulares viuendi regulas prae-scribere insignis est sapientiae. Deinde hinc ma-nifestum euadit, ad Iustitiam nos esse natos, nec opinione, sed natura constitutum esse ius. *Ani-mal enim hoc prouidum, sagax, vt Cicero ait libro primo de legibus, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, praeclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Solum est e-nim ex tot animantium generibus, atque naturis, parti-ceps rationis, & cogitationis, cum caetera sint omnia ex-pertia. Quid est autem non dicam in homine, sed in omni caelo, atque terra, ratione diuinius? quae cum adoleuit, atque perfecta est, nominatur rite sapientia. Est igitur, quoniam nihil est ratione melius, eaque & in homine, &* *in Deo, prima homini cum Deo rationis ... quos autem ratio, inter eos etiam recta ratio communis est. Quae cum sit lex, lege quoque ... cum dij putandi sumus. Inter quos porro ... legis, inter eos communio iuris est.*

§. 2. Hoc opus legis ostendunt cogitationes accusantes facta improba, excusantes recta. ... enim conscientiae hoc regimen, vt cogitationes alternent, nunc accusent delinquentes, nunc com-mendatione recti defendant. Neque ab hoc tri-bunali vlla excipi barbaries potest, neque illi quorum scelera conscientiam supprimere student, etsi enim ratius sua damna sentiunt, magna tamen vi ad vuia sua visenda retrahuntur. Quemadmo-dum enim conscientia rectae voluntatis maxi-ma est consolatio, ita scelerum furiae etiam cum non caedunt, timentur tamen & cruciant. Inter alia enim hoc iudicio à brutis differimus, & hoc vnicum est principium quo omnes ad recti, & i-niqui cognitionem natura duce ferimur: Pul-chrè Tertullianus libro de corona militis capit. 6. Quaere igitur Dei legem, habens communem il-lam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare, vt cum de velamine foeminae, agit, *Nec natura vos*, inquit, *do-cet?* Vt cum ad Romanos: *Natura facere, dicens, nationes ea quae sunt legis, & legem naturalem suggerit, & naturam legalem.*

§. 3. Hoc loco S. Epiphanius, & Tertullianus vtuntur aduersus Marcionem vt ostendat eundem esse creatorem, & Euangelij datorem Deum. Eun-dem Deum iustum, & Deum bonum. Verba eius libro quinto, contra Marcionem capit. decimo tertio, sunt ista. *Quantas autem foueas in ista vel ma-xime Epistola Marcion fecerit, auferendo quae voluit, de nostri instrumenti integritate, parebit. Mihi sufficit, quae proinde tradenda non vidit, quasi negligentias & caecita-tes eius accipere. Secundum iudicabit Deus occulta hominum, tam eorum qui in lege deliquerunt, quam eorum qui sunt sine lege, quia & hi legem ignorant, & naturâ faciunt, quae sunt legis: vtique is Deus iudicabit, cuius sunt & lex, & ipsa natura, quae legis est instar ignorantibus legem.*

§. 4. Nec minus Apostulica sententia refutat haeresim omni honestati contrariam, quae virtu-tem ipsam non per ambages circumuenire, sed clara luce oppugnare atque excidere aggreditur, cum omne sanctum desiderium, omnem φιλοδοξίαν atque sincer tatem velut peccatum mortale aeter-nis cruciatibus deputat. Ac proinde opere pre-cium esset, gentes ab omni officio, omni cura ho-nesti deterrere, imo studio cognoscendi Dei, & virtutis intelligendae prorsus auertere, cum per o-mnia, quocunque modo faciunt, mortaliter peccent, & irae diuinae sibi Thesauros accumu-lent. *Si omnia bona facta sunt peccata, cessan-dum est.*

Occurrit Pareus etiam impios ad studium vir-tutis excitandos, quandoquidem illorum bo-na facta non sint per se, sed tantum per accidens peccata, idque propter personam inimicam Deo, & naeuos admonitos. Verum hoc refelli non aegre potest. Primo, Conscientia testatur συμμαρτυρεῖ vna vel simul contestatur, cogitationibus de-fendentibus, illa defensio iusta est, quia ex natura, ex tabulis cordium, si enim fallit, quam naturae Deus indidit, apologia, igitur non est hoc lumen naturale, nec à Deo, nec recte dicitur defendere, quia infami patrocinio n... xios contra iustum Dei iudicium tueretur. Est igitur *Conscientia non fallit quae à Deo est.*

igitur aliquid innocens in peccatore, quod ipsa natura à Deo data excusat, ac defendit, ac proinde illud ipsum accusare est contra naturæ auctorem insurgere, qui legem illam mentibus insculpsit, quam nulla vis eradere, nulla malitia suo obducere potest. Secundo. Etiamsi per accidens bene facta gentium peccatis accenseat, iniquus iudex Cingliano errore dementatus, nihilominus tamen virtutis vim ac indolem plane deijcit, ac frangit. Dicam enim Senecæ, aut Catoni, aut si Græcos malit, Aristidæ vel Epaminondæ: quicquid agis, quicquid instituis, quicquid moliris, Deo inimicum est, hoc ipso quod cognoscere Deum desideras, quod de peccatis doles, quod honeste viuere desideras, tanta est in supremo tribunali impietas, vt sempiternis flammis, cum æterno dedecore adiudicetur. Optima tua cogitatio, maiore tormento vindicabitur, quam omnia sint, quæ corporibus Tyranni admouerunt. Non quod per se illa bona, sint mala, sed per accidens, quia tu inimicus es, & næuos suos habent illa tua cogitata. An hac oratione quispiam ad virtutem excitabitur? An non potius ocium perpetuo, aut totos annos stertere malit, quam honesto exercitio tam immanes sibi pœnas accersere, augere? Imo quod multi fecerunt; *Sapientes esse dicent, de vita statione decedere, ne in singula momenta*, non modo peccando sed etiam bene agendo pœnarum æternarum atrocitatem in immensum multiplicent. Neque multum referre dicent, sine per se, siue per accidens diuinum numen irritent, & cruciatus sibi parent. Nam per accidens esse flagitium, pœnam ex instituto, & per se repræsentari. Tertio. Quid si ne hoc quidem sennunt Caluinus, & Lutherus: *Bona opera per se bona esse, per accidens crimina, voce crimina*, quibus ex iure Dei, & iustitia damnatio irrogatur. Nam primo ipsi docent, *Omnia illa natura esse peccata mortalia, fieri in renatis per gratiam venialia*. Si igitur venialia sunt per extrinsecum, per accidens, aut quia non imputantur, igitur per se, & natura sunt peccata, igitur non sunt peccata per accidens, sed per se. Certe Caluinus dicit; Inde pendere bonorum operum iustitiam, quæ faciunt fideles, quod per veniam à Deo approbantur. Quæ autem approbantur per veniam, in se delictum habent. Denique non omnis opera sunt peccata mortalia per accidens. Non ideo quia persona est inimica, nec propter adiunctos næuos. De inimicitia res clara est, quia non omnia facta hostis sunt hostilia. Alioqui ipsa reconciliationis cupiditas, & offensæ delendæ ardor, adeoque voluntas sese dedendi ad supplicium, iram, nouumque supplicium meretentur. Addo eum Dei mandato paretur, non est hoc dignum damnatione, quod obediat, vult Deus non occidere, non furari, vult honorare parentes, nec tamen dicit impio, *Etiam ob hac obedientia facta æternum punieris*. Deinde si optimum factum morale est peccatum mortale, quia anima eius operatrix extra gratiam est, consequetur plane, vigiliam, somnum, refectionem, omnes omnium iensuum functiones esse in cæsu peccatorum mortalium, quam sitire, esurire, dolere in tormentis sine scelere damnabili non poterit, illa enim sunt actiones ab inimico, & passiones in inimico. Neque vnquam causam dicet impietas, cur voluntas seruandi proximi, voluntas non peccandi, voluntas pro Dei gloria moriendi sit peccatum mortale, quia est ab inimico, & in inimico, sitis, fames, dolor, non sint peccata in eo-

Bona opera non sunt per accidens tantum mala, in sententia Caluini.

de[illegible] ta consti[illegible] n[illegible] p[illegible] mici, cu[illegible] f[illegible] c[illegible] ltas, ip[illegible] ossa ac[illegible] micus e[illegible] peccatum m[illegible] [illegible] onficient, vt monstrum [illegible] portentosius mundo obtrudat[illegible] igitur res patet. De næuis adhærentibus probatur.

Potest opus aliquod etiam à peccatore edi, quod moraliter sit bonum, neque defectum habeat. Nam tale opus edi posse per se bonum, & in sua specie ipse concedit, at fieri potest, vt nec illud opus ex fine vitietur malo, nec [illegible] circumstantia. Vt si quis vnicum simplicemque actum intellectionis eliciat, nempe, pro Dei gloria esse moriendum. Virtutem ipsam sincere colendam. Hoc intelligere peccator & indicare potest, nec malo fine cogitare, non igitur huic actioni næuus adiungitur, quo fiat ipsa peccatum. Quod si eodem tempore vel facto, vel verbo vel alia quoque cogitatione peccet, non tamen quæ eodem tempore committitur culpa, etiam ad sui naturam rapit actionem bonam, nisi forte ad malum finem actio in se bona, dirigatur. Quemadmodum enim si quis iratus comedat, non vertit cholera naturæ sustentationem in culpam, ita nec, si iratus inimico, propitius pauperi, eleemosynam largiatur ita faciet vt opus misericordiæ sit peccatum. Tam enim conscientia iram furentis accusabit, misericordiam donantis defendet. Nullus igitur ex his damnabitur benefactis, quia nullus damnabitur nisi ob id cuius eum conscientia damnabit.

A[illegible] pec[illegible] tio[illegible] pot[illegible]

Nos discamus præ conscientia cœtera atque adeo vulgi iudicia contemnere, spes est si conscientiam habemus non accusatricem. Sola metuenda est, quia eius solius testimonio stabimus. οὐδὲ οὕτως ἐστὶ μάρτυς φοβερὸς, οὔτε κατήγορος δεινὸς ὡς ἡ συνείδησις ἡ κατοικοῦσα ταῖς ψυχαῖς. *Nullus est neque testis tam formidabilis, neque accusator tam vehemens, quam singulorum mentibus inhabitans conscientia. Polyb.* Vere Philosophatur hac de re Seneca Epist. 105. Securitatis magnam portionem esse ait bonam conscientiam.

Epicureos tamen videas, quibus ius & iniustum non natura rei, sed vtilitate & detrimento æstimare est visum, ita Epicurus: τὴν ἀδικίαν, οὐ καθ' ἑαυτὴν κακὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς: *iniustitiam secundum se, non esse malam, sed metu suspicionis, ne forte non lateat talium vindices.* At vero etiam cum nullus est metus conscientia tamen pauet.

Metus criminum comes.

Quod si tamen alia nulla pœna est, quam timor, sane magna causa est, vel idcirco vnare peccata, ne semper sit quod timeas, ideo & Epicurus crimina vitanda dicebat, quia metus vitari aliter non posset. *Elegantur* (inquit Seneca Epist. 97.) *Itaque ab Epicuro dictum puto, Potest nocenti contingere vt lateat, latendi fides non potest. Aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: Ideo non prodest latere peccantibus, quia latendi etiamsi felicitatem habent fiduciam non habent. Ita est. Tuta scelera esse possunt: Secura non possunt. Hoc ego repugnare secta nostra, si sic expediatur, non iudico. quare? Quia prima & maxima peccantium est pœna, peccasse. Nec vllum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris, in scelere, supplicium est. Sed nihilominus & hæ, & illa, secundæ pœnæ premunt ac sequuntur. Ti-*

mor

meri semper & expauescere, & securitati diffidere. Quare ego hos supplicio nequitiam liberem? quare non semper illam in suspenso relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro, vbi dicit, nihil iustum esse natura, & crimina vitanda esse, quia vitari metus non possit. Hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari, & plurimum illi tormentorum esse, eò quod perpetua illum sollicitudo vrget ac verberat, quod sponsoribus securitatis suæ non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est, natura nos à sceleri abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat pœna, metu neminem. quare? quia infixa nobis eius rei auersatio est, quam natura damnauit. Ideo nunquam fides latendi fit etiam latentibus: quia coarguit illos conscientia, & ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem & iudicem effugiunt, & scripta supplicia: nisi illa naturalia & grauia de præsentibus soluerent, & in locum patientiæ timor cederet.

Quid prodest oculos, famamque vitare populi, si tu scias. imo si Deus sciat, & cum Deo tot Angelorum, tot Dæmonum Myriades? Insculpta est hæc animo immortali querela & vniuscuiusque contra seipsum testificatio, cuius tabulas ne ipsi quidem æterni ignes exurent. In æternum clamabunt. *Memini, adsum qui feci.*

VERSVS 16.

In die cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christum.

QVAESTIO I.

Quænam dies illa?

§. 1. QVi vertunt, vt fere nouatores, *In diem,* frustra accusant nostrum interpretem, cum in Græco sit ἐν ἡμέρᾳ *In die.* Referri autem potest vel ad versum 12. Per legem iudicabuntur, *in die, &c.* Vel 13. Factores legis iustificabuntur, vt supra dixi, vel 15. Sed commodior est expositio, quæ vers. 13. 14. 15. includit parenthesi. *[illegible] illa die.*

Iudicabuntur igitur In illa die, non quod non antea iudicati sint, & in luctum pœnæ, vel refrigerij dimissi, sed quod præcipua, & publica illa sit Dies iudicij, qua totus in vnum mundus conueniet iudicium creatoris auditurus. Iudicabit enim reges terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Iam quidem iudex ante ianuam assistit, sed adhuc misericordia iudicium remoratur, sed tum arripiet iudicium manus eius, reddet vltionem hostibus suis, & eis qui eum oderunt retribuet. Veniet timendus qui potest occidere corpus, & animam perdere in gehennam, imo iam & animas & corpora impiorum perditurus in gehennam. Dies domini magnus, Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & angustiæ, tribulationis & miseriæ, dies succensa sicut caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, sicut stipula.

QVÆSTIO II.

Quid iudicabit?

§. 1. VNo verbo τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων occulta hominum.

Quæsitor scelerum veniet, vindexque reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis.
In lucemque trahet, tacitaque latentia fraude.
Pandet.

Cum enim bona vel mala cogitamus in corde nostro, tam bonarum quam malarum cogitationum notæ quædam, & signa relinquuntur, quæ in die iudicij reuelabuntur.

Iudex enim ille est, quem nec occulta fallunt, nec parua effugiunt, nec magna terrent, quem omnia mala offendunt, omnia bona delectant.

Sed non sine causa quæritur, cur de occultis mentionem duntaxat inserere Apostolus voluerit. Nonne aperta etiam scelera iudicabit? Nonne Sodomorum lasciuiam, Ægyptiorum Tyrannidem, Assyriorum auaritiam, Medorum crudelitatem iudicium illud percellet? Cum suis apertissimis sceleribus mundus quotidie pereat, cur Deus dicitur iudicaturus occulta hominum?

Respondeo iudicaturum omnia manifesta & occulta. Quod occulta cogitationum & desideriorum iudicabit, quanto magis illa quæ omnibus nota sunt? Dum igitur occulta iudicanda pronunciat, non tollit iudicium publicorum criminum, sed includit. Perinde est enim ac si dicat, non modo illa iudicanda, quæ populo spectante gesta sunt, quæ apparatu carnificum vindicantur, quorum confessionem fidiculæ extorquent, sed quorum sibi vni conscia mens est. *Occulta & manifesta iudicabit.*

§. 2. Respondeo deinde. Tantam esse occultorum scelerum congeriem, vt eorum quæ patent nulla sit æstimatio, quot homicidia cogitantur, & quoties antequam vnum peragatur? Ante vulnus inflictum iam millies hostis voluntate insidiatoris occisus est. Vnum adulterium fecit quispiam, forte iam millies meditatus, & illud, & alia. Ingens est itaque numerus atque infinita varietas occultorum peccatorum, quid mirum cum tanta sit copia hypocritarum, quorum nullum crimen palam, cum tamen indies varia crimina ac grauia committant. Præcipuus igitur iudicis rigor, prudentiaque erit patefactione criminũ occultorum, & hoc præcipuè mundus admirabitur, cum, quos admiratione virtutis, magnis laudationibus plausibusque prosecutus est, viderit, tot ingentium criminum molibus obrutos, tanto cruciatuum thesauro immersos.

§. 3. Respondeo tertiò, Hæc dici ad terrendos eos, qui vnicè studebant famæ, atque auribus hominum & flagitia patentibus obtegebant. Contra eos etiam Romanus sapiens declamat. Epistol. 44. Quod felices se esse plausu populi iudicarent.

§. 4. Respondeo quarto. Paucis illis verbis temerariam fiduciariorum πληροφορίαν elidi. Iudicabit occulta non alijs duntaxat hominibus, sed tuæ etiam conscientiæ. Excutiet reconditissimos animorum recessus, scrutabitur cogitationum arcana, reducet in memoriam quæ obliuio diuturna aboleuit: occulta igitur est Dei sententia etiam de nobis etsi enim conscientia peccatorum suorũ memor, si pœnitentiã non egit, damnationis *Occultum iudicium certitudinem tollet.*

certa

certa sit, dum hic tamen viuimus de salute incerti manemus, quia cum Dei sententia sit pronuncianda de occultis, ipsa quoque occulta sit, necesse est. Quis enim iudici approbatam suam conscientiam certò potest statuere? Profectò Dauid vir secundum cor Dei. *Ab occultis meis munda cor meum Domine*, clamat, & de occultis peccatis sententiam damnationis occultam exhorrescit.

QVÆSTIO III.

Quomodo iudicaturus sit secundum Euangelium Pauli?

§. 1. S. Hieronymus refert quosdam suspicatos, quotiescunque Paulus Euangelium suum nominat de S. Lucæ Euangelio intelligendum esse. Sed verius est de doctrina Euangelij à Paulo tradita.

Secundum Euangelium iudicabit. Hæc verba, *secundum Euangelium meum*, possunt habere duplicem sensum. Primus est, vt dicatur iudicaturus, vt in Euangello ducetur: nam Euangelium venturum esse iudicem prænunciauit. Ne quis de extremo iudicio venturo ambigat. Alter sensus, Iudicaturus est *secundum Euangelium*, hoc est, ex Euangelio tanquam ex lege, & scripto suo, vt dixerat ante iudicandos secundum legem. Euangelij lex autem perfectissima est, veterem legem consummans, & nouis additis mandatis adaugens. Vtroq; modo secundum Euangelium Dominus iudicabit. Hic quoque concidat, atque sub montibus & collibus se abdat fiduciariorum contumacia necesse est, de qua Caluinus ad regem Galliæ gloriatur, *quod nec mortis terrores, nec adeo ipsum Dei tribunal formidet.* Nam Euangelium putat omnibus minis, & terroribus carere, atque vnica promissione iustitiæ imputatæ, æternæque vitæ contineri. Hic vero Paulus iudicaturum docet, *secundum Euangelium suum*, quo iudicij annunciatio sit pars Euangelij, pijs lætissima, impijs vero formidolosa.

Secundum Euangeliũ iudicabit, quia in Euangelica doctrina iam est pronunciata sententia, videlicet Dominum venturum ac daturum vnicuique secundum opera eius, à qua extremum iudicium nullo modo, ne latum quidem vnguem recedet. Itaque secundum Euangelium iudicare, non est non imputare peccata, sed secundum opera iudicare, & vnicuique sic retribuere.

QVÆSTIO IV.

Cur adiungit, Per IESVM Christum?

§. 1. IVdicabit Deus pater, Per IESVM Christum: *Quia pater omne iudicium dedit filio*, Filius enim iudex est viuorum, & mortuorum, Syrus sua Phrasi *In manu IESV*. Duæ porro causæ sunt cur IESV Christi mentionem hoc loco Paulus inferat. Prior, vt consolationem & confidentiam animis fidelibus contra tantos terrores adferat, cum enim redemptorem suum, & cui se totos commiserunt iudicem fore audiunt, melius de causa sua sperare iubentur. Altera, vt Iudæos ac Gentiles contra Christum magno furore insurgentes compescat, minatur enim iudicem eundem quem contempserunt.

VERSVS 17. 18. 19. 20.

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo.
Et nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem.
Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt.
Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege.

QVÆSTIO I.

Quæ erat Iudæorum gloriatio?

§. 1. AD connexionem textus intelligendam notandum est: Pro eo quod noster legit: *εἰ δὲ Si autem*, in Græcis exéplaribus hodie legi, *ἴδε*, *Ecce*. Quocunque autem modo legas, oratio *ἀνανταπόδοτος* est, & suspensa. Vel enim debet suppleri: *Ecce tu Iudæus es, & legem tamen violas*, vel; Si tu Iudæus & in lege gloriator, *non seruas legem, nonne per legem, iudicaberis?* Nostrã lectionem habet *interpres Origenis*, Augustinus lib. de Spir. & lit. c. 8. Theophylactus, quin & Syrus אין אנת דין si tu vero. Quod Pareus ait omnia Græca exemplaria habere *ἴδε* in eo dissensit à suo Beza, qui in tribus codicibus repertum ait esse *εἰ δὲ*. Caluinus magis sensum nostræ probat. *Lectio varia.*

Gentiles vt in aperto peccantes facilius connicit, Iudæorum contumacia restitabat, & hypocrisis pœnitentiæ aduersaria identidem responsabat, legem, eiusq; cognitionem, & vetera priuilegia obtendebant, quasi hæc ad tegendam peccatorum turpitudinem, & non potius eorum accusationem pertinerent. Itaque eos ex professo aggreditur, & quomodo per legem grauissimè damnandi sint, ostendit.

§. 2. Prima Iudæorum prærogatiua erat. Quod Iudæi cognominarentur. Quod Origenes ita interpretatur vt dicat, Paulum non asserere illos Iudæos esse, sed Iudæos cognominari, quasi veri Israelitæ esse iam per flagitia desijssent. D. Chrysostomus fuisse *σεμνὸν* magnificum nomen Iudæorum, quemadmodum nunc est Christianorum, quo illi se nomine adeo efferebant, vt gentes, quasi canes, & immundas auersarentur. Et sane Iudæa primaria Israeliticæ gentis, & religionis portio fuit. *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.* Psalm. 113. Et Christus Dominus testimonium illis perhibet Ioan. 14. *Salus ex Iudæis est.* Itaque Iudæum vocari hic est, titulum veri Dei cultus, & sanctæ professionis gerere. Quo nomine non Iudæ Patriarchæ solius posteros, sed omnes reliquarum tribuum, nec non proselytos, qui Iudaismum suscepta circumcisione profitebantur, accipio. Primo quidem Abraham vocatus est Hebræus, siue quod Euphrate transito in Palæstinam venisset, siue ab Heber, atque inde tota gens dicti Hebræi, quod vocabulum ad solum Isaac, deinde Iacobum transijt, nam cæteri filij Abrahæ, sicut & Esau de suo nomine posteritatem suam appellarunt. Primum videtur tota gens sic dici cæpisse cum translatus est Israel in Mediam, Persidemque & vicina *Iudæorum nomen significat.*

regna

...ua capta & deleta Samaria. In eo regno enim erant ex Ephraim alijsque tribubus innumeri, qui in terram Iudæorum, maximeque Ierosolymam caput gentis habitatum venerant. Vocatos autem sic ipse tempore captiuitatis Babylonicæ, docemur ex Daniel. cap. 14. vers. 27. Vbi Babylonij concitato tumultu vociferantur, *Iudæus factus est Rex*, itaque nomen hoc iam erat professionis, & colentium Deum, causam enim addunt, *Bil destruxit, Draconem interfecit, Sacerdotes occidit.* Postea vero & Marduchæus de tribu Beniamin Iudæus dicitur, Iudæus quidem Etymo professionem suam indicat, sed hi Iudæi factis negabant, quod nomine præferebant. Hoc igitur quod in Iudæi Spiritus sanctus detestatur, inane nomen sine operibus, fumosum titulum absque possessione sanctitatis mero fuco delineatum. Christiani nomen illi frustra sortitur, qui Christum minime imitatur: Quid enim tibi prodest vocari quod non es? & nomen vsurpare alienum? Sed si Christianum te esse delectat, quæ Christianitatis sunt, gere, & merito tibi nomen Christiani assume.

§. 3. Altera prærogatiua. *Acquiescis in lege.* ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ. Non est hoc ita accipiendum, quasi acquiescere in lege vitiosum fuerit, sed concessio est, Iudæi enim se dicebant in lege acquiescere, hoc est, cum studio & delectatione versari, vni legi adhærere, sic in bonis Reipublicæ, in literis acquiescere dicimus, qui his impensè dediti sunt, vt omnium aliarum rerum affectus hac delectatione vincant, atque his quasi à iactatione curarum in portu considëant, ac quiescant. Sancta est illa professio, in lege Domini meditari die ac nocte. Sed præposterè à Iudæis vsurpata, Lectioni etenim & auditioni vacabant, sed legem sola lingua, non etiam factis exprimebant. Non dissimili modo videmus nostri sæculi hæreticos, sacra Biblia vertentes, relegentes, de gustu & suauitate verbi diuini mira iactantes, in lege violanda audacissimos, in veritatis oppugnatione importunissimos esse.

§. 4. Tertia prærogatiua. *Et nosti voluntatem eius.* Rectè D. Chrysostomus. καὶ μὴν τοῦτο ἐλάττωμα χωρὶς ἔργων, καὶ ὅμως ἰδόκει πλεονέκτημα. *Atqui hoc deteriores eos conditione esse faciebat, sine opere, imo in meliorem statum collocare posse videretur.* Nam ueuera voluntas Domini cognita & contempta grauiore supplicio in transgressorem animaduertet. Necessarium est adlaborare vt Dei voluntatem cognoscamus, multi enim pereunt inscientia, quia scire id quod ad salutem pertinet, non studuerunt. Sed tamen eum ad superbiam, & argutias euigilat humana industria, cum legem inquirit non vt eam sequatur, sed vt cognoscat, aut doceat, cum accepta scientia non ad Dei gloriam, sed ad sua emolumenta, vel laudem vtuntur, in eo peccant in quo emendare se debuerunt. Ad maioris culpæ cumulum pertinet, scire quenquam quid sequi debeat, & sequi nolle, quod sciat. Ita, Isidorus *libr. 2. de summo bono*, & merito, scientiæ enim plenitudo est caritas. Interim notandum in Græco scriptum esse τὸ θέλημα, omisso αὐτοῦ.

§. 5. Quarta prærogatiua. *Et probas vtiliora.* καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. Syrus paulò aliter diuidit. Nempe, *Et discernis tu vtilia*, ex quibus edoctum esse ex lege. Δοκιμάζεσθαι est probare, explorare, 2. Corinth. 13. 5. 1 Thessal. 5. 21. Sed vsitatius est probare pro approbare, sed eodem hæc recidunt, explorando pars altera probatur.

Reijcitur, altera laudata, & probata retinetur. Hæc ergo Iudæi sibi tribuebant, vt dicerent se per legem edoctos, posse explorare, & vtiliora seligere.

Probant vero vtiliora, διαφέροντα, quod nonnulli vertunt: *Ea quæ discrepant*, alij eximia, διαφέροντα *differentia*, vel vt Augustinus de Spirit. & lit. legit. *Distantia*, ideoque *eximia*, & *vtiliora cæteris*, dicuntur enim hoc modo illa, quæ aliqua dignitate, vel commodo eminent. Syrus vertit. *vtilia* רליתא. Budæus etiam docet τὰ διαφέροντα esse συμφέροντα, *vtilia*. Hic etiam Scholia Græca. κἀτὰ δὲ νόμος κατηχῆσαι ὑδὲ τῶν συμφερόντων δοκιμασίαν ἱκανὸς ἔξει, οὐ τοῖς δὲ μὴ ποιοῦσι, καὶ διὰ τῷ εἰδέναι τὴν τῶν συμφερόντων δοκιμασίαν μέγα φρονεῖν. *Ea enim quo ex lege est instructio, nouit vtilium probationem edocere. Illi vero non facientes, & eo quod scirent vtilium approbationem, magnopere superbiebant.* S. Augustinus omnes hos versus cò retulit, vt reprehendi velut Iudæum, qui hæc de se prædicet, & suis meritis, non diuinæ gratiæ accepta referat, lib. de Spirit. & lit. cap. 8. *Hic manifestauit quemadmodum dixerit, gloriaris in Deo. nam vtique si talis veri Iudæus gloriaretur in Deo, eo modo quo postulat gratia, quæ non operum merito, sed gratuito datur, ex Deo esset laus eius non ex hominibus: Sed ita gloriabantur in Deo, velut qui soli meruissent legem eius accipere, secundum illam vocem Psalmi qua dictum est: Non fecit sic vlli genti, & iudicia sua non manifestauit eis. Quam tamen Dei legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cum magis eius præuaricatores essent. Vnde illis iram operabatur abundante peccato, quod ab scientibus perpetrabatur: quia & quicumque faciebant quod lex iubebat, non adiuuante Spiritu gratiæ, timore pœnæ faciebant, non amore iustitiæ: ac per hoc coram Deo non erat in voluntate quod coram hominibus apparebat in opere: Potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat Deus malle si fieri posset, impune, committere: Circumcisionem autem cordis dicit, puram scilicet ab omni illicita concupiscentia voluntatem: quod non fit littera docente & minante, sed spiritu adiuuante, atque sanante. Ideo laus talium non ex hominibus, sed ex Deo est, qui per suam gratiam præstat vnde laudetur, de quo dicitur: In Domino laudabitur anima mea, & cui dicitur: apud te laus mea: non quales illi sunt qui Deum laudari volunt quod homines sunt, se autem quod iusti sunt. Sed laudamus, inquiunt, & Deum nostræ iustificationis authorem in eo quod legem dedit, cuius intuitu nouerimus quemadmodum viuere debeamus: nec audiunt quod legunt: non iustificabitur ex lege omnis caro coram Deo. Potest enim fieri coram hominibus, non autem coram illo qui cordis ipsius & intimæ voluntatis inspector est; vbi videt, etiamsi aliud faciat qui legem timet, quid tamen mallet facere si liceret.*

His omnibus igitur significari superbiam eorum arbitratur, qui de suis operibus gratiæ diuinæ ingrati gloriabantur.

§. 6. Quinta prærogatiua; *Instructus per legem.* κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου. Non modo legem acceperunt, sed viua etiam voce de lege erudiebantur, tot Doctores legis, tot ספרי רשים expositores legis habebant. Pertinent hæc ad eos quos vocabant νομικούς, Syriacè ספרא & ניברשא *scientem legum, seu Scribam*, Matth. 22. 35 Luc. 11. 45. Christo enim dicenti *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ*, respondet quidam τῶν νομικῶν *legalium*, vel *legisperitum*, Christus vero. καὶ ὑμῖν νομικοῖς οὐαί, seorsum legisperitis væ denunciat quod non omnes Scribæ & Pharisæi essent νομικοί. Cognitio legis.

§ 7 Sexta prærogatiua. *Confidis teipsum esse ducem cæcorum*, Arrogans erat illa & perniciosa cõfidentia,

[illegible]

[illegible] de Gene[illegible] [illegible] est lacte, n[illegible] a R[illegible]uta, & T[illegible] [illegible]ca[illegible] tamen & hac in re [illegible] quo[illegible] monopolium, nam [illegible] re- Augustinus [illegible] 19 cap. 26. Apud Hebræos, per[illegible]bent, [illegible] literas Hebræas nulli fas e-[illegible], nisi [illegible] tribus, Ad hoc igitur, quos oport[illegible] est prudentes legis interpretes, & iustos d[illegible]sti-[illegible] suæ [illegible]res, l[illegible] x mittere voluit eum quem iuſ-[illegible] libellum repudij dare, si dimisisset vxorem. [N]on enim poterat scribi libellus, nisi ab ipsis, qui [illegible] hanc [illegible]cationem, & necessitatem venientem [q]uods[illegible]odo in manus suas, bono consilio rege-[illegible]nt atque inter ipsum, & vxorem pacifice agen-do, d[illegible]lectionem [illegible] concordiamque suaderent. Itaque de iure illi respondebant, & quia libellum re-[illegible]u[illegible] soli scribere poterant, aliaque in republica valitura, magis [illegible] faciebant. Hæc ad eos qui erant [illegible] a Saducæi, & qui Pharisæi pertinent, quamuis Pharisæorum sententiâ ferme stabant pauperes & [illegible]iterati, Saducæos colerent optimates. Deinde speciatim Pharisæi vocabantur sapientes, in libro qui inscribitur Chronicon templi secundi, ita est: *Cogitauit ridere in amicitiam sapientum qui diebus illis Pharisæi vocabantur.* Et Gorion. cap. 29. *Sedit ad mensam cum sapientibus Israel, hi sunt Pharisæi, qui enarrant legem.* Hinc Ierusalem apud Rabbinos dicitur vrbs sapientum & scribarum. Quod puto non rectè distingui vt sapientes sint σοφοὶ [illegible], scribæ autem scripturarij, siue textuales, nam ex æquo omnes speciosum nomen appetebant.

[illegible]a ſa- [illegible] Me- [illegible]. §. 11. Decima prærogatiua. *Habentem formam scientiæ & veritatis in lege.* Formam μόρφωσιν nonnulli interpretantur speciem, quasi forma veritati opponatur, quasi quidem scientiæ & veritatis imaginem retineant, ipsas vero res dudum deseruerint. Alij rectius μόρφωσιν esse rationem methodumque legis docendæ, donum interpretandi, causa huius expositionis, quia referunt ad verbum, *Confidis*, non autem confidebant se inanem vmbram scientiæ & veritatis habere, sed rem ipsissimam, atque adeo insigni docendi dexteritate pollere: Deinde secundum formam illam rectè docebant, vera igitur forma erat, sed ex doctrina sua non viuebant, vt supra de gentibus dictum est. Quemadmodum si quis regiam imaginem habens ni[illegible] ad eam pingat, sic illi quoque Magistri sana doctrina non vtebantur, sed eam duntaxat laudabant, moribus suis legem diuinam infamantes.

VERSVS 21. 22. 23.

Qui ergo a[li]um doces, teipsum non doces? [Q]ui prædicas non furandum furaris. [Q]ui dicis non mœchandum, mœcharis? [Qui] abominaris idola sacrilegium facis. [Q]ui [in] lege [glo]riaris per præuaricationem [legis De]um inhonoras.

[illegible] Comm[illegible] Comment. in Epist. ad Rom.

Q[VÆSTIO] I.

Quæ [illegible] de [illegible] Iudæorum?

§. 1. ENumerarat ante quibus Iudæi [illegible]bant, siue τὰ [illegible] quib[us illegible] tes [illegible] gentibus, vt mon[et] D. Chry[sostomus illegible] nunc vero ἐλαττώματα quibu[s illegible] ciebant ipsi esse. Na[m o]mnia [illegible]uta, quia [illegible] nam suam fa[illegible]red[illegible] iactiant, in malum ac[illegible] cus verte[illegible]ntu[r].

Q[uod] aliu[m] docet, à [se ipso] nec [illegible] piat, Iustus accusator est sui, [illegible] conuitium facit, al[i]oqui alijs vi[illegible]m, [illegible]b[illegible] non saperet [illegible] interrogatione [illegible] geat, & pudorem incutiat, [illegible] resp[o]nd[illegible] seipsi nec[e]ssario damnare debent, cum aud[ito]res sint, imo & Doctores legis, non autem f[a]ctores, ideoque non iustificentur. Itaque potentissimum doctrinæ genus quod est per exempla, non poterant vsurpare, docebant virt[ute]m & præibant ad peccatum. At monstrare bene faciendo, viam oportebat, hoc enim expe[dit] [illegible] optimis au ditori. Doctrina cum omni imper[i]o docetur, quando prius agitur, quam dicatur, [illegible] do[illegible] næ subtrahit fiduciam, quando con[scientiæ illegible] trahit linguam. Hoc malum & Magistrorum auctoritatem, & patriam potestatem eneruat, cum non credant serio doceri, quod tanta cura fugiunt doctores, & sequitur turba exempla facientium, non verba dicentium. Simili ratione gentes luue nalis taxat, Satyra 14. vbi ostendit pene plerosq; malo exemplo suorum ductos, eorum, *qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.*

Sed reliquos fugienda patrum, vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnandis, huius enim vel
Vna potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes sumus, & Catilinam
Quocunq; in populo videas quocunque sub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vsquam
Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat
Intra quæ puer est, procul hinc procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Sceleratissimos fuisse illos Doctores, tot reprehensiones, quas Dominus inflixit, ostendunt, vocantur enim cœci, duces cœcorum, sepulchra dealbata, genimina viperarum, serpentes, contemnentes legem Mosis propter traditionem.

QVÆSTIO II.

Quæ speciatim culpas?

§. 2. QVi indicant non furandum, ipsi tamen furantur. Nomine furti omne crimen qu[od] violatur sextum præceptum intelligitur, furtum, rapina, vsura, omne quo res aliena vel concu[pisci]tur, vel per iniuriam vsurpatur. Est quidem [a]pud Prophetas frequens exprobratio auar[itiæ] sacerdotalis, sed iam in hâc maior erat, vt qui p[ræ]textu longæ orationis deuorabant domos vi[dua]rum, atque adeo ex copatet, totam illorum p[illegible] [illegible]ucro dedi- [illegible] ti erant Pha[risæi].

... questum. ... tus vita P... compofita hypo... lucrum, ... bus atque alijs magnatibus molesti ... erant.

§. 2. *Qui dicis non mœchandum, mœcharis.* De Iudæorum ... Prophetas, de ... Christi Domini, constat ea ... quæ dicta sunt a Iosepho de temporibus Herodis, & ... extremo tempore ... fata.

§ *Execrantur idola sed sacrilegium faciunt.* Sacrilegi ... quos tota gens ... sanctuariis & sacrosanctis ... colebat. Sacrilegium quid ... honorem Dei alicuius vertere, sed quale in omnibus peccatis inueniri solet. Hos autem vere & proprie ... esse credendum. Eius culpa ... sacræ violatione, vel ... ceremoniarum, utroq; delinquebant. Templum ... speluncam latronum, negotiationes, vsuras, fraudes, in eo exercebant, ac ... & libidinibus p... ebant, ipsa donaria, ... occupabant. Verum ... præcipue ex causa fuisse omnes sacrilegos existimo, ut ita à Paulo vocari; constat enim ex Iosepho sac... dotes summos ab Herode, Archelao, Præsidibus Romanis pro arbitrio motos ... alios atq; alios suffectos, omnia illa sacra, ipsumq; honorem venalem fuisse, hæc eadem quæ in summo honore legimus in cæteris quoque facta, & a Magistratu, & ab ipsis Pontificibus credendum est. Opus enim erat pecunia ad demerendos regum ac præsidum animos, quam illi expilato templo, & sacr lege administratis sacrificijs corradere necesse habuerunt, quid vero mirum si sacra omnia venderent, quæ tam ante emissent? V... ... Pontificum, Sacerdo... Do... ... gloriatio... & Iudæorum quam in illis ... sacrilegus esse ... Oli... enim ab Herode, H... cecisus est ... Pontifex & legitimus, Ioseph. l. 15. Antiq. c. 9. Et mox eadem ex domo suffectus Aristobulus vix dignitate gustata, regis insidijs cecidit, deinde Ananelus ignobilis successit, ac deinde alij vel fauore, & pecunia locum illum occupatunt, nullam legum diuinarum ratione, Ioseph. lib. 20. Antiq. cap. 8. Euseb. lib. 1. hist. cap. 6. Hieronym. in Daniel. nonnum. Archelaus breui imperio potentes ... Pontifices mutauit. Hæc ... ostendunt iam plerosq; fuisse, latrones & fures, qui tempus eo tempore non tam sacrificijs & victimis honorarent, quam sacrilegijs infamabant. Quid enim iam in illis esset, quorum caput erat summus Sacerdos sacrilegus, & ut de Ph... ... dicebat alter Philosophus; canis regius? Quod quod Annas erat Sadducæus, & ipse Doctores in ipso Concilio pars Sadducæi, pars Pharisæi? At vero Sadducæos fuisse sacrilegos nemo dubitaret, cum Epicureis essent aut æquales, aut deteriores.

Non alio censendi elogio sunt, quos templorum & sacerdotiorum opulentia ad fidei dogmata nouanda illexit, qui quam nominibus diuersos, tam vitijs, & ... portentosos aliqui diuitiasu... partien... asperserunt, vt totum ipsi impune deuorarent.

Sacrilegi Pontifices

VERSVS 23.

Qui in lege gloriaris, per prævaricationem ... Deum inhonoras.

QVAESTIO I.

An hinc recte probent nullum esse peccatum veniale?

§. 1. Conatur id quidem Caluinianus interpres, sed nullo successu. Syllogismus ... huius est ille.

Nulla Dei contumelia est peccatum veniale.
Omne peccatum est Dei contumelia, ...
Nullum igitur peccatum est veniale. Quia ducere dedecorationem Dei esse venialem, graue est peccatum. Respondeo libro de crudelitate Caluinistarum abunde me respondisse. Omnis legis ... seu transgressio, seu ... & regula quam nob s Deus proposuit aberratio, peccatum est, cum voluntaria est. Non tamen omne peccatum, seu pr quantitatio proprie est contumelia, quædam enim peccata sunt ... intuitare incogitantiaq; obrepunt, vt quamuis sine voluntate non fiant, tamen adeo lenem defectum habeant, vt inimicitiam Dei nequaquam mereantur. Apostolus vero hoc loco de hypocritis nequissimis & grauissimis peccatis loquitur. Quod ex v. 24. demonstratur. *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.* Probat Deum inhonorari, qui a exemplo suo efficiens, vt gentes blasphement, cum tam scelesatum eius populum esse experirentur. Describit hoc pathetice in Iona S. Ephrem, cum Niniuitas in terram sanctam ducere ausus non fuerit. Loquitur igitur de illis peccatis, ob quæ nomen Dei inter gentes blasphematur, non de immoderatu risu alicuius e terra Iuda, nec de illis peccatis sine quibus sancti non viuunt, & quæ gentibus peccata minime videbantur. Magnopere interim cauendum est, ne nos qui Euangelio, Sacramentis, atq; ipso Christo gloriamur, nomini illius dedecori simus. Quid enim indignius, quam Christi famulos, ita viuere, vt mores Turcis & Iudæis similiores, quam Christianis exhibeant?

Peccata grauia Paulus reprehendit.

VERSVS 24.

Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est.

QVAESTIO I.

Quomodo nomen Dei propter Iudæos inter gentes blasphematur?

§ 1. Scriptum est hoc Ezechiel. 36. 20. *Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis, populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt, & properes.* Et Isaiæ 52. 5. *Et iugiter tota die nomen meum blasphematur.*

Scriptum est itaque vtroque loco, & vtrique citatur ab Apostolo.

In Isaia sic legimus. *Hæc dicit Dominus, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit Dominus Deus, in Ægyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus? Quoniam ablatus est populus meus gratis, dominatores eius iniquè agunt, & iugiter tota die nomen meum blasphematur.* Septuaginta interpretes sic v. runt. ... Ezechiel. 36. 22. Et peperci nomini

Nomen inter gentes blasphematur.

nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus ad quos ingressi sunt.

Ezechiel Propheta videtur indicare causam blasphemiæ esse, quod gentes cum populum Dei exulem, & seruitutem seruire cernerent, à Deo detrahebant, quasi illi, vel clementia, vel facultas suos defendendi defuisset. Nomen enim suum pollutum ait ab illis, ἐν τῷ λέγεσθαι, *In dicendo, populus Domini iste est.* Deinde promittit Dominus se nomen suum, quod pollutum fuit in gentibus, sanctificaturum reductis in patriam exulibus, sicq; gentibus potentiam suam, & beneuolentiam in Iudæos ostensurum, Verum cum Paulus hæc de Iudæorum improbitate interpretetur, non est cur negemus eodem modo Prophetas esse locutos. Itaq; & apud Ezechielem clarissimè apparet, cum dicerent gentes. *Populus Domini iste est*, etiam ad mores pertinere, & eorum impietatem ad contumeliam Dei ab impijs fuisse acceptam. Ecce dicebant, Tam impius, lasciuus, malitiosus est Dei populus. Quis Deus ille est, quem populus ille patronum habet? Cur tam sceleratos, peculiarem sibi legit? Aut cur nō defendit? Alij cum viderent nonnullos captiuorum moraliter bonos in dura seruitute suspirantes, Deum blasphemabant, quod eos vel non posset, vel non vellet liberare, ideoq; vel impotentem, vel in homines innoxios durum, & iniquum iudicem asserebant. Vtroq; modo igitur hæc diuinam gloriam contaminabant. Quod constat etiam ex sequentibus, sanctificationem nominis diuini, quæ pollutioni opponitur, ostensione potentiæ, & tribuendâ gratiâ, delendisq; peccatis promittitur. Ita enim Propheta loquitur. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus, ad quas ingressi sunt. *Idcirco dices domui Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomē sanctum meū quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes quod polluistis in medio earum: vt sciant gentes quia ego Dominus sum Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis: Tollam quippe vos de gentibus & congregabo vos de vniuersis terris & adducam vos in terram vestram Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum Et Spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, Et iudicia mea custodiatis & operemini.*

Quomodo nomen Dei fuerit pollutum.

Toto penè capite sanctificatio diuini nominis, quæ in mundandis peccatis Iudæorum versatur, à Propheta describitur, vtroq; igitur modo nomen Dei pollutum fuit.

Idem etiam ex Isaia colligimus. Nam dominatores inique agebant, & nomen Dei blasphemabātur, Iudæis se ad plagas, & verbera nequaquam emendantibus, cum gentes tamen & illorum sceleribus offenderentur, & Dei ipsorum imbecillitatem exprobrarent.

§. 2. Perpendamus eos quam maxime in Deum esse contumeliosos, qui eius cultum præferunt, si à professione mores dissentiant. De suis ingenue Pareus fatetur. *Nos*, inquit, *cogitemus. Hæc ita in Iudæos dici, vt in nos maxime competant, qui Christiani, Euangelici, Orthodoxi cognominamur: notitiam Euangelij & fidem profitemur. Audiunt hæc Papistæ & Iesuitanista, (neque enim procul ad Turcas aut Iudæos eundum est) sed vident mores professioni parum congruos imo contrarios, plerosque vitam agere impuram, Lucro, fraudibus, impostaris incumbere. Primum igitur meminerimus: professionem Christianismi tanto magis, quam illos Iudaismi, nos grauaturam in iudicio Dei, quanto maiora in nos, quam in illos existunt Dei beneficia. Præclara fuerunt Patrum & Iudæorum priuilegia: at nihil profuerunt hypocritis nisi ad grauius iudicium. Quanto vero maior est Christi veritas, quam Mosis vmbra, tanto maiora præclariora sunt priuilegia nostra. Atqui fructus gratiæ & gratitudo pro veritate non maior sed par ingratitudo vel maior. Hinc de grauitate iudicij dentis aduersus nos cogitent, quicunq, non sunt omnino stupidi. Grauius minatur Hierosolyma Dominus ob contemptum gratiæ, quam vicinis gentibus quas ea gratia non fuerat dignatus. Et nota sunt sententiæ Domini: cui multum concreditum, ab eo multum requiretur. Seruus sciens voluntatem Domini nec faciens pluribus plagis cædetur. Ne igitur malimus cognominari, quam esse Christiani, neque putemus satis esse μόρφωσιν pietatis habere. Deus enim larvis non ducitur. Præcipue vero præsulibus & doctoribus iniicitur, hæc solicitudo, vt doctrinam à seipsis incipiant, ne alios docendo seipsos condemnent: alioqui satius his foret, veritatis viam cognouisse nunquam. Denique moneamus, non minorem gloriæ Dei, quam propria conscientiæ & salutis rationem habendam esse. Neque enim hæc rectè curatur. Si illa per nos vel propter nos dedecoretur. Id autem fit, quando Papistæ, Iudæi, Turcæ, & infideles nimirum videntes profanitatem inter nos grassantem exclamant: Hiccine est populus Dei? Hoccine Euangelium fenestram licentiæ & sceleribus aperiens.*

Frustra hæc dicuntur de illis, quibus nihil imputatur.

Tandem concludit: Perperam nos ex hominum vitijs doctrinam Christi æstimare. Verum nos non ex factis eorum Euangelium, sed ex dictis æstimamus, negant se vllum Dei præceptum seruare posse, nullum flagitium imputari sibi asserunt, quod igitur mirum eos id libere agere, quod sciunt, impune se habituros? Neque est hæc nostra querela duntaxat, sed Caluinistarum mollium multo acrior, de quo videri potest Bertius in hyperaspiste atque alij.

VERSVS 25.

Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.

QVAESTIO I.

Quomodo profuerit circumcisio?

§. 1. CErto constituendum est, circumcisionem cum nuda est, nec ad Dei fœdus relata cærimonia nihil prodesse. Talis erat variarum gentium circumcisio, *Inter omnia testamenti veteris Sacramenta*, inquit S. Cyprianus, *nihil circumcisionis solennius antiqua celebrauit religio nec tantum in Hebræos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inleuit.* Et D. Hieronym. in capit. 9. Ierem. in hæc verba. *Ecce dies veniunt dicit Dominus, & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium: & super Ægyptū. & super Iudā, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab & super omnes, qui attonsi sunt in comā habitantes in deserto quia omnes gentes habent præputiū, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde multarum*, inquit Hieronymus, *ex quadam parte gentium, & maxime quæ Iudææ palæstinæque confinis sunt, vsque hodie po-*

Circumcisio gentium est inanis ceremonia. *populi circumcidantur, & præcipue Ægyptij & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Sarracenorum, qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto. Nō igitur eo quod præputium nō habeat, gloriam debet Iuda, qui mistim est cum gentibus suprascriptis, sed ex lege Dei circumcisus sit, cum & alij hoc faciant, qui legis mandata non seruant, & ignorant Deum Israel. Nec prodest circumcisio, quæ in signum data est, nisi mandata Domini compleantur: sicut & coma quæ gentem significant, non roborant corpora & fortitudinem pugnatorum. Quodque sequitur: Omnes gentes habent præputium: Omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde: Hunc habet sensum: Cum præter Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, & Ismaelitas in solitudine commorantes (quorum pleraque pars circumcisa est) omnes aliæ nationes in toto orbe incircumcisæ sint carne: omnis domus Israel incircumcisa est corde, non carne: quæ circumcisio ducit ad mortem. Illa enim carnis, hæc Spiritus est.*

§. 2. Apud cœteras gentes probro erat circumcisio, quemadmodum apud Iudæos præputium. ita Verpus, Apella, ἀπελλόθ nomina sunt irrisionis, inde & improbus pudor, & tormentum adducendi præputij. *Reliquæ gentes,* inquit Cyprianus, *tam mandatum, quam factum irrident & Deo minimè asserunt conuenire, vt saluatoris benignitas plagis infantium delectetur, & immerites in ipso vitæ initio periculo mortis addicat.* Sed ratio cur hoc facerent Iudæis constabat, gentes traditionem ab Abrahamo acceperunt.

Circumcisio Iudæorum, ceu fidelium vtilis erat. Nam peccatum Originale auferebat, signaculum erat eorum qui in fœdus, populumque Dei recepti erant, & spiritualis circumcisionis, quæ vitia amputaret, admonebat.

Circumcisio gentium videtur vitio superstitionis, seu idololatriæ non caruisse. De Samaritanis scribitur in glossa Thalmudica, de Idololatria בותי מל לשם דמות יונה ש מצאו בראש הר גר יזים ועובדין לה עבודה. *Hoc est. Chutæus (siue Samaritanus) circumcidit in nomine columbæ, quam inuenerant in vertice montis Garizim, & seruientes ipsi seruitutem.*

Cultas in Syria columbas, atque adeo in Palæstina inter alia docet Propertius. *Alba Palæstino sancta columba Syro.* In animali innoxio, fœcundo, dubium esse non potest libidinis præsidem cultam esse, cum gentilitas volucrem illam spurcissimæ diuę sacrarit.

§ 3. Abrahami, & posterorum illius circumcisio Sacramentum erat, ideoq; vtilis cærimonia, continens, placitum Deo cultum. S. Augustinus contra Iulianum, Pelagianum l. 3. c. 18. à peccato Originali liberatos circumcisione docet. *Nec opus est, vt anfractibus longis ea quæ concedo, mihi probare coneris; sed ad hoc responde, si potes, cur ipse Isaac nisi baptismatis Christi signo circumcisus die octauo fuisset, perisset anima eius de populo suo. Explica si potes, tanta pœna quo merito plecteretur, nisi ab hac illo Sacramento liberaretur.*

Et lib. 2. de nuptijs, & concupiscentia c. 11. peccatum illud expiatum octaui diei circumcisione affirmat. Et l. 3. de peccatorum meritis, & remissione. Quod tamen sic intelligendum est, vt sciamus aliam esse baptismi, aliā circumcisionis efficaciam. Sed ea de re alterius loci est disputatio. Interim hoc notandum, non sic illa dici, quasi iam Pauli tempore circumcisio profuerit, cum disputari soleat an non obfuerit. Sed loquitur contra Iudæos de circumcisione in statu veteris legis, vbi nisi lex seruaretur, ipsa circumcisio in præputium vertebatur.

VERSUS 26.

Si igitur præputium iustitias legis custodiat; nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?

QVAESTIO I.

Quid iustitia legis?

§. 1. Vocantur δικαιώματα τοῦ νόμου, quod Bell. libro 1. cap. 1. de iustificatione, interpretatur de rectitudine scripta, atq; ait etiam accipi posse pro ipsa iustitia legis. Sic Psalmo 18. 9. Ibi enim cum dicitur δικαιώματα κυρίου εὐθεῖα, intelligitur iustitia quæ iure scripto continetur, quod etiam exponitur mox, *præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Itaque iustitiæ Domini sunt leges rectæ, ac iustæ omnibus præscriptæ.

Contra hanc interpretationem Pareus eodem loco insurgit. Primò negat vel hic, vel in Psalmo rectè dici iustitiam, quod sit in Græco δικαίωμα. *Falsa est*, inquit, *acceptio. Ex praua versione latina in vtroque allegato. Quia δικαίωμα est ius, seu præceptum.* *Δικαίωμα in præceptum.*

Respondeo nolle me de vocabulis litigare, quia tamen in hisce facile, & periculose erratur, quam iniqua sit hæretici hominis querela, exponam. *Praua est*, inquit, *versio latina, cum δικαίωμα vertitur iustitia.* Cur igitur Caluinus eam non correxit? Cum enim veterem versionem, vt plurimum mutet, cur hic cessauit eius industria? Cur non viguit censura? Si hunc versum enunciat. *Si ergo præputium iustitias legis seruauerit nonne præputium eius pro circumcisione censebitur?* Nec modo ita vertit, sed exponit etiam Pelicanus. Alij vertunt iustificationes. Et rectè sanè, est enim iustitia, ius, iusta causa, δικαιολόγημα hoc est, firmamentum quo causam quisque suam tuetur. Cum autem dicitur δικαίωμα τοῦ νόμου significat ius ipsum, rectitudinemque legis, quæ est ipsissima iustitia. In Psalm. 18. 9. Habetur dictio פקודיך quam 70. frequenter vertunt δικαιώματα, latini iustitias, Psalm. 118. vers. 9. & 56. 93. 94. 140. Alibi vero ἐντολήν. Sunt autem legis diuinæ præcepta iustitiæ, *quia sunt iustificata in semetipsis.* Quin & c. 8. v. 51. vertit Caluinus qui cum *iudicium Dei cognouerint.* Vbi est δικαίωμα, at iudicium Dei, rectè etiam iustitia dicitur, & in cōmentario Caluinus retinuit veterem lectionem: *Qui cum Dei iustitiam.* Et deinde. *Id quale sit non intelligo, inquit, nisi referamus ad istam nequitiæ summam; vbi miseri homines, contra Dei IVSTITIAM (δικαίωμα) vitiorum patrocinium suscipiunt*, maneat igitur vetus lectio, cum de sensu facile conueniatur. *Vetus versio defensa.*

At Aristoteli l. 5. Ethic. c. 7 δικαίωμα est ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Respondeo nihil hoc obstare nostræ versioni, quia δικαίωμα, non hoc modo, sed & alia significat quæ dixi. Septuaginta interpretes, Ierem. 46. 21. & 50. 127. Ezech. 9. 1. Oseæ 9. 8. Michææ 7. 4. vertunt ἐκδίκησιν vindictam, sed nec illa, nec Aristotelica acceptio huic loco potest accommodari: Custodire enim δικαιώματα legis, est ipsam legum sanctitatem, ac iustissimam rectitudinē seruare, quod idcirco magna cura faciendum est, quia omnis lex diuina est δικαίωμα, seu δικαιοσύνη, leges humanæ sæpe sunt ἀδικήματα, & ius summum summa iniuria.

Quod verbi Hebræi proprietatem perpendamus

mus est פקודין visitatio, lex, mandatum, commissio, munus, officium. In Psal. 118. 9. R. Abraham scribit פקודי esse à פקודין quod est depositum, essque illa quæ sunt in potentia animæ in omni homine, dum non est in illo præceptum à Deo autem in animo constituta esse ait, id eque ius naturale omnibus animis inditum interpretatur, quod ius solum poterat à præputio seruari, est vero illud δικαίωμα iustitia diuina.

VERSVS 27.

Et iudicabit quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literam & circumcisionem præuaricator legis es.

QVÆSTIO I.

An hoc iudicium vnquam futurum sit?

§. 1. CAluini quidem sententiâ nunquam futurũ est, quia nemo iudex ex Gentilibus cõstitui potest. Verba illius audiamus. *Porro hic neminem solicitũ esse oportet, de quibus legis cultoribus intelligi possit quod ait Paulus quũ nullos tales reperire liceat: simpliciter enim hanc hypothesin proponere in animo habuit, si quis gentilis reperiatur, qui legem obseruet, eum iustitiam pluris esse in præputio, quam Iudæi, sine iustitia, circumcisionem. Itaque quod sequitur: Iudicabit n qui natura est præputiatus, circumcisum non ad personas, sed ad exemplum refero. Quemadmodum illud. Regina Austri veniet &c. Item viri Niniuitæ surgent in iudicio. Nam & verba Pauli in eum sensum nos deducunt. Iudicabit te gentilis, ait, legis obseruator transgressorem: quanquam ille circumcisus, tu literali circumcisione præditus.* Beza quoque hic quæ supra refutata sunt de conditione impossibili repetit.

Hisce si omnia Pauli recte perpendantur respondendum est ex ipso textu, & veterum interpretatione.

§. 2. Ἀκροβυστίαν seu præputium hoc versu, & 26. significare ipsum præputiatum, cuius caro in genitali membro resecta non est, at versu 25. significare ipsam pelliculam quam lex præscindere iubebat. Nam hic iudicat præputium, & damnat, quod est totius hominis, ibi circumcisio desinit, quasi adductâ, vel renatâ pelliculâ in præputium. Deniq; vers. 26. dicitur præputium illius, hoc est, præputiatus. Circumcisio symbolum est.

Ratiocinatio quæ est vers. 26. & 27. eadem est, sic enim Apostolus argumentatur. Si circumcisio legem violanti non patrocinatur circumcisio, sed perinde est ac si fœderis signaculo nunquam initiatus esset: Igitur si circumcisus iustitias legis custodiat, eius præputium seruanti legem proderit, & de populo Dei, perinde ac circumcisus censebitur. Non enim cæremoniis, sed animorum innocentia, & sinceritate coram Deo agendum est. Nam circumcisio non est ipsa perfectio, sed initiatio ad legem seruandam peculiari ratione obligans. Finis igitur illius est obseruatio legis, quam qui sine circumcisione præstat, melior est eo, qui solo signaculo, transgressor legis, gloriatur. Neque enim circumcisio est κατόρθωμα τοῦ ἔχοντος, nec ἀγαθῆς προαιρέσεως ἀπόδειξις vt inquit D. Chrysostomus. Non est circumcisi virtus aut meritum, *nec bonæ electionis argumentum*, cum ætate immatura sit peracta.

§. 3. Distinctio quam Origenes attulit, inter τὸ φυλάττειν τὸν νόμον, & inter τὸ τελεῖν potest retineri, nam τελεῖν est absolutius aliquid, atque perfectius, quam φυλάττειν, qua propter & Syrus vtitur hic verbo גמר quod est perficere, vnde גמיר dictum est ὁλόκαυστον, quod sit inter sacrificia omnia absolutissimum, & præstantissimum. Eandem distinctionem Græca Scholia retinent. D. Chrysostomus etiam triplicem νόμον agnoscit hoc loco; φυσικὸν γραπτὸν, & νόμον τῶν ἔργων, *legem naturalem, scriptam*, & præter illas tertiam quæ est *operum*, absque qua eliquæ duæ damnationem adaugent.

§. 4. Non recte Beza vertit: τὸν νόμον τελοῦσα, *si legem seruet*. Nam oratio Pauli est hic absoluta, non Beza de conditionata, non igitur causa fuit interponendæ suo addit. coniunctionis. Si enim verba Græca perspicue conditionatam propositionem efficiunt, non erat vlla causa mutandi textus, si in Græco non erat, cur Latino illeuit? Alia causa non est, quam vt Bullingero, & Caluino, qui ea imposturâ ante verbum Dei adulterarunt, patrocinaretur. Deinde non fuit hæc conditio impossibilis. Apostolus minatur fore vt ἀκροβυστία iudicet Iudæum, & iudicet illa quæ consummat legem. Hoc nihil efficit, quin potius contumaciam, superbiamque augebit. Excipient enim illi, & dicent. Hoc fieri non posse. Inanes esse & nugaces minas, quarum nunquam effectus esse possit? Tertio exempla quæ Caluinus adducit, validissime eum confutant. *Quemadmodum*, inquit, *illud: Regina Austri veniet, Item viri Niniuitæ surgent in iudicio*. Hæc ille; vtraque non ad personas, sed ad exemplo esse referenda. Verum nihil puerilis illa distinctio pro hæresi facit. Exemplo enim personarum sunt, cum vero fit inter personas collatio, veritas exemplorum est necessaria. *Viri Niniuitæ*, inquit, Caluinus æterna veritas Matth. 12. 41. *surgent in iudicio cum ge-* textum cor*neratione ista, & condemnabunt eam: Quia pœnitentiam* rumpit. *egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in Iudicio cum generatione istâ, & condemnabit eam. quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic.* Ita futurum absolute veritas pronunciat, impossibilem esse hypothesin acclamat hæresis. An non ergo Regina Austris, discipula Salomonis, Iudæos Christi magisterium tot miraculis comprobatum repudiantes non damnabit? An non præputiati Nineuitæ sua pœnitentia Iudæorum incircumcisa corda arguent? Quid Iudæorum fucatissimi vel impudentissimi Christo aliud respondêrent, quam quod Caluinus finxit. *Nempe nec Regina Austri, nec viri Niniuitæ nos damnabunt. Hæc dicuntur per hypothesin aut, impossibilem.* Qualis est igitur disputator Paulus, vel ipse Dominus. qui vt Iudæos ad molestiam reuocet, & pœnitentiam suadeat, homines illis præfert, iudices dat, quos illi non modo sciant esse non posse, sed ipse etiam qui illud docuit? ac si quis Alexandro magno de pluribus mundis dubitante dixisset. Si quispiam plurium mundorum Dominus esset, eo fore potentiorem, sed mundos plures esse non posse. Contra eosdem argumentum firmum sumitur ex versu sequenti, sed hoc iam iam expo-
nam.

VERSVS 28. & 29.

Non enim qui in manifesto, Iudæus est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio.

Sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus sed ex Deo est.

QVÆSTIO I.

Quomodo differant hic litera & spiritus?

Literalis sensus est tenendus.

§.1. VEhementer errarunt, & Scripturæ veritatem deprauarunt, qui nomine literæ, quæ 2. Cor. 3. 6. dicitur occidere, intelligunt literalem sensum sacrarum literarum, nomine spiritus sensum mysticum. Nam licet vterque sensus à Spiritu sancto propositus sit, tenendus est tamen præcipue literalis & historicus. At illi neglecta historia, pro verbo diuino allegorias, anagogas, & deliras moralizationes venditarunt. Risi cum gesta Romanorum moralizata legerem, quia omnia Quiritium erant in mysterio, sed diuinis elogiis, ad ineptas allegorias abuti insipientum est, sensum literalem contemnere, aut noxium vocare impiorum. Cum enim dicitur: diliges Dominum Deum tuum ex corde tuo, &c. Id quod literali sensu imperatur, tenendum est, mysticum non reiicio; nam in multis primarius.

Litera non est lex cærimonialis duntaxat, sed etiam moralis, quia opponitur in vniuersum, & hic, & 2. Cor. 3. 6. capite, spiritui. Itaque latius patere debet quam cærimoniæ.

Litera & circumcisio non est tantum literalis circumcisio: Quia vers. 27. Per literam & circumcisionem, legem dicuntur Iudæi violare, sed non per solam circumcisionem id agebant.

§.2 Litera seu γράμμα, est νόμος γραπτὸς, seu lex Iudæis scripta, & literis in tabulis efformata digito Dei, deinde per Mosen, Prophetasque variis librorum monumentis scripta, non modo decalogus, sed quicquid sacrorum elogiorum ad nos peruenit. Itaque recte sensu Syrus, & expressit: vocauit enim כתבא *Scripturam.*

Lex vt sine gratia consideratur est litera occidens.

Litera non est lex scripta quocunque modo accepta, sed vt consideratur lex separata à Christo, seu mandatum minans & imperans, atque etiam promittens sine gratia, atque hoc adeo dicitur litera occidens, & per hanc literam sine auxilio gratiæ iubentem ac notantem, legis præuaricatores sunt Iudæi; lex enim scripta sine adiutorio gratiæ cupiditates inflammauit, atque ex ea occasio violandæ legis orta est. Itaque humana infirmitate contigit, vt lex esset causa, cur lex non seruetur. Ita Augustinus de spiritu & litera, vbi exponit, quid sit litera occidens. cap. 4. *Doctrina quippe illa qua mandatum accipimus, continenter recteque viuendi, litera est occidens, nisi adsit spiritus viuificans.* Hoc enim non figurate sed proprie dictum existimat, & probat. Et lib. 15. contra Faustum c. 8. At ista vera sponsa Christi, cui de diptycho lapide fronte impudentissime insultas, intelligit, quid distet inter literam & spiritum: quæ duo dicuntur alio modo lex, & gratia, & non iam in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus Deo seruiens, non est iam sub lege sed sub gratia.

Hinc perspicuum euadit, quomodo Iudæi per circumcisionem & legem, legis præuaricatores fuerint. Finem enim legis, ac proinde legitimum vsum ignorabant, cuius munus erat ad Christum deducere, ipsi enim solitaria lege, fidebant. Christi gratiam necessariam non putabant, ideo factum est, vt per legem ipsam violarent legem, dum gratiam qua sola seruari lex potest, aspernantur, apertéq; præuaricatores legis esse conuincuntur, dum sola lege seorsum à gratia gloriantur. Hinc & litera legis, quæ est velut cadauer sine vita gratiæ, eos occidere dicitur, quia in animo hostium gratiæ peccatum irritat, vt fiat supra modum peccans peccatum. Ex eadem acceptione 1. Cor. 15. 56. *Virtus peccati lex dicitur*, quia lex sine gratia irritat, & auget peccatum, & 2. Cor. 3. 6. & 7. lex definitur, *Διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ministratio mortis in literis*, Moses enim sine Christo consideratus mortis est minister, iubens & velans, mortisque pœnam proponens, auxilia, constantiamque obtemperandi iussis non dabat.

§.2. Præuaricator legis dicitur Iudæus admodum propne. Est enim παραβάτης & latinis præuaricator, qui corruptus à reo ab accusatione desistit, vel eam ita tractat, vt reo elabendi potestatem faciat, suas autem partes deserat. Qua de præuaricatione multa apud Iuris consultos ff. T. de præuaricatione, *qui est* is lib. 6. Pœnâ vero præuaricator afficitur eadem, qua ipse teneretur, si ipse in legem commisisset, qua reus per præuaricationem absolutus est, eadem ratio est, cum in comœdiis dicitur παραβαίνειν qua in aduersam partem curas transit. Hac inquam ratione Iudæi sunt constituti præuaricatores, non modo, quia à recta norma vitæ, officiique recesserunt, sed quia in aperto Iudæi, in lege gloriabantur, ea se teneri, eam seruare iactabant, occulte vero eam negligebant, & corrupti à concupiscentia, legem oppugnabant, eamque adeo fœde tractabant, vt gentibus occasionem blasphemiæ perpetuam præberent.

QVÆSTIO II.

Quis in manifesto, & quis in abscondito?

§.1. SEnsus ita constituendus est. Non enim qui in manifesto Iudæus est, hoc est, qui habitu, sacrificiis, tabulariis se probat Iudæum esse, & Iudæus apparet, ille apud Deum Iudæus censetur, neque circumcisio quæ est in manifesto, quæ oculis videri potest, quæ carnē signat, illa apud Deum censetur circumcisio. Sed qui in abscondito Iudæus est, cuius animus pie ac deuote Deum confitetur, qui iustus est, ille Deo vere Iudæus est. Et circumcisio cordis, hoc est, nouitas vitæ, subactis concupiscentiis.

§.2. Circumcisio illa ἀχειροποίητος non manifesta, dicitur facta in spiritu, circumcisio cordis, quod interiores animi vires non corpus afficit, quod fiat infusione Spiritus sancti, non imperio literæ mandantis. Est igitur circumcisio in spiritu, quia illâ spiritus renouatur, & componitur, & in verum amicitiæ fœdus recipitur. Secundo; in spiritu, quia donorum spiritalium ac iustitiæ collatione peragitur. Tertio, quia opus est Spiritus sancti, cuius est fidelium animas beneficentiæ suæ

[illegible] siquem [illegible] ... dinus de [illegible] & [illegible] intelligit [illegible] in [illegible] ... in s ip nt lis esse [illegible] ... oris est Apostolo, [illegible] loque [illegible] ... uet. Hæc circumcisio lau[illegible] ex Deo, non ex hominibus, illa [illegible] Cyrillus lib. 4 in [illegible] cap. 51 signum erat futurorum bonorum, & huius circumcisionis spiritalis.

QVÆSTIO III.

Quomodo hinc probetur fore vt Iudæus occultus iudicet eum qui est in aperto Iudæus?

§. 1. PArticula caussalis ENIM demonstrat dari rationem, cur Gentilis legem consummans sit iudicaturus Iudæum legis præuaricatorem. Ex quo hoc primum contra sectarios teneo. Non esse conditionem illam impossibilem, quam Apostolus non modo ait, ita futurum, sed etiam allato argumento probat. Illi quidem, cum dicit Paulus, *Præputium consummans legem te iudicabit*, aiunt conditionem esse impossibilem, Paulum faciunt ineptum disputatorem, vt supra docui, nunc vero [illegible] probare [illegible] insanum. Quid enim stultius fingi potest, quam eius probationem à Paulo adhiberi, quod ipse docet esse impossibile?

[illegible] *impossibile.*

Argumentum Pauli ad formam redactum, ora omnibus aduersariis obtundit. Qui est Iudæus in occulto, habens circumcisionem cordis in spiritu, non in sola litera, cuius Iudæi laus est ea Deo, non ex hominibus solum, iudicabit te Iudæum legis præuaricatorem, sed Præputium legem consummans est Iudæus in abscondito, corde circumcisus, in spiritu, non litera, habens laudem non ea hominibus, sed Deo. Præputium igitur legem consummans iudicabit te Iudæum legis præuaricatorem. Hæc est ratiocinatio Apostoli, quam falsissimam dicere necesse habent, qui conclusionem eius dicunt esse impossibilem, cum ea veris [illegible] verum colligatur. Ea eadem in elligimus, quod sit ἀκροβυστία τελοῦσα τὸν νόμον. *Præputium legem consummans*, nempe Iudæus in abscondito, cuius animus prauis affectibus amputatis sit circumcisus, qui laudem habeat ex Deo. At vero talis Iudæus aliquis non ex se, sed ex Dei gratia, & re ipsa inuenitur, omnis nempe qui est sub gratia, qui non in vetustate literæ sed in nouitate spiritus ambulat. Vbi igitur sunt qui Apostolũ mendacii arguunt, quod sit impossibile esse ἀκροβυστίαν τελοῦσαν τὸν νόμον? Si enim esse non potest præputium legem consummans, non potest esse Iudæus ille in abscondito, non igitur renouatio, non gratia, atque ita gratiæ diuinæ præposteri præcones, gratiam penitus tollunt. Litem decidat Augustinus de spiritu & litera cap. 20. & 21. *Ecce [est] vnde apostolus ait, quod supra commemorauimus, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis; quia non atramẽto sed spiritu Dei viui. Nec ob aliud arbitror in eo loco Apostolum voluisse commẽmorare testamentum nouum: ibi quippe ait, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu, nisi quia illam intuebatur prophetiam, cum diceret. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniam hic dictum est, in cordibus eorum scribam eas, vbi nominatim promissum est testamentum nouum. QVID sunt ergo leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo præsente diffunditur*

Heretici gratiam tollunt.

charitas in cordibus no[illegible] ... est plenitudo. Nam [illegible] testamenti [illegible] sunt [illegible] (exceptis [illegible] quæ vmbræ [illegible], sicut est circumcisio, & sabbat[illegible], & alia dierum [illegible] tiones, & quarundam escarum carimonia, & [illegible] sacrificiorum, sacrorumque ritus quæ vetustati carnali [illegible] iugoque seruili congruebant) talia contineant præcepta iustitiæ, qualia nunc quoque obseruare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis sine figura adumbratæ significationis expressa sunt sicut est, non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quod aliud est mandatum, quod in hoc sermone recapitulatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum: tamen quia in eo sicut dixi, promissa terrena, & temporalia recitantur, quæ bona sunt huius corruptibilis carnis, quamuis eis sempiterna atque cælestia ad nouum scilicet testamentum pertinentia figurarentur, nunc ipsum bonum cordis promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est, intelligibile bonum, cum dicitur, dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Vnde significauit eos non forinsecus terrentem legem formidaturos, sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos. Et paulo ante. *Lex ergo data est, vt gratia quæreretur: Gratia data est, vt lex impleretur. Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis. Quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit. Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Vnde & in isto prophetico testimonio, Consumabo, inquit, super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum: quid est consumabo, nisi implebo, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti.*

Hinc manifestum est, cum dicitur quispiam aut legem seruare, aut iudicaturus, non esse id quod dicitur impossibile.

QVÆSTIO IV.

Quomodo præterea hunc locum deprauarunt?

§. 1. BEza hoc loco: *Itaque insignis est hic locus refellendo errori, tum operis operati, tum eorum qui signis ipsis attribuunt, quod est vnius Spiritus sancti, qui est κύριος ἅγιος, & ipsius fidei, & ipsorum effectorum.* Itaque signa negat habere quicquam vi [illegible] nisi nobis admonendis. Eos autem qui instrumentis plus tribuunt, magos, & vere idololatras vocat.

Respondeo. Nihil contra opus operatum confici ex circumcisione. Ideo argumentum nullum Beza construit, sed affirmat duntaxat errorem. Quomodo enim sequitur. *Non enim qui in manifesto, Iudæus est, & circumcisio in carne non est circumcisio, sed quæ in spiritu.* Igitur Sacramenta nouæ legis non conferunt gratiam ex opere operato? nos enim inter circumcisionem, & nouæ legis sacramenta grande discrimen quoad efficaciam constituimus.

Deinde etiam si hæc baptismo accommodemus, aliisq; ac dicamus: Sacramentum illud Christianæ regenerationis sine bonis morib. nihil prodesse, non tamen efficitur, ex opere operato non conferre gratiã Christianæ legis sacramenta. Aliud est enim, in ficta vel scelerata mente non obtinere vim suam diuina mysteria, quod nequitia hominum obsistat, aliud vero omnem illis etiam quam sacra Scriptura attribuit [illegible] detrahendã esse. *Sacramenta agunt ex opere operato.*

Quod

[illegible] ut, sed potius commen[illegible] in animis [illegible] lium nou[illegible], & [illegible] deundem ef[illegible] biliter vtat[illegible]. Potest ille de pet[illegible] de aqua ignem e[illegible] instrumentis vatius [illegible] tubrium, d[illegible] uidere Iordanem, cur non [illegible] aqua tanq[illegible] organo renouationis poterit, ad efficiendum in anima quod ipse voluerit? V[illegible], inquam, si non tactu, & Physica actione, saltem morali efficientia. Quid enim si Deus circumciso, & [illegible] gitime loto suam gratiam infundere velit, quis [illegible] lolatra est [illegible] credat id eum p[illegible]sse, imo quis pius nisi q[illegible] edit[illegible]um facere, cum dixerit ipse se facturum [illegible] baptismum dic[illegible] per Apostolum suum Petrum, 1. Pet. 3. 21. cum vocatur à Paulo Tit. 3. 5. lauacrum regenerationis.

[illegible] 2. Pareus hinc deducit distinctionem Ecclesiæ visibilis, & inuisibilis, nec esse Ecclesiam veram, [illegible] tantum est in propatulo, sed quæ est intus: [illegible] ncta sanguine & spiritu Iesu Christi. Respondeo. Hac in parte i[illegible]lum à cæteris hæreticis differre, nam ait Dominum nouisse qui in promiscuo Ecclesiæ [illegible]

[illegible] sia vi-
[illegible] sibilis.

[illegible] cant esse peccata m[illegible] fateantur [illegible] plurima peccata committere [illegible] lesia e[illegible] alia non potest, quam hom[illegible] quibus tamen peccata nulla Deus i[illegible] tur quætas quæ sit Ecclesia? respond[illegible] constare sibi velint, omnino debebunt. C[illegible] esse impiorum, peiurorum homicidarum [illegible] terorum, furum, sed quos Deus ad[illegible] nam [illegible] el[illegible] gerit, nec peccata illorum ipsis im[illegible] utet, sed penitus dissimul[illegible]. E[illegible] igitur [illegible] la E[illegible] quædam, sed cui omnia peccata non modo [illegible] imponia, sed cui oec iustitiam, ne[illegible] nctitatem facinus vllum auferat, aut flag[illegible] Nam huius Ecclesiæ laus est ex D[illegible], non [illegible] nibus, Deus enim omnia [illegible] la videns, [illegible] κατ ὄμμα, nullis huius Eccl[illegible] æ sc[illegible] ler[illegible] bus [illegible] titatur, sed omnia penitus dissimulat, obtegitque.

* *
*

CAPVT TERTIVM.

QVID ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? (secundum hominem dico) Absit. alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non (sicut & blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos, & Græcos omnes sub peccato e[illegible]e, sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam: non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est [illegible]ut tur eorum, linguis suis dolosè agebant: Venenum aspidum sub labiis eorum: Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem: Contritio, & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt: Non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quæcumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur: vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per le[illegible]em enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à lege & Prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: non enim est di[illegible]inctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsi[illegible] ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. [illegible]bi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? Immo & Gentium. quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

IN CAPVT TERTIVM

ARGVMENTVM.

PERSPICVE duorum populorum se mutuo impetentium hactenus arrogantiam redarguit atq; compressit: nunc propositum vrget, & Gentes pariter ac Iudæos suorum dedecorum incuriosos, alienorum vitiorum insectatores acerrimos vera liberaque censura notatos, ad suam conscientiam domi intuendam retrahit, atque diuino tribunali sistit. Iudæos quidem non seruatæ reos in Deum legislatorem contumeliosos, Gentes in seipsas, naturamque iniurias pati exitio deuotas ostendit. Durum illud, & asperum Iudæis visum: populum electum, peculium Domini, hæreditatem Israëlis in ordinem redigi, gentibus æquari. Quin hoc ipsum oraculis & promissionibus aduersari contendebant. Si enim pares sunt, si nulla prærogatiua Iudæo, cur pópulum sibi carum Deus nulla vtilitate tot legibus obstrinxit? Quorsum tam seueræ legum sanctiones, tam laboriosa mandatorum molestaque custodia, si inde nihil commodi cultoribus accedit? Responsantibus ita occurrit, vt Iudæos priuilegiis suis non spoliet, nec ex lege tamen Iustos fuisse demonstret. Intem suam Prophetarum promissa allegabant illi, at Paulus eisdem ex tabulis testimonia contra eos producit, & peccatores esse conuincit, non vt contumeliam genti suæ faciat, sed vt fassis veniæ viam, & salutem, quæ in Christo est, patefaciat. Melius intelliget ut Paulus, si eius temporis mores, vitiaque noscantur. Pharisæorum plerique in cęrimoniis ita iustitiam collocabant, vt ab animis eam exulare sinerent. Ita Burgensis comm. ad Iacobi 2.10. Imo parte legis impletá iustos dicebant. Notandum est inquit, quod B. Iacobus hoc docet contra falsam doctrinarum Pharisæorum, qui legem diuinam falso interpretantes communiter tenent, quod ille qui plura mandata communiter seruat, & tamen in paucis transgreditur, nihilominus est iustus apud Deum. Quamuis igitur, quædam conspecta flagitia negare non possent, sanctitatis tamen opinione tumebant, ita vt à peccatoribus tangi nollent. Matth. 9.11. Luc. 7.39. Quin & in Iochasin legitur, Pharisæos non permisisse *se tangi à populo terræ.* Ridiculum est quod de illis Epiphanius narrat. ἔχουσι καὶ ἄλλα τινὰ ἀνοίας ἔθη παλαιὰ ὕδρῳ κλυζόμενοι ἀπὸ ξένης ἐλθόντες, μεμιασμένοι δῆθεν. ὕδατι σὺν ἱματίοις βαπτιζόμενοι ἐὰν ἅψωνται ἑτέρου τῶν ἀλλοεθνῶν, μιασμὸν γὰρ ἡγοῦνται τὸ τινὸς ἅψασθαι, ὅτι θίγει ἄλλου τινὸς ἀνθρώπου ἀπ' ἄλλου δόγματος. *Habent & alias amentiæ consuetudines antiquas, vt lotio lauentur cum peregre venerint, quasi inde polluti. Aqua cum vestibus baptizentur, si alienigenam tetigerint. Contaminationem enim putant alterius dogmatis hominem tangere.* De Dositheis idem affirmat: *Eos abominari cæterorum attactum.* Iudæorum superbissimos mores imitati sunt Samaritani, qui si alicui non suæ sectę homini occurrerent, exclamabant, *Ne me tangas.* Vide quę Scaliger lib. 7. de emend. temp. recenset ex Arabe Geographo. Vetustissima fuit illa Iudęorum arrogantia, apud Isaiam 65. 5. *Qui dicunt, recede à me, ne appropinques mihi, quia immundus es.* Vbi 70. interpretes ὅτι καθαρός εἰμι *Quia mundus sum.* Cum illis ingeniis fastuque Apostolo certamen erat, agendumq; vt se in peccatorum numerum referri paterentur. Nec minor in gentibus insania, quorũ spurcissimi in sacris contaminatissimis clamabant: ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι, *procul este profani.*

In Ecclesia Syra à vers. 19. ad finem legitur festo Martyrum.

VERSVS 1. & 2.

Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circumcisionis? Multũ per omnem modum, primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei.

QVAESTIO I.

Quæ vtilitas Iudaismi?

§. 1. OCcupatio est: Iudæis enim occurrere promptum erat: An ergo frustra à Deo præ Gentibus electi sumus? Poterat non minimum illa res etiam mouere Gentes: nam abiectione Iudęorum, Prophetarum oracula in irritum cadere videbantur. Responsum vrgent: *Quid est amplius?* περισσὸν quod abundantiam, superfluum, & eximium aliquid significat. Hoc loco posteriore modo accipitur, & id quod præstantius, eminentiusque est, quoque Iudæi Ethnicos superant designat, sic & illud: τί περισσὸν ποιεῖτε; *Quid amplius, excellentius facitis?* Syrus vertit יתירותא *Iethirutha,* quod *supereminentiam* significat. Quia vero Paulus dixit: circumcisionem, nisi lex seruetur pro præputio haberi, & præputium seruantibus pro circumcisione esse, inuidiose quærunt; *Quæ vtilitas circumcisionis?* An frustra post dolores, & teneræ ætatis pericula, & ad hoc tantum circumcidimur, vt probro simus Gentibus? vt apellæ, & apopsiloti nominemur?

§. 2 Respondet Apostolus *multum* superesse Iudæo, & quidem *per omnem modum.* Græca lectio

variat:

variat: exemplaria multa habent πολὺ *multa*, nempe ὠφέλεια vtilitas: alia πολὺ *multum* scilicet est *amplius est*. Verùm retinenda est Latina lectio constans opposita varianti Græcæ. Deinde Patres Græci habent πολὺ, vt Chrysostomus aiit. Denique generatim respondet quæstioni generali, de Iudæorum prærogatiua. Aliam Beza causam reddit, quod cum vsus sit duobus fœmininis περιτομή, & ὠφέλεια, obscura videri posset responsio, si dixisset πολλή, tam enim ad περιτομήν, quam ὠφέλειαν referri posse. Verum quis adeo sine sensu esse queat, vt non videat, esse sensum ineptum, si interroganti: *quæ vtilitas circumcisionis?* respondeatur: πολλὴ περιτομή, *multa circumcisio*. Non est enim circumcisio vtilitas circumcisionis.

Gra. lectio.

§. 3. Nec multum dûtaxat, sed κατὰ πάντα τρόπον, *per omnem modum*. Syrus, *in omni re*. Nam à Deo electi sunt, defensi, terra promissionis donati, quæ Deut. 7. 6. & 32. 9. & 4. 7. & Psal. 147. 8. illis collata narrantur, acceperunt, & quæ hic recenset Apostolus. Quocunque se vertunt, cuncta diuinis plena beneficiis conspiciunt, nec tamen immerito in ordinem rediguntur, cum omnibus illis sint abusi bonis. Vere itaque monet Chrysostomus, Apostolum non τὰ κατορθώματα αὐτῶν, ἀλλὰ τὰς τοῦ θεοῦ εὐεργεσίας ἀπαριθμῆσαι, non inquam ipsorum virtutes, sed Dei beneficia numerare.

Eloquiorū donum Dei est, non laus Iudæorum.

§. 4. Beneficium insigne principio producit; Primum dicit *illis credita eloquia Dei*. In quo omnia verba sunt expendenda. Primum in Græcis aliqui codices habent πρῶτοι γὰρ ἐπιστεύθησαν, primis enim credita sunt. Alii πρῶτον μὲν γὰρ, alii πρῶτον μὲν ὅτι, primum quidem &c. sic & noster legit interpres & Syrus, & Chrysostomus. Verbum πρῶτοι Origenes ad tempus retulit: Primis enim Iudæis eloquia credita sunt, quæ cum illi contemnerent, ad gentes translata sunt. Alii ad dignitatem referunt. Nam præcipuum ex priuilegiis erat, publici fœderis inter Deum & homines tabulas apud Israelem esse depositas: non enim fecit taliter omni natione, & iudicia sua non manifestauit illis. Mihi videtur ad vtrunque posse rectissime referri. Illis enim prius sunt commissa & summo solatio fuêre. Neque refert quod in Græco textu non sit verbum *illis* licet Origenes, & Theophylactus legisse videantur. Nam cum Græce dicatur ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια θεοῦ, subauditur αὐτοὶ illi, nempe crediti sunt eloquiis Dei, seu ita illis creditum est, vt acciperent eloquia Dei. In Latino, nisi addatur *illis*, deficiens & obscura erit oratio. Chrysostomus expressit. τὸ δὲ ἐπιστεύθησαν, ποῦ τινες φασὶν, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια; τί οὖν φησιν; ὅτι ἐδέξατο αὐτοῖς ἐπίστευσεν, οὐχ ὅτι αὐτοὶ τοῖς λογίοις ἐπίστευσαν. Si non crediderunt, quomodo quidam dicunt, quod credita sunt illis eloquia? Quid igitur dicit? Quod Deus ipsis crediderit, non quod ipsi eloquiis crediderint. Qui vetere ms' uerunt: *commissa sunt illis eloquia*, minus commode sententiam expresserunt; nam suspectæ fidei hominibus interdum committimus, quibus non credimus. Deus illis credidit, non ignarus plurimos se bonæ fidei depositarios in illa gente habere.

§. 5 Summum fuit beneficium eloquia Dei manu tenere, fides inde ortum habuit, cultusque Dei, & pietas, multi itaque ex Iudæis seruati sunt, ex gentibus pauci. Hinc illis promissus & missus Christus, minister circumcisionis qui negat se alio missum, quam ad oues domus Israel Matth 15. 24.

λόγια. Eloquia.

λόγια Græcis dicuntur, noster vertit *Eloquia*. Erasmus nostrum reprehendit, quod non verterit oracula. Verùm ipse accusationis suæ immemor 1. Petri 4. etiam vertit *Eloquia*, vti & Beza hoc loco. Licet nouatores plerique oracula malint dicere; λόγια vocant nonnulli quæ soluta oratione à numine χρησμοὺς quæ carmine pronunciantur: verùm illa distinctio, nec in sacris, nec exoticis auctoribus obseruatur. λόγιοι dicuntur oratores, Poetæ, oraculorum interpretes. A Syro λόγια vocantur מלוהי *mallahe, verba*. Sic Psal. 117 אמרות *amaroth*. Item; 68. 12. & 10. 5. sæpe etiam הדברים verba, vocantur κατ' ἐξοχὴν, sic & Paulus, qui laborat in verbo. Sic Prouerb. 25. 2. Deut 30. 34. Act. 7. 38. Noster frequenter eloquia vertit & raro malo, quam oracula; nam totam sacram doctrinam continent, & Chrysostomus non modo χρησμοὺς sed etiam legem nominat. ἐνεχειρίσθησαν τὸν νόμον, *in manus est illis tradita lex*. Itaque non est restringenda significatio ad sola propriè dicta oracula, quomodo Thucydides, Plutarchus, Herodotus, Aristophanes vsurpant.

Oracula.

Nec eos probo qui elogia dicere maluerunt: etsi enim vere sunt elogia, vel eclogia, illud tamen verbum est admodum ambiguum. *Elogium est enim rei cuiusque titulus vt Papias docet.* Calpurnius Flacc. declam. 17. *Inferam te maiorum sepulchris, & elogio quod optasti nomen inscribam.* Ita Cato apud Gellium, lib 3. cap. 7. Spartianus in Seuero. Vulcatius in Auidio Cassio. Hinc Tertull. Apolog. cap 2. de elogiis reorum, & Iouis. Arnobius in fine lib. 4. *Insoluta probra Numinum, & maledictionis elogia vocat, eam insaniam Numinum propudiosis publicamus in fabulis.*

Elogia.

Eloquia ergo Dei illis credita sunt, sed iam alienæ sunt possessionis, verum ea exciderunt, nec nobis proderit, accepisse, nisi dicto pareamus. *Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.* Psal. 118.

§. 6. Itaque nec circumcisio, nec vlla cærimonia Iudaismi iustificabat. Etsi enim multa illis lex conferret, & Paulus concedat, iustitiam tamen ex illis esse negat. Qua de re Bellarminus lib. 2. cap. 16. de Sacramentis.

Lex Dei accepta seruata est.

VERSVS 3. & 4.

Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas, cum iudicaris.

QVAESTIO I.

An incredulitas fidem Dei euacuare possit?

§. 1. GEntium est illa contra Iudæos insultatio, quam lenit, cum dicit: *Quid enim si quidam illorum non crediderunt?* cum maxima pars fuerit infidelis. De perfidia Iudæorum plena est historia, & oracula Prophetarum. Consule Psalmum 77. & 105. Ezech. 3. 7. Ioan. 5. 46. Quod in Chrysostomo legitur: *Apparet autem omnes fuisse incredulos*, interrogationis addito legendum est signo,

Promissum proptsr eos fidem non tollit. ... Quæ vero Apostolus infidelitate hominum fidem Dei evacuari. Fides Dei est fidelitas seu in promissis constantia, non fides hominis. Quare pueriliter, vt solet, Pareus hallucinatur, cum Bellarminum impugnat. Ille lib. 2. de iustificatione c. 4. sic argumentatur. *Iustitia formalis est in Deo, Christo, Angelis, beatis, fides in illis non est: iustitia igitur non est fides.* Respondet Pareus, fidem absolute Deo non derogandam, nam hic dici fidem Dei. Inanis illa est malitia, si fidem Deo tribuit, ea significatione qua Bellarminus negat, infidelis est. Si alio sensu fides est in Deo, alio in nobis, nihil ad versum respondet. A Bellarmino didicit, fidem pro fidelitate Deo conuenire. Et Scholia Græca interpretantur τὸ πιστὸν, τὸ ἀληθὲς, τὸ πανταληθὲς, τὸ ἀμετάθετον. *Fidelitas, veritas, perfecta veritas, immutabilitas.* Vide & Theodoretum contra Græcos. Orat. 2. de principiis. Dei igitur illa fides est, vt quod absolute promisit, ne totius quidem mundi peccatis euerti possit ἐν κατηργήσει, non irritam, aut inanem reddet malitia infinitam veritatem. Idem Paulus non sine abominatione quæstionis impiæ respondet, μὴ γένοιτο, absit. Syrus חס chem, bocest, propitius, sis, vel parce, ne tantam blasphemiam ve laniimo concipiamus, vel ore promamus, vt immutabile inertiæ voluntatis decretum, hominum delictis cessurum iudicetur. Germani in simili causa dicere solemus. Behüt vns Gott. Deus nos custodiat, ne ista dicamus.

Iudæi legis desertores. §. 2. Non sine causa ista Gentiles exprobrabant. Tempore Christi, & quod multis annis antecessit, magna pars Iudæorum legem deseruerat. Saducæi multi erant, qui aut Epicurei erant, aut eorum Patriarchæ. Ita Abrabam Zachut in Iuchasin. *Sadoc & Barthos* (erant hi principes Saducæorum) *erant principes hæreticorum Epicureorum.* Ideoque & Philastrius ait; *eos veras Epicureorum dementiam, quam diuinæ legis iura sectatur.* Ea de causa monet etiam liber Aboth. cap. 2. *Esto in studio legis vigilans, vt habeas, quod respondeas Epicuro.* Eædem pene erant vtrorumque maximæ, & κύριαι δόξαι. In eo consentiebant, vt dicerent, Θεὸν οὔτε δρᾶν τι κακὸν, ἢ ἐφορᾶν. *Deum nec mali facere quicquam, nec videre.* *Saducæi Dei prouidentiam tollunt.* Ita testatur Abraham Zachut, negabat enim diuinæ prouidentia mundum regi, homines sua sibi prudentia fortunam fingere. Et Iosephus l. 13. antiq. ἀπέτην δὲ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς τίθενται, ὡς καὶ τῶν ἀγαθῶν αἰτίους ἡμᾶς γινομένους, καὶ τὰ χείρω παρ' ἡμετέραν ἀβουλίαν λαμβάνοντας. *Omnia vero in nobis ipsis ponunt, vt qui bonorum nobis causa simus, & in mala nostra temeritate incidamus.* Ex hoc principio ait idem Iosephus lib. 2. cap 12. antiq. τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας καὶ τιμὰς ἀναιροῦσι. *Quæ apud inferos sunt pœnæ & supplicia, negant.* Spiritum, Angelos, animatum immortalitatem inficiabantur. Quod multi aiunt eos Musen recepisse, non alio modo factum credo, quam ne summo apud populum odio flagrarent. Nam si Deum prouidentia spoliabant, non poterant probare Mosen docentem, omnia eius nutu gubernari. Atque hæc bona pars Iudæorum, etiam Gentilium teterrimos æquabat. Pharisæorum plerique non erant meliores, & fidem suis traditionibus legemque tollebant. Misericors tamen & miseratus Dominus tam impios non abiecit, sed redemptorem misit. Vocat omnes, vult omnes saluos fieri, si accedant ad eum, non enim sic vult ve nolentes saluentur. Ideo Iudæi nolentes reiecti, gentes volentes assumptæ. Manet in tanta rerum varietate immotus auctor, & promissorum veritas.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

QVÆSTIO II.

Rectène ex fide Dei certitudo salutis colligi possit?

§. 1. Quicunque Pauli sententiam in timore Dei consideraris, non modo perfidiosæ præsumptionis assertricem non dicet, sed potius expultricem. *Vnus non tollit fidem gesti datā.* Negat Apostolus quorundam Iudæorum incredulitatem obstitisse, quo minus prærogatiua genti concederetur, circumcisionis constaret vtilitas, eloquia Dei illis crederentur. Nusquam dixit: singulorum peccata non obstitisse peccantium iustitiæ. At hæretici hoc consectarium deducunt: Mea, tua peccata non reddunt irritam promissionem. Paulus tantum pronunciat quorundam peccata non inanem reddidisse pollicitationem, qua se Deus genti vniuersæ obligauit, quo satis indicat, eos qui peccarunt, alienos à promissione factos. *Suo sibi quisq; peccato obstat.* Non perdidit gentem Achan, sibi tamen exitium attulit. Deinde infidelitas iustitiam animo pellit, non ergo certus est, quisquis fieri potest infidelis. Caluinus ait *veritatem Dei, efficaciam suam obtinere, & vim exercere, si non in omnibus, saltem in ipsa gente.* Manente ergo fide Dei inconcussa multi pereunt. Quare cuique timendum est, ne salua gente ipse suo delicto pereat.

§. 2. Caluinus hoc loco vel impie docet, vel ambiguitate fallit; cum enim quæsisset: *Quomodo non pendet igitur Dei promissio à fide suscipientis?* respondet: *Dominum per hominum mendacia, quæ alioqui sunt obstacula suæ veritatis inuenturum sibi viam.* Quod si hoc dicere voluit, Promissionem etiam sine fide in hominibus compleri, vitamque æternam operari, hæresin docet. *Promissa pendet fide.* Si vero, promissioni viam pandi sublata infidelitate, fide vero infusa, decipit nos loquendo: promissioni enim tali via per fidem sternitur, à fide dependet, cuius conditionem requirit, vt efficax sit. Simili ratione à vero aberrant, qui nullis operibus promissionis effectum impediri putant. Quibus distinctione respondendum est.

Duplex promissio. Duplicem esse promissionem vt docet Sanctus Thomas secundo secundæ quæstione 171. arti. vlt. Quædam enim promissiones absolutæ sunt, quæ nullo modo ab hominum recte factis, vel peccatis dependent. Sic Christus Isa. 7. absolutissimæ voluntatis decreto non obstantibus Dauidicæ stirpis delictis promittitur. Hæ semper habent suum in hominibus effectum. Aliæ adiunctas habent conditiones fidei, spei, caritatis, quæ sublata hypothesi, & ipsæ tolluntur, manente tamen et amtum diuinæ fidelitatis constantia. Hæc igitur promissio fœderis, circumcisio, eloquiorum apud Iudæos deposituo non pendebat à fidelitate totius gentis, ideoque nec quorundam infidelitate in irritum cecidit. Vtilitas tamen eorundem bonorum peccantium malitia in ipsis clausula est. Erudite Photius apud Oecumenium. τὰ λόγια Θεοῦ μεγάλης καὶ δωρεᾶς καὶ ἐνεργείας ὑπάρχει, ἀλλ' ἐν τῷ τῶν προσδεξαμένων πίστει, καὶ τῷ φυλακῇ αὐτοῖς τὴν ὑπόσχεσιν καὶ ἔκβασιν εἶχον. *Eloquia Dei, magnæ & donationes*

nationes, & beneficia promittunt, sed in fide, & custodia acceptorum substantiam seu fundamentum, & euentum sortiuntur. Eloquia igitur habuerunt, sed vtilitate præcipua caruerunt, nec fidelitati tamen præualuit incredulitas, sed ab eadem dum præmia expectat, supplicus plectitur.

Exempla pereuntium mouere neminem debent.

Magnam ex ea re consolationem capere potest anima quæ versatur vel inter hæreticos orthodoxa, vel inter impiobos deuota. Quamuis multorum erroribus infestetur, aliorum sceleribus affligatur, nouit tamen Dei in defendenda Ecclesia nunquam defectura constantiam. Ita Cyprianus Epist. 55. *Nec quenquam fidelem & Euangelii memorem, atque Apostoli præmonentis mandata retinentem, mouere debet frater charissime, siquidem in extremis temporibus superbi, & contumaces, & Sacerdotum Dei hostes, aut de Ecclesia recedunt, aut contra Ecclesiam faciunt; quando tales nunc futuros, & Dominus, & Apostoli eius ante prædixerint. Nec præpositum seruum deseri à quibusdam miretur aliquis; quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei Patris factorum suorum testimonio comprobantem, discipuli sui reliquerint. Et tamen ille non increpuit recedentes, aut granniter comminatus est, sed magis conuersus ad Apostolos suos dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait: Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quoniam tu es filius Dei viui: Significans scilicet & ostendens, eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: Ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognouerit, teneat, nunquam ab eo omnino discedere; & eos esse Ecclesiam, qui in domo Dei permanent.*

Errantium omnium est inconstans opinio.

§. 3. Neque multitudo in malum ruens rapere suo impetu constantes debet. Facile enim sistitur, & gratia diuina retinetur. Vno momento in vituli adorationem populus prosilit, & Aaronem statione deiicit. Auorum memoria celerrimo contagio Lutherismus Germaniam, Caluinismus Galliam quasi quodam transcursu corripuit, nunc vix vnicus est toto orbe genuinus Lutheri asseclа. Caluinum etiam viuum aliquando Geneua pepulit, noua placent nouis, hæresis in sola varietate constans est. Breui omnes illæ hæreses aut veræ fidei, aut nouis opinionibus locum dabunt. Nos vetera & non mutanda iuuent. Nemo se inter hæreticos quietum arbitretur futurum, vbi enim Dei veritas non est, ipsa falsitatis fundamenta semper quatiuntur. Præclare nos monet ea de re Cyprianus Epist. 68. *Nec nos moueat, fratres dilectissimi, si apud quosdam in nouissimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligiosus vacillat aut pacifica concordia non perseuerat. Prænuntiata sunt hæc futura in sæculi fine, & Domini voce, atque Apostolorum contestatione prædictum est: deficiente iam mundo, atque appropinquante Antichristo, bona quæque deficere, mala vero & aduersa proficere. Non sic tamen, quamuis nouissimis temporibus in Ecclesia Dei aut Euangelicus vigor cecidit, aut Christianæ virtutis aut fidei robur elanguit vt non supersit portio Sacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas, & fidei naufragia succumbat; sed fortis & stabilis honorem diuinæ Maiestatis & Sacerdotalem dignitatem plena timoris obseruatione tueatur. Meminimus & tenemus succumbentibus licet & cedentibus cæteris, Mathatiam legem Dei vindicasse fortiter. Heliam, Iudæis deficientibus stetisse & certasse sublimiter: Danielem nec solitudine regionis alienæ nec persecutionis assidua infestatione deterritum, frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martyria: tres item pueros nec annis, nec minis fractos, contra ignes Babylonios fideliter obstitisse, & victorem Regem in ipsa sua captiuitate vicisse. Viderit vel præuaricatorum numerus, vel proditorum, qui nunc in Ecclesia contra Ecclesiam surgere, & fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos sincera mens & religio integra, & non nisi Domino & Deo suo anima deuota, nec Christianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, sed magis excitat, & exaltat ad gloriam secundum quod beatus Apostolus Paulus hortatur, & dicit: Quid enim si exciderunt à fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum, fidem Dei euacuauit? absit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. Si autem omnis homo mendax est, & solus Deus verax; quid aliud serui, & maxime Sacerdotes Dei facere debemus, nisi vt humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta Dominica custodientes, in Dei veritate maneamus? Eadem inculcat Epist. 69. & libro de vnitate Ecclesiæ.*

Orthodoxorum constantiam tum ipsa veritas, tum vero apostatarum mutabilitas stabilit, firmatque.

QVÆSTIO III.

Quomodo Deus verax?

§. 1. INstitutum prosequitur, & probat Dei fidem hominum incredulitate non euacuari. Quia Deus verax est. ἀληθὴς seu ἀληθεύων, *vera dicens. Est enim veritas in dictis factisque seruata veritas*, Fidelitas pastorum seruata fides. *Non est Deus quasi homo vt mentiatur, aut quasi filius hominis, vt mutetur.* Vide & Psalm. 85. Isa. 10. Apoc. 19. Perinde autem est, siue καταργήσει euacuabit, siue καταργήσῃ cum Cypriano, Augustino, aliis dicamus. Quod noster vertit, *est*, in Græco est γινέσθω, *esto, fiat.* Imperatiuus vim asseuerationis affectuosæ habet, Ambrosius Epist. 55. 68. 69 Cyprianus locis citatis. Origenes negat orationem esse optantis, aut iubentis. Etsi enim optare licet, vt Deus sit verax, non tamen vt homo sit mendax. Syrus interposuit [illegible] *ger* quasi legerit γὰρ pro δὲ. Deinde affirmatè vt noster proponit.

Fidelitas Dei immutabilis.

§. 2. Iniuria olim gentes, & deinde Manichæi Christianorum in credendo facilitatem accusabant, vt inter alios Arnobius refert, & refutat. Ostenditque eos immerito nostram *deridere fidem quam habeant in nostra credulitate communem. Et quoniam ridere nostram fidem, inquit, consuestis atque ipsam credulitatem facetiis iocularibus lancinare, dicite ô festiui, & merato sapientiæ tincti, & saturi potu; Estne operis in vita negociosum aliquod, & actuosum genus, quod non fide suscipiant, sumant, atque aggrediantur?* Probat hoc per singula, & concludit, nos vero Deo semper veraci, illos incertis credere. Obiecit & illud Iulianus vt est apud Gregorium Nazianzenum in στηλιτευτικῷ ἡμέτεροι dicebat λόγοι, καὶ τὸ ἑλληνίζειν, ὧν καὶ τὸ σέβειν τοὺς θεούς. *Noster sermo, & Græco more viuere, quorum & Deos colere.* ὑμῶν δὲ ἡ ἀλογία, καὶ ἡ ἀγροικία, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὸ πίστευσον τῆς ὑμετέρας ἐστὶ σοφίας.

Fidē omnes gentes requirunt.

Vestra

Vestra est dementia, ruditas, & supra credulitatem nihil habet vestra sapientia. Quæ eadem Celsus apud Origenem habet lib. 1. Theodoretus eadem refutat Serm. 1. de fide. Augustinus toto pene libro de vtilitate credendi. Respondebit itaque Christianus quod Hieronymus Epist. 19. *Nihil est, quod in vita geri possit, si credulitas non ante præcesserit.* Quod & Rufinus: *Nec agricola semina sulco obruit, & fruges spargit in terram, nisi crediderit venturos imbres.*

Caluinistæ in Dei veritatem blasphemi.

§. 3. Si Deus verax, Caluinianorum igitur detestabilis est calumnia, qua æternam veritatem lancinare conantur. Quis Vorstium audiet dicentem: *Scriptores noui testamenti in leniculis errare, & memoria labi?* Quis Franciscum Iunium etiam atrociora sonantem? nunquam vbi cœpit, impietas sistit. Ille lib. 1. cap. 19. blaspheme pronunciat: *Scriptores noui testamenti aliquando, scientes, prudentes præter veritatem historiæ quædam scripsisse.* Vorstius profitetur ex suis se doctoribus exempla adferre posse. Quod si omnis Scriptura à Spiritu Dei est, si eas Deus ipse commendat velut semper veras, non potest in illis esse falsitas, vt non & Deo veracitas detrahatur. Verùm eo Satan superciliosos hypocritas præcipitat, vt postquam Scripturas pro erroribus longo tempore iactarunt, hæresesque suas illo pallio texerunt, nunc libera contumacia eas falsi arguant: vt Deus non sit verax, nec ipsi mendaces.

Hypocrisis in apertam blasphemiam desinit.

Hæc cum legimus, non videmus fidem totam subuerti? Nam si falsi aliquid in Scriptura dictatum est, vana est fides nostra: Etenim & alia falsi opinione pulsare trepidos animos possunt. Nemo securè credit, vel erranti, vel mentito. Minus perniciosè errant, cum aliquas Scripturas ex canone detruncant, quam cum vniuersas suspectas reddunt. Nos Augustinum Epist. 87. audiamus. *Si ad Scripturas sanctas officiosa fuerint admissa mendacia; quid in illis remanebit auctoritatis? quæ tandem de Scripturis illis sententia proferetur cuius pondere contentiosæ falsitatis obruatur improbitas? statim enim vt protuleris: si aliter sapit, qui contra nititur, dicet, illud quod prolatum erit, honesto aliquo officio Scriptorem fuisse mentitum.* Eadem Epist. 86. Eodem modo Hieronymus libro tertio in caput octauum Isaiæ. Et Cyprianus de opere & Eleem. *Operatur enim ideo, quia credit, quia scit vera esse, quæ prædicta sunt verbis Dei, nec Scripturam sanctam posse mentiri.* Cum vero Deus sit infinita & essentialiter summa veritas, non magis fallere, & mentiri, quam emori potest. Si enim perfidia, vel dolo diuinitatem infamant hæretici, non opus erit eam aliis etiam delictis eximere, quare nec summe bonus, ideoque nec Deus erit, sed loco Dei veri, boni, viui, idolum, quale gentium vanitas commenta est.

Scriptura falsi nihil admistum est.

QVÆSTIO IV.

Quomodo omnis homo mendax?

§. 1. SEntentia ex Psalmo 115. 2. desumpta est. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Quia Dauid illa verba: *Ego dixi in excessu meo*, præponit, multi interpretantur ipsum de regno & promissis dubitasse. Iunius & Tremellius: *Confiteri eum infirmitatem carnis suæ repudiantem promissiones, nisi Deus Spiritum sustentasset.* Et: *Nunc video Samuelem non Dei spiritu, sed suo sensu, humanitus, & mendaciter locutum esse, cum me ad regnum Israelis iudicaret prouehendum.* Sic non Deum quidem, sed Samuelem perstrinxisse. Contra eam expositionem multa faciunt. Nam Dauid de Samuele non sine grandi peccato potuit hoc pronunciare, vt impostorem diceret, quem totius Israel fidelem Prophetam iudicabat. Et in summo discrimine non modo ipse, sed & Ionathas eum regnaturum credebat. Deinde Paulus ista ad conuincendos Iudæos producit, nullam vero efficaciam haberent, si Dauidis errantis, indignantis, imo Samuelem *calumniantis*, non Spiritus sancti essent verba: quod etiam ex aliis verbis confirmatur, quæ omnia à Spiritu sancto dictata sunt: Certe Iudæi ferociter Paulo obiectarent, non oportere diuinæ veritati id adscribere, quod Dauid infirmitati erranti, & præcipitationi imputat. Quin etiam illa quæ in Samuelem dicta finguntur, in Dei iniuriam redundant.

Dauid defenditur.

Nam Samuel veritatis in prædicendo regno signa sufficientia dederat. Quin ipse Dauid eos refutat: *Credidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum nimis, Ego dixi in excessu meo &c.* Rectè igitur Paulus tanquam Scripturæ pronunciatum hoc vsurpat; est enim dictum credentis Dauidis, non alienatæ mentis errore questentis.

Ecstasis.

§. 2. Alterius sententiæ fundamentum mihi semper est visum valde infirmum. Hebraice scribitur בחפזי quod est in festinare me, in præcipitari me, in obstupescere me, in pauere me. Aquila vertit ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ θαμβεῖσθαί με. Symmachus, ἐγὼ εἶπον ἀδημονῶν, Chald. *interfugiendum.* Hæc ergo verba putant timentis & sollicitì, ex Dei Spiritu loquentis. Respondeo, rectè illis opponi interpretationem septuaginta, & latini veteris, qui habent, ἐν ἐκστάσει, *in excessu*, & eodem modo Psalm. 30. 23. vbi illi quoque vertunt ἐκστάσει. Itaque illa ἀδημονία, θάμβος, fuga, non erat sine prophetica gratia, qua credidit, & prophetauit, quamuis timeret aduersa. Vere de rebus suis, & diuino instinctu locutus est.

Quin Psalmo 30. in 70. titulo adscribitur, ἐκστάσεως, quod in ecstasi dictus sit: quemadmodum & Daniel multa eo modo, & in magno pauore vidit. Vetus etiam Ecclesia Ecstasin legit, vt colligitur ex Augustino, qui ita legit. *Ecstasin* pauorem dicit, quem comminantibus persecutoribus, & impendentibus passionibus cruciatus, aut mortis, humana infirmitas patitur. Hoc enim intelligimus, quia in isto Psalmo vox Martyrum apparet. Nam & alio modo dicitur ecstasis, cum mens non pauore alienatur, sed aliqua inspiratione reuelationis assumitur.

Si vox Martyrum est, non ergo diffidentis, sed vitam & sanguinem libantis, & tamen in Domino sperantis.

§. 3. *Mendax* etiam non vno modo conuertitur. Aquila πᾶς ἄνθρωπος διάψευσμα. Theodotion, πᾶς ἄνθρωπος ἐκλείπει, *Omnis homo deficit.* Symmachus, πᾶς ἄνθρωπος διαψεύδεται. Causa diuersitatis est, כזב potest recipere diuersam pun-

ctationem, si legas כזב est *mendacium*, si כֹּזֵב est *mentiens.*

Porro, *Omnis homo est mendax.* Sanctus Augustinus libro de mendacio exponit, *Omnis homo est peccans.* Sic Apocal. 14. 5. *Et in ore eorum non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt, ante thronum Dei.* Deinde כזב Prouerb. 19. 9. *κακίαν* interpretantur septuaginta. Oseæ 12. 1. Michææ 1. 14 Habac. 2. 3. *κενὸν* vertunt, sæpe etiam *μάταιον*. Sic fallere, eludere, Abac. 3. 17. *Mentietur opus oliuæ.* Sic Psal. 4. 3. *Quæritis mendacium.*

Item Augustinus enarratione in Psalm. 115. Intelligit de hominibus carnalibus ex seipsis, & vitio fallacibus. Sed ipsum audire præstat, *Ego autem dixi in ecstasi mea*, omnis homo mendax. Conterritus enim respexit infirmitatem suam, & vidit non de se sibi esse præsumendum. Quantum enim ad ipsum hominem pertinet, mendax est, sed gratia Dei verax effectus est: ne pressuris inimicorum cedens non loqueretur, quod crediderat, sed negaret: sicut Petro accidit, quoniam de se præsumpserat, & docendus erat de homine non esse præsumendum. Et si de homine non debet quisque præsumere, vtique nec de seipso: quia homo est. bene ergo iste vidit in pauore suo omnem hominem esse mendacem: quia & illi qui nullo pauore vanescunt, ne persequentibus cedendo mentiantur, muneribus Dei tales sunt, non viribus suis. Proinde verissime dictum est: Omnis homo mendax, sed Deus verax qui ait: Ego dixi, dii estis & filii altissimi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Consulatur humiles, & impleat eos, non solum fide credendæ, sed etiam fiducia prædicandæ veritatis: si perseueranter subdantur Deo, nec imitentur vnum ex principibus diabolum, qui in veritate non stetit & cecidit: si enim omnis homo mendax, in tantum non erunt mendaces, in quantum non erunt homines: quoniam dii erunt, & filii altissimi omnes.

§. 4. Hieronymus de veritate, de stabilitate interpretatur, qua mendacium caret, & mendacem dicit vmbram. *Eadem*, inquit, intelligentia & nunc dicitur: Omnis homo mendax, id est omnis homo vmbra. Hoc autem dicimus secundum Hebraicam veritatem.

Mendaciū vmbra.

Quod vero additur. *Verum dicit Dauid, an mentitur?* Nam & ille homo mendax est, & quod ex Aristotelico Syllogismo texitur. Qui mentitur, & dicit se mentiri verum dicit. Nullam difficultatem habere ex aliis ostendi. Quid dicit, mentitur. Si aliquod mendacium dixit: vera dicit, cum se dicit mentiri: nam ante mentitus est. Si non dixit ante mendacium, iam mentitur se mentiri: Verum ista ad rem parum faciunt. Res inanes, fallaces, fugitiuas, & quæ exspectationem frustrantur, Hebræi mendacia vocant. Eadem Theodoretus, Euthymius, atque alii sentiunt.

Mendax id est pronus ad mentiendum.

§ 5. Vere & recte ista dicuntur. Malo tamen de corrupta natura, & ad fallendum, fingendumque pronitate accipere, vt etiam tractatu trigesimo nono in Ioannem Augustinus. Magna humanæ societatis est pestis abdita mentis secondere, aperto voto non viuere: nec esse vllum cui omnia committere tua vel audeas, vel certe velis.

Cur proni ad fallendum?

Nihil communius, quam sua quemque sibi scire. Hac ex re oritur, vt sua quisque regat, alium etsi non circumueniat, tamen errare, cupiat. Nec facile inuenias, inquit Philosophorum censor, qui alios de se id sentire velit, quod ipse nouit. Hinc multa fingendi licentia, hinc animo lingua discordans. Mente aliud volunt, aliud in facie pollicentur. Vel vt Salustius dicere maluit; *Aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere.* Mendaces inuenies, qui nomen illud vel morte fugiunt. *Conantur captiua semper dissimulationis decipere, aliud malitiosa cogitatione tractantes, aliud ficta sermonis bonitate dicentes.* Firmicus libro sexto capite decimo octauo Astronom. & libro primo capite primo. Afrorum improbat malitiosa commenta, *& bilingues animos.* Nimium est graue animi & linguæ diuortium: Cum omnium namque approbatione Lactantius dixit. *Hic vero si aliud sensit, & aliud locutus est, quid aliud appellandus est, quam deceptor, bilinguis, malus.* Libro primo de ira Dei capite quarto. Vulgare tamen vitium est, alibi & apud alios aliter loqui; & animum ipsum esse bilinguem, & occultissima censura aliud sibi, aliud amicis suis pronunciare, re magis vsitatum quam sermone vulgatum est.

Bilingues animi.

QVÆSTIO V.

An quia omnis homo mendax, sit etiam omne opus hominis peccatum?

§. 1. APud Origenem & Hieronymum nonnulli obiiciunt. Si omnis homo mendax ergo & Paulus, & Dauid, non ergo sunt, etiam hæc ipsa certa. Lutherus vero inde concludit. Omnia opera esse mendacia seu peccata. Nam mendacium facilius, quam alia peccata, vitatur. *Facilius*, inquit Lutherus, *est verum dicere, quam bonum agere, homo verum nequit dicere, cum sit mendax, nec ergo bonum agere.*

Respondeo: Hieronymus ad Ephesios. 1. ait: omnis non accipi vniuersaliter, sed pro pluri- vt ad Philipp. 2. 1. Timoth. 4. Verum vtrique cauillo breuius responderi potest. Omnis homo mendax, falli facilis, fallere pronus, at cum diuino spiritu agitur, cum non ipse est, qui loquitur, sed spiritus Patris eorum per eum loquitur, extra mendacii & erroris suspicionem est, veritatis increatam auctoritatem inhabitantem habet. David sane cum Herbeum falleret, Saulus enim Christianos blasphemare compelleret, mendax erat: Cum tamen iidem Deo inspirati æternæ veritatis essent administri, & præcones, veraces erant.

Homo ex se mendax, Dei dono verax.

Lutheri delirium ratione caret. Nec enim furis omnia opera sunt furta, nec mendacis mendacia. Etiam qui multa mentitur, verum aliquando, & mentitum se fatetur. Stolidum sane est, cum tam multa vera dicantur & scribantur, omnia mendaciis deputare.

Lutheri alogia.

Luthero

Luthero opponam Caluinianum Pareum hoc loco. *Vera est, inquit, sententia vniuersaliter de natura nostra proclinitate ad fallendum & mentiendum: non autem de singulorum indiuiduorum mentiendi actu. In multa enim natura proclinitas vel inhibetur recta rationis imperio, frenatur legibus, & generali gratia,* (notandum accurate) *ne homines semper mentiantur aut fallant: secus tolleretur omnis fides & euerteretur societas humana: vel corrigatur doctrina & gratia speciali, vt spiritu veritatis docti, veritatem loquantur & diligant. Non igitur, quia omnes homines physice, seu natura mendaces dicuntur, etiam ethice aut ciuiliter tales sunt: neque omnia eorum dicta mendacia esse necesse est, limitanda itaque est sententia: mendaces mentiuntur: nempe qui actu mendaces sunt, non vero qui vitiositati naturæ resistunt. Ideo & hæc vniuersalis limitanda est: filii iræ damnantur, nempe qui actu tales sunt, seu qui sub ira manent, non autem, qui ab ira liberantur per Christum:* Veritatem ergo teneamus, eos qui negant homines vera dicere posse, hominum sub forma colubros esse credamus. Vita potius ponenda, quam infamanda mendacio.

QVÆSTIO VI.

Quorsum verba ex Psalmo 5. 6. adferantur?

§. 1. S*icut scriptum est*, inquit, *vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Connexio ratiocinationũ in Paulo summã facit obscuritatẽ. Ea tamen necessaria est, ita vt absque illa nihil possit intelligi. Duplex est interpretatio; Prima verba proposita ad Psalmi initium referenda. *Miserere mei Deus, dele iniquitatem meam, laua me &c. vt iustificeris in sermonibus tuis. & vincas, cum iudicaris.* Miserendo enim post tam multas misericordiæ promissiones, te veracem, & fidelem ostendes. *Dei fides misericordiæ clarет.* Facilius hoc ad Psalmi expositionem, quam Pauli argumentationem potest accommodari. Nam Pauli institutum est, probare Dei fidem peccatis non tolli. Itaque hæc Pauli mens est. Hominum perfidia irritam reddere Dei fidem non potest: cum homo mendax sit, Deus verax; nunquam Deus accusari potest, quasi dubia promissione, aut fallace deludat: sed homines, quorum culpis promissa repudiantur, atque irrita redduntur. Si igitur homines inter & Deum lis constituatur, causam ille obtinebit. Hoc Dauidis testimonio probatur *Scriptum est enim: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Itaque Deus iustificabitur & vincet, non enim solui potest Scriptura, quæ Deum victorem pronunciat. Quæ ratio vt clarior efficaciorque ad animos veniat, adiungenda sunt omnia Psalmi verba, quæ versum 6. antecedunt. *Deus promissa seruat, homo fallit.* Si enim Dauid cui factæ sunt promissiones de regno, semine, Christo, non fremuit contra fidem Dei, nec veritatem promissionum tolli questus est, sed contestatus est. Deum iustum, & victorem, dilexisse veritatem, se vero deliquisse, quanto minus id cæteri facere possunt Dauidi impares? Grauia minatus Dauidi erat Nathan, *fore vt moreretur puer, alius dormiret cũ vxoribus eius, non recederet gladius à domo eius in æternum.* Quid Dauid? non reposcit fœdera, non accusat fidem, sed contra se sententiam pronunciat. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt iustificeris &c.* Nempe vt quicquam de me facias, siue miserearis, siue vindices, omnes te iustum, & in iudicio victorem sint iudicaturi. *Dauid Dei punientis defensor.* Imo potius te ipsa tuum iudicium sit verissimum & iustissimum. Ita Euthymius, Theodoretus, Iansenius, Estius Cornelius. Deum enim punientem impii iniquum & crudelem, fideles iustum, & misericordem esse iudicant. Dauid in ipsa pœna sua voluntarius tenus, iudicis æquitatem defendit.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

§. 2. Cum iudicaris, in Hebræo est בשפטך *beschophtecha*, in Græco, ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Dubium vero manet, an sensus sit. cum tu iudicaueris, an cum iudicaberis, seu iudicaris passiue. Aquila vertit ἐν τῷ κριθῆναι, *cum iudicatus fueris*, vel certe superior esse iudicatus fueris. Nam verbum illud alibi legere non memini. Symmachus vertit: νικᾶν κρίνοντα, *vincere iudicantem.* Hieronymus, Gregorius, Augustinus, Dydimus, Hesychius, de Christo iudicato, & victore interpretantur morali & mystico sensu. De Deo loquitur Apostolus: Vincit ille cum iudicat, testatissimæ enim æquitatis est eius sententia. Vincit cum iudicatur: nam iustitiæ eius nullius conscientia obloqui potest. *Deus iudicans & iudicatus vincit.* Quisque in animi sui prætorio elogium reatus sui pro iusto ac rato obsignatum tenet. Tenebras quærit, & ipsas horret, secreti sui impatiens, sibi semper diffidit, mala facinora conscientia flagellantur, quocunque se flectit, terror iudicis occurrit.

Videtur tamen passiue accipiendum, hoc enim magis conuenit Hebræo: Syrus ita vertit דנין לך *danin lach, iudicaberis.*

§. 3. *Vt vincas*: Chald. *purum reddas.* Vatabl. *purus sis.* Ita Iob 28. 27. septuaginta verterunt νικᾶν, quod is causam obtineat, qui purus. ἄμωμος inculpabilis est. Hebræum verbum est תזכה *tizcke* à זכה *tzacha* quod Iobi loco citato est: ἀποκαθαρίζειν, *purum reddere.* Vbi Symmachus, ἀῤῥύπωσεν, *sine sordibus erit.* Michææ 6. 11. δικαιωθήσομαι, *iustificari.* Psalm. 118. 9. κατορθώσει *rectum facere*, Quare nouatores veterem interpretem reprehendunt: verùm inscite. Nam & verbum illud significat vincere, non modo illa quæ ipsi adferunt. Theodotion habet νικήσῃς, Symmachus, νικᾷς: quin & Aquila hoc probat: Et quod magnum est, septuaginta interpretes, quos Hebraice nesciisse nemo nisi insanus dicet. *Vetus interpres defensus.* Quod si quis eos inuerecundus accuset, excusabit Paulus, qui eorum versionem probauit.

QVÆSTIO VII.

An ex verbis Dauidis colligatur: Deum esse peccati auctorem?

§. 1. BOrboritæ & Manichæi nostrorum temporum, quos Arminiani in Belgio veterum insaniam superare demonstrant, hinc occasionem rapuerunt, vt peccata impiorum Deo inscriberent. *Borborita Deum auctorem peccati faciunt.* *Dauid, inquiunt, peccasse se dicit, vt Deus iustificaretur, finis ille Dauidi propositus*

τῷ πάθῳ βαλὼν δόρυ.
Secundum pectus, seu in pectus iaculatus ist hastam. Non quidem plane refutari potest, nec tamen ex poetica locutione probabilem suam efficiet opinionem, cum nusquam sit Paulus loquutus.

§. 2. Dicendum est itaque, *secundum hominem loqui*, esse more humano loqui, Ita tamen vt non sit tantummodo humana ratione, & prudentia rem perpendere, atque hoc modo etiam loqui: sed ea loqui, quæ solet homo carnalis, cui facile veniunt in mentem absurdæ & blasphemæ ratiocinationes, & contra Deum ob murmurant, cum rationem illius iustitiæ non capiunt. Mitigat igitur obiectionis indignitatem, seque ostendit moueri etiam recensenda aliena impietate, nosque docet, nefarios impiorum contra Dei iustitiam latratus, cum dolore ac vera detestatione audire debere. Sic 1. Cor. 3. κατὰ ἄνθρωπον περιπατεῖτε, est τῶν κατὰ σάρκα ἡδονὰς διώκειν carnis voluptates persequi, atque ea, quæ homines Spiritu Dei vacui, & cupiditatum feruore æstuantes, impulsu Satanæ committere solent. 1. Petri 4. 6. κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκί, ζῶσι δὲ κατὰ θεὸν πνεύματι, *iudicentur quidem secundum homines carne, viuant autem secundum Spiritum.* Hanc igitur impiam argumentationem ab humana prudentia, argutia, nequitia profectam esse, ipsa quasi excusatione, & honoris præfatione testatur, quam abominandam esse sequenti versu indicat.

Ratio humana corrupta est.

S. Chrysostomus interpretatur κατὰ ἄνθρωπον διαλεχθεὶς λογισμόν. *Secundum humanam dictum sit ratiocinationem.* Et causam reddit. πολὺ γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν δοκοῦντα εἶναι δίκαια ὑπερβαίνει τοῦ θεοῦ δικαιοκρισία. καὶ ἔχει τινάς, ἀπόρους καὶ ἀποῤῥήτους λόγους. Quæ enim nobis admodum iusta videntur, ea supergreditur iustum Dei iudicium, & habet aliquas alios & arcanas rationes. Cauendum igitur, ne mentem illis Satanæ Sophismatis decipi permittamus; cum enim semel tricis illis irretiti fumus, pluribus semper nodis implicamur, cuius hic in Paulo videmus exemplum, cui ad vnam blasphemiam bene respondenti, deteriora semper objiciuntur. His contingit, quod nauigantibus, qui cum procellas aliquas euaserunt, nonus incubat Eurus, & decumo quatit æquora fluctu.

Satanæ Sophismata dolimanda.

VERSVS 6. 7.

Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei abundauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?

QVAESTIO I.

Quomodo Deum probat esse iustum?

§. 1. Græca etiam possunt ita intelligi, vt τὸν non sit demonstratiuum, & absolute dicatur, *mundum*, ita Syrus לעלמא *Legbalma, mundum*, siue *seculum.* Postquam Apostolus impiam obiectionem reiecit, & detestatus est, argumento etiam refutat. ἐπεὶ, inquit, πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον. Alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Iudex supremus huius vniuersi non potest esse iniustus, Deus index est vniuersi, non igitur ininstus esse potest. Eadem ratione vsus est Abraham Gen. 18. 25. & Iob 34. 13. Abraham quidem pro Sodomitis deprecans, *Nunquid perdes iustum cum impio, si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit à te vt hanc rem facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus, sicut impius, Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram. Nequaquam facies iudicium hoc.* Iob autem: *Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis, vere enim Dominum non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?* Et. *Nunquid qui non amat iudicium sanari potest?* Et quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas? Apostolus igitur tanquam Scripturæ consentaneũ & rationi, probat iudicem vniuersalem non posse iniustum esse.

Deus index iustus.

Nam ita natura comparatum est, vt qui mundum supremo iure administrat, non possit esse iniustus, cum sit ipse norma iustitiæ, eiusque voluntas essentia sua iustissima, vnde omnia iustitiæ, æquitatis, & ἰσονομίας origo sumitur. *Entia nolunt male administrari*, iniquiunt Philosophi, summi igitur Gubernatoris est prouidentia, & iustitia, nam sine illa nesciret, sine hac nollet recte Gubernare. Pulchrè Græca Scholia. εἰ ἦν ἄδικος, οὐκ ἂν ἔκρινε τὸν κόσμον, αὐτὸ γὰρ τὸ κρίνειν δηλοῖ, ὅτι δίκαιός ἐστι. φύσις γὰρ αὐτῷ τὸ κρίνειν, τὸ τὸν δίκαιον κρίνειν τὸν ἄδικον. *Si esset iniustus, non iudicaret mundum, ipsum enim iudicare, iustum esse demonstrat. Natura enim iudicij est, vt iustus iudicet iniustos.*

Cum enim Deus sapientissimus sit, neque eius voluntas aliud statuere possit, quam secundum infinitam sapientiam, nihil potest nisi iustissimum esse quod ipsa decernit, nihil iniustum, nam quod iniustum est, non potest esse ex sapientiæ dictamine. Ideoque & iustitia dicitur veritas quia sicut fieri non potest vt Deus erret, ita nec fieri potest, vt voluntate à recto iudicio discedat, tam enim voluntas illius est norma boni, quam intellectus, veri. Veritas enim est confirmatio ac similitudo intelligentiæ, & rerum ab ipsa perceptarum, diuina autem intellectus causa est rerum, ideoque regula ac mensura veri, pariter voluntas causa & regula boni. Vide S. Thom. p. 1. q. 21. artic. 2. *Respondeo dicendum; quia veritas consistit in adæquatione intellectus, & rei sicut supra dictum est. Intellectus autem, qui est causa rei, comparatur ad ipsam sicut regula & mensura, è conuerso autem est de intellectu, qui accipit scientiam à rebus. Quando igitur res sunt mensura & regula intellectus, veritas consistit in hoc quod intellectus adæquatur rei, vt in nobis accidit. Ex eo enim quod res est, vel non est, opinio nostra & oratio vera vel falsa est. Sed quando intellectus est regula, vel mensura rerum, veritas consistit in hoc, quod res adæquantur intellectui. Sicut dicitur artifex facere verum opus, quando concordat arti. Sicut autem se habent artificiata ad artem, ita se habent opera iusta ad legem cui concordant. Iustitia igitur Dei, qua constituit ordinem in rebus conformem rationi sapientiæ suæ, quæ est lex eius, conuenienter veritas nominatur. Et sic etiam dicitur in nobis veritas iustitiæ.*

Deus normam & iustitia.

§. 2. Impie igitur de iudice vniuersi sentiunt, & eius iustitiam in Tyrannidem conuertunt, qui fingunt Deum suo decreto hominem ad mortem, ad scelera creare, vt sedeat vindex sceleris ad quod induxit, tortor creaturæ, quam noxiam esse coegit, vt *perdat animam*, quam vt iuste perdere videretur, *noxiam fecit nocentem.* Quanquam illa reuera nocens non est, quam vis irresistibilis, (vt eam vocant nouatores) impulit, vt vellet, & ageret.

Deus damnare non potest, quem peccare coegit.

§. 3. Alij etiam sunt, qui Deo summum ius eripiunt, & dum eius iustitiam nimium extollunt, nullam esse patiuntur. Extant ea de re Calvinianorum rigidorum passim scripta, præsertim Francisci Broeckerti contra Vorstium. capit. 2. Negant enim summum illum iudicem posse de suo iure quicquam remittere. *Deus*, inquit, *peccare non potest, quia ipsa iustitia & sanctitas est. De iure suo remittere, peccata non puniendo peccare est.* Hoc probat. *Deus abominatur eum qui absoluit impium.* Prouerb. 17. 15. Errat plane, & laudem misericordiæ, potentiæque supremo Domino adimit. Sane de suo puniendi iure remittere. Non est peccare, sed recta ratione clementem esse, & beneficum. Nec Deus eum abominatur, qui pœnas remittit alijs, sed eum qui non legitima clementiæ moderatione, & æquitate, sed contra leges, falso iudicio impium absoluit, & iustum pronunciat, publica enim fraude mentitur, & societatem humanam lædit. Nam in Scriptura, quam adfert dicitur *Qui iustificat impium.* Aliud est iustificare impium, aliud impio confesso ignoscere. Qui iustificat impium de iure innocentem pronunciat, qui de suo iure remittit, veniam se dare nocenti profitetur. Si ergo princeps, si absque alterius priuati, aut Reipublicæ damno fit, de pœna remittere potest, cur non poterit Deus?

Deus de suo iure potest remittere.

Pergit tamen Caluinista. Si Deus potest libera potentia sua condonare, ergo & iustum damnare. Quoniam iustum damnare, non minus Deo conueniens est, quam peccatorem sine satisfactione absoluere.

Malo ignoscere, bonum perdere Deus non potest.

Respondeo. Impiam esse arguriam: In re ipsa esse ingens discrimen. Impio remittere pœnam, quia bonus est, potest. Iustum damnare, quia iustus est, non potest. Scelerata vox est ab hominum societate aliena, eosdem miserendi, & puniendi limites ponere. Pœna tantum est meritorum, quã minuere pium est, ignoscentia erga immeritos sese etiam exerit. Misereri lapsorum, parcere delictis, hostibus dare veniam, vindictam deponere regum est, non ideo tamen illis permissa in iustos sæuiendi potestas. Seruare reum clementia est, perdere innocentem Tyrannis.

Condonare potuit Deus, etsi Christus redemit.

§. 3 Quod addit. Christum esse missum vt satisfaceret pro delictis, non ergo sine satisfactione potuisse remittere, pariter impium est. Illud fecit, hoc facere potuit, nec ex facto colligere possumus, quid non potuerit, sed quid non fecerit. Potuit per filium nos redimere, sed leuiore eius morte, imo vnica eius oratione. Multis modis etiam hac in causa de suo iure remisisse docet Pareus in capit. quinto, dub. 7. licet alibi aliud. Ille [illegible] admittit, & moderationem in Christi satisfactione, tum quia alio peccante, ab alio satisfactio admittitur, tum quia minor pro maiore debito. Denique *gratiose*, ait, *Christi satisfactionem ex diuina ordinatione acceptam.* Quibus in rebus clementiam exercuit, quæ semper rigidi iuris moderatione continet. Quomodo principes clementia Deo similes euadunt, si Deus clemens esse non potest? Non potest autem si totum ius suum persequi illi ex natura necessarium est. Verum eam hæsin in Batauia, Bertius, Vorstius, Greuinckhuius, alij ex Arminianis valide refutarunt.

,

VERSVS 8.

Et non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona, quorum damnatio iusta est.

QVÆSTIO I.

Liceatne facere, aut suadere mala, vt eueniant bona?

§ 1. HOmines impij atque in reprobum dati mentem, ex verbis Pauli sanctissime prolatis, impias opiniones côcipiebant, aut sane quasi id sequeretur, Pauli doctrinam cauillis Sophisticis agitabant. Primo si Deus punit nostra peccata gloriam illius illustrem reddentia, quid nos vt peccatores castigat? Deinde, vt est nescia stare malitia, in peius proficiunt, atque ita in Paulum insurgunt. Diuinæ gloriæ illustratio bona est, illa nostris peccatis perficitur, faciamus igitur mala, vt eueniant bona.

Verborum sensus est apertior, in verborum constructione difficultas nonnulla est. Quidam sic conuertunt. Quin potius faciamus mala, vt eueniant bona, sic enim male de nobis dicitur, & sic quidam aiunt nos dicere. Alij vt Syrus, *numquid*, sicut quidam homines blasphemant de nobis, & aiunt, quod dicimus, vt faciamus mala, vt veniant bona? Toletus interrogationem putat habere vim negationis, & obiectionis refutationem esse, Cum enim non liceat facere mala vt eueniant bona, merito auctores diuinæ gloriæ, ex quorum scelere per accidens, & ordinatione diuina tantum bonum euenit, puniuntur. Optima connexio est, si ita verba iungimus. Quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non subaudi, fit, vel probatur, vel suadetur, quod aiunt nos quidam dicere, faciamus mala vt eueniant bona?

Sensus Apostoli.

Verbum Blasphemare latinis verè tantum vsurpatur, cum de Deo male quispiam loquitur, aut de sanctis, negando id quod illis tribuendum, vel tribuendo quod negandum est. Græci vsurpant pro quolibet conuicio, maledicentiaque, qua [illegible] *fama violatur*, cui apud Platonem opponitur εὐφημεῖν. Apud eundem libr. 2. de republ. dicitur: εἰς θεοὺς βλασφημεῖν, *Deos blasphemare.* Apud Demosthenem βλασφημεῖν περὶ πατρὸς, apud Isocratem βλασφημεῖν περὶ τῆς [illegible], *patri, & disciplinæ, seu exercitationi maledicere.* Lucianus de rixosis Philosophis dicit. Ἀμάξας βλασφημιῶν [illegible] ἀλλήλων. *Plaustra conuiciorum in se vicissim spargunt.* Noster interpres retinuit verbum Græcum: nam re vera ipsi doctrina dum reprehenditur, in Deum recidit blasphemia.

Blasphemare quid.

§. 2. Antiquum hoc est callidi serpentis artificium, impia ratiocinatione, & Sophisticis argutijs veritatem sacræ doctrinæ infamare. ita & Apostolus 1. Corinth. 4. 13. queritur βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν, *Blasphemamur & obsecramus.* infamati enim traducti per ora hominum, hortamur, obsecramus, & tanquam purgamenta huius mundi facti, cœlo preciosas animas inserimus omniũ peripsema, omnium salutem curramus. Non igitur nouum est Christi ministros traducere, Doctoribus calu-

Calumnia grauium.

calumnias struere, vt fictis criminibus religionis sanctitas in suspicionem apud imperitos vocetur, eos scilicet, qui mala de alijs credere, quam bona imitari malunt. Quanta erat illa calumnia, dicere Apostolum tam impudentem esse, vt Deum mendacijs, alijsq; sceleribus colendum esse doceret? Et quamuis Gentiles ipsi Saturnũ cædibus, Venerem adulterijs, Mercurium periurijs venerarentur, prudentiores tamen Deos flagitijs hominum delectari negabant. Hanc quoq; Apostolorum sortem Orthodoxi quotidie experiuntur. Docemus hominẽ iustum ea gratiâ Dei mereri posse iustos nos interno Dei dono fieri, mox Pelagianismi accusant. Sanctos vt pro nobis Deum rogent, inuocamus, imagines corũ statuimus, & mox idololatræ vocamur, vota castitatis seruanda dicimus, ciborum delectus in pœnitentia recipimus, & illi populo persuadere conantur, nuptias, & quosdam cibos à nobis damnari. Adeo vt merito contra Caluinianos clamet Philippus Nicolai Lutheranus: *eos totum Catechismum in fel draconum, & colocynthidas vertisse, insuper omnibus bonis conuitiari, omnes calumniari.*

§ 3. Exempla eiusmodi, calumniarum esse apud Bellarminum l. 2. de amiss. grat. c. 3. 4. &c. Pareus affirmat, eum calumniari ea doctrina Zwinglij, Caluini Bezæ Deum esse auctorem peccati. vere & propriè solum peccare, Peccatum nihil nisi falsam opinionem esse. Falsam esse illam querelam, & verissimam Bellarmini accusationem docui lib. de Idolo Caluinistarum. Quid vero Bellarminum solum accusat, nunquid omnia illa Zwinglio, Caluino, Bezæ imponunt Lutherani, nonne Arminius, Vorstius, Bertius, Academia Leidensis, tota natio Molliorum Caluinistarum in Belgio? Nonne Bertius firmissimis rationibus demonstrat, Crocium, ac proinde omnes Crocianos, h. e. pessimi commatis Caluinianos esse Borboritas ac Manichæos, imo Manichæorum insaniam? Ille aneriam calumniatur cum scribit in hyperaspiste pag. 175. *Hos tantum suggeram si illis adsentiris, qui docent, adulteria, & homicidia esse opus Dei motoris, autoris, impulsoris; Deum procurare hominum peccata, Deum eos impellere ad peccandũ; necessaria esse Deo hominũ peccata; Deum peccatoribus opus habere; Deum absolutè decreuisse vt peccata fiant; Deum facere vt homines peccent, atq; alia istius farina, (neq; vero potes ignorare, à quibus ista dicantur, defendantur, diuulgentur) tam te non Manichæorum vesaniam æquare, sed etiam multis partibus superare.*

Calumnia hæreticorum.

Vide & lectionem 68. collationis inter Piscatorem, & Vorstium vbi Piscator asserit, Vorstius negat Deum esse procuratorem peccati: *Sane*, inquit, Vorstius, *quisquis rem aliquam procurat & sic quidem, vt ipsa res tandem infallibiliter fiat: imo non fieri non possit, is rei procuratæ auctor, & causa non immerito vocatur. Nã quid aliud est. reipsa rem aliquam, procurare, quam curare, ac studere, seu operam dare, vt res illa fiat, an non, & vere auctor, & causa est?* Hæc ipsi eorum fratres docent.

Nil mali faciendũ boni causa.

§. 4. Disputandum est olim à multis, & decretũ: nunquam facienda mala, vt eueniant bona. Ne exiguum quidem delictum, vt magno cõmodo potiamur. Ne faciendum quidem minus peccatum, vt maius euitetur. Augustin. c. 1. contra mendaciũ, ad Cõsentium, *eos errare demonstrat, qui contra hæreticos mendacijs agi posse credebant.* Quomodo igitur mendacia recte potero persequi? An & latrocinio latrocinia, & sacrilegio sacrilegia & adulterio sunt adulteria persequenda? Si autem veritas Dei in meo mendacio abundauit, nunquid nam & nos dicturi sumus, Faciamus mala, vt veniant bona? An aliquando bonum est mendacium, vel aliquando mendacium est non malum? Cur ergo scriptum est, Odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Eam fuisse hæresin Priscillianistarum docet c. 2. Ratio potentissima est: Quia si liceret facere, mala vt eueniant bona, iam desineret esse malum, quod ad bonum finem recta ratione electum est. Nam malum hoc ipso, quod malum est, vetitum est; nam si licitum est, iam non malum.

Quod licitum est, malum non est.

Nec sane ad finem obtinendum minimum cogitatu peccatum eligi potest, multique qui ad vota sua per mendaciola, aliaque perueniunt, in ipsis exitium inueniunt, quia malo more sunt progressi.

§. 5. Eadem regula seruanda est in consilio dando, quæ in agendo, neq; enim suadere possumus cuipiam, vt faciat minora mala, ne perueniat ad maiora, non vt sese inebriet, ne cædem faciat, non delinire principem voluptatibus, vt parcior sanguinis sit, si enim minuta illa mala sunt. & peccat, qui facit, non est dubium quin & ille, qui peccare suadet, etiam peccet, nec intentione boni finis excusatur. Nam neque is qui facit per illam intentionem immunis est à peccato, cur igitur ille qui suadet esse peccandum rectè faciat? Nonnulli hic contra feruntur, & aiunt. Non igitur licebit inebriare custodes, vt amicum, imo regem è vinculis eximas? Non elicere hostem stratagemate, vt in paratas insidias pertrahatur.

Suadere non licet minus malum, vt maius vitetur.

Respondeo: Ne mentiri quidem licitum esse, mendacio officioso, vtili, innoxio, misericordi, vt alienæ libertati consulas, at maius est malum custodes ebrietate sopire, quam mendaciolo circumuenire, cum enim vtrimque par fraus sit, in altero etiam est intemperantia. Si enim ita rem æstimes, vt regem per mendacia, fraudesque, & luxuriem bibendi liberandum censeas, etiam ad maiora ducet falsæ species vtilitatis, & talis vxorem prostituet, & peierabit nec vllum flagitium putabit esse vetitum, si tanta merces consequatur. De stratagematis aliud esse statuendum non dubito, cum sancti reges & duces illa vsurparint. Sic Iosue & totus Israel terga vertit, & fugam simulat, donec ad Insidias deducat Regem Haï. Ios. 8. 5. & 6. In huiusmodi enim non suadetur alteri scelus, sed suo quisque iure prudenter vtitur, ex quo alter exitij trahit occasionem, non alieno suasu, sed sua malitia. Ius imo mandatum pugnandi habebat Iosue, ius etiam cedendi fugamque capessendi, cuius iuris vsurpatione factum est vt hostis audacior in insidias præcipitarit. Sic permitti vinum aliquando potest se inebriaturo, & gladius male vsuro, non tamen suaderi vel ebrietas, vel cædes.

Quid si obfirmatus sit quispiam, vt vel cædem faciat, vel rem alienam furto subducat? Nonne suadebo vt furetur, vitæ parcat? Nonne Loth iustus scortationem suasit, vt nefarium scelus impediret? Respondeo: Vt vtroque malo abstineat suadendum, si id obtinere non possit, vt à maiore declinet, vrgendum est. non suadendum vt furetur, sed dicendum, furtum minus esse malum, quam homicidium, nec furari, nec occidere licitum, minus tamen peccaturum, si furetur, quam si occidat. Nec de Lothi facto omnes idem sentiunt: In eo conueniunt non licuisse ei filias prostituere; itaque si id voluit, peccasse, neq; n. suo probro virginis hospitũ pudicitiã redi-

QVAESTIO II.

Quis sensus singularum sententiarum?

§. 1. Sententia prima, non est iustus quisquam, varijs Scripturæ locis exprimitur. Exodi 34. 6. *Nullusque apud te per se innocens est* Michææ 7. 3. *Periit sanctus de terra, & rectus non est hominibus.* Proverb. 20. 9. *Quis potest dicere mundum est cor meum, & purus sum à peccato?* Ecclesiastic. capit. 8. 7. *Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.* Consentiunt tamen plerique & Psalmo 13. & Isaiæ 52. esse sumptum, & initium Psalmorum versum primum Paraphrastice in hæc pauca verba contractum. *Dixit insipiens in corde suo: non est Deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* In Hebræo est השחיתו Hischithu *corruperunt seipsos*, mores seu viam suam. 70. διεφθάρησαν corrupti sunt.

Deinde *abominabiles facti sunt*, 70. ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν, *abominabiles facti sunt in suis institutis*: in Psalmo 52. est nonnulla diuersitas. Nam legitur התעיבו עול Hithghibu Ghauel, *abominabilem fecerunt iniquitatē*. 70. ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις. *Abominabiles facti sunt in iniquitatibus*: cum in Psalmo 13. Sit. התעיבו עלילה Hithghibu Ghalila, *abominabilia fecerunt opera.* Cū ergo abominati sint Deo, quomodo de virtute & merito suis gloriantur? Immo quomodo de Deo se bene meritos iactant? Cum Deum in corde negarunt? Cum vero omnibus insitum sit, vt Deum agnoscant, summa horum erat malitia in corde Deum negare. *Quisquamne est hominum, qui non cum istum principiū notionis diuinæ prima natiuitatis intrauerit? Cui non sit ingenitum, non affixum, imo penè in genitalibus matris non impressum, non insitum, esse regem ac Dominum, cunctorum, quæcunque sunt moderatorem?* Arnob. libr. 1. Et tamen *dicunt in corde non est Deus.* Tales Diagoras, Protagoras, Theodori etiam inter Iudæos erant. Hinc summa scelerum licentia.

Sunt in fortuna qui casibus omnia ponant,
Et nullo credunt mundum rectore moueri,
Natura voluente vices, & lucis & anni,
Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.

§. 2. *Non est intelligens, non est requirens Deum* Psalm. 13. 2. & 52. 2. *Dominus de cœlo prospexit, super filios hominum si est intelligens aut requirens Deum.* Nulla est discrepantia, nisi quod Psalmo 13. Sit יהוה Ithoua, Psalmo 52. אלהים Elohim. Magnam vim habet prospectus Dei è cœlo, & inquisitio, an ne sit iustus quispiam, nec inuenit tamen. Non est autem intelligens משכיל Maschil, qui Dei naturam conetur attendere, perpendere; stupori iuncta est fatalis ignauia, vt non cognitum non requirant, ἐκζητῶν in quærendo diligentiam industriamque significat. Magna itaque pars stultissime de dijs sentiebant, qui veri aliquid norant populari furore rapiebantur, ne faterentur. Eo vero erat inexcusabilior ignorantia, quod sapientiam summam etiam in vero Deo oppugnando ostentarent: cum interim pueriliter de dijs suis hallucinarentur. Obijcit illis Romanus Martyr apud Prudentium.

Vos eruditos miror & doctos viros,
Perpensa vita, quos gubernat regula,
Nescire vel diuina, vel mortalia.

Exprobrat illis hoc ipsum Arnobius lib. 1. Lactant. libr. 5. cap. 15. & 18. Origenes contra Celsum lib. 1. Tertullianus de Idololatria, Se Iulius libr. 2. Carmnum. Augustinus de ciuitat. Dei, libr. 1.

§. 3. *Omnes declinauerunt*, πάντες ἐξέκλιναν, ita 70. Hebræus in Psalmo 13. הכל סר *Omnis declinans.* In Psalmo 52. סג *retrocedens, aut declinauit, & recessit.* Non leuem aut subitam à iustitia aberrationem, sed Apostasiam, & rebellionem illis exprobrat Propheta. Solet enim impietatis stultitiam fugæ, vel declinationis nomine indicare, tum quod à recta via recederetur, tum quod Deus vbicunque fugitur, adest, & quo fugitur, iam inuenitur. Norant & ista gentes. Seneca. *Prope est à te Deus, tecum est, intus est, sacer intra nos Spiritus sedet, malorum, bonorumque nostrorum obseruator, & custos, hic prout à nobis tractatus est, ita nos tractat.* Planè etiam Christiano more Epictetus. *Cum ianuas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, nunquam in mentem veniat dicere, quod soli estis. Sed Deus est & genius vester intus; quid autem his opus lumine, vt videant, quid agatis?*

§. 4. Simul inutiles facti sunt, ἅμα ἠχρειώθησαν. Hebræum verbum etiā auius est, nempe נאלחו Neelahu hoc est, fœtidi, rancidi facti sunt Apud Iob. 15. 16. vertitur אלח ala ἀκάθαρτος impurus. Corruptarum enim rerum est fœtor, adeoque reddontur inutiles, vt eas natura horreat, & detestetur, malitique ex morte famam, quam ex satietate vitam: Enim in modum impios Deus detestatur, qui vinis suis inueterauerunt: Quocirca eos ex ore suo euomit. Aristoteles lib. 1. Ethicorum inutiles describit ex Hesiodo.

ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὐτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Qui neque sibi ipsi sapit, nec alium audire in animum admittit ille est vir inutilis. Eo modo inutiles Iudæi, dum Prophetas & iustos non modo contemnebant, sed crudeliter occidebant. Nec minus gentiles qui contra rationem & Deos colebant, & Christianos persequebantur. Laborat historiarum fides, vt tantum, tamque publicum virtutis odium fuisse credamus. Nam contra monitores infestissimi insurgebant, Tertullian. Apolog. 32. publicorum hostium nomen dedisse Christianis testatur. Omnium etiam naturæ inimicos dicebant. Vide & Origen. in Matth. 24.

§. 5. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Magnorum quorundam est expositio, *non est vsque ad vnum*, scilicet Christum, ἕως ἑνός. Augustinus etsi sensum esse putat duplicem, vel nullum esse, qui faciat bonum, vel nullum vsque ad Christum, posteriorem tamen amplectitur, non consulto scilicet Hebræo textu in quo habetur: אין גם אחד Ein Gam Echad. *Etiam non vnus.* Et eodem modo Syrus. *Etiam non vnus.* Itaque nemo est, qui ita bonum faciat, vt non peccet, saltem venialiter vt Caietanus interpretatur, vel potius: nemo qui ex se & natura sua sine gratia bonum faciat, quare nemo placere Deo potuit. Quare & Chrysostomus, dicit, mundum sibi sufficientem non esse, sed egere Dei adiutorio. Bonitatis porro seu χρηστότης nomine omnia virtutis exercitamenta intelliguntur.

Marginalia: Mens mundus. / Abominabiles. / Deum esse naturaliter notum est. / Ratio & inglorius Dei ignorantiæ. / Ratio ignorantiæ. / Declinare est Apostatarum. / Dei præsentia. / Inutiles facti. / Odium gentium in Christianos. / Non est, neque est dem bonum.

§. 6. Se-

§. 6. *Sepulchrum patens guttur eorum.* Ex Psalm. 5. 10. quo loco tamen à quibusdam ita scribitur, quasi eo non pertineat, sed Hebræa & Græca omnia exemplaria cum latina editione retinent. Sepulchrum patens quod cadauera, quæ in singulos dies excedat atque conficiat vasto hiatu semper ex spectet. Hieron. *Infelices hæretici sunt sepulchra dealbata, Arius, Eunomius, cæteri, lingua sunt sagitta, fauces eorum sepulchrum patens* S. Augustinus: *Admirabiliter dixit, patens, quia semper hiat*, refert autem vel ad significationem voracitatis, vel adulationis. S. Chrysostomus de illis interpretatur, qui humana cæde delectantur, maledicunt, obscena loquuntur.

Pharisæos sepulchra dealbata vocabat Christus ob malè velatam hypocriti spurcitiem, Paulus sepulchrum patens appellat eos, qui palam innocentes persequebantur, & trucidabant. Omnium malorum causas in Christianos conferebant. Vide Arnob. lib. 1. Tertull. in Apolog. cap. 10. Eusebium lib. 4. in Epist. Smyrnæorum. Iustinum Apolog. 1.

§. 7. Allud & graue vitium exprobrat. *Linguis dolose agere, γλώσσαις ἐδολιοῦσαν*, Hebraice יחליקון *hechaliciun blandiuntur, lenificant*, nusquam enim, quam in blanditijs dolus atrocior.

In more positum erat: Bonitatis verba imitari, quo esset maior malitia. Et mali cum se bonos simularent erant pessimi. Lingua blandiuntur, & cauda feriunt incautos. Quod nolunt velle simulant, & probare, quod improbant, quos infestissime oderunt, pluribus verborum obsequijs ambiunt, & fallunt. Nihil in illis candoris, nihil fidei: à quibus quam longissime abesse sit optimum.

Venenum aspidum occultum, letale.

§. 8 *Venenum aspidum sub labijs eorum.* Non est hoc in Psalmo 13. vel 52. in Hebræo vel Græco textu. Sed Psalmo 134. *Acuerunt linguam suam sicut serpentes, Venenum aspidum sub labijs eorum.* in 70. ἰὸς ἀσπίδων, Hebræi aspidem vocant עכשוב, quod nonnulli tamen certam aspidis speciem significare malunt. Aspidis venenum insanabile est, quia vero per torporem, & somnum quos læsit, occidit, ideirco maxime adulantibus, & dolose blandientibus inimicis comparatur.

Ita Aspidis venenum describit in Theriacis Nicander, ita & Cleopatræ mortem Plutarchus alijque, quæ aspidem inter rosas brachio admouit Notæ erant illis lucis aspides, & à multis in eos vsus seruabantur, & vete Lucanus.

Et facimus aspida merces.

Itaque dolus & fraus cum insigni crudelitate significatur, qualis in magno Herode, eius filio, Pilato, Tiberio, alijs iam nota erat. Imo in Anna, & Caipha. De Tiberio Tacitus: *Occultum & subdolum illi fragendis virtutibus ingenium, intestabilis sæuitia.* Ita vulnus aspidis non sentitur, sed perimit. Mors sensum plagæ anteuertit. Nullâ prudentia tales effugere possumus, quia latenter feriunt, dæmonum simillimi, qui hostes inaspectabiles perpetua, ac periculosa bella cient. Mansuefieri non possunt, metu, malitia, dolo omnia miscent, malefici sunt. Suæ fraudis conscij, ex se discunt credere nulli:

§. 9. Vers. 14. *Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est.* Leguntur ista Psalmo 9. 7. inchoando numerum ab illis verbis: *Vt quid Domine recessisti longe*, à quibus Hebræi incipiunt Psalmum 10. Verba Psalmi sunt ista: *Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine & dolo: & sub lingua eius labor & dolor.* In eorum igitur ore, quinque hæc numerantur.

Maledictio amaritudo.

Primo, *Maledictio* אלה ἀρὰ *execratio*, qualis est in illis, qui conuitiantur, atq[illegible] Secundo, מרמות quod in P[illegible] vertunt, *dolos*, cum tamen 70. & Paulus πικρίας *amaritudinem* interpretati sint, quamuis enim Hebræa dictio significet virumque, quia tamen mox subnectitur: Et dolo, rectius est Paulum audire, quam nouos Pauli correctores. Tertio, Dolus, nempe malus Hebraicè dicitur תך quod occultum dolum significat, vnde & Germani Tück vocant, & Tückisch, eos qui profundo sunt corde, & tecti. Quarto. Sub lingua labor, hoc quoque in ore malum est, sed occultatum, alij in corde collocant. Labor vero seu κόπος est molestia, iniuria, quam lingua parturit, Hebræus habet עמל quod etiam peruersitatem sonat.

Quinto *dolor*, πόνος habent 70. quod pro dolore & quidam magno solet ponere Hippocrates, & Galenus און est in Hebræo, quod laborem, dolorem, ærumnas, vexationem, iniquitatem designat.

§. 10. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem,* *Crudelitas.* Ita Isaiæ 59. 7. *Pedes eorum ad malum currunt, & festinant ad effundendum sanguinem innocentem*, 70. ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα. Et: *Et cogitationes eorum cogitationes iniquitatis*, 70. διαλογισμοὶ ἀφρόνων *cogitationes stultorum vocant.* Expertus ista Paulus est; nam per omnes fere vrbes Iudæorum crudelitatem expertus est, maxime Ierosolymis. Malum hoc vsitatum, sed præcipue in Romano imperio publice & priuatim. Omnia vetera superarunt Romani.

Bistonij stabulum, regis Busiridis aras,
Antiphatæ mensas & Taurica regna Thoantis.

Non sæuitia modo seria, sed arenæ ludicra crudelitate.

§. 11. Inde pœna consequitur, *contritio, & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt.* Isaiæ 59. 8. in Hebræo שד ושבר *Schad veschebher, infelicitas & contritio.* 70. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία, vtrunque vastitatem, calamitatem, contritionem significat. *Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum: Semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis ignorat pacem. Hebraice. Viciorum corruperunt, & incuruauerunt sibi.* Sensus est. Eos fœderum & pacis ignaros, oblitos humanitatis, & qui eos sequuntur crudeles esse, ac proinde perpetuo in metu degere, quotidieque mori. Lex illa sæuitiæ posita est, terroribus cingi, gladios sui defensores timere. Verissime Salustius. *Cuncta imperia crudelia magis acerba, quam diuturna arbitror. Neque quemquam à multis metuendum esse, quin ad eum à multis formido redeat. Eam vitam bellum æternum & anceps gerere, quoniam aduersus. neque à tergo, aut lateribus tutus sis semper in metu aut periculis agites.*

Sæuitiam metus.

Exagitabant hoc tempore, toto orbe Christianos Iudæi, incitabantque in cædem eorum Ethnicos, paulo post ipsi mutata sorte, lanienam subierunt.

§. 12. *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Psalmo 35. 2. De vtroque timore loquitur, iustorum & impiorum. Iusti Deum filiali reuerentia metuunt, & oderunt peccare, boni, virtutis amore. Improborum multi Deum metuunt vindicem, in omnem, ni timor obstaret, erupturi licentiam. At hi de quibus loquitur, iam istas moras scelerum ruperunt, repagula fregerunt, *cum dixerunt in corde suo non est Deus.* Hæc singulorum est expositio, nunc generatim sensum omnium tradamus.

Q[illegible] Æ

QVÆSTIO III.

An omnes omnino tales?

§ 1. HAs sententias quotidie secta ij iactant, atque ea illis deducere conantur; *nullum esse, nisi imputatione iustum, omnes re vera iniustos. Deinde omnia opera esse peccata mortalia. Si enim nullus est iustus, nullus qui faciat bonum, malum est igitur quicquid agitur.*

Variæ responsiones sunt, quæ licet non omnes sint probandæ, rem tamen vtcunq; explicant.

Paulus de leuibus culpis non loquitur. Prima est eorum, qui de leuibus & venialibus agi dicunt. Verum illi, parum, quid agatur, attente considerant. Loca enim, quæ citat Paulus non de venialibus, sed de letalibus, grauissimis, & prorsum malinosis peccatis, & peccatoribus agunt. Quod abominatio, sanguinis effusio, lethale venenum, festinatio ad cædem clarissime indicat, Deinde nihil opus erat, de leuiculis accusare Iudæos, & Gentes, tam grauium reos. Cur vero dicat guttur patẽs, quod semel in risum prorumperet, aut dolo plenũ, si amici causa, vel ioco mendacium dixerit? Deniq; Paulus de illis peccatis loquitur, quæ sunt cum iustitia ἀσύστατα, eamq; expellũt, nec nisi expiata sint, admittunt, sed de leuiculis dici ista non possunt.

Altera interpretatio. Illa generali reprehensione non omnes, sed plurimos contineri. Omnes enim pro multis Scriptura solet vsurpare, maxime cum adeo ingens est eorum numerus qui dicuntur omnes, vt aliorum sit valde exiguus, & pene nullus. Ita Ierem. 26. *Tunc omnes insurrexerunt:* nec tamen omnes id fecerunt, sed cap. 28. *Omnis populus non permisit.* Omnes ea dicuntur contra Ieremiam insurrexisse, & tamen qui eum defendit populus, efficiebat, ne omnes essent, qui omnes dicũtur, itaq; omne a multos significat. Quomodo omnes interdum accipi solent, docuit Augustinus varijs opusculis, videatur de correption. & grat. c. 13. de prædestinatione Sanctorum c. 8. l. 6. contra Iulian. c. 7. atque alibi. Sic omnis Ierusolyma dicitur exisse ad Ioannem.

Hæc expositio eatenus vera est, quatenus non omnia hæc in omnes conueniunt, neque enim omnes festinant ad fundendum sanguinem, neque enim omnia peccata sunt omnium. Cum tamen tam serio cõtendit Apostolus, omnes esse sub peccato, non esse qui faciat bonum, credo de omnibus accipiendum, vt nullum excipias, de omnibus simpliciter, aut in aliquo genere. Ratio est, quia Propheta Dauid. & Paulus, ne videantur de multis loqui duntaxat, non de omnibus, speciatim profitentur non concedere exceptionem, *omnes inutiles sunt, non est qui faciat bonum, non est etiam vnum.* Non igitur sunt aliqui facientes bonum. Deinde non seruit illa interpretatio instituto Pauli, sed vim argumenti penitus elidit. Pares probabat esse Iudæos, & Gentes, quia omnes sub peccato, si dicat; quia aliqui Iudæorum sub peccato, aliqui gentium, non probatur æqualitas: nam ex præcipua parte non sumeretur denominatio. Neque enim sequitur pares esse Romanos, & Athenienses, etiamsi quorundam Atheniensium opes, potentia, iura sint potiora quam Romanorum. Habebat igitur plurimorum, imo omnium arrogantia quo sese eximeret. Quid enim dicent; *Etsi aliqui nostrum sunt in peccatis, nos tamen cæteri legem seruamus, nos sumus sicut gentes, peccatores;* itaque tætertimus quisque quo minus se ipse agnoscet, inter peccatores iustitiam sibi primus arrogabit, quos contra Prophetæ, & Paulus sic agunt, vt cum vniuersè omnibus iustitiæ propriæ confidentiam, præsumptionemque ademerint, singulos ad modestiam reuocent, vt negent, quenquam hac lege excipiendum, *Non est,* inquiunt, *vsque ad vnum.*

TERTIA interpretatio. Omnes impios dici tales, non omnes simpliciter. At hoc instituto Pauli nequaquam satis est, neque enim propositum illi est impios agere impie, aut impios esse impios, hoc enim quis neget? Sed vt Iudæos sanctitatis & iustitiæ suæ legalis gloriosos iactatores reuinceret, atque ad gratiam Christi præpararet, sine qua nec Iudæi per legem Mosis nec gentes per legem naturæ iustificabantur.

§. 2. Quarta igitur atque omnium optima interpretatio est, quæ omnem difficultatem tollit, textui & scopo Pauli est consentanea, & hæreses ipsas refellit. Omnes videlicet ex natura sua, & ortu primo esse iniustos, operibus vero ea se etiam iniustiores ac deteriores, nam & omnes sub peccato originali fuêre, naturâ filij iræ, & deinde cum per ætatem, peccare potuerunt, hæreditarium malum, omnium vitiorum adiectione, si naturam spectes, exasperarunt. Nullus igitur iustus est, quia nullus vel ex lege Mosaica Iudæus, vel ex lege naturali Gentiles, sine gratia Saluatoris peccato vel originali, vel minimo actuali potuit liberari. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum,* nemo enim bonum minimum quo ad vitam æternam proueheretur, vel Deo placeret, sine speciali gratia efficere potuit. Nullius gentilis quamuis heroicum factum, & coram hominibus laudabile, vel gratiam promereri cœlestem, vel gloriæ mercedem sperare potuit. Omnia enim illa sunt priuilegia gratiæ, non iura naturæ. Sensus igitur est: Non est toto orbe vlla ex lege iustus quisquam, nec vllus qui faciat bonum, quod Deus acceptum habeat, & mercede cœlesti remuneretur, & cum nullus iustus sit sine gratia Dei, qui gratis Iustificat, hinc non modo bona non fecerunt, sed in grandia illa mala ceciderunt. Hinc alij dixerunt. *Nemo ex natura deprauata agens, secundum eam operatur bonum.* Hoc quoque Concilium Arausicanum voluit cum dixit cap. duodecimo. *Nemo habet ex se, nisi mendacium & peccatum. Nam ex nobis sumus peccatores, non nisi ex gratia iusti:* Ex nobis non parum sed nihil omnino facere possumus, quo iusti coram Deo reddamur, cum iustificatio sit supra naturam hominum, & contra naturam vitiorum, quæ nos ex natura facimus

Omnes ex se tales, quales describit Paulus.

Hanc interpretationem probo firmis ex ipsa Scriptura sumptis rationibus. Inter Iudæos enim & Gentiles controuersia erat, non de quauis excellentia, sed ea quæ ad iustitiam pertineret, Iudæi gentes vt immundas, & peccatrices nec contactu, nec colloquio dignabantur, earum enim societate pollui se arbitrabantur. Gentiles de iustitia sua Philosophica haud modestius, quam Iudæi de legali sentiebant, huic errori pernicioso errori tollendo Apostolus adfert contra Iudæos testimonia propriæ legis, vt ostendat eos non fuisse ex illa iustos, sed peccatores, & gentibus pene deteriores, ideoque ex Christi gratia, non operibus legis esse iustitiam. Itaque ad hoc satis est, vt probet Iudæos non fuisse iustos ex lege, nec gentes ex Philosophia, nõ requiritur autem vt dicat etiam postquam per gratiam regeniti sunt, nihilominus esse iniustos, non esse qui faciat bonum, *non esse vsq; ad v-*

Ex gratia iusti.

ad vnum. Neque vero Dauid vnquam sensit eos qui sunt in Christo Iesv, qui sunt secundum cor Dei, quos Filius sanctificauit, qui animam pro fratribus ponunt, esse sepulchra patentia, venenum aspidum sub labijs eorum: nec igitur sic Paulus sentire debuit. Si enim & Gentes & Iudæi tales erant futuri, etiam iam Christo insiti, quid Apostolus tanta eos cura admoneret, si post gratiam id futuri erant, quod iam erant ex natura?

Secunda ratio est, versu 20. ex his concludit Apostolus, ex operibus legis hominem nullum posse iustificari, non autem neminem posse iustificari, vel iustum esse, & v. 24. docet nos iustificari gratis per gratiam ipsius. & cum Abrahamum sic iustificatum capite sequenti demonstret, non negabit tempore Dauidis, & Isaiæ multos fuisse iustos, sed per fidem, & gratiam redemptoris, non operibus legis. Cum igitur dicit: *non est iustus quisquam, non est vsq; ad vnum*: intelligendos est accommodate, operibus sine fide, lege sine gratia, Philosophia sine Euangelio. Nam exempla quæ adfert, sunt eorum, qui gratia & fide iustificante caruerunt.

Iusti multi sunt. Tertia ratio. Psalmo 13. postquam dixit: *Non est iustus quisquam, omnes declinauerunt, &c.* Agnoscit non modo iustos aliquo, sed generationem iustorum. Nec est enim sui oblitus Dauid, cum versu 6. pronunciat: *Dominus in generatione iusta est.* Nec sibi contradixit per os Dauidis Spiritus sanctus, qui cum vllum iustum esse negasset, se tamen in *generatione*, seu *natione & gente iustorum esse affirmat.* Quomodo vero ille ἐν γενεᾷ δικαίων, *in generatione iustorum*, vt 70. vel בדור צדיק *in gente iusta*, si nullus est homo iustus? Vt ergo Spiritus sanctus concilietur, imo vt nos eius verba immutabili nexu consententia intelligamus, dicendum est alio sensu, nullum esse iustum, alio, nationem esse iustorum. Nullus iustus vel orto, vel lege, vel operibus, nullus sine fide & gratia placens Deo. Natio autem iustorum est non ex se, sed ex Spiritu sancto, non nata iustitiæ, sed renata. Dixit Propheta: *non est intelligens, non est requirens Deum*, & mox tamen subiungit. *Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes eius est.* Exquirit autem Dominum, quicunque in Domino spem collocauit. Dixit. *non est qui faciat bonum*, nempe suis viribus bonum quo Deum promereatur, quod saluti conferat. Nam tale posse esse bonum ex gratia Dei demonstrat idem Psalmus. *Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit Dominus captiuitatē plebis sua, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.* Salutare illud, siue Saluator, hanc captiuitatem sustulit, cum gratiam promeruit & dedit. Pari modo guttur inimicorum Dei dicitur sepulchrum patens, non tamen erat tale guttur Dauidis, cui *dulcescerat, vt mel, eloquium Domini*, qui mane astabat Domino qui in multitudine misericordiæ Dei templum ingrediebatur, vt est in eodem Psalmo. Denique vers. 12. & 13. impijs opponit eos, *qui lætantur in Domino, qui diligunt nomen eius, non quod libero suo arbitrio diligant*, sed ex gratia eius, qui prior dilexit inimicos.

Eodem modo apud Isaiam vbi impiorum est descriptio, docemur etiam esse iustos, qui capit. 58. 14. *delectantur in Domino, & cibantur hæreditate Iacob.*

Nec minus Psalmo 35. 1. hoc deducitur. Esto enim dixerit Propheta; *Non est timor Dei ante oculos eorum*, ἀπέναντι ὀφθαλμῶν αὐτῶν, non tamen indicat, omnes esse impios, nam vers. 8. *Filij hominum*, inquit, *in tegmine alarum tuarum sperabunt, Inebriabuntur ab vbertate domus tua, & torrente voluptatis tua potabis eos. Et prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam his qui recto sunt corde.* Itaque illis locis docent Prophetæ esse iustos, quibus aduersarij probare conantur nullum omnino esse iustum.

Opera omnia non sunt peccata. §. 5. Vrgeor: *Etiamsi quidam sint iusti, omnia tamen peccata sunt, quæ faciunt iusti.* Hæc est hæresis omnium, quas mundus vnquam vidit, absurdissima, licentiosissima, quæ virtutem atque ipsam iustitiam exscindere nititur, imo in vitium conuertere, qua de re libro de crudelitate Caluinistarum latius à me tractatum est. Huic loco facile respondetur. Nomine boni non quodlibet morale bonum intelligitur, sed bonum Deo gratum, bonum salutis efficax, quodque ad salutem æternam conferat, quale bonum nec Iudæi per Legem, nec Gentiles per Philosophiam facere potuerunt, quamuis vtrique ex hoc bono se gratos Deo, iustosque falso putarent. Nunc tamen Vorstiani atque alij multi in Belgio Caluinistæ, ab hoc Carpocratianorum dogmate recedunt, & opera moralia bona, sine peccato posse fieri concedunt.

Hanc sententiam habent veteres & recentiores, qui serio Scripturas tractarunt. Augustinus in Psalm. 13. Chrysostom. hoc loco. Oecumenius, Theophylactus, Gennadius. Manet æternum illud Augustini libro 20. capit. 2. De ciuitate Dei. Nullus hominum agit recte, nisi diuino adiuuante auxilio. Et Chrysostomi. Subditum esse mundum Deo sic exponit. ὁ μὴ δυνάμενος ἀρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς ἀπολογίαν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρου δεόμενος βοηθείας. οἷοι ἦν τὰ ἡμέτερα πάντα, ἀπολωλεκότων ἡμῶν, τὰ πρὸς σωτηρίαν συντείνοντα. Qui sibi ad defensionem non sufficit, sed alieno eget auxilio, qualia sunt nostra omnia, perditis nobis, ad salutem conferentia. Quin ex hæreticis Wigandus distinguit hic inter eos, qui sunt sub peccato, & sub gratia. E. Ochinus. Omnes Christo, iustitia nostra, destituti, sumus improbi. Et Bullingerus. Cæterum omnes homines natura sunt Dei contemptores, ergo praui Rudolphus Gualt. Obseruandum est tales esse omnes homines si corruptam eorum naturam consideres. Nullum enim ex his scelus est, quod non in vnumquemque cadere possit. Similia Musculus, Hyperius. Lossius, alij.

Alterum est quod hoc loco Pareus contendit, omnia ex Scriptura probanda esse. Ratio quia Paulus ex Scriptura omnia probat. Et Caluinus hoc loco. *Si enim nullum dogma differit Paulus, quod non Scriptura oraculo certo simul confirmet, multo minus tentandum hoc est alijs.* Respondeo multa Apostolos docuisse, quæ in Scriptura expressè non continebantur, imo hoc ipso loco. & tota passim Epistola Scripturas interpretatur, nec tamen interpretatio in Scriptura expressè posita est, ideoque Pareus Caluinianus eum ἀξιόπιστον fatetur, nec initio habuisse Scripturam, quæ Baptismum aliaq; mysteria probaret. Si ἀξιόπιστος, ergo eius interpretatio pars est auctoritatis cum Scriptura.

VERSVS 19.

Scimus autem quæcunque lex loquitur, ijs qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.

QVÆ-

QVAESTIO I.

An lex omnia Iudæis locuta sit?

§. 1. GRande malum est hypocrisis, & difficilimè de seipso male quispiam sentit. Itaque Iudæi iterum hæc eludunt testimonia: nam ad gentes, Apostatas, Publicanos illa pertinere fingebant, se vero iustos esse: itaque & hanc exceptionem Paulus reijcit. Ex vestris enim Prophetis & vestra lege vos condemno, cum ea in illa sit vobis lata, cum vobis missi Prophetæ, quis dubitare potest vobis: & de vobis eos esse locutos? Cur eos Patres vestri persecuti sunt, & lapidarunt, si non Iudæorum sed gentium peccata taxarunt? certè aliena delicta cum plausu, & gaudio audiissent, qui suorum censores morum cædibus atque exilijs sunt prosequuti.

Iudæi Prophetæ reprehendunt.

§. 2. Lex hoc loco pro tota Scriptura accipitur: vt Matth. 5. 18. *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege.* Et Ioann. 15. 25. Eloquia enim Dei illis concredita de custodibus suis sententiam pronuntiabant.

§. 3. Sanctorum Prophetarum oracula, multa de alijs gentibus, non de solis Iudæis seu bona seu mala prænunciarunt, quam multa enim contra Chananæos, Ægyptum, Babylonem, Tyrum, Sidonem, quam multa de vocatione gentium, Monsrebijs, & temporibus Christianis in veteri Scriptura legimus? Omnia tamen illa ad Iudæos quodammodo pertinebant, Primo quia Prophetæ in Iudæa, atque adeo ex Iudæa, vel Israele fuerunt. Secundo, Primùm gentium fata, imperiorum ortus, & interitus indicabantur Iudæis. Tertio, Iudæorum res cum mutationibus vicinarum gentium miscebantur, à qua enim gente clades non pertulerunt? aut quinam eorum hostes à Deo puniti non sunt?

§. 4. Hæc verba Pauli sic intelligenda sunt. Vt omnia quæ lex dicit, absolutè iubendo, vetando, minando, indulgendo, promittendo, cum aliarum gentium extranearum mentio non fit, nec ex circomstantia textus intelliguntur, non est dubium ad eos pertinere, quibus lex data est, apud quos per omnes dies eloquia illa leguntur.

Contra eam expositionem iam olim obiectum est; Si contra Iudæos oracula Prophetarum, & reprehensiones legis valent, si Iudæis, qui sub lege fuerunt hæc dicta sunt: non igitur pertinent ad gentes: non igitur ex illis conuinci gentes possunt. Respondet quæstioni à se propositæ Origenes. Gentes etiam habere legem naturaliter sibi inditam, quæ ipsis loquatur. Quæ responsio difficultatem non tollit; Nam Paulus ex scripta lege Iudæos accusat, ex qua non potest concludere gentes esse peccatrices, nisi probet naturalem legem ab illis esse violatam, gentes autem sine lege esse dixerat.

Alia responsio est, ex Iudæorum conuictione intelligi etiam damnationem gentium, si enim Iudæi, quorum innocentiæ tot legibus consulebatur, quos tam specialis Dei prouidentia tuebatur, in quibus tam magna fuit iusti, atque iniusti cognitio, in nefanda, & gentibus quoque pudenda scelera proni ierunt, grauiora in gentibus facinora merito fuisse concludere licet, cum præsidijs istis necessarijs, tam præclaris destituerentur. Verissime hoc dici, docuit ipsa experien-

tia, atque ex illis quæ capite primo de gentium delictis recensuimus confirmari vniuersis potest: Non tamen arrogans Philosophorum contumacia ea ratione satis retundebatur, plus enim virium in Philosophia virtutum conciliatrice, virorumque expultrice inesse putabant, quam in lege Iudæorum, quos barbaros, impios, & superstitiosos iudicabant, sibi igitur plura ad virtutem, sapientiamque quàm Iudæis adiumenta data esse dictitarent.

Dicendum est itaque Paulum superius descriptione vitiorum, quæ propalam inter gentes regnabant, apertissime eas conuicisse, hæc autem ad Iudæos pertinere, qui legem acceperunt, ideoque à lege condemnantur. Illa vero conclusio: Vt omne os obstruatur & omnis mundus fiat subditus Deo, ad totam disputationem pertinet: cum enim Gentes & Iudæos reos peregerit, rectè de omnibus concludit, os omne obstrui.

QVÆSTIO II.

Quid, Omne os obstrui?

§. 1. MOnet D. Chrysostomus, non ideo illos peccasse, vt os obstrueretur facinorosis, sed conuictos, ne gloriari aduersus Deum possent, vel conqueri.

Græcus textus πᾶν στόμα φραγῇ, omne os quasi sigillo obsignetur, Syrus: *Vt non possint proferre Spiritum*, seu *hiscere.* Prouerbio ita dicitur de illis qui patienter iniurias ac contumelias ferunt, os non aperire: deinde de reo, qui cum omnibus modis est conuictus, conticescit, nec defensionem irritam meditatur, sed iudicis sententiam moriturus expectat. Præcipue vero cum est, vt supra dixit αὐτοκατάκριτος propria sententia condemnatus. Itaque nec de virtutibus aduersum Deum gloriari, easque sibi tribuere, nec de pœna imposita conqueri possunt. Si ille qui ad nuptias sine veste nuptiali venerat, auditâ sententiâ iudicis, ἐφιμώθη *obmutuit*, quasi freno, seu chamo os occlusum fuerit, ne vices dicendi, vt rei solent, sibi postularet.

Merito ergo formidare hoc iudicium, metuere sententiam debemus, contra eam enim nihil vere dici potest, nulla legitima defensio locum obtinere. Quæ vero in speciem, & cum nonnulla probabilitate rei deplorati adferre, atque eloquentia palliare, ea liquidissimæ veritatis luce dispellentur.

QVÆSTIO III.

Quomodo omnis mundus subditus est Deo?

§. 1. MVndum vniuersum ex nihilo productum, à diuina prouidentia potentiaque gubernari, ita vt eius voluntati nihil possit resistere, omnes creaturæ imperata facere coguntur, in confesso est. De alia igitur subiectione Apostolus loquitur, nempe qua homines agnoscant, se natura reos, Dei iudicio subiectos, atque hoc ipsum; quod ei seruiant à mera gratia non suis viribus obtinere.

Erat superbissima gentium præsumptio cum Deo, vel dijs cæteris tribuerent, id quod præstantissimum

ctissimum erat, sapientiam, virtutemque sibi arrogabant. Videas Catonem vnicum sui temporis sapientem ita virtutem homini tribuere, vt à Deo eam prodere neget libro decimo quinto, fam. Epistol. 6. *Supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil fortuito sed summa tua ratione & continentia reipublica prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mauis gaudeo.* Et paulò post: *Et triumpho multo clarius est, senatum iudicare, potius mansuetudine, & innocentia imperatoris, prouinciam, quam in militum, aut benignitate Deorum retentam, atque conseruatam esse.* Ecce victoriam quidem, quæ militum est cum dijs communicat, & si ijdem benignitate quadam prouinciam conseruarint, id quoque illis referre acceptum nō dedignatur. Si vero ratione, continentia, mansuetudine imperatoris, hoc illi acceptum fert, non dijs gratulatur, non eorum benignitate factum arbitratur. At vero virtus primum est ac summum Dei munus. Ideo Paulus ait totum mundum esse ὑπόδικον θεῷ. Multa in eo mala, nihil sine Deo boni.

Virtus Dei munus est.

§. 2. *Subditum*, ὑπόδικον Augustinus vertit: *Reum*, Amb. *abiectum*, alij *addictum pœna*. D. Chrysostomus, ὁ γὰρ ὑπόδικος, inquit, κυρίως ἂν ἐκεῖνος λέγοιτο, ὁ μὴ δυνάμενος ἀρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς ἀπολογίαν, ἀλλὰ τῆς ἑτέρου δέομενος βοηθείας, οἷον ἦν, καὶ τὰ ἡμέτερα πάντα, ἀπολωλεκότων ἡμῶν τὰ πρὸς σωτηρίαν συντείνοντα. ὑπόδικος *primario dicitur ille, qui sibi ipsi non sufficit ad defensionem, sed alieno indiget auxilio, qualia omnia erant nostra, cum ea qua ad salutem sunt necessaria perdidissemus.* Quanquam igitur ὑπόδικος eum significet, qui alieno imperio & iurisdictioni subiectus est, quamuis nihil illi debeat, accipi tamen solet pro reo & obnoxio, sic ὑπόδικον ἀσεβείας βλάβης, αἰκισμοῦ, impietatis, noxæ, plagarum reum esse dicimus. Deinde ὑπόδικος dicitur reus accusatori. Sic lex habet: ὑπόδικος ἀσεβείας γιγνέσθω τῷ ἐθέλοντι. *Reus impietatis fiat volenti*, hoc est, qui volet, posse accusare, & reum impietatis peragere. Sic ὑπόδικος τῶν διπλασίων τῷ βλαφθέντι, *qui damnum fecit obnoxius fiat in duplum, illi qui accepit.* Sic igitur mundus obnoxius est Deo, quia ex se salutem sibi adferre non potest, & à Deo merito accusatur, ac damnatur. Pulchre Augustinus in Psalm. 118. *Ita Domine, ita fac, miserere Domine. Impera quod non possit impleri, imo impera quod non nisi per tuam gratiam possit impleri, vt cum homines per suas vires id implere nequiuerunt, omne os obstruatur, & nemo sibi magnus videatur, sint omnes parui, & reus fiat mundus tibi, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram te.*

Quomodo omnes rei?

VERSVS 20.

Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo: per legem enim cognitio peccati.

QVAESTIO I.

Qua vocet Apostolus opera legis.

Iustitia duplex.

§. 1. CAput controuersiæ de iustificatione in hac quæstione consistit.

Aduersarij nostri, & ijdem inimici iustitiæ, duplicem iustitiam constituunt. Aliam ex lege, in lege per legem, ex operibus, per opera, hæc enim omnia æquipollere arbitrantur, vt Pat. lib. 1. cap. 1. de iustificatione contra Bellarminum. Hanc definiunt, cum quispiam per suam inhærentem iustitiam, vndecunque eam habeat, coram Deo iustus pronunciatur. Hanc iustitiam in statu innocentiæ fuisse concedunt, item in Angelis: in beatis fore, in viatoribus negant. Alteram iustitiam ex fide, sine operibus esse volunt, cum Deus peccatores qualescunque, iustos propter Christum pronunciat, i. e. Christi iustitiam illis imputat. Hi itaque opera legis interpretantur, omnes actus bonos, omnia opera virtutum naturalium, acquisitarum, infusarum, omnia fidei, spei, caritatis, quæ ad iustitiam pertinere nolunt, opera.

§. 2. Opera legis minus strictè, atque anguste nonnulli interpretantur, vt restringant ad solas cærimonias, cum ad moralia etiam, ac virtutum acquisitarum opera referendum sit Apostoli dictum. Nemo enim ex operibus legum quibuscunque, sine gratia iustificari potest. Verbum legis additum illis imposuisse videtur, vt ad legem Mosaicam referrent, de qua locutus erat, & de ea potest accipi principaliter, cum ea ipsa lege etiam naturalis lex contineatur. Deinde monit eos quod capit. 3. ad Galatas, cum eandem quæstionem disputat Apostolus, de lege Mosis & cærimonijs loquatur, sed cum agat aduersum Iudæos, prudenter atque efficaciter eorum lege contra eos vtitur, si enim ea non posse ipsos iustificari conuicerit, totum obtinuerit, nempe alio modo ad iustificationem esse tendendum.

Opera legis omnia naturalia.

§. 3. Opera legis dicuntur omnia opera à lege præscripta, vt lex distinguitur à gratia, atque illi opponitur, non autem opera supernaturalia, opera à fide, spe, caritate profecta, opera gratiæ. Hæc enim opera iustitiam augent, sed ea de re postea agendum erit.

Legis sunt opera sine gratia.

Primo ita S. Augustinus interpretatur de Spiritu & litera cap. 8. *Quam tamen Dei legem sua iustitia se arbitrabantur implere, cum magis eius prævaricatores essent: Vnde illis iram operabatur abundante peccato, quod à scientibus perpetrabatur: quia & quicunque faciebant quod lex iubebat, non adiuuante spiritu gratiæ timore pœnæ faciebant, non amore iustitiæ: ac per hoc coram Deo non erat in voluntate, quod coram hominibus apparebat in opere: potiusque ex illo rei tenebantur, quod eos nouerat, Deus malle si fieri posset impune committere. Circumcisionem autem cordis dicit, puram scilicet ab omni illicita concupiscentia voluntatem: quod non fit littera docente & minante, sed Spiritu adiuuante atque sanante. Ideo laus talium non ex hominibus sed ex Deo est, qui per suam gratiam præstat vnde laudentur: de quo dicitur: In Domino laudabitur anima mea. Et cui dicitur, apud te laus mea. non quales illi sunt, qui Deum laudari volunt quod homines sunt, se autem quod iusti sunt.*

Et in expositione Epistolæ ad Galat. capit. 3. 16. *Sub timore vult intelligi non libertatem: vt saltem corporali præsentique vindicta vindicaretur in eos, qui non permanerent in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt facerent ea. Huc quoque accedebat, vt in ipsa corporum pœna etiam maledicti ignominiam formidarent. Ille autem iustificatur apud Deū qui eum gratis colit: non scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso præter ipsum, aut timore amittendi. In ipso enim solo vera nostra beatitudo atque perfecta est. & quoniam inuisibilis est oculis carnis, fide colitur quamdiu in hac carne viuimus: sicut supra dixit, Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo Filij Dei: & ipsa est iustitia quo pertinet quod dictum est: Iustus ex fide viuit.*

N... fuerit in... sed operibus... tantummodo impleri, non timore... re... tota causa agitur... gratiam... on ex... iat... a... persuade... Laus enim Apostolus... per... vim atque officium ab... quod illud tam Iudæi, quam... hant, a... se per legem Mosis, hæc vero per... sophia, & virtutes ciuiles iustos arbitrabantur, neutri per fidem & gratiam Christi, de his igitur opus hoc loquitur Apostolus. Tertio, opera legis talia erant, vt si per illa iustificati essent vel Iudæi, vel gentes, non fuissent ὑπόδικοι, obnoxij Deo, eiusque iudicio, & sententiæ damnatiuæ, nec omne os obturatum fuisset, sed iure merito gloriari potuissent de sua iustitia, sine gratia meritoris, at vero quorum iustitia crescit per opera ex gratia, & fide coram Deo peracta, non possunt gloriari aduersum Deum, quia quicquid agunt, est gratia. Itaa accuratè Augustinus, *Vt omnis mundus reus fiat Deo, & obstruatur omne os in laude sua, & non aperiatur nisi in laude Dei.* Argumentum sane Pauli huiuscemodi est: Nemo ex operibus legis iustificatur, ergo omne os obstruitur, & omnis mundus subditus Deo redditur. Sed an non & mundus Deo subderetur, & superbientium tolleretur iactatio, atque omne os obstrueretur, si Deus ex operibus gratiæ, fructibus fidei iustitiam fidelibus augeret? Nunc aduersarios audiamus.

§. 4. Obiectio. 1. *Nisi opera legis extendantur ad virtutes à Deo infusas, earum que actiones, caritatemque & omnia dona gratia, non distinguetur iustificatio, & sanctificatio: at illa diuersa sunt.* Respondeo. Illam ... & iustitiæ nouitiam esse distinctionem, S... P. & veritati esse incognitam, qua de re alias ... sermo erit. Gratia enim & caritas quæ sanctum facit, eadem etiam iustum facit, certe Apostolus cunctos oblatos, sanctificatos, iustificatos dicit, non diuidit illa, nec iustificationem præponit sanctificationi. Cum igitur Pareus ait, apud Lombardum & Scotum non esse geminæ iustificationes commentum, fallitur, aut fallere nos cogitat. Neque enim nos duplicem institiam comminiscimur sed vnam atque vnicam formam, qua iusti reddimur, qua nobis diuinitus infisa, & inhæret ut recedit, & iusti à Deo pronunciamur, quemadmodum vnius rei est, lumé, quo diffuso cedit tenebrarum nigror, & qui coecus non est, lucere iudicat, nec aëri serenato caliginem imputat, quia iam desijt, ita nec Deus iustificatis peccata imputat, quia sublata sunt.

§. 5. Obiectio. 2. *Caritas & eius opus non iustificat, nullum ergo opus iustificat.* Antecedens probant. *Quia caritas est opus legis.* Secundo, *quia est pars iustitia legalis, non tota iustitia.* Tertio, *quia est habitus languidus. Cum vero dicitur impletio legis, dictio ... sit ... intelligi debet. Consequentia perspicua, quia virtutum omnium præstantissima est caritas.*

Respondeo. Opera caritatis infusæ esse opera legis, & non esse opera legis, sensu diuerso. Opera legis sunt, quia lex dicit: *Diliges Dominum Deum tuum.* Opera legis quia præcepta sunt à lege. Non tamen opera legis quæ vi legis, & humanis viribus impleri queant. Sine fide, spe, gratia, auxilioque diuino & supernaturali, Deum tanquam æternæ vitæ datorem, & finem supernaturalem

... Gratia ... sed gratiam ... est gratia. Si vero tamen opus legis ... peccatur, non tamen opera legis ... caritas Gentilium quorundam & Iudæorum ... amore Deum creatorem, conf... benignum, ac sapientem, sine gratia fidei di... tum.

Respondeo Secundo. Caritatem esse totam iustitiam: *qui enim diligit legem impleuit*, caritas vniuersale donum, anima omnium virtutum, vita bonorum operum, plenitudo legis. Qui autem seruat verbum eius, *vere in hoc caritas Dei perfecta est.* 1. Ioann. 2. 5. Caritas enim inimicitiam cum Deo non patitur, sed qui diligit in Deo manet, si manet in Deo, iustus igitur est.

Tertio. Quamuis caritatis vel actio, vel habitus sit languidus, non tamen idcirco ad iustificationem non pertinebit, nam & ad iustitiam augendam valet, & ad inchoandam requiritur. Neque enim ad iustitiam, vel sanctitatem certe rum gra-duum mensura requiritur, cum alij sint alijs sanctiores ac iustiores, nec tamen in quibus est minor caritatis ardor, sunt iniusti, neque in Christianismum inducenda est Stoa, omnia peccata, virtutesque turpi paradoxo exæquans. Non facere ad rem, graduum atque intensionis diuersitatem Ipsi in sua peruersitate hæretici confitentur, Solam fidem iustificare volunt, eamque minimam ad iustitiam sufficere Caluinus arbitratur, imo tenuissimam eius scintillam sub ingenti immanium scelerum quasi cineris cumulo delitescentem iustificare. Caluinus idem asserit. Cur igitur in fide non requirunt gradus intensos, in caritate negant iustitiam esse posse, quia gradus est languidus?

Gradus iustitia.

§. 6. Obiectio. 3. Bezæ ex Gal. 2. 21. *Si inueniebamur ipsi iusti sumus, ergo gratis Christus mortuus est, si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. Hoc est blasphemum in sanguinem filij Dei.* Nam Roman. 5. 10. *Iustificati dicimur sanguine filij Dei.*

Respondeo. Verutis hoc esse argumentum, non hominis. Sanguine Christi iustificamur, & Christus non est gratis mortuus, & tamen per iustitiam inhærentem iustificamur, iustitiam precio sanguinis emptam, iustitiam de morte Christi viuentem. Quasi vero non ita liceat concludere, si analogiam harum dispositionum teneamus. Christi sanguine iustificamur, non igitur per fidem, non igitur, vt illi loquuntur, per se credere.

Nostra iustitia à morte Christi.

Tota hallucinatio est ex ignoratione disciplinarum, quæ docent vnius effectus plures esse causas. Iustificamur inhærente iustitia, quæ est causa formalis, qua iusti sumus, hæc tamen ipsa non datur vlli, nisi de Christi merito, nisi ex sanguine agni, quo dealbamur, ita tamen et vero candore splendeant iusti, non est frustra medicorum industria, nec sine causa medicamentorum vires: quamuis sanitas interna sit, humorum & qualitatum omnium contemperatio à medico enim & herbis potentibus est effecta. Suo virore prata herbescunt, sua dulcedine maturatur auctumnus, suo lumine coruscat æther, nec frustra sol tamen causatur, absque enim esset, omnia illa conciderent. Quamuis enim ex forma vitæ res quæque sit, quod esse dicitur, non tamen causa formalis excludit efficientem. Quæ igitur blasphemia, si dicimus: Ex sola, ac gratuita Dei gra-

ex morte Christi, ex precio sanguinis pro nobis effusi, à Christo miserente, merente, donante, in nobis operante, caritatem nobis infundente nos iustificari, idque gratis infusa iustitia? An gratis mortuus est? Certe id ex doctrina nostra non sequitur: Dicimus enim in morte eius esse meritum nostræ iustitiæ in sanguine precium redemptionis, in donatione liberalitas est iustificantis, in iustificatione amicitia redintegrata, in omnibus absolutissima, nullis nostris beneficijs obligata, nullis obsequijs prouocata, ex sola miseratione infundentis exhibita gratia? Satis res intelligitur, sed vberius illis explicanda est, vt errores suos ipsi intelligant. Sanctos nos esse sanctitate, ac virtutibus inhærentibus concedunt aduersarij, quam sanctitatem, nouitatem vitæ, regenerationemque nobiscum appellant, sancti igitur sumus infusa sanctitatis forma, seu virtutum habitibus, & tamen non obstant habitus illi, quo minus Christi sanguine sanctificemur. An non est mortuus propter sanctitatem nostram? Nonne omnia illa dona sunt in Christo, & per Christum? Nonne in eo nos donauit omni donatione cœlesti? Quod si igitur de sanctitate & charismatis non licet gloriari, nec illorum respectu fuit irrita Christi passio, cur de iustitia inhærente id sentiamus? Vera inhærens animo sanctitas, habitusque virtutum, Dominicæ passionis virtutem non euacuat sed commendat: cur non igitur & iustitia, de eodem fonte demanans, mediatoris ac redemptoris nostri meritum ac benignitatem approbet? Effectus enim passionis est inhærens nobis sanctitas. *Dedit enim semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Mortuus est igitur Christus, vt nos sanctificaret, iustitiâ inhærente, neque consequitur, si sanctitas nobis inhæret, ergo Christus frustra mortuus est. Vel igitur Caluiniani nullam habent sanctitatem inhærentem, vel si quam habent, non est illa ex meritis Christi, quia est inhærens.

Sanctitas ex Christi meritis.

Idem sentiunt etiam sectarij cum agunt moderatius. Melanchthon. *Pauli mens est vocare opera legis, cum nostris viribus legem conamur exprimere, quæ sunt vere & prorsus peccata, non enim fiunt pacificato, & libero, sed seruili animo.* Bullingerus. *Ex istis vero omnibus nunc patere arbitramur, quod homo nullis meritis, siue ex lege naturæ, siue ex lege Dei factis iustificatus est.* Gualterius. *Caro (hic) homo qualis sua natura est, antequam regeneretur.* Rectè definit opera legis, sed male dicit esse peccata, cum multa sint ἀδιάφορα, multa moraliter honesta, quæ suis viribus infideles, & peccatores agunt. Quod si virtutes peccata sunt, vt ait Oecolampadius, quia nullæ tam candidæ sunt, quin nubecula aliqua, in illis inueniatur, causam non dicent, quo minus ipsa fides iustificans peccatum sit mortale.

§. 5. Obiectio 4. *Non tantum operibus absque fide factis adimitur iustificatio, sed vniuersaliter omnibus. Nam de malis aut non bonis, nihil necesse fuit agere. Hoc enim per se manifestum fuit. Paucorum enim fuit tanta corruptio, tanta ruditas, vt humanis hostijs, alijsque flagitijs Numen placari posse crederent, præcipue inter Iudæos.*

Respondeo. Omnibus generaliter operibus primam iustificationem adimi, cum enim omnia opera sint inimici, iustum facere non possunt. Neque hac in re est dissensio, tantum negamus iustificationem soli fidei conuenire, eo sensu quo asserunt aduersarij, sed fidem atque alia opera, velut dispositionem ad iustitiam requiri dicimus. Bona opera ante fidem esse [illegible], tal[illegible], quæ saluti proficiant bona [illegible], seu [illegible] ter agnoscimus, & quæ ad [illegible] m ex D[illegible] auxilioque præparent.

§. 6. Obiectio 5. Hinc consentim obijciunt, *Deus seruauit nos non ex operibus nostris,* 2. Timoth. 1. *Ergo non seruauit ob præcedentem pœnitentiam. Seruat nos Deus ex proposito suo, non ergo ob impletam pœnitentiæ conditionem.* Respondeo, hisce omnibus iam à nostris, & postremo ab aduersarijs abunde responsum esse. Nam sic neque per fidem vel ex fide nos seruaret. Idem ex verbis famosi Caluinistæ Vorstij in 100. erroribus Sibrandi, errore 85. manifeste deducitur: nam Arminianos iam dudum puduit imperij erroris suorum maiorum, & fatentur pœnitentiam iustitiâ priorem esse.

QVÆSTIO II.

Quid sit iustificari?

§. 1. IVstificationem rectè Illustrissimus Bellarminus lib. 1. de iustification. cap. 1. distinguit & definit. Primo enim Iustificatio dicitur lex ipsa quæ iustitiam præcipit & docet, Psalm. 118. *Iustificationes tuas custodiam, doce me iustificationes tuas, vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.* vers. 8. & 33.

Contra insurgit Pareus, significatio illa falsa est, ex praua versione latina, quæ חקיך reddidit, *Iustificationes tuas*, cum dicendum sit: *Præcepta tua, statuta tua.* Deprauat enim non modo Hebræum textum, sed & Græcam versionem, quæ חקיך reddidit, δικαιώματά σου, iura tua.

Respondeo. Magna confidentia, & grauis non in Bellarminum, sed Hieronymum, Augustinum, alios qui hac versione vtuntur, censura, quasi vero solus Caluinista de textu Hebræo iudicare, & pro arbitrio possit interpretationem præscribere. Sed tamen rem expendamus, & superbiam hominis magisterium orbis sibi arrogantis patefaciamus. Hebræa dictio, חק præceptum, statutum, ius, lex, mos, ritus, norma, iustum recte vertitur. Mercerius definit חק quod iustum est, vt quis accipiat, ratione Scripturæ, vel legis, vel consuetudinis, quod idem noster dixit iustificationem, nam tenera mores atque animum ex his fieri rectum necesse est, si fideliter obseruet. Dauid Kimhi libro radicum, cærimonias ritusque vocat חקות, quæ etiam iustitiæ aliquando vocantur. Secundo חק vocatur demensum, siue diurnus cibus, vocatur etiam id quod docet, quod cogit, vt de Prouerb. 31. 15.

Ad Græcam versionem quod attinet, ex illa latina probator, non igitur vetus interpres illam corrupit. Δικαίωμα enim est iustitia, iustificatio, iungiturque frequenter cum ἐντολαῖς præceptis, & κρίμασι iudicijs, eorumque iustitiam & rectitudinem significat. Apud exoticos scriptores etiam firmamenta causæ, atque adeo ratio cur iusta censenda sit δικαιώματα vocantur. Demosthenes δίκαια appellat, περὶ στεφάνου. Cum vero 70. interpretes facile sexagesies חק vertant δικαίωμα, & tricies octies ni fallor νόμιμον, legitimum, si ostendero δικαιώματα recte verti iustificationes, etiam probatum fuerit חק ita recte vertit. Ac primum quidem quandoquidem de verbis disputatio est, si δικαιοῦσθαι est iustificari, & δικαιωθεὶς iustificatus, cur δικαίωσις, & δικαίωμα

[illegible] & quidem cum *δικαίωμα* legem [illegible] rectitudinem significet, cur non etiam [illegible] Luc.1.6. Zacharias & Elisabeth ambulasse [illegible] in omnibus *δικαιώμασι* iustificationibus. hoc est, vt Caluiniani interpretes vertunt, *constitutionibus*, melius autem redditur iustificationes, quam constitutiones etiam Syrus censuit, qui בזדיקותה *in rectitudine* eius conuertit. Rectitudo illa est iustitia legis, seu lex qua iusta est.

Tertio, Beza præter morem à Patribus recedere verecundatus est. Verba eius sunt. *Græci Bibliorum interpretes hoc vocabulum (δικαίωμα) postea ad totam legē Dei, ac præsertim ad sacros ritus transtulerūt: ita nimirum maxime commendata lege, quod certa sit omnis iustitiæ regula.* Si igitur lex rectè dicitur *δικαίωμα*, quia est certa iustitiæ vniuersæ regula, cur non eandem ob causam iustificatio rectè dicetur? Pergit Beza. *Vulgo solent ad verbum conuertere iustificationes, quam interpretationem ideirco tantum reieci, vt hanc quoque occasionem calumniandæ iustificationis ex fide præciderem. Cum alioqui τὸ δικαιοῦν iustificare, & τὴν δικαίωσιν iustificationem interpretari malim, quam noua vocabula quærere cum infirmorum offensione.* Fatetur igitur Beza vulgo sic verti, & ad verbum verti, ipse ideo solum fugit hoc verbū, ne hinc deduceretur, Zachariam & Elisabeth non ex sola fide iustificatos.

§. 2 Obiicit Pareus. *Δικαίωμα est apud Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 5. ἐπανόρθωμα τῆς ἀδικίας. Correctio, seu compensatio iniustitiæ, non igitur δικαίωμα est iustificatio.*

Respondeo. Quanquam id genus argumentandi sit hominis non intelligentis, & loqui nescientis, ex Aristotele tamen ostendam nullum vanitati esse patrocinium. Cuius enim est, ex vna verbi alicuius significatione cæteras omnes tollere? An nulla nomina πολύσημα sunt? Sed tamē Aristotelē audiamus. *Διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα καὶ τὸ ἄδικον, καὶ τὸ δικαίωμα καὶ τὸ δίκαιον. Ἄδικον γὰρ ἐστι τῇ φύσει, ἢ τάξει. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο ὅταν πραχθῇ, ἀδίκημά ἐστι, πρὶν δὲ πραχθῆναι οὔπω, ἀλλ' ἄδικον, ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα. καλεῖται δὲ καὶ τὸ κοινὸν μᾶλλον δὲ δικαιοπράγημα, δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Differt vero ἀδίκημα iniuria, & ἄδικον iniustum, & δικαίωμα id est, quod iuste factum est, seu iustitia reexhibita, & δίκαιον iustum. Iniustum est enim natura, vel ordinatione, & hoc ipsum cum factum fuerit. ἀδίκημα est, seu iniuria. Antequam vero fieret, nondum, sed iniustum. Similiter autem & δικαίωμα, videlicet dicitur id quod factum est iuste, vocatur autem ita generatim, potius vero δικαιοπράγημα iuste factum. δικαίωμα vero est correctio iniuriæ.* Si igitur *δικαίωμα* aliud non est, quam *δικαιοπράγημα*. non potest, ne *δικαίωμα* quidē esse constitutio, seu iusta lex, ideoque reprehendenda Scriptura, quæ sic loquitur. Si autem *δικαίωμα* est lex seu ius scriptum, rectitudo nobis à Deo commendata, eo etiam extendatur iustificatio, quanquam si iustificationem quispiam definiat correctionem iniustitiæ, non video quid absurdi dicat, cum iustificatio tollat iniustitiam, quemadmodum rectitudo curuitatem.

Πολύσημα.

§. 3. Iustificatio est iustitiæ acquisitio 1. Cor. 6. 11. *Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis.* Et infra Rom. 8. 38. *Quos vocauit, hos & iustificauit.* Hanc sectarii negant, quia iustitiam sola imputatione definiunt, qua de re sæpius disputandum erit imposterum.

§. 4. Iustificatio est incrementum iustitiæ, seu motus ad maiorem iustitiam. Eccl. cap. 15. 25. *Ne verearis vsque ad mortem iustificari.* Iacob. 2. 24. *Videtis quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum.* Apoc. 22. 11. *Qui iustus est iustificetur adhuc.*

§. 5. Obiicit Pareus. *Locus Syracidæ est apocryphus. 2. monet resipiscentiam non esse procrastinandam, nam in Græco est, μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι, ne differas ad mortem vsque iustificari. Iacobo iustificari, est iustum declarari.* Apud Ioannem *ἔτι adhuc significat perseuerantiam non incrementum iustitiæ.*

Respondeo. De auctoritate Siracidæ hic disputare alienum est, & à multis factum. De ipsa igitur sententia agamus. Non modo Græci, sed ipsi etiam hæretici interpretes hoc in loco motum ad iustitiam agnoscunt. I. Drusius vertit: *Iustus fieri*, in quo hoc noto primum, quod dicat, *iustus fieri*, non iustum censeri, vel iustitiam imputari. Deinde quid sit fieri iustum exponit. *Bonus fieri, vitam emendare, nam qui vitam emendat ex malo iustus, id est, bonus fit.* Ita ille, at nemo bonus fit sola imputatione, itaq; nec iustus, quia vero ita vitam emendat, vt in bonitate crescat, etiam iustior, hoc est melior efficitur. Neque verba Græca obstant nostræ interpretationi, *μένειν* enim hic est cessare, desinere, monet igitur, ne animo ignauo, ac deside torpeat, sed continua cura ac labore viam iustitiæ decurrat, atque in virtute proficiat. Aristoteles lib. 2. Rethoricorum τὸ *μένειν* opponit, τῷ *μάχεσθαι* cessare & pugnare contraria.

Syracides expositus.

Respondeo secundo. De loco Iacobi Apostoli singulatim post exponam, quid sentiendum sit, nam quod Pareus Abraham iustificatum, hoc est declaratum per opera interpretatur, id non immerito cautioribus Caluinistarum displicet.

Respondeo ad Apocalypsin. SS. quidem PP. Ioannem de augmento iustitiæ intelligere. Cyprianus de bono patientiæ. *Qui perseuerat nocere noceat, & qui in sordibus est sordescat adhuc, iustus autem adhuc iustiora faciat, & similiter qui sanctus est sanctiora.* Cum dicitur sordescat adhuc, non modo contumaciam in malo, sed fœditatis etiam incrementum significat, igitur & cum dicit iustificetur adhuc, etiam iustitiæ augmentum requirit, opponuntur enim illa duo. Verum de illo textu dicam suo loco.

§. 6. Iustificatio est iustitiæ declaratio, absolutio, opposita damnationi. hanc, & solam quidem sectarii tuentur, nullum enim iustum esse concedunt, omnes imputata iustitia in diuino tribunali absolui. Ita rigidi omnes, & demum Pareus lib. 2. de iustificatione cap. 1. contra Bellarminum. Iustificandi verbum enim non aliter posse accipi apud Latinos, quam הצדיק *Hizdic* apud Hebræos, sed Hebræum aiunt semper accipi pro forensi absolutione. qua iustus quispiam à iudice pronunciatur, eodem igitur significatu accipiendum Latinum, & Græcum *δικαιοῦσθαι*. Hoc igitur expendendum, anne Hebræa dictio perpetuo habeat forensem significationem, vt sit *δίκαιον νομίζεσθαι, ἀπολύεσθαι*, sed etiam *δίκαιον γίνεσθαι, iustum fieri.*

Et primo quidem Daniel. 12. 3. *Qui ad iustitiam erudiunt multos*, מצדיקים hoc est, *iustificantes multos.* Vbi forensem significationem textus non admittit, cum enim dicitur מצדיקי הרבים quasi dicat, *iustificatores multorum.* At certe non fulgebunt sicut stellæ, qui quoslibet, quantumcunque improbos pronunciant iustos.

Respondet Pareus. *Doctores iustificare* [illegible] *vsque ad* [illegible] *tiam infundendo, sed ad iustitiam informan*[illegible] *rem non pertinere.*

Verum non opus habe[illegible] loco nostra refutatione, ipse enim ca[illegible] deserit cum ait, *doctores iustificare informan*[illegible], *non igitur iustificant imputando, vel ab*[illegible]*luendo* [illegible] igitur verum est, verbum צדק in hiphil habere perpetuo significationem forensem.

Mi aprofecto v rtigo, lib 2. cap. 2. ait צדק Z... in Piel, & הצדיק in hiphil, perpet o significare iudi io absoluere insontem seu iust m pronunciare, vel alium, siue Deo siue hominibus attribuatur, oam paulo p o sese .pse castigat ac refutat. Locus Danielis. inquit, manifeste loquitur de gloria Doctorum ustitiae. Ecclesiis & Scholis qui multos iustificant, hoc est, ad i stitiam informant: à forensi igitur significatione recedirur, cum alia admisceetur. Porro Doctores informant ad veram iustitiam, non quae impus in impietate man nti bus imputetur, s d quae impiis poenitentiam agentibus infundatur.

§.7. Alter locus est Isa. cap. 53. 15. *In scientia ... à iustificabit ipse iustum, seruum meum multos & iniquitates eorum ipse portabit. Hic iustificat scientia suâ docendo, non vt iudex tantummodo, deinde ipse iustus operando iustitiam efficit in illis, denique iniquitates eorum portando. S ... quoque reum, satis iam habemus. Locus Isaia licet ad forensem significationem, vt trahatur, non sit necesse, nihil tamen aduersario fauet.*

R spondeo, Imo vero ita sine dissimulatione fauet, vt etiam plaudat Bellarmino, si enim ad forensem significationem non trahitur, falsum igitur est, semper significatione habere forensem. Christus autē vere iustificat, sicut vere sanctificat, non enim ista diuersa sunt.

§.8. Tertius locus est, qui supra ex Apocalypsi citatus est. Cui obiicit Pareus. *Non posse eum de habituali iustitiâ intelligi, cum qui iustus est, iustificetur adhuc, quia subditur, qui sanctus est*, esse namque ταυτολογίαν merum. Respondeo, nondum in scirpo quaeri. Non n. est ταυτολογία, sed exegesis, & emphaseos causa sunt verba plura, vt cum à Paulo, *abluti, mundati, iustificati dicuntur*, quae omnia habent certos in iustificatione respectus, vnamque rem sine ταυτολογία explicant.

§.9. Quartus locus est, Psalm. 18. 10 *Iustificata in semetipsis*, vel *in semetipsa* Hebraice צדקו יחדו *iustificata sunt pariter. δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.* Vbi Caluiniana interpretatio *Iusta sunt pariter*. Et Vatabl. Geneuae interpolatus. *Omnia ad vnum sine exceptione recta sunt, nihil in illis macula aut vitii deprehenditur, sed absoluta sunt omnibus numeris.* At ibi iusta esse Dei iudicia imputatiue quis asserere audeat? Non hic igitur significatio est forensis.

§.10. Obiicit igitur Pareus. *Graecè δικαιοῦν iuxta Suidam duo significat, τὸ κολάζειν, καὶ τὸ δίκαιον νομίζειν quarum posterior significatio, in Scriptura Graeca vtriusque testamenti est perpetua, vnico nisi fallor Isaiae loco cap.* 53. 13 excepto.

Respondeo falleris, & porro fallis. Et Suidam refutat Sanctus Chrysostomus, qui cap. 4. & cap. 5. δικαιωθῆναι interpretatur δίκαιον γενέσθαι, *iustum fieri*. Deinde alia loca Scripturae etiam recedunt a significatione forensi. Nam צדק *est iustificare*, non modo iudicare iustum, *sed facere iustum esse*. Ita Iob 4. 17 vbi septuaginta μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἐναντίον κυρίου. & Vatabl. *Nunquid homo iustior Deo erit?*

Deinde insignis est locus Iob 22. 3. הַחֵפֶץ לְשַׁדַּי כִּי תִצְדָּק *Quid prodest Deo si iustus fuero?* Septuaginta τί γὰρ μέλει τῷ κυρίῳ ἐὰν σὺ ἦσθα τοῖς ἔργοις ἄμεμπτος *Quid enim curae est Deo, si iustus operibus inculpabilis*. Vbi Symmachus μὴ χρήζειν ἱκανὸς (*Deus scilicet αὐτάρκης & sufficiens*) ... δικαιωθῆς ἢ κερδανεῖ ἐὰν ἄμωμος ... *indiget qui sufficiens est, vt tu iustificeris, aut lucrum faciet si fueris inculpata via tua.* Haec ... non possunt accipi, nam iustitia est, esse ἀμέμπτον ἔργοις, & ἄμωμον ὁδόν. *Operi*...

... *tiam* ... Hae ... preratur, vt p... nobis faciat ... vertit. *N... voluptas est omnipotenti si in ... fueris? & num lucrum est ei si integras praestiteris vias tuas* ... interpretatur ... *Quasi aliquis probitate & integritate sua afficiat Deum, in se ... & per se ... perfectissimum ... vt sit ei vel accidat quippiam, quo prius carebat delectat ... lucrum aliquod obueniat.* Habemus igitur etiam aduersariorum testimonio, צדק esse iustum, integrum, probum. Neque huius loci sensum esse *Quid Deo prodest; si te iniustus, & in causa tua iudicem pro iusto absoluerit.* Scio locum hunc mirabiliter à Iunio & Tremellio peruerti. Nam pro *Iustus fueris*, vertunt: *iustificaris* pro תתם *perfectas feceris*, vertunt: *perfectas asseris* Quae vertendi ratio profecto efficiet, vt mox omni Scripturarum possessione careamus, quod non immerito Beza veretur Sed de hoc loco dicamus. Non erat hoc in quaestione, An Deum delectaret is, qui se iustum di... ret, aut vtilitatem adferret, si quis diceret integras esse vias suas. Ille enim Deus potius offenditur, sed de ipsa re quaeritur, vt interpretes conuertunt, & exponunt. Tam vero aperta res est cap. 35. 7. vt cur sis desiderare plura, vel clariora. אם צדקת *Si iustus fueris, vel, si iuste egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet.* Vbi & Beza. *Si iustus es quid dedisti ei?* Vbi etiam Iunius & Tremellius. *Si iustus es, quid das ei?* At non intelligitur hoc de imputatione, aut forensi pronunciatione, sed vera iustitia, vera est ergo, non sola imputatione, iustitia.

Eadem videre est Genes. 38. 26. צדקה ממני *iustior me est, δεδικαίωται* vbi non agit de imputatione, sed grauius se peccasse confitetur, ideo illi abesse iniustitiam, quae sibi adsit. Sic Daniel. 8. 14. *Mundabitur* נצדק *sanctuarium*, quod non sola imputatione & pronunciatione iu...s mundarum, seu vt Hebraeus loquitur, *iustificatum* est, sed re ipsa electis inde gentium abominationibus. Sic Iob. 33. 12. *In hoc non es iustificatus*, id est, *In hoc non es iustus*, alludit enim ad versum 9. vbi Iob dixit: *Mundum se & innocentem esse.* Sic cap. 34. 5. dixit Iob צדקתי *iustus seu iustificatus sum*, non de imputatione iustitiae, neque sic eum amici intellexerunt, sed additur, *Et Deus subuertit iudicium meum*, quod tribuit illi Elius, non igitur semper hoc verbum ad forensem sententiam pertinet. Sic cap 9. 15 & cap. 10. 15. Quae omnia licet non sint in Hiphil, ex aliis tamen coniugationibus etiam ista intelligitur.

Denique negamus non modo orthodoxi, sed nobiscum pariter Lutherani omnes, & pars Caluinianorum modestior & doctior, vllum iustitiae imputatiuae exemplum inueniri in Scriptura, quale illi fingunt, nempe vt homo impius manens impius iustificetur, hoc est, iustus in vero Dei iudicio censeatur. Cum enim vera iustitia nobis impertetur, nulla ratio est, cur falsam, & vmbraticam illam consectemur. Atque hoc de verbo de iustificatione, seu iustifactione suo loco dicam.

QVAE-

QVÆSTIO III.

Quid omnis caro?

§. 1. NOn accipitur hic caro pro hominibus carnis illecebris deditis, sed generaliter pro homine, vt Is. 40.6. & 6. Ioel. 2.28. Sic Ier. 17.5. *Maledictus qui confidit in homine, & qui carnem brachium suum.* Et 2. Par. 32.8. Brachium carneum pro humano auxilio, quod cum carneum sit, necessario infirmum est & fragile. Hinc & Psal. 55.1. Dauid omnem hominem contemnit. *Quid mihi faciat caro.* Et 63.3. *Ad te omnis caro veniet.* Et Ioel. 3.1. *Effundam Spiritum meum super omnem carnem.* Sic Ioan. primo. Verbum caro factum est, *Carnem*, inquit Augustinus, *hoc in loco hominem debemus accipere, à parte totum significante locutione.* Apollinaristæ itaq; inepte ex illis concludebant, Christum sine anima solam carnem suscepisse, cum caro totum hominem significet, neque enim hoc loco iustificari caro sola sine anima, aut non iustificari dici debet. Genes. 6.7.17. Minatur Deus se deleturum *omnem carnem*, hoc est, omnem animantem.

QVÆSTIO IV.

An & quomodo per legem cognitio peccati?

§. 1. ANte legem etiam fuit cognitio peccati, nam & gentes quę legem non habebant, erant sibi lex, cogitationibus accusantibus, aut defendentibus ea quæ admittebant.

Hinc ortæ sunt variæ interpretationes. Prima, Per legem diserte constitutam esse, & promulgatam pœnam peccatorum, quæ omnibus nota non fuit. Altera, Theodoretus ait non omnium, sed multorum peccatorum per legem esse factam manifestationem. Tertia, peccati naturam ac malitiam singularem accurate lege notatam esse. Quarta, Originale per legem esse reuelatum. Quinta, Cœcitatem & miseriam humanam, inde cognitam esse. Sexta, Lege defectum rectitudinis in appetitu ostensum. Septima, Quasdam omissiones lege declaratas esse quod sint peccata. Octaua, Omnium peccatorum grauitatem ex lege agnosci. *Lex monstrat peccatum.*

Hæc omnia quodammodo per legem manifestata sunt, ideoque expositio plena necessario omnia complecti debet, etsi enim sine lege multa horum cognoscebantur, clarior tamen & certior ex lege cognitio nascebatur.

§. 2. Hoc loco vires legis tantum expenduntur, quæ hoc solum possunt, vt in peccati nos cognitionem deducant, terreant, promittant vires efficiendi, non conferant. Itaque lex sola iussione, prohibitione, peccatorum ostensione, pœnarumque minis continetur. Tantumque aberat, vt vires roburque peccatis resistendi, virtutesque amplectendi conferret, vt potius hominum contumaciam irritaret, & vt in vetita reuolueretur, negataque cuperet, vetando induceret.

§. 3. Hinc manifestissime colligimus, quomodo Apostolus per legem esse iustitiam neget, quomodo vero gratiæ tribuat, quia scilicet lex non nisi per gratiam impleri potuit. Vere Sanctus Augustinus lib. 1. contra duas Epist. Pelag. cap. 8. *His atque eiusmodi contestationibus Doctor ille gentium euidenter ostendit, legem non potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum, quod aufert gratia, quoniam lex iubere nouit, cui succumbit infirmitas*; gratiā iuuare qua infunditur caritas. Iustificatio igitur fit per gratiam qua infunditur caritas, ideoque vere iustificatur, quicunque iustificatur, non imaginarie dontaxat.

§. 4. Deinde hæc ratio confirmat opera legis, & legem à iustificatione excludi, quatenus sine gratia fidei considerantur, si enim legem & opera legis accipit latissime, vt fidei legem, & caritatis, operaque fidei & caritatis simul complectatur cum dicit, *Ex operibus legis nullum iustificari*, etiam in ratione & probatione eius pronunciati, eadem acceptione vti debet, atq; ita dicere. Per legem enim, hoc est, per opera fidei & caritatis, qua legem implemus tantum est cognitio peccati, quod falsum esse nemo non videt. Si igitur id solum excluditur, quo sola fit cognitio peccati, non debet excludi caritas qua vitatur peccatum, & impletur opus bonum contrarium peccato.

Confirmatur hoc ex eadem ratione quæ aliis verbis proponitur Gal. 3.21. *Si enim data esset lex quæ posset viuificare, νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, vere ex lege esset iustitia.* Cur igitur lex non iustificat? quia non potest viuificare, quod si posset, iam iustitia esset ex lege, seu viribus legis. At caritas viuificare potest, iustitia igitur est ex caritate. *Nos scimus*, inquit Ioan. Epist. 1. cap. 3. 14. *quia de morte translati sumus ad vitam, quoniam diligimus fratres.*

VERSVS 21. 22.

Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à lege, & à Prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt in eum, non enim est distinctio.

QVÆSTIO I.

Quid est iustitia quæ hic manifestata dicitur?

§. 1. QVadruplex est in Scripturis iustitiæ acceptio. Primo dicitur ita ius, vt Gen. 30. 33. *Cras respondebit mihi iustitia mea.* Prosper enim successus ostendit ius à Iacobo contra Labanum socerum stare. Hebraice, *Respondebit in me, seu testificabitur mihi.* Nonnulli interpretantur de integritate, & fidelitate, qua sanctus Patriarcha res soceri tractabat, quod cum hæretici faciant, mirror eos iustitiam nullam nisi imputatiuam agnoscere. *Acceptiones.*

Secundo dicitur iustitia lex scripta. Psalm. 18. 9. *Iustitia Domini recta lætificantes corda.* Hanc Pareus oppugnat, quia in Psalmo non est δικαιοσύνη, sed δικαίωμα, & in Hebræo פִּקּוּדִים hoc est, *præcepta.*

Respondeo. Iam supra docui ex Aristotele, δικαίωμα esse δικαιοπράγημα, factum iustum, quod Scriptura sæpe iustitiam appellat, cum ait: *facere iustitiā*, itaq; reprehēdi nō debet noster quod δικαιώματα vertit *iustitias*. Deinde idē eodē iure ad Domini iustissimā legē significandā, referri potest, vt lex dicatur

dicitur iustitia, sicut dicitur δικαίωμα, Psalm. 118. vers. 17. 56. 93. 94. 140. pro diuina lege mandatisque accipitur, cum enim ius Dei significat: eunc dant Sectarii, cur non & rectitudinem, seu institiam, eam præsertim, quæ per Prophetas nobis scripta est? Hebræa dictio eo loco posita צדקה latissime patet, est enim inspectio, visitatio, Episcopatus, officium, præfectura, administratio, legum ordinisque dispositio, quæ omnia cum sint in Deo non modo iustissima, sed ipsa iustitia, non vid. o cur id nominare sit nefas, quod esse conceditmus.

Tertio, Iustitia est externa s. u operum, Politica, Philosophica, quæ opponitur internæ atque illi quæ est in animo, talis erat Scribarum & Pharisæorum.

Quarto, Iustitia est rectitudo interna, qua homo ad Deum & proximum recte ordinatur, dicitur iustitia fidei, quia à fide incipit; iustitia Dei, quia Dei donum est. Hac de iustitia agendum est, quæ duplex est, habitualis, & actualis. Nunc hoc notasse sufficit. Pareum vltro date, quod multis argumentis euincere Catholici solent, nempe Eph. 4. 24. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis, intelligendum hoc de iustitia interna, quam Deus homini dedit. lib. 1. cap. 1.

§. 2. Iustitiam de qua Apostolus loquitur, multi interpretantur esse Dei in promissis fidelitatem, qua se daturum regnum cœleste promisit. Quidam Christum ipsum, qui let 3. 6 dicitur *iustitia nostra*, Dan. 10. 16. *Iustitia sempiterna*. Hanc iustitiam aiunt manifestatam in carne, & illi testimonium perhibuisse Prophetas, & Legem; sine lege autem quia lex vsque ad Ioannem. Verum cum antecedentia consequentiaque manifestum reddant, de ea iustitia agi qua nos iustificamur, non potest hic alia iustitia intelligi, quam ea, qua iusti sumus, de qua tamen controuersia est, nos inhærentem dicimus, hæretici in varias sectas sparsi sunt, aliter enim aliam comminiscuntur, de qua re peculiari quæstione agendum est.

Sine lege Theophylactus & comment. Ambr. interpretantur, cessante lege, quod huc tamen pertinere non videtur. Non enim de legis abrogatione hic sermo est, sed quid absque lege Deus præstet; ideo enim vocat iustitiam Dei, vt δυνατὸν ostenderet ἀνάγκην, possibilem promissionem, quod Chrysostomus notauit. Particula *Nunc* quibusdam videtur significare tempus Euangelicæ promulgationis, verum & ante fuit, fuit declarata, itaque aliis potius connectionis indicium.

QVÆSTIO II.

Quomodo manifestata & testificata à Prophetis?

§. 1. Duplex est horum verborum distinctio. Vel enim sensus est: Nunc iustitia Dei, quæ est sine lege, nobis est manifestata, vel, Nunc iustitia Dei manifestata est sine lege. Sanctus Augustinus censet, Iustitiam hanc sine lege esse, non sine lege manifestatam, lib. de spiritu & litera c. 9. *Iustitia Dei non qua Deus iustus est, sed qua induit hominem, cum iustificat impium. Hac sine lege est, quam Deus per spiritum gratiæ credenti confert sine adiutorio legis, hoc est, a lege non adiuto. Et: Iustitia Dei sine lege, non sine lege manifestata est, quomodo enim per legem testificata si absque lege manifestata?*

§. 2. Vtraque expositio bona est, quamuis mutuo, altera alteram continet. Iustitia enim Dei sine lege est, quia non iuuatur operibus legis: lex enim illam vi non continet. Deinde manifestata est, sine adiutorio legis, qua lex est. Nam manifestatio nia, etiam in lege, & Prophetis facta, ad Euangelium pertinebat. Lex autem pædagogus erat, & manuductor ad Iranciustitiam. Nunc in Euangelio clarius retegitur clariaque in luce refulget. Consule Augustinum lib. de gratia Christi cap. 8. Si tamen verba spectes, verisimilius est, illa: *sine lege*, iungenda verbo πεφανέρωται, *manifestata est*. Alioquin dixisset, ἡ χωρὶς νόμου πίστις, *quæ ab, que lege est iustitia*. *Manifesta- tio sine lege.*

§. 3. Quandoquidem nouitatum suspicionem fugere fuit operæ precium, & verissimum id fuit, quod antiquissimum, iustitiæ Dei vetustatem ex lege & prophetis commendat, ne Iudæi aliam sibi esse olim iustitiam possent obtendere. Legem, & prophetas Augustinus, quasi duos testes accipit, Chrysostomus coniungit. Verum diue.so fenlu vtrque recte, vt alibi exposui. Matth. 17. Christus. Act. 10. 13. Apostoli eo testimonio vtuntur. Paulus hîc Abrahæ exemplo vtitur. Testimonia sunt Gen. 3. & 12. & 49. Psal. 151. Isaiæ 53. Dan. 9. aliisque locis innumeris, præsertim ex Abacuc, Non est ergo, vt ait Chrysostomus πρᾶγμα πρόσφατον καὶ ξένον, *res extemporanea, & peregrina*, sed vetus, & quæ etiam nunc μαρτυρίαν, *testimonium habet*. Insignem de sua conuersione narrat historiam Iustinus Tryphoni, quomodo lectis Prophetarum & Apostolorum libris Christianum se professus sit. Magnæ erat auctoritatis illa ratio, non apud Iudæos modo, sed etiam Gentiles; multæ enim historiæ in manibus versabantur, ex quibus constabat, Mosen, & alios Prophetas multos omnibus Philosophis fuisse vetustiores. Et Iustinus id probat exhortatione ad Græcos. Adducitque testes Polæmonem, Ptolomæum, Mendesium, Hellanicum, Philochorum, Castorem, Thallum, Polyhystorem. Idem Tatianus Iustini discipulus, Clemens Alexandrinus lib. 1. cap. 10. Strom. Athenagoras in legatione. *Equidem & vos existimo, studiosos, & doctos, non ignorare Mosis, Isaiæ, Ieremiæ aliorumque Prophetarum libros, qui sicut eundem Ecstasin, ea quæ è cœlo diuini spiritus instinctu cognoscebant, eloquebantur. Cum illos spiritus velut tibicen tibiam inflaret.* Similia & Lactantius lib. 1. cap. 4. diuinarum institutionum. Ex quo consequitur eam iustitiam demum fore salutarem, quam Spiritus sanctus iam olim docuit, & cunctis vere iustis donauit. *Propheta teste. Prophetarum vetustas.*

QVÆSTIO III.

Quomodo iustitia in omnes?

§. 1. Εἰς πάντας, & ἐπὶ πάντας, *In omnes, & super omnes*. Quædam ἐπὶ πάντας omittuut, quæ exemplaria, & Græco, Syro, Latino, & consensu interpretum sunt corrigenda. Quidam putant geminatione asseuerationem & emphasin indicari. Oecumenius εἰς πάντας ad Iudæos refert, vt qui domi habuerit salutis causam, ἐπὶ ad gentes quia illis salus supervenit, non omnibus quidem, sed credentibus. Verum vtcunque ista habeant, ex quo iustitiæ sunt facti participes, non est enim distinctio. Cum autem iustitia datur per fidem, in confesso est, errare hæreticos, qui fidem & iustitiam confundunt. Per fidem vero veritatum & *In omnes & super omnes.*

fun-

fundamentur datur. Augustinus de spiritu & lit. cap. 9. de natura & gratia cap. 10. de prædestinat. Sanct. cap. 7.

§. 2. Sectarii ita Iustitiam sine lege esse defendunt. Vt etiam dicant legis violatores coram Deo esse iustos. *Iusti pronunciantur*, inquit Aretius *à Deo homines, etiam qui legem implere non possunt. Imo non solum non adiuuat ad hanc iustitiam Deo consequendam, sed etiam non seruata, non impedit electos, quo minus eam obtineant.* Ne vero de solis cæremoniis agere putetur, adiungit: *At legem intelligo hic in genere, de tota lege, hoc est, tam naturali, quam scripta.* Nullam legem impleti posse putat, ideo etsi in omnes committat quispiam venire, tamen super eum, & in eum hanc iustitiam contendit, Paulo nequicquam contra protestante, *non auditores, sed factores legis iustificari.* Illi nunc oppono dictum Augustini, quo & Arausicanum Concilium, & Tridentinum Sess. 6. cap. 11. vtitur. *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet, facere, quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis.*

Implere possibile.

VERSVS 23.

Omnes enim peccauerunt: & egent gloriâ Dei.

QVÆSTIO I.

Quid, Gloriâ Dei egere?

§. 1. Ratio est posterioris partis in præcedenti versiculo; *Non enim est distinctio.* Nullum esse Iudæorum & Gentium apud Dei tribunal discrimen probat: *quia omnes peccauerunt*, omnes ergo iniusti, nullus præmio, omnes pœna digni. Nemo ergo operibus legis iustus fuit, omnis igitur ex fide iustitia.

§. 2. Egent, Græce ὑστεροῦνται destituuntur gloria, sumpta est metaphora ab iis qui in stadio decurrunt, ex quibus qui ὑστεροῦνται posteriores relinquuntur alio euolante ad brauium, etiamsi sese currendo fatigent, ad præmia tamen aspirare non possunt, ita etiam se res habet in salute consequenda hominũ cura & labor, quamuis enim ærumnose iustitiam sectentur, ad iustitiam tamen sine gratia, & fide non pertingunt. Currere possunt, metam attingere non possunt, quia extra viam currunt.

Gloria Dei.

Gratia.

§. 3. Gloriam Dei quidam interpretantur, vitam æternam. Alii gloriationem, qua vti apud Deum possent, nonnulli gratiam, & remissionem peccatorum. Ego easdem hæc omnia in vnam interpretationem coniungenda. Gloria enim Dei vita æterna est, & vitæ inchoatio æternæ, gratia D. Cyprianus lib. 2. ad Quir. num cap. 22. legit, *claritatem*, quæ scilicet in regno illo æterno donatur omnibus Dei amicis.

Vita æterna.

Gloria Dei dicitur etiam gratia & iustitia, tum quia mirabilis apparet in horum donorum effusione maiestas, tum quia magna in Deum gloria redundat. Alioqui & Deus ipse gloria dicitur, ita Dauid Psalm. 3. 4. Deum vocat *gloriam suam*, quia in eo solo gloriabatur, quia omnem suam gloriam illi acceptam referebat. Imo Deus apud posteriores Iudæos absolute vocatur הכבוד gloria, sic enim loquuntur הכבוד ברוך הוא gloria benedictus ipse. Sic recte dici posset, omnes egere gloria Dei, hoc est Deo ipso, omnes enim tui, peccatores, infirmi, damnabiles, in solo salus est, omnib. in se perditio imminet ea Deo spes, & vita. Sic Ps. 46. 5. species Iacob dicit, seu magnificentia Iacob, ipse Iacob seu Israelitæ. Quemadmodum dicere solet, πεποίθασιν ἐπὶ ... ἀλαζονείᾳ, ... Ita δόξα Θεοῦ, pro ipso Deo glorioso. Hæc autem se mutuo consequuntur, vt si gratia egemus, egeamus & gloria. si enim nihil sine Deo possumus, quomodo nostris viribus ascendemus in cœlum?

Cyrillus itaque lib. de recta fide, Christum interpretatur, per eum enim & solum in cœlum aditus datur. Et Chrysostomus ait, ideo carere gloria, quia sint τῶν πεπραγμένων, ex illis, qui impegerunt, offenderunt. Potest etiam intelligi priuatos esse gloria Dei, quam in primo conditu acceperant. Ita Græci loquuntur ... τῶν αὐτῶν ... qui suis facultatibus spoliati erant.

VERSVS 24.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in CHRISTO IESV.

QVÆSTIO I.

Quomodo iustificati gratis?

§. 1. HActenus falsam Iudæorum, gentiumque iustitiam oppugnauit, nunc veram docet, & concludit ex præcedentibus, cum omnes sint peccatores, omnes Dei gloria egeant, nemo suis operibus sit iustus, consequitur nos iustificari esse gratis, gratia Dei, per redemptionem in Christo Iesu.

Particula *Gratis* δωρεὰν, Syrus מגן *manan* gratis, quamuis inuerterit verba, nam habet *in gratia gratis* בטיבותא מגן, sed idem sensus est, quemadmodum nec sensus hoc officit, quod in Græco est δικαιούμενοι, non δικαιωθέντες. vt legit S. Cyprianus. Gratis autem non sola fide, sed sine meritis nostris, non sine dispositione & voluntate nostra. Ita Trid. Sess. 6. cap. 18. Efficit enim Deus filios adoptat gratis, mera beneuolentia, vti & dites pauperem, non excludit tamen dispositiones ad hæreditatem ad eundem idoneas. Nun ergo audiendus Beza, qui gratis interpretatur, *sola fide.* Nam & alii exponunt, vt Gualterus, *Gratis, sine merito.* Et Oecolampadius: *Nihil operantes, neque vicem reddentes.* Et Cornerus, *Non propter vllum nostrum meritum aut dignitatem.* Aliique hæretici, vt appareat, à Beza cæterisque non veritatis studio, sed contentionis ardore nouas interpretationes hic gi... Quid sit porro gratis iusti... Concilium T... his verbis exponit Sess. 6 cap 8. *Gratis autem iustificari dicimur, quia nihil eorum, quæ iustificationem præcedunt, siue fides siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur, ... gratia est. non igitur ex operibus ... est, vt argumentatur Paulus, alioquin gratia non est gratia.*

Gratis est sine merito.

§. En

Voluntas humana in iustificatione cooperatur.

§. 2. Etsi gratis iustificemur, ita tamen datur iustitia, vt in iustificatione nostræ voluntatis sit operatio. Augustinus de spir. & lit. cap. 9. & 10. De sapientia quippe eius dictum est, quod legem & misericordiam in lingua portet: legem scilicet, qua reos faciat superbos, misericordiam vero qua iustificet humiliatos. Iustitia ergo Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt. Non est enim distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, non gloria sua. Quid enim habent, quod non acceperunt? Si autem acceperunt, quid gloriantur quasi non acceperint? Egent itaque gloria Dei: & vide quid sequatur, iustificari gratis per gratiam ipsius. non itaque iustificari per legem, non iustificari per propriam voluntatem, sed iustificari gratis per gratiam ipsius: non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sanata voluntas impleat legem non constituta sub lege, nec indigens lege.

§. 3. Beza, *Vtinam*, inquit, *hoc considerent, qui vel opera præparatoria, vel fidem subsequentia, in causis iustificationis numerant.*

Opera non sunt causa iustificationis.

Hæc perspicua est calumnia. Gratis datur iustitia iniusto, & tamen præparationē præcedere nihil vetat. Gratis stipem pauper accipit, locum tamen occupat, qua transiturus est diues, vocem in preces soluit, manum extendit, qua quidem re, non ille meretur quidem eleemosynam, alioqui non esset gratia, muneri se tamen accipiendo præparat. Ita iustitiam, fides, spes, timor, amor bonæ vitæ, aliaque antecedunt, non vt merita, aut precia quibus iustitia debeatur, sed vt dispositiones, & conditiones sine quibus illa non datur. Ita & fides est primaria conditio, omnium origo, & stabilimentum. Hanc fidem nonnulli hæretici in causis iustificationis numerant, vtique non meritoriis, sed præparatoriis, qua de re non disputo. Hoc satis est in accipienda iustitia, requiri voluntatem, qua id quod gratis datur, ingrate non repudietur. Pulchre Cyrill. Catech. 1. ἐλαία οὐκ αἰσθητὴ, ἀλλὰ νοητὴ φωτοφόρος, αὐτοῦ μὲν ἐστὶ τὸ καταφυτεῦσαι, καὶ ποτίσαι· σὸν δὲ τὸ καρποφορῆσαι. Θεοῦ τὸ χαρίσασθαι. σὸν δὲ τὸ λαβεῖν, καὶ κατατηρῆσαι. μὴ δὴ τὸ δωρεὰν δίδοσθαι τὴν χάριν, καταφρόνει, ἀλλὰ λαβὼν συντήρησον εὐλαβῶς. Olea non sensilis, sed spiritalis fructifera, ipsius est quidem plantare & rigare, tuum vero fructum ferre, Dei est gratis dare, tuum vero accipere, & custodire. Ne contemne quia gratis datur gratia, sed cum acceperis caute custodi.

Voluntas potest repudiare quod gratis datur.

Nihil ad rem facit, siue fidem dicamus causam iustificationis, siue conditionem, nam constat dispositiones, conditiones sine quibus non, ad causas referri, quæ in prima iustificatione meritoriæ esse non possunt, in augmento iustificationis possunt. Non possum non hic obstupescere Caluinianorum maleuolentiam, qui nobis indignantur, si præparationes, conditiones ad iustificationem requirimus, easq; causas interdum nominamus, cum iidem Arminio Caluiniano dicam iam olim impegerint. Quasi fidem negauerit esse instrumentum iustificationis? Si instrumentum est fides, igitur causa est. Omne enim instrumentum causa est. Arminius vt se suis purget, non modo instrumentum, sed etiam plusquam instrumentum asserit, verba eius in articulis contra illum sparsis & plurima, & clara sunt. Et Iustinus tum demum Dauidi peccatum remissum ait, ὅτε οὕτως ἔκλαυσε, καὶ ἐθρήνησεν ὡς γέγραπται. *Cum sic fleuit, & lachrymatus est, vt scriptum est.*

QVÆSTIO II.

Qualis sit gratia per quam iustificamur?

§. 1. Gratia qua iustificamur est donum inhærens, siue caritas sit, siue aliud donum. Contra Pareum, qui χάριν negat esse donum seu gratiam inhærentem. Disputaui initio lib. 1. *De gratia primi hominis.* Postea in manus meas venit, *Declaratio sententiæ Arminii*, in qua neruose probat, pag. 206. gratiam non Dei modo fauorem, sed etiam qualitatem inhærentem significare, eum sequuntur Remonstrantes pars doctior Caluinistarum. *Arminius.*

Nunc pluribus verbis non vtar. Augustini vnicum locum adferam de spiritu & litera cap. 27. *Nec moueat quod naturaliter eos dixit facere, quæ legis sunt, non fide, non gratia.* Et: *Vitium quippe contra naturam est, quod sanat gratia, propter quam dicitur, miserere mei, sana animam meam, quia peccaui tibi.* Et: *Non quod per naturam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura.* Et: *Et ideo quia non est distinctio, egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Qua gratia in interiore homine renouato iustitia scribitur, quam culpa deleuerat.* Gratiam sanans naturam, infusa renouat etenim inueteratos.

§. 2. Miris sic se modis torquent hæretici, & obiiciunt. Gratia opponitur debito, at gratia infusa non opponitur debito, non igitur gratia hoc loco intelligitur gratia infusa.

Responsio. Non modo gratia, quæ est fauor, & beneuolentia, sed etiam omnis gratia, omnia χαρίσματα donantur gratis, sane gratia iustificans, nouitas vitæ, regeneratio gratuita est. Blasphema est itaque & in Dei gratiam ingratissima hæresis, quæ non agnoscit dona gratiæ esse gratuita, quæ caritatem non intelligit inimico gratis infundi ab eo, qui prior dilexit inimicum. Quod enim si voluntatis beneuolentia gratuita est, & opponitur debito, nonne & donum gratuita largitate collatum opponitur debito? Quod enim iure postulatur, quod sine iniuria negari non potest, id debitū est. At cuius debitor est Deus qui dedit omnia? Qui nō modo mera εὐδοκίᾳ iustificat impium, sed & omnia sua dona sanctitatis donat, cui vult? & quādo vult? itane gratia infusa non opponitur debito? Anne illa quidē, quæ est sine debito? Cui repugnat, esse debitā? An renouatio, & sanctitas, & regeneratio, quia sunt gratia infusa, debentur Caluinistis? Nullo modo. Nihil debet Deus homini, nihil Dominus omnium seruo inimico, seruo fugitiuo, quicquid illi dederit, est gratuitum, non mōdo beneuolentia, sed etiam dona, sed nec quicquam debet amico, nisi quod beneuole pactus est. Quemadmodum igitur sanitas leprosis, visus cæcis, vita reddita mortuis, gratuita erant dona, à Christo miserente collata, ideoque nullo modo debita, sic quoque omnia dona collata iustificandis gratuita sunt.

§. 3. Vrgent Tit. 3. 7. *Vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Hoc loco gratia est fauor Dei tantum, non autem inhærens qualitas. Ergo & in hac Epistolâ. Minor clara videtur: Cur enim in Titiana Epistola gratiâ, id est, fauore dicat nos iustificatos, in Romanâ vero, Gratiam dicat inhærētem? ad Titum vero gratiam esse fauorem duntaxat, constat ex vers. 4. vbi definitur esse* χρηστότης *&* φιλανθρωπία, *benignitas & humanitas*

nitas Saluatoris nostri, at illius benignitas & humanitas, non est qualitas nobis inhærens.

Responsio. Gratia Domini nostri Iesu Christi non est fauor tantum, sed gratia infusa qua nos Dominus noster Iesus Christus iustificat, & de tali gratia intelligi debet locus Titi. Quod vt intelligatur integrum asscribam.

Vers.3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus, sed secundum misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes simus secũdũ spem vitæ æternæ.

Hæc cum expendo, aduersarios hoc testimonium contra se excitasse miror. Gratia hic donum est, Causas enim iustificationis recenset Apostolus. Primo, benignitatem & humanitatem Saluatoris nostri, hæc est prima & princeps causa effectrix omnium quibus donati sumus bonorum, & depultrix omnium, quibus caremus malorum. Hæc enim non ex operibus quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam saluos nos fecit. *Saluos autem fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit.* Saluos fecit, hoc est, iustificauit, nondum enim assecuti erant vitæ æternæ possessionem, sed ius tantum ad rem habebant, Interna igitur causa salutis, & iustitiæ est regeneratio, renouatio Spiritus sancti quem in illos effudit. Cur autem per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti? cur eum effudit abunde? Causa redditur, vt postquam sic iustificati fuerint, hæredes sint vitæ æternæ. At vero qui lauacro regenerationis & renouationis Spiritus sancti in se abunde effusi iustificantur, non iustificantur gratia quæ tantum sit fauor, sed gratia inhærente, infusa, regenerante, renouante, lauante, quæ & ipsa est gratia Christi, gratia inquam, quæ secundum misericordiam data gratis, data non modo nihil boni, sed multum mali merentibus. Verum quia loci eius accurata expositio ad epistolam Titianam pertinet, cætera eo differam, nunc solo præceptoris sui Bezæ testimonio nouitios Caluinistros refutabo. Beza igitur inquit, *Iustificationis nomen large accipio, ita vt complectatur, quicquid à Christo consequimur, tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis sanctificandi efficaciam, vt simus ἄρτιοι, id est, perfecti & integri in eo, sic quoq; accipitur iustificandi verbum.* Rom. 8.30.

Gratia infusa.

Ex quo consentiente aduersario contra fiduciariam præsumptionem inuictum deducitur argumentum. Hoc loco Pauli dicitur: *δικαιούμενοι τῇ αὐτοῦ χάριτι*, & Tit. 3.7. dicimur *δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, Iustificati gratia ipsius*, & eodem plane sensu accepta iustificatione, & gratia, quod aduersarius pro argumenti sui firmamento assumit. At iustificatio quæ fit gratia Christi apud Titum teste etiam Beza, complectitur quicquid à Christo consequimur, tum per imputationem, tum per Spiritus in nobis sanctificandis efficaciam, vt simus *ἄρτιοι*, id est, *perfecti, & integri in eo.* Ergo etiam complectitur caritatem seu gratiam infusam. Igitur cum dicimur iustificati gratia Christi, dicimur iustificari imputatione iustitiæ, & infusione gratiæ, atque hoc est quod dicimus Deum, dum infundit gratiam, peccata tollere, ideo nec imputare. Clara res est. Sed non est hic standum, sed extorquendum id quo causa ipsorum nititur, nempe si vers. 24. quem nunc exponimus, iustificatio complectitur, sanctificationẽ seu gratiam infusam, seu quicquid à Christo accipimus ad nostram sanctificationem, ergo etiam reliquis versibus, qui huic connexi sunt, ita vt in probatione & discursu à se mutuo pendeant, eodem modo iustificationem esse intelligendam. Igitur vers. 20. & cap. 4. sic intelligenda est iustificatio.

Denique perspicue euincitur iustificari per gratiam infusam non esse ex operibus iustificari, tum ex verbis Pauli, tum interpretatione Bezæ. Ex verbis Pauli quidem: Asserit enim Deum non ex operibus saluos nos fecisse, sed secundum misericordiam suam, id autem fecisse *per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti in nos effusi, per Iesum Christum Saluatorem nostrum.* Qui autem sic salui fiunt, illi per gratiam infusam salui fiunt, igitur qui gratia infusa salui fiunt, non fiunt salui ex operibus. Calumnia igitur, qua nos aiunt salutem operibus nostris non gratiæ tribuere, quia gratia infusa iustificari nos asserimus, in ipsum Apostolum redundat, qui regenerationem, renouationemque ex operibus esse negat.

§.4. Verum ingratorum malitia, superbiaq; relicta, quam beneficiorum suorum, & gratiæ solus æstimator Deus iudicaturus est, nos ad gratias ei referendas sedulo cõuertamur, à quo gratis omnia accepisse fatemur, gratis etiam ipsa merita, quę Dei sunt dona. Amandus est Deus qui dedit, qui tot neglectis aliis dedit, qui gratis dedit. Si gratiam ideo dedit Deus, quia dedit gratis, gratis ama. Noli ad præmium diligere Deum, ipse sit præmium tuum. Gratis dedit, quia beneficium accipere suprema natura non potest. Deinde reuerenter ac cum timore gratiam seruemus, quæ redemptos à perditis discernit, quæ filios in patriam possessionem reponit. Illa si venit, misericordia est, si recedit nostra nequitia est, si non redit, nostrum est meritum. Si ad hunc venit, illum præterit, nobis occulta causa, nunquam iniusta est. Magna Dei benignitas est, facere filios, & hæredes, quos inuenit hostes, amicitiam vero inire non spe commodorum, non timore potentiæ hostilis, sed misericordia creaturæ pereuntis. Summum bonum est in hac vita vera religio, & religionis amor, in qua sola illa gratia & datur, & seruatur. *ὦ βασιλέων πάντων βασιλικωτέρας θρησκείας*, inquit Beatus Nilus hom. 2. de ascensione Christi, vt merito qui eius participes sunt, quasi regno donati, esse Deo grati debeant. Sed plane regius est in illis character infusa gratia, qua stante regno excidere non possunt.

Strio gratia seruanda.

Hæc pluuia est sine cuius defluxu vita spiritalis exstinguitur, cupiditatũ ardore animus exuritur, sine qua cordis nostri mollities in silicem indurescit, lux est sine qua nullus quantumuis purus, & viuidus oculus potest intueri diuina. Ecce quot millia quam gratiam acceperunt, quam facile, quã contemptim abiiciunt. Olim agam pœnitentiam, inquiũt, illa die ad Dominum conuertar, cum has cupiditates expleuero, virtutem amplectar. Magna audacia, vel sola ipsa exitio digna, cum Deo enim tanquam cum mancipio decidit. Nunc inimicum esse tibi placet, idque ad annum vel mensem, tum tu vt mecũ in gratiam redeas vide. Quis es tu, qui præscribas Deo? Nonne flatus tuus in manibus eius est? Hodie redire potes in gratiam, qui crastinum sperare non potes. Nihil itaq; æque efficax est ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandã, quã humilis & sollicita gratię cura.

QVÆSTIO III.

Quomodo iustificati per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu?

§. 1. CAusam meritoriam nostræ iustificationis exponit, quę est, *per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.* Monet Chrysostomus vocari ἀπολύτρωσιν, non simpliciter λύτρωσιν, redemptionem non emptionem, ne amplius in eandem seruitutem nos coniiciamus.

§. 2. Hoc olim loco abusi sunt Marcionitæ apud S. Epiphan. hæres. 24. vt probarent homines à Deo creatos non esse, quomodo enim quod suum erat, Deus emeret? Sed Dei eramus, peccato tamen ab eo recesseramus, imperium spreueramus, nec tamen eius potestatem euasimus, nec obesse poteramus, sed auxilio destituti in seruitute peccati durissima torquebamur. Itaque Deus nos sibi redemit, & secundò asseruit, per Christum Iesum.

§. 3. Gratis igitur iustificati sumus, & iustificati ex merito, gratis quia nihil nos contulimus, ex merito, quia precium pro nobis persoluit Christus.

Saluator Iesus Christus Dominus noster vere ac proprie lytro soluto nos redemit. Quod antequam exponam, quousque hoc tempore progressa sit hæresis ostendam necesse est, olim tempore
Vere preciũ solutum. S. Bernardi Abailardus redemptionem nostram per Iesum factam negauit, reducens veterem Samosatenianorum hæresin, eam superiori sæculo Seruetus, Lælius, Faustus, Socinus, Ostorodius, Eniedenus, renouarunt. Caluiniani molles eiusdem hæreseos incusantur à rigidis, at illi partim negant, partim concedunt. Rigidi vehementer oppugnant. Legi potest disceptatio Epistolica Sibrandi Lubberti rigidi, & Petri Bertii mollis, item Parei in hunc locum. Defensio orthodoxæ fidei Iacobi ad Portum. Catholici omnes hæreticos illos, sed posteriores vix nominatim oppugnarunt, latent enim in Hollandia ac Frisia, ac præcipue ad Balthicum mare ortique ex Caluinistis eos sensim consumunt. Prope Gedanum fuisse eam Sectam testatur Pareus in præfat. ad Senatum Gedanensem. Publice in Frisia in eam hæresin instituta est inquisitio, quæ deinde in Conradum Vorstium sæuiit, cum ob aliatum quod dixisse putaretur, ex Socino didicisse se θεολογεῖν. Acta ipsa & dicta testium typis expressa sunt. Illa porro hæresis in sin-
Sociniani. gulos dies incrementum capit. Valde eam propagauit Socinus, libros ipsi nõ videram, nam mysteria sua occultãt, eius tamen hæreses describit, idem Pareus in eadem præfatione. Cum hæc recognoscerem iam acceperam aliquot Socinianorum libros, vidiq; totam hæresin sensim ad Arianismum, & Turcismum sternere viam.

Caluinistæ Sociniani. §. 4 Socinianæ hæresi manifesta sunt apud Caluinianos rigidos fundamenta, ex illis enim Seruetus, Ostorodius, alii nefanda dogmata hauserunt, ideoque frustra in illis refutandis elaborant, cum sint ex principiis eorum rectissimâ consequentiâ deducta. Perinde faciunt, atque ii qui altera manu frigidam affundunt, altera manu follem diducunt stinguntque, & incendium excitant, & siccare riuos magno molimine aggressi fontium scaturigines non obturant, tantum hæreseon vim ingruere mirantur, & tamen materiem omnibus præbuerunt. Ostendam id nunc breuiter ex eorũ principiis.

Primo, Docent rigidi fidem proprie dictam, seu ipsum credere non imputari ad iustitiam & Samosatenos ac Socinianos esse, qui id sentiant, ita Sibrandus in disceptatione Epistol. contra Bertium, & passim omnes. At cæteri omnes clarissime ex Scriptura didicerunt fidem proprie dictam iustificare, vt Arminius *in articulis*, hinc Sociniani maluerunt quæ de lytro & satisfactione Christi dicuntur, quam quæ de fide iustificante improprie interpretari. Certe Sibrandi sententiam in 100. erroribus Vorstius deducit errore 99. At vero per obedientiam & mortem Christi firmam diuinæ voluntatis in nobis notitiam gigni, nosque à peccatis efficaciter auerti, atque ita veniam peccatorum consequi, & Christum hac via ad gloriam peruenisse Scripturæ testantur.

Secundo, *Precium*, aiunt, *persolutum morti & Satanæ*, ita Aretius hoc loco: *Porro ἀπολύτρωσις proprie significat redemptionis precium, quale pro captiuis solet hostiu hosti persoluere, hoc Christus persoluit morti & Satanæ, vt nos redimeret.* Quid vero iniustius, quam dæmoni cui nihil nisi tormenta debentur, pro precio sanguinem vnigeniti filii Dei solui? iam de morte, nisi in re grauissima versaremur, ridiculum esset, cum enim illa sit vitæ priuatio, & mors secunda sit cruciatus inferorum, illi pro captiuis Christi sanguinis precium esse oblatum: minus autem putabant absurdum sacrificium, & precium ex eo non persolutum, quam morti & Satanæ perlitatũ esse.

Tertio, Legerunt Sociniani apud Caluinianos, Totam humiliationem Christi non habere rationem meriti, sed id quo lytrum solutum est, meritum fuisse, hoc est, passionem mortis; solam itaque mortem esse causam meritoriam. Quid igitur inquiunt, si incarnatio, natiuitas, circumcisio, labores à iuuentute, tam acerba flagellatio, coronatio, crucifixio, nihil meruerunt? precium non fuerunt? cur igitur mors sola fuit? si omnia tantum ad exemplum non ad redemptionem, nec placandum Deum fuerunt, quod nos de illis tam multis, iam magnis dicitis, cur id nós de morte non dicamus? De hoc errore Sib. pag 56. & Vorst. errore 43.

Quarto, Neque in morte sufficiens precium Caluinistæ statuunt, sed addunt insuper desperationem in cruce, cruciatus damnatorum. Vorst. errore Sibrandi 65. Caluinus. Catechismus Heydelbergensis, huius verba sunt par. 2. de liberat. hom. *Quid igitur significat iste descensus Christi ad inferos? I. Summos cruciatus, angustias, & dolores, quos Christus perpessus est in anima sua, quales damnati experiuntur partim in hac, partim in altera vitâ* Ratio est inter cæteras, *Debuit nos ab angustiis, & cruciatibus inferni liberare, ergo debuit ipse hos experiri.* At magis consentaneum censebant Sociniani negare redemptionẽ, quam eam fieri per desperationem, & damnationem redemptoris.

Quinto, Negant rigidi Christum pro se meruisse gloriam, & Scripturas quæ id insinuare vidẽtur, aiunt tantũ consequentiã indicare, at eadẽ normâ omnia Caluinianorũ argumẽta eludũt Sociniani.

Sexto Negant Deũ vllo opere posse obligari, vt fiat debitor, sed hæc opera quædã erant, nõ igitur omnium operantium, & operũ Dominũ obligatũ tenere potuerunt. Hęc atq; id genus alia impia, absurda, blasphema Caluinismi, miseros homines veri exortes in alia quędã mitiora, quædã multo atrociora impulerunt: Et nunc à Caluinistis plures abducunt, nõ aliqua magna specie veritatis, sed odio Stoicæ impietatis, & Epicuricæ licentiæ.

§. 5 Cõtra eos igitur demõstrãda est Catholica veritas à Caluinianis prodita per varios, à Socinianis negata palam, non dissimulata blasphemia.

Christum

Christum enim omnia nostra nomina in se sumpsisse, vniuersa debita dissoluisse, atque ex iustitia nos redemisse, Scripturæ ac Patres, atque ipsa Ecclesia quotidie confitetur. Ita Isaiæ 53. vers. 4. 5. 6. 7. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus: omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.*

Deinde 10. 11. 12. *Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia pro eo quod tradidit in mortem animam suam: & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.*

Languores nostros tulit, vulneratus est propter iniquitates nostras, nos liuore eius sanati sumus, liuor eius non nisi satisfaciendo sanare nos potuit. Et quomodo in eo iniquitas nostra posita, hoc est, quomodo debita nostra ei sunt imposita, nisi vt ipse dissolueret, certe qui æs alienum in se suscipit, id dissoluere cogitat, Christus non debet in hodiernum diem, igitur debitum dissoluit. Oblatus est, victima igitur fuit, at pro peccato offerebatur.

Deinde id docent aliæ Scripturæ factum esse, Luc. 21. 18. redemptionem etiam vocat ἀπολύτρωσιν, Et Eph. 1. 7. *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius.* Matth. 20. 28. λύτρον, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν, *dare animam precium redemptionis pro multis.* Eadem etiam verba sunt Marc. 10. 45. Sic igitur Luc. 1. 68. ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ. *Fecit redemptionem populo suo.* Illam nempe quam exspectabant omnes Sancti, Luc. 2 38. Proprissime vero expressit 1. Timoth. 2. 6. *Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Idem significat פורקנא quo verbo Syrus vtitur. Hæc omnia non simplicem liberationem, seu ῥύσιν significant, sed quæ fit dato in liberationem captiui precio. Atque hoc est, 1. Petr. 2. 24. dicitur in suo corpore peccata nostra tulisse, quia illa corporis doloribus expiauit, sic Hebr. 2. 9. *Pro omnibus gustasse mortem*, Ioan. 6. 51. dicit, *Se pro omnibus animam posuisse.* 1. Cor. 15. 3 *mortuus dicitur pro peccatis nostris.* Constat Hebræa phrasi portare peccata, esse propter ipsa puniri, Ezech. 18. 20. *Filius non portabit iniquitatem Patris.*

Tertio, Christus Dominus non modo est internuncius, quemadmodū dicitur Moses Gal. 3 6. sed eius officium præstantius fuit, vt scilicet esset reconciliator, & vt Paulus vocat ἱλαστήριον, est enim Pontifex, de quo Paulus Heb. 8 1. &c. Pontifex ille describitur impollutus, innocens, segregatus à peccatoribus, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum (Hebr. 9. 11. & seq.) si Pontifex est hostiam obtulit, imo hostiam quæ omnibus efficacior, id effecit, quod sanguis hircorum & vitulorum efficere non potuit, hostia illa ergo satisfecit, & Deum propitium esse non indicauit modo, sed effecit. Nam si nihil hic nisi exemplum quæritur, hoc iam olim multi Pontifices dederunt, & ipse sanguis Abel exemplum fuit, & typus omnium Sanctorum.

Fuit Pontifex.

Quarto, Coloss. 2. 14. *Donauit nobis omnia delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti,* quod erat contrarium nobis, & ipsum tollit de medio affigens illud cruci. Quis dubitet eum, qui chirographum sustulit, volente creditore, quin debitum soluerit? Nam ipse de suo dissoluit, quod nobis pendendum fuerat.

Quinto, Toties nos emptos Scriptura dicit, vt non impii sit modo sed etiam stolidi negare solutionem precii, vbi emptionem ait intercessisse, 1. Cor. 6. 19. & 20. *An nescitis quia membra vestra templa sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, & non estis vestri, empti enim estis precio magno.* Et cap. 7. 23. *Precio empti estis, nolite fieri serui hominum.* Precium Paulus sæpe nominauit, & 1. Petr. 1. 18. exprimitur, *Scientes quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine agni quasi immaculati Christi, & incontaminati.* Alia innumera omitto, quia ad expositionem singulorum Scripturæ pertinent.

§. 6. Obiicit Ostorodius: Redimere, λυτροῦν, & ἀπολυτροῦν quemadmodum Hebræum פדה & גאל accipiuntur tam impropriè quam propriè, siue intercedat precium, siue gratis eruantur, nam & Psal. 36. Christus ait, *In manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Deus veritatis.* At pro Christo nemo precium soluit.

Respondeo. Hac quidem ratione in speciem videri constare solutionem argumenti, sed valde aberrari à vero, nam in hac redemptione non modo est nexus, & creditor, ac redemptor, sed toties precium ponitur, per sanguinem, in sanguine, precio empti, quamuis in omni redemptione intercedat aliquod precium redimentis, nisi vbi maior est potentia liberatoris, Pharaoni precium solutum non est, quia in brachio excelso, & forti Israel eductus est, at vbicunque nec vi, nec dolo, sed volente Domino cui mancipium addictum est, ab alio liberatur, intercedit aliquod precium siue pecuniæ, siue operæ præstitæ, vel exhibendæ, siue amicitiæ, & intercessionis. Precium autem censentur fœdera, & amicitiæ, donati ergo sumus Christo, cum vero id dicatur factum per mortem, & sanguinem illius, non est negandū hoc precium intercessisse. Præsertim cum Christo hoc promissum sit, *si posuerit animam &c.* cum igitur Christo sit promissa salus fidelium, si pro ipsis moreretur, quis negabit, eum impleta conditione meruisse id quod promissum est? Non possunt hoc respondere Caluinistæ, cum negent Sanctorum opera ex supernaturali gratia facta, habentia promissionem mercedis, esse merita. Pari enim ratione de Christi actionibus negat Ostorodius & Socinus.

§. 7. Obiectio 2. *Satisfecisse pro nobis in Scripturâ nunquam dicitur, neque æquipollens aliquid dedisse, non igitur hoc asseri debet.*

Respondeo. Argumentum hoc in officina Caluiniana, primo quidem à Satana aduersum Catholicos procusum, nunc vero contra Caluinistas ipsos proponi. Nec ab illis solui potest, si enim dicant, non quidem verba illa exerte proposita rem tamen & sententiam doceri, quod hoc loco respondent Socinianis, tum suam faciunt solutionem, qua Catholici vti solent, cum de satisfactione & meritis est disputatio, postquam vero ea nos defensione deiicere satagunt, omni se præsidio destituunt. Nos vero quod & illi necesse, plurima credenda esse non ignoramus, quorum nulla habetur, si verba spectes, in sacris literis expressa mentio.

§.8. Obiectio 3. *Ex mera liberalitate ac misericordia Deus nobis remisit nostra delicta, non igitur satisfactione, merito, lytro sanguinis Christi id est effectum: nam meritum & gratia opponuntur, gratuitum munus, gratuita remissio, & lytri aequipollentis acceptio.*

Resposio. Mera Dei liberalitas, & gratuita gratia donationis delicta, non tollunt Christi meritũ. Sunt enim hæc omnia apte inter se coniuncta, atq; concinnata, nam & Christi meritum est de gratuita Dei liberalitate, atq; amore quo Deus ita dilexit mũdũ, vt vnigenitum suum traderet in mortẽ, ideo Paulus ex eo liberalitatẽ Dei exaggerat, qui cum dederit Filium, omnia pariter cũ eo donabit. Imo quod nostra peccata in Christum contulit, non nisi benignitas fuit. Hac responsione Caluinista vti non potest, nisi admittat gratiam infusam, gratis, & mera liberalitate collatã, etiam esse causam diuinæ largitatis subalternam, quæq; eam non tollat. Et opera Sanctorum meritoria quia sunt ex eadem liberalitate ac gratia, non repugnare gratuitæ condonationi. Et ne dubites sic respondere Socinianos. Vide errorem 85. Sibrandi. *Iustificamur*, inquit ille, *obedientia vnius Christi Iesu*, Rom. 5.19. *Ergo nullo modo obedientiã nostrã aut operibus nostris.* Respondet Vorstius. I. Collectio hæc bona est, siue de eodẽ genere causæ, ac gradu siue de eodem causandi, hoc est, iustificandi modo. Itaque vel Socinianis illi respondere non possunt, vel nostras etiam responsiones de gratia infusa approbent, necesse est.

§.9. Obiectio 4. Poterat Deus condonatione liberali omnia remittere. Nec opus operosa illa per precia liberatione.

Deus potuit remittere. Responsio. Hic quoq; facilis est in Ecclesia Catholica explicatio propositæ quæstionis. Dicimus enim modis aliis multis liberare humanum genus potuisse, & sine precio accepto liberrima εὐδοκίᾳ ac misericordia omnium delictorum facere gratiã, qui enim peccatorum sine satisfactionis interuentu puniendorum necessitatem Deo imponunt, nec libertatis nec bonitatis eius naturam cognoscunt. Potuit igitur Deus remittere sine precio, sed statuit id non nisi in morte & sanguine vnigeniti fieri, vt perfecta esset, & ex iustitia nostra redemptio, qua quidem in re vel maximæ electorum suorum gloriæ consu'uit, & miserationis immensæ diuitias ostendit, qui perituris talem constituit redemptorẽ. Recte Aug. l. 13. de Trinit. c. 10. *Verum etiam ostendamus, non alium modum Deo possibilem defuisse cuius potestati omnia æqualiter subiacent, sed sananda miseria nostra conuenientiorem alium modum non fuisse.* Nec minoris liberalitatis igitur fuit hæc liberatio, & Deo conuenientissima quia misericordiam iustitiamque ita deuinxit, vt leges vtriusq; seruarentur. Olim quoq; disputatũ hoc fuisse colligo ex lib. de agone Christiano, *Sunt*, inquit *stulti qui dicunt, non poterat aliter sapientia Dei homines liberare, nisi susciperet hominem?*

Verum etiã hoc loco Sociniani blasphemandi ansam Caluinianis impietas dedit. Deum enim natura sua ita stoicum, ita constrictum, & fati quodã magisterio subiectum esse finxerũt, vt sine iusta satisfactione, nullum vel minimum delictum potuerit dimittere, nunquam iuri suo cedere, non licere illi, quod priuatis, & regibus sæpe permissum est. At illorum axiomata sunt. *Punire peccata est Deo naturale, perinde ve peccatum odisse & auersari.* Sibrand. pag. 35. *Deus simul libere, & necessario punit peccata. Quod non est iustum, est iniustum.*

§.10. Obiect. 5. *Redemptio fit soluto precio illi, qui in captiuitate detinent, at nostra redemptio à quo est? nonne à peccato? à pœnis à Satana, at his nullis est hic preciũ persolui.*

R. spond. o. Deo precium persolui certum est, sed rarum vt sup a ostendi, primates Caluinistæ mor. 1. & Satanæ persolutum sunt commenti, quo nihil à ratione est alienius. Nã & Pareus fatetur, si quis dicat: *Execrationi legis seu pœnæ non persolutũ precium: sed execrationi Dei, siue ira actiua*, recte dictum. *Precium Deo solutum.*

§.11. Obiect. 6. *Hominibus supplicia æterna sustinenda erant, Christus æternas damnatorum non sustinuit pœnas, non igitur satisfecit.*

R. sponsio. Huic argutiæ impie respondent Caluiniani. Nempe Christum subiisse mortem æternã a rigorum immensitate, cruciatuum & dolorum infernaliũ, cum desertione & abiectione à Deo. Sed hoc si dicamus non sanguini Christi, sed infernali damnationi est tribuenda nostra redemptio. & fatendum illis est mortem Christi non suffecisse, nec satisfecisse, sed opus fuisse, vt infernalibus flammis cruciaretur. *Etsi*, inquit Pareus, *Christus non subiit mortem æternam duratione, subiit tamen eam angorum immensitate adeo, vt mors eius, licet triduana tantũ tempore, vere tamen æterno æquiualens fuerit pondere.* S. d absitã Christiano pectore, vt sic de redemptore sentiat, cuius vel vna stilla sanguinis totius mundi delicta, imo plurimorum mundorum expiare sufficientissime poterat. Io cap. 16. Matth. explicui.

Quamuis enim peccatum quo diuina maiestas offenditur sit infinitum quoddam malũ, quia contra infinitam maiestatem committitur, à quo creatura auertitur, meriti Christi dignitas ratione personæ infinitæ, quæ humiliauit se, multo excell. ntiore modo suam obtinet infinitatem, itaq; vnum Christi opus omnia peccata superauit: nam persona simpliciter erat infinita, idcirco etiã ex ea opera habebant infinitam vim satisfaciendi, & merendi. Hoc infinitum bonum per vnionem est communicatum humanitati, persona infinita naturam sustinet, ideoq; actiones naturæ ab ipsa persona singulari modo procedunt, eamq; denominant, vnde etia actus diuini recte dicuntur, itaq; sacrificium crucis infiniti fuit meriti, nã & Sacerdos, summus Pontifex offerens, erat infinitæ dignitatis, & hostia, Christus ipse, infinita erat, cur non igitur infinita peccata expiaret? Verum hac de re consuli possunt Theologi in 3. pag. quæst. 1. a. 2.

VERSVS 25.

Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, & ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum.

QVAESTIO I.

Quomodo Christum Deus proposuit?

§.1. VErbum προέθετο nõ eodem modo omnes exponunt. Origene, Chrysostomus, Anselmus, alii, æternam Christi & officii eius iudicari prædestinationẽ indicant. Deum enim æterna sua προθέσει, & προγνώσει electione, & proposito definiuisse, vt Christus noster esset redemptor: sic enim solet verbum προτίθεσθαι vsurpare. Chrysostomus ait *nonum nõ esse, cum sit ante propositum*. Et Oecumenius vocat, εὐδοκίαν πατρὸς. *Beneplacitũ Patris*, ideoq; æ ernum. Et addit. προέθετο δηλοῖ ἐσχάτων τὴν τοῦ πατρὸς βουλὴν. *Proposuit, indicat veterem circa hoc voluntatem.* Eundem sensum Syra versio requirit. הָנָא דְקַדִּים סָמְכֵה *Hana dekaddim samech. Hunc ante vel olim posuit eum.* *Propositus quomodo Christus.*

A.10.

Aliorum est interpretatio, Christum publice propositum, ad quem velut commune in aciem, vexillum, asylum omnibus sit promptum libe umque salutis expediendæ refugium. Illa est enim vt verbi significatio magis vsitata, & huic loco conueniens, nec priorem excludit tamen, sed e̅ eslatio secum trahit. Conuenit hoc maxime huic sq. zelatio. de delegebantur & proponebantur. Et τῷ ἱλαστηρίῳ propitiatori, seu vt כפורת chofia tecte nostri tori valde consentaneum est cupiam sui, fac lesq; adi tus dare, in publico esse, ne domi viderii ve adiri forte non possit. Lucerna est enim ardes & lucens, inio sol potius, qui lateret non possit.

Propitiator. §. 2 Ἱλαστήριον hic accusandi casu dicitur, propitiatori, si ἱλαστήριος in nominandi casu, est vel propitiatorium. Si ἱλαστήριον, quod Hebraice כפרת capporeth, quod Occumenius vocat *πῶμα τῆς κιβωτοῦ operculum arca*, vbi erat gratię thronus inter Chebubim, ad quem semel summus Pontifex in anno ingrediebatur: at nunc scisso velo, & propalata Sanctorum via, Sanctus Sanctorum, non in adyto, nec in templo quidem, imo extra vrbem, in monte Caluariæ expositus est, non Iudęis modo, sed Græcis etiam & Barbaris, illis qui prope, & qui longe. Vniuersos enim quos a cæ imoniis & temp'o abercuit, ad com nun o̅nem corporis & sanguinis sui admisit, redonat orillius ipsius precii, quo nos *Christus omnibus expositus.* redemit: cœli enim arcibus sospitator aduenit. Eleganter & pie contra Gentes Arnobius lib. 1. *Nihil, vt remini, magicum, nihil humanum, prestigiosum aut subdolum, nihil fraudis delituit in Christo: derideatu licet ex more, atque in lasciuiam dissoluamini. ac binnorum, Deus ille sublimis fuit, Deus radice ab insimâ, Deus ab incognitis regnis, & ab omnium principe, Deus sospitator est missus.*

§. 3. Per fidem illa datur propitiatio. In nobis enim illa requiritur, vt dispositio & omnium præparationum necessarium fundamentum. Nam clementia conso: esse nun potest, qui dona misericordiæ spernit. Quætit ex Arnobio lib. 2. Ethnicus: *In solo Christo salus.* *Christiani ergo nisi fuero, spem salutis habere non potero?* Cui ille meritus respondet: *Ita est, vt tu ipse proponis. Partes enim salutis danda, conferendaque animis quod tribus conuenit, necessariumque est applicari, solus à Deo Patre iniunctum habet, & traditum. Ita se habent hinc semotis, atque interioribus causis.*

In sanguine, hoc est, per sanguinem, vt effusio sanguinis meritoria sit causa. Idem fortissime inculcat Gentilibus de Christo Arnobius lib. 2. *Et hoc necesse à nobis sit, vt dabeatu accipere, à nullo animas posse vim vitæ atque incolumnitatis accipere, nisi ab eo, quem Rex summus huic muneri, officioque prefecit. Hanc omnipotens Imperator esse voluit salutis viam: hanc vita, vt ita dixerim, ianuam: per hunc solum ingressus est ad lucem, neq; aliàs datâ est, vel irrepere, vel inuadere, ceteris omnibus clausis, atq; inexpugnabili arce munitis. Licet ergo tu purus, & ab omni fueris vitiorum contaminatione purgatus, conciliaueris illas atq; inflexeris potestates, ut ad cœlum redeundi vias claudant, atque obsepiant transitum, ad immortalitatis nullu poteris contentionibus peruenire, nisi quod ipsam immortalitatem facit, Christo attribuente, perceperis, & veram fueris admissus ad vitam.*

Est phrasis Hebræa: *In sanguine, seu per sanguinem*, quemadmodum *in fide & per fidem*, hic enim in Syro habetur בהימנותא in fide.

§. 4. Duplex est poteſt horum verborum sensus. Primus, vt dicatur Christus propositus propitiator in suo sangu ne, non vt Pontifex veteris testamenti in sanguine alieno, id autem non per opera. sed per fidem accedentiom ad thronum gloriæ. Alter,

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

vt sit Christus propositus propitiatio per fidem, quæ fides sit in sanguine redemptionis acceptioris iustitiam, aot quæ sit de passione, & morte liberatrix, vt sanguis ob eũm sit fidei. Prior plenior est interpretatio: Nã optime dicitur Christus propositus vt sit propitiatio in suo sanguine, idque per fidem que ubie&tom habet non modo sanguinem Christi, sed alia quoque mysteria.

§. 5. Causam finalem ostendit, ostensionem iustitiæ Intellig. illa iustitia puteſt, quæ per fidem sine lege manifestata est, hæc per fidem in sanguine vnigeniti data est. Deinde ostensa est etiam diuina iustitia, qua est Deus iple iustus, qua satisfactum est illi ex legibus iustitiæ pro offensa. Hinc quoque delictorum grauitatem sp. ctare & expendere licitum est, quæ non nisi in sanguine vnigeniti expiari potuerunt. Denique hoc ipsum scire nos voluit qui Deo satisfaceret fuisse nullum, se igitur vnicum esse, & solum iustificatorem.

Quæstio II.

Cur additur propter remißionem præcedentium delictorum?

Error Nouatii. §. 1. HI olim verbis Nouatianus abusus est, ad hæreticam suam stabiliendam. Quia enim dicit τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, connectere nitebatur, nimnia peccata quæ baptismũ insequuntur tesetuari, itaque nullum, qui baptizatus peccasset, absoluebant, se καθαρὰς dicebant, nec cæteris, vt immundis iungebantur, con ra eos scripsit Cornelius Papa Epist. ad Fabium & Euse. item Ep. 3 & 4. ad S. Cyprianum. S. Cyprianus aliquot Ep. nempe 41. 42. 43. 44. 47. 49. 51. Dionysius Alexandrinus Ep. ad Nouatianum & confessores ab eo seductos, Cyprianus etiam ad Nouatianum librum scripsit, iam ante hæresis illa in Montanistis viguit. Hoc facile est refutare, cum nusquam dicatur delicta esse quæ baptismum præc dant.

Error Caluinistarũ. §. 2. Alter error est, Parei & Rigidorum, quem etiã Vorstius Caluinista Sibrando exprobrat. Delicta in sanguine remitti, non igitur pœnitentia, & satisfactionib. humanis. N. c more suo à calumnia abstinet. Catholicos docere. Peccata ante Christum cognitum, & ante baptismũ contracta Christi sanguine remitti, sed post baptismum actionibus pœnitentiæ, & satisfactionibus non sanguine Christi. Quæ est plusquam Satanica calumnia, cũ nemo Catholicorum sit, qui non omnia Christi merito tribuat, baptismum, initia, media, finem, incrementum, & consummationem iustitiæ, ipsam etiam quæ à iustis fieri potest, satisfactionẽ, & quæ ad iustificationẽ necessaria est, pœnitentiãue fidẽ.

§. 3. Remissionem seu πάρεσιν peccatorum Chrysostomus interpretatur νέκρωσιν mortificationem. οὐδὲ γὰρ ἔτι, inquit, ἐλπὶς τοῖς ἁμαρτήμασι, ἀλλὰ δίκη τῶν παρέσεων, ἡ τῶν νεκρώσεων. *Non enim dixit propter peccata, sed propter remiß. an. m*, hoc est, *mortificationem*, non autem intelligit nomine remissionis ipsam condonatio em, sed tab scentiam, & insirmitatẽ, qua homines in flagitiis contabescebant, sic n. pergit οὐκέτι γὰρ ἰκμὰς ἦν, ἀλλ' ὥσπερ σῶμα παραλυθὲν, τὸ τῆς ἄνωθεν δεῖται χειρὸς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ νεκρωθεῖσα. *Neque enim amplius spes salutis erat, sed quemadmodum corpus paralysi dissolutum superiore egebat manu, sic & anima mortificata.* Sententia igitur Chry ostomi est cum obinueteratã delicta, Deus videre: homines auxilio destitu os, & malis suis sensim tamen, misisse redẽptorẽ. Itaillenee immerito, nã πάρεσις est παρέλυσις, morbi genus; neruorũ & humorũ copia,

intemperéneque dissolutio, & languor, cui simillimus est animus peccatoris, cœlesti spiritu destituti, & in vitiis suis obtorpescentis. Deinde e nsum etiam efficit Scripturæ consentaneum, Deus scilicet humanæ infirmitatis miseratum, misit, qui infirmos, paralyticos erigeret, & mortuos viuificaret.

§. 4. Augustinus l. de spiritu & lit. c. 13. de remissione, seu cõdonatione peccatorum interpretatur, eumq; plerique sequuntur, nam πάρεσιν etiam ἀφέσιν remissio, & συγχώρησις cõdonatio. Quanquam autem Augustinus de condonatione loquatur, legit tamen. Propter propositum præcedentium delictorum. Quod vix sensum efficit, nec vero vllus Græcorum προθέσιν habet. Atque hæc est propria interpretatio, quam etiam secutus est Syrus.

§. 5. Cur dicat remissionem præcedentium delictorum, variæ causæ ab interpretibus adferuntur. Anselmus vt Catharinus præcedentia delicta, interpretantur ea quæ Baptismum antecedunt, non quod non & sequentia remittantur, sed quia illorum est plenissima remissio, omni pœna etiã temporaria sublata. At causa non erat Apostolo, vt ad vnum peccati genus, vel tempus astringeret misericordiam Dei, præsertim cum plura & maiora post Baptismum perpetrata remittantur.

Verum & aliorũ omittam interpretationes, tenenda est sententia D. Thomæ, Præcedentia delicta vocari ea, quæ olim veteris testamenti tempore commissa sunt. Ea vero nominantur, ne per opera legis remissa putarent Iudæi, et igitur quædam occupatio, cum enim illi tabernaculum & propitiatorium legale obiicerent, vbi Pontifex pro suis, deinde pro delictis populi intercedebat, excipit Apostolus: Christum fuisse propositum, propitiationẽ non modo præsentium, sed etiam veterum delictorum, atq; adeo illa ipsa, pro quibus hostiæ mactabantur, pro quibus vitulorum & hircorum sanguis fundebatur, non fuisse nisi per fidẽ in sanguine Christi condonata. Iudæis itaq; respondendo nostram fidem instruit, & consolationẽ adfert, spemque veniæ plenissimam. Si enim vetera sunt remissa intuitu venturi intercessori, cur nostra non potius, pro quibus cum lacrymis orauit pattem? si illa debita ex futuro precio dissoluta sunt, cur nõ magis nostra ex persoluto iam & acceptato eodẽ precio omnia dissoluentur, si modo precium nos Deo offerre non negligamus. Eadem est sententia Epist. ad Heb. 9. 15. *Et ideo noui testamẽti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priore testamento remissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* Sanguis igitur cum non dum esset, iam erat efficax. Hinc itaque facile respondemus nonnullis Theologis, qui Scripturas non satis proprie arbitrantur, nisi in Sacramentis physicas actiones, & concursus adgratiam efficiendam statuant, de qua opinione non disputo, hoc solum moneo, argumentum, quo primario vtuntur, nempe quod Baptismus non satis proprie diceretur lauare, mundare, si morali duntaxat, non etiam physica efficientia munditiem animæ conciliaret, infirmum esse, atq; ab ipsa Scriptura refelli, quæ sanguini Christi, mũdandi, lauandi, viuificandi, sanctificandi primariam vim efficaciamq; attribuit, nec tamen illam physicæ efficientiæ addicit, imo ne potest quidem eum effectus illi iam olim à condito mundo, non ea naturali sacrosancti sanguinis existentia, sed morali æstimatione precii futuri processerint. Non necessaria igitur cura est de Sacramentis litigare, & vltima mométa in quirere, quibus actiones motusque nectantur, cum in sanguine Christi Abelem, Noe, Abraham, Dauidem, dealbatos credamus, nectam. n actio physica intercedat.

VERSVS 26.

In sustentatione Dei ad ostensionẽ iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, iustificans eum, qui est ex fide IesuChristi.

QVÆSTIO I.

Quid, Sustentatio Dei? Iustitia, & ex fide?

§. 1. Græce est tolerantia ἀνοχῇ. Deus enim omnibus multa peccantibus, cum merito irasci posset, omnesque date castio, exspectatione futuræ solutionis patienter egit. Neq; enim tum nulla peccata remisit, sed id fecit, quod humani creditores solent, nempe dilata solutione nexus liberauit, precii solutionem in oculis continuo retinens. Nubilem iustitiæ ostensionem quam hic nominet, inquirendum est. Et 1. quidem videtur de ea iustitia agere, qua iustus est ipse, ideo enim ait, vt sit ipse iustus. Sic plerique. Verum textus requirit, vt hic iustitia vtraq; intelligatur, & qua ipse est iustus, & qua iustificat credentes. Si enim ideo, quia dicitur, vt sit ipse iustus, de essentiali, vel propria illius iustitia dicitur, pari ratione dixeris, de iustitia qua nos iustificat esse accipiendam, quia additur: *Et iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi.*

§. 2. Demonstrat iustitiam suam Deus misso Saluatore, multis modis. Primo enim fidem in promissis constantem mundo exhibuit, & tot peccatis offensus redemptorem proposuit, dictorũ autem, & promissorum fides iustitia est, solet enim ea interdum veritas appellari. Deinde mortem homini minatus erat, eam quoq; subire iussus est vnigenitus, vt minatum veritas constaret. Tertio, Iustitiam suam qua iuste agit ostendit, vt in tuto opere miserendi, ac seruandorum hominum non modo misericordia, sed etiam iustitia exerceatur: sicque admirabilis infinitæ sapientiæ dispensatio, in qua summæ iustitiæ seueritas, cum ineffabili misericordia coniungatur. Summa enim misericordia fuit, dare Filium vnigenitum ad miseros subleuandos, summa iustitiæ seueritas in vade & sponsore debitorum nostrorum, in Vicario tormentorũ nostrorum exigere satisfactionem. Dedit nobis Filiũ, qui diligat nos, infinitissime misericordissimus. A Filio plenissimam satisfactionem exegit, rigidissimi iustis tenacissimus, suæ maiestatis læsæ vltor exactissimus. Quarto, Ostendit & iustitiam suam qua nos iustificauit. Eo ipso namq; quod Christũ misit, eos qui ex fide sunt, iustificaturũ, declarauit ex lege & operibus iustitiam datam nõ esse nec esse potuisse. Si enim ea lege esset iustitia, si victimarum brutarum cruore peccata eluerentur, si nidore impietas pelleretur, nihil opus erat Filii humiliatione, ac passione, & gratis mortuus Christus esset. Insignis porro virtus est ἀνοχῇ, qua Deus ἐτροποφόρησεν. Tulit mores Iudæorũ in deserto, vt ait Paulus 13. Act. hodieque tolerat, & Christianorum, vt nos etiam doceat delictis proximorum remedium, & patientiam, impendere, non irasci. Quod eleganter Phorius expressit; ἐν τῷ γὰρ καιρῷ ἰδεικνύσθησαν, τὴν ἀξίωσιν τῆς εὐεργεσίας. Quo enim tempore oportebat punire, sua eos beneficentia dignatus est. *Iustitia & misericordia in redẽptione.*

Syrus ita vertit: *In loco quem dedit nobis Deus per longanimitatem spiritus, vt ipse sit iustus, & iustificans in iustitia, eum qui ex fide est.*

VERSVS 27.

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei.

QVÆSTIO I.

Quæ gloriatio exclusa, & quomodo?

§. 1. SYriostextus, & Græcus carent pronomine, *Tua*, Latini constanter legunt, & maior emphasis, si addatur. Deinde Origenes & Theophylactus etiam legunt, apud Chrysostomum absolute ponitur, quamuis in latino interprete est *gloriaris*, quasi sit dictũ καυχήσεως, vel καυχήσῃ gloriaberis. Augustinus lib. 1. contra 2. Epist. Pelagianorum. & de libero arbit. cap. 15. & cap. 17.

Firmissima Conclusio ex præcedentibus deducitur, & superbia Iudæorum præcipue retunditur, Si enim Christus est propitiatio delictorum etiam olim commissorum, in veteri lege, & sacrificia boum, atque ouium typi erant sacrificij crucis, sed tamen remissio facta est, in sanguine IESV Christi per fidem, non autem per opera. nulla est ergo gloriatio, seu vt Syrus, inquit, אבטיל *ociosa est gloriatio.* Argumentatio Pauli igitur ista est. Illa iustitia quæ materiam præbet iustu, de suis operibus ac virtutibus gloriandi vera non est. sed ea sola quæ omnem iactantiæ, & operum Sanctorum fiduciæ occasionem abscindit. At iustitia legis & operum inani superbia Iudæos & Gentiles inflat. non est igitur vera iustitia, iustitia fidei hominem subijcit, atque efficit, vt omnia Deo accepta referat, vera est igitur illa iustitia. *Iustitia operum excludit iactantiam.*

§. 2. In nullo gloriandum, quando nostrum nihil est, ita Cyprianus & ex illo Augustinus lib. 2. retract. cap. 1. Sed tamen in Domino gloriari Apostolus iubet. 1. Cor. 1. 31. *Qui gloriatur in Domino glorietur.* Nemo igitur in se, omnes in Domino glorientur, omnes inquam & veteris & noui testamenti fideles. Augustinus lib. 1. contra 2. Epist. c. 7. *Omnes à Christo redemptos asserit. Imo dicimus. Vel ante legem vel tempore veteris testamenti à peccatis fuisse liberatos. non virtute propria quia maledictus homo omnis qui spem suam ponit in homine, & in hoc sine dubio maledicte sunt, quos etiam Psalmus diuinus notat, Qui confidunt in virtute sua: nec veteris testamento, quod in seruitutem generat, quamuis certa dispensationis gratiâ diuinitus datum sit, nec in ipsa lege sancta & iusta & bona, vbi scriptum est, Non concupisces: quoniam non est data lex quæ posset viuificare, sed præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est: sed liberatos esse per sanguinem ipsum redemptoris, qui est vnus mediator Dei & hominum, Homo Christus Iesus.* Quod notant Græca Scholia, non dictum ἠφανίσθη euanuit, sed ἐξεκλείσθη exclusa est, ὅτι χώραν οὐκ ἔχει νῦν, *quod locum aliquando habuerit, falsum est*, nunquam enim gloriatio de iustitia, iusta fuit.

Fatemur itaque vero Christiano, veræ iustitiæ, omnem tolli gloriationem, quia omnis in gratia, omnis autem gratia gratuita est, Etiam ipsa merita iustorum sunt dona Dei, imo ipsa gratuita, quia non possunt esse merita, nisi sit gratia.

QVÆSTIO II.

Quid sit lex operum & fidei?

§. 1. DE lege operum ita Illustrissimus Bellarm. docet l. 1. de iustificat. c. 19. *Quod attinet. Ad primum. Caluinus & Kemnitius, & alij sectarij, per legem factorum intelligit legem, quæ requirit opera, per legem fidei, eam quæ requirit fidem. Sed refellit hanc explicationem S. Augustinus, tum alibi sæpe, tum præcipue in libro de spiritu & littera, cap. 13. vbi demonstrat, legem Euangelicam, quæ maximè requirit fidem requirere etiam opera: & omnium mandatorum ac totius decalogi obseruationem: & contra demonstrari posset, legem Mosis, quæ maximè requirit opera requirere etiam fidem.*

Lex igitur factorum apud Apostolum est ea quæ iubet, quid sit faciendum, lex fidei est ipsa fides, quæ impetrat gratiam faciendi quod lex factorum iubet. Itaque vtraque lex requirit opera, sed lex factorum requirit præceptum, lex fidei auxilium. Lex factorum præstat vt cognoscamus, lex fidei facit, vt faciamus. Lege factorum dicit Deus, fac, quod iubeo, lege fidei dicimus Deo, da, quod iubes. Denique lex factorum, est littera, quæ occidit iubendo & non iuuando, lex fidei est Spiritus, qui viuificat opem ferendo, vt iustificatio legis impleatur in nobis. Ex quo sequitur, vt non solum lex Mosis, sed etiam Christi, quatenus aliquid imperat, sit lex factorum, & lex fidei sit Spiritus fidei, non solum quo nos Christiani, sed etiam Patriarchæ & Prophetæ & omnes antiqui iusti, Dei gratiam impetrarunt, & iustificati gratis per eandem gratiam, legis mandata seruarunt.

Contra Bellarminum vel potius Augustinum disputat Pareus: *Atqui si vtraque sit lex, vtraque imperat, vtraque est lex factorum. & operum: Certè ratione præceptorum & operum erunt vna lex. Quod vna imperat, alia non imperat. Apostolus, nec attendit, nec dicit: sed simpliciter legẽ operum, & legem fidei; tanquam duo dissentanea opponit: vt lex operum nec sit, nec esse possit lex fidei, neque contra: &c. Augustinus quidem de spiritu & litera, cap 13. aduersus Pelagium aliquid in tali distinctione quærit præsidij. Sed non quid seruierit causæ Augustini, verum quid sit de mente Apostoli, attendendum est.*

Respondeo. Multis modis & fucum facere, & errare aduersarium, vt eum non immerito puerum in Scriptura appellare liceat, vt Belgæ Caluiniani iam dudum fecerunt. Primo, sententiam atque interpretationem S. Augustini oppugnat; nam ab illius expositione Bellarminus ne latum quidem vnguem abcessit. Cur igitur dissimulat sibi litem esse cum Augustino, dicam impingit Bellarmino? Sed tamen aperte reijcit Augustinum. Sed quo argumento? Quia si vtraque lex imperat, ergo vtraque est lex operum. Ergo ratione præceptorum erit vna lex. Deinde Apostolus non ait vnam imperare, alteram non imperare, ergo non debuit hoc dicere Augustinus. Tertio. lex fidei & lex operum sunt dissentanea, non igitur debent confundi, habent enim contrarios effectus, quia vna gloriationem excludit. *Pareus.*

Ad primum respondeo, vtramque imperare, non tamen legem fidei esse legem operum, quamuis opera imperet, quia habet auxilium gratiæ, qua opera perficiantur. Lex igitur fidei lex est gratiæ, lex operum est absque gratia. Hoc ipsum Pareus doeuit, cum diait, erroris sui immemor: *Qui enim operibus legis iustifi. autur, videntur sibi gratia Dei & fide in Christum non egere. Et sic dignitatis sua opinione efferuntur, hoc est gloriantur aduersus Deum.* At neque Augustinus, neque Bellarminus operibus gratiæ, & fide vacuis iustificari nos existimauit vnquam, sed opere fidei, opere caritatis, alijs operibus quæ vel disponunt ad iustitiam, vel in iustis merita sunt maioris iustitiæ. Nec vna lex est operum & fidei, sed distinctissimæ, nam lex operum est, quæ imperat opera, & sine gratia per se data, viget iustitiam, lex fidei est, quæ fidem exigit, & gratiam confert, vt lex impleatur. *Operum & fides diuersa lex.*

Ad secundum, non sunt illa verba Apostoli quidem, sed tamen sententiam illius optime Augustinus expressit: Lex enim operum imperat opera, quod nemo negat, lex operum non imperat gratiam, quod ipse aduersarius concedit, cum illos, qui sic iustificantur, dicit, sibi videri gratia & fide in Christum non egere.

Ad tertium. Non debent confundi lex operum & lex fidei, cum inter se pugnent. Nam si ex lege operum iustificamur nihil opus est lege fidei, & si fides iustificat, non est operum iustitia. Neq; nos illa confundimus, sed legem fidei dicimus etiam opera exigere, non tamen opera naturalia & liberi arbitrij sine gratia iustitiam suam quærentis, sed ipsum opus fidei, quod cum opus sit, & illud lex imperet, ac imperet, necesse est eum fide carere, qui omne opus negat. Verum minus hic laborandum est. Nam præcipua pars Caluinistarum nunc hæresin illam mutauit. Ita Bertius in collatione cum Lubberto. Opus si accurato examine rem pensites, duplex est legis, & Euangelij: pagin. 49. & pagin. 51. opere legis nemo saluatur, Euangelij opere soluantur, omnes qui saluantur.

Nihil itaque aliud dicere voluit, quam nos virtutibus & meritis nostris iustitiam non consequi, sed opus esse fide, & gratia Christi & pag. 52. Fides est opus credentis. Denique pag. 54. ostendit, quomodo ex opere fidei beatitudo constet, non ex meritis, & naturalibus benefactis.

Pro eadem sententiâ Lutherum Melanchthonem, Zanchium citat Bertius pag. 58. 59. 61. & deinceps P. zelium, Bucerum, Caluinum, Bezam, Iunium. Verum de illorum sensu per me liceat, illi decertent, mihi satis est nostræ sententiæ auctores esse patres, adeoque multos ex aduersariorum castris eam propugnare ac defendere.

§. 2. Iustitiam legis, & iustitiam in lege, vel iustitiam ex lege, ita distinguit Bellarminus. *Quantum ad secundum (lib. 1. cap. 19. de iustific.) iustitia legis (vt etiam initio huius libri breuiter indicauimus) sunt opera iusta quæ lex facienda præscribit. Neq; hanc iustitiam Apostolus vsquam reijcit tanquam inutilem, sed contra potius ita commendat, vt dicat ad Romanos 2. Factores legis iustificabuntur. Et in eodem capite: Si præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium in circumcisionem reputabitur: Et Rom. 8. Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. At iustitia ex lege, siue in lege sunt illa opera, quæ homines faciunt sine gratia fidei, sola cognitione legis adiuti. & hæc opera non iustificant coram Deo, sed solum coram hominibus qui tantum externa considerant.*

Hanc iustitiam tanquam inutilem B. Paulus reijcit, & opponit iustitiæ fidei, hoc est, operibus bonis. quæ fiunt ex gratia & fide. Eandem iustitiam ex lege vocat Apostolus ad Roman. 10. iustitiam propriam, & opponit iustitiæ Dei.

§. 3. Obijcit Pareus *Hæc fictitia est distinctio nihil iuuat aduersarium: Nam iustitia legis. & iustitia in lege, non magis differunt, quam Deus cœli, & Deus in cœlo: quoniam inter opera iusta, quæ lex præscribit. & inter opera iusta, quæ a lege præscribuntur. quid quæso interest? Nec inter iustitiam legis, & iustitiam: quæ ex lege est. nisi verbale discrimen* Conatur probare ex Leuitic 18. 5. Roman. 10. 4. Sed illa loca ad rem præsentem non faciunt, nec probat ille, sed nuda assertione contentus est.

Iustitia ex lege. Respondeo, Primo hic quoque in Bellarmini nomine Augustinum, imo ipsum Apostolum oppugnari. Nam lib. de gratia & libero arbitrio cap. 12. sic docet. *Quotquot ergo adiuncto solo adiutorio legis, sine adiutorio gratiæ, confidentes in virtute sua, suo spiritu aguntur, non sunt filij Dei. Tales sunt, de quibus idem dicit Apostolus, quod ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. De Iudæis hoc dixit, qui de se præsumentes gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant. Suam vero iustitiam dicit eos volentes constituere, quæ iustitia est ex lege, non quia lex ab ipsis constituta. sed in lege quæ ex Deo est suam iustitiam constituerunt, quando eandem legem suis viribus se implere posse credebant, ignorantes Dei iustitiam. non qua iustus Deus iustus est, sed quæ iustitia est homini ex Deo. Et vt sciatis hanc illum eorum dixisse iustitiam quæ est ex lege, hanc autem Dei, quæ homini est ex Deo, audite quid alio loco dicat. cum de Christo loqueretur, propter quem omnia inquit, non solum detrimenta esse credidi verum etiam vt stercora existimaui esse vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex Deo. Quid est, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, cum sua non esset lex ipsa. sed Dei: nisi quia suam dixit iustitiam quamuis ex lege esset, quia sua voluntate legem se posse putabant implere sine adiutorio gratiæ quæ est per fidem Christi? Ideo cum dixisset, Non habens meam iustitiam quæ ex lege est: Secutus adiunxit. sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex Deo. Hanc ignorabant de quibus ait, Ignorantes Dei iustitiam, id est, quæ est ex Deo: hanc enim dat non littera occidens, sed viuificans Spiritus. Et suam volentes constituere, quam dixit ipse ex lege iustitiam, cum diceret, Non habens meam iustitiam quæ ex lege est: iustitiæ Dei non sunt subiecti, hoc est, gratiæ Dei non sunt subiecti: sub lege enim erant, non sub gratia: & ideo eis dominabatur peccatum, à quo non fit homo liber lege, sed gratia.*

Ex his ergo primo clarum euadit, apud Augustinum iustitiam in lege vel ex lege vocari, qualem Pelagiani iactabant, quæ sine Christi gratia esse fingebatur sed non erat aliud nisi iniquissima contra Deum iactantia, & in gratiam contumelia.

Deinde ex Paulo etiam certissimè constat, iustitias legis dici, quas lex præcipit, cap. 2. & capite octauo vt citat Bellarminus. Et res in se manifesta est si enim facit id quispiam quod ex lege præcipitur rectè facit, si sponte, & ex caritate facit. Si vero sola se legis obseruatione iustum existimat rem facit Deo odiosam. Sunt igitur diuersæ iustitiæ, neq; refert si aliquando iustitia legis, hoc est opera ex lege præcepta, dicatur iustitia ex lege. Nam constat diuersis modis ab Apostolo frequenter vsurpari verba, hoc constat, aliud esse seruare legem, aliud iustitiã sibi ex obseruatione legis arrogare. De hisce consulatur August. Sermone de tempore 49 & sermone 15. de verbis Apostoli. *Si meam dixeras, quare addidit ex lege? Si enim ex lege esset, quomodo tua est? Nunquid tu tibi imposuisti legem? Deus legem dedit, Deus legem imposuit, Deus legi suæ te obtemperare præcepit. Lex si non te doceret, quemadmodum viuere deberes, quomodo posses habere iustitiam sine querela secundum legem? Si secundum legem habes, quomodo dicis, non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est à Deo? Iam ergo dicam vt potero, reuelet melius qui vos possidet. donet & intellectum & effectum. Donabit enim effectum, si donabit affectum, hoc est enim quod volo dicere. Lege Dei proposita, ipsa enim dixit, Non concupisces. Lege ergo Dei proposita exceptis illis carnalibus Sacramentis quæ fuerunt vmbræ futurorum, Lege Dei proposita quisquis timuerit. & suis viribus eam implere posse putauerit, & fecerit quod lex iubet, non amando iustitiam,*

sed

se timendo pœnam, fuit quidem secundam iustitiam quæ ex lege est, homo sine querela, non furatur, non adulterat, non dicit falsum testimonium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui. potest hoc, potest fortassis. Vadit? Timore pœnæ. quanquam qui timore pœnæ non concupiscis, puto quia concupiscis. Terrore ingenti armorum atq; telorum, & circundantium forsitan ita altitudinem vel obuiam saxis, etiam leo reuocatur a præda: & tamen leo venit, leo redit, prædam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc iustitia tua est, quæ iustitiá tibi consulis ne torquearis. Quid magnam est, pœnam timere. Quis tam non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, & timorem latronis, quod latro timet leges hominum, & ideo facit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges etiam times, etiam pœnam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses? Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor tollit, sed timor premit.

Iustitia ex lege est ergo, quam sibi ex legis obseruatione vendicant naturali, Iustitia legis, qua lex seruatur ex gratia: Inter opera porro, quæ lex præscribit, cum fiunt ex fide & gratia, & inter ea quæ ea sola lege fiunt, sine fide, qui discrimen ignorat, sine fide & sine gratia est.

Ex quibus apparet iustitiam ex lege esse, quæ fit sine gratia, quæ aliquando etiam vocari solet iustitia legis.

Hisce accurate consideratis facile discimus non opera omnia excludi. Nam fides iustificans non excludit omnem legem, sed aliquam, si enim omnem legem, ergo & legem fidei: fides igitur iustificans excluderet fidem, quod est absurdum. Lex enim fidei requirit fidem, si enim fidem illa non imperat, potest esse lex fidei & manere infidelitas.

§. 3. Obijcit Pareus, Apostolus excludit non solum opera naturalia, sed etiam opera fidei. Respondeo. Intelligi tantum opera sine gratia; quia opera fidei, & ipsum fidei opus sunt necessaria ad iustitiam: at pagin. 310. *Sint duo mercenarij*, inquit, *vnus proprio ligone vineam fodiat, alter ligone donato, non minus vnus quam alter meretur. Ita & illi, quorum vnus ex gratia, alter ex proprijs viribus laborat. Neque enim magnopere refert quonam vtantur instrumento, si alioqui gnauiter laborent.*

Respondeo. Sint duo mercenarij Iudæus & Catholicus: Iudæus suis viribus, suo ligone, suo sumptu fodiat vineam, deinde Domino operam suam iactet, mercedemque petat. Catholicus æger à Domino, curatus, viresque recipiens, alieno ligone vineam colat, ita vt cum mortuus esset, cum in vinculis hæreret, vitam à Domino receperit. si Dominus ipse in dies immerentem pascat, si manum lassam, & debilem Dominus ducat, eum ad opus educat, domum reportet, & centuplo maiorem sumptum in illum impendat, quam sit ex opera lucrum, isq; se vitam, vires, cibum, auxilium omniaque ex mera gratia habere à Domino experiatur, an ille contra Deum gloriari poterit? An illi mercedem Deus debet? Mercedem ratione operis dico; nam debet, quia promisit, si tamen promisit.

§. 4. Obiectio 3. *Opera fidei fiant viribus liberi arbitrij etsi non solis, igitur in illis gloriari licet.*

Respondeo. Falsam consequentiam, Eleemosynæ acceptio fit viribus liberi arbitrij, nam liberè manum pauper extendit, nec tamen contra liberalitatem donantis paupertas inuerecunda gloriari potest. Non igitur gloriari de merito possumus, quia quicquid agimus ex gratia & Deum non nisi gratuita promissione tenemus obligatum.

VERSVS 28.

Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis.

QVÆSTIO I.

Quæ difficultates hoc loco oriantur?

§. 1. Concludit disputationem præcedentem nobili sententia olim etiam controuersa inter Catholicos & hæreticos. Non est opinantis incerta sententia, cum dicit; *Arbitramur*, sed certa dogmatis probati definitio: Græce est: λογιζόμεθα, hinc deducimus, ratiocinamur, & concludimus, hominem iustificari per fidem sine operibus legis.

§. 2. Varia est in his pugna hæreticorum inter se, maxime nouorum, eorum qui molles appellantur Caluiniani, cù enim primores suos Catholicorum argumentis euictos concidisse viderent, alia effugia, damnatis erroribus primis, exquisierunt. Itaq; nihil magis ridiculum est, quam cù quispiam nouatorum se fide iustificari profitetur. adeo enim variè de fide iustificante sentiunt, vt facile appareat, omnem eos fidem perdidisse.

Vt enim à veteribus incipiam. Recenset S. Augustinus in q. 83. q. 76. & Pseudo Hieronymus iam olim hæreticos male locum hunc intellexisse. Ad hoc, sententiam illam pronunciatam ait, vt nemo meritis priorum operum arbitraretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est per fidem. Illi vero quos reprehendit sola fide etsi omni scelere inquinati essent, se iustos arbitrabantur. *Errores veterum.*

Alter error Osiandri, fidem qua iustificamur non tendere in Christi passionem & meritum. Sed in Dei essentialem iustitiam, qua se aiunt formaliter iustos. Eam in Prussia sententiam Osiander, Funckius, alijque contra Ioachimum Moerlinum aliosq; defendit, aduersariosque cum ignominia è Prussia expulit. Omnia hæc exponuntur & enarrantur libello Germanico cuius titulus est. *De schvvermeria, seu Fanaticismo Osiandri in Prussia.* *Noui errores.*

Tertius error est, Fidem, hoc est, actum fidei, seu τὸ credere esse iustificantem fidem, sic Caluiniani Molles, Bertius, alijque, quos ingenti cæteri odio persequuntur. Sed hi quoque dupliciter sunt diuisi; nonnulli enim τὸ credere aiunt, velut manum mendicam apprehendere iustitiam imputatam, alij vt Molles, Actum credendi à Deo imputari pro integra perfectaque vniuersæ legis obseruatione. Hoc vt primum latro, incendiarius, adulter dixerit in corde suo. Credo nihil iustitiæ meæ immania scelera obstare, nam iustus sum, tum Deum eum iustificare, hoc est, scelere omni absoluere, proque eo habere, ac si nullo vnquam tempore legem vllam violasset. Tantas vires habere τὸ credere. Hos vt dixi ingentibus odijs rigidi persequuntur, Socinianos, Samosatenianos Turcis & Iudæis deteriores iudicant.

Quartus error est. Eorum qui fidei habitum existimant esse fidem iustificantem, eum habitum alij delebilem, alij indelebilem arbitrantur. Hi quoque capitaliter dissident nam Pareus, &

Calui-

Caluinistæ rigidi, negant eam fidem quæ delebilis sit posse esse fiduciam salutis. Qui delebilem concedunt, fidem indelebilem omnium scelerum altricem, aiunt esse fidem diabolorum.

Quintus error est. Fidem viuam, quatenus viua est non esse iustificantem. Ita Sibrandus & alij, vt Vorstius etiam illi exprobrat in centum eius erroribus.

Sextus error est. Fidem, hoc est, correlatiuum fidei, hoc est, Christi passionem esse fidem iustificantem. Hi quoque tripliciter diuisi sunt. Quidam aiunt sola morte Christi. Nos liberatos non reliqua Christi humiliatione, ideo fidem hanc sola morte definiunt, alij morti iungunt omnia Christi opera, & labores, ærumnasque quas tota vita pertulit, alij denique etiam desperationem in cruce, & triduanam damnationem, pœnasque damnatorum adiungunt. Nihil enim sanguine & morte crucis actum, nisi dæmonum etiam tormentis agnus ille discruciaretur.

Septimus error est. Fidem ipsam esse iustitiam, quod varie etiam interpretantur.

Octauus error est. Fidem solam iustificare, sed non esse solam, nec esse posse solam, alij solam esse posse, & solam iustificare.

Denique nonnulli hæc omnia falsa esse edocti, nam singulæ opiniones sua quædam peculiaria portenta habent, ad sententiam antiquam, & orthodoxam redierunt, inter quos est Adolphus Venator Alcmariæ in Hollandia Ecclesiastes, qui victor consortes Euangelij sui ministros retinuit, dissentientes pepulit. Ille quidem multos errores defendit, de iustificatione tamen Concilij Tridentini sententiam tuetur.

Generalis error est pene omnium in opinionibus vnus, isque animosissimè hactenus & arrogantissime defensus, Fidem esse fiduciam, qua certissime quisque de sua electione, iustitiaque statuere posset. Hoc enim fundamentum omnis consolationis, hanc solam fidem esse cognouerunt hæreseon architecti qua imperitos stupore quodam stolidæ persuasionis fascinarent. Hinc Catholicos infideles, dubitantes, ἐπέχοντας, academicos, conscientiarum carnifices, vocare consueuerunt. Verum tandem Deus quoque hanc miserrimam extremæ cæcitatis confidentiam multorum animis excussit, vt in media Hollandia primarij Doctores eius vanitatem ostendere non dubitarent, qui & populum fauentem, & ordines defensores habuerunt, illo autem principio sublato, illo fundamento subruto, non est quo Caluiniana hæresis inposterum subsistat.

Fides sectariis omnibus est fiducia.

Tota disputatio quæ habita est inter duodecim ministros Hollandiæ, si bene inspiciatur, Caluinum, Pareum, omnes vno verbo rigidos conuincit erroris.

Nam statuunt in disputatione rigidi caput de illa certitudine esse fundamentum suæ religionis. Ita enim docent. Doctrinam de perseuerantia verè credentium, indubitatum articulum fidei esse. art. 5. de possibilitate defectionis Sanctorum, pag. 26. Hæc summa est opinionum hæreticarum, quarum pleræque in plures diuiduntur. nec enim omnia enarrare necesse, nec enim opus totum mare ebibere, vt salsum esse sciatur.

Hoc igitur sublato, etiam fiduciam, certitudinemque de salute, prædestinatione cæteris tolli, necesse iudicant. Idque primo dubitare se molles asserunt, & instructionem è Scripturis petere, sed disputando eo tandè deueniunt, vt negent, eamq; securitatem Scripturis null[illegible] moribus noxiam, omni[illegible] pronuncient.

§. 3. Horum errorum fundamentum est [illegible]tas odiumq; diuinorum mandatorum, cum enim homines carnales, legem Dei impossibilem dicerent, & tamè violatoribus vitam æternam promitterent, soli fidei absq; vllis bonis operibus iustitiã tribuerunt: cum solum sit initium. Et præter fidem alijs sit opus bonis. Vt Chrysostomus in c. 5. Gal. Nihil habemus opus illis legalibus, sufficit enim fides ad hoc, vt donet nobis Spiritum, & per hunc iustitiam multaque insuper & magna bona Deus. Vbi ille non fidem omnino sufficere, sed hoc solum, vt Deus det Spiritum. Omnia autem esse possibilia credenti, & diligenti suo loco docebo.

Effectum est igitur vt in florentissima prouincia, vbi maxime Ecclesiæ persecutio sæuijt nunc contra Caluinum, Bezam, veteres doceatur hæreticos, idque ab illis qui orti sunt ex hæresi, & in medijs erroribus educati, nec modo fundamentum Caluinismi oppugnant, sed fundamentum primum ac summum, quo vno atque vnico illorum salus niti videbatur.

Antequam igitur ad rem veniamus discutienda sunt singula, sic enim facile, quænam fides sit iustificans addiscemus. Quia vero plerique fidem pro fiducia accipiunt, isque error in omnium pene erroribus includitur, pro fide semper fiduciam nominabo.

QVÆSTIO II.

An fides sit fiducia, & sufficiat ad iustitiam?

§. 1. LVtherus falsaria manu particulam *sola* addidit in versione Germanica. So halten wir es nun / daß der Mensch gerecht werde / ohn deß Gesätzes Werck / allein durch den Glauben. *Arbitramur enim iustificari hominem per solam fidem sine operibus legis*, vel, *Tantum per fidem*. Omittunt particulam illam etiam qui sententiam tuẽtur, nec tamen à defensione Lutheri abstinent omnes, tanta est vis anteoccupati iudicij, tantiq; refert, cui se quis primum addixerit, adeo vt eorum, quorum auctoritate ducuntur etiam vitia amplectantur, & quidem manifesta.

Lutheri fraus.

Lutheri additamentum facile reijcitur. Vel enim sententia Apostoli sine illa adiectiuncula clara erat, & perspicua, vt qui eam legeret, nihil addubitaret sola nos fide, sine operibus iustificari, vel ante obscura ambiguaq; fuit, & certitudinem claritatemq; non nisi ex Lutherano additamẽto mutuata est. Si prius dixerit, certe inanis est, & omnino superflua adiectio, qua nec lux noua textui accedit, nec dubitatio tollitur, at nullo modo probabile sine aliquo emolumento. Lutherum verbo Dei glossam nouitiam inserere ausum esse, neo committere voluisse, vt se apertæ, & ἀναντιρρήτῳ Doctorum reprehensioni exponeret, nisi impostoræ precium de animarum simplicium interitu sibi dæmon spopondisset. Hoc igitur statuendum est, opinionis suæ firmamento hoc apud rudes egisse, vt quoniam perpetuo clamitabat, *sola nos fide iustos esse, & omnes sola fide saluari*, nec id in sacris Scripturis inueniebatur, ipse sumpto ab audacia, perfidia, hæresi consilio, testamentum Dei corrumperet, & cum sententiam in sua sensa detorquere non posset, verba interpolaret. Si obscuram dicat, iam sua vinea cædit.

Secun-

Secundo Iesu aiunt, quia non sola fide iustificamur, vt iam ostendam.

§. 2. Fides iustificans non est fiducia de misericordia Dei, remissione peccatorum, ex passione ac meritis Christi. Hoc nobiscum sentiunt primo rigidi Caluinistæ Sibrandus in collatione cum Bertio, quæ tota in eo versatur, vt Sibrandus ostendat, fidem proprie dictam non iustificare, sed fidem impropriè dictam, seu fidem Metonymicam. At fiducia est fides propriè dicta, vt illi volunt, non igitur fiducia iustificat. Idem etiam sentiunt Molles, nam fiduciam, hoc est, certissimam remissionem peccatorum, & electionis persuasionem negant ex Scripturis probari posse, eamque noxiam esse moribus. Quia tamen contra sua principia nonnulli eam tuentur, id quod dictum est probemus.

Fides non est fiducia. Ratio prima. Capite 11. ad Heb. Apostolus definit fidem: *Est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.* Hoc loco Apostolus definit fidem iustificantem, nam præcessit: *Iustus ex fide viuit; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ,* &c. In eo conueniunt omnes, etiam sectarij. Ac fides hæc non est fiducia, sed repræsentatio rerum futurarum, quas intellectus apprehendit. Deinde, fides illa est ἔλεγχος, *argumentum, conuictio,* quæ necessario ad intellectum pertinet: illius enim est conuincere, resistere, assentiri, dissentire. Tertio, sequitur. *Fide intelligimus aptata esse secula.* Si fide intelligimus, ad intellectum igitur fides non ad voluntatem pertinet. Quarto: *Noe metuens aptauit arcam, quomodo? Fide.* Fides igitur erat, qua credebat minis diuinæ iustitiæ, & mundum interiturum. Denique ait: *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & requirentibus se remunerator sit.* Ex his apparet obiectum fidei esse omnia reuelata, non tantum promissiones, non tantum misericordia specialis. Hæc Bellarminus l. 1. c. 5. de iustificatione. Adiungitque duas fidei proprietates, vnam, quod faciat ea in animo subsistere, quæ sperantur, alteram, quod faciat intellectum assentiri ijs quæ non intelligit.

§. 3. Contrà varia conquirit Pareus. Primo pag. 59. *Hæc glossa primo eludit seipsam, si enim fides facit rem exsistere in intellectu, falsum, quod conuincat intellectum assentiri ijs, quæ non intelligit, quomodo enim existunt in intellectu, quæ intellectus non intelligit? Deinde sic fides in solo cerebro hæreret.*

Fides in intellectu est. Defensio argumenti Orthodoxorum. Fides res facit existere in intellectu, & facit intellectum assentiri illis, quæ non intelligit. Non est hoc mirum, imo quotidie hoc experimur. Multis rebus assentimur, quas non intelligimus, quamuis enim aliquo modo intelligamus, ἔλεγχον tamen seu euidentem, & cogentem demonstrationem non habemus. Cum dicimus triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, assentiuntur nobis illi, qui demonstrationem non tenent. Audit Christianorum bonorum vera & simplex fides, Tres esse in Sanctissima Trinitate personas tenera inter se distinctas, sed vnum Deum, argutijs deinde sciolorum vellicatur, & audit. Hic Pater est hic Deus, hic Filius est hic Deus, ergo hic Filius est Pater. Quæ conueniunt in vno tertio, sunt eadem inter se, Pater, Filius, Spiritus sanctus sunt eadem vni tertio, sunt igitur eadem inter se. Hæc multi dissoluere nesciunt, hoc est, non intelligunt, & tamen fidei ὑπόστασιν retinent, atque ita conuicti sunt, vt pro fide etiam mori parati sint. Non enim intelligendi sagacitate, sed credendi simplicitate saluantur.

Est igitur fides, quæ conuincat intellectum credere S. Trinitatem, licet non intelligat, quomodo possit esse in Trinitate vnitas. Quid vero οὐ βλεπομένων, nonne eorum quæ intellectu non capiuntur? Certè ita Bullingerus interpretatur, *qui æterna, diuina & Deum ipsum interpretatur, qui est inuisibilis.* Et Pelicanus apostata famosus Caluinista, vocat res *quæ nec sensibus, nec humanis rationibus deprehendi possunt,* hoc est, quibus intellectus assentitur mutus auctoritate reuelantis Dei, licet non intelligat, rationem demonstratiuam sui assensus.

Quod ait fidem non in cerebro hærere, sed cor tangere, verum est, nam intellectum recta fide instructum voluntas facile sequitur; ille enim trahit voluntatem, non quod illa intelligat, sed quod iudicium, & rationem, appetitus naturalis facile sequatur.

§. 4. Obiectio ad 1. pag. 61. *Fides est substantia futurorum non solum, quia repræsentat ea per certum assensum, sed etiam, quia repræsentat ea per fiduciam.*

Responsio. Primo. Rectè concedit, esse ὑπόστασιν, quia repræsentat per certissimum assensum non recte, cum ait; potius præsentat per fiduciam, quia fides est multarū, quæ non sunt fiduciæ obiecta, vt diluuij, pœnæ æternæ, diuinæ iustitiæ, S. Trinitatis, atque aliorum huiusce modi.

§. 5. Obiectio ad 2. Secundo, ex voce ἔλεγχος, conatur deducere. *Hic esse ἔλεγχον non mere mentalem, sed esse fiducialem.* Nam est redargutio, conuictio, quæ ad voluntatem pertinet.

Responsio. Ad vocem ἔλεγχος quod attinet, nec in Scriptura, nec apud exoticos auctores, vspiam accipitur pro fiducia, confidentia, spe, sed pro argumento, redargutione, demonstratione, tormentis quibus veritas exquiritur. Imo Beza vertit hoc loco, *Et quæ demonstrat,* non est autem ἔλεγχος demonstratio volūtati, sed intellectus, quæ demonstrano mentalis vera est, sed intellectus practici, ideoque voluntatem afficit, in illa enim motiones timoris, spei, amoris, odij, ex iudicio practico oriuntur. Assentitur intellectus certò, imminere sempiternis æternum supplicium, atque ex eo iudicio sequitur timor, voluntasque fugiendi, non tamen iudicium illud practicum, aut ἔλεγχος practicus est actus voluntatis, aut timoris. Intellectus à Deo conuictus, obedientibus gloriam æternam conferendam credit, simul vt assentitur huic propositioni, virtutibus merces proposita est, vita æterna, regnum cœlorum voluntatem excitat tanti boni desiderium, spem concipit, & fiduciam, cupiditatemque omnium honestorum, studiumque pietatis. ἔλεγχος ad mentem pertinet.

§. 6. Obiectio ad 3. *Fallacia à secundum quid. Nam actum fidei, ait, non tantum esse intelligere, sed etiam confidere: duo enim continet, intellectus & voluntatis actum.*

Responsio. Hoc igitur obtinetur fidei actum esse intelligere, ex quo demonstro; *Fidei actum non esse fidere,* seu fiduciari more Caluiniano. Nam habitus fidei vel est in intellectu, vel in voluntate, vel in vtraque potentia, idem etiam de actu fidei dici debet. Non potest esse habitus in vtraque potentia, quia voluntatis potentia nullo actu putest idonea reddi, vt intelligat, nec intellectus, vt velit. Itaque nec habitus, cuius actus est intelligere potest esse in voluntate, nec is, cuius actus est velle in intellectu. Si igitur fides est in voluntate eius actus non est intelligere, si eius actus est intelligere, non est igitur in voluntate. Quamuis actū intelligendi actui voluntatis consequatur, non tamen eiusdē est virtutis, alioqui quod in vniuersa

Theo-

Theologia & Philosophia absurdum est, virtutes intellectus, & voluntatis confundentur.

§. 7. Obiectio ad 4. Noe metuens aptauit arcam, ergo fides gignit metum. Non est ergo fiducia. Respondet pag. 63. *Quatuor termini ex ὁμωνυμία metus, vel assumptio falsa. Fiducia non gignit metum seruilem: grauit vero in Noe metum filialem, hoc est, reuerentiam Dei, vt eius verba fidem haberet, mandato obtemperaret, promissioni confideret. Quin etiam, vt male metueret, non sua salute, sed impiorum exitio.*

Defensio. Noe audito oraculo Dei, metuit, ne si arcam non pararet, ipse quoque interiret, ideo arcam aptauit in salutem domus suæ, metuebat enim impiorum exitio, metuebat & suis, sed credens Deo præsidium arcæ acceptauit. Metuit Noe quod faciendâ arcâ fugiebat; at cataclysmum fugit: eum ergo metuit. Nec de metu reuerentiali distinctio tollit argumenti vim, nam metus reuerentialis oritur ex caritate, cũ timetur offensa eius, quem amamus, Caluinistæ autem in tanta πληροφορία fideiq; & fiduciæ quomodo timere possunt ne Deũ offendant, cum nullum sibi maleficium credant imputari?

§. 8. Obiectio ad 5. *Fallaciam diuisionis ait esse in argumento, quod conficiunt Orthodoxi, cum fides obiectam aiunt, credere Deum esse. Addi enim; Et remuneratorem esse: hoc ad fiduciam pertinere.* Fidem ergo esse fiduciam.

Defensio. Iterum concedit credere Deum esse, actum fidei esse, sequitur igitur esse intelligere, non igitur velle. Deinde credere Deum esse remuneratorem non minus est actus intellectus, quam credere Deum esse, nam obiectum eius fidei est. Deus est inquirentibus se remunerator. Inde spes oritur quidem, non tamen credere est sperare.

§. 9. Ratio Bellarm. Secunda. Fides non habet pro obiecto specialem misericordiam. Primo, quia est rerum sperandarum. Secundo, quia fide intelligimus aptata esse sæcula. Denique toto capite non fit mentio illius misericordiæ specialis, & tota tamen fides quæ vnica est, illo capite describitur.

Varia respondet. Primo, *Fidem habere pro obiecto generice omnia quæ Deus reuelauit specifice misericordiam specialem. Secundo, Eam enim esse rem sperandam cum sit res futura. Tertio. Hoc capite etiam fieri promissionem misericordiæ, fidem enim Abel, Enoch, &c. Fuisse de speciali misericordia. Quarto. Fidem historicam, miraculorum & fiduciam specialem esse fidem vnam genere non specie. Quinto, se non facere fides multas, sed vnius fidei plures actus, alios genericos, alios specificos.*

Responsio. Ad t. 4. & 5. Non potest discursus ille videri hominis, nedum eruditi. Nam sit vna fides genere, quemadmodum vnus est color generi, sit nigredo fides historica, sit vigor fides miraculorum, candor fiducia specialis misericordiæ. Genere enim ait has fides cõuenire, non specie, quemadmodum colores illi conueniunt, quos nominaui. Fides igitur cum nominatur, generatim omnes fidei species comprehendit, estque fides habitus, quem vt ante dixi, si in voluntate colloces, non erunt eius species fides historica, & fides miraculorum, illæ enim ad intelligentiam pertinent. Non enim qualitas inhærens voluntati potest esse genus proximum eorum quæ sunt in intellectu. Si fides generaliter accepta est in mente, in eadem necesse est eius species esse. Si igitur fides est in intellectu: ergo & quæ fingitur eius species fiducia. Quod si dicat simul intellectiuum esse, & voluntatis habitum, non minorem inducet in Philosophiam, quam in Theologiam hæresin.

Deinde huic repugnat, quod ait, vnius fidei esse plures actus, alios genericos, alios specificos, sicut vnius hominis actus est genericus, videre, audire, specificus discurrere. Si enim hæc ita sunt, non ergo est vna fides tantum genere, sed etiam specie.

Sed hæc omitto quorsum enim senem litteras doceo? Ad secundum & tertium respondeo. Ad secundum quidem. Specialem misericordiam rem esse præsentem, aut præteritam, nam ab æterno credunt se per eam prædestinatos, ac constitutum ne illis vlla peccata vnquam possent imputari. Ad tertium, Cupio mihi toto Senpruiæ systemate ostendi, Abelem, Enoch, Noe, vel aliquem patrum habuisse fiduciam Caluinisticam. Hoc vrgeo vt mihi exemplum demonstretur, ad hunc modum, vt aliquis illorum Sanctorum dixerit. *Nullam metuo condemnationem quamuis viuam sceleratissime.* Ita autem Caluinistæ loquuntur in collatione Hollandiæ artic. 5. de possibil. defect. Sanctorum pagin. 62. Vel, quia electus sum, impune peccare possum, quantum libet. ita pag. 66. Deus nulla peccata imputat credentibus.

Ratio tertia, ex Rom. 4. 19. 21. & 1. Corinth 13. 13. Et 2. Cor. 10. 5. & Eph. 3. 12. Matth. 9. 22. quæ suis locis examinabuntur.

§. 10. Ratio quarta. In symbolo Apostolico traditur obiectum fidei, sed in eo nulla est mentio misericordiæ specialis, non igitur illa ad obiectum fidei pertinet. Quod si illa est præcipuum obiectum magna pars symboli de illa agat oportet, at nunc eius nulla est mentio. At neque in Niceno, Constantinopolitano, Athanasiano, aliisque symbolis, quibus breue symbolum Apostolorum latius est expositum.

Obiectio Parei. *Primo negari potest consequentia: nã in symbolo continetur obiectũ fidei, hoc est fidei, qua creditur, non qua creditur. Deinde ait fiduciam multis modis inculcari. Credo in Deum, in Iesum Christum, In Spiritum sanctum. Denique hanc esse causam solam sufficientem cur à Papatu recesserint.*

Respondeo. Verba pauca hominis rabiosi recensui, vt clare appareat, quam sit inconsideratus furor, cum eum zelus & superstitio accendit. Primo in eo labitur puerili more, cum dicit in symbolo esse obiectum fidei quæ creditur, Fides enim quæ creditur est ipsum obiectum, non habet obiectum in symbolo contentum, Fides autem qua creditur, vel est habitus vel actus, cuius obiectum est id quod symbolo continetur. Atque hoc est quod docet Augustinus & Petrus Lombardus. Hinc firmissima efficitur ratio contra fiducianonem inanem Caluinistarum. In symbolo Apostolico, Niceno, Athanasiano, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi continetur obiectum fidei, hoc est summa doctrinæ credendæ ad salutem & præcipue illa quæ fundamenta, & maxime ad salutem necessaria: At in symbolis illis non continetur hoc doctrinæ Zwinglianæ caput: *Credendum est singulis Christianis omnia sibi peccata esse remissa, nullum esse tam immane facinus, nullum tam turpe flagitium, quod sua iustitia, vel saluti obstare possit, Summa, non posse se gratia, & fide excidere.* Hunc tamen esse præcipuum articulum Ecclesiæ reformatæ cõtendunt Contra Remonstrantes in Hollandia & negant Remonstrantes, in artitul. 5. Cur igitur hęc doctrina, hic articulus, vel solus, vel summe necessarius, qui ideo vel solus, vel primo loco poni debuit, omissus est?

Nihil igitur ad hanc rem facit distinctio fidei quæ

[illegible]

[illegible] qui credu[illegible] & quæ [illegible] separab[illegible] sepa-[illegible] sunt duæ fides, alia sep[illegible] à caritate, [illegible] abilis. Cur igitur non omnes qui habēt [illegible] ust ficantem sunt iusti. Respondeo, quia nō [illegible] habent caritatem sine qua nemo iustus est, [illegible]æ separat inter filios Dei, & filios diaboli. Fides [illegible] iatur sua iustificat, nam fundamentum est, [illegible] dix iustitiæ, at vero si desit caritas in actum iu-[illegible] nis exire non pot[est]. Qualemcunq; fid[e]m [illegible] as [illegible] adulteras, furatis, non iusti-[illegible] les, non fidu[c]ia, quamuis sit fiducia cuius [o]fficium iustificare. Fides igitur iustificans non [illegible] facit eum iustum in quo est, sed tum cum ponitur [illegible].

Adeo autem illa responsio non sufficit doct[i]s, [illegible] o[mn]es C[a]lui[nistæ] om[n]es ab ea [illegible], & [t]amen [illegible]os doctores esse [illegible] tota Germania te-statur, atque adeo ipsi Caluiniani.

§ 11. Postquam aduertit in hac puerili argutia, nihil [illegible] præsid[ij], atrox ac detestandum facinus [a]ggreditur, & huius fiduciæ mentionem in sym-[bo]lo fieri asserit, *si non verbalem, at mentalem saltem.* [illegible] hom[illegible] facias? Tantamne impuden-tiam [illegible] quā habitabiles sollustrat oras? [illegible] han[c] fiduciam nihil in symbolo osten-de[ns] secundum verba, v[el] mentem, mentem io-quam A[p]ostolorum, vel Patrum, non mentem tuam, semper mendacem, persæpe mentientem, & hoc loco mend[a]cissimam. Hanc mihi fidu-ciam ostende. Nos posse in omni scelere sola fi-ducia misericordiæ liberos esse à culpa, & pœna, [ni]hil imputari credentibus. Quod docet autem Pareus, Remonstrantes reijciunt, & contrariam sententiam statuūt. Totidem enim verbis thesis il-la C[o]ntra-Re[m]onstrantibus delendur in col-latione Delpheosi pag. 11. & hæc reijcitur.

Ita ibidem pag. [illegible]. Ne vero dubium sit, quomo-do h[æ]c oporteat in[tel]ligi. Fiducia illa depingitur [illegible] lat. tam Hagensi, quam Delphensi. pag. 106. [illegible] pagin. 151 in Delphens. vbi omnia incerta esse declarant.

§. 12 Hanc mihi fidem ostende in symbolo, fi-[d]em quæ creditur, & fidem qua creditur, si enim il-[l]e articulus non ponitur in symbolo vt fides quæ creditur, non debes à me fidem exigere, qua credi-tur. Hanc ne Lutherani, nec fratres tui Caluinistæ do[ct]io[r]es te in symbolo inueniunt, & tu tamen eorum pac[em] am[ici]tiamque infelix conciliator eaambis, solis Catholicis irasceris. Conuerte in do[m]esticos tuos ac[er]bitatem styli tui, dic ipsos ve-[r]æ fidei neruos incidere, animam exterminare, [illegible] fide Apostolica fidem [illegible] hypocriti-[illegible] Ecclesiæ ob[tru]dere, extrema [illegible] & [illegible] legio. [illegible] non aliter [illegible] credere[illegible], & [illegible] nde [illegible] ordi-[illegible] terp[illegible] exierunt, & quidem [illegible]

Adams Cont[illegible] Comment. in Epist. ad Rom.

[illegible] *um,* [illegible] est: at eum [illegible] eu n [illegible] probat. Et Augusti. [illegible] *Deu vt credatur in eum* [illegible] *eum, non vt credatur ei. Sed* [illegible] *Non autem continuo qui credit ei, credit in eum, nam & dæmones credebant ei & non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipsis possumus dicere: credimus Paulo, sed non credimus in Paulum. credimus Petro, sed non credimus in Petrum. Credenti autem in eum, qui iu-stificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus: & non inuenit quod exigat, nisi donauerit quod inueniat. Quæ fides nunquam depinxit alio loco Apostolus plenissime dicens: Neque cir-cumcisio aliquid valet, neque præputium sed fides, quæ per dilectionem operatur: non qualiscunque fides, sed fides, quæ per dilectionem operatur.*

Pulchra est hæc & Cath[oli]cis nota doctrina sed nihil pro perfid[i]a [illegible] hæretic[illegible] tate. Fi-ducia o. nostra in Deū est, vt speremus eius gratiam, & gloriam, si mādata eius seruemus, [illegible]es enim ve-niæ fit e pœnitentia est præsum[pti]o [illegible] u[illegible] iusti[illegible] in medio fentore scelerum phrenesis est. *Credere & amare diuersa sunt.*

Credo in Deum, idest, Credo Deo, amo Deum. [illegible] *actus fidei, est actus voluntatis, ideo actus fidei, & actus ca-ritatis.* Quis vnquam non dico [illegible] totum, sed idio-tarum vnquam dixit, actum fidei & [illegible] esse a-ctum fidei? *Qui credit in Christum,* ait S. Augustinus, *sperat in Christum, diligit Christum, non tamen sperare est credere, nec sperare est diligere, sed præpositio In, creden-tis aliquam motionem in Deum significat.*

Deinde omnes Patres illi quos citat, caritatem cum fide cōiunguut, in illis v[er]bis symboli nemo fiduciam illam nouam agno[scit]. [illegible] qui dicat: Credo in Deum, hoc est, cr[edo] De[o] & fidu-ciam habeo in Deo, futurum, vt quis [illegible] enormia, atrocia, deliberato animo peccem, id eme tamen iu-stum iudicaturus sit, hac q; fiducia, dānationis atq; omniū miniarū securus incedo. Hāc Helenā, seu po-tius fu[r]iā in symbolo, vel in Patribus ostendāt. Nos contrariū facili negocio postea demonstrabimus.

Tertio, credimus remissionem peccatorum, in-quit: igitur in symbolo est fiducia specialis miseri-cordiæ. De hoc argumento sic locutus est Bellarm. *Ex artic. 12. vnum tantū est, quo vtcunq; ad fiduciā miseri-cordiæ accōmodari posse videatur.* Ad hoc. Pareus. *Vnum solum est verum, quod vn conscientia illa expressit. Articu-lum de remissione peccatorum ad fiduciam misericordiæ ac-commodari posse. Atqui hoc vnum nobis ad triumphum de tuo mendacio sufficit.*

Respondeo. Primo. Si de Pareanis mendacijs triumphandū nobis esset, nulla sufficerent omnia laurea, sed non est illa materies dignitatis ho. Ipse saoe perquā splendide mentitur. Non n. dixit Bel-larm. Accōmodari posse, quod cū dixisse Pareus af-firmat, sed: accommodari posse vid[e]atur. Ne quis tamen eum negligentiæ punus, vt qui rob[illegible] ge-tit Bellarminum aut obliuionis inculare, quā ma-nifesti mendacij vel[ut] Eadem pag[in]a post v[erb]a [illegible] se mentitū, non simpliciter demo[ns]tr[at] [illegible]: Pri-mo falsū est ex 12. art. tantum v[nu]s [illegible]de remi-sione peccatorū ad fiduciam misericordiæ vtcunq; accommodari posse videatur. Neq; n. tat tū, vide-tur posse, [illegible] de uid [illegible] est. Ibi dixit. V[illegible] se quod dixit Bellarminus vt ipse triumpharet,

[illegible]

Ad tertiam [illegible] *credo remissionem peccatorum. & peccatorum meorum, & ante pœnitentiam [illegible] omnium etiam futurorum, & nulla quamuis atrocia peccata mihi imputanda.* [illegible] lesia Ca[illegible] nisi in certa pe[illegible] eo, [illegible] re, de eenim nemo c[illegible] pœnitente [illegible] c[illegible]uer t.

Nec [illegible] men credit: *Specialis est fides, mea, tua, credo, non credimus, dicit igitur specialem misericordiam in me, Credo.* [illegible] est puer[illegible]: nam generalem m[illegible] cordiam cred[illegible] de speciali: credo in Ecclesia esse remissionem peccatorum, dona linguarum, olim prædicandi Euangelij, etsi singulatim mihi illa spondere nequeam. Hypocritarum & piorum non repugnat fidem esse eandem, cum dona plurima sint eadem. Dæmonum non tam fides est, quam ex certis signis, mentium conuictio, qua assent[illegible] vel inuiti mysterijs coguntur.

QVÆSTIO III.

Quæ rationes aliæ probent fidem non esse fiduciam?

§ 1. ABeahæresi, vedixi, Bettius, & doctiores Caluinistæ dudum recesserunt, illa enim veritatem amplexus est. Quare plures in eam rem rationes adducere visum fuit. Primo quidem nemini in singulari dicitur; tibi remissa sunt peccata: non ergo [illegible] edendum est, cum neq; Ecclesia id curare teneatur. Pareus tamen adfert Scripturas, Psal. [illegible] 5 I[illegible] 43. 15. Rom. 10. 9 Michæa 7 19. Respondeo Verum illa testimonia hæresi destruendæ sunt. Tantum enim indicant iniquitates à Deo remitti, & vere pœnitentibus, & Paulus ipse loco [illegible] conditionem subesse dicit. *Si credideris in corde tuo.* Ita & P[illegible] Atqui in Scriptura alicui dicitur tu crede, dis, & [illegible] perse[illegible] bis. Pergit vero: *Credere [illegible] ipsum mortuum pro me, pro tua peccata, est credere mihi, sibi remissa esse peccata. At Christum mortuum esse pro pec[illegible] credimus, ergo remissa peccata credimus. Maior probatur. [illegible] mors Christi est causa remiss[illegible] peccatorum: Er[illegible] credere causam est etiā necessario credere eff[illegible].*

Scriptura nemini dicit peccata remissa singulatim.

Respondeo. Maiorem esse falsam, probationem ambiguam. Falsa maior. Quia etiam credo Christū mortuum pro peccatis totius mundi, nec tamen credo totius mundi peccata esse remissa. Nam ad peccatorum remissionem requiritur, non modo mors Christi, sed vt [illegible] os quoq; per fidem, spem, caritatem participes [illegible] carnis & sanguinis Christi, [illegible] nobis enim est Christus mortuus, vt remittantur pe[illegible] ata si [illegible] inseramur, cōplantemur in morte eius con[illegible] pellamur non autem sine peccatis perseueremus. Prob[illegible] est ambigua. Qui credit causam potentis omnibus ad agendū requisitis actu causantem, credit effectum, verum est: Qui credit causam existentem, credit effectum, [illegible] est. Christi passio causa est satisfactoria pro peccatis, & precij solutio, meritoria vitæ æternæ, actu hoc non efficit, n[illegible] [illegible]ibus [illegible] fides, caritas, pœnitentia, nec finaliter ni[illegible] in quibus perseuerantia. Sic igitur ratio instituēda est. [illegible] credit causam actu causantē, credit effectum, e[illegible] causam actu causant[illegible] credo: effectum igitur credo. Minorem quomodo probas?

Causa in actu & effectu simul.

Cum [illegible] m [illegible] d[illegible] [illegible] to vanum [illegible] & [illegible] non credunt [illegible] dæmones credun[illegible]

Eodem modo [illegible] ticulares propositiones [illegible] in [illegible] hac Act. 1[illegible] 43. *Omnis qui credit in eum, accipit remissionem peccatorum. Petrus. Paulus credunt in illum, ergo accipiunt remissionē peccatorum.* [illegible] Tu vero conce. Petru[illegible] Paulus accipiunt [illegible] nem peccatorū, et [illegible] Petrus, Pau[illegible] dunt, se quamuis in pe[illegible] accipere, credunt se nu[illegible] eidere. quæ addi[illegible] petim[illegible] Vt cum ait, *se cum credit, ... credere.* [illegible] bo Dei non f[illegible] *Quia Spiritus S. [illegible] in corde meo*, inquit. A[illegible] nabaptistæ, Lutherani [illegible] Caluin[illegible] landia, & in eos tamē [illegible] dæ. & Mahume[illegible] tenores iud[illegible] cas, quid [illegible] in fuo c[illegible] de [illegible] scripsit Spiritus S[illegible] tu didicisti? Sed hac de insp[illegible] ratione [illegible] Hoc miror, Spiritum S. [illegible] verbo Dei [illegible] scribere. *Insuper*, cum [illegible] dat, te enormia peccata perp[illegible].

§. 2. Fides iustificans fiducia apprehendens iustitiam, deberet præcedere iustificationē, [illegible] specialis misericordia, seu fide[illegible] misericordia, & remissio peccatorum, [illegible] sti[illegible] cationē igitur fides [illegible] ec [illegible] non est [illegible] des iustificans. Maiorem aduersarius [illegible] si de causa instrumentali intelligimus, per fidem n. ac[illegible] ipimus remissionem peccatoru[illegible] à De[illegible] sicut per manū accipimus ele[illegible] munus à largiente affirm[illegible] ione quoq; co[illegible] negat consequentiā, qui[illegible] dict[illegible] erat, [illegible] iustification[illegible] nem, ideo qui[illegible] terminos esse dicit. Verum hac argutia vti nihil erat n. esse, cum Bellarm. fiduciā ita sequi iustificationem probet, vt præcedere non possit. Nam ait: semper remissio est obiectū fidei, ac per hoc prius debet esse, quam fides, &c.

Fidem specialem autem n[illegible] posse præcedere iustificationē probat Bellarm. [illegible] *Assumptio eius-dem argumenti nullo negotio demonstratur, nam si dē[illegible] la specialis nō sequitur iustificationem, [illegible] esse [illegible]. Quomodo enim vera fides est, qua credo mihi remissa esse peccata, si tum ita credo, nondum [illegible] remissa peccata, sed sunt per hunc ipsum actum postea remittenda? Deinde sub-iectum huius fidei est illa propositio, Mihi sunt per Christum peccata remissa, certe prior debet esse remissio quàm fi[illegible] cū omnis actus pendeat ab obiecto, non contra obiecti [illegible] a actu. Neq; multum refert, si quis forte dicat, fide speciali nō credi peccata esse remissa, sed remitti in præsenti, nam semper remissio est obiectum fidei, ac per hoc prius debet [illegible] fides, neq; intelligi potest, vt obiectum fiat per illum ipsum actum, cuius est obiectum, cum obiectum det essentiam actui, non actus obiecto. Non igitur fides illa iustificare potest, quæ [illegible] ficationem ipsam specialiter pro obiecto habet.*

§ 3. Nouam tamen, & quæ fiduciam [illegible] dem plane destruit argumentationem [illegible]

[illegible] eram est: [illegible] am fore fidem de remissione iam facta, si fiducia non sequeretur [illegible] ationem. Sed falsum: Per actū [illegible] dendi demum pec[c]ata remittenda esse. Per actum enim [cre]dendi remissio non efficitur, sed accipitur, applicatur.

Respon[sio]. Si [sequi]tur fides de remissione, nisi eā sequatur, fal[sa] est, [illegible] remissionem [pr]ęcedens falsa est. Quod satis est Bellarmino ad [illegible] umaciam fiduciarum [illegible] tiendam. Deinde; [si] per fidem peccata non remittuntur demum, sed [illegible] rum accipitur remissio: ergo iam ante erat effe[cta] remissio peccatorum. Falsum est inquit aduer[sari]us, per actum credendi DEMVM peccata remit[ten]da esse: iam igitur ante actum fidei remissa erāt. [Rem]itti autem aduersarijs est non imputari: igitur ante actum fidei non imputabantur, at non imputari peccata illis est iustificari: ergo ante actum fidei iustificabantur: ergo ante actum fidei iusti erant. Ergo nondum credentes iusti erant. Non ergo per fidem iustificabantur. Per actum enim credendi demum iustificandi non erant. Vbi igitur illud. *Sola fide iustificamur?* Quid igitur fides agit? Est manus quæ accipit iustitiam & applicat, sicut manus mendi[ci] non efficit, sed accipit eleemosynam. Argutè, & neruosè, sed ad destruendam fiduciam. Si enim fides accipit remissionem peccatorum, non-imputationem peccatorum, iustificationem, non ergo ante actum fidei erat remissio, non-imputatio, iustificatio, Qui enim hæc non accepit, non sunt ei remissa peccata, non-imputata, nō est iustificatus, neq; enim remissio, non-imputatio, iustificatio effecta esse possunt, vt non etiam simul accepta, vbi enim erunt? SI enim est remissio peccatorum tuorum effecta: ergo remissa sunt peccata tibi: ergo simul accepisti remissionem peccatorū tuorum; neque enim prius natura remissa sunt postea data remissio, qui remissa credit, accepisse se remissionem credit. Eadē sane res iustificatio & iustitiæ acceptio, vtrumq; fide prius est, si vera fides est fiducia, cuius obiectum est iustificatio, vt illi docent.

Pareus p. 157. contra Bellarminum de iustificatione arbitratur propositionē de præterito: Remissa sunt mihi peccata, non esse priorem remissione. Dicit vero: *Obiectum fidei iustificantis esse promissionem Euāgelij de futuro, & præsenti, & præterito. Mihi, tibi, &c. remittentur, remittūtur, remissa sunt peccata. Ante iustificationis actum naturā non tempore fides pro obiecto habet hanc propositionem, de futuro: mihi credenti remittentur peccata, in ipso actu iustificationis hanc de præsenti, mihi remittuntur peccata, post actum, hanc, mihi remissa sunt peccata.*

Mirifica est illa speculatio, & inusitata: Fiduciā ait de præterito non esse priorem remissione. Nam propositio. *Remissa sunt mihi peccata, non est prior remissione, sed posterior;* Itaq; illa nihil ad remissionem facit, nec enim illam efficit, nec accipit, nam posterior est. Ex quo consequitur falsum esse, quod aiūt, alij hanc fiduciam, *Credo mihi remissa peccata esse fidem specialem*: nam nec est instrumentum iustificationis, nec manus mendica accipiens remissionem, nam iam ante recepta erat, nam remissio eodem momento naturę datur & accipitur, actio & passio simul natura sunt. Eodem momento aër illuminatur & lumen accipit. Eodem momento remittitur peccatum, & remissio recipitur: fides ergo quę est posterior remissione, etiam est posterior acceptione remissionis, ideo non accipit illam, sed acceptæ superuenit. Quod pari efficacia de præsenti remissione dicitur: Credo mihi remitti nunc peccata, vel, credo me remissionem nūc accipere. Natura prius est accipere [illegible] quam fides qua me credo accipere. Imo me [illegible] st, quam fides qua me credo accepturum, ideo enim credo, quia accepturus sum. Omnium certe Philosophorum & Theologorum est sententia, veritatem orationis natura esse posteriorem veritate obiecti.

§. 4. Conuincunt eos etiam Vorstius, Bertius, atq; alij, docentq;, hac hæresi è medio tolli omnes orationes. *Fiducia specialis misericordiæ tolli è medio orationem, Sacramēta, opera bona,* & quicquid aliud ad salutem nostram Deus instituit. Non est igitur fides iustificans. Antecedēs certum est, quia credere debeo peccata esse remissa, non igitur opus est orare vt remittantur, deinde quid opus Sacramentis, si omnia facit fides?

Huic argumento cum par non est Pareus irascitur. p. 158. Sophisticum ait esse, quod dicitur. *Debet credere fide qua creditur, nō omitti tamen orationem: quia quotidie peccamus, & quotidiana petimus remitti, præteritam remissionem conseruari.*

Responsio. Primo nihil opus illa distinctione: si enim ex fide quæ creditur mihi credēdum remissa esse peccata, etiam credendum est fide qua creditur, hæc enim duo connexa sunt. Secundo. Si quilibet, credere debet remissum iri in futuro, in præsenti remitti, & in præterito remissa esse, tres ergo illi actus sunt ad iustificationem necessarij, de quibus ante disputaui. Sed tamen ex his sequitur nihil opus esse oratione. Nam de præterito constat, cur n. si precarer (*inquit Bellarm. l. 1 c. 10.*) à Deo, vt verbum eius caro fieret in vtero Virginis, infidelis iudicarer, & non similiter infidelis merito iudicabor, si petam à Deo remissionem peccatorum, cum non minus certa fide credere debeam, mihi remissa esse peccata, quam verbum carnem in vtero Virginis esse iam factum: Nec ad rem facit, quod ait, precari præteritam remissionem sibi conseruari: ridiculum plane. Quasi si quis roget Deum vt incarnatio conseruetur, ne diuina persona naturam dimittat humanam quasi Angeli precentur ne sua felicitate excidant. Dubitare de sua salute blasphemum aiunt, atque idem esse, quod dubitare de Dei bonitate, ac fidelitate. Dubitare Pareus pronunciat esse Barathrum desperationis, non igitur dubitare aut timere quisquam sine crimine potest, ne gratiam remissionis irritam Deus faciat, quid igitur orat, ne id fiat, quod certo aliter fieri non posse?

Fides Calviniana tollit orationem.

Secundo. Si de præteritis certi sunt, etiam de præsentibus orare non possunt. Nam omnea certissimè norunt, sibi etiam præsentia remitti, quemadmodum præterita esse remissa. Non orant vt Christus hoc tempore præsenti ad dextram Patris sedeat, quia fide credunt. Nec de præsentibus orant vt remittantur. Vel enim sine fide id postulant: atque id nihil impetrant: Vel cum fide, & frustra rogant vt fiat, cū sciant fieri. Et clarius est in sententia hæreticorum, argumentum. Certò credunt, sibi nulla peccata imputatum iri, non præsentia, non præterita, non futura: cur ergo orarent; Deus ne imputa mihi peccatum?

§. 5. Cum ergo fides iustificationis, sit iustificatione posterior, non potest esse fides iustificans: præsertim cum pendeat ex bona conscientia. Falso autem respondent. Fidem iustificantem esse iustificatione priorem: sed in primo iustificationis actu, deinde posteriorem. Vanum vero quod addunt, non pendere à bona conscientia, nisi à conditione sine qua non.

Responsio. Manet immotum veritatis hoc principium. Quid præsequitur iustificationem,

Fides praerequirit iustificationem. est iustificatione posterius. Fides iustificationis in primo actu iustificationis, est primo actu iustificationis posterior, falso enim me credo iustificari iam actu, nisi naturâ prius sit ipsum iustificari, vt supra expositum est.

Secundo. Si fiducia remissionis non pendet à bona conscientia, per seuerantia dilectionis, cæterisq; virtutibus, neq; vt à causa efficiente, neq; vt à conditione, sine qua non, quid super est quo minus vno agmine liberrimissimus ingruat, si autē ab his vt à conditione dependet, non est certior fides iustificationis, quam conditionum, sine quibus nō potest esse iustificatio. Fides autem conditionum esse qui potest, si quis furetur, latrocinetur, quomodo ille credere potest, se in dilectione manere? 1. Ioan. 3. 15. & 23.

QVÆSTIO IV.

An sola fides iustificet?

§. 1. Omitto nunc illorum controuersias, an habitus fidei, an actus iustificet: an per modum causæ, &c.

Nunc de illis agam, qui fidem solam sine operibus aiunt iustificare, ita tamen vt operum præsentiam requirat, quia sine operibus esse non potest, quemadmodum oculus solus videt, non tamen solus est, sed requirit, vt fit 10 capite. Manifestum autem est, ex Hebr. 11. 6. non posse solam fidem iustificare. *Nam accedentem ad Deum oportet credere.* Hic prima in Deum motio, primus accessus fidei tribuitur, per quam is qui longe erat, incipit appropinquare, alia tamen adiungenda sunt, vt res perficiatur. Ideo enim recenset, quid ex fide actum *Fides non est tota motio in Deum.* fuerit. Quod vero Pareus aliiq; fingunt, totam motionem in Deum fidei tribui, quia sine fide impossibile est placere Deo, vanissimum est: Nam fides hic conditio necessaria est, sine qua nemo placet Deo, non perfectio qua sola placeat. Apostolus Enoch Deo placuisse scribit, quia hoc testimonium ex Scriptura habuit, fide autem placuisse asserit, quia sine fide nemo potest placere Deo. Hoc probat, *quia quicunq; accedit ad Deum eum oportet credere quia Deus est, quod est primum omnium, sine quo nec timor, nec spes, nec amor Dei esse potest. Itaq; & omnes fide placuerunt, quia omnes à fide ceperunt.* Quod aduersarius fidem fuisse totam motionem in Deum, plane à vero abit, cum spe & caritate non minus quam fide in Deum ferrentur.

Deinde quomodo fide, docest. fiducia placuerunt, si fiducia tantum se relatiuè habet ad iustitiam? Tertio ante placuerunt, quam fide se placere crederent, vt saltem natura, vt supra est ostensum, non ergo secundum aduersarios fide placuerunt. Neq; vero sola fide placemus Deo, sed etiam operibus. Coloss. 1. 10. *Ambulate dignè, Deo per omnia placentes.* & c. 3. 20. *Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitum est Domino.* Itaq; & hoc argumentum constantiæ deputandū est. *Fide placuerūt, ergo sola fide placuerunt:* vel *ergo tota motio in Deum est fides.* Nō sola fide, sed etiam operibus illos placuisse docet Apostolus ibid. v. 4. *Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo.*

Hoc adeo docet ipsa rerum experientia: Credere enim possumus, nec sperare tamen, nec amare. At sine fide cætera præstare non possumus. Sed neq; hæretici fidem negant fundamentum esse, nō est autem domus, id quod est fundamentum. Quin si qui volunt fidem [illegible] care, quid possu[illegible] dispositione minus est?

§. 2. Quis vero credat in clinico integram [illegible] sanitatem, credere medico, aut alteri sani[illegible] gratulanti? Aut cum iustum, sapientem, beatū [illegible] qui talem se credit? O [illegible] hic Pareus. *Non parem esse rationem fidei iustifi antis & aegroti. Nam fides iustificantis adesse promissionem, non fidei ag[illegible]* Non infirmat illud rationem Orthodoxorum. Nam in eo quo de disputamus, par ratio est. Nā vt ille æger qui se credit sanum, aut sanandum, non est fide sua integre sanus. Ita neq; peccator qui se iustū, aut iustificandum credit, sola fide est integre iustus. Etsi autem medicorum promissiones sint aliquando fallaces, Dei certissimæ, non tamé vspiam cuipiam promissum est, fore sanum, fore iustum sola fide, si se talem credat. Sed fide viua, per caritatem operante. Nec qui in vinculis est, eius fides est integra libertas. Bene Cyprianus, De Zelo. *Apostolus Paulus, cum pacis, & caritatis merita depromeret, eumq; asseueraret firmiter & doceret, nec fidem sibi nec eleemosynas, nec passionem quoq; ipsius confessionis, & martyrij profuturam, nisi caritatis fœdera integra, atq; inuiolata seruasset.*

§. 3. Bell. l. 1. c. 14. de iustif. *Si fides sola iustificat, quia relatiuè iustific at, non potest esse in animo hominis, quin simul in eodem sit etiam iustitia, at sine dilectione non potest esse iustitia, quoniam qui non diligit manet in morte. 1. Ioann. 2. Et ex Augustino in libro de natura & gratia, cap. vlt. Inchoata charitas, inchoata iustitia, perfecta charitas, perfecta iustitia. Igitur fieri non potest, vt fides à dilectione seiuncta iustificet. At per hoc non ipsa sola iustificat, quoniam (vt probatum est) si sola iustificaret, etiam ab omnibus alijs virtutibus seiuncta iustificaret.*

Quin vlterius sequetur, fidem etiam cum vitijs *Fides cum vitijs non iustificat.* coniunctam iusti ficare. Si enim se sola iustum facit, non obstabunt peccata. Nec hoc soluitur argumentum. Ab illis, qui negant consectarium hoc esse. *Aiunt enim nam etsi oculus videt in capite, non tamen sequitur, etiam cum auulsus est, videre posse. Pari modo ratio nostra intelligit, non absque Phantasia tamen operatur.*

Hæc non obscurant veritatem. Fides vt ipsi volunt, iustificat relatiue, non efficiendo iustitiam. Si igitur sola iustificat, etiam separata à virtutibus, comitata vitijs iustificaret: nam si oculus relatiue aliquem constitueret videntem, etiam solus id faceret. Quemadmodum candor relatiue facit cygnum niui similem, & semper, cum quibuscunque, & absque quibuscunq; alijs. Dico enim candida manente solo candore, omnibus mutatis manent similia, hæc enim est natura relationum inuariabilis. Si igitur fides relatiue facit iustum, semper facit iustum. Quod vero addit: Fidem viuam id solum præstare, id al[iis] nequaquam persuasit Pareus: nam Sibrandi pronunciatum est. pag. 86. 87. 88. *Fides viua per caritatem operans quatenus talis est, non imputatur nobis ad iustitiam.* Ex quo colligit Vorstius Caluinista, aut nullam, aut mortuam fidem imputari ad iustitiam. Imo eum dicat Sibrandus pag. 76. *Fidem proprie dictam non imputari ad iustitiam.*

Tertio. Etiamsi hunc, quem fingunt actum, fides mortua exercere non potest, non tamen hoc Pareum iuuat, qui habitu fidei indelebili non iustos asserit.

Quarto. Deniq; eum illa fiducia enormis vitia consistere possunt, vt docens rigidi, igitur in[illegible] etiam sine virtutibus. Sed hoc latius ab ipsis [illegible] uianis mollibus exponitur.

Nam

Nam penitus cō[illegible] potest aduersarius, fidem non modo sine virtutum præsentia, & cum vitiorum vniuersa coborte posse iustificare, si vera sunt quæ docent ipsi. Sibrandus sæpe Pareo laudatus, pag 102. docet: *Pœnitentiam non præire iustificationi, sed impium iustificari dum adhuc actu impius est.* Et pag. 99. *Homo non agit pœnitentiam antequam iustificatus sit, adeoq; ne potest quidem.* Deniq; pag 1[illegible]1 *Certissima regula est: Bona opera non præcedunt iustificandum, sed sequuntur iustificatum. Itaq; impossibile est, impium per pœnitentiam iustificari.* Hæc regula de operibus quidē, Augustini est, sed prauè ab impijs hæreticis intellecta. Ex ea enim conclusionem deducunt impiam: *Impossibile est impium per pœnitentiam iustificari.* Hinc tia argumentor. *Fides iustificans est ante pœnitentiam, omniaq; bona opera interna & externa*. ergo sola existens iustificat. Impius dum adhuc est impius, iustificatur, at dum adhuc impius est, non habet caritatem & virtutes alias, sed fidem tantum mortuam: ergo fides sola existens, fides in impietate, fides sine pœnitentia iustificat: ergo fides sine illis esse potest; aut sine iustitia sine illis esse potest. Quia præcedit. Nec refert, quod natura, sit fides, & iustificatio priores virtutibus, & sint in impio. Hæc n. naturæ antecessio, tāti est momēti, vt propter eam impossibile esse affirment, hominem iustificari per pœnitentiam. Quemadmodum fides & iustificatio naturâ antecedunt opera, ideoq; dicuntur esse in impio dum adhuc impius est, sic naturâ separatæ sunt à caritate, in illo enim priori naturæ momento nondum erat caritas, in illo momento adhuc perseuerat impietas, & tamē fit iustus & manet impius.

Exposuit simile argumentum Bellarminus l. 1. c. 14. *Tertio si verum esset quod aduersarij docent fidē nunquam esse solam, ideo verum esset, quoniam, vt ipsi dicunt, fides vera gignit tanquā arbor bona fructus bonos, dilectionem aliasq; virtutes. At hoc etiam concesso, fides est prior dilectione, alijsq; virtutibus omnibus si non tempore, certe natura. Nulla enim est causa quæ non sit prior effectu suo, ac proinde quæ non possit intelligi sine suo effectu. Fides autem non potest esse, nec intelligi prior, ne natura quidem, ipsa iustificatione, cū sint relatiua, vt ipsi dicunt, Deus iustificans, & fides iustificationem accipiens; relatiua enim simul omnino esse debent, vt ne intelligi quidem possit vnum sine altero. Igitur fides prius, saltem naturâ, iustificabit & eam iustitia coniuncta esse intelligetur, quam dilectionem, aliasq; virtutes attulerit. Proinde sequentur absurda, & quæ supra notauimus, vt homo fit iustus & non iustus, iustificatus & sceleratus, viuens & mortuus, quia iustus ex fide viuit, & tamen qui non diligit manet in morte.*

§. 4. Pareus multa hic congerit, notatu digna, & collegis suis repugnantia. 1. Fidem non iustificasse ante dilectionem. 2. Dilectionis actum, non habitum à fide gigni. 3. Fidem & dilectionem esse simul. 4. Fidem esse habitum & causam, ac proinde iustificatione priorem, quæ est actus, & effectus. 5. Relatiua non esse simul ex Aristotele cap. 7. 6. Fidem in suo actu accipere respectum ad rem creditam. Nempe Euangelij promissionem. 7. In actu esse simul Deum dantem iustificationem, & fidem accipientem. Deniq; in primo iustificationis actu peccator est iustus imputatiue, & à natura sceleratus.

Hæc pleraque cum veritate, & Caluinianis erroribus pugnant. Nihil ad Bellarmini rationem respondetur, cuius ista vis est. Fides est prior dilectione, saltem natura, iustificatio est simul natura cum fide: igitur iustificatio est prior dilectione. At si iustificatio est prior dilectione: ergo fides iustificat ante dilectionem. Fidem autem esse dile-

Dilectio fidem supponit.

ctione priorem, tum experientia docet, tū Pareus, & Caluiniani, dum hanc faciunt fidei fructum. Quod vero de habitu & actu nugatur suos refutat: nam fidei habitus non potest iustificare: non enim illo certus est quispiam sed actu. Habitus enim se inclinat tantum ad credendum, non accipit iustificationem, nisi dum actu creditur. Nec enim habitus mendicandi, sed actus mendici accipit eleemosynam. Quod vero adiungit, habitum fidei & dilectionis ideo esse natura simul, quia sunt ἕξεις ἀντιδιῃρημέναι, habitus in diuisione oppositi, omnino ἀφιλόσοφον est. Aristoteles enim hoc tantummodo docet, species quæ genus ἀμέσως immediate diuidunt, simul illud participare, nulla enim earum ratione generis altera prior est, aut posterior, nec opus est tamen in rerum natura simul existere. Homo & brutum species animalis sunt, ratione generis sui, nullum altero prius est, & bruta tamen ante hominem fuerunt. eadem in scientiarum & virtutum habitibus nota sunt.

Quod ait quinto loco, ea quæ ante statuerat, euertit. Fidei enim iustificantis hos actus nominauit. Remittentur, remittuntur, remissa sunt mihi peccata. Et priores actus duos, ait priores esse iustificatione, nunc negat actus esse priores. sed confugit ad habitum & fidem, vt est habitus esse causam iustificationis. Hac de re speciatim disputabo. Nunc dicat obsecro, cum Scriptura de Abrahamo pronunciat: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, an sensus sit. Habitus fidei infusus est Abrahamo, & fides eius*, hoc est, habitus ille reputatus est illi ad iustitiam?

Deinde quæro, & sollicitè quidem responsum exspecto. Cur nunc iustificatio sit actus & effectus fidei habitualis? Ratio est, quia c. 10. asserit. *Sed falsam: Per actum credendi demum peccata remittenda esse. Per actum enim credendi remissio non efficitur, sed accipitur, & applicatur.* Cur iustificationem potest efficere habitus, & non potest actus? Deinde: Iustificatio est actus fidei, Iustificatio formaliter iustificat: ergo actus fidei formaliter iustificat. Actus fidei est credere: ergo credere formaliter iustificat. Actus fidei non est imputatio iustitiæ, Iustificatio est imputatio iustitiæ: non est igitur actus. Hæc si consideremus neminem magis ad Caluinismum euertendum idoneum esse, quam Pareum certo cognoscemus. Actus credendi accipit iustificationem, habitus efficit, pulchrè sunt distinctæ vices.

Actus non iustificat.

Omnis habitus suo actu, omnis causa suo effectu prior est natura, rectè dicis. Quid inde conficis? Falsum esse, fidem non posse esse nec intelligi priorem, ne natura quidem ipsa iustificatione. Si in formam dicta colligamus, hæc exurget. Omnis habitus suo actu est prior, & omnis causa suo effectu. Fides est habitus & causa iustificationis, iustificatio actus, & effectus: igitur fides prior. Quæ ratio si vera est, omnis relatiua iustificatio, remissio, imputatio, non-imputatio corruunt.

Quinto. Sexto loco negat relatiua omnia simul esse, nam Categ. 7. ait Aristoteles, quædam non esse natura simul. Hoc constanter sibi retinet aduersarius, vt cum Philosophari inceperit monstra loquatur. Nam primo quamuis relatiua secundum dici, vt scientia, & scibile, fides & credibile, seu πίστις & πιστόν simul natura non existant, non potest tamen scientia intelligi sine respectu ad scibile, nec fides sine respectu ad τὸ πιστόν. Secundo. Supra dixit; actum credendi accipere iustificationem, & hîc actum fidei esse iustificationem: simul igitur sunt, actus credendi, & iustifica-

tio, imo si actus accipit iustificationem necesse est aut simul omnino, aut priorē esse iustificationem, hęc enim relatiue se habet, datio, acceptio. Si igitur iustificatio posterior habitu fidei, & caritatis habitus, pœnitentiæque & cœterarum virtutum infunduntur simul cum fide, vt paulo ante dixit, igitur renouatio præcedit iustificationem, & caritatem habet peccator antequam sit iustus. Verba Parei sese oppugnantis consideremus. Pag. 237. *Quarto falsum, quod fidem faciamus natura priorem dilectione, respectu habitus, &c. Addit, Spiritum S. enim vtramq; simul infundit. Impossibile est fiquidem credere & fidere Deo, sine dilectione eiusdem. Hic autem pag. 238 affirmat fidem qua habitus est priorem esse iustificatione.*

Hinc ostēdo eius errorē ab ipso cōfutari. Quandocunq; duo habitus natura simul sunt, simulq; à Spiritu sancto infunduntur, necesse est, vt si iustificationem vnus antecedat, etiam alter antecedat, sed fides & caritas sunt habitus natura simul, simul infusi: ergo si vnus antecedit iustificationem, etiam alter antecedet. At fides antecedit, caritas igitur etiam ipsa antecedit, præsertim cum sine caritate dicat impossibile Deo credere, & fidere. Sic pœnitentia, sic aliæ virtutes antecedunt. Falsum igitur quod aiunt, omnia illa sequi iustificatum.

Quod postremo addit, iustos diuerso respectu esse iustos, & sceleratos, viuos, & mortuos, eo indicat iustitiam latronum, & sicariorum, quæ impune omnia peccata permittat, vt accurate docet Bertius de Apostasia Sanctorum, & Remonstrantes de possibilitate defectionis Sanctorum.

§. 5. Si sola fides iustificat, id vel in sacris literis est, vel euidenter ex illis deducitur, vel ea est natura fidei, vt sola iustificet. Non est in sacris literis, nisi ex impostura Lutheri in Germanicis Biblijs. Nec ex illis deducitur, nam v. 28. & 24. nec ex Gal. 3. 16. Nec sunt illa his equipollentia, quia nō excluduntur omnia opera, imo nec opus fidei, nec caritas, sine qua negat esse posse opus fidei. Sed neq; hæc est ex natura fidei, ipsa enim apprehendit iustitiam non aliter quam iudicando, assentiendo, nec aliter fiducia adhæret illi quam confidendo se iustum esse, quemadmodum qui cōfidit se doctum esse, non aliter apprehendit eruditionem, quam cōfidendo se eam tenere, sic iustitiam apprehendit fides credendo sibi datam, & confidendo eam se tenere, sic amor eam tenet amando, sic desiderium cupiendo. Cum enim impropriè dicatur quispiam accipere, quod credit se accipere, seu quod confidit se tenere, cur non & recte dicetur accipere, quod amat, quod gaudet accipere?

Fidei soli non tribuitur iustitia in Scriptura.

Quod si igitur dicant: Ideo sola fides iustificat, quia sola fides exercet actum fidei circa iustificationem, hoc est, sola credit iustificationem, hac ratione nihil omnino ad rem dicunt.

Nam sic spes sola iustificaret, & sola caritas, earū enim virtutum actus circa iustificationem versantur, spes enim sperat iustitiam, caritas amat, imo cum caritas omnia credat, etiam iustitiam credit, imperat enim actum fidei. Etsi enim actum ipsum non elicit, eius tamē causa est, vt actuum aliorum, qui ex diuersis virtutibus bonestatem habent. Stolidum porro est, quod Pareus dicit, & sæpius repetit: fides iustificat, ergo sola iustificat. Nam iustificat, vt initium, & dispositio fundamentalis, & initium est, radixque non perfectio, quod veterum & recentiorum, atque adeo sacrarum literarum sententiæ consentaneum est.

§. 6. Sectarij recentiorea inter se perpetuo digladiantur, vt tandem agnosci non possit, quid velint aut nolint. Pareus ait, cum [illegible] fidei iustificare non excludere opus fidei: non est nisi opus legis, sed opus fidei. At Sibrandus in collatione cum [illegible] ertio, pag. 13. & 14. *Fidem appellat non modo opus legis, etc. sed & opus nostrum.* Quin Catholicos ait prudentiores mollibus Calumistis, qui dicimus nos per fidem, vt per nostrum opus iustificari, sed non esse fidem integram & perfectam iustitiam, sed eius initium. Alij verono, *per fidem, hoc est, obiectum fidei iustificari.* Pareus clamat, *Iustificatio est actus fidei.* Lubertus vero: *credere est actus fidei, non ergo iustificatio.* Pareus pag. 27. *Fides proprie non est opus* Lubertus, *fides proprie est opus, nam ita Christus vocat.* Et pag. 5. *Eadem esse opera legis & Euangelij.* Quetitur que Bertium distinctionem inter opera legis & Euangelij à damnatis hæreticis accepisse, nec esse magni momenti, vult ergo à iustificatione excludi etiam opus fidei, vide eius argumenta pag 52. Itaqueeo tādem deuoluuntur, vt etiam fide negent, nos iustificari. Hunc itaque Syllogismum: *Fides credentis reputatur pro iustitia, fides est opus, ergo opus reputatur pro iustitia,* alij probant, alij damnant. Pareus, *Pænitentia, & Sacramenta ad conuersionem, regenerationem, & salutem, non ad iustificationem requiruntur.* Vorstius, alij, ad omnia requiri. Nam aliàs posset esse iustificatio, sine pœnitentia, conuersione. Pareus, *fides iustitiam non speculatiue, sed practice apprehendit;* itaque sentit se habere remissionem peccatorum. At vero habitus non sentit illud, n. c in vigilante, nec dormiente: Actus vero sentiendi est eo quod sentit posterior. Simile argumentum de caritate validum est. Nam actus fiduciæ non potest esse sine caritate: ergo ad actum fiduciæ opus est caritate: ergo ad iustificationem: ergo pari modo ad regenerationem. Quin dicit: *Fides iustitiam applicat, vt instrumentum internum,* quod intelligi non potest, nisi prior sit fides, quam iustitia. Idem Pareus. cap. 11. pagin. 177. *Fides iustificans est credere sibi remissa peccata.* Quod si verum est, fides est operatio. At pag. 180. *Falsum est,* inquit, *quod fides sit actio, operatio.* Et cap. 10. pag. 157. *Per actum credendi remissio non efficitur, sed accipitur, & applicatur.* Si verum est: Per actum ergo credēdi iustificamur: nam accipere remissionem apud illos est iustificari, per actum ergo credendi iustificamur.

Opus fidei non iustificat.

§. 7. Postquam spe defendendæ imposturæ Lutheranæ depulsi sunt, ex Luc. 8. 18. illa verba *Sola.* adferunt. *Crede tantum & salua eris.* Ibi est enim exclusiua. Illo in loco respondi. Respondit & Bellarm. lib. 1. cap. 20. de iustificatione. Agit ibi de fide miraculorum, impetratrice. Cui obijcit Pareus pag. 319. Tribuit corporis & animæ sanitatem fidei. *Ergo sola fides sufficit ad iustificationem.* Bellarminus ergo omne refugium ad responsionem, quam adhibet, sibi obstruxit.

Particula Sola.

Defensio. Quis non putaret in tam vasta confidentia, saltem latere humanum errorem quempiam? At non est error simplex merā impostura, & mendacio præstructa fraus. Bellarminus cap. 17 § Confirmat, citat cap. 15. 28. *O mulier magna est fides tua.* & Marci 7. 29. Propter hunc sermonē, *vade exijt dæmonium à filia tua,* & pergit Bellarminus. *Hic enim aperte tribuitur fidei efficacia impetrandæ sanitatis. Neque respondere debet, aliud esse loqui de iustificatione, aliud de curatione morbi corporalis. Nam Dominum ijsdem plane verbis tribuit fidei vtramque sanitatem. Peccatrici enim dixit. Fides tua te saluam fecit, Lucæ 7. &c. Mulieri curata à fluxu sanguinis, similiter dixit. Fides tua te saluam fecit. Matth. 9. Et cæco illuminato etiam dixit: Fides tua te saluum fecit, Marci 10.*

Fides aliena non iustificat.

Hinc

Hinc iam fraus patet. Primo quia Bellarminus locum Luc. 8. 50. non citauit capite 17. Deinde cap. 17. Bellarminus docet fidem impetrare remissionem peccatorum, vtitureq; simili; Fides Matth. 15. Marc. 7. sanitatem corporis impetrat, & nunc est tantum mancam accipiens, ergo etiam Luc. 7. Matth. 9. Luc. 10. impetrat sanitatem animæ. Caussam reddit. *Nam Dominus eisdem verbis tribuit fidei vtramque sanitatem.* Quorum verborum non est ille sensus. *Dominus sanitatem corporis & remissionem peccatorum tribuit filia mulieris Syrophœnissa.* Et Luc. 8. 50. Cum dixit Iairo: *Crede tantum, & salua erit.* Tribuit fidei parentis, vtramque sanitatem filiæ. Hoc enim nec Pareus diceret, si sibi præsens esset: nam remissio peccatorum non apprehenditur, vt illi docent, aliena, sed propria fide, itaque si illæ puellæ quarum est mentio, iustificatæ sunt, ipsæmet fiduciari debuerunt, & certo statuere, non posse se perire. Verissimum porro est, quod ait Bellarminus: *Fidei vtramque sanitatem tribui, sed non tribuitur sanitas eisdem personis, in quibus est fides.*

Non possum, quin lectorem moneam, de ridicula Caluinistarum apprehēsione, qua mihi idem, quod stolidus ille, qui omnes naues, quas ingredi portum cernebat, suas esse imaginabatur, pati videntur. Vt enim ille maximo omnium risu gloriabundus delirabat, ita & Caluiniani vbi legunt, *Fidei, credere, fiducia*, mox Spiritum sanctum cum tota Scriptura suum esse delirant. Vt in eo loco. *Crede tantum, & salua erit.* Crede tu Iaire pater, & filia salua erit. Hoc est sola tua fide, sine operibus legis puella iam mortua iustificabitur: ergo sola fide iustificamur. Cur non eodem delirio largius insaniunt, & dicunt: Puella mortua ad vitam reducta est, iustificata sola fide patris, & solo actu fidei, crede tantum, ergo nos quoque mortui sola fide parentum viuentium iustificabimur. *Crede tantum*, & quid credebat Iairus? An se esse in sceleribus iustum? An mortuam esse iustam? An fore iustam? Hæc autem fides, Filia mea iusta est, & electa, filiamne viuam, & iustam facit? Nimis diu in re perspicua hæreo, Pareus hic inuenisse sibi videtur, quod pueri in faba, ita enim gloriatur.

Ad cætera loca recte respondet Bellarminus hisce verbis. *Quod ad alia* (cap. 20.) *loca attinet, negamus id sequi, vt fides sola iustificet, etiamsi interdum sola nominetur. Nam interdum quoque sola nominantur alia virtutes, aut Sacramenta, vt Luc. 7. Remittūtur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Tobiæ 12. Eleemosyna à morte liberat. Ad Romanos 8. Spe salui facti sumus. Ecclesiastici 2. Timor Domini expellit peccatum. Ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Eph. 2. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Nec tamen vllus colligit dilectionem, aut eleemosynam, aut timorem, aut Baptismum sine fide iustificare.*

Itaque etsi opera bona ante fidem non iustificent, non tamen sola fides iustificat. Si enim opera illa iustificarent, non esset gratuitum Dei donum iustitia, inanis esset Christi passio. Nunc autem fides aliaque opera præcedunt iustitiam, vt dispositiones merito mortis Dominicæ iustificandis collatæ, & donum ipsum iustitiæ, quod animæ infunditur. ex eodem fonte hauritur, vti & omnium virtutum habitus, Christi sunt merita.

* *
*

QVÆSTIO IV.

Quæ Patrum de sola fide sententia?

§. 1. PAreus pag. 347. Origenem producit. Cuius verba sunt. *Et dicit* (Apostolus) *sufficere solius fidei iustificationem: ita vt credens tantummodo, iustificetur, etiā si nihil operis ab eo fuerit expletū.* Respondet Bellarminus ab Origene excludi solam operis externi necessitatem, cum deest occasio, aut potestas, vt in latrone saluato. Pareus absolute vult omne opus excludi: peccatrici enim dici solam fidem saluasse. Refellitur Pareus suis exemplis. Nam mulieri condonata sunt peccata multa, *quia dilexit multum.* Latro in cruce non fecit quidem externa opera ieiuniorum, eleemosynarum, sed credidit, fideique addidit confessionem, orationem, caritatem fraternæ correctionis. Origenem loqui de operibus legis, & absque fide totus contextus clamat, imo & de externis loquitur. Nam mox latronem ait sola confessione iustificatum. Fidem ait caussam iustificationis, opera nihil ait proficere sine fide. *Externum opus non est necessariū.*

§. 2. Hilarius etiam Canone 8. in Matthæum. *Sola fides*, inquit, *iustificat.* Respondet Bellarminus lib. 1. cap. 25. ab Hilario excludi opera legis Mosaicæ. Occurrit Pareus, non facere Hilarium mentionem legis, sed omnia opera, quorum summa est dilectio Dei & proximi, excludi. Verùm fidem soli legi opponere Hilarium, eius verba indicant. *Monet scribas remissum ab eo peccatum. Hominem enim tantum in Iesu Christo contuebantur: & remissum ab eo, quod lex laxare non poterat: sola enim fides iustificat.* Ipse vero sæpius docet fidem solam non sufficere, nec per fidem intelligit fiduciam specialem Caluinianorum. *Hilarii sententia.*

Addunt Basilium de vera humilitate. *Hæc est*, inquit, *perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neque ob iustitiam suam, quis se iactat, sed nouit quidem seipsum vera iustitia indigum, sola autem fide in Christum iustificatum.* *Basilii sententia.*

Respondeo. Sola fide iustificari apud Basilium esse, dono Dei, non propria virtute iustificari. Nam monet ne quis de sua sapientia nimium præsumat, deinde subdit: *Nam ea demum perfecta & omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque propter suam ipsius quis iustitiā tollitur, sed agnoscit se quidem vera destitui iustitia, verum sola in Christum fide iustificatum esse. Et gloriatur in eo Paulus quod suam ipsius iustitiam contemnat, sectetur autem per Christum eam iustitiam quæ ex Deo est in fide, vt cognoscat ipsum & potentiam resurrectionis ipsius, & passionem ipsius communicationem, configuratus morti illius, si quo pacto ad mortuorum resurrectionem pertingat.*

Et post paulo: *Et Deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, Deus item est, qui sapientiam suam, prædiffinitam ad nostram gloriam, per Spiritum suum reuelat: Deus est qui in laboribus dat virtutem. Abundantius omnibus, inquit Paulus, laboraui. Non autem ego sed gratia Dei, quæ est mecum: Deus est qui eripit à periculis, idque præter omnem humanæ rationis spem. Ipsi, inquit, in nobis ipsis sententiam mortis acceperamus, ne consideremus in nobis ipsis, sed in Deo, qui mortuos excitat, qui ex tanta morte nos eripuit, & eripit, in quem sperauimus quod & inposterum erepturus sit. Quid igitur teipsum, dic quæso, extollis quasi propria habeas bona, cum gratias pro donis agere debeas largitori? Quid enim habes quod non acceperis? Si vero & accepisti quid gloriaris quasi*

non acceperis? Tibi non innotuit Deus per tuam iustitiam, sed tu Deo, per illius bonitatem cognoscentes, inquit, Deum imo magis cogniti à Deo. Tu Christum non per tuam apprehendisti virtutem, sed te Christus per suum aduentum.

Tantum vero abest, vt istius nouitiæ fiduciationis patronus sit Basilius, vt potius omnino eam è medio tollat. Eam enim fidem intelligit, quæ amitti cum ipsa iustificatione possit.

De Pharisæo pronunciat. *Iustificationem amisit per superbiam elatus, mercedem perdidit per confidentiam temerarius, infra humilem & peccatorem abiectus est, seipsum supra illum extollens, & non Dei iudicium exspectans, sed suum ipsius proferens. Tu vero aduersus neminem vnquam insolescas, ne vehementer quidem peccatores. Animi modestia & humilitas eum sæpenumero eripit, qui plurimum & in magnis deliquit.*

Obiicit Pareus, omnia opera excludi, quia dicit: *At vero quod honoratus es te iactas, & misericordiam superbiæ prætextum sumis.* Respondeo. Expresse à Basilio designari bona liberi arbitrii: *Quid igitur teipsum dic quæso extollis, quasi propria habeas bona, cum gratias pro donis debeas agere largitori? &c.* Tu Christum non per tuam apprehendisti virtutem, sed te Christus per suum aduentum.

§. 3. Ambrosium producit pag. 350. *Sicut suffecit Iudæ ad scelera, Christum deseruisse, ita suffecit latroni ad innocentiã Domino credidisse.* Serm. 4. Et: *Solâ fide iustificati sunt dono Dei.* Et in cap. 4. vers. 5. & vers. 6. Bellarminus sermonem negat Ambrosii esse, nec tamen secare nodum dicẽdus est. Controuersiam quidem, de Sermone 45. & commentariis Bellarminus rem in medio reliquit, quia facile erat ex Ambrosio omnia interpretari. At ego nihil dubito, nihil eorum ad Ambrosium pertinere, cum nec stylus, nec eruditio Ambrosiana sit & pleriq; docti negent esse commentarios Ambrosii. Si tamen statuat aduersarius esse Ambrosii, illius antistitis auctoritate causam suam fractam atque abiectam sentiet. Primo ait, *Latronem, paradisum in ipso supplicii patibulo potuisse promereri.* Et: *Non enim patitur supplicium dum paradisum promeretur.* Secundo fidei tribuit hoc non habitui, sed actui, non fiduciæ, sed actui credendi: hac ergo in re minime cum aduersariis conuenit. Idem docet fidem posse amitti, & assensu, non fiducia eam definit, & exempla assentientium producit. Fidei meritum tribuit. *Dominus autem secundum fidem, & meritum tribuit, & remunerationis obsequium.*

Auctor commentariorum etiam contra Caluinianos stat: nam loco citato ab aduersario cap. 4. 5. *Assentientem rebus fidei præmio dicit afficiendum.* Denique peccatorũ remissionem fieri ait, sine vllo pœnitentiæ opere requisito, atq; ad Baptismũ refert.

Si quis autem auctoris illius mentem velit percipere, legat tum alia, tum quæ in cap. 13. scribit. *Manifestum est, quia vnusquisque operibus suis aut iustificabitur, aut condemnabitur.* Et paulo post: *Iustitiam vocat diligere proximum, abundantem, & perfectam iustitiam etiam inimicos diligere.*

Chrysostomus. §. 4. S. Chrysostomus hom. 1. de fide & lege naturæ citatur pag. 352. à Pareo, *Eum qui operatur opera iustitiæ sine fide, non possum probare viuum esse, &c. Latro autem credidit tantum & iustificatus est à misericordissimo Deo.* Et: *Sed asseuerauerim, quod sola fides per se saluum fecerit.* Et ad Tit. hom. 3. *Si credis fidei, cur alia infers, quasi fides iustificare non sola sufficiat?* Quia vero animaduertit Chrysostomum fidem opponere operi æterno, & naturali loco priore, cæremoniis autem posteriore: cum vtrumque probare aliud non possit, tantum asserit, omnia opera excludi.

Responsio. Chrysostomus hom. de fide excludit opera sine fide à iustificatione. Nam ait eos, *Qui sine fide opera faciunt, nullos operum fructus facere, quia nesciuerunt opum veritatem.* Plurima autem Iudaica enumerat hoc loco. Hæc ergo vetat miscere fidei, hoc est, religioni Christianæ, quasi illa non sufficiat per se iustos facere, sed egeat sabbatis, & neomeniis, conuentibus ad Daphnen, ad speluncam matronæ, & locum Saturni. Deinde, non dicit, *Si credis*, sed εἰ γὰρ πιστεύεις τῇ πίστει, *si credis fidei. Quid est credere fidei?* Est credere religioni Christianæ, credere quæ nobis credenda proponuntur, credere ex fide Christiana sine Iudaicis fabulis, seu gentilitiis superstitionibus in sola fide Christiana nos iustificari.

§ 5. Deniq; Augustinum patronum adsciscunt. Augustinus. lib. 1. cap. 21. contra duas Epistolas Pelag. *Quantalibet fuisse virtute antiquos prædices iustos, non eos saluos fecit nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit.*

Et lib. 83. qq. q. 76. *Si quis cum crediderit mox de vitâ hac discesserit, iustificatio fidei manet cũ illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam sed gratiâ peruenit: nec consequentibus, quia in hac vitâ esse non sinitur.*

Responsio. Non fecit illos saluos nisi fides, quia sine fide mediatoris salui esse non potuerũt. Posteriore loco de viua fide loquitur, & per charitatem operante. Sed vrget aduersarius. Priore loco deprauat Augustini mentem, qui non dicit antiquos iustos, non sine fide, sed non nisi fide mediatoris, id est, sola fide mediatoris iustificatos esse. Multum enim differt negatiua: non sine fide; & exclusiua: non nisi fide.

Verùm de mente Augustini non esse ambigendum aduersarius sua similitudine fatetur, siue enim dicas peccatorem non posse iustificari sine fide, quemadmodum ægrotus non potest incedere sine baculo, nihil contra nos efficis. Si vero dicas, peccatorem non posse iustificari nisi fide, quemadmodum ægrotus non potest incedere nisi baculo, non tribuitur sola vis iustificandi soli fidei, sed sensus est, quemadmodum æger nisi innixus scipioni non potest incedere, nec tamen solum fulcrum est causa incessus, sed pedes, crura, & virium reliquiæ, ita nec sola fides causa iustificationis, sed alia quoque quæ ad iustitiam disponunt. Similitudo igitur aduersarii contra ipsum est, nisi quis dicat, omnem vim ambulandi baculo tribuendam, ab eo qui non nisi baculo ambulare potest.

Sic intelligendum Augustinum ne contumacia quidem ipsa negare valet. Nam contra Pelagium disputat, qui sanctos veteris testamenti saluatos lege naturæ, & lege Mosis sine fide Christi docebant. Totus locus sic habet.

Dicunt, inquit, sanctos veteris testamenti perfecta hinc iustitia ad æternam transisse vitam, id est, studio virtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia & illi quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus.

Respondet Augustinus. *Quantalibet fuisse virtute antiquos prædices iustos, non eos saluos fecit nisi fides mediatoris, qui in remissionem peccatorum sanguinem fudit. Ipsorum enim vox est: Credidi propter quod locutus sum. Vnde ait & Apostolus Paulus habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est eundem spiritum, nisi quem iusti quoque illi habuerunt, qui ista dixerunt? Dicit etiam Apostolus*

Petrus

Petrus, quid vultis iugum imponere gentibus, quod neque nos portare potuimus, neque patres nostri? Sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus nos saluos fieri, quemadmodum & illi. Hic vos non vultis inimici gratiæ Christi vt eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legem dicitis saluos esse per naturam, deinde per legem, postremo per Christum, quasi hominibus duorum superiorum temporum, ante legem scilicet, & in lege, sanguis Christi non fuerit necessarius, euacuantes quod dictum, vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.

§. 7. Denique ex S. Hieronymo idē probat: *Addamus*, inquit pag. 357. ex Hieronymo quædam. *Hic autem, inquit, de illo dicit, qui ad Christum veniens, sola cum primum venit fide saluatur. Et: Conuertentem impium per solam fidem iustificat Deus, non per opera bona quæ non habet. Et: Propositus gratis per solam fidem peccata dimittere. Et: Filiis Abrahæ sola fides ad salutem reputatur. Et: Abraham ex sola fide iustificatus est. Et: Ignorantes sola fide Deus iustificat. Sic & in 11. ad Rom. & 2. ad Galatas.*

Responsio. Non est nescius commentarios illos non esse Hieronymi, ideo vrget saltem eius vetustam doctrinam Ecclesiæ: verum homo in sanctis Patribus hospes, non meminit esse commentarios hominis Pelagiani, vt constat ex interpretatione cap. 5 & 7. consulat Catharinum, Sixtum Senensem, Marianum. Victorium, alios. Sed tamen si huius auctoris sententiâ res est definienda, & Pelagiani continens doctrinam veterem Ecclesiæ, audiatur sane Pseudô-Hieronymus. Verba eius. *Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Certi sumus, vel iudicamus. Abutuntur quidam hoc loco ad destructionem operum iustitia, solam fidem posse sufficere affirmantes: cum tamen alibi dicat Apostolus 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. In qua charitate, alio loco, legis asserit plenitudinem contineri, dicens. Plenitudo legis est charitas. Quod si hæc eorum sensui videntur esse contraria, sine quibus operibus legis Apostolus iustificari hominem per fidem dixisse credendus est, scilicet circumcisionis vel sabbathi & cæterorum huiusmodi, non absque iustitiæ operibus, de quibus beatus Iacobus dicit: fides sine operibus mortua est: hic autem de illo dicit, qui ad Christum veniens sola, cum primum credit, fide saluatur, addendo autem, operibus legis; ostendit esse etiam gratiæ opera? Et cap. 4. Cum magna fuit fides Abrahæ, vt & pristina & peccata donarentur, & sola pro omni iustitia duceretur accepta: & tanto deinceps amore flagrauit, vt super omnia se opera prepararet.*

Hoc molles cupient, & magno mercabitur Arminius. Itaque quomodo solam fidem intelligat, satis ipse exponit. Nihil vero magis hominis imperitiam prodit, quam quod citet commentarium ad 2. Gal. *Gentiliter viuis, & non Iudaice.* Id est, non ex operibus legis sed sola fide sicut gentes, vitam in Christo inuenisse te nosti. Nam paulò post hæc verba: *Scientes autem quod homo non iustificatur ex operibus.* Sic explanat: *Opera legis circumcisio, & sabbatum, dies festi, & cætera: quæ non propter iustitiam, sed ad edomandam populi duritiam sunt mandata.*

Ex his patet. Primo ex sola fide, nusquam in sacris literis inueniri. Secundo, Nec inde conuinci, sed contrarium, cum opera legis, & propriarum virium excludantur. Tertio Nusquam reperiri vel in sacris literis vel Patribus Caluinisticam confidentiam.

Quæstiones cæteras in aliorum locorum interpretatione dissoluemus.

VERSVS 29.

An Iudæorum Deus tantum, nonne & gentium? Imo & gentium.

QVÆSTIO I.

Quod hac ratione probetur?

§. 1. CVm se Deus pronunciat aliquorum esse Deum, id non de iure potestatis, & dominio semper, sed plerumque de fauore, beneuolentia, singularique prouidentiâ est intelligendum. Sic enim se Dominum Deum Abrahami profitetur, non mortuorum, sed viuentium. Sic Iudæis sæpe inculcat; *Ego Deus vester.* Sic itaque & hoc loco accipiendū est: *Deum qui est rex vniuersæ terræ.* Psa. 46. 8. ea ratione suscepisse in patrocinium, ac dignationem peculiarem nationem Israelitarum, vt tamen gentes non penitus abiecerit, sed earum ad se conuersionem sæpe clareque prædixerit.

§. 2. Hoc igitur in quæstione est, quomodo sequatur. Deus non modo Iudæos sua clementia, & misericordia, sed etiam gentes prosequitur, nemo igitur per opera legis iustificatur, sed omnes per fidem sine operibus legis. Posset enim vnus Deus nationes diuersas non vno modo iustificare, quemadmodum diuersis, & sæpe contrariis modis vocat. Nec sane apta videtur consequentia. Vna est Dei substantia, vna voluntas: vnus igitur, & par in omnibus effectus. Potest nonnullis liberaliter condonare, ab aliis suscipere plenam satisfactionem, à cæteris aliquam, vnus Deus ergo & iustificationes variæ.

§. 3. Huic difficultati facile respondent illi, qui operum nomine legales cærimonias intelligunt. Si enim tantum ex ritibus Iudæorum, sabbatis, & Neomeniis facit iustus, ad eos duntaxat iustificationis beneficium perueniret, qui cærimonias illas obseruant. Gentes vt lege Mosaica non tenentur obstrictæ, ita quoque iustificationis exortes essent, quæ Iudæorum ritibus allegata censeretur. Verum quando ante statuimus opera legis, omnes morales actiones, quarumcunque virtutum quæ sine fide & gratia sunt, continere, non debet ad certa opera Pauli sententia restringi.

§. 4. In hunc ergo modum Pauli argumentum est explicandum. Si Deus Iudæos ex operibus legis, gentes ex fide iustificaret, aut has ex lege, illos ex fide, non esset vnus & idem omnium Deus, sed diuersus qui operibus iustificaret ab eo, qui ex fide iustificaret, & contrarius esset sibi eius in omnes prouidentia, atque adeo essentia. Consequentia probatur facile si statuamus, omnes qui iustificandi sunt, esse peccatores & inimicos Dei, eo posito sic ratio concluditur. Diuinæ maiestatis ea est natura, eaque in gubernatione creaturarum prouidentia, vt sine gratia illius nulla creatura peccatrix illi possit reconciliari, aut suis naturalibus viribus eum demereri, eaque causa aduersus creatorem gloriari, Idcirco Deus omnes iustificat ex fide, & gratia, ut si quis esset Deus, aduersus quem daretur propter opera gloriatio peccatoribus, quemque merita operum naturalium demererentur atque obligarent, eius natura, ac gubernatio penitus esset diuersa à natura Dei nostri. *Suis viribus nemo placet Deo.*

Hon

Hoc igitur firmum argumentum est, & graue aduersus Iudæorum arrogantiam in legis operibus gloriantium, cum enim gentibus gratiam fieri facile concederent, suæ tamen iustitiæ firmiter adhærebant, diuinæ gratiæ per Christum contemptores. Quod si illi aliter iudicantur, non est idem illorum Deus & Gentium, at vnus est Deus qui vtrosq; ex fide iustificat, aduersus quem nulla datur gloriatio: omnes igitur ex fide iustificantur, non ex operibus legis. Talis enim constituenda est iustificatio, qua ita reconcilientur, & iusti efficiantur peccatores, vt in solidum Deo gloria tribuatur, nihil sibi temeritas humana decerpat, quod si quis gloriari velit in Domino glorietur, cuius vnius gratia infirmitatis nostræ sanatæ sunt, & recta dedecora.

VERSVS 30.

Quoniam quidem vnus est Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

QVÆSTIO I.

An eadem iustificatio ex fide, & per fidem?

§. 1. ORigenes putat nullo modo ociosam illam præpositionum commutationem, sicut cum de Deo loquens dicatur, *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso esse omnia. Potest*, inquit, *& in præsenti loco talis quædam obseruari differentia, vt circumcisio, quæ velut primo loco, & ordine iustificatur ex fide, & non per fidem iustificanda memoretur: Præputium vero quod in secundo loco ad iustificationem trahitur, non ex fide, sed per fidem iustificandam dicatur.* Non tamen diuersam puto designari rationem, cum eadem prorsus iustificatio Iudæorum, & Gentium esse pronuncietur. Quanquam in iustificandis nonnulla diuersitas inueniatur, Iudæi enim iustificabantur ex fide, quam à Patribus acceptam tenuerunt, Gentes per fidem, de qua nihil Patres earum, nisi pauci inaudierant.

Ex fide, per fidem.

Interim & Iudæi per fidem, & Gentes ex fide. Ita Sanctus Augustinus de Spiritu & litera cap. 29. *Nemo itaque glorietur ex eo quod videtur habere, tanquam non acceperit aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus vel vt legeretur apparuit, vel vt audiretur insonuit. Nam si per legem iustitia: ergo Christus gratis mortuus est. Porro autem si non gratis mortuus est, ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus, inde habet quicunque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut nō habet, aut id quod habet auferetur ab eo. Vnus enim Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem: quod non ad aliquā differentiam dictum est, tanquam aliud sit ex fide, aliud per fidem, sed ad varietatem locutionis,* ... *tibus diceret, hoc est, de præputio,* ... *quia* ... *piata, quia ex fide iustificat gentes Deus.* ... *circumcisione loqueretur, vnde erat ipse* ... *nos, inquit, natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores,* ... *scientes quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per* ... *em Iesu* ... *sti, & nos in Christo Iesu credimus.* ... *e & præputium dixit iustificare ex fide, & circumcisionem per fidem, si tamen circumcisio iustitiam fidei teneat. Sic enim gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam. Iustitiam autem quæ ex fide est, impetrando eam ex Deo, non ex semetipsis præsumendo. Israel vero persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed tanquam ex operibus, id est, tanquam eam per semetipsos operantes, non in se credentes operari Deum.*

Circumcisionem autem vocari Iudæos, & præputium gentes, iam supra docui.

VERSVS 31.

Legem ergo destruimus per fidem? absit, sed legem statuimus.

QVAESTIO I.

An lex per fidem destruatur?

§. 1. OCcupatio est Iudæorum zelo legis insurgentium. Si fides, non autem lex iustificat, lex igitur inanis redditur, Græce: νόμον οὖν καταργοῦμεν, legem igitur ociosam, inanem reddimus?

Duplici modo Apostolus respondet. Primo, μὴ γένοιτο, *absit*, ne fiat. Deinde contrarium, legem nempe stabiliri per fidem, asserit.

Primum probat Sanctus Augustinus cap. 30. de spiritu & litera. *Liberum ergo arbitrium, euacuamus per gratiam? Absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ à vitio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non euacuatur per gratiam, sed statuitur, quia gratia sanat voluntatem qua iustitia libere diligatur, &c.*

Fides non tollit legem.

Alterum etiam eadem ratione probat; nam reuera legem gratia, & fides stabiliunt, quia lex ad Christum vt pædagogus ducit, deinde quia lex per fidem impletur. Tertio, quia lex fidem præcepit: sed de lege agendum pluribus cap. 6. & 7.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

[illegible] carnem? Si enim [illegible] ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim [illegible] Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Ei autem [illegible]tur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. [illegible] qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputabitur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est, in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circumcisionis, non iis tantum, qui sunt ex circumcisione, sed & iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes sunt, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex: nec præuaricatio. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei, qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum (sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum. Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: plenissime sciens, quia quæcunque promisit, potens est & facere. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

IN CAPVT QVARTVM

ARGVMENTVM.

TOTVM hoc caput, quod 25. versibus continetur, ita sectariorum versione, interpretatione, cauillis agitatum est, vt nulla eius particula manserit integra, atque intacta. Abrahami enim iustificationem miris modis omnes, licet diuersissima sentiant, suo quisque ingenio describunt. Verum Apostoli propositum est, exemplo duorũ Prophetarum, & Principum gentis demonstrare, omnes fide non operibus iustificari. Si enim illi operibus iustificati non sunt, nec alii virtutum suarum præsumptione iustificatos sese opinari debent. Pro confesso autem sumit, eodem modo, & patrem Abrahamum & filios, regem Dauidem & subditos iustificari. A versu 13. ad finem vsque apud Syros est lectio quotidiana: qua omnes de spe [illegible] & caritate monebantur. Verus autem scopus est, vt probet, Abrahamum non suis viribus liberi arbitrii, sed gratia Dei, & fide iustificatum esse: quod ex Mose demonstrat, credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. posteris eius ex fide benedictionem [illegible], fidem Abrahami declarat. Chrysostomus existimat, eum docere velle, non esse [illegible] illam salutem, ὑμῖν αἰσχυνομένως [illegible]. Sed splendidam, ideo & iustitiam vocari. Eadem cap. [illegible] ad Galatas non absimili modo disputat. Ad eum modum Oecumenius, Theodoretus, Gennadius, Photius, & omnes Latini interpretati sunt. Præcipue vero Augustinus in Psalmum 31. in præfatione [illegible] exposuit, cuius verba, quæ totum caput illustrant, integra apponam. *Psalmus gratiæ Dei & iustificationis nostræ nullis præcedentibus meritis nostris sed præueniente nos misericordia Domini Dei nostri commendatus maxime ore Apostolico, sicut præcedens hunc Psalmum lectio nobis intimauit, à nostra tenuitate susceptus est, cum vestra charitate [illegible] Vnde primum infirmitatem meam orationibus vestris commendo, sicut dicit Apostolus. vt detur mihi sermo in apertione oris mei, sic loqui vobis, quemadmodum & mihi dicere periculosum non sit, & vobis audire sit salutare. Anceps enim animus humanus & fluctuans inter confessionem*

[illegible] em infirmit[illegible] & audacia [illegible] nc atq; unde cont[illegible] itur, & [illegible] [illegible] ut et in quamlibet partem ca[illegible] tium [illegible] m se in[illegible] rmitatis propria omnino ex par[illegible] c[illegible] nauerit, & in hanc cognitionem se inc[illegible] auerit, ut [illegible] nia misericordia Dei omnibus peccatoribus in quibuslibet peccatis perseuerantibus, tantum credentibus quia Deus liberat, Deus [illegible] no[illegible] ta par[illegible] a est in finem ut nemo pereat fidelium iniquorum, id est, nemo pereat eorum qui [illegible] [illegible] unt, quid [illegible] etiam quibus[illegible] bet facinoribus [illegible] a[illegible] tis inquinar, quantumlibet pec[illegible] ein, [illegible] b[illegible] ra[illegible] it m[illegible] Deu m[illegible] o diá sua, quia credidi in eum. Qui ergo dixit neminem perire tali [illegible] [illegible] punitatem peccatorum. & [illegible]eus ille iustus, cui cantatur misericordia, iud[illegible] ium, non [illegible] a mis[illegible] c[illegible] rde sed [illegible] iudicium, inuenit hominem m[illegible] le de se præsumentem, & ad in[illegible] [illegible] ins[illegible] umens [illegible] r[illegible] a Dei ap petentem, & nece[illegible] e est ut damnetur tali quoq; cogitatio præcipitat hominem, qua quisque terretur, si [illegible]e in audaciam quandam præsumptionis erexerit, & de suis vi[illegible]ibus iustitiaque præsumpserit, & pro posuerit animo implere iustitiam, & omnia quæ præcipiuntur in lege ita facere, ut in nullo [illegible]endat, atque in potestate sua se habere vitam suam; ut omnino nusquam labatur, nusquam deficiat nusquam titubet, nusquam cali[illegible]et, sibique hoc tribuat, & potentatui voluntatis suæ: etiam si forte impleuerit omnia quæ iusta videntur coram oculis hominũ, ita ut nihil inueniatur in vita eius quod possit reprehendi ab hominibus, ipsam præsumptionem iactationemque superbiæ damnat Deus. Quid igitur fit si se homo iust[illegible] auerit [illegible] de iustitia sua præsumpserit? cadit si considerãs & cogitans infirmitatem suam & præsumens de mi[illegible]ricordia Dei neglexerit vitam suam mundare à peccatis suis; & se omni gurgite flagitiorum demerserit: & ipse cadit. Præsumptio de iustitia quasi dextera est: cogitatio impunitatis peccatorũ, quasi [illegible]istra est. Audiamus vocem Dei dicentem nobis, ne declines in dexteram aut sinistram: ne præsumas ad regnum de iustitia tua, ne de misericordia Dei præsumas ad peccãdum. Respondebis quid ergo [illegible]a ciam: Psalmus iste docet nos. Quo perlecto atque tractato arbitror adiuuante misericordia De[illegible], [illegible] nos viam vel ubi iam ambulemus, vel quam tenere debeamus. Vnusquisque pro modulo suo audiat [illegible] sicut sibi conscius fuerit ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. si se deuiasse inuenerit redeat ut in via ambulet, superbus extra viam nemo piger in via hunc autem psalmum ad eam gratiam pertinere, qua Christiani sumus, testatus est Apostolus Paulus: vnde ipsam lectionẽ vobis legi voluimus. Hoc dixit Apostolus, cum commendaret iustitiam quæ ex fide est, aduersus eos qui gloriantur de i[illegible]stitia; quæ est ex operibus hoc ait, quid ergo dicimus inuenisse Abraham patrem nostrũ s[illegible]cundũ carnem: si enim Abraham ex operibus iustificatus est habet gloriam, sed non ad Deum. auertat ipse Deus à nobis tale[illegible] [illegible]riam, sed non ad Deum. Auertat ipse Deus à nobis talem gloriam, & illud potius audiamus, qu[illegible] [illegible]loriatur, in D[illegible]mino. Multi enim gloriantur de operibus, & inuenis multos p[illegible]ganos propterea nolle fieri [illegible]hristianos quia quasi sufficiunt sibi de bona vita sua. bene viuere opus est [illegible] ait quid mihi præcepturus est Christus? ut bene viuam? iam bene viuo: quid mihi necessarius est Christus nullum homicidium, nullum furtum, nullam rapinam facio, res alienas non cõcupisco, nullo adulterio contaminor, nam inueniatur in vita mea aliquid quod reprehendatur, & qui reprehenderit faciat Christianum habet gloriam [illegible]d non ad Deum, non autem sic pater noster Abraham Hac autem sententia Apostoli ad hoc vult intentionẽ nostram dirigere, quia enim fatemur, & ipsa est fides nostra de sancto Patriarcha qui placuit Deo, ut di[illegible]scam[illegible] [illegible]seum & nouerimus ad Deum habere gloriam ait Apostolus, certe notum est nobis & manif[illegible]lum q[illegible]oniam Abraam ad Deum habet gloriam At si ex operibus iustificatus est Abraam habet gloriam s[illegible]d n[illegible]n ad D.ũ Ad Deũ aũt habet gloriã nõ ergo ex operibus iustificatus est. si ergo non ex operibus iustificatus est Abraham, vnde iustificatus est: sequitur & dicit, vnde. Quid enim Scriptura dicit: Id est, vnde dicit Scriptura iusti[illegible]ficatum Abraham: Credidit autem Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Er[illegible]o ex fide iustificatus est Abraham. iam qui audit, non ex operibus, sed ex fide: obseruet illam voraginẽ, de qua locutus sum Vides ergo quia ex fide, non ex operibus iustificatus est Abraham. Faciam ergo quidquid volo, quia etsi bona opera non habuero, & tantum credidero in Deum deputabitur mihi ad iustitiam. si dixit, & decreuit lapsus demersus est si adhuc cogitat & fluctuat, periclitatur; Scriptura autem Dei verusque intellectus, non solum periclitantẽ à periculo liberat, sed & demersum à profundo eleuat. Re[illegible]pondeo ergo tanquam contra Apostolum, & dico de ipso Abraham, quid inuenimus etiam in Epistola alterius Apostoli, qui volebat corrigere homines qui male intellexerunt istum Apostolum. Iacobus en[illegible]m in Epistola sua contra eos qui nolebant bene operari de sola fide præsumentes ipsius Abrah[illegible] opera cõmendauit Cuius Paulus fidem: & non sunt sibi aduersi Apostoli dicit autem opus omnibus notũ, Abraham fi[illegible]ium suum immolandum Deo obtulit; magnum opus. sed ex fide, laudo super ædificationem operis, sed video fidei fundamentum. laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. si enim hoc præter fi[illegible]dem rectam faceret Abraham, nihil i[illegible]li prode[illegible], qualecunq; illud opus esset. rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cum ei Deus imperaret afferre sibi immolandum fi[illegible]ium suum diceret, apud semetipsum, non[illegible] [illegible]io [illegible] tamen credo quia me etiam contemnentem iussa sua liberat Deus: fides sine operibus mor[illegible]ua [illegible]t & tanquã radix [illegible]ne [illegible]ructu sterilis, atq; arida remaneret quid ergo? debemus nulla op[illegible] opera p[illegible]e[illegible] [illegible]e: Id est ut ante [illegible]idem quisquam dicatur bene operatus. Ea enim ipsa opera quæ dicuntur ante fi[illegible]m q[illegible] amui videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse, & magna [illegible] [illegible]ur, ut celerrimus [illegible]rater viam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem: ubi fides non [illegible]rat [illegible]o

num

num opus non erat: bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit; non attendas quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat.

Hæc Augustinus, quæ considerata multum omnino lucis difficilimæ Scripturæ adferent.

VERSVS 1.

Quid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?

QVÆSTIO I.

Quid Abraham inuenit secundum carnem?

§. 1. Duplici modo interrogationem possumus accipere: vel enim tacitæ cogitationi Iudæorum respondet, qui etsi in vulgo hominum non esse qui operibus iustificarentur facile concederent; Abrahamum tamen tot virtutibus heroicis inclytum, & diuinis oraculis laudatum non putarent iustitiam operum non denegandam. Vel est Pauli interrogatio, vehementem redargutionem continens: ne Abrahamum quidem ex operibus iustificatum, multo minus alios posse iustificari.

§. 2. Duplex est distinctio. Chrysostomus, Theodoretus, Gennadius, Photius, verba κατὰ σάρκα ad Patrem referunt, vt sensus sit, quid inuenit Abraham qui est pater noster secundum carnem? vt συγγένεια indicetur, & cognatio, quam miris modis Iudæi iactabant. Alter sensus est, vt quæratur. Quid Abraham pater noster inuenerit secundum carnem, hoc est, secundum virtutes morales, sine fide, & gratia. Hanc veram interpretationem arbitror. Nam ordo verborum id postulat tam in Græco, quam Syriaco: nam in Græco est, εὑρηκέναι κατὰ σάρκα, inuenisse secundum carnem; durum porro est hyperbaton, quod Græci interpretes admittunt. Quod satis ipsi demonstrant, cum tam sedulo monent: nam si quis absque commentario legat, simplex & genuinus sensus continuo menti occurrit. Porro textus Syrus sensum habere alium non potest. Quid ergo dicemus super Abraham principe patrum, quid inuenit in carne בבשרא *besara*, in carne, sen per carnem? Hunc sensum etiam Theodoretus agnoscit. Quam iustitiam inuenit, antequam caperet? nullam. Augustinus in Psalmum 31. Eodem modo interpretatur, quin versu 4. opponit τῇ σαρκὶ carni τὴν χάριν gratiã, vt ostendat, inuenisse per gratiam, non per carnem.

Patens ponus verborum metathesin amplectitur, contra Sophistas, vt profitetur, ne cauillentur iustificationem tantum detrahi operibus quæ fecit secundum carnem, hoc est, sine fide, seu ante conuersionem. Vidit argumentum ex Augustino & aliis orthodoxis. Nempe Abrahamum nihil inuenisse secundum carnem, hoc est, opera naturæ, & bona moralia, illa itaque opera excludi, non autem opera secundum fidem, & gratiam. Abrahamum vero non iustificatum ex operibus, & nihil inuenisse secundum carnem, plane idem est. Ea quo appareat, non omnia opera a iustificatione excludi, sed tantum ea quæ sunt secundum carnem. Opera autem Spiritus sancti & fidei, & caritatis vocare opera secundum carnem grauis est blasphemia.

Porrò nostram expositionem secutus est Beza; secundum carnem, inquit, id est, vt ipse Apostolus explicat ex operibus, puta si Abrahamum consideremus in sese, & circumcisum: non autem quatenus iustificatus est per fidem. Sic & Bullingerus: Abraham secundum carnem nihil inuenit. Clarius etiam vertit Ochinus: Quid ergo dicemus Abraham patrem nostrum, quoad corpus inuenisse? Dicemus videlicet Abrahamum patrem nostrum suis actionibus, quæ antequam iustus, renatus, diuinus factus esset, omnes terrestres actiones fuerunt, hoc apud Deum inuenisse, consecutumque & promeritum fuisse, vt apud Deum iustus esset. Rodulphus Gualterius. Id est, quatenus homo fuit, aut ex ratione carnis fecit. Osiander negat æternam illi iustitiam profuisse, & eodem modo Lucas Lossius. Wigandus: omnibus studiis, & viribus per totam vitam. Oecolampadius obscure. Loquor tanquam Iudæus. Testimonio ergo hostium veritatis, ipsa vincit veritas, certumque manet excludi hic opera secundum carnem: opera ante iustificationem: non fidem, caritatem, quæ ante iustitiam donata, ad eam disponunt: eamque amplectuntur.

VERSVS 2.

Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.

QVÆSTIO I.

An iustificatio ex operibus habeat gloriam, sed non apud Deum?

§. 1. Præstat hic gloriam, quam gloriationem vertere, est enim καύχημα, non καύχησις quo supra vtitur: quare cum Apostolus aliud verbũ posuerit, noster id imitatus est interpres. Idem tamen est in Syro verbum vtrobique תשבוחתא *Teschabara*, quod gloriam significat, Eodem modo fit apud Chald. שבחא *Schabbara*, & תשבחתא *Schibbura*. Psalm. 8. Prouerb. 16. Quanquam vero apud alium habere quispiam gloriam possit, nec gloriari tamen, hoc loco tamen fere pro eodem ponuntur, pro gloria, seu iure gloriandi. Argumentum duplici modo formant: Nouatores: vt Parens hoc loco. Si Abraham ex operibus est iustificatus, habebit gloriationem apud Deum, hoc est, gloriandi materiam, quasi aliquid de suo contulerit, cui merces debeatur in Dei iudicio. At non habet gloriationem apud Deum: non ergo ex operibus iustificatus est.

Augustinus & Chrysostomus alio modo ratiocinantur. Si Abraham ex operibus iustificatus est, non habet gloriam apud Deum, sed habet gloriam apud Deum: non ergo ex operibus iustificatus est. Gloria alia vana est, & noxia. Luc. 16. Isa. 5. alia inter homines boni exempli, & vtilis, vt cum ciuiliter bene viuitur, nam qui faciunt illa, aliis exemplo sunt, & pœnas positas transgressoribus fugiunt. Tertia est gloria apud Deum quæ ex gratia datur. Chrysostomus de hac, & secunda sic loquitur: nam primam omittit. *Obscurum est, inquit, dictum hoc: igitur necessarium est manifestius ipsum reddere. Sunt enim gloriationes duæ, altera ab operibus, altera*

à fide. quum igitur diceret, si ex operibus iustificatus est, gloriationem habet, sed non apud Deum, ostendit quod & à fide posset gloriationem, & quidem longe maiorem, habere. Magna enim Pauli vis in hoc maxime declaratur, quod in contrarium detorsit quod proposuerat. & quod ipsa operum solus habebat in quo gloriaretur & confideret: hoc ipsum multo magis à fide existere ostendit. Nam qui ob ipsa opera gloriatur, labores proprios habet quos obtendat, at qui ob hoc offertur, & sibi placet, quod Deo fidem addixerit suam, multo maiorem occasionem gloriandi ostentat, vt qui Dominum glorificet, ac magnificet. Quæ enim natura minime dictauit (de iis loquor quæ oculis nostris subiecta sunt) hæc à fide erga illum præstita admittit tum germanam charitatem aduersus illum præfert, tum illius potentiam illustri præconio celebrat. Hoc ipsum porro generosissimi est animi, & philosophicæ sententiæ, & sublimis cogitationis. Etenim nec furem esse nec parricidam, vel cuiuslibet esse posit. at credere quod impossibilia possit Deus, hoc vero magnis admodum animi indiget, & magnopere erga illum affecti. Est enim germanæ charitatis hoc signum. Siquidem & Deum quoque honorat, quisquis illius mandata implet: multo vero melius hic, qui fide philosophatur. Ille enim ei obtendit: hic autem conuenientem de eo opinionem accipit, eumque glorificat atque admiratur vehementius ipsa operum demonstratione. Illa ergo gloriatio eius est, qui recte aliquod factum præstiterit. Hæc autem Deum ipsum glorificat, ac quanta est, tota ipsius est gloriatur enim ob hoc. quod magna quadam de eo concipiat, quæ quidem in illius gloriam redundant. vnde ait erga Deum habere ipsam gloriationem, non ob hoc autem solum. sed ob aliud gloriatur enim rursus fidelis, non quod Deum amat solum germane, sed & quod ab illo magnum honorem assecutus est, magnam item dilectionem.

Gloria itaque hic est approbatio, & laus, quam peccatori iustificato Deus tribuit. Quæ gloria magna est, & admirabilis, quamque habuit Abraham. Si autem operibus iustificatus fuisset, non maior fuisset illa gloria, quam eorum qui habiti sunt moraliter iusti, quales Gentiles Aristidem, Catonem, Socratem existimarunt.

QVÆSTIO II.

Quis status controuersiæ de iustificatione?

GRauissima est de iustitia, & de iustificatione controuersia. Omnia enim eo diriguntur, vt iusti, Deoque chari viuamus, ac moriamur: Si igitur iustitia excidisse summum malū est, & iustificari summum huius vitæ bonum: ex hac præcipue doctrina de statu religionis iudicandum est. Talis est namque religio, fidesque, qualis est iustitia credentium.

De iustificationis doctrina nos pleraque iubila accusant. Prolixissime Scharpius, breuiter Henricus Altingus in oratione sæculari pag. 52. & 53. Beneficia an religiosus seruarit (Pontifex) videamus præcipua breui, sed aureo aphorismo, Apostolus 1. Corinth. 1. Christum, inquiens, factum nobis à Deo Sapientiam, Iustitiam, Sanctificationem, & Redemptionem. Omnia hæc impius, exitialibus erroribus in Papatu corrupta fuisse & deformata absque Papistarum iniuria dixero. Fides quam sapientiæ nomine designat Apostolus, ip[illegible] ctrinæ etiam incognitæ, quæ per [illegible] rectius definiatur, quam per [illegible] na est fiducia misericordiæ diuinæ vsque ade[illegible] vt ge[illegible] specialis promissionem ne leui quidem obtutu respiciat: sperata spe, hac [illegible] te, ac an a-bili illo virtutum Christianarum Ch[illegible] a denique natura sua comparata, vt impii hypocritæ, &, quod horrendum dictu, ipsi diaboli non minus quam vere fideles obtinere eam ac possidere queant.

Iustificationem peragi docuerunt & docent non imputatione iustitiæ Christi, sed charitatis habitualis infusione; negant esse ex fide, per fidem, vt quæ ad iustificationem tantum disponat; vel solius Christi meritis obtineri, cum in censum eius veniant quoque merita nostra ac aliorum, inprimis vero laboriosa superstitiosorum opera, & periculosa sceleratorum quorundam facinora, siue sponte suscepta, siue à viris prudentibus ac grauibus impetrata.

Certitudinem de remissione peccatorum, perseuerantia, æterna beatitudine, nullam haberi aiunt, nisi coniecturalem & fallacem; vt de gratia Dei præsente, futura certo confidere sit temeraria præsumptione se ipsum præcipitare.

Sanctificationem vt perfectam in hac vita, sic meritoriam fingunt: Huius beneficio renatos asserunt omnia Dei mandata non modo absolute seruare posse, sed etiam superare, adeoque in debiti obsequii auctario summum legis rigorem excedere: opera vero sic edita meritoria esse vitæ æternæ, ex congruo pariter & condigno, tam propriæ dignitatis, quam pacti diuini respectu: In meritis suis posse hominem fiduciam collocare in iudicio Dei, quæ Deum debitorem faciant ad vitam ex debito ei reddendam, ita quidem, vt nisi reddita, accusari iniustitiæ, iniuriarum postulari à creaturis creatus possit.

Scharpius controuersias de his sex & decem disputat: aliorum sunt eadem in nos conuitia.

Mihi facilimum est ostendere, Catholicæ Ecclesiæ sententiam de iustificatione esse sanctissimam, vetustissimam, Scripturæ consentaneam, sibi consentientem: opiniones aduersariorum esse profanissimas, indies mutari, alienas à Scriptura, inter se pugnantissimas. Doctrina nostra hæc est, quam Concilium Tridentinum sessione sexta capitibus sedecim explicuit, dein hæreses damnauit canonibus triginta tribus.

Canon I. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo: anathema sit.

Canon II. Si quis dixerit, ad hoc solum diuinam gratiam per Iesum Christum dari, vt facilius homo iuste viuere ac vitam æternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium [illegible] si[illegible] gratia vtrumque, sed ægre tamen & difficu[illegible] possit: anathema si[t].

Canon

[illegible] dixerit, sine præuenlente [illegible], atque eius adiutorio [illegible] sperare, diligere, aut pænitere [illegible] vt ei iustificationis gratia conferatur [illegible]: anathema sit.

Canon IV. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam iustificationis gratiam se disponat ac præparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passiue se habere: anathema sit.

Canon V. Si quis liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique à Satana inuectum in Ecclesiam: anathema sit.

Canon. VI. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita vt bona, Deum operari non permissiue solum, sed etiam proprie, & per se, adeo, vt sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli: anathema sit.

Canon VII. Si quis dixerit, opera omnia quæ ante iustificationem fiunt, quacunque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam, tanto eum grauius peccare: anathema sit.

Canon VIII. Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere: anathema sit.

Canon IX. Si quis dixerit sola fide impium iustificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iustificationis gratiam consequendam cooperetur, nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari atque disponi: anathema sit.

Canon X. Si quis dixerit, homines, sine Christi iustitia per quam nobis meruit, iustificari, aut per eam ipsam formaliter iustos esse: anathema sit.

Canon XI. Si quis dixerit homines iustificari vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei: anathema sit.

Canon XII. Si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse, quam fiduciam diuinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua iustificamur: anathema sit.

Canon XIII. Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, vt credat certo, & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis & dispositionis peccata sibi esse remissa: anathema sit.

Canon XIV. Si quis dixerit hominem à peccatis absolui, ac iustificari ex eo, quod se absolui ac iustificari certo credat, aut neminem vere esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum, & hac sola fide absolutionem & iustificationem perfici: anathema sit.

Canon XV. Si quis dixerit, hominem renatum, & iustificatum teneri ex fide ad credendum, se certo esse in [illegible]: anathema sit.

Canon XVI. Si quis magnum [illegible] ad finem perseuerantiæ donum se [illegible], absoluta, & infallibili certitudine d[illegible] ho[illegible] ex speciali reuelatione didicerit: anathema sit.

Canon XVII. Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere di[illegible]rit, reliquos vero omnes, qui vocantur, vocari q[illegible]dem, sed gratiam non accipere, vtpote diuina potestate prædestinatos ad malum: anathema sit.

Canon XVIII. Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iustificato, & sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia: anathema sit.

Canon XIX. Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Euangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos: anathema sit.

Canon XX. Si quis hominem iustificatum, & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad obseruantiam mandatorum Dei, & Ecclesiæ, sed tantum ad credendum: quasi vero Euangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum: anathema sit.

Canon XXI. Si quis dixerit, Christum Iesum hominibus datum fuisse à Deo vt redemptorem, cui fidant, non etiam vt legislatorem, cui obediant: anathema sit.

Canon XXII. Si quis dixerit, iustificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse: anathema sit.

Canon XXIII. Si quis hominem semel iustificatum dixerit, amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur, & peccat, nunquam vere fuisse iustificatum, aut contra posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia: anathema sit.

Canon XXIV. Si quis dixerit iustitiam acceptam non conseruari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera, sed opera ipsa fructus solummodo, & signa esse iustificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam: anathema sit.

Canon XXV. Si quis in quolibet bono opere iustum saltem venialiter peccare dixerit, aut, quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri; tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem: anathema sit.

Canon XXVI. Si quis dixerit iustos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & sperare æternam retributionem à Deo per eius misericordiam, & Iesu Christi meritum, si bene agendo, & diuina mandata custodiendo vsque in finem perseuerauerint: anathema sit.

Canon XXVII. Si quis dixerit, nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui atque enormi præterquam infidelitatis peccato, semel acceptam gratiam amitti: anathema sit.

Canon XXVIII. Si quis dixerit, amissa per peccatum gratia, simul & fidem semper amitti: aut fidem quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viua; aut eum, qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum: anathema sit.

Canon XXIX. Si quis dixerit, eum, qui post

[illegible] lapsus est, non posse per Dei gratiam [illegible], aut posse quidem, sed sola fide amissam [illegible] recuperare sine Sacramento Pœnitentiæ, [prout] Sancta, Romana & Vniuersalis Ecclesia à Christo Domino, & eius Apostolis edocta, hucusque professa est, seruauit & docuit: anathema sit.

Canon XXX. Si quis post acceptam iustificationis gratiam cuilibet peccatorum pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit: anathema sit.

Canon XXXI. Si quis dixerit, iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis operatur: anathema sit.

Canon XXXII. Si quis dixerit, hominis iustificati bona opera, ita esse dona Dei, vt non sint etiam bona ipsius iustificati merita; aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius viuum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum: anathema sit.

Canon XXXIII. Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de iustificatione, à sancta Synodo, hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Iesu Christi, Domini nostri, derogari, & non potius veritatem fidei nostræ, Dei denique ac Christi Iesu gloriam illustrari: anathema sit.

Ab hac antiqua veritate q abierũt in alia omnia, atq; adeo in absurdissima dogmata impegerunt.

Primo. Nullam fidem implicitam agnoscunt.

Secundo. Fidem esse certam cognitionem remissionis peccatorum.

Tertio. Hanc fidem non esse de articulis fidei; Deum esse creatorem cœli & terræ &c. Sed tantum de voluntate Dei. qua scimus nos ab eo prædestinatos. Ita Rigidi Caluiniani.

Quarto. Obiectum fidei præcipuum esse promissiones gratiæ.

Quinto Pios & fideles nullo scelere posse à fide deficere. Ita Rigidi.

Sexto. Fideles irresistibili potentia in fide teneri.

Septimo. Fidem non posse à caritate, & virtutibus separari Rigidi Caluiniani.

Octauo. Sola nos fide correlatiue iustificari.

Nono. Iustitiam nobis non inhærere.

Decimo. Imputari nobis Christi iustitiam.

Vndecimo. Imputari nobis Dei essentialem iustitiam. Ita Osiandrini.

Duodecimo. Iustitiam consistere in sola remissione peccatorum.

Decimo quarto. Fidem vt opus, esse ad salutem necessariam. Ita Arminiani.

Decimo quinto. Obedientiam Christi actiuam ad iustificationem non pertinere Piscator arbitratur. Vol 1. loc. 15. thes 58.

Decimo sexto. Obedientiam actiuam omnia perficere. Sadeel p. 3. p. 288. Bucanus & alii. Et Synodus Vappiniensis anno 1603 die 23. Octob. scripsit quoq; cõtra eum errorẽ Eckard. lib. singularẽ.

Decimo septimo. Si obedientia Christi actiua nobis imputatur ad iustitiã, non opus fuit Christũ mori. Ita Menizerus, vt eius dictata recẽset Eckard.

Decimo octauo. Vna oblatio consummat sanctificatos [illegible]. Heb. 10. 14. Hæc est effusio sanguinis, [illegible] igitur opus est actiua sanctitate.

Decimo nono. N[illegible] argumentantur. si C[illegible] uit, non est necesse nos ob[edire] [illegible] nos obedire legi. Ergo Christus non [illegible] nobis legi.

Vicesimo. Quidam parentum fide saluari [illegible] credunt. Perkinsus in casibus conscient. [illegible] vol. 3. fol. 346. negat, idque tam absurdum esse ait, quam si dicatur anima aliena viuere. Idem ad acta Culloq. Mompelg. aliter sentit. p. [illegible].

Vicesimo primo Iustificationis duæ sunt partes; Remissio peccatorum; & iustitiæ imputatio. Ita Pulan. in partit. p. 166. & Vorst. 2. Thessal. p. 57. negat Piscator vol. 1. p. 250. th. 15.

Vicesimo secundo. Nullus remissionem peccatorum consequitur, nisi electus. Ita pleriq; rigidi, & contra Remonstrantes. Contrà Musculus, Lutherani, & alii.

Vicesimo tertio. Reprobi nunquã vere credunt; Ideo hi nunquam accipiunt vere remissionem peccatorum. Vrsinus Catech. q. 56. p. 370.

Vicesimo quarto. Viuificatio nostri est omni spirituali operatione prior. Ita Sibrand. p. 49. in declarat. respõsionis; cuius & hæc sunt, q̃ sequuntur.

Vicesimo quinto. Resipiscentia nostra non est causa, sed effectus, neque est antecedens, sed consequens iustificationis. p. 50.

Vicesimo sexto. Humanum commentum est, Deum nobis decreuisse salutem cum hac conditione, si resipisceremus. p. 50.

Vicesimo septimo. Qui dicit Deũ esse primariũ autorẽ eorũ omniũ, q̃ Christus ob salutẽ nostrã olim fecit &c. is clãingerit, Christũ nõ esse Deũ. p. 51

Vicesimo octauo. Deus seruauit nos, non ex operibus nostris (2. Timot. 1.) ergo non seruabit nos ob præcedentem resipiscentiam. p. 53.

Vicesimo nono. Seruat nos Deus ex proposito suo. Ergo nõ ob impletã pœnitẽtiæ cõditionẽ. p. 53.

Tricesimo. Data nobis est gratia in Christo ante tempora secularia. Ergo salus non est nobis decreta cum conditione pœnitentiæ. p. 53.

Tricesimo primo. Resipiscentia nostra sequitur prædestinationem nostri: Ergo salus non est nobis decreta cum conditione resipiscentiæ p. 54.

Tricesimo secundo. Qui dicit Christum per acceptilationem quandam pro nobis satisfecisse, veram Christi satisfactionem negat, & tantum exemplarem agnoscit. p. 8 59.

Tricesimo tertio. Apostolus Phil. 3. 9. obedientiam suam à causa iustificationis prorsus remouet: cum ait: vt inueniar in eo non habens meam iustitiam &c. p. 60.

Tricesimo quarto. Locus ille Luc. 13. 3. nisi resipueritis, oẽs itidẽ peribitis. I. & ille Act. 3. 19 Resipiscite vt deleantur peccata vestra &c. Nõ notat causam liberationis ab interitu seu deletionis peccatorũ, sed statũ, qui nã & quales sint, q liberãt, p. 64 65

Tricesimo quinto. Deus Ezec 18. 24. inquiens. Si iustus defecerit à iustitia sua, &c. Nõ loquitur de homine vere iustificato: sed de eo q apparẽter talis est. Si. etiam Apostolus. 2. Pet. 2. 20. 21. &c. p. 65.

Tricesimo sexto. Quos Deus ob satisfactionem Christi, ipsis iã imputatã, à peccatis absoluit, eos iure ob peccata ipsorũ adhuc punire posset neq; si id faceret, duplicem satisfactionem exigeret. p. 66. 67

Tricesimo septimo. Iustificamur obedientia Christi: Rom. 5. 19. Ergo hæc nobis imputatur ad iustitiam. p. 77.

Tricesimo octauo. Fides proprie dicta non imputatur nobis ad iustitiam. p. 76.

Trice-

Tri[illegible] fides viua, & per charitatem operans, quatenus talis est, non imputatur nobis ad iustitiam. P. 86.87.88.

Quadragesimo. Falsum est, verbum imputandi, in materia iustificationis coram Deo (& quidem in loco Rom. 4. vbi imputationis præcipua mentio fit) habere triplicem illum vsum, quem Vorstius in Scholiis ad locum Rom. 4. ostenderit. P. 92.93.94.95.

Quadragesimo primo. Iustitia est ex fide (Rom. 10.6.) & per fidem (Phil. 3. 9.) Ergo non est ipsa fides. Item fides est hypostasis sperandorum &c. Heb. 11.1.) Ergo non est ipsa iustitia. Denique iustificamur iustitia, non nostra (Philip. 3. 9.) Ergo fides non est ipsa iustitia. P. 95.

Quadragesimo secundo. Scriptura vbique docet, Abrahamum non esse iustificatum ex operibus. Itaque affirmatio contraria falsa est. P. 95. 96.

Quadragesimo tertio. Apostolus Rom. 4. 5. per τὸν ἐργαζόμενον, siue operantem, non intelligit eum, qui legem Dei perfecte perpetuoque præstat: Sed eum, qui bona opera quocunque modo facit &c. P. 96.

Quadragesimo quarto. Iustificatio fidei fit per gratiam. Ergo non ex operibus (puta quocunque tandem modo acceptis) quippe quæ omnia in vniuersum à iustificatione excluduntur. P. 95.96.97.

Quadragesimo quinto. Iustitia constans operibus meis, tuis, est mea, tua &c. ac nemo sua iustitia iustificatur (Phil. 3. 4.) Ergo nemo suis operibus iustificatur. P. 97.

Quadragesimo sexto. Iustificamur obedientia vnius Iesu Christi. (Rom. 5. 19.) Ergo nullo modo obedientia nostra, aut operibus nostris. P. 97.

Quadragesimo septimo. Non erat olim controuersia inter Paulum Apostolum, & Iudæos, an homo ex perfecta legis obseruatione iustificari posset. P. 97.98.

Quadragesimo octauo. Deus iustificat impium, non qui desinit impius esse, sed qui adhuc impius est: Et talem impium intelligit Apostolus Rom. 4. 5. P. 99.101.

Quadragesimo nono. Homo non agit pœnitentiam, antequam iustificatus sit, adeoque ne potest quidem. P. 99.

Quinquagesimo. Locum Iacob. 2. 21. 26. misere deprauat, qui ait Apostolum non de ostensione iustitiæ apud homines, sed de vera iustificatione coram Deo loqui: item qui ait, ex operibus iustificari, istic idem esse, quod ex fide operante iustificari &c. P. 99.100.101.

Quinquagesimo primo. Ex loco Coloss. 2. 13. Vos mortuos in peccatis viuificauit, condonatis vobis peccatis vestris, &c. recte colligitur pœnitentiam non præire iustificationi: sed impium iustificari dum adhuc actu impius est. P. 101.

Quinquagesimo secundo. Certissima regula est, bona opera non præcedunt iustificandum, sed sequuntur iustificatum. Itaque impossibile est, impium per pœnitentiam iustificari. P. 101.

Quinquagesimo tertio. Operibus iustificari, & fide per charitatem operante, in S. Scriptura nunquam æquipollent, sed semper opposita sunt. P. 101.102.

Quinquagesimo quarto. Locus Iac. 2. 21. non de ipsa iustificatione coram Deo, sed eius tantum declaratione apud homines, accipi debet. Et sic vniuersa Ecclesia Reformata de hoc loco sentit. P. 102.103.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

Quinquagesimo quinto. Fides & opus Apostolo sunt opposita. P. 103.

Quinquagesimo sexto. Si viua fides, quatenus viua, nobis imputatur ad iustitiam, sequitur obedientiam Christi non imputari. P. 110.

Quinquagesimo septimo. Fides & obedientia differunt, tanquam causa & effectum. Item, fide accipimus aliquid à Deo: obedientia vero aliquid Deo damus. P. 77.78.

Tam varia sunt, tamque pugnantia de iustificatione iudicia, & eum inter se infestissime digladientur, nos tamen accusant.

Magna hæc est errorum cohors, & plane Inferis digna, vt permitum sit, eos qui ita sentiunt de iustificatione mentionem inferre.

Primo negant vllam fidem implicitam esse. Et ne desit materia calumniandi, prorsus aliter statum quæstionis formant quam oportet. Ita Sebarpius de iustificatione contr. 1. Coloss. 3. 16. Nos vero concedimus fidem posse dici implicitam duplici respectu.

I. Respectu notitiæ, quia Pii simul semel omnia ad salutem necessaria distincte non cognoscunt & explicite, vt vel ipsi Apostoli initio multa distincte non cognouerunt, vt mysterium mortis & resurrectionis Christi, item nec statum regni Christi, nec vocationem gentium, atque ita quia in hac vita ex parte tantum intelligimus, & per gradus, concedimus hoc respectu fidem dici posse implicitam.

II. Respectu apprehensionis & sensus particularis gratiæ, & misericordiæ in Christo, quia aliquando accidit, vt qui reuera fideles & electi sunt, distincte & certe non possint affirmare se credere remissionem peccatorum, sed se cupere cum Christo fide coniungi, quod accidit vel in prima ad Deum conuersione, quæ quidem fides dicitur, Iob. 4. 39. 5. 3. vel tempore alicuius grauissimæ tentationis, quod quidem locum habet tantum ad tempus, gradus enim suos habet fides, tum in notitia tum in promissionum applicatione. At de fide implicita, vt his modis sumitur, non est quæstio inter nos & Pontifices, sed de fide & communiter in iustificatis est. Nos ergo affirmamus, quod fides non sit assensus in rem incognitam, sed quod ad fidem requiratur notitia verbi, & præcipue promissionum, freti his argumentis.

Nos vero primo illo modo dicimus fidem implicitam: Nam multorum piorum inerudita simplicitas omnibus vt verissimis assentitur, quæ Bibliis continentur, quanquam quæ sint ea non constet omnibus.

Nec assensum sine notitia esse dicimus, quomodo enim assentimur, de quo nihil nobis indicatum est? Sed sine clara cognitione, siue distincta & explicita cognitione. Id Bell. lib. 1. de iustificat. cap. 5. vt citat Scarpius, nos docet. Verba Bellarm. sunt. Quod autem fides iustificans non sit proprie notitia, sed assensus in rem etiam incognitam, probat illud, (argumentum non apparentium) hinc enim intelligimus fidei officium non esse, efficere, vt res obscuræ fiant perspicuæ, sed vt credantur, etiamsi non appareant. Mire enim coniunxit Apostolus (argumentum) cum (non apparentium) vt significaret, fidem id facere, quod faciunt argumenta, sed alio modo. Nam argumenta & maxime demonstrationes, faciunt, vt intellectus omnino assentiatur, sed hoc faciunt per euidentiam rei intellectum conuincendo, dum causas ipsas & proprietates aperiunt. At fides facit quidem, vt intellectus omnino assentiatur, sed non per euiden-

tiam rei, & notitiam causæ, & proprietatum, sed credendo auctoritati dicentis. Itaque in fide manet res obscura vt antea erat, sed creditur propter auctoritatem dicentis: non igitur fides proprie loquendo est notitia, sed assensus.

Cap. 7. Bellarminus non tollit à fide cognitionem, sed claram.

Denique in eo qui credit, duo sunt, apprehensio & iudicium, siue assensus. sed apprehensio non est fides, sed aliquid fidem præcedens. Possunt enim etiam infideles apprehendere mysteria fidei. Præterea apprehensio non dicitur proprie notitia, si sit rudis, & confusa: distincta autem, & perspicua non necessario requiritur ad fidem. Nam accidere potest, vt Philosophus Ethnicus apprehendat non solum confuse, sed etiam distincte mysterium Trinitatis, & subtilissime intelligendo discernat essentiam, & relationes, atque alia id genus, & tamen non credat: Contra autem rusticus Catholicus, non apprehendat nisi confuse tria illa nomina, & tamen vere credat.

Iudicium autem siue assensus duplex est. Alter enim sequitur rationem, & euidentiam rei, alter auctoritatem proponentis: prior dicitur notitia (si proprie loqui velimus) posterior fides. Sic enim loquitur sanctus Augustinus, in libro de vtilitate credendi, capite vndecimo. Quod (inquit) intelligimus aliquid, rationi debemus; quod autem credimus, auctoritati. Igitur mysteria fidei, quæ rationem superant, credimus, non intelligimus, ac per hoc fides distinguitur contra scientiam, & melius per ignorantiam, quàm per notitiam definitur.

Hinc apparet nos claram negare fidei cognitionem, & euidentem, quam fideli promittunt, iam Manichæis & Circumcellionibus sunt deteriores. Hac igitur in controuersia nihil est, quin nos reprehendunt, nisi ingens calumnia immerentibus impacta. Itaque duodecim argumenta quibus probat Scharpius, fidem non esse ignorantiam, non esse rerum omnino incognitarum, totidem sunt calumniæ.

Quod vero affirmat idem Scharpius. Nos vero concedimus fidem dici posse implicitam duplici respectu.

I. Respectu notitiæ, quia pii simul, & semel omnia ad salutem necessaria distincte & explicite non cognoscunt, vt vel ipsi Apostoli initio multa distincte non cognouerunt, vt mysterium mortis & resurrectionis Christi, item nec statum regni Christi, nec vocationem gentium: atque ita quia in hac vita ex parte tantum intelligimus, & per gradus, concedimus hoc respectu fidem dici posse implicitam.

II. Respectu apprehensionis & sensus particularis gratiæ & misericordiæ in Christo, quia aliquando accidit, vt qui reuera fideles & electi sunt, distincte & certe non possint affirmare se credere remissionē peccatorum, sed se credere cum Christo fide coniungi, quod accidit vel in prima ad Deum conuersione, quę quidem fides dicitur, Ioh. 4. 39. 53. Vel tempore alicuius grauissimæ tentationis, quo quidem locum habet tantum ad tempus, gradus enim suos habet fides, tum in notitia, tum in promissionum applicatione.

Hoc itaquam totam fiduciæ præfidentiam euertit. Qui enim non credit remissionem peccatorum, ille infidelis est. Si vero apud Caluinianos quispiam de sua speciali iustitia dubitat, non potest habere fidem, dubitatio enim illa, vt docet Paulus in Rom. 11. 1. non potest cum fide consistere. Qui enim dubitat an sit ex saluandis, non credit vitam æternam, ait ille: In eandem Epistolam ait, esse desperationis officinā, & barathrū inferni, Col. 691. 1009. 1012. 1014 & vestibulum inferni 744. denique argumentum Antichristi 785. At Scharpius suos electos non poss affirmare, credere se remissionem peccatorum arbitratur.

Secundum multo est absurdius: nempe certa quemq; fide statuere poss. omnia peccata sibi remissa esse. Ideo à toto illo errore longissime abuere conati Arminiani sunt. Dum enim nostri lubilantes in Germania fundamentum salutis, & consolationis in ea pertinacia præsumptuosa ponunt, dum imperitos stultæ persuasionis stupore fascinare satagunt. Ecce tibi Deus inter eos excitat, qui veritatis causam agant, & miserrimam cæcitatis confidentiam excutiant. Nam quod ex verbo Dei nec expresse, nec aliqua consequentia deducitur, id tanquam articulus fidei credi non debet, vt axiomate vulgato docent. At verbum Dei nullibi particulari denuntiat, tibi Petre, tibi Paule remissa sunt peccata, tu non deficies à fide. Etsi enormia flagitia comittas, non tamen imputabuntur tibi. Nusquam hæc promissio, falsa est igitur fides huius promissionis.

Deinde fides iustificans seu fiducia apprehendēs iustitiam, debet præcedere iustificationem. Fides specialis misericordiæ, seu fides, qua creditur specialis misericordia, & remissio peccatorum, sequitur iustificationem. Igitur fides specialis misericordiæ non est fides iustificans. Maiorem aduersarius concedit, si de causa instrumentali intelligamus, per fidem enim, accipimus remissionem peccatorum, inquit, à Deo, sicut per manum accipimus eleemosynam seu munus à largiente. Assumptionem quoque concedit, sed negat consequentiam, quia dictum erat: sequitur iustificationem, ideo quatuor terminos esse dicit. Verum hac argutia vti nihil erat necesse. Cum Bellarminus fiduciam ita sequi iustificationem probet, vt præcedere non possit. Nam ait: remissio semper est obiectum fidei, ac per hoc prius debet esse, quam fides &c.

Denique Pareus pag. 157. mira de hac fide speculatur. Primo ait: Fiduciam primo ferri in mortem Filii pro peccatis, deinde beneficium hoc sibi applicare. Tertio ante iustificationis actum, fidem habere pro obiecto hanc propositionem: Mihi credenti remittentur peccata. Quarto fidem habere hanc propositionem pro obiecto: ante iustificationis actum natura non tempore: Quinto in ipso actu iustificationis habere hanc pro obiecto: mihi remittuntur peccata. Sexto, fidem post actum iustificationis habere pro obiecto hanc propositionem: mihi remissa sunt peccata. Verum hæc stolida sunt, & ἀσύστατα. Primo enim fides quæ absolute fertur in promissiones Euangelii, & mortem Filii Dei, & doctrina hæreticorū non est fiducia, sed tum demum est fiducia, cum sibi ea appropriat. Secundo: in eodem momento temporis ponit hos duos actus, mihi remittentur, & mihi remittuntur peccata: nam hi actus, mihi remittentur peccata. Cum iustificationis natura, non tempore præcedit; itaque eodem tempore seu eodem instanti, vt Philosophi loquuntur, fiducia duos actus elicit: remittentur & remittuntur peccata. Quorū alterū alter elidit.

Tertio,

... Interrogaui ea de re Caluinistas, qui mihi responderunt, se nunquam eodem puncto temporis iudicatos esse, vt dicerent, Mihi remittuntur & mihi remittuntur peccata. Quarto, Ex his colligi: Fidem iustificantem quam dicit: Mihi credenti remittentur peccata, non accip. re remissionem peccatorum, quia est natura prior remissione, & cum remissio datur, iam non est, aut fal a est, neque enim dicendum est: remittentur, cum remittuntur. Quinto, Etiam ille actus, Remissa sunt mihi peccata, non accipit rem ssionem, quia iam accepta fuit remissio. Sexto. Hinc ig tur consequitur, Fidem quæ habet pro obiecto hanc propositionem: Nunc mihi remittuntur peccata, esse fidem iustificantem, quia illa sola posset accipere remissionem peccatorum. Sed neque hæc potest remissionem accipere. Remissio enim peccati præsens cum est obiectum fidei, prior est ipsa fide, saltem natura, si non tempore, ergo fides natura posterior est, vti omnis actus posterior est obiecto, cuius est actus. Non igitur ille actus est instrumentum efficiendæ remissionis, nec ex fide, & per fidem remittitur peccatum, quia fides per quam remitti debuit, natura posterior est remissione peccati. Dicit ille: Credo. Per hanc fidem non remitti, sed accipi remissionem, sed hoc imprimis dicit contra suos, qui fidem instrumentum remissionis faciunt. Deinde nihil illa captatione verborum deplorata causa adiuuatur. Qui enim sic credit: Nunc mihi credenti remittuntur mea peccata, ille eodem momento naturæ & temporis credit se nunc accipere remissionem peccatorum. Acceptio præsens ergo natura prior est, quam fides, qua me credo accipere, sicut accepisse natura prius est, quam fides qua credo me accepisse. Imo, me acceptunum natura prius est, quam fides, qua me credo acceptunum. Firma igitur est illa ratio, & eius solutiones cum multa imperitia totam fiduciam euertunt.

Concludo itaq; irrefragabili argumento. Quandocunque propositio aliqua prærequirit rem ante existentem ad sui veritatem, actus intellectus nostri, (cum verus esse non potest, nisi existat id, in quod fertur) non est eius causa. Sed hic actus, remittuntur mihi peccata, fertur in ipsam remissionē, ergo non est eius causa; sed posterior, non enim intelligendo remissionem, potest eam efficere.

Tertium est. de fidei & iustitiæ amissione, nam quod de obiecto fidei disputant, id iam satis notum est. Nihil porro potest ad mores deprauandos esse efficacius, quàm illa opinio, quæ putat in omni scelere manere securitatem credentibus. Quod egregiè Remonstrantes Belgici demonstrarunt. Nec minus in colloquio Mompelgartensi Lutherani, vsi in hac re argumentis Catholicorum. Idemque scoriunt hodieque in Holandia Roterodamenses, Goudani, Leidenses, Harlemēses, Alckmariensés, Hornenses, & imprimis Vltraiectēnses cum vicinis vrbibus, multi etiam per Angliam, Prussiam, Marchiam, & ipsas Gallias. Hoc itaq; in articulo malo errore à nobis recesserunt. Iterum iterumque monco vt legatur Bertius de Apostasia Sanctorum, & pro Apostasia Hyperaspistes, non quod non melius ista è Patrum, & Catholicorum libris possint addiscere, sed vt à suis doceantur, quos ferre coguntur.

Si audiret Spiritum sanctum mallent, ostiam à sua confidentia pendere, facilè intelligerent Ezechiel. 8. 18. multos auerti à iustitia, & vera ... quia; dicitur eum futurum, vt iustitiæ D us non ... futurus memor amplius; certè si hypocrisis fuit illa iustitia, non est pænæ loco memorandum, quod non sit Deus memor futurus, sed beneficij. Peccati enim memoria pænam habet.

Quartum est, Fidem posse à charitate separari, fidem Solam non iustificare. Hæc res inter eos quoque agitatur. Lutherus falsari manu particulam Sola, addidit in versione Germanica. So halten wir es nun / daß der Mensch gerecht werde / ohn deß Gesätzes Werck / allein durch den Glauben. Arbitramur enim iustificari hominem per solam fidem sine operibus legis, vel, Tantum per fidem. Omittant particulam illam etiam qui sententiam istam tuentur, nec tamen à defensione Lutheri absistunt omnes, tanta est vis anteoccupati iudicij, tantique refert, cui se quis primum addiacerit, adeo vt eorum, quorum auctoritate ducuntur, etiam vitia amplectantur, & quidem manifesta.

Lutheri additamentum facile reijcitur. Vel enim sententia Apostoli sine illa adiectiuncula clara erat, & perspicua, vt qui eam legeret, nihil addubitaret, sola nos fide, sine operibus iustificari; Vel ante obscura ambiguaque fuit, & certitudinem claritatemque non nisi ea Lutherano additamento mutuata est. Si prius dixerit, certè inanis est, & omnino superflua adiectio, quæ nec lux noua textui accedit, nec dubitatio tollitur. At nullo modo probabile est sine aliquo emolumento Lutherum verbo Dei glossam nouitiam inserere ausum esse, nec committere voluisse, vt se aperiræ, & ἀναγνώσται Doctorum reprehensioni exponeret, nisi impostura pretium de animarum simplicium interitu sibi dæmon spopondisset. Hoc igitur statuendum est, opinionis suæ firmamento hoc apud rudes egisse, vt quoniam perpetuo clamitabat: Sola nos fide iustos esse, & omnes sola fide saluari; nec id in sacris Scripturis inueniebatur, ipse sumpto ab audacia, perfidia, hæresi consilio, testamentum Dei corrumperet, & cum sententiam in sua sensa detorquere non posset, verba interpolaret.

Secundo refutatur, quia non sola fide iustificamur vt iam ostendam. Sextum est. Fides iustificans non est fiducia de misericordia Dei, remissione peccatorum, ex passione ac meritis Christi. Hoc nobiscum sentiunt, primo rigidi Galuinistæ; Sibrandus in collatione cum Bertio, quæ tota in eo versatur, vt Sibrandus ostendat, fidem propriè dictam non iustificare, sed fidem impropriè dictam, seu fidem Metonymicam. At fiducia est fides propriè dicta, non igitur fiducia iustificat. Idem etiam sentiunt Molles, nam fiduciam, hoc est, certissimam remissionem peccatorum & electionis persuasionem negant ex Scripturis probari posse, eamque noxiam esse moribus. Quia tamen contra sua principia nonnulli eam tuentur, ad quod dictum est probemus.

Ratio prima. Capite 11. ad Hebr. Apostolus definit fidem: Est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hoc loco Apostolus definit fidem iustificātem, nā præcessit Iustus ex fide viuit; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ, &c. In eo cōueniunt omnes etiā sectarij. At fides hæc nō est fiducia, sed repræsentatio rerū obscurarum, quas intellectus apprehendit.

Deinde, Fides illa est ἔλεγχος argumentum, conuictio, quæ necessario ad intellectum pertinet, illius enim est conuinci, resistere, assentiri, dissentire. Tertio, sequitur. Fide intelligimus aptata esse sæcula. Si fide intelligimus, ad intellectum igitur fides non ad voluntatem pertinet. Quarto. Noe metuens aptauit arcam, quomodo? Fide. Fides igitur erat, qua credebat minis diuinæ iustitiæ, & futurum interitum. Denique ait: Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & requirentibus se remunerator sit; Ex his apparet obiectum fidei esse omnia reuelata, non tantum promissiones non tantum misericordiam specialem. Hæc Bellarmin. l. 1. c. 5. de iustificatione. Adiungitq; duas fidei proprietates, vnam, quod faciat ea in animo subsistere, quę sperantur; alteram quod faciat intellectū assentiri ijs quæ non intelligit. Septimū est, quod aiunt alij nos fide solā correlatiuè iustificari, alij, nos fide, vt opere iustificari. Disputata est multis illa quæstio inter Sibrandū & Amesiū. Qua in re ad nos quoq; acceditur, & rigidorū impietas tollitur.

Sed omnia illa quæ hic controuertuntur nobis Apostolus decidat, Rom. 4.

Quomodo fides iustificet, ex his Pauli verbis intelligi potest. Quid n. dicit Scriptura? credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Origenes argumenti præcedētis assumptionem probari existimat, quæ hæc est: Sed Abrahā habuit gloriam apud Deum. Quicunq; enim credit, & reputatur ei in iustitiam, is gloriā habet apud Deum, sed ita factum est in Abrahamo, habet ergo gloriam apud Deum.

S. Augustinus. Ad hoc ait Scripturas adduci, vt demonstret Abrahamum fide iustificatum esse, ex eo enim sequitur non esse iustificatum operibus.

Dicendum est primo, vtruoq; rectè ex Scriptura concludi. Hoc enim tanquam certum atq; indubitatum Apostolus statuit, Abraham fuisse iustum; neq; hoc Iudæis probare fuit necessarium. Deinde habuisse gloriam apud Deum, inde consequitur; cum a. Scriptura fide doceat eum esse iustificatum, fide quoq; gloriam eam apud Deum habere dicendum; ideoq; non ex operibus. Hisce constitutis de hoc loco nonnullæ quæstiones explicandæ sunt.

Quæ sit literalis expositio ex Hebræo & Græco textu?

Primo: Verba Hebræa sic habent: ויחשבה צדקה. *Vaischeba Tsidca.* Chald. Eodem modo interpretatur septuaginta *ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Quędam tamen exemplaria apud 70. habent *καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ θεῷ.*

Secundo. Hebræa sic ad verbum verti possunt. Et credidit In Domino, & reputauit illud ei iustitia, vel: reputauit illam ei iustitiam, vel: reputauit illam ei in iustitiam. Septuaginta tamen & Paulus verterunt *ἐλογίσθη*, reputatum est. Pro eo autem quod hic dicitur absolute in Ps. 105. 31. cum agitur de facto Phinees scriptum est, ad iustitiam, stetit Phinees, & placuit, & cessauit quassatio, & reputatum est illi in iustitiam; vbi in Hebræo est: לצדקה *Letzadaca*, & reputatum est illi in iustitiam.

Quarto. Nunc in his plura dubia & controuersa sunt. Primo. Quid crediderit Abraham? Secūdo. Fueritne imputatus illi actus, an habitus fidei? Tertio. Quid sit imputare? Quarto. Prima ne, an secunda iustitia imputata illi fuerit? Quinto. Quomodo Iacobus ex eodem loco probet ex operibus Abrahamum fuisse iustificatum.

Quod fuerit obiectum fidei Abrahami?

Primo. Cum ex obiecto de actionibus iudicium sumendū sit, si fuerit constitutū de obiecto, etiam qualis Abrahæ fides fuerit planū apparebit. Quid ergo est, quod credidit? Nēpe id quod Deus illi reuelauit. Gen. 12. a Faciamq; te in gentē magnā, &c.

Et 7. Semini tuo dabo terram hanc. Et c. 13. 14. Leua oculos tuos, &c.

Et cap. 15. Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.

Et v. 4. & 5. Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.

Deinde credidit Abraham Deo, & reputatū est illi in iustitiam. Ex his cōcludo, Fidē Abrahæ fuisse Catholicā, eumq; credidisse, se à Deo benedictionē hæredemq; accepturū, in semine suo benedicēdas omnes gentes. Atq; hoc adeo verū est, vt Pareum conscientia fateri cogat: Fuit igitur, inquit, Abrahę fides generalis quidem seu Catholica (vt vocāt Sophistæ) assentiens omni verbo Dei; sed & specialis acquiescens promissioni datæ de semine, quod est Christus. Hoc posterius sensu Caluinistico falsum est. Nam credidisset, se impium, manentem impiū ante pœnitentiam iustum esse. Apostolus quoque obiectum hoc magis exponit. v. 16. 17. 18. vbi pluribus describit. Ideo ex fide, vt secundū gratiā firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum (sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentiū posui te) ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, qui cōtra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei: sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & arena maris.

Vbi fidem eius contra spem dicit; quia non considerauit, corpus suum emortuum, &c. Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

Secundo. Cum ergo obiectum fidei Abrahami habeamus omne verbum Dei, dicēdum est fidem, qua credidit illud, quod propositum est; esse illi reputatum ad iustitiam. Non autem specialem fiduciam, qualem struunt perfidiosissimi hęreticorum. Ideo enim reputatum est Abrahamo ad iustitiam, quia Deo credidit, nec considerauit corpus suum emortuum, & Saram infœcundam; non a. quia credidit nulla sua sibi peccata, quantumuis enormia, atq; atrocia, iustitiam esse deletura. Quid n. ad corpus emortuum remissio peccatorum? Grauissimè itaq;, sed tamen puerliter errant fiduciarij nostri, cum ea fide negant Abrahamum esse iustificatum, quam Scriptura ait illi imputatam pro iustitia, hoc est, fide Catholica; alia, quam Scriptura non agnoscit iustificatum credunt. Illa nempe, qua credidit se de salute certum esse. At huius fiduciæ nulla in Genesi, nulla in Paulo mentio, & hanc talem solam fidem fiducialem, hanc certitudinem clamant esse fidem iustificantem, alteram fidem, qua Paulus Abrahamum iustificatum asserit, aiunt esse diabolorum.

Huic tamen errori iam magna pars Caluinistarum nuncium remisit, vt constat ex Collatione Hollandorum, Hagensi, & Delphensi, ex libro Petri Bertij de Apostasia Sanctorum.

Tertio. Abrahā de filio & hærede quærit, timet, ne procuratoris filius sit constituendus hæres: orbitatem suam Deo proponit. Respondit Deus: Nō erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, hic erit hæres; suspice stellas, & numera si potes, sic erit semen tuum. Deinde subdit: Credidit Abraham Deo. Quid credidit? Respondet Caluinista:

[illegible], quod [illegible] unq; flagitijs de [illegible] non posse se perire, amittere [illegible] nunquam posse. Quomodo si Abrahæ reuelatio diuinæ respondet? Quomodo cum de posteris audiret Abraham, potuit [illegible] imponit tempeccandi sibi côcessam? Sed tamen quæ obijciunt, audiamus.

Obiectio prima. Ego sum protector tuus, & merces tua magna nimis. Ergo reuelata est illi ele[ctio] sua ad salutem. Cui enim Deus merces est, il[l]e electus est.

Respondeo. Huiusmodi promissiones esse factas [et]iam Salumoni, 2. Reg. 7. 12. ac pluribus alijs, [qu]æ ca illis tamen colligi illos certo prænouisse salutem, cũ promissiones illæ non absolutæ sint, sed condinonales, aut partum absolutæ, partum conditionales: nã merces Deus est, si tamen custodierint mandata. Deinde implicat sese ipsa hæresis: si enim verba illa, Ego merces tua, & in semine tuo benedicentur omnes gentes, continent specialem promissionem vt de perseuerantia certũ efficiant, non est mirum sanctum Patriarcham reuelationi peculiari credidisse: si tantum sub conditione promisit, non fuit certior de effectu, quam de conditione seruanda. Inuictum igitur hoc dilemma conficio. Vel hæc promissio, Ego sum merces tua magna nimis fuit absoluta, & Abrahamo prædestinatio absolutè reuelata, vt clarè oraculum pronunciaret: Quæcunque scelera conceperis, perpetraueris, ego ero tuus protector, ne fidem iustitiamq; amittas, & illis nihil obstantibus merces tua ero magna nimis, itaq; noli timere, sed puluino securitatis indormisce. Hæc dicta sunt Abrahamo, & credidit, non tamen inde aliorũ impunitas concludi potest, & securitas, nisi & illis eodem modo sit reuelatũ, quomodo n. sequitur, Deus est merces Abrahami, ergo & mea: Abraham hoc credidit, ergo & ego credam. Deus Abrahamo perseuerantiam reuelauit, ergo & mihi; Imo cõtrariũ manifestè illa ratio ostendit. Abraham certus nõ erat de sua prædestinatione, fide indelebili, nisi ex speciali Dei reuelatione, ergo nec ego. Quod si alterum dicat: Nõ fuisse reuelationẽ de perseuerantia, absolutam certamq; non igitur credidit promitti, quod non promittebatur, nec absolutè futurum, quod cũ conditionibus proponebatur. Quanta erat illa promissio. 1. Par. 1. v. 12 & 13. Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium. Et misericordiam meam non auferam ab eo. Et tamen vide conditionem 3. Reg. 9. 4. 14 Tu quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima & iudicia mea seruaueris, ponam thronum regni tui super Israel in sempiternũ, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. Si autem auersione auersi fueritis vos & filij vestri, non sequentes me, nec cũstodientes mandata mea, & cæremonias meas, quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos, auferam Israel de superficie terrę quã dedi eis. & templũ quod sanctificaui nomini meo proijciam à conspectu meo, eritq; Israel in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam, stupebit, & sibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus sic terræ huic? & respondebunt. Quia dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit Patres eorum de terra Ægypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc.

Sed & ipsi D[illegible] te illa proposita fuerunt 2. [illegible] b[illegible] interpres est ipse Dau[id] [illegible] sta[illegible] suo Salomoni 3. Reg. 2. 3 Appropinquauerunt autẽ dies Dauid vt moreretur, præcepitq; Salomoni filio suo dicens, Ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare & esto vir, & obserua vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia & testimonia, sicut scriptũ est in lege Moysi. vt intelligas vniuersa quæ facis & quocunq; te verteris: Vt cõfirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens, si custodierint filij tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.

Primo. Inter Orthodoxos non est controuersia. Omnes in eo conueniũt, tam ex actu, quam ex habitu fidei velut initio ac radice primam iustificationem procedere. Deinde cum iustificati impetrante caritate actum fidei eliciunt, incrementum indæ iustitiæ mereri.

Secundo. Sectarij diuisi sunt variè: quidam contendunt τὸ credere, seu actum credendi iustificare. Ita Bertius, & Molles: quidam habitum, vt Pareus, Beza. Qui actum necessarium affirmant, alij mendicam manum aiunt, & relatiuè iustificare, alij actum vice integræ iustitię à Deo accipi contendũt, vt Molles Caluiniani. Qui habitum satis esse putant, eodem modo diuisi sunt. Ex his oriuntur hę expositiones. Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam. Prima. Confidit Abraham omnia sibi peccata remissa, sed perire non posse, &c. Et habitus fidei reputatus est illi ad iustitiam, ita vt relatiue iustificet efficiendo iustitiam. Secunda. Habitus reputatus est illi ad iustitiam accipiendo iustitiam. Tertia. Actus reputatus est ad iustitiã, relatiuè accipiendo iustitiam. Quarta. Actus reputatus est in iustitiam vt enim Deus gratiosè acceptet pro tota, atq; integra iustitia. Quinta. Credidit Abraham Deo, nec actus, nec habitus, sed fides, id est passio Christi est illi imputata ad iustitiam.

Tertio. Actus fidei non est iustificans, vt Molles asserunt, nempè Arminius Epistol. ad Pareũ, Bertius atq; alij. Et quidem ita nobiscum sentiũt Caluiniani Rigidi. Deum (inquit Lubbertus Sibrandus in coll. p. 8.) habere fidem pro tota legis iustitia, vel τὸ credere propriè sic dictum nobis imputari ad iustitiam, est doctrina in nostris Ecclesijs nõ solum noua & incognita, sed etiam solenniter reiecta, refutata, & damnata. Quin est ex blasphemijs Serueti, Socini, & Ostorodij, quam omnes Ecclesiæ nostræ detestantur, desumpta. Hoc an ita sit, merito dubitari potest: Arminius enim alijque qui doctrinam illam tuentur, antiquam faciunt. Nam in ea se natum & educatum iurat. Verba eius in Epistola ad Pareum. Coram Deo, & sanctis Angelis respondemus, nos neminem nosse verbi diuini administrum in toto hoc Belgio. (quo nomine & nos per Dei gratiam venire cupimus) qui in doctrina in qua nati & educati sumus, cuius caussa parentes nostri durum exilium passi sunt, propter quam sæuum hoc bellum sostinuimus, & perpessi sumus, in dubium vocare velit, sed hoc iurandũ manifestam diuini verbi profanationem vocat Sibrandus. Interim hactenus non constitit inter Caluinistas, quid de fide iustificante crediderint.

Ratio cur actus non iustificet, redditur à Caluinistis Rigidis multiplex, Prima. Fides iusti

ficans

... est ... actus non est ind... lebilis ... non est ergo fid... iusti... nos. Secunda. Actus in ... it iustificatione ... non ergo actus iusti... ItaPar.us ... de iustificatione contra Bellarmin. Tertia Roman. 11. 6. Quod si per gratiam, non ex operib. alioqui gratia non est gratia. Denique omnia loca quae citan contra operum iustificationem eriam c. ntra actum fidei allegare solent: Lubbertus col. p. 12. Rom. 5. 19. & 3. 24. &c. Quarta, quia si quis actum fidei sic iustificare docet, is incidit in errorem Socini, qui docet nos eo merito sanguinis Christi iustificari, quoniam tale meritum nullum agnoscit. Christi sanguini tamen iustificationem concedit, quatenus ille efficit ea res, propter quas nos Deus iustificat, nempe fidem. Quinta. Non posse fidem iustificare, vt pro iustitia integra à Deo acceptatur, probat Lubbertus pag 30. Ostende vbinam in verbo Dei scriptum. Fidem haberi à Deo pro perfecta legis iustitia? Aut vbi scriptum sit: Fidem esse illam iustitiam, quâ coram Deo iustificamur? Aut vbi scriptum sit: Duas esse iustitias diuersas in diuersis subiectis inhaerentes: vnam à nobis, alteram in Christo, quibus coram Deo iustificamur. Sed quid ego te vrgeo, vt tu haec dogmata in sacris literis legas? Ego ausim affirmare, quod nusquam ea legeris, quam aut in Serueto, aut Socino, aut Ostorodio, vel alio quopiam qui illos sectatur. Vt vt sit, falsum est, Fidem haberi à Deo pro perfecta legis iustitia. Deus enim est iustus, & iudicium eius est secundum veritatem. Fides autem nostra est tantum exigua pars istius iustitiae, quae à nobis requiritur. Et haec ipsa fides est manca, imperfecta, & multis peccatis contaminata. Vnde, si esset perfecta, tamen illa pro opere sumpta, tantum esset exigua pars istius iustitiae, quae à nobis requiritur. Nunc verò laborat multis defectibus, & longissimè recedit ab illa perfectione, quam lex postulat. Qui potest igitur fieri, vt ille qui iustus est, & cuius iudicium est secundum veritatem, habeat eam rem pro perfecta legis iustitia, quae est imperfecta, quae multis defectibus laborat, & si maximè perfecta esset, tamen non esset nisi exigua pars iustitiae? Dicam paulò plenius? Fides propriè accepta, est tantum exigua pars iustitiae. Est enim nihil aliud quam confessio in dictis & in factis, vel est tantum assensus, quem ad Dei verbum adhibemus, vel denique assensus, & fiducia simul, qua scilicet Dei verbo assentimur, & in Deo confidimus. Iam autem multò plura in lege Dei mandantur. Est praeterea imperfecta, laborat multis defectibus & gradibus multis distat ab illa perfectione, quae in lege Dei scripta est. 1. Corinth. 13. 9. Ex parte cognoscimus, Marc. 9. 23. Credo Domine, succurre credulitati meae. Est denique multis peccatis contaminata. Eccles. 7. 21. Profectò non est quisquam iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Iacob. 3. 2. In multis labimur omnes.

Sexta. Si fides (pag. 40.) Praeterea si fides habeatur à Deo pro perfecta & absoluta legis impletione, & obseruatione: tunc quicunque hanc fidem sibi inhaerentem habet, ille habet perfectam, & omnibus numeris absolutam legis obseruationem sibi inhaerentem. Nam fides in nobis inhaeret, verum tota Ecclesia in omnibus suis membris quotidie gemit, & petit. Remitte nobis debita nostra. Mat. 6. 12.

In his eo vsque procedit Lubert. vt p. 82. protestetur. Nusquam Scriptura dicit fidem iustificare. p. v. 086 Si iustificare est totum in fide, & extra fidem non ... iustitia Christi.

Septima. Si actu fi... ne Caluinian... asserit Bertius.

Octaua. Si obedientia C... coram Deo, tum fides nostra ... qua coram Deo iusti ficamur.

Nona. F.d. apprehendit iustitiam, non igitur pro iustitia accepta tur. Has rationes idcirco addixi, vt constet vanissimum esse, quod de fid iactant aduersarij, fide sese iustificari, minimum enim fidei tribuunt.

Interim alias rationes adferre opus non est, quibus ostendamus fidem non accipi à Deo pro perfecta iustitia, cum tot voluminibus iam Catholici docuerint, opus esse ad iustitiam caritate, alijsque virtutibus.

Quarto. Nec actus, nec habitus reputatur in iustitiam relatiuè, seu per Metonymiam, vt asserunt Rigidi Caluinistae.

Ratio est praecipua, quia qui sic docent, Scripturam impropriè non modò, sed etiam maiecule & planè falso exponere coguntur: maximè cum nec sic quidem inter ipsos pax constitui possit, alij enim obedientiam Christi solum passiuam, alij actiuam, nonnulli vtramque imputari putant, nec desunt qui solam mortem, sine damnatorum tormentis, alij mortem cum omnibus Christi actionibus, atque adeo inferorū paenis. Haec autem, Crede tantū, &c. Matth. 9. quae illi ad iustificantis fidei commendationem non possunt nisi ridiculè hic accōmodare sed hęc quoque aduersarios tū testimonijs firmentur, sic Bertius ad Sibrandū ostendit p. 132. Quia terminus ille, Fides, toties & significāter à Paulo c. 3. 4. 5. ad Rom. exprimitur, & tam multis limitationibus, addimentis & restrictionibus definitur, & quasi circumscribitur, vt accuratius examinanti dubium esse non possit, quin fidem voluerit propriè & citra omnē figurā intelligi. Video quid dicat: Credidit Abraham Deo & reputatū est ei in iustitiam. Principio paronyma sunt, Fides, & Credere. Quis autē dicet: τὸ credere illic impropriè sumi? Quod si τὸ credere propriè sumitur, cur non est fides, cum dico fides reputatur in iustitiam?

Et p. 134. Praeterea resolue ista, fides Abrahae reputata est, &c. Fides credētis imputatur, &c. à quo Rbertore colorem mihi aut figurā mutuabor, quo ostendam, vocem fidei, cum dico, Fides Abrahae, propriè non esse intelligendum. (& p. 135.) Iam vero vide limitationes. Quaenam est illa fides, quam Abrahae tribuit Apostolus? Nimirum ea, qua minimè vacillauit, nec considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, nec emortuam vuluam Sarae, nec disceptauit infidelitate, sed robustus fuit, & gloriā dedit Deo, ac planè persuasus fuit, eum qui promiserat, posse etiam facere. Hoc, inquam, credere, hęc fides imputata est ei in iustitiam. Nullum est certius argumentum proprij sermonis, examina tot descriptiones, si per fidem voluisset Apostolus, nō fidem ipsam, sed Christum aut iustitiam Christi fide apprehensam significare, non debuisset immorari tali descriptioni: sed debuisset iustitiae Christi affectiones aliquot recensere. Sed hoc non facit. Profectò videntur mihi ex fide sua Christum ipsi fabricare, qui in tam claris formulis metonymias comminiscuntur. Et pag. 137. Specta etiam hanc limitationem: Fides in Christum reputatur in iustitiam. Credentes in Christum iustificantur. Finge hic vocem fidei capiendam esse metonymicè, & tenta

... æpet prop ... in ingeni ... rdiitate, non ... um enúciationum ... folu ... des propriè non sumatur, neque ... apprehendentem iustitiam Christi ... Deus in iustitiam: Fides in Christum est ... nostra ... Deu. Iustificamur fide in ... m, & quæ sunt aliæ istiusmodi, in quibus ... iungitur.

Deinde exemplum quæritur huius locutionis: Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Hic cum quærit Petrus Quisnam dictutus sit τὸ credere ... his verbis: Credidit Abraham Deo, impropriè accipi? Respôdet Lubbertus: Non n. τὸ credere sed fidem. Sed omnia euertit. Si enim fides Metonymica dicitur apprehendere iustitiam Christi: ergo iustitia Christi apprehendit iustitiam Christi.

Eodem modo Pareus, ex Hebræo, quia dicitur, imputauit illam ei, intelligit fidem, sed fidem habitualem, quæ relatiuè iustificet, mortem & cruciatus infernales Christi, qui iustificent propriè, seu imputentur. Sed hoc quidem impertite, nam in Hebræo fœmininum solet poni pro neutro, cum neutro Hebræi careant. Sed Pareo oppono Arminium, is qui in responsione ad 31. art. art. 4. hanc phrasin repudiat. Iustitia Christi reputatur nobis in iustitiam. Iustitia Christi imputatur nobis: hanc verò τὸ credere imputatur nobis in iustitiá, approbat. Rationem habet p. 296. Quicquid imputatur in iustitiam, vel ad iustitiam, vel pro iustitia, idipsum non est ipsa iustitia strictè & rigidè sumpta: At Christi iustitia quam ille præstitit, Patri obediendo, est ipsissima iustitia strictè & rigidè sumpta. Ergo non imputatur in iustitiam. Quemadmodum igitur Sibrandus ex eo quod τὸ credere nô sit iustificare, nec fides sit iustitia probat, non imputari, τὸ credere in iustitiam. Sic Arminius probat, obedientiá Christi non imputari in iustitiam, quia est ipsissima iustitia. Verum de hisce in consequêtibus etiá agendú erit.

Ex hisce concludo generale argumétum. Abrahamo non est imputatus habitus, nec actus, nec vterque neq; iustitia Christi in iustitiam, vt sola fide esset iustus, more Caluinistico, nihil igitur ei imputatum, si aduersarios consulamus.

Primo. Græcè dicitur, τὸ πιστεύεσθαι, καὶ ἡ πίστις, & ὁ μισθὸς λογίζεσθαι vel simpliciter λογισθῆναι αὐτῷ imputari illi: vel λογισθῆναι αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, vel imputare seu λογίζεσθαι δικαιοσύνην, ita v. 11. εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς εἰς τὴν δικαιοσύνην. vt & illis imputetur in iustitiam.

Secundo. Quo verbo Moses vtitur, est cogitare, machinari, computare, æstimare, reputare, acceptú ferre. Sic Num. 18. 27 & reputabitur nobis. Iob. 41. 20. Isa. 40. 17. Isa. 5. 28. Leuit. 7. 18. & 17. 4. Psal. 106. Accipitur autem in vtramq; partem, tam enim mala quam bona solent imputari, sic Leuit. 17. 4. αἷμα λογισθήσεται ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ. Sic 2. Reg. 19. 19. μὴ λογισάσθω ὁ κύριός μου ἀνομίαν. Deinde tam falsu, quam verè aliquid potest imputari alicui, itaque imputari potest iustitia, quæ est in iusto, & imputari quæ non est.

Tertio. Hæc latinè vertit noster interpres tribus modis, reputatur, imputatur, accepto fertur. Augustinus in Psalm. 31. deputandi verbo vtitur ita & Tertullianus cótra Marcionem l. 5. c. 3. Accepimus igitur benedictionem spiritalem per fidem, inquit, ex qua scilicet viuet iustus secundum creatorem. Hoc est ergo quod dico eius Dei fidem esse, cuius est forma gratiæ fidei. Sed & cum adjicit, Omnes enim filij estis fidei ... hæretica industria ... Abrahæ qua ... Apostolus ... Abrahæ ... secund. in quam mentionem ... os fidei notauit. Cæterum quomodo ... de ... E cuius fidei, si non Abrahæ? Si enim Abraham Deo credidit, & deputatum est iustitiæ, atq; exinde Pater multarú nationú meruit nuncupari. nus autem credêdo Deo magis proinde iustificamur, sicut Abrahá, & vitam proinde consequimur, sicut iustus ex fide viuet: sic fit, vt & supra, filios nos Abrahæ pronunciarit, quia Patris fidei, & hic Filios fidei, per quam Abraham Pater nationú fuerat repromissus.

Quarto. Vera ac viua fide reputatur iustitia, vel in iustitiam, qui eam enim habet à Deo iustus habetur. donatis omnibus peccatis Ipsum igitur credere initium est iustitiæ cum nondum est caritas, aut pœnitentiæ: deinde credere elicitum à fide, imperatum à caritate, perfectam iustitiam habet, ac pro ea reputatur. Deinde imputatur credenti, nam quicunq; credit viua fide iustitiam à Deo accipit, & iustus vere & censetur, & est. Quicquid enim Deus reputat, id non aliter esse potest, quam reputatur. Reputatio enim in tribunali Dei facta est vera. Quanquam enim homines per errorem, vel sinistrum affectum alteri sæpè imputant, quod in eo non est, non autem imputant, quod est, æterna tamen prouidentia, id quod imputat homini, si non inuenit, in homine efficit, si quidem illius bonitati non repugnet.

Primo. A Deo miserente, & iustitiam infundente, vt à causa efficiente.

Secundo. A Christi sanguine vt causa meritoria.

Tertio. Si finis quærat est gloria Dei, iusti salus.

Quarto. Si causa formalis quæratur, descripta est in Synodo Tridentina sess. 6. c. 7. Vnica formalis est iustitia Dei; non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati renouamur spiritu mentis nostræ: & non modo reputamur; Sed verè iusti nominamur. & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisq; suam secundum mensuram, quam Spiritus S. partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusq; dispositionem, & cooperationé; quamquá n. nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesv Christi communicantur: id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum S. caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atq; ipsis inhæret, vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, & caritatem. Nam per fidem, nisi ad eam spes accedat, & caritas, neq; vnit perfectè cum Christo, neq; corporis eius viuum membrum efficit Qua ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam & otiosam esse. Et, in Christo Iesv neq; circumcisionem aliquid valere, neq; præputium, sed fidem, quæ per charitatem operatur.

Quinto. Fide iustificatus est vt causa disponente, vt initio, & iam sæpe expositum est.

Obijcit Pareus l. 2. de iustificat. c. a. Petrus Lombardus facit quatuor formales inhærentes iustitias, Prima est, per sanguinem Christi, Altera per caritatem, Tertia per fidem, Quarta. per imitationem, Quatuor igitur sunt formales iustitiæ.

Responsio. Nusquam Lombardus quatuor formales iustitias inhærentes agnoscit. Verba eius quę mutilauit aduersarius integra attexá Mag sent. lib. 3. distinct. 19. §. 1. Nunc ergo quæramus, quomodo

modo per mortem ipsius à Diabolo, & à peccato, & à pœna redempti sumus. A Diabolo ergo & à peccato per Christi mortem liberati sumus. quia, vt ait Apostolus, in sanguine ipsius iustificati sumus, & in eo quod sumus iustificati, id est, à peccatis soluti, à Diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo à peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem, vt ait Apostolus, commendatur nobis charitas Dei, i.e. apparet eximia & commendabilis charitas Dei erga nos, in hoc, quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tantæ ergo nos dilectionis arra, & nos mouemur, accendimurq; ad diligendum Deum, qui pro nobis tanta fecit: & per hoc iustificamur, i.e. soluti à peccatis, iusti efficimus. Mors ergo Christi nos iustificat, dũ per eam charitas excitatur in cordibus nostris. Dicimur quoq; & aliter per mortem Christi iustificari, quia per fidem mortis eius à peccatis mundamur. Vnde Apostolus, Iustitia Dei est per fidem IESV Christi. Et item, Quem Deus proposuit propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, id est, per fidem passionis: vt olim aspicientes in serpentem æneum: in ligno erectum, à morsibus serpentum sanabantur.

Quomodo imponitur illi quod faciat quatuor iustitias formales? Nam causa est iustitia formalis, causa eius meritoria mors Christi, actualis iustitia est Christi imitatio.

Obiectio 2. Concilium Tridentinum iustificationem ait, non solam peccatorum remissionem, sed etiam renouationem, duas ergo formales causas constituit. Nam peccatorum remissio est in categoria actionis, vel relatione, renouatio est caritas, spes, fides, quæ sunt habitus inhærentes.

Responsio. Hoc quoq; argumentũ Caluiniani doctiores irrident, cum enim Concilium docet iustificationem continere duo, peccatorũ remissionem, & vitæ renouationem, nõ constituit duas formales causas, sed vnicam, cuius sunt duo termini, quemadmodum si quis dicat, illuminationem nõ esse duntaxat tenebrarum expulsionem, sed splendoris etiam diffusionem. Nec ipse aliter Caluinum excusat, quod is duplicem iustitiã dicat esse peccatorum non imputationem, & iustitiæ Christi imputationem. ita Pareus pag. 387. ad Rom.

Si ergo duobus modis vnam iustitiam Caluino licuit exprimere, cur non licuit Patribus Tridentinis? Imo licuit his, non illi. Synodus enim verè; Caluinus falsò docuit. Concilium sequuntur omnes Orthodoxi; Caluinũ ne omnes Rigidi Caluinistæ. Deinde aliud est omnia peccata manentia non Imputare, aliud iustitiam Christi absentem imputare. At doctrina Concilij vera est: nam non potest esse remissio peccatorum nisi Deus illa non imputet, nec potest esse iustitia nisi peccata deleta sint. Eodemq; proposito, & momento infunditur iustitia, & peccata remittuntur: & quemadmodum lux tenebras, sic iustitia expellit peccatum: quia ita Deus illa coniunxit; Neq, refert quod condonatio sit relatio vel actio; formalis iustitia, caritas. Hęc enim in vnam formalem rationem conueniunt facile. Relatio enim necessario iustitiæ infusæ cohæret, vt pulsio tenebrarum lumini.

Porro inhærere nobis iustitiam, expresse Paulus docet, c. 5. Iusti constituentur multi.

Primo. Contra Caluinianos hæc disputatio pręcipuè instituitur, Lutherani enim nondũ secuerũt, atq; vt se molestia exponendi exonerarent, Epistolam Apostolicam è Scripturarũ numero exciderũt.

Secundo. Verba S. [illegible] frates mei, si [illegible] quis dicat [illegible] non habeat? Nunquid pot[illegible] Si autem frater aut soror nudi sint, & in[illegible] ctu quotidiano: dicat autem aliquis ex vo[illegible] Ite in pace, calefacimini & saturamini: non [illegible] ris autem eis quę necessaria sunt corpo[illegible] detis: sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa. Sed dicet quis. Tu fidem habes, & ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendã tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus est Deus. Bene facis: & dęmones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire, ô homo inanis, quoniam fides sine operibus otiosa est? Abraham Pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? Et suppleta est Scriptura, dicens: credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tãtum. Similiter autem & Rahab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus sine Spiritu mortuum est: ita & fides sine operibus mortua est.

Difficultas est nobis, & Caluinianis communis, ita enim exponendus est Paulus ne repugnet Iacobo, ita intelligendus Iacobus, vt consentiat Paulo. Verba Pauli sunt: Arbitramur hominem iustificari sine operibus legis per fidem: Verba Iacobi Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo non ex fide tantum?

Tertio. Commune Zwinglij atq; antiquorum hæreticorum effugium fuit, vt dicerent, ὁμωνυμίαν esse voce: fides & verbo, Iustificandi. Fidem enim apud Paulum significare veram, viuam, efficacem fidem. Apud Iacobum vero, Fidem mortuam, nudam assensitiuæ notitiæ professionem, & iactantiam fidei. Iustificandi etiam verbum diuerso modo intelligi. Apud Paulum enim esse coram Deo iustum iudicari, peccatis absolui: apud Iacobum iustum coram hominibus declarari. Ex hisce oritur præclara hæc conciliatio.

Homo iustificatur apud Deũ sine operibus per fidẽ solã, viuam, efficacem: Homo non declaratur iustus apud homines per mortuam, nudam fidem, per fidei professionem & iactantiam.

Quarto. Hæc conciliatio Scripturæ non est, sed impia deprauatio, quod antequam probè monendus est lector, ab hac interpretatione, quã quidam aiunt omnium Caluinianorũ, iam cõplures è Caluinistis mollibus, & quosdã è rigidis secessionem fecisse. Vorstius enim cum non paucis aliter locũ interpretatur, cõtra Sibrandi errorẽ 90. & 94. Deinde protestatur Ecclesiã veterẽ locũ nõ intellixisse sic vt Caluiniani volunt. Tertio nec quidem sic interpretari omnes Ecclesiæ reformatæ Doctores, inter quos Piscator est in Analysi, at ille Rigidissimus est Caluinistarũ. Vt verò molliũ sentẽtiã intelligas, adiungã quę ibidẽ in errore Sibrãdi 93. habet. Operibus iustificari, & fide per caritatẽ operãte, in sacra Scriptura nunquã ęquipollent; sed sẽper opposita sunt. Resp. 1. Fateor quidẽ interdũ ita esse: cum videlicet opera legis, seu meritoria coram Deo, hic intelliguntur. Alioqui falsa est assertio. Nã si semper & quolibet sensu, illa inter se opposita essent, tum Spiritus S. ipse palam sibi contradiceret: vt qui vtrumq; de ijsdem hominibus asserit: nempe & [illegible] de ipsos iustificari, & operibus. Vide Romano[illegible] 4.

Ia[illegible]

[illegible]

[illegible] contra [illegible] transfe-

[illegible] argumentum Apostoli hoc [illegible] hoc propositum erat [illegible] solo Iacobo, vt Christianis explicaret: Fidem [illegible] agentem, sine bonis operibus [illegible] lat tantem non posse declarare iustitiam [illegible] coram hominibus, tum quia de eo nemo [illegible] tum quia contrarium suspicari nemo [illegible] erat. Quis enim adeo demens est, vt fide oc[illegible]a, quam nemo nouit iustitiam ostendi arbitre[illegible] Si enim nihil iuste, nihil temperate, nihil bene faciat, quomodo iustus, temperans, misericors, & liberalis hominibus apparebit? Si nul[illegible] opus præclarum Abrahami extitisset, notum mundo, non potuit eum mundus tanquam virum [illegible] commendare. Institutum igitur Iacobi [illegible] eorum corrigere errorem, qui in prauum sen[illegible] verba Pauli interpretabantur, putabantque [illegible] la fide, non modo sine operibus legis, sed etiam [illegible] operibus fidei, caritatis & gratiæ, se iustificatum iri.

Deinde Iacobum asserunt loqui de fide, vt est [illegible] sua notitia: Paulum de fide quæ est fiducia [illegible]s. Fidem illam quam historicam nominant, [illegible] posse iustificare. Fiduciam specialem instificare. Fidem historicam esse dæmonum fidem, Fiduciam [illegible] esse Filiorum Dei. Hac se nebula [illegible] existimant, sed non modo hunc locum sed omnia quæ ex Epistola Romana allegare solent, hac dist[in]ctione contra se vertunt. Esto enim de fide historica loquatur Iacobus. Quid hoc tuum hæresin, imo eam euertit. Sic enim con[clu]do. Iacobus Apostolus cum negat fidem sine operibus iu[stifi]care, intelligit fidem historicam, [q]ua ea quæ Deus reuelauit creduntur, non autem [illegible] tale fiduciam omnium scelerum procrea[illegible] m, omnium pœnarum, atque adeo timoris [illegible] monem: ergo ne Apostolus Paulus: cum dicit [fi]de h[illegible] iustificari, intelligit fiduciam specialem, sed fidem Catholicam, seu quam ipsi vo[ca]nt historicam. Propositio est illorum. Beza in [h]unc locum, vbi inter Catholicorum errores [illegible] censet, quod fidem eandem apud Paulum & Iacobum putent designari: nempe qua credimus Deum [illegible] &c. Hic autem illam fidem indicari à [Ia]cobo vult, quam etiam vocat simulachrum fi[d]ei. Assumptio probatur. Paulus Apostolus de [illegible] a fide loquitur, de qua dicitur: Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam, sic ver[illegible]

[illegible] de illa eadem fide agit, igitur non alia fid[illegible] intelligenda apud Paulum, alia apud Iaco[b]um. R[illegible] consequentia est: Quia vna atque [illegible] a Abraham est iustificatus. Ia[illegible] de qua Abraham iustificatus est [illegible]: probatur ex eo, quia adducit locum xii. [illegible] quem & Paulus adducit. Deinde ex eo loco

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

[illegible]

[illegible] Isaac, & [illegible] cooper[illegible] & ita suppleta [est Scri]pturam quæ [illegible] [Abra]ham Deo, & reputatum est illi ad [illegible] quam iustitiam? Ad illam quæ coram [illegible] non tantum quæ censetur iustitia apud ho[mines].

Quarta. Totum argumentum Iaco[illegible] eo, vt hortetur Christianos ad veram iust[itiam] quæ coram Deo sit in precio, non autem de [illegible] tia humana sollicitus est. Haec illa [illegible] quemadmodum nihil prodest egentibus si quis dicat: ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederit autem illis quæ necessaria sunt corpori, ita fides nihil prodest, nisi opera simul adiungantur, at fides eadem iuncta operibus, seu cooperans operibus, & consummata operibus, imputatur ad iustitiam, quia imputata est Abrahamo ad iustitiam, hæc vera est: ergo & illa.

Quinta Ratio. Fides Abrahami cooperabatur operibus non ad solam iustitiæ declarationem, sed ad ipsam iustitiam, sed veram iustificationem: non ergo de declaratione sola agitur. Antecedens probatur: Quia, ideo quod fides cooperata est operibus, & perfecta est ex operibus, ideo tanquam ἐπληρώθη, soppleta est Scriptura dicens, credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Fides igitur cooperando, & ex operibus consummata, effecit, vt Abrahamo imputaretur ad iustitiam, ad iustitiam non hominibus declarandam, sed iustitiam diuino iudicio approbatam. Agnoscit hoc in tenebris suis Pareus, cum ait, Fidem cooperatam operibus vt essent vere bona, vt [in co]mmentario loquitur. Si fides hoc egit, vt essent opera bona, & vere bona: ergo hoc egit vt Deo probarentur, atque adeo gratum efficere, eum à quo producerentur.

Quod quidam obrundunt, fidem non cooperatam operibus ad iustificandum, sed tantum cooperatam vt essent bona opera, nihil ad rem præsentem facit, & falsum est. Fides cooperata est operibus, vt impleretur Scriptura dicens: credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: ergo fides cooperata est ad iustificandum. Imputari enim ad iustitiam est iustificari coram Deo imputante, non tantum coram hominibus agnoscentibus iustitiam.

Sexta ratio. v. 24. Videtis quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum: hic sensus esse non potest. Hominem ex operibus declarari iustum, non declarari iustum ex fide tantum. Quia fides sola non iustificat declarando iustitiam, sed disponendo, inchoando, vel secundum hæreticos apprehendendo. Sensus autem Caluinisticus esse deberet. Videtis quod ea operibus, & nó ex sola fide coram hominibus homo iustus esse declaretur. At ille esse non potest. Tum quia illi de quibus agitur, qui sola fide iustos iactabant, non quærebant de cognitione hominum, & fama iustitiæ, sed fide sola iustos esse se affirmabant, hos Iacobus non erat compositurus, si tantum ostenderet, eos non apparere iustos coram hominibus. Prompta enim erat responsio Hypocritarum

Non morari se [illegible] stare, domi se sibi plau[illegible] dum fidem [illegible] contemplantur. Tum vero quia exerte rep[illegible] tentus. Dixerat v. 22. & 23. Iacobus. Abraham Pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius. & ex operibus fides consummata est? & impleta est Scriptura, dicens: credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.

Ex hoc concludit v. 24. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, non ex fide tantum. At vero v. 23. dum dicitur, imputatum ad iustitiam, intelligitur de vera iustificatione coram Deo: ratio est, quia eo sensu, imputari ad iustitiam, vsurpat Iacobus, quo Moses, sed Moses de vera iustificatione loquitur, de vera igitur intelligendus est & Iacobus. Atsi de vera iustificatione non sola declaratione loquitur versus 23. igitur de eadem v. 22. & 24. Ideo enim iustificatum operibus ait Abrahamum, quia imputatum est illi ad iustitiam, & imputatum est Abrahamo ad iustitiam: ideo quia fides cooperabatur operibus: hinc concludit, ex operibus non sola fide iustificatur homo. Qualis vero illa esset argumentatio. Abraham iustificatus est vere cum Deo ex operibus & Scriptura quæ dicit, credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam, impleta est quia fides cooperabatur ad hanc imputationem: igitur sola fide, vos non declarabimini iusti?

Septima ratio. Fides ex operibus fuit consummata ἐτελειώθη. hoc est, aucta est, & firmata, vt esset fides perfecta, ideoq; perfectius operibus cooperabatur, adeo, vt Abrahamus vnigenitum suum Deo offerret, quod opus plane heroicæ obedientiæ fuit, & pietatis, atque adeo fidei, qua credebat, à Deo illum resuscitandum: Ideo per hanc fidem & opera impleta est Scriptura, quæ dicit, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam, nō ad declarationem iustitiæ apud homines, quorum iudicio inter facinorosissimos potius haberetur immolator filij: Ideo & solitudinem quæsiuit, seruos sub monte reliquit. Respondet Pareus. Fides consummata est operibus, perfectione accidentali, seu declaratione, sed hoc iam refutatum est. Et ipsa locutio contrarium ostendit. ἐκ τῶν ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, ex operibus fides perfecta est, non autem patefacta est, non enim est fidei perfectio, si ab hominibus cognoscatur. Deinde consequitur illam perfectionem, vt Abrahamo imputetur ad iustitiam, non vt patefiat solum.

Octaua ratio. Rahab meretrix vere iustificata fuit nuncios suscipiens, & alia via eijciens, hic igitur de sola declaratione iustitiæ agitur. Nam reuera illa fuit iustificata. Veram fuisse iustificationem docet Heb. 11. 31. Fide, Rahab meretrix non perijt, cum incredulis: excipiens exploratores cum pace: Respondet Pareus, vel ante iustificatam, vel illorum sermonibus credidisse, & operibus se declarasse iustam. Refellitur. Quia ipsa susceptione iustificata dicitur, siue suscipiens. Deinde Fide, inquit Paulus, non perijt, excipiens exploratores cum pace, itaque de vera iustificatione agitur, quæ effectum non periret, & hæc iustificatio tribuitur fidei, operanti per caritatem, à Iacobo autem ipsis operibus. Denique sic est intelligenda iustificatio Rahab meretricis, sicut iustificatio Abrahami, sed iustificatio Abrahami non est tantum declaratio, quia imputatum est illi à Deo ad [illegible] o iustificat[illegible] Rahab [illegible] declaratio: ergo nec Abrahami.

[illegible]nto. D. Augustini, R[illegible] nium operationem [illegible] esse [illegible] operibus, iustitiam vero illius operibus [illegible] fuisse. Iacobus autem Abraham [illegible] dum consequentibus [illegible] sine [illegible] iustificationem non fui[illegible] sine [illegible] ribus, quæ [illegible] sine operib⁹ virium naturalium & meritorijs. De[illegible] scribit ista Augustinus in Psal. 31. de fide & [illegible] ribus cap. 14. & [illegible] & 25. de vnico Baptismo c. p[illegible] de gratia, & libero c. 7. Denique lib. 83 q. 7[illegible]. Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominē per fidem sine operib⁹ non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, vt putarent cum semel in Christum credidissent etiamsi male operarentur, & facinorosi flagitioseque viuerent, saluos se esse posse per fidem. Locus iste huius Epistolæ eundem sensum S. Pauli Apostoli quomodo sit intelligendus exponit. Ideoque magis Abrahæ vtitur exemplo, vacuam esse fidem, si non bene operetur, quoniam Abrahę exemplo etiam Paulus Apostolus vsus est, vt probaret iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, vt si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, vt nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se Gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quod dicebant, se meritis bonorum operum, quę in lege sunt ad Euangelicam gratiam peruenisse: ideoq; scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quod circumcisis Gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus præcedentibus iustificari per fidem: nam iustificatus per fidem, non potest, nisi iuste deinceps operari, quamuis antea nihil operatus iuste, ad fidei iustificationem peruenerit: non merito bonorum operum, sed gratia Dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur. Quod si cum crediderit, mox de hac vita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia in hac vita esse non sinitur. Vnde manifestū est quod Paulus Apostolus dicit: Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus. Non tamen ita intelligendum est, vt accepta fide, si vixerit, dicamus eum iustum, etiamsi male vixerit. Ideo exemplo Abrahæ & Apostolus Paulus vtitur, quia sine operibus legis, quam non acceperat, per fidem iustificat⁹ est: & Iacobus quia fidem ipsius Abrahę opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quemadmodum intelligendum sit, quod Paulus Apostolus prædicauit. Nam qui putant istam Iacobi Apostoli sententiam contrariam esse illi Pauli Apostoli sententiæ, possunt arbitrari etiam ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio loco, non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco, si fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Hinc facile apparet falsum esse, quod Pareus

gatris,

garit. Hanc sententiæ expositionem esse nouum commentum, cum tot locis à S. Augustino tradatur. Deinde cur merito nos illam interpretationem de iustitiæ declaratione fugiamus, quia noua est, quia contra textum est, quia nunc Caluiniani ipsi ab ea recedunt. Tertio, inique agere Pareum cum mendacij, hæreseosque insimulat eos, quia interpretationem Caluinianam refugiunt. Cum enim Lubbertus Rigido Caluinista dixisset pag. 99. Locum Iacobi, 2. 21. 16. misere deprauat, qui ait Apostolum, non de ostensione iustitiæ apud homines, sed de vera iustificatione coram Deo loqui, item qui ait, ex operib. iustificari istic idem esse, quod ex fide operante iustificari, &c.

Respondet ei Vorstius tote 90. 1. Nimis inciuiliter seu rustice loquitur D. Sibrand. cum deprauationem id vocat, quod multi Orthodoxi Doctores, præsertim veteres aperte tradiderunt: immo quod cum scopo Apostoli, & omnibus eiusdem argumentis, alijsque loci circumstantijs optime conuenit. 2. Etenim scopus Apostoli. vers. 14. & sequentibus est docere, hominem non seruari otiosa illa & mortua fide, quæ bonis operibus destituitur. Et huc non modo similia quædam, sed & exempla illa Abrahami, & Rahabæ accommodat. Alienum igitur foret, illum postea de ostensione tantum Iustitiæ, & non de ipsa vera iustificatione loqui. 3. Si D. Sibrando lubet, vel solam Piscatoris analysin hoc loco inspiciat. Vbi rationes non paucas inueniet, pro hac veriore sententia. Quas si reuellere volet, inueniet certe quod agat. Saltem discet ex illo fortasse, paulo ciuilius de ijs loquendum esse, qui huic sententiæ assentiuntur. Caluinus hic quidem paulo aliter sentit, sed ratio pro Piscatore facit.

Sexto. Manet tamen in verbis Pauli omnibus soluenda difficultas. Si enim Paulus citat locum Mosis ad astruendam primam iustificationem, Iacobus autem ad astruendam secundam iustificationem, alteruter improprie, imo perperam abuti videtur. Secundo Paulus de secunda etiam iustificatione agere videtur. Nam cap. 15. dicitur, fides ei reputata est ad iustitiam, cum tamen iam ante iustus esset. Expresse enim scribit Hebr. 11. 8. Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis, &c. cum verò fides iustificans, Caluinistis sit omnino indelebilis, patitetque iustitia, fidei, vt putant, indissolubili nexu cohærens, non potest eo tempore iustificatus dici Abraham, maxime cum iustitiam negent augeri posse: primam enim aiunt esse perfectissimam, at iam prima erat, nec est argumentum, nullam ergo nouam consecuta est, si Caluinistis credimus. Fatetur autem Pareus Abrahamum triginta annis amplius iustum fuisse, quam de eo diceretur. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Idem com. ad Rom. in cap. 3. conatur ostendere dogma de prima & secunda iustitia commentitiū esse. Quomodo ergo fides illi est reputata ad iustitiam?

Hac ex difficultate se varie expedire conantur sectarij, sed irrito conatu. Pareus in hunc locum dub. 2. Sane prius non fuerat fidei & iustificationis expers toties audiuis & fidei obedientia susceptis promissionibus diuinis. Tunc tamen præcipue prædicatur credidisse, & fide iustificatus esse: triplici de causa: Primum quia tunc fides eius graui tentatione quassata & perturbata (vt est in historia) potenter emersit. Deinde quia tunc fides eius reddita fuit, multo quam ante validior atque illustrior. Denique quia tunc Spiritus Sanctus fidem eius hoc elogio præcipue insignire voluit ad ipsius & nostram consolationem. Fides enim semper quidem iustifi. at, sed tunc maxime de iustificatione & gratia Dei certos reddit, quando firmissime in Dei promissione recumbit: qua de re plenibus in Genesi ad hunc locum fuit actum.

Verum illæ responsiones ad rem nihil faciunt. Nam etsi fides potenter emersit, non tamen tum iustificatus est, qui ante iustus erat: nec refert quod tunc præcipue credidit, & iustificatus est. Nam si illud quod interpretatur: Credidit Abraham Deo, &c. Est præcipue credidit, & reputatum est illi ad Iustitiam, hoc est, fide iustificatus est, quando ergo fidem amisit, aut iustitiam? Nonne & ante hunc fidei actum iustus erat, nonne Deus post primam fidem semper illi iustitiam imputauit?

Quod vero fidem exinde illustriorem reddiram esse affirmat, & validiorem, id verum est, verùm cum iustitia eius non accreuerit, quæro quomodo ille qui iustus est, dicatur iustificari, nulla noua vlius iustitiæ accessione?

Quid vero indicare vult, cum ait, Deum tunc fidem eius hoc elogio insignire voluisse? Laudarit fidem illius Deus, sed quomodo dixit fide eum iustificatum tum, cum non iustificaretur? At semper, inquit, fides iustificat, sed tunc maxime de iustificatione & gratia Dei nos certos reddit, quando firmissime in Dei promissione recumbit. Quæ fides semper iustificat? Habitus credo fidei: continuo igitur iam annos triginta habitu iustificabatur Abraham, & habitus illi imputabatur in iustitiam, seu potius passio Christi imputabatur in iustitiam. Quid ergo est: Et reputatum est illi ad iustitiam? An firmissime recubuit in promissione? non enim aliter, nec magis nunc iustificatus est, quam ante fuit. Quamuis fidea auctior facta sit, non tamen iuxta aduersariūm iustitia creuit.

Septimo. Alia responsio est, quam insinuat Pareus, & Caluinus, & sane ex illorum sequi dictis omnino videtur. Docet Pareus: Post victoriam de regibus, Abraham orbitate sua perturbatus desperata prole, & promissionum euentu cogitat de eodem testamento, & instituendo hærede serui filio. Itaq; Abrahamum grauiter peccasse volunt, vt qui Deo non crediderit, dein iterato confirmatum oraculo, resumpsisse animum ac credidisse, atque adeo ex eo peccato per fidem iustificatum esse; Quam nos sententiam si amplecti vellemus, atque ita sentire de Sanctissimo Patriarcha, cum desperasse prolem, ac proinde Deum non agnouisse veracem, sublata fuerit vniuersa difficultas: dicemus enim iustitiam perditam recuperasse, ideoque primam accepisse per fidem, non per opera quibus eam meritus sit, verùm per fidem, & caritatem. Neque enim primam iustitiam appellamus eam duntaxat, quæ omnino prima datur, sed quæ post peccatum mortale pœnitenti primum infunditur, etiamsi centesima sit.

Hac responsione tamen aduersarijs vti non licet. Quia quamuis Abraham desperauerit de prole, non tamen ea desperatione fides sublata est iuxta nouitiam Theologiam, sed habitus fidei illum, cum desperabat, in ipsa perfidia iustificabat, idque ante actum fidei, quo credidit, & ante pœnitentiam qua desperasse se doluit, mansit igitur semper integra fides, iustitiaque, quamuis stro-

cem iniuriam Deo, quod non crederet, sine dubio inferret: non igitur dicere possunt, eum credidisse, & iustificatum esse, quia iustus erat ante actum credendi, & si peccato factus esset iniustus, tamen antequam crederet iustificatus esset.

Octauo. Tenenda igitur sententia S. Augustini: excludi tantum opera liberi arbitrij, non operagratiæ, quod etiam Arminiani, Vorstiani, cæteri prudentiores sectarij concedunt. Ideoque cum negat Scriptura Abrahamum iustificatum ex operibus, de illis negat quæ sine gratia erant, his enim non merebatur iustificationem, tantum autem abest, vt ex iniusto bona opera possint iustum efficere, vt ne quidem iustiorem faciant, si à iusto fiant, non autem ex motiuu fidei, caritatis, seu gratiæ supernaturalis. Cum igitur Iudæi & Gentiles se iustos esse factos suis operibus sine fide factis gloriarentur, id falsum ostendit Apostolus, quia ne Abraham quidem talibus operibus, sed fide iustificatus est, non modo initio, quando fide exiuit in terram Chanaan, sed etiam postea, eum iustior redderetur. Ex secunda autem recte prima comprobatur, si enim iusti opera naturalia non iustificant, multo minus iniusti.

Nono. Sententia Augustini etiam recte extendi potest ad iustificationem Abrahami primam. Vt nimirum illa verba: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, non ad proxima solum referri, sed ad totam historiam vitæ Abrahami, quam à cap. 11. Moses exorsus est, vt post eam narrationem, hoc loco Moses quasi Epiphonema, & axioma proponat, eum scilicet omnia illa fecerit Abrabam, non tamen iustificatum esse suis operibus, sed fide in Christum, per quam fidem opera edidit. Neque enim heroicis virtutibus sine fide in Christum, iustitia adscribi poruit. Adiungendum hoc de prima iustitia ostenditur, credenti aut m in eum qui iustificat impium. Firmum itaque est hoc argumentum. Abraham non est iustificatus operibus liberi arbitrij: nec ergo vos iustificari potentis. ille iustificatus est fide ab initio, iustitiamque per fidem & opera fidei adauxit: non ergo vos vestris operibus liberi arbitrij, sine fide iustiores fieri potestis. Ita Augustinus intelligendum docuit.

Hinc apparet Paulum non oppugnare opera gratiæ, nam opus fidei etiam irritum redderet, sed opera Philosophica, eorum qui dic. bant. Iam bene viuo. Quid mihi præcepturus est Christus?

Decimo. Non potest vlla in parte Caluinisna defendi expositio. Ratio est, Iacobus enim fidem ait esse sine operibus mortuam, non prodesse si quis opera non habeat. Itaque ad salutem, & vt maneat iustificatio, opus est operibus. At Caluinisni ea non requirunt, fidem enim iustificantē, atq; adeo iustitiam manere fingunt, quantumuis varia atque enormia scelera committant. At Iacobus Apostolus, ne personatum quidem acceptionem eum viua & saluifica fide consistere posse demonstrat.

Cum multa adferant ex variis locis, solum nunc quæ ad hunc locum proprie pertinent exponam, etsi enim ex ante dictis intelligi & dissolui pleraq; facile queant, seorsim tamen expendere libuit, vt obiectorum vanitas tota appareat.

Obiectio 1. Paulus excludit omnia opera, quia vocat opera simpliciter: nulla ergo admittit ad iustificationem.

Obiectio 2. Paulus agit de iustificatione Abrahami iam iusti: ergo opera ex fide facta etiam excludit.

Obiectio 3. Apud Iacobum est, non, fides simpliciter, sed ἡ πίστις hæc fides: Fides mortua, nun vera, non potest saluare: non igitur de vera fide Iacobus loquitur.

Obiectio 4. v. 18. dicitur: Ostende mihi fidem tuam: ergo tantum agitur de fidei & iustitiæ declaratione.

Obiectio 5. Iacobus iustificationem negat fidei dæmonum, qui credunt & contremiscunt: ergo fides de qua agit, non est vera.

Obiectio 6. Fides mortua non est vera fides, sed Iacobus ait fidem sine operibus esse mortuam: ergo fides sine operibus non est vera fides.

Obiectio 7. Fides cooperabatur operibus: ergo ad ostensionem iustitiæ seruiebat tantum, sed non operabatur, sed tantum cooperabatur.

Obiectio 8. Opus omne habet debitum, sed non potest esse meritum, quod est debitum.

Obiectio. 9. Abraham credidit seminis multiplicationem: ergo de sua salute certius erat. Nam non poterat de carnali progenie tantum accipi, sed de spiritali. si ille Pater omnium credentium: ignur & ipse electus erat.

Obiectio 10. Vno opere hominem iustificari repugnat naturæ iustitiæ & Scripturæ quæ dicit: Qui non manserit in omnibus.

Responsio Ad 1. Non excludi omnia simpliciter opera, ex ipso Paulo colligitur. Nā illa opera excludit, ex quibus gloriari posset, qui iustificatur, at propter opera gratiæ gloriari nemo potest. Deinde admittit opera fidei & ipsam fidem. Ideo vero dixit: Non operibus, vt ostenderet Abrahæ operibus adfuisse fidem, vt monet Augustinus. Idcirco hanc oppositionem Apostolus fecit, vt ostenderet opera Abrahami habuisse fidem rectam adiunctam.

Ad 2. Iam exposui, quomodo generatim ad totam iustificationem pertineat illud: Imputatum est illi ad iustitiam. Respicit enim initium, & primam eius obedientiam quæ ex fide fuit, & omnia augmenta non ex operibus liberi arbitrij, sed ex fide accesserunt.

Ad 3. Vt argumento illo aliquid concludatur, necesse est propositionem constitui generalem. Quandocunque non dicitur simpliciter πίστις, sed cum articulo ἡ πίστις, intelligendū est de falsa fide. Quod ne quidem aduersarius concedet. Nam v. 5. c. 4. Rom. dicitur λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην, reputatur fides eius ad Iustitiam.

Ad 4. Speciem aliquam habet, quod ex Epist. Iacobi c. 2. 18. Sed dicet quis, tu fidem habes? & ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Interim si textus ipse spectetur, nullo modo hæresis fiducia per illum adiuuatur. Dicitur enim fides sine operibus mortua in semetipsa, de vera fidei morte & insufficientia agitur, non ea quæ est apud homines declaratione. Illa igitur Antithesis cum dicitur: Tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuā sine operibus, &c. Non habet eum sensum, quasi dicat, tua fides sine operibus non apparet hominibus, & mea ex operibus declaratur. Neque enim contentio est, vter apud homines fidelis & iustus appareat, sed cui fides vtilis sit, cui fides sit inanis, & otiosa; at non

est

est fides inanis & ociosa, si hominibus est incognita, sed quam Deus iudicat inanem esse.

Ad 5. Dæmonum fides & impiorum Christianorum partim conueniunt, partim distinguuntur. Conueniunt in eo quod vtrique veritati diuinę assentiantur; discrepant quod fides dæmonum non sit ex habitu supernaturali, nec voluntatis libera motione, sed ex euidentia rerum quarundam, vnde credere coguntur futura. Itaque solum monet Apostolus Iacobus non sufficere fidem habere sine caritate, si enim nudum credere sufficit, etiam dæmones essent iusti. De solo assensu agit, qui solus est proprie fides actu.

Ad 6. Cum fides mortua dicitur, non negatur veritas eius essentialis, sed vigor & virtus producendi effectus, mortua fides vera fides est, vt corpus mortuum verum corpus, lignum aridum verum lignum, mortua enim dicitur quæ est ἀργὸς ociosa, sicut Abrahæ corpus emortuum vocat Paulus, & emortuam vuluam Saræ, quod natiua fœcunditate destituerentur. Verum tamen vtrinsq; corpus, sic igitur fides emortua est sine operibus, sed vera fides, quia donum Dei.

Ad 7. Hoc argumentum magis stringit aduersarium. Si enim fides cooperabatur, non ergo relatiue duntaxat se habebat, deinde si fides cooperabatur: ergo caritas etiam operabatur: ergo & caritas ad iustificationem contulit. Deinde quomodo fides cooperabatur operibus ad ostensionem iustitiæ, nisi forte hominibus apparet, quæ opera sint ex fide, quæ vero sine fide? Deinde quomodo fides seu fiducia Calniniana cooperatur operibus, cum Beza in Colloquio Mompelgartensi profiteatur, qui nullam vnquam bonam cogitationem desideriumque habuerit, fiduciam tamen inculcandam, dicendumq; habitururum bona desideria, ac Spiritum Sanctum, solem ortum esse, etsi nondum ortus sit? Quid vero dicent eum animo deliberato, scientes, prudentes grauia atque enormia flagitia concipiunt, ausi immane nefas ausoque potiri exultant? An & tum fides cooperatur operibus? An tum fides illa viua, vegeta, fiducialis, iustificatrix, ipsaque iustitia consortia tantorum facinorum non refugit?

Ad 8. Omne debitum repugnat gratiæ, quod datur operi; datur ex gratia, non ergo ex debito. Itane vero? An promissio gratiæ non ex gratia? & an promissio non parit debitum? Omnino debitum est, sed gratuitum. Tale est omne debitum, quo obligatur Deus, debitum in sola gratia fundatum. Naturæ enim omnium creatrici, omnium Dominæ repugnat, quicquam debere nisi ex gratia. Debere tamen potest, quia promittere potest.

Ad 9. Non concluditur ex promissione de seminis multiplicatione certitudo prædestinationis, nam aliorum quoque fuit numerosa posteritas, quorum tamen de salute nihil constat. Certe Cain, Chanaan, Esau, Gentes de se genuerunt, nec tamen sanctos esse existimandum est. Neque promissio benedicti seminis, & de Christo datum oraculum illā certitudinem firmare potuit. Multi enim in Genealogia Christi peccatores inueniuntur. Pater autem credentium & typus esse potuit Abraham credens, & perseuerans, etsi de perseuerantia incertus, quemadmodum Salomon Christi typus fuit, de cuius tamen salute certi nihil constat.

Ad 10. Hoc tam est contra Caluinistas, quam orthodoxos. Si repugnat vno opere iustificari, nec vno igitur opere fidei iustificabitur quisquam: non igitur verum est: Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Imo nec etiam actibus fidei iustus esse potest quisquam. Idem argumentum de habitu pari firmitate concludit: eodē enim modo nec vno habitu iustificari quispiam posset, cur enim vnus fidei habitus iustificet, non vnus actus? Nos vero fatemur iustos nos vno opere non esse, sed iusto a habitu iustitiæ, seu caritatis, quæ omnes actus in se continet, animatque. Vno etiam opere iustificamur, dum in gratia constitutis augetur iustitia. Quæ ex alijs locis hic coaceruant, proprio in loco nos dissoluemus. Atque hic est status in Europa de religione in primario iustificationis articulo, de quo multa hoc anno Scharpius in Gallia; Tomsonus in Anglia. pag. 139. &c. Iubilæus Academicus pag. 102. &c.

VERSVS 4. & 5.

Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.

Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.

QVÆSTIO I.

An his verbis omnia merita tollantur?

§. 1. OPerans hoc loco non intelligitur vniuersaliter de eo, qui opera quęlibet efficit; quia & fides operatur, seu cooperatur, sed operans, ἐργαζόμενος est, qui opponitur credenti, operans est, qui de operibus præsumit, & eorum merito dicit sibi datam gratiam fidei, sic Augustinus. *Noli ergo præsumere de operibus, ante fidem noueris quia te peccatorem fides inuenit. Sed crede in eum qui iustificat impium, vt possint bona tua opera esse bona opera.* Hoc est, vt non modo moraliter sint bona, sed insuper ad vitam æternam vtilia. Videatur Augustinus in Psal. 31.

Sic & Augustinus tractatu 29. in Ioan. interpretatur: Credenti in eum, hoc est, fide cum dilectione, seu per dilectionem operante, sed audire eius verba præstāt. *Credenti autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit Deus: & non inuenit quod exigat, si donauerit quod inueniat. Quæ fides nisi quam definiuit alio loco Apostolus plenissime dicens: Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur? non qualiscunque fides, sed fides quæ per dilectionem operatur.*

Hæc autem fides suam habet mercedem; quia promissionem. Nec vanam tamen habet gloriationem, sed quia suus Deus dignatur, quæ non est ex nobis, sed ex vocante, & gratis iustificante, qui autem sine fide operatur, gloria destituitur.

Habemus igitur quid sit operari & credere, nunc argumentum Paulinum expendamus, quod ostendet, quibus merita dentur, quibus negentur.

§. 2. Argumentum Apostoli tale est. Omni operanti viribus proprij arbitrij, operanti sine fide,

merces datur, non secundum gratiam saluantis, sed secundum debitum, merito enim suo mercedem postulat, qui de suo laborem impendit, sumptum fecit: at vero Abrahamo merces ex gratia data est, non ex debito, iustificatus est enim gratis. Hoc ex argumento valide reuincitur hæreticorum cauillum quod ex hoc loco arguto sibi deducere videntur. Hic enim sola illa opera à iustificatione excluduntur, & fidei opponuntur, quibus admissis sequeretur gloriatio aduersus Deum: illa autem opera liberi arbitrij sola, non opera gratiæ, gloriatio consequitur, de illis igitur solis Apostolus hoc loco agit, & fidei opponit. Nam si opera gratiæ, & opera fidei complecteretur, dicendum esset, mercedem operibus ex gratia factis non dari secundum gratiam, sed secundum debitum. At operibus gratiæ sine gratia mercedem dari repugnat ipsi gratiæ.

§. 3. Obijciunt: Operans dicitur qui meritis confidit, qui debitam mercedem esse putat, qui mercedis intuitu operatur: omne igitur, quocunq; nomine venit, debitum, hic rejicitur.

Responsio. Meritis confidere nemo debet, cum nemo quæ & quanta sint merita cognoscere possit, intuitu mercedis operati sunt sancti, & nos Deus operari hac spe iussit, non quod nostris absolute operibus merces debeatur, sed quod promissio Deum fecerit debitorem. Quanquam & operans aliquid adfert, ita Chrysostomus καὶ γὰρ τῷ πιστεύοντι λογίζεται, οὐκ ἂν δὲ ἐλογίσθη, εἰ μὴ αὐτός τι εἰσήνεγκεν, ὥστε καὶ τούτου ὀφειλέτην ἔχειν τὸν Θεόν, καὶ οὐ τῶν τυχόντων ὀφειλέτην ἀλλὰ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν πραγμάτων. Etenim credenti imputatur, non autem imputaretur, nisi & ipse de suo aliquid adferret, & sic Deum debitorem haberet, non quarumlibet debitorem, sed magnarum atque sublimium. Constat ergo mercedem deberi, ex promittente, non ex operum vi naturali. Deinde enim non dici operantem, quia opera fidei & singulatim caritatis omittit: Iustitia enim infructuosa esse non debet, sed qui ex operibus sui liberi arbitrij, quamuis heroica videantur, iustitiam sibi non arrogat.

§. 4. Duo hoc loco adduntur. In quibusdam Latinis codicibus est. Secundum propositum gratiæ Dei. In Syro *credenti autem tantum.* בלחוד *balhad.* Neutrum admittendum puto. Non primum, quia nec est, Græco, nec Syro, nec Latinis correctis, non innonitur in commentarijs Græcorum, vel Latinorum. Toletus se antiquissima exemplaria vidisse ait, in quibus fuerit; sed non dubito ex glossemate esse textui inlectum. Alterū in solo Syro est, in nullis alijs exemplaribus, nec interpretibus.

VERSVS 6. 7. 8.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui accepto Deus fert iustitiam sine operibus.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum.

QVÆSTIO L.

Quomodo imputetur iustitia? non imputetur peccatum?

§. 1. VArios sibi errores ex sanctissimis, & consolatione plenis Prophetæ verbis sectarij colligunt. Sola fide nos iustificari. Sola peccatorum remissione constare iustitiam, peccata tegi, non tolli, nulla sibi peccata imputari.

§. 2. Non dicit Dauid aut Paulus ex Dauide; Deum sola fide, hoc est fiducia contentum, non imputare peccata, aut iustitiam dare. Nusquam illa verba, aut verborum sensus: per errantes consequentias tantummodo quæritur, non inuenitur ille sensus. Quod iam ex dictis cap. 3. constat. Tum ex sanctis interpretibus, & doctis. Chrysostomus in hunc modum. Quid igitur ait Dauid? quem beatum prædicat? An eum qui operibus turget? τοῖς ἔργοις κομῶντα. An qui gratiam consecutus est? & concludit eum qui gratiam accepit, eum iustum esse. Dicitque, Deum talem hominem δίκαιον ποιῆσαι, Iustum facere. Illam vero iustitiam dicit plenam mercede. Et Scholia Græca vocant eam iustitiam μυρίων γέμουσαν μισθῶν, continentem multa mercedum millia. Augustinus enarratione 2. in Psalm. 31. Intelligentia vocatur Psalmus ille. Prima ergo intelligentia, vt te noueris peccatorem. Secunda intelligentia, vt cum ex fide bene cœperis operari, ne hoc viribus tuis, sed gratiæ Dei reputaueris. Ita non erit dolus in corde tuo, hoc est in ore interiore tuo, nec aliud in labiis, aliud in cogitatione. Non eris de eis Pharisæis de quibus dictum est; Similes estis monumentis dealbatis, à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis dolo, & iniquitate. Iustitia ergo talis est, quæ peccata non tantum tegit, sed tollit, in publicano sublata, in Pharisæo tecta erant, ideo non iuit iustificatus in domum suam. Causam reddit Augustinus. Exponit regulam legis suæ. Vultis audire quare? Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Origenes docet, peccatum per pœnitentiam remitti, per bona opera tegi. Idem secutus est Ambrosius l. 2. cap. 5. de pœnitentia. & Oecumenius. Tegi dicit διά τινων κατορθωμάτων ἐπικαλυφθῆναι, καὶ καταποντισθῆναι: Bonis operibus euinci, & submergi. Nazianzenus orat. de Baptismo. Tegi peccata cum ipsa quidem condonantur, manere tamen in animo peccaturis malos quosdam habitus. Ambrosius de Dauide cap. 23. Sanguine Christi deleri docet Augustinus lib. 1. contra duas Epistolas Pelagian. *Tecta sunt peccata, non quasi ibi sint cooperta, & viuant, sed tecta sunt, & abolita sunt. Si texit peccata Deus, noluit aduertere; noluit animaduertere, noluit punire, noluit agnoscere, maluit ignoscere. Consule & Gregorium hom.* 4. in Ezechielem. *Benefactis tegenda* dicit.

Denique hoc verba Dauidis conuincunt: Addit enim: *non est in spiritu eius dolus.* Dolus autem est, si suis viribus, non gratiæ Dei deputet, quod bene operetur. Deinde vt idem Augustinus: *Si similis fuerit sepulchris dealbatis, cum sit iniquus iustum se prætendit.* Id quod se facere negare non possunt illi, qui enim animo deliberato in sceleribus enormibus hæreant, coram Deo se tamen perfecte iustos ac beatos esse iactant. Confirmatur hoc ex v. 5. Dixi: *Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Ecce inter dispositiones, seu conditiones, est accusatio sui. Pulchre Augustinus, *Dixi. Quid dixisti? Non iam pronunciat, sed promittit se pronunciaturum; & ille iam dimittit. Attendite fratres: magna res dixi pronunciabo, & tu dimisisti: quia eo ipso quod dixit pronunciabo, ostendit,*

Imputatio iustitiæ habet veram iustitiam.

dit quia nondum pronunciauerat. Hb. sum dicere pronuntiabo, pronunciare est: ideo & tu remisisti impietatem cordis mei. Confessio vero mea ad os non dum venerat. Dixeram enim pronunciabo aduersum me, verumtamen Deus audiuit vocem cordis mei. Vox mea in ore nondum erat, sed auris Dei iam in corde erat. Tu remisisti impietatem cordis mei, quia dixi pronunciabo, & non suffecerat: Non dixit. pronunciabo iniustitiam meam Domino: non sine causa dixit, pronunciabo aduersum me, & hoc interest. Non igitur sola fides, sed dolor, & contritio cum fide est quæ iustificat.

§. 2. Multo minus Propheta Dauid docet solâ remissione, sine vera iustitiæ donatione, atque infusione constare perfectam iustitiam ac beatitudinem. & quod inde consequitur, peccata tegi tantummodo, non aboleri, remissionem enim plerique interpretantur tectionem. Qua quidem in re nos iniquissime calumniantur, cum dicunt nos contra expressum Dei verbum remissionem & tectionem peccatorum negare. Neque enim inficiamur peccata remitti, eademque tegi, sed ita vt non sint, non vt manentia à Deo non videantur. Primo enim si peccata remanent, homicidia, mendacia, fraudes, doli, quomodo dicitur: *Et non est in spiritu eius dolus?* cum dolo malo plenus sit, cùm sit integer dolus, etiam cum iustus fit? Deinde per hanc iustificationem Rom. 5. accipiunt abundantiam gratiæ, & donationis. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Quomodo vero ad mensuram gratia datur, si quod datur non accipitur? Hæc est caritas diffusa in cordibus nostris. Hac 1. Cor. 6. *Abluti. sanctificati, iustificati dicimur,* alioqui si iniustis & impijs iustitia imputatur, non magis quam dæmones iusti sumus. Deinde Paulus paulo post, cum dicit: *Quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. internæ renouationi iustificationem tribuit,* quam comparat resurrectioni, & cap. 6. docet in nobis iustitiam esse loco peccati, cum monet vt exhibeamus membra nostra arma iustitiæ. Sic Gal. 5. Eph. 4.

Tolle & delere.

§. 3. Rationes hoc ipsum indicant. 1. Iustificatio enim nec explicari nec intelligi potest, sine ratione mutationis cuiusdam à termino ad terminum, recedit à peccato, terminatur ad iustitiam, sicut illuminatio à tenebris ad lucem est motio. Respondet Pareus l. 2. de iustificat. c. 6. pag. 452. *Iustificationem Euangelicam non fieri per motum sed per imputationem iustitia sine operibus iuxta doctrinam Apostoli* Rom. 4. 6. Sed refellitur: si non fit per motum, igitur in termino à quo manet, qui iustificatur, vt si illuminatio non fieret per motum à tenebris ad lucem, manerent tenebræ, & Deus iudicaret tenebras lucem, si aëre tenebroso imputaret lumen, quod iudicium diuinæ omniscientiæ tribuere est penitus blasphemum. 2. Iustificatio non modo à pœna liberat, sed etiam gloriam tribuit, at sola remissio peccatorum præcise tantum à pœna liberat, gloriam, aut præmium nullum confert. Cui enim à rege peccatum solum remittitur, nec præmio dignus censetur, nec illud accipit. At Paulus ipse ad Tit. Ep. 2. cap. vlt. *Repositam coronam iustitiæ sibi pronunciat.* Si igitur illi qui absoluuntur, non consequuntur noua pręmia, cum liberi à culpa pronunciantur, quanto minus, qui cum improbissime vixerint, viuant, viuere que in futurum deliberant, idcirco digni præmio censebuntur, quia Deus impietatem illis non imputat? Respondet Pareus eodem loco: *Iustificationem tribuere ius ad gloriam, non actum gloriæ; nam ad*

Iustificatio.

illam requiri etiam renouationem. Verum hæc responsio ad rem non facit: iustificatio quidem vera gloriam confert, sed iustificatio illa quæ est in remissione sola, nō habens adiunctam veram iustitiam, nullamque prauissimæ voluntatis mutationem, non dat ius ad gloriam, neque vllus sic iustos, nedùm beatos censemus: cum Deus impio, qui manet impius: hoc non largiatur. Deinde effugium illud iugulat causam aduersarij. Iustificatio dat ius ad gloriam, iure igitur debetur gloria, debitor est igitur Deus, si dicat ex gratia debitorem esse, hoc amplectimur, sed mento exposcimus, vt & nobis permittat dicere: Deum ex gratia debitorem esse, vt opera gratiæ suæ coronet.

Deniq; Iustificatio ex inimicis facit amicos, filios dilectos ciues sanctorum, domesticos Dei, hęredes regni. Fieri autem non potest, vt qui inimicus erat, & hostis capitalis, sine vlla animi mutatione sit amicus, & iustus. Nec vllus reconciliatur nisi maleuolentia in beneuolentiam commutet. Quod etiam in ciuili fœdere, & redintegratione amicitiæ constat.

Ex hoste nō fit amicus nisi voluntate mutata.

Respondet Pareus: *Hæc omnia præstare remissionem peccatorum, quia tollit causam inimicitia, & reconciliat nos Deo.* At nequaquam ad rem est responsio. Non enim in homine sceleratissimo, quales sunt iusti Caluinistarum, manente impio peccati proposito, potest esse filij, atque amici dignitas, idcirco duntaxat, quia pręsens, atque ardens eius nequitia non imputatur, & dolus, qui est in Spiritu illius, non æstimatur.

Verum hæc breuiter, nam res adeo nota est, vt veteribus patribus hęc iustificationis ratio in mentem nunquam venerit. Ideoque & Kemnitius & Caluinus Patrum sententiam reijciunt, tam in illos, quam in nos iniurij; in illos quidem, quod nunc post tot sæcula sententiam defunctorum, doctrinam Ecclesiarum hactenus nunquam reprehensam tollere nituntur. In nos vero, quod hæreticos & Antichristianos vocent, quod doctrinam sanctorum Patrum tuemur. de patribus vide Bellarm. l. 2. c. 8. de iustificatione.

§. 4. Quod vero affirmant ex his sequi nulla sibi peccata imputari, eiusque rei certos se esse, id supra refutaui, nec ex hoc loco deducitur, cum enim non dicat, Caluino vel Pareo Beatus es, quia nō imputauit tibi Dominus peccatum, non potest esse ea de re certus, quæ ei indicata nunquam est. Verum in sequentibus hac de peculiaris tractatus instituetur.

QVAESTIO II.

Quænam aduersarii aduersum hæc obiiciant?

§. 1. OBijciunt: *Hic est iustificationis definitio, non dimidia, sed plena; si plena iustificatio ergo constat sola remissione peccatorum, sine infusione virtutum. Si dimidia quomodo beatus dici potest, qui dimidiata tantum parte iustificatus est?* Pareus sentiens facile Caluinum esse rejectum à Bellarmino, sic format argumentum pag. 488. de iustit. l. 2. c. 9.

Responsio. Primo, Parei conclusionem facilè concedimus, iustificare esse ex misericordia peccata condonare, non velle punire, quippe Christi obedientia recta, ac expiata, modo det, quod Patres, Scripturæ, ratio suadēt, peccata illa cōdonari, non puniri, quia abolita sunt, succedente iustitia, quod controuertitur. Secundo, Caluino respondet Bellarminus. Cum Dauid dicit: *Beatus vir qui*

Beatitudo vni tribuitur & alia non excludit.

timet Dominum, Beati immaculati in via, an sit dimidia, an plena iustificationis definitio? addo cum dicit: *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum: Beati omnes qui sperant in Domino: Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: Beati pauperes: Beatus vir qui suffert tentationem. Hic beatus in facto suo erit.* An in his omnibus beatitudo vni timori, integritati, spei, eleemosynę, paupertati, tolerantię facto tribuatur, vt cætera omnia excludantur? Si affirmat, vnica sola sententia vera est, cæteræ falsæ. Si autem omnes veræ sunt, vt sunt verissimæ, cur, cum dicitur: *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum*, excludit omnia alia? Insignis imperitia, *Beatus est cui non imputatur peccatum*: ergo sola non imputatione sum iustus. *Beatus qui timet Dominum*: ergo solo timore iustificor. Maior vero nequitia in illo dilemmate cernitur: Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, in omni igitur scelere, quamuis velim, faciamque peccatum, beatus sum.

Caluinum tamen Pareus tueri conatur. *Apostolus Euangelicam iustificationem non per timorem Dni, nec per immaculatam ambulationem, sed per remissionem, tectionem, non imputationem peccatorum definit.*

Sed hanc responsionem iam ante exclusit Bellarminus. Si enim Dauid cum dicit: *Beati immaculati*, non excludit imputationem, cur cum de imputatione loquitur, excludit immaculatam ambulationem? hæc loquendi diuersitas probari debet ex Scriptura.

§. 2. Vrgeot porro. *Imputare iustitiam* (Pareus pag. 489.) *est integre iustificare iustitiâ imputatâ: quia est beatificare, peccata remittere, tegere, non imputare, est imputare iustitiam absque operibus. Peccata igitur remittere, tegere, non imputare, est integre iustificare iustitiâ imputatâ.*

Responsio. Hæc etiam iam dudum soluta sunt. Nam primo recte negamus esse hoc loco definitionem, nec hoc probat: deinde imputare iustitiam, est iustificare iustitiâ imputatâ, sed quæ vere insit, quæ cum remissione peccatorum sit connexa. Neque enim dicit Dauid: *Beatus vir blasphemans, occidens, adulterans, rapiens, quia Deus illi non imputat peccata*, itaque opus est iam peccata abesse, deleta esse.

§. 3. Imperitè Pareus pag. 489. *Dicit esse impudentem corruptelam Scripturæ, quod remittere, tegere, non imputare peccata, sit penitus delere, expellere, expurgare peccata, iustitiam infundere. Quia est ignoscere, pœnas non exigere.* Hęc ille mira impudentiâ, quasi Deus ignoscendo non possit etiam tollere peccata.

Responsio. Remittere peccata est veniam dare, ignoscere, pœnam non exigere, illi coniuncta est iustitię infusio. Recte Bellarminus l. 2. de iustificat. c. 9. *Neque aliquid probant argutiæ Kemnitij. Nam non dicimus, non imputare peccatum, esse infundere iustitiam, nisi consequenter, quia videlicet sequitur infusio iustitiæ ad non imputationem, cum Deus non possit falli non imputando id quod imputare deberet. A contrario autem sensu non efficitur, vt imputare peccatum, delere sit iustitiam, vel infundere impietatem, ne consequenter quidem, nam cum Deus imputat peccatum, habet pro peccatore eum, qui revera est peccator propria voluntate & operibus. Non enim necessarium est vt Deus iustitiam deleat, vel iniquitatem infundat, cum satis per se sit homo potens & fortis ad malum. Præterea si diceremus, non imputare peccatum esse infundere iustitiam, imputare peccatum, non esset infundere iniquitatem, sed esset non infundere iustitiam. Quemadmodum enim non imputare peccatum, & imputare peccatum contradicentia sunt, non contraria, ita quoque à contrario sensu colligi debent duo contradicentia, infundere iustitiam, & non infundere iustitiam, non autem duo contraria, infundere iustitiam, & infundere iniquitatem.* Cum enim in peccato sit iniuria Deo illata, reatus pœnæ, macula seu deformitas, seu priuatio gratiæ quæ in animo esse debebat, omnia illa ita connexa sunt, vt cum peccatum non imputatur, iniuria remittatur, pœna condonetur, gratia infundatur, imo infusionem gratiæ cætera consequantur, deleto enim peccato eodem momento temporis iniuria remittitur & pœna, quamuis ordine quodam rationis prior sit peccati purgatio. Sunt igitur plura hic beneficia, sed proprie iustificatio est in iustitiæ donatione.

Deinde exemplum sumptum à creditoribus in nostram rem est efficax. Dimittimus debitoribus nostris, & sic dimitti peccata nobis nostra postulamus, sed tamen aliter nos alijs, aliter nobis Deus nostra dimittit debita. Nos dimittimus iniuriam, pœnamque condonando, non voluntatem corrigendo, non impium sanctificando, neq; enim Dauid cum Absoloni fratricidium remitteret, eû sanctum fecit, aut prauum ingenium mutauit, sed ad maiora audenda ansam dedit, ideoque nemo Absolonem ea parentis leuitate iustû pronunciauit. Deus autem, cui iniuriam & pœnam dimittit eius etiam voluntatem per gratiam immutat, dedecus abolet, & amicum efficit. Quemadmodum igitur Dauid, si animum filij parricidialem, & futuros conatus, & furores iam mente conceptos vidisset, nô recepisset filium in gratiam, nisi mutatam eius tam improbam voluntatem cognouisset, ita nec Deus iniuriam pœnamque remittit, nisi iustum fecerit. Sensus igitur est: *Remittite & remittetur vobis.* Hoc est, remittite iniurias pœnasque proximo, quod vos potestis, & Deus remittet vobis iniurias pœnasque delendo peccata vestra, quod ille potest, & facit, vos autem in proximo non potestis. Itaque diuina non imputatio, remissio, deletio, tectio, eodem recurrunt, dicique potest iustificatio esse peccatorum remissio, deletio, non imputatio, tectio, iustitiæ infusio. Peccata vero tolli discimus Ioan. 1. & 1. Ep. 3. Mich. 7. 1. Cor. 6. Ps. 50. Ezech. 36. Isa. 1.

§. 4. Obijcit iterum. (Pareus pag. 491. *Tegi dicuntur peccata, non quia expelluntur, (expulsa enim non teguntur, cum non sint.) sed quia misericordiâ Dei ignoscuntur: quomodo & caritas dicitur tegere multitudinem peccatorum, non quia expellit, sed quia ignoscit, non reuelat. Addit: iustitiâ imputatâ, tanquam nitidissima veste operiri. Non cessare. Quæ enim teguntur etsi non cessent esse, cessant tamen videri.* Qua ex sapientia sequitur: Deum peccatores in scelere peragendo perseuerantes iustificare, velando delicta.

Responsio. Est hic fastigium hæreticæ impietatis, & puluinar securitatis non Christianæ vt nonnulli vocant, sed Caluinianæ. Tegi enim omnia peccata præterita, præsentia, ac futura pariter existimant; cum enim illorû homicidia, blasphemias, libidines esse non cessent, putant tamen cessare videri, tecta esse, quia Deus videri illa nolit, tecta quod ad ea oculos intendere Deus nolit. Quicquid igitur delinquunt, hoc Deus tegit. Magnum certe opus Deo imponit, qui eum hoc præcipue agere volunt, vt sceleratorum flagitia tegat. Oculos iustitiæ auertat, misericordiæ in eos conuertat. Quid enim interest inter licentiam Epicuream, qui Deum otiosum, nec humana curantem fingunt, & Caluinianam blasphemiam, qui eum omnes alios peccantes iudicantem, Caluinistarû non velle videre, non punire comminiscuntur? Quid vero sit tegere peccata ex Augustino potius discamus. *Beati quorû*

remissæ

remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Nec sic intelligatis quod dixit peccata cooperta sunt, quasi ibi sint & viuant. Tecta ergo peccata quare dixit: vt non viderentur. Quid erat Deo videre peccata, nisi punire peccata? vt noueritis quia hoc est Deo videre peccata, quod punire peccata, quid ei dicitur: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Peccata ergo tua non videat, vt te videat. Quomodo te videat? Quomodo Nathanaelem. Cum esses sub arbore vidi te. Vmbra hic non impediuit oculos misericordiæ Dei. Nec est in ore eius dolus. At vero qui nolunt confiteri peccata, laborant sine causa in defensione peccatorum suorum. Et quanto dimissius laborant in defensione peccatorum suorum iactantes merita sua, non videntes iniquitates suas, tanto plus robur eorum & fortitudo deficit. Ille enim fortis est, qui non in se, sed in Deo fortis est. Et: *Deus ergo tegat vulnera non tu. Nam si tu tegere volueris erubescens, medicus non curabit. Medicus tegat, & curet, emplastro enim tegit. Sub tegmine medici sanatur vulnus, sub tegmine vulnerati celatur vulnus. Cui celas? Qui nouit omnia.* Tectio itaque est, non manentium, & regnantium, sed per gratiam abolitorum.

Sic Iustinus in dialogo cum Tryphone, Gregorius, Nazianzenus, alij: Deus enim tegit, & delet peccata præteritis pœnitentibus, non autem præsentia tegit ante pœnitentiam.

Quantum vero ab illa interpretatione abhorruerit Augustinus, constat ex l. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum qui Catholicos calumniabantur, dicebantque: *Nos dicere: Baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur.*

Calumniæ respondet Augustinus: *Quis hoc adversus Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim Baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum & auferre crimina, non radere, nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum vnde crescant: verum resecanda peccata. Nam & istam similitudinem comperi sua illos adhibere calumnia, tanquam hoc nos sentiamus atque dicamus. Sed de ista concupiscentia carnis falli eos credo vel fallere, cum qua necesse est vt etiam Baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu Dei agitur, pia mente confligat. Sed hæc etiam si vocatur peccatum, non vtique quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur. sicut Scriptura manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam illicite fiunt, dicuntur, cogitantur, quæ transacta etiam reos tenent si non remittantur.* Tegi igitur peccata est deleri, vt idem Augustinus q. 103. in Exod. *Peccata per confessionem exprimi docet, & per gratiam, quæ data est Ecclesiæ aboleri, & hoc est tegi.*

§. 5. Obijcit. Pareus pag. 547. Iustitiâ imperfectâ in Dei iudicio nemo iustificatur. Ratio; quia exigitur perfecta. Maledictus enim omnis, &c. Iustitia inhærens, quantalibet sit, in sanctis est imperfecta, reformidans Dei iudicium. Ergo in Dei iudicio non potest consistere, at nostra iustitia perfectissima esse debet.

Responsio Bellarmini lib. 2. de iustificatione cap. 14. *Respondeo. hoc argumentum si quid probat, probat iustitiam actualem non esse perfectam; non autem probat, iustitiam habitualem, qua formaliter iusti sumus, vt paulo post fusius ostendimus, non esse ita perfectam, vt absolute, simpliciter, & proprie iusti nominemur, & simus. Non enim formaliter iusti sumus opere nostro, sed opere Dei, qui simul maculas peccatorum tergit, & habitum fidei, spei, & charitatis infundit. Dei autem perfecta sunt opera.* Deut. 32. *& exquisita in omnes voluntates eius* Psal. 110. *Vnde paruuli Baptizati, vere iusti sunt, quamuis nihil operis fecerint. Addo præterea, nec de iustitia actuali argumentum illud recte concludere. Iustitia enim actualis; quamuis aliquo modo sit imperfecta, propter admixtionem venialium delictorum, & egeat quotidiana remissione peccati, tamen non propterea desinit esse vera iustitia, & suo etiam quodam modo perfecta. Sed de hac re dicemus in lib. de iustitia actuali.*

Multis contradicit, & verissimæ responsioni Bellarminianæ falso occurrit Pareus, pag. 548. Primo, Maior est verissima. Quia qui deficit in vno, est omnium reus. Deinde iustitiam debere esse non aliquo, sed omni modo perfectam, opera Dei esse omni modo semper perfecta. Iustitiam nostram actualem esse oportere, non modo habitualem, nec ex parte imperfectam.

Verùm hoc est probandum, iustitiam, vt iusti simus, debere esse actualem, nam formaliter habituali sumus iusti, hoc igitur probandum erat. Deinde obijcit, *iustitiam actualem partim perfectam esse, partim imperfectam*, nugatorie dici, Deum omnibus modis perfectam requirere. Respondeo, hoc exponi proprio libro à Bellarmino, nunc sufficit, opera nostra ex gratia & Sancto Spiritu facta, etsi sint imperfecta, grata esse, sic & iustitiam non omnibus modis perfectam acceptari à Deo, vt eâ pro modulo humano simus iusti. Quod si hoc argumento oppugnari putas Bellarminum; sciat eodem euerti Arminium, Bertium, totam Hollandiam, ac doctiores Caluinistas, contra eos enim argumentatur Sibrandus. Fides actualis, seu τὸ credere, est imperfectum: non igitur imputatur ad iustitiam. Cui respondent omnes illi: *Fidem etsi perfecta non sit omni modo, quia sit tamen opus Dei, donum Sancti Spiritus à Deo acceptari pro perfecta legis impletione.*

§. 6. Obijcit. (Pareus pag. 550.) *Quod derogat meritis Christi, eo non iustificamur sed damnamur, opinio de inhærente iustitia hoc facit: ergo non est probanda.* Nam si dono Dei inhærente iustificamur, inanis est passio Christi.

Responsio. Neganda assumptio. Nihil enim detrahimus passioni & meritis Christi, sed magnum decus adferimus. Non enim solam imputationem, sed etiam iustitiam eius meritis acceptam referimus. Mortis Christi non vnus effectus est, sed præcipuus tamen nostra salus. Nazianzenus orat. 43. Paucas sanguinis guttas, ait, totum orbem ἀνακτίσαι instaurare, coniungere, & sicut coagulum lac, ita homines in vnum coniungere, & constringere.

Nec responsionem elidit, quod ait Pareus, Christum non debuisse nobis mereri charitatem, qua iustificaremur, sed vt fide iustificemur. Quod vero fingit per iustitiam inhærentem à Christi meritis pendentem gloriam iustificationis nostræ Christo debitam non tribui, impium est. Nam regeneratio & sanctificatio nostra, atque adeo salus æterna à Christi merito pendet, sanctitas tamen, & nouitas inhærent, vt docet ipse Pareus, & tamen sanctificationis nostræ, salutisque gloria in solidum Christo tribuitur, non operibus legis, & per Christi obedientiam iustificamur, sanctificamur, regeneramur, nostra tamen iustitia, nostra sanctitate, nostra nouitate, sed ita vt sint Dei dona: nec Dei gloriæ decedit quicquam si det nobis propriam iustitiam inhærentem,

Inhærens iustitia nihil Christi meritis detrahit.

tem, quia non est contra eius gloriam si det caritatem, omnesque virtutes inhærentes, si conferat gloriam, felicitatemque æternam nobis inhærentem, si enim tu Deum laudas iustitiam tibi scelerato, manentibus peccatis, imputantem, cur ergo eum cum Apostolo non magis laudem, mihi renouato, deletis peccatis, infundentem, & sic non imputantem?

Deinde hæc in aduersarios retorqueo. Christus sua passione ac doloribus potuit mereri, atque impetrare à Patre, vt peccata nostra deleret, alioqui plus Satanæ tribuitur virium quam Christo, & maior est vis peccati, quam gratiæ. Respondet Pareus, potuisse Christum sed noluisse, quia certate nos voluit. Sed primum quæro vnde sciat eum voluisse? Vbi enim profitetur se iustitiam inhærentem noluisse nobis mereri? An Diabolus potuit vere peccatores facere, & fecit, Christus vere iustos potuit facere, sed noluit, maluitque impios, manentes impios æstimare iustos? At sic esset nostra iustitia, non Dei: Iam olim hoc dissoluit Augustinus in Psal. 30. *Et in tua iustitia erue me & exime me. Nam si attendas ad iustitiam, damnas me. In tua iustitia me erue. est enim iustitia Dei, quæ & nostra fit, cum donatur nobis. Ideo autem Dei iustitia dicitur, ne homo se putet à se ipso habere iustitiam. Sic enim dicit Apostolus Paulus. Credenti in eum qui iustificat impium: Quid est? qui iustificat impium? Qui ex impio facit iustum. Deputatur fides eius ad iustitiam, Iudæi vero qui suis viribus se putabant implere posse iustitiam, offenderunt in lapidem offensionis, & petram scandali, & gratiam Christi non agnouerunt. Acceperant enim legem: qua fierent rei, non qua liberarentur à reatu.* Audis illa verba: *Quid est, qui iustificat impium? Qui ex impio facit iustum.*

§. 7. Grauius insurgit Pareus pag. 552. *Quod præbet occasionem superbiæ, id non iustificat, sed perdit, nec ferendum est in Ecclesiâ. Dogma inhærentis iustitiæ iustificantis coram Deo, illud facit: ergo, &c.*

Respondet Bellarminus negando assumptionem, nam iustitiam Dei se Catholici dicunt habere ex Dei munere, & gratuita misericordia. Deinde eos potius incredibili tumere superbia, qui se iactant Christi iustitiam apprehendisse, omnibus Sanctis ipsique Dei genitrici, imo Christo æquales esse. Vrget Pareus pag. 553. *Assumptionem nostram esse verissimam Bellarminus in fine lib. 4. & 5. liquido probabimus. Papistas non posse legem Dei perfecte implere, sed plus quam debent præstare. Non solum ex pacto, sed etiam ratione operum ita mereri, vt Deum sibi debitorem faciant, & super iniurijs conuenire possint: nisi præmium eorum meritis debitum reddat. Quæ profectò plusquam Diabolica est superbia, vel potius furiosa dementia est, creaturam in creatorem, lutum in figulum, talem in modum insurgere.* Quin videtur eo modo creator deijci de throno & iudicium de illo dari creaturæ, quod omni videtur idololatriâ grauius.

Respondeo. Quædam hic calumniosa, quædam falsa, quædam pro nobis faciunt.

Primo, Calumnia est Catholicos docere nos legem Dei perfecte posse implere, si de accurata perfectione intelligat, qualem fingebant Pelagiani, non autem de perfectione quæ datur ex gratia Dei in hoc mundo, quæ est perfectio secundum quid, de qua perfectione Augustinus l. 3. contra duas Epistolas Pelagianorum.

Secundo, Calumnia est de merito ex operum dignitate. Cum enim dicit, docere nos: *Vitam æternam bonis operibus de condigno, non solum ex pacto, sed operum ipsorum ratione mereri, vt sibi Deum debitorem faciant*, anceps est, si enim dicit: sine pacto opera mereri, dicimus id nobis falso imponi, si vero facta hypothesi promissionis, & inito fœdere opus ex gratia Spiritus Sancti factum habere propositionem ad præmium, sicque Deum fieri debitorem hominis, nihil dicimus vel à fide vel ratione alienum, imo dicimus, quod sancti Patres iam olim docuerunt, quorum Diabolica esset ista superbia, vel potius furiosa dementia, quam nobis demens imponit. Certe reus erit Diabolicæ superbiæ & furiosæ dementiæ. Augustinus cum ait in Psal. 109. *Fidelis Deus qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, vt cum ea quæ promisit soluere inciperet, in Scriptura promissorum consideraremus ordinem soluendorum.*

Ecce creator à creatura tenetur, *sed quia voluit*, ecce figulus cum luto facit chirographum promissorum suorum. Et in Psal. 37. *Habemus ergo & fidelem Deum, distinguamus potius fidelem Deum à fideli homine. Fidelis homo est credens promittenti Deo, fidelis Deus est exhibens quod promisit homini. Teneamus fidelissimum debitorem, quia tenemus misericordissimum promissorem. Neque enim aliquid ei commodauimus, aut mutuum commendauimus attentamus eum debitorem, cum ab illo habeamus quidquid illi offerimus & ex illo sit quidquid boni sumus. Omnia bona quibus gaudemus, ab illo sunt. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Quoniam ab ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus, & tenemus debitorem. Vnde debitorem? Quia promissor est. Non dicimus Deo, Domine redde quod accepisti: sed redde quod promisisti quoniam rectus est sermo Domini.* Et in 2. enarratione eiusdem Psalmi nobis etiam exigendi ius tribuit: Quoniam rectus est sermo Domini, & omnia opera eius in fide. *Nihil promittit & non reddit, fidelis ille factus est* DEBITOR, *esto tu auarus* EXACTOR.

Hoc igitur summam habet consolationem, quod Deus ineffabili misericordia, benignissima suauitate, sine meritis nostris se constituerit bene viuentibus debitorem, cum nos atque omnia nostra illi debeamus.

Tertio, Pharisæus varie peccauit, non tamen in eo, quod Deum iudicaret fidelem in promissis, & fidelibus suis beneficum, misericordem, gratuitum fecisse se debitorem. Legerat enim Gen. 22. 16. *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pepercisti Filio tuo vnigenito, benedicam tibi, &c.* Hoc iuramento Deum obligatum putabat, & nos putamus, quia semetipsum negare non potest. Quid igitur Pharisæus peccauit? Primo, omnes sibi postponit. 2. Virtutes suas numerat, vitia tacet, virtutibus sibi placet. 3. Veris virtutibus caruit, quia caritatem & humilitatem non habuit. Augustinus serm. 36. in Lucam. *Ego solus, inquit, iste de cæteris est Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas quibus iniquus non sum. Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo.*

Quarto. Similitudo quam adfert, si omnibus omnia comparentur meritum planissime explicat, & defendit. Esto igitur ciuis perduellis, capitis damna-

[illegible] quæ po[illegible] qu[illegible] ex [illegible] me[illegible] mi[illegible] co[illegible] gal[illegible] recipiat, [illegible] ituat & [illegible] ax[illegible] & perficiat, q[illegible] ci ar od[illegible] cipemq; clementi[illegible] anim a[illegible] tia & viribus restitutum, [illegible] tum, ac pro principe mori parat[illegible] r, gratitudini ergo tuæ colere iubeat, [illegible] s vero toi beneficiis effectus sedulo faciat. Dicat deinde laboranti Princeps: *Nihil tibi debeo, imo omnia tu mihi debes: Si tamen agrum colueris, per Deum tibi iuro, me tibi ex m ra mea gratia, in singulos dies decem aureos soluturum, & en vt certus sis, huius meæ promissionis tibi chirographum principali dextera exaratum, & sigillo meo communitum in manus trado. Volo enim me facere debitorem tibi, à quo nihil boni, sed multum mali accepi, sed debitor [illegible]e volo liberalis, debitor ex meo promisso, ex fidelitate.* Hæc si promittat Princeps, nunne ciuis ille, si cibo, vestituque egeat, postquam aliquandiu in cultura agri perseuerauit, petere à principe poterit, vt sibi succurrat? Dicet principi suo, mortem merito vitam dedisti, ægrum sanasti, vites, ligonem, omnia dedisti, & quod omnia superat beneficia mera liberalitate mihi mercedis chirographum dedisti, fidelis es, me egere cernis, esto memor immensæ tuæ benignitatis, qua mihi indigno chirographum dedisti. Quid hic peccati inueniet curiositas? Nonne quod ante liberum erat principi, nunc factum est debitum? Promissio est ex mera gratia, & ideo quicquid ex ea consequitur mera est gratia, sed postquam promisit iam debitum est, & tamen debitum gratiosum, sicut & laborantis meritum est gratia. Quæ si quispiam negare velit, omnia debita quæ ex gratia oriuntur in vniuersum tollet.

Quinto, iam hoc est superbum, iustitia se pares, Deiparæ Virgini atque omnibus sanctis facere. Nec excusare potest Christi iustitia se non superbire magis posse quam mendicus apprehensa eleemosyna, si enim non possunt illi, neque possunt Catholici, quia ipsa iustitia est, eleemosyna, omnino gratis infusa. Quod si infusa iustitia occasionem superbiæ præbet, cur non infusa sanctitas, caritas, omniumque virtutum decor? Quod si virtutibus infusis negant occasionem superbiæ dari, cur id iustitiæ imponunt? Cur vero virtutibus nemo superbire possit, ratio est, quia gratis datæ sunt, quia eleemosynæ sunt.

§. 8. Obijciunt. Imputari dicitur, quod in re non est, solutio imputatur, quæ non est facta, itaque iustitia, si imputatur, adesse non debet.

Respondeo primo. Hoc ex argumento errores ipsorum confutari ab Arminio. Respons. ad 31. art. Negat enim Christi iustitiam nobis imputari ad iustitiam, quod Christi iustitia sit vere nostra iustitia, ideoque ad nostram iustitiam non imputetur. Itaque quicunque argumento isthoc veritatem Catholicam oppugnare volunt, ijdem hæresin suam primo conuicti deserant. Quod si Christi iustitia est vere nostra iustitia, & in iustitiam nobis imputatur, non obstante, quod vere sit, poterit etiam inhærens iustitia imputari, seu reputari, quamuis sit vera inhærens iustitia.

Secundo. Verbum Hebræum חשב tam de eo quod vere inest, quam de eo, quod abest, di[illegible] Psal. [illegible] Phinee. Sic tam [illegible] Hebr[illegible] enim verbum, *παραβαίνοντας [illegible]* [illegible] *ἁμαρτωλοὺς, Praeuaricatores reputaui omnes peccatores*. Certe vere id erant, quod reputabantur. Psalm. 118. & Psalm. 143. sic noster recte vertit *accepto fert iustitiam*, est autem iuris illa locutio. Debitoris enim verba solennia erant: *Habesne: acceptumque fers quod debebam?* Huic respondebat creditor: *Habeo acceptumque fero.* Siue igitur facta sit solutio, siue nulla facta, Deus accepto fert iustitiam, sine operibus legis, & peccati iniuriam, pœnamque condonat sine precio, nam opus peccatoris nullum erat, quod promereri Deum posset, iustitiam vero imputat non impio in impietate permanenti, quemadmodum non solet remitti culpa reo, qui in nocendi contumacia perstat, sed dolenti, & qui factum nollet.

Tertio respondeo. Si verba Scripturæ expendantur satis indicant hanc imputationem peccatorum expurgatione, atque abolitione, non manentium rectione constare. Hebræus habet נשוי אשרי פשע *Beatitudines condonati peccata.* 70. vocant *ἀνομίαν*. Syrus hoc loco posuit עול. Deinde בכורי חטאה *tectis peccatum*. Tertio, cui non imputauit Dominus עון. Itaque iniquitatem, peccata, offensam, atque adeo ipsam fœditatem tolli docet. Sic Daniel loquitur cap. 9. 24. לכלא הפשע *vt consummetur præuaricatio. συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν. finiri peccatum.* Vbi additur, *καὶ ἀπαλεῖψαι τὰς ἀνομίας.*

§. 9. Obiectio: *Deus imputat iustitiam: ergo est iustitia imputatiua. Hanc lacerent, nunquam excutient Sophista.* Respondeo Primo. Concedi iustitiam imputatiuam, neque ei anathema dixit Synodus Tridentina sess. 6. can. 10. & 11. Sed iustitiam veram imputatiuam credim⁹ quando כלא & כפר *finitur, & expiatur peccatum*, vt loquitur Daniel. Imputatur iustificatis. *Quid est autem aliud iustificati, quam iusti facti ab illo, qui iustificat impium, vt ex impio fiat iustus?* Augustin. de Spiritu & lit. cap. 9. & 18. & 26. Secundo. Retorqueo in aduersarios argumentum. Deus non imputat iustitiam impio, qui blasphemat, latrocinatur, mœchatur, & credit tamen etiam in feruore istorum scelerum se iustum esse: ergo in talibus tempore tantorum flagitiorum non est iustitia imputatiua: ergo illi non sunt iusti, nec in se, nec imputatione: ergo nulla est iustitia Caluinistica.

§. 10. Obijciunt: *Hæc iustitia non potest esse habitualis, quia non potest esse sine operibus, deinde hæc imputatur impijs, qui habitualiter non habent nisi iniquitates.*

Responsio; Primo, falsum est habitum non infundi sine operibus posse, nonne habitus infunduntur sine actibus paruulis in Baptismo? Secundo, si habitus non est sine operibus, ideoque eum consequitur gloriatio, & debitum: igitur renouatio non est sine operibus, eamque sequitur gloriatio, & debitum.

§. 11. Demum arguitur. Si non imputare peccatum, est delere peccatum infusa iustitia, igitur imputare peccatum est infundere peccatum.

Responsio. Consequentiam esse ex ignoratione dialectices, quam Kemnitius neglexit cuius ille Syllogismus est, quem Pareus quoq; descrit. Hoc enim nullo fuco palliari potest. Non imputare peccatum, & imputare peccatum contradicentia

sunt,

[illegible] posteriori non [illegible], non autem infunder [illegible] [illegible]

VERSVS 9. & 10. [illegible]

[illegible] udo [illegible] hæc in circumcisione [illegible] [illegible] etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad [illegible]. Quomodo ergo reputata est? an in circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit Pater omnium credentium, per præputium vt reputetur, & illis ad iustitiam.

QVÆSTIO I.

Quorum est beatitudo?

§. 1. GRæco non est verbum *Manet*, nec aliud, sed habetur tantummodo. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; Beatitudo illa super circumcisionem, an & super præputium: Subaudiendum est ἐστί vt Galat. 6. 16. vel πίπτει vt Theophylactus habet, aut μένει, aut ἔρχεται, Latini quidam codices, *manet*. Syrus etiam verbum omittit. Et hoc modo proponit: An sit de circumcisione, an de præputio. Nonnulla exemplaria addunt, exclusiuam vocem, *Tantum*: sed illa in optimis non habetur.

Præoccupatio est, qua Iudæorum obiectionem anteuertit. Obijciebant illi: Abrahamum esse iustificatum quidem, sed tamen circumcisum, ideoq; ad circumcisionem spectare iustificationem, illiq; [illegible] buendum esse. At Paulus ex historia eos conuincit: Abrahamo enim ante circumcisionem testimonium Scriptura dedit. Non igitur iustificatio est effectus circumcisionis, causa enim non sequitur effectum. Loquitur autem de iustificatione Abrahami, & aliorum eodem plane modo, sicut enim ille iustificatus est, ita & Filij iustificabuntur. Historia indicat Abrahamum, ætatis anno 85. duxisse Agar vxorem, anno 86. natum Ismaelem eius anno 13. circumcisus est, hoc est anno ætatis 99. At iam diu ante illi iustitia imputata est: non ergo in præputio.

§. 2. Abutitur his verbis Pareus. *Circumcisio*, inquit, non iustificauit ex opere operato: nec ergo Baptismus, nec alia Sacramenta. Abraham enim ante circumcisionem iustus fuit.

Respondeo. Non id sequi quod infert. Nam etsi Abrahamus ante circumcisionem iustus, non tamen ideo vis circumcisionis tolletetur, cũ multi ante Baptismum iusti [illegible]nt, & ille tamen ex opere operato [illegible]ratiam conferat. Verum concedimus [illegible] [illegible]nem non iustificasse [illegible] pere operato, nec par tamen ratio Sacramentorum noui Testamenti, v[illegible] doc[illegible] Augustinus in Psalmum 77.

§. 3. Ali[illegible] o vi[illegible] est Baptismi, alia circumcisionis, sed ali[illegible] est hac de re agendi locus, & vehe[illegible]ns est [illegible] io in colloquio Mompelgartensi

[illegible]

§ 4. Circum[illegible] confirma[illegible]o, seu si[illegible] ritat. m[illegible] [illegible] cipum. Verbum [illegible] auctoritatis, nec fir[illegible] [illegible]. Signum aute[illegible] cumcisionis spiritalis, [illegible] Deo illos admoneter, [illegible] [illegible]m [illegible] eiat, fore eum Patrem multaru[illegible] [illegible]um.

VERSVS 12.

Et sit Pater circumcisionis, non [illegible] tum, qui sunt ex circumcisione sed [illegible] ijs, qui sectantur Vestigia fidei, quæ [illegible] in præputio Patris nostri Abraham.

QVÆSTIO I.

Quorum Pater est Abraham?

§. 1. DVplex est interpretatio. Prima Ansel[illegible] & aliorum. Et sit Pater circumcisioni non solis Iudæis, seu circumcisis, sed etia[illegible] gentibus, si credant. Atque hunc sensum prima f[illegible] verba Latina præferont, atque ita esset prioris [illegible] tentiæ repetitio. Ratio est: Noster enim interpres recte vsus videtur traiectione, quod enim est in Græco. Τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, *ijs qui non solum ex circumcisione sunt*, pro quo vertit: Non ijs tantum qui sunt ex circumcisione, nam v. [illegible]6. & 2[illegible] cum scribitur: οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, & οὐχ [illegible] [illegible] αὐτὸν μόνον. Deinde si resoluas τοῖς [illegible] [illegible], & vertas quod vere significat: τοῖς οὖσι περιτετμημένοις, vel τοῖς περιτετμημένοις circumcisis, s. nsuaerit, non circumcisis solum, vel non solum circumcisis. Tertio, Id quod subditur, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσιν, sed & ijs qui sectantur, vbi gentiles intelligi fideles perspicuum videntur, qui non modo sectantur vestigia fidei Abraham, sed etiam in præputio eam sectantur. Confirmatur ex aliorum versione. Nam Beza, censet legendum; ἀλλὰ τοῖς καὶ στοιχοῦσιν, vel ἀλλὰ καὶ στοιχοῦσιν. *Sed ijs qui & sectantur vestigia fidei Abrahæ.*

Altera expositio est, quæ Iudæos cum Iudæis, fideles cum infidelibus circumcisis, non cum gentibus conferri existimat. Vt sensus sit: Abraham accepit signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit Pater omnium credentium per præputium, id est: In præputio. At non Pater est Iudæorum? Respondet: *Et Pater circumcisionis*. hoc est, *Pater circumcisorum*, sed ijs tamen circumcisis Pater est constitutus, qui non sunt ex circumcisione tantum, hoc est, qui solo signo externo initiati sunt, qui solum habent charecterem carn[illegible] sed illis, qui etiam sectantur vestigia fidei. V[illegible] quemadmodum non omnibus præputiatis [illegible] tantum credentibus, ita nec [illegible]mnibus cir[illegible] sed solis credentibus Pater esse dicatur [illegible] paret obscura esse verba nisi sic [illegible]

quemadmodum dixi. Porro Syrus interpres sic vertit: *Et pater ad circumcisionem non fuit eorum qui ex circumcisione sunt tantum, sed etiam eorum qui perfectè insistunt vestigia fidei praeputij Abraham patris nostri.*

Hanc Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius alijque sequuntur.

§. 2. Vtraque expositio facilis est, & probabilis, & institutum Apostoli probat, atque explicat. Dixerat Abrahamum iustificatum fide, idq; ante circumcisionem, iustum deinde effectum accepisse signum circumcisionis, & signum hoc fuisse signaculum iustitiae fidei, quae fuit in praeputio. Nunc causam reddit, cur à Deo ita factum sit. Nam in praeputio iustificatus est, vt Pater sit omnium, qui in praeputio per fidem saluantur, signaculum vero circumcisionis accepit, vt sit Pater circumcisorum, non omnium, sed eorum, qui sectantur vestigia fidei Abraham. Qui enim non credunt, nihil eos sacrum signum, quod perfidia sua profanarunt, adiuuat.

§. 3 Promissio Genes. 17. expleta iam ostenditur. *Eris Pater multarum gentium: Neque vocabitur vltra nomen tuum Abram: Sed erit nomen tuum Abraham: quia Patrem multarum gentium posuite*: Quae non sunt gentes Ismaelitticae, Idumaeae, quaeque ortae sunt ex Cethura. Multarum enim gentium Pater dicitur, sed earum quae sunt ex promissione; at gentes illae non dicuntur esse promissionis, non igitur de his loquitur. At neque de Israele solo potest esse rata promissio, Regnum enim Israelis non admodum magnū fuit, vt ex eo dici posset multarum gentiū: & multi ex illo regno promissionibus & priuilegijs exciderunt. Abrahamo itaque amplior est facta promissio, vt nempe in veteri, & nouo testamento omnes fideles Patrem eum agnoscerent. Nec dubium tamen est ex Ismaelitis, Esauitis, Cethuraeis, Filijs Abrahae multos ad salutem vocatos esse.

Plane omnino curandum ne signa vacua recipiamus. vt enim vas vacuum signatum, ita & animus cum sine gratia est, καλεγάλασι ἡ περιτομή, πίστιν ἔνδον οὐκ ἔχοντες. Ridicula est circumcisio, cum in animo non est circumcisio cordis, vt ait Chrysostomus. Quare Cyprianus Sermon. de coena Domini. Munera illa merito dicit, contemptoribus esse odorem mortis ad mortem. Lambunt petram sed nec mel inde, nec oleum sugunt, nec caritatis dulcedine impinguantur, nec Spiritus virtute vegetantur. Libro de lapsis horrendum de muliere recenset exemplum, quae indigne Sacramentum sumens repente angi coepit, & concidit.

QVÆSTIO II.

Quae sint vestigia fidei Abrahae?

§. 1. SOllicitè monet Beza agi hic de vestigijs solius fidei, nondum autem de fructibus hoc est, bonis operibus. Et Pareus: *Oportere nos rectè pede incedere in his vestigijs. Duo autem ait fidem Abraha habuisse; Primo non nixam suis meritis, sed gratia, deinde non fuisse coniecturalem opinionem, sed πληροφορίαν.* Inde concludit: *Non igitur sunt haeredes iustitia Abraha iustitiarij Papista, qui non fide, sed operibus fidei, vt loquuntur iustitiam quaerunt: πληροφορίαν vero salutis fidelibus adimunt, & sic Christianam fidem reuera abnegant.*

Respondeo Primo. Pro nobis iam olim à Christo sententiam esse dictam, Ioann. 8. 39. *Si filij Abrahae estis, opera Abrahae facite.* Vestigia igitur Abra- [margin: ...me-...tu datur ...atia.]

Adams Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

hae sunt fides, spes, caritas, & vestigia fidei, non otiosae, non vacuae. Deinde sententiam dixit Beatus Iacobus: *Nonne Abraham pater noster ex operibus iustificatus est?*

§. 2. Calumnia est, cum nos dicit niti meritis sine gratia: Nos sine vllis omnino meritis iustitiam primam dari credimus, nec modo sine meritis bonis, sed frequenter, cum multis meritis malis, secundum iustitiam seu augmentum iustitiae cum meritis quidem, sed non sine gratia, sed meritis gratiosis, seu meritis quae & ipsa sunt gratia.

§. 3. Quod de πληροφορίᾳ nugatur, Primo calumniosum est. Nemo enim fidem opinionem vocat coniecturalem, omnes certissimam esse, atque infallibilem esse confitentur. Sed fiduciationem Caluinianam omnes Catholici, Lutherani, & noui reformatores Hollandiae negant esse fidem. Secundo. In Abrahamum Patrem omnium nostrum hoc est contumeliosum. Vixit, vt Caluinus & Pareus aiunt, Abraham à ducta in thorum suum Agar vsque ad circumcisionem annos pene quatuordecim in adulterio, Agar enim vt illi sentiunt, adultera fuit, Sara vero Lena mariti. His in flagitijs se iustum esse certo credebat, nec de suis adulterijs vnquam doluit, nam cap. 21. durè accepit cum adulteram ejicere cogeretur. Haec cum illi de Abrahamo sentiunt, non possunt non iudicare hominem impurum ac impium fuisse, qui tamen certissimè fingitur credidisse se iustum esse, à iustitia se excidere non posse. Ex quo etiam consequitur, clarum esse; quid sibi licere arbitrentur, qui In tantis flagitijs Abrahamum non modo iustum, sed iustitiae etiam prototypon fuisse docent. Quis enim scortationes, & adulteria suorum reprehendere, vel punire audebit, cum Abrahamum in adulterio perseuerātem, omnis iustitiae exemplum, Patrem omnium credentium laudauerit? Atque hoc est, quod Beza dixit, de fidei non operum quae sunt fructus fidei, vestigijs hic agi. Si iam enim fidem agnoscere debent, quae cum adulterijs pulchrè consentiat, quae castitatem aliasque virtutes non requirit. Nec minor iniuria Sarae infertur, quę maritum ad stuprum impulisse, ancillam prostituisse, pronunciatur, Interim Deus plura illi indies promittit, cumulat opibus, defendit, amicum appellat, de adulterio verbum nullum. Cur vero Deus omnia illa dissimulat? Quia Abraham credidit sibi non imputari. Tanta vis est fiduciae, quae tę credis impune peccaturum. [margin: Fides certa est.]

VERSVS 13.

Non enim per legem promissio Abrahae, aut semini eius, vt esset haeres mundi: sed per iustitiam fidei.

QVÆSTIO I.

Quomodo & quae facta promissio?

§. 1. ELleipsis est verbi alicuius more Hebraeo, nempe promissio facta est, vel data est, vel cessit, vel euenit. Erasmus subaudit δέδοται, *data est*, sed pro illo: τὸ κληρονόμον εἶναι, vertit τὸ κληρονόμον ἔσεσθαι, *fore haeredem*. Verùm cum duplex possit esse interpretatio, illa praeferenda est, quae de promissione iam facta agit, vt iam explicabo. Interim Syrus verbū omissum reposuit, הות *facta est, vel fuit.*

Abraham Pater multarum gentium instus in præputio.

§. 2. Quidam de promissione facta intelligunt, quæ est Gen. 15. & 16. alij de promissione quæ implenda erat. Nempe promissio facta, non est implenda & danda per legem, sed per iustitiam fidei. Sed vtrunque coniungendum est: nam illa promissio qua Abrahamo ius constitutum est vt esset Pater multarum gentium, non est ex lege & circumcisione, sed fuit illi facta in præputio, deinde vt execution consequeretur, & fidelium nascentium, renascentiumque Pater esset, atque adeo vt in eius semine benedicerentur omnes tribus terræ non est ea lege, sed iustitia fidei.

§. 3. Pauli institutum igitur est probare: Abrahamum esse patrem multarum gentium, non circumcisionis tantum, sed omnium sectantium vestigia fidei suæ. Argumentum sic instituendum est. Ea re Abraham factus est pater multarum gentium, seu Pater circumcisionis & præputij, per quā facta est illi promissio hæreditatis mundi, sed per iustitiam fidei, non per legem facta est illi promissio: ergo factus est Pater multarum gentium per iustitiam fidei, non autem per legem.

§. 4. Magnum hoc beneficium est Abrahamo tributum, quod sit pater multarum gentium, quod omnium fidelium Patriarcha, nec minus tamen ex mutua relatiuorum connexione ac reciprocatione intelligi nobis datum Spiritus sanctus voluit. Si enim Abraham fidelium Pater, igitur fideles Filij Abrahæ, si Abraham non est Pater per legem, nec igitur filij nos per legem. Si Abraham hæres mundi per promissionem, & iustitiam fidei, igitur & nos filij paternam hæreditatem non per legem, sed per iustitiam fidei adibimus; Pater enim noster adoptatus est ea gratia, constitutus hæres per promissionem, igitur filij eo non alio modo adoptati sunt.

§. 5. His constitutis magna lux accedet alijs locis huius Epistolæ. Nam promissionem non esse factam per legem, est, neque legem naturalem, neque legem circumcisionis causam fuisse, neque vlla opera legis Deum mouisse, vt tantum munus in Abrahamum conferret, opera enim naturalia à iustificatione merito excluduntur, sed sola Dei misericordia ac gratia id factum, vt Abraham vocaretur, & donis tantis cumularetur. Non tamen dona gratiæ excludi debent, nec opera fidei, & caritatis, nec ipsa fides. *Nam fides eius cooperabatur operibus*, vt ait Beatus Iacobus. Et Gen. 22. 16 *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ,* QVIA OBEDISTI *voci meæ.* Atq; hoc est quod Heb. 11. *ex fide operatus iustitiam.* Itaq; sic concludo. Per legem non est facta promissio, per obedientiam facta est promissio: igitur obedientia non est hoc loco lex, nec obedientia excluditur à promissione: ergo tantum opera fide carentia excluduntur. Denique Abrahæ non est facta promissio sine conditione operum, Gen. 19. *Num celare potero Abraham quæ gesturus sum? cum futurus sit in gentem magnam, ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ. Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium ac iustitiam, & adducat Deus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum.* Quantum hæc absunt à iustificatione Caluinianâ quiuis intelligit, hæc enim sine operum conditione vlla, sola impunitatis contumaci opinione in flagitijs suis sibi blanditur.

Obedientia ex fide non est ex lege.

QVÆSTIO II.

Quodnam semen Abrahæ hic nominetur?

Semen Abrahæ particeps benedictionis.

§. 1. NOmine seminis non arbitror hoc loco Christum intelligi, sed Abrahæ posteritatem, quæ ea fide iustificatur, nam Christus cum fuerit Filius Dei naturalis, non factus ex impio iustus, non rectè fide dicitur iustificatus absque operibus, ideoque hic alia est disputatio ab ea, quæ est Galath. 3. vbi in semine eius dicuntur benedicendæ omnes gentes, & negat id esse in seminibus. In Galatica enim agit de causa benedictionis omnium gentium; hoc loco de semine quod particeps est benedictionis.

§. 2. Longè à vero sensu aberrant nostri aduersarij, qui hunc locum: *Et semini eius*, de Christo interpretantur, vt facit Pareus: nam hæreditatem cœli & terræ ait Christo promissam, quod verum, sed quod hunc locum eo spectare iudicat, blasphemum est: hîc enim dicitur Hæreditas & promissio non per legem, sed per iustitiam fidei, hoc est, vt illi ea ponunt, iustitiam imputatam, quæ hominibus impijs gratuito à Deo imputatur, qua iusti in Dei iudicio censentur cum sint impij in sese, at vero hoc Christo tribuere est cœlum inferis miscere.

QVÆSTIO III.

An Abrahamo promissa sit mundi hæreditas?

Abraham hæres mundi.

§. 1. QVi nomine seminis Christum Dominum intelligunt, facile interpretantur, quomodo sit hæres totius mūdi, dedit enim Deus gentes hæreditatem illius, & possessionem eius fines orbis terrarum. Posuit eum Deus hæredem vniuersorum. Sed tum redit ea difficultas de qua supra diximus, nam hæreditas Christo non est data per iustitiam fidei, seu iustitiam imputatiuam.

§. 2. Hæreditas non est sola terra Chanaan, nullo enim modo dici potest totius mundi hæreditas tam exiguæ portionis possessio. Deinde possessione illa depulsi sunt Abrahamidæ, nec vnquam illam recuperaturi.

§. 3. Hæreditas est vita æterna. Quæ hæreditas omnium excellentissimè Christo conuenit, qui est caput, & supremus mundi Dominus, deinde modo etiam singulari Abrahamo, qui à Deo constitutus est Pater fidelium omnium. Tertio omnibus Christi fidelibus, qui dicuntur hæredes Dei, cohæredes autem Christi. At Christus est mundi hæres, omnes igitur fideles mundi sunt hæredes. Sic cap. 8. 17. *Si autem filij & hæredes*; Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, *Si tamen compatimur, vt & conglorificemur, existimo autem quod non sint condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis*, itaque hæreditas mundi omnium Sanctorum, & hæreditas est conglorificatio, seu gloria, quæ reuelabitur in nobis.

Hæreditas mundi in Christo est æterna.

§. 4. Hæreditas hoc loco non accipitur propriè & strictè, vt sit in bona demortui ius, & successio, sed more Hebræo pro acquisitione, possessione, iure, & dominio quocunque, &

quæ;

[illegible] compar [illegible]to. Etenim [illegible] נחלה [illegible] κληρονομίᾳ hæreditate possi[illegible]ere, ex 32 1[illegible]. Psalm. 68. [illegible] 18 [illegible]ngred[illegible], [illegible] 19 [illegible] [illegible] 16. 18 Sic quoque נחלה [illegible] κλῆρος, μέρος, [illegible] [illegible] pars, locus. Deinde non [illegible] [illegible] de [illegible]s quæ gratis accepta sunt, sed [illegible] quæ pro mercede dantur, quæ vt de[illegible]tur. Nam [illegible] Christus non gratis ac[illegible] [illegible]tionem suam, sed quia obediens fuit [illegible] mortem. Propter quod & Deus exalta[illegible]uit.

§. [illegible]. Cum igitur omnibus tanta sit hæreditas ad[illegible]oda, cum totus mundus sit hæreditas, animos à [illegible]uturis bonis ad magna illa gaudia possidenda erigamus. Neque impijs parua hæc quibus glebam aliquam in sua commoda vertunt inuideamus, quanquam enim regna longe lateque possidere videantur, fructu tamen eorum carent, aut aliquo ad momentum illecebra capiuntur, mundus tamen æternum illis carcer erit, omnis enim creatura illorum tormenta armabitur, electi ex omnium creaturarum aspectu singularem lætitiam capient. Totus mundus illis seruiet, etiam tormentis damnatorum.

VERSVS 14.

Si enim qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio.

QVÆSTIO I.

An hæreditas ex lege data aboleat promissionem?

§. 1. Syrus interpres adiungit הנון *Hanu sunt*, Si enim qui ex lege sunt, hæredes sunt, exinanita est fides κεκένωται, nullam vim habet, Syrus סריקא *vana est*, ex lege esse, est operibus legis sine fide iustum esse.

Argumentum Apostoli hoc modo constituendum est. Si ex lege esset hæreditas, exinanita esset fides, abolita esset promissio, at hoc euidenter absurdum est, fides enim efficax est, nec falli potest, cum Dei veritate nitatur, promissio etiam Dei firmissima est, nec enim negare seipsum Deus potest, ergo hæreditas non est lege. Maior sic explicanda est. Si vi legis, operumque sine fide factorum meritis datur iustitia, & hæreditas, non igitur datur ex gratuita promissione, quã Deus illam fidei in Christum, & gratiæ suæ pollicetur. Quid enim opus est fide in Christum, quid opus gratia Dei, si viribus legis acquisita est iustitia, & ius hæreditatis debitum?

Cur enim si ex iure meo debes mihi mille talenta, ex gratia promittis? Non cur gratiam tuam, debitum meo iure reposco. Hæc ratio vt vim habeat, Deum esse iustum remuneratorem certò statuit. A quo, si sine gratia, sine promissione, sine fide Christi hæreditatem mereris, sine dubitatione recipies, fidemque & promissionem gratiæ irritam reddes. Hunc sensum esse confirmo ex Galath. 3. 18. *Si ex lege hæreditas iam non ex promissione*, & Galath. 2. 21. *Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia ergo gratis Christus mortuus est.* [illegible] gratia [illegible]os viuamus [illegible] [illegible] [illegible] stieramus, nihil nobis eius grat[illegible] [illegible] & te Chrysostomus: *Vt ne quis enim di[illegible] vt fidem habeas legemque serues, ostendit id esse impossibile. Nam qui iam legem amplectitur, tanquam quæ salutem afferat, is fidei vim improbat: ob quod ait, inanis facta est fides, hoc est, non opus est salute ea, quæ per gratiam fit: neque enim ea potest suum ipsius robur declarare, etenim Iudæus fortasse diceret, Quid enim mihi fide opus? Igitur si hoc verum, vna cum fide promissio pessum it? vide vt in omnibus, ab ipso Patriarcha à summo rei totius initio cum ipsis depugnet. Nam quam ostendit illinc iustitiam vna cum fide hæreditariam factam, ostendit & promissionem similiter. Vt ne enim diceret Iudæus. Quid mihi cura est si per fidem iustificatus est Abraham. dicit Paulus, ne id quidem quod ad te maxime pertinet nempe professionem promissio, potest sine illa ad opus deduci: quod maxime illos terruit. quamnam porro promissionem ait? vt mundi hæres sit, & in eo omnes benedicantur.*

In Epistola Galatica vtitur ratione ex temporis circumstantia, nam promissio antecessit 430. annos legem, verùm ibi Iudaizantes præcipuè refutat, hic agit etiam de lege naturæ, quæ ad iustitiam non sufficit, quamuis promissionem Abrahamo factam præcesserit. Itaque huius loci argumentum generale est. Promissa est salus ex gratia, non igitur datur ex lege aut operum meritis sine gratia, aut si datur ex operum merito sine gratia, igitur inutilis est promissio gratiæ, & fides. Imo consequetur Deum etiam fallacem esse, qui aliter salutem promiserit, aliter dederit qui suæ gratiæ adscribi velit, quod est humanorum meritorum.

§. 2. Sectarij meritorum nostrorum ex gratia Dei, & Christi pariter euersores, verba Apostoli mirabiliter deprauant. Beza argumentum Apostoli sic format: *Si ex lege est hæreditas, id est, si ij qui legem impleuerint, soli hæredes, ergo nemo est hæres, ergo irrita fides, & promissio, quia conditionem legis implere nemo potest.*

Caluinus solo hoc loco potat dirimi controuersiam de iustificatione posse. *Si ad hanc rationem auscultandam aduersarij nostri aures essent, non magno negocio dirimeretur certamen.* Ex Pareus ait, *Fulmen hoc ipse contra mercenarios merita condigni, & congrui iaculatur.* Verùm duo ostendam, primò, fulmen Apostolum in ipsos iaculatum esse, deinde respondebo eorum cauillis.

Respondeo. Esse ex lege, seu hæreditatem consequi ex lege, non excludit habitum gratiæ sanctificantis, operaque fidei & caritatis, idque ex hoc loco conuincitur, itaque errant aduersarij non in huius modo loci interpretatione, sed tota Epistola. Ratio. Illi duntaxat hæredes ex lege fidem exinaniunt, aboleotque promissionem, qui sine fide, suis viribus, non gratia promissi liberatoris, iustitiam sectantur, & hæreditatem aucupantur: At Catholici qui solo Christi merito fidem sibi, habitumque gratiæ iustificantis fundi credunt, qui in omni opere gratiæ se indigos agnoscunt, qui omnia sua merita ex promissione beneuola, & gratia gratuita, ex inde bito auxilio, ex promissi liberatoris immenso merito deriuari prædicant, qui in meritis suis gratiam Dei agnoscunt, non exinaniunt fidem, non abolent promissionem, sed decuplo plus tribuunt fidei & promissioni, quam impij & prædicantes diuinæ gratiæ Patroni. Qui profanã impunitatis fiduciã legem, gratiam, fidem omnem

Fidem non abolent dona gratia.

omnem pietatem suisque deque haben Quid enim Beza aliud dicit, Nemo legem f. uare potest? Nonne hoc dicit nisi adulteros, masculorum concubitores, homicidas, blasphemos dicamus esse hæredes, fidem & promissionem nos abdere?

Deinde, non est exinanita fides, si hæreditas est ex fide, & ex operibus fidei, non est abolita promissio, si hæreditas est ea spiritu gratiæ, & caritatis, qui nobis est promissus. Nos autem omnia à minimo dono, vsque ad summum, à tenuissimo opere, vsque ad caritatis ardentissimæ excellentissimam dignitatem fidei, promissioni, Christo promisso tribuimus; quomodo igitur verba Pauli contra nos fulminant? Denique versu sequente dicitur *Lex iram operatur*. Ex quo sequitur eos qui ex lege volunt esse hæredes, & amici Dei, id consequi velle ea ea re quæ iram operatur, quod perquam absurdum est. At opera fidei, caritatis, non operantur iram, non igitur ula ad legem de qua hic agitur pertinent. Opera vero virium naturalium dum meritis, & iustitiæ quæ apud Deum valét efficientia putantur, inflant, & gloriam Dei tu hominem transferunt.

§. 3. Obijciunt. *Perit fides nisi securè in Dei bonitate acquiescat, hoc ex operibus fieri non potest: ergo opera non requiruntur ad iustitiam.* Pareus sic exponit Caluini dictum. Primò, Omnes qui credunt etiamsi nihil agant fide tamen accipere iustificationem, falsum tamen esse: credentes iustificari etiamsi fides illorum nihil agat: hoc est, ociosa sit, & mortua. Secundo, Credentes actu fidei accipere gratuitam remissionem peccatorum. Tertio, Proinde non pendere promissionem iustificationis ab vlla conditione operis. Quarto, Et ideo nihil esse quod illam incertam possit efficere.

Sectarum Caluinianæ. Responsio. Siertóribus suis conuenienter loqui Pareus velit: opus est. vt dicat: Credentes iustificari etiamsi fides nihil agat, si enim iustificatio à nulla conditione operis dependet, nec ergo etiam pendet ab aliquo opere fidei. Deinde si nihil est, quod fidem incertam potest facere, nec ergo bonum opus omissum, nec malum commissum, securitatis præsomptionem potest conuellere: ergo fiduciatis manet, quamuis nihil agatur. Caluinus docet: *Fidem in nihilum redigi, si operibus fulciatur, si in legis obseruatione salutis bonum ponatur, nullam enim fiduciam animum habere posse, deploratos ac perditos nos esse, si relegamur ad opera, dum quarenda est salutis causa.* Si igitur aliqua operum pars nimia est necessaria, tollitur iuxta Caluinum omnis certitodo, hæc igitur requirit, vt, fidem planè absque omni opere constituant. Sic enim sentiet Caluinista purus. Quanquam nullius mihi boni operis, sed multorum scelerum conscius sim, certissima tamen securitate scio me iustum esse. Si enim aliquod opus requiritur, non est certior salus, quam vera fides, nec certius est fidem veram adesse, quam illud opus sine quo non est fides, ergo non est certa salus sine conscientia operis. Stolidum vero est, quod libro tertio, de iustificat. capite nono, Pareus tradit. *Promissio*, inquit, *requirit fidem, non vt conditionem operis moralis, (à quo si penderet, irrita fieret teste Apostolo) sed vt conditionem organi, sine quo non accipitur promissio.* Nam hinc consequitur, irritam

Fides vt morale est, iustificat. esse fidem, vt est opus morale, ergo irrita est fides simpliciter, quia fides est essentialiter opus morale. Deinde fides vt est organum, sic est opus morale, seu organum [illegible] ganum Physicum, nec Ph[illegible] iani docent, sed morale [illegible] tio, Molinistæ omnes docent, fidem [illegible] stificare: ergo illi saltem requ[illegible] opus [illegible] niqu[illegible] supra dixit Pareus, *Iustificationem à [illegible] actu priorem*, Si prior est: non ergo requiritur ad eam fides siue vt organum, siue, vt opus. Ergo irrita est fides, abolita est promissio. Ex quo apparet, hæreticos dum verba Apostoli ad suos errores detorquent, eorum veritatem penitus destruere.

VERSUS 15.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.

QVAESTIO I.

Quomodo lex iram operatur?

§. 1. NOn est vera eorum interpretatio, qui legem aiunt operari in nobis iram, rò quod cupiditates contra normam præcepti insurgant, seque frenari legum repagulis & constringi indignentur & fremant, quanquam illud esse fieri consueuit, sed non est huius loci. Ratio, quia non conuenit quod subditur, vbi non est lex, non est præuaricatio; itaque lex iram operatur, quia occasio est præuaricationis, præuaricatio autem diuinam in se vindictam prouocat, de illa igitur ita Paulus loquitur. *Ex lege præuaricatio orta.*

Syllogismus Pauli est. Quod iram operatur, non confert iustitiam, nec hæreditatem, lex iram operatur: non igitur iustitiam confert aut hæreditatem. Alij sic formant: Lex iram operatur: non ergo per legem est promissio vitæ, hæc enim iræ repugnat: ergo per legem aboletur promissio vitæ. In hoc argumento statuit, velut certum fixumque; eam esse Dei iustitiam & bonitatem vt nulli nisi peccatoti irascatur, & solam legis suæ transgressionem vindicet, ira autem est Dei vt dixi, & pœna iræ effectus.

§. 2. Lex operatur iram, vt explicabitur capite septimo, occasione accepta, nam cum omne peccatum sit ἀνομία 1. Ioann. capite tertio, consequitur tantum esse peccatum, vbi lex est, præuaricatio autem trahit iram, & pœnam comitem. Cum igitur lex præcipit & prohibet, nec gratiam tamen confert, qua seruetur, iram operari dicitur. Quod vero aliqui vertunt ὁ [illegible] Cuius non est lex, alij: vbi non est lex, eodem recidit, Syrus habet: דלא eum non est lex. Omnes autem habuisse legem iam cap. 2. docui.

§. 3. Hic versus vel solus mediocri attentione consideratus satis est, vt perspicue fiduciarijs errores suos ostendat. Etenim cum d cit. *Lex iram operatur, & vbi non est lex non est præuaricatio.* Lex non significat opera fidei, caritatis, atque adeo ipsam fidem, vt est opus. Sed legem iubentem, promittentem, minantem, gratiæ vero expertem: ergo etiam v. 13 & 14. Sic accipiendū est nomen legis, alioqui non potest nexus vllus esse, & colloquentia, si argumentatū æquiuocationē continet. Quid vero hoc loco sit lex, declarat euidentia textus N I en-

cum dicitur: Lex iram operatur, sensus esse non potest: omnia opera quantumcunque sancta iram operantur, atque adeo si quis ex fide & caritate Christi corpus suum tradat, vt ardeat, iram Dei, atque adeo æternam damnationem meretur. Non potest hoc dici, nisi ab impijs, atque atheis, quorum est omnem virtutem profligare, atque exscindere. Sed hoc tamen nonnulli dicunt & nonnulli credunt. Cum vero verum est ad explicationem horum verborum, *Vbi enim non est lex nec prævaricatio*, iam etiam deest impudentia, quod vel fingendo dicat. Statuamus namque, per legem excludi omnia opera, atque adeo legem esse ita intelligendam, vt omnia opera etiam regenitorum complectatur, consequetur sententia Apostoli non modo falsissima, sed quam ipsa experientia refutat. Nempe; *Vbi non est lex*, hoc est, vbi non sunt opera legis, opera fidei, opera caritatis, ibi non est præuaricatio legis. Tu subsume; At in impijs, in Cain, Pharaone, Dathan & Abiron, in Abimelech, in Achab non sunt opera legis, fidei, caritatis: non igitur præuaricatio. Quæ quantum à vero abscedant, quamque portentosam Scripturæ explicationem efficiant, illis ipsis, qui in Scripturis tractandis arguti sibi esse videntur, considerandum relinquo.

Depravatio Scriptura.

VERSVS 16.

Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui est Pater omnium nostrum.

QVAESTIO I.

An sit firma ex fide, & qua promissio.

§. 1. Lege est, quod nostrum interpretem reprehendunt, qui vertetit, omni semini, non ei, qui ex lege est solum, eum semen sit neutri generis, sed duobus modis excusari nuster interpretes potest, primo enim figurata est constructio, vt illa: *Scelus qui me ludificatus est*, quin Bullingerus & alij nouatores eodem modo conuertunt.

Interpres defensus.

Deinde non desunt, qui contendunt particulam τῷ in Græco textu non pertinere ad semen, sed ad Abraham, vt sensus sit οὐ μόνον τῷ ἐκ τοῦ νόμου, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως, *Non solum illi Abrahamo qui est ex lege, sed etiam illi, qui est ex fide.* Ita Erasmus, duos enim facit Abrahamos, vnum ex lege circumcisum, patrem Iudæorum, alterum ex fide, Patrem gentium. Verùm posteriorem defensionem non probo. Quod duplex ille Abraham censendus non sit, qui fide iustificatus est, sed deinde circumcisus, sed vnus idemque, quandoque hic agatur potius de exclusione promissionis ad omne semen. Pulchrè Chrysostomus. δύο τίθησιν ἐνταῦθα τὰ ἀγαθά, ὅτι καὶ βέβαια τὰ διδόμενα, καὶ παντὶ τῷ σπέρματι, τὰ ἐξ ἐθνῶν συνάγων, καὶ δεικνὺς Ιουδαίους ἐκτὸς ὄντας, ἂν πρὸς τὸν πίστιν ἀντιλέγωσι. *Duo proponit bona hoc loco: quod nimirum & firma sint quæ dantur, & omni semini: Eos qui ex gentibus sunt, congregans, & Iudæos esse extra o-* Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

stendens, si contra fidem contentiosè agant. Denique Syrus interpres sic habet. *Ideo ex fide, quæ per gratiam iustificabitur. vt vera sit promissio toti semini, non solum ei qui est ex lege ipse, sed etiam, qui ex fide ipse, Abraham qui est Pater omnium nostrum.* Vbi ad rem præsentem non facit, quod ait תְּ cum אִתְ sit masculini generis, sed quod Abraham ponit in g nitiuo addito particula דְ nempe דְאַבְרָהָם, cum articulus qui præcessit sit לְ, itaque nullo modo coniungit τῷ cum Abraham, sed cum σπέρματι.

§. 2. Quidam hæc duo disiungunt, & duas rationes constituunt, nempe *ideo ex fide, vt sit secundum gratiam, non secundum debitum*. deinde vt firma sit promissio. Verùm vna esse ratio videtur, nempe vt firma sit promissio omni semini secundum gratiam, coniungit enim ista Apostolus. Vel duæ sunt consequentiæ, in hunc modum. Per fidem, vt sit ex gratia, ex gratia autem, vt sit firma promissio omni semini.

Si non esset ex fide non esset firma promissio, ratio est, quia promissio ex fide, deinde est ex gratia, itaque hinc ostendit promissionem aboleudam esse, si non daretur ex fide promissum, sed ex lege. Itaque non est ille sensus quem fingit Bullingerus & alij. Quia nouit conscientia omnia sua opera esse imperfecta, ideo ex illis certa esse non potest, de sua salute. sed ex fide potest. Nam primo, non est promissionem nobis certam & euidentem, quoad euentum, sed βεβαίαν, hoc est, firmam, nam quoad Deum immutabiliter in promissis perseuerat, id quod non fieret, si quod ex fide & gratia promissum est, ex lege, & operibus sine gratia factis daretur. Firmitas ergo est promissionis non abulitæ, non autem certitudinis de salute.

Promissio ex fide est firma.

§. 3. Firma est promissio non solum ei semini quod est ex lege, sed quod legem accepit circumcisionis, sed etiam ei, quod ex fide est, ne quis putaret ad solos circumcisos pertinere pacta, & salutem.

Obiectio. *Promissio manet firma omni semini: ergo omnes certi esse debent de salute. Itaque ex sola fide est hæreditas alioqui tollitur gratia, & certitudo salutis, inducitur ἐποχή.* Ita Pareus.

Responsio. Primo, certitudinem illam tollunt omnes recentiores Caluinismi reformatores, vide in actis Delphensibus, & Petrum Bertium de apostasia Sanctorum. Secundo, Non est in Christi fidelibus certitudo salutis, nec tamen ignorantia firmitatem diuinæ promissionis tollit, quia nec infidelitas vllius Dei fidem euacuat, nec Deus causa est cur filij subtractionis se beneficiorum tantorum reddant incapaces.

Tertio, Generales sunt hoc loco promissiones, nempe promissiones omnibus fore ratas, Deum nullius præmia loco moturum, sed tamen opus esse, vt legitime certent, quis ignorat, & si quis nunc se iustum esse iactet, an etiam tam immani se confidentia in altum tollere potest, vt se præcipitet, & dicat: Nullo scelere à promissione excidere possum? Firma est promissio, sed credenti, speranti, amanti, in bono perseueranti. Quid vero Caluinista? Firma est etiam de Deo dubitanti, desperanti, Deum, proximumque odio habenti. At Blasphemiam illam omnes Scripturæ Patresque confutant.

Generales promissiones.

Aug. Epistola 121. cap. 2. ad Probam. *Sed quotus quisque talis inuenitur, de cuius animo & moribus sit*

in hac vita certa securitas? Nam sicut sibi quisque, nemo alter alteri notus est, & tamen nec sibi quisque ita notus est, vt sit de sua crastina conuersatione securus. Proinde quamuis ex fructibus suis multi cognoscantur, & alij quidem bene viuendo proximos lætificent, alij male viuendo contristent, tamen propter humanorum animorum ignota & incerta, rectissime Apostolus admonet, vt non ante tempus quidquam iudicemus, donec veniat Dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à Deo. In hijs igitur huius vitæ tenebris, in quibus peregrinamur à Domino, quandiu per fidem ambulamus, non per speciem, desolatam debet se Christiana anima putare, ne desistat orare: & Scripturarum diuinarum sanctarumque sermone discat, tanquam lucernam in obscuro loco posita, fidei oculum intendere donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris.

Firmitas igitur est promissionis constantia, seu veritas, quocirca & Syrus vertit שׁרִיר *Scharir*, quod *verum* significat. Veritas semper immutabilis est, sed an nostra ea sit innocentia, & perseuerantia, vt nunquam excidere possimus hoc in Scriptura reuelatum non est.

VERSVS 17.

(Sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum, cui credidit, qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

QVÆSTIO I.

Quomodo Abraham pater omnium nostrum?

§. 1. QVinque sunt, quæ de hac paternitate Abrahami docet Apostolus. Primo *patrem* esse docet ea Gen. 17. 5. Secundo. *Patrem ante Deum*. Tertio, *ante Deum cui credidit*. Quarto. *fidei rationem* exponit, *potentiam Dei mortuos viuificantis*. Quinto, *vocantis ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*.

Patrem multarum gentium Deus constituit Abrahamum, non solius Israelitici populi, nec modo Ismaelitarum, Ceturæorum, Edomitarum, vt supra exposui. Ideo enim & nomen ei commutauit, vt ex Abraham אב־רם vocaretur אברהם quasi diceretur אב רב הם, cum ante *Pater celsus*, nunc *Pater multæ gentis*, in quo extritum est ב secundum Euphoniæ causa.

Dicitur *Pater ante Deum*, κατέναντι θεοῦ. Non eadem est omnium sententia in his verbis exponendis. Oecumenij omnium improbabilissima, esse hyperbaton, & hæc verba referenda esse ad id quod scriptum est, vt *ante Deum*, seu *coram Deo* scriptum esse dicatur. Verum illa traiectio dura est, dicendum enim esset: *Sicut scriptum est ante Deum*, deinde non solet Paulus, aut alij Apostoli hoc modo Scripturam citare. Duplex est igitur aliorum sententia, Prima, esse Patrem ante Deum, hoc est, ad exemplar Dei, altera in conspectu, & iudicio Dei, non carnali propagatione sobolis duntaxat, sed Paternitate spiritali, non adoptione mundana, sed fidei & iustitiæ prærogatiua. Vtramque D. Chrysostomus optimus Pauli interpres coniunxit eumque secuti Theophilactus & Græcus scholiastes. Verba Chrysostomi sunt. *Quod porro ait, hoc est: quemadmodum Deus non est singularium Deus, sed omnium Pater, sic & ipse. Et rursus, sicuti Deus Pater est non secundum naturalem cognationem, sed secundum fidei necessitudinem: ita & ipse, obedientia enim Patrem facit, ac genitorem omnium nostrum. quandoquidem enim hanc cognationem nihili faciebant, crassioremque illam retinebant, ostendit hanc magis esse ratam, orationem ad Deum deducens, ac vna cum his & illud demonstrans, quod videlicet fidei retributionem hanc acceperit: quare nisi hoc adfuerit, omniumque extiterit Pater terram inhabitantium, verbum id, ad exemplum, locum non habet. Sed mancum factum est Dei donum. ad exemplum enim sonat, perinde, qui enim mi vim fuerit, obsecro te, Patrem illum esse suerum & à se genitorum? Hoc enim quiuis homo assequitur, quod enim nec opinatum est, illud quidem est: quod videlicet, quos à natura non habuit, eos vt Dei dono acciperet. Quare si credere vis, Patriarcham fuisse honorem assequutum, credito & illum eundem omnium esse patrem.*

Vtramque dixi Chrysostomum esse complexum, quia ait Abrahamum esse patrem eo modo quo Deus, deinde id esse secundum spiritalem cognationem, deinde hanc esse ait συγγένειαν κυριωτέραν *cognationem primariam* seu *propriam*. Augustinus in expositione quarundam partium huius Epistolæ, posteriorem expositionem sequitur, & vsitatum est Hebræis vt dicant לִפְנֵי אֱלֹהִים *in conspectum Dei*, sic *Nemrod robustus venator coram Domino* Genes. 10. 6. Vide & Oecolampadium in hunc locum.

Contra Chrysostomum argumentatur Beza, quod κατέναντι in nouo testamento non accipiatur pro ὁμοίως. Sed primo eum refutat Aretius Caluinianus, qui ait hic κατέναντι accipi pro *ut* quemadmodum, vel quatenus. Deinde Pareus, qui in commentario vertit. *Ad instar*, qui suum Magistrum serio refutat ita enim ait: *Chrysostomus Theophylactus, & qui hos sequuntur, κατέναντι οὗ exponunt pro ὁμοίως οὗ, ad instar, seu ad similitudinem eius cui credidit, Dei q. d. paternitate ista vniuersali refert ipsum Deum. Propriè κατέναντι est ex aduerso, seu opposito, quo ad situm, vt Marci 12. 41. Ex aduerso Gazophylacij. Marci 13. 3 Matth. 21. 2. &c.*

Non ergo reijciendus est Chrysostomus, quem etiam nouatores sequuntur & describunt. Deinde non vtitur Chrysostomus verbo ὁμοίως sed ὥσπερ, quod magis exemplum, & typum atq; antitypon, quam similitudinem significat, & quamuis inter illa sit ὁμοίωσις, non tamen idem est similitudinem significare, & dicere alterum esse ex aduerso alterius seu παράλληλα εἶναι τὰ λεγόμενα, opposita, seu è regione posita.

§. 2. Cui credidit, fide indicat Abrahamum esse patrem multarum gentium. Ex Romana correctione, cui vetera exemplaria consentiunt, corrigendus est textus Syrus, qui habet: דהימנת *credidisse*, quod in plerisque etiam Latinis inuenitur.

Quis & quantus ille, *cui credidit* Abraham, fuerit, ostendit. Primo eum vocat ζωοποιοῦντος τοὺς νεκρούς, *mortuos viuificantem*. Tres fuerunt interpretationes, Prima, ζωοποίησιν siue *mortuorum viuificationem* accipit de iustificatione, altera, de corporum sterilium vegetatione: redditoque robore, & flore iuuentæ. Tertia, de vera resurrectione à mortuis. Vltima viuificatio maximè proposita est Paulo, quæ etiam secundæ conuenit; Si enim corpora mortua in vitam potest

test reuocare, quando magis languida & effœta vigori sun, & fœcunditati restitueret? Obiectum igitur inter reliqua fidei Abrahami fuit, vt crederet Dei potentiam, non modo vitæ procreatricem, sed etiam mortis victricem, & eam quæ in vitam reducerct sepultos. Cum igitur mortuos crederet posse resuscitari, *non respexit corpus suum mortuum*. S. Chrysostomus ait, eum cum credidisset posse mortuos excitare, etiam credidisse posse Deum sibi dare filios, qui filii sui non sint. Eadem fides clarius postea eluxit, cum obtulit Isaac, vt docet Apostolus Hebr. 11. *Arbitrans quia à mortuis suscitare potens est Deus.*

§. 3. Denique Deus est, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, Græcus καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, & vocantis non entia, vt entia. Vocare etudite apud nostrum Peretium exponitur. Hoc loco est, vocando, dicendo, seu volendo, & iubendo facere, vt ea quæ non sunt, fiant, ac sint. Omnia enim omnipotente voluntate sunt, quæcunque sunt, & esse possunt, quæ non sunt, si ex ipsis non repugnet esse. Facilitas igitur omnia creandi ostenditur, & sciebat Abraham non minus expedite ac facile posse esse infinitas gentes, quarum ipse pater esset, quam nunc vnus erat Ismael, itaque Deo perinde gentes illæ erant, ac si iam essent.

VERSVS 18.

Qui contra spem in spem credidit; vt fieret pater multarum gentium: secundum quod dictum est ei: sic erit semen tuum.

QVÆSTIO I.

Quomodo contra spem in spem credidit?

§. 1. IN Græco textu dicitur: παρ' ἐλπίδα, *præter spem*, hinc noster vertit: *Contra spem*, Syrus: *sine spe*, alii: *supra spem*. D. Chrysostomus: παρ' ἐλπίδα τὴν ἀνθρωπίνην, ἐπ' ἐλπίδι δὲ θεοῦ. *Contra spem humanam in spe Dei.* Contra spem rationis naturalis, spem carnis, & naturæ in spem omnipotentiæ diuinæ. Cum enim expertus esset cētum annorum sterilitatem, non fuit in ipso causa vlla sperandi, itaque in sola Dei promissione acquieuit.

Hinc clarum est, quantum à vero Sectarii nostri temporis aberrarint, qui hanc spem interpretati sunt certissimam fidem remissionis peccatorum, eum de peccatorum manendum remissione hic verbum nullum inueniatur, sed obiectum fidei Abrahamicæ statuatur, id quod hoc loco describitur, scilicet semen tuum. Quid porrò stultius Abrahamo si ita argumentatur, ego sum futurus pater multarum gentium, nulla igitur scelera mihi imputabuntur. Supra vires humanas diuino auxilio filium se habiturum credidit, ergo si Sodomorum & Gomorrhæorum facinora vinceret, se tamen iustum esse & plene beatificatum credidit.

VERSVS 19.

Et non est infirmatus fide: nec considerauit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.

QVÆSTIO I.

Quænam illa fides?

§. 1. SI verba contextus audiantur, non potest vlli hominum in mentem venire fidem, qua non dicitur esse infirmatus, esse fiduciam iustitiæ in omni scelerum atrocitate permanentis. Expressè enim obiectum fidei exponitur, non considerauit corpus suum emortuum, cum fere centum esset annorum, & emortuam vuluam Saræ. Credidit igitur diuinam esse potentiam, quæ posset corpori emortuo reddere robur, & facultatem generandi, & quia hoc promisit, etiam voluntatem illam esse, quæ concederet, hac fide iustificatus est, fide Catholica, fide operatrice, fide cui spes & caritas coniuncta, non fide qua prius crediderit se iustum esse, quam iustus fuerit, qua certo persuaderet se electum esse, nec periturum, quanticumque se flagitiis contaminaret, perire non posse.

§. 2. Bellarminus ex hoc loco rectè probat, fidem ac intellectum pertinere, lib. 1. de iustificatione cap. 4. *Vbi loquitur Apostolus de fide iustificante, vt perspicuum est ex vltimis verbis: quid autem fuerit illa fides, explicat per propositionem negantem, & affirmantem; per negantem cum dicit: non considerauit corpus suum emortuum, &c. Consideratio autem ad intellectum pertinet: ad quem non pertinet fiducia: per affirmantem, cum ait: Plenissime sciens quia quæcunq; promisit Deus, potens est & facere, Plenissimo sciro, intellectus est, non voluntatis; sicut, contra fiduciam habere, voluntatis est non intellectus. Porro non Græca πληροφορηθεὶς, significat proprie, plenissime persuasus, siue pro certo habens, qua omnia ad intellectum pertinent. Neque monere nos debet illud, non hæsitauit diffidentia, nam diffidentia posita est eo loco pro incredulitate, in Græco est ἀπιστία.* *Fides in mente.*

Respondet Pareus, πληροφορεῖσθαι etiam esse confidere, concedit tamen esse credere. Ratio est, quia ante dixit, *credidit sub spe*. Verum clarus est textus, laudatur Abrahami fides, qua non considerauit suam imbecillitatem, nec Saræ, sed Dei potentiam, & veritatem, & credidit se ex ea filium habiturum, quamobrem Syrus etiam vertit: firmiter credidit. Sed de verbo postea agendum est.

QVÆSTIO II.

Quomodo corpus eius emortuum?

§. 1. ORigenes effœtum, & debile fuisse ex mortificatione & operibus pœnitentiæ, quod iniuriâ reprehendit Beza; cur enim cum Dauidem aliosque sanctos tam in se austeros legamus, cum lauisse lectum suum lachrymis suis, non etiam Abrahamum in peregrinatione sua pœnitentiæ opera in se suscepisse dicamus? Labores autem, ieiunia, cæterasque vitæ asperitates naturalem corporis vigorem, ac robur sensim atterere, notius est quam vt expositione indigeat. Non tamen vel ea causa Abrahamum mortificasse corpus, vel ea immoderatione vt vires generationi necessarias extingueret dicendum est.

§. 2. Ætas centum annorum non erat eo tempore tam effœta, vt ad sobolis procreationem esset inualida. Itaque cum Paulus sterilitatis causam

annis tribuit, non simpliciter intelligendus est, sed comparate ad vires Abrahami, qui licet ante annos tredecim ex Agar Ismaelem suscepisset, nunc tamen ita debilitatus fuit, vt minus idoneus esset generationi, præcipue vero vt ea Sara prolem susciperet. Non postea, sed neque ea alia, quod præter istius sæculi homines imbecillem, & viribus carentem senectutem ageret. Ra io manifeste colligitur ea vitæ longitud ne quæ il'o tempore ordinaria fuit.

Abraham debilis senectute. Thare pater Abrahami vixit 205. anno. Gen. 11.32. fuit annorum 70. cum genuit Abrahamum, cum Abrahamus iam esset centum annorum, erat Thare 170. & deinceps vixit annos 35. Quis vero credat Thare 105. annos senectute fuisse inualidum, ac sterilem? Tota autem illa ætas longæua fuit, Sem vixit annos 602. Arphaxad 338. qui Abrahamum videre potuit, Sale 430. qui cum nascetetur Isaac adhuc supererat, imo nō de unquibus eum eodem anno quo Abraham mortuum esse computeur. Heber vixit 460. & diu Abrahamo superstes fuit, Phaleg vero 239. totidemque Reu, Sarug 230. Nachor 148. Thare 205. Ex his constare potest centum annorum ætatem fuisse eo tempore valdam, & quasi iuuenilem. Cum vero senectus Frigida sit & humida, quis dicet, tam longam vitam eos produxisse in perpetua senectute, adeoque defecisse? Si enim iam centum anni corpus emori cogebant, quo nativo calore, qua humido radicali per alios centum poterat sustentari?

Veterum ætas longa. Quod postea mirati sunt Catonem & Masinissam octogenarios esse factos patres, quod Cyrus apud Xenophontem negat se vnquam senectutem suam imbecilliorem factam sensisse, quam iuuentus fuisset, quod L. Metellus in extremo ætatis ita integris viribus fuisse narratur, vt adolescentiam non requireret, quamuis mirentur multi, nihil tamen ad priscam ætatem est, omnium est in ore Gorgias Leontinus, qui corporis robore, vigore sensuum, iudicii integritate, & memoriæ firmitate præstitit, sed tamen annum 108. dum aaat absoluit. Quemadmodum igitur in cæteris animalibus, quæ viuaciora sunt, fœcunditas est diuturnior, quam in illis quorum vita angustiis spaciis includitur, ita quoq; in illis ducentesimum, trecentesimum, quadringentesimum aanum attingunt hominibus, si id naturali constitutione roboris fiat, necesse est virilem quoque ætatem, roburque extendi, quid enim absurdius quam eius, qui ducentos, aut quadringentos annos victurus sit, corpus anno cētesimo viribus destitutum atq; emortuum esse, vt sit reliquo tempore qu sedans?

At occurres: Abrahamus ætati vid. tu sterilitatem suam attribuere Gen. 17.17. *Cecidit Abraham in faciem suam, & risit: in corde suo dicens: Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet?* Deinde Sara Gen. 18.12. *Postquā consenui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Deniq; vers. 11. *Erant autem ambo senes prouectiq; ætate, & desierant Saræ fieri muliebria.* Erat ergo eo tempore senectus centum annorum, cuius certissimum signum fuit cessasse menses.

Respondeo tam in Abrahamo, quam Sara fuisse præmaturam senectutem, ea corporum propria constitutione, qui a vero Sara natura sterilis fuit, nempe defectu caloris naturalis, non mirum menses etiam citius desiisse. Itaque nonagenaria parere non poterat, quæ reliqua tota vita sterilis fuit.

VERSVS 20.

In promissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide dans gloriam Deo.

QVAESTIO I.

An non hæsitauerit Abraham?

§. 1. GRæcus textus habet, οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, non disceptauit de incredulitate, nō disseruit de diuina potentia, q̄ D. Chrys. interpretatur: τουτέστιν οὐκ ἐνεδοίασεν οὐδὲ ἀμφέβαλε, Syrus: *Non dubitauit tanquam expers fidei.* Est vero διακρίνεσθαι hęsitare, dubitare, in vtramq; partem rationes cōquirere, qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui ad ventorum minas in omnem partem vertitur, atque in contraria impellitur, sic etiam qui

Magno curarum fluctuat æstu,

Atque animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc.

varie iudicat, nunc probanda damnat, nunc damnanda recipit, atque comprobat.

§. 2. Quamuis Abrahā Gen. 17.17. Ceciderit in faciem suā, & risit, in corde suo dicens: *Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Et Vtinam Ismael viuat coram te*, non dubitauit tamen de promissione Dei. Pelagiani quidem Infidelitatis eum accusarunt, sed Augustinus, Chrysostomus, Theodoretus excusant, modum ordinemq; rei cognoscere voluisse. Rupertus & Caietanus signum non sibi sed posteris poposcisse. Caietanus etiam forte dubitasse mystice, an vero proprie loqueretur. S. Thomas ea instinctu diuino perisse signum. Alii, n. scisse absoluta, an hypotheca fuerit promissio.

Verùm hoc primo statuendum est, non hæsitasse Abrahamum, Pelagianis enim Paulus manifeste contradicit. Deinde cæteras expositiones omnes probabiles esse, imo conuenire plures. Verba enim Abrahami admirantis, approbantis, & ordinem rei scire gestientis sunt, non dubitantis. Itaque in faciem corruit gratias acturus.

VERSVS 21.

Plenissime sciens, quia quæcunque promisit, potens est & facere.

QVÆSTIO I.

Quid sit plenissime sciens?

§. 1. GRæce est πληροφορηθείς, quod nonnulli à πλήρης, & φορεῖν formant, quasi sit, *habere plenam induitum*, & rem manifeste deprehendisse. Verùm contra est scriptio generalis omnium auctorum, nam per vltimam vocalem nemo verbum hoc scribit sed omnes per o paruum. Deinde si à φορεῖν deduceretur, πληροφορεῖν potius quam πληροφορεῖν dicendum esset. Itaque statuendum est, dici πληροφορηθέντα eum, qui in plenam, certam, explorataamque alicuius rei cognitionem deductus est. Et τὰ πεπληροφορημένα sunt, quorum nobis certissima constant indicia; deinde quæ sunt

πληροφορία quid.

... de quibus ... igitur ad ... Lucæ exponit. *Inde factum est Paulus ... partim quidem testimonium illud Spiritus sancti, per quem in corda electorum effunditur dilectio, qua nos Deus dilexit ... quam peccatores essemus, partim vero illius testimonii efficaciam in nobis, cuius virtute scimus fore, ut nihil nos possit separare à dilectione illa. Qua nos Deus in Christo dilexit ab æterno.*

πληροφορία ... Quod vero dat accipiamus: nempe, πληροφορίαν esse id quo nos certi sumus, deinde illi certitudini adiunctam esse παῤῥησίαν, hoc est, fiduciam. Tertio, fiduciam esse effectum fidei. Non igitur πληροφορία est fiducia. Sed est certitudo quæ ad cognitionem pertinet, verum certitudo rerum à Deo reuelatarum, nempe Deum potentem esse, vt implere promissa possit, & veracem, vt velit. Optime D. Chrysostomus hoc loco exposuit.

VERSVS 22. 23. & 24.

Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. Non est autem tantum scriptum propter ipsum, quia reputatum est illi: sed & propter vos quibus reputabitur, credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis.

QVÆSTIO I.

Quomodo ad nos pertineat Abrahæ iustificatio?

§. 1. Particula causalis διὸ, *ideo*, & apud Syrum *Propter hoc*, indicat propter opus fidei imputatam Abrahamo iustitiam, non auté nomine fidei, fuisse superioribus versibus intelligendum obiectum fidei. Hic enim de actu fidei intelligi debet. *Nam plenissime sciuit, & confortatus est fide, ideo reputatum est illi ad iustitiam*, nempe πληροφορία & firmitas illa fidei. Causa cur Moses hæc scripserit est, non vt tantummodo laudaret Abrahamum, aut factu memoriam proderet, sed vt ostenderet eodem modo nobis credentibus ad iustitiam imputari, eadem enim gratia Patri & filiis concessa est.

§. 2. Obiectio. *Abrahæ fides fuit certa fiducia salutis: ergo & nostra est talis; non enim illius fides nostra fuit typus.*

Responsio. Primo. Nondum conuincerunt, Abrahæ fidem fuisse certam fiduciam vitæ æternæ, & iustitiæ præsentis. Secundo. Hoc si daremus, longe tamen à temeraria sua præsumptione abesset fides Abrahæ; neque enim Abraham se credidit in sceleribus omnibus fore iustum, sed post pœnitentiam iustificandum. Tertio. Fides Abrahæ & nostra in eo pares sunt, ac consentiunt, quod vtraque nitatur Dei promissione ac reuelatione, veritate æterna, regula certissima, nam Abraham credidit id quod Deus reuelauit, euenturum esse, & nos quoque credimus. Promisit filium ex Sara, ille credidit: si quoque illi reuelauit eum esse prædestinatum, & iustum, id quoque credere debuit, & credidit. Ita & nos quæ Deus promisit eo modo tribuenda credimus, quo promisit, si absolute pronuisit, absolutam promissionem credimus ... ... effectumque ... credimus. Si cui ... lat, eamque sufficienter propo..., ho... ille, quem tanto Deus beneficio dignatus est.

VERSVS 25.

Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

QVÆSTIO I.

Quomodo traditus est propter delicta nostra?

§. 1. Traditus est à Deo Patre, qui definito consilio eum potestati Iudæorum permisit. Isa. 53. dicit eum à Deo percussum. Hoc autem potius vritur verbo, quam vt dicat, mortuum, crucifixum, quo indicet eum à Deo ad nostram iustificationem destinatum.

§. 2. Traditus est propter delicta, quia eius morte solutum est precium nostræ redemptionis, ideo fides specialiter in mysterium nostræ redemptionis incumbit, illo deleto in est chirographum nostrum, quod erat contrarium nobis.

§. 3. Traditus etiam est propter iustificationem nostram, quia morte sua nobis iustificationem meritus est. Disiungit tamen hæc Apostolus, quamuis coniuncta, quia mors ipsa non modo meritum est, sed etiam typus mortis peccati, Sic August. Origen. Sic Gal. 5. qui sunt Christi carnem suam crucifixerunt, & cap. 6. infra dicuntur Christo consepulti. Col. 3. si consurrexistis cum Christo; resurrectio autem Christi nouitatem nostram indicat, & iustitiam ipsam. Deinde resurrectio nos etiā à morte liberauit, nisi enim resurrexisset Christus nos in morte media hærere necesse esset.

§. 4. Insigne est hic argumentum pro iustitia vera, reali, gratuito infusa. Recte enim D. Chrysostomus, Θεὶ γὰρ καὶ ἀπέθανε, καὶ ... δικαίους ἐργάσηται. Ad hoc enim & mortuus est, & resurrexit, vt iustos efficeret.

Oecumenius eum iustificasse nos, cum à mortuis suscitauit, & vitæ reddidit, sicut Saræ vterum mortuum viuificauit, *Nam mortuos Abraham & Sara sterilitate & senectute restituit τῇ παλιγγενεσίᾳ generationi*: non igitur sola imputatione.

Pelicanus recte, quod per iustificationem, nouam & Deo placitam vitam intelligit. Resurrexit igitur propter nostram iustificationem, neq; enim sine resurrectione illius mors nobis profuisset, peccator enim fuisset, si non resurrexisset. Neque Apostolos prædicatores, aut Spiritum sanctum misisset in mundum. Hoc etiam loco Pareus quasi fulmine ictus fatetur, eos qui iustificationem hic de habitualis iustitiæ infusione accipiunt, non omnino falsum asserere: Vim tamen verbis Apostoli facere. *Iustitia infusa.*

Prius verum est, nam omnino de habituali iustitia: agit alterum falsum est; quia qui vim verbis Apostolicis facit, verum omnino non dicit.

Obiectio Socini. *Præpositio, Propter, nunquam habet hanc significationem, vt significet satisfactionem pro peccatu, sed tantum causam, itaque occasione peccatorum mortuum esse Christum.*

Respon-

[illegible]hristus quomodo mortuus propter peccata nostra.

[illegible] blasphe[illegible] tem & [illegible] onem tantum [illegible] gere, [illegible]a constan[illegible] homines ad [illegible] gelii animaret. Mortuus est Christus, [illegible] cata nostra: nam cum Christus voc[illegible] tium hostia, propitiatio, eius [illegible] pretium, lytrum & anti[illegible]trum, ita mortem [illegible]ius accipere necesse est, vt precium sit persolutum propter nostram liberat[illegible]nem. Al[illegible] qui necesse est Soci[illegible]ianos in damnatum Pelagianismum incidere, [illegible]enim [illegible] ois redemptoris nihil agit, nisi exempl[illegible] fortitu[illegible]nis, nos adhuc in peccatis hæremus. Hausit ista [illegible] *[illegible] est opi omne nomen* [illegible] [illegible]iam *propter* . [illegible] Christum [illegible] tendunt. Quod eadem [illegible] suos [illegible] res [illegible] nu[illegible] runt So[illegible]iani, & [illegible] bis, a[illegible] nobis satisfec[illegible] tur, vt docui de in[illegible] ento hæreseon.

CAPVT QVINTVM.

IVSTIFICATI ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iust[illegible] ati in sanguine eius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed [illegible] gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt: vsque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. sed non sicut delictum, ita & donum. si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt mult[illegible], ita & per vnius obedientiam, iusti constituentur multi. Lex autem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

IN CAPVT QVINTVM

ARGVMENTVM.

DEMONSTRAT iustitiæ veræ quæ per fidem habetur dignitatem, & veritatem ab effectu. quorum primus est, integra cum Deo pax & reconciliatio, soluto per Christum redemptionis precio, & deleto chirographo delicti. Eius beneficii magnitudinem vsque ad versum 12. exponit. Exinde vero amplius an[illegible]thesi inter Adamum peccantem, & peccata in posteros propagantem, & Christum iust[illegible]ficantem explanat. Quia vero Iudæi ad legis iustitiam perpetuo relabebantur, & [illegible]stificatos se lege obseruanda iactabant, à vers. 20. eorum præsumptionem excludit, legem enim subintrasse ait, vt abundaret delictum, Christum venisse, vt gratiam conferret,

In Syriacâ Ecclesiâ legitur: *Feria secunda candidatorum.* Vsque ad versum 12. Inde vsque ad [illegible]nem. *Feria primâ præcedente ieiunium.*

Sanctus Chrysostomus eo pertinere disputationem existimat; vt eum multa de Iu[illegible] per fidem sine operibus dixisset, ne quis existimaret, inertiæ prætextũ ex dictis præberi, nunc pacem imperare, ne scilicet Deo peccantes rebellemus, sed ipsi seruiamus. Ita Origenes etiam, & Dionysius Carthusianus, quarum interpretationem corruptelam appellat Pareus, idque probat mendacio, de quo mox dicam.

VE[illegible]SV

VERSVS I.

Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.

QVÆSTIO I.

An legendum sit habemus, an habeamus?

§. 1. EXigui res momenti videtur esse; legamusne, ἔχομεν per ὀμικρὸν, an ἔχωμεν per ω μέγα. Et apud sanos interpretes vtraque lectio veram sententiam efficit: Verùm hæresis inquieta, vndique in rem suam intenta, magno studio vrget, vt legatur ἔχομεν. *habemus*, nam ex ea aliquid sperat emolumenti, ex alia lectione detrimentum timet. Aliud enim est Apostolum adhortari nos ad pacem cum Deo ineundam, aliud vero asserere iam pacem coaluisse; aliud etiam monere, vt pacem initam obseruemus. Pareus qui postremus Epistolas Pauli deprauauit è Caluinistis, queritur Dionysii Carthusiani corruptelæ fauere Origenem, & Chrysostomum; hunc ait referre quorundam expositionem, de ea pace, quam iustificati fide inter se habere debent. Sed hanc non probare; exponere autem de ea pace, quam habere debemus cum Deo peccata vitando. *Sed exempla Græca,* inquit, *constanter habent*, ἔχομεν. *habemus, assertiue, non imperatiue. Et sic legit etiam Ambrosius.*

...ßura ...icii.

Mira hominis peruersitas. Nam Chrysostomus non simpliciter dicit, quosdam de mutua inter nos pace exponere. Sed τινὲς φάσιν, inquit, ὅτι τὸ ... μὴ στασιάζωμεν φιλονεικοῦντες τὸν νόμον εἰσαγαγεῖν. *Aliqui dicunt, ne dissideamus contentiose conantes legem introducere.* Hanc ergo pacem quidam affirmabant asseri, qua legis iugo, Iudæorum contentione non premerentur fideles.

Quod vero Chrysostomus legerit per vltimam vocalem Græcorum, & alii etiam quos citat ex textu eius, apparet. Nam & illi interpretabantur, μὴ στασιάζωμεν, *ne tumultuemur, ne dissentiamus.* Et Chrysostomus non in antiquis modo libris, vt in manuscripto Bibliothecæ Electoralis Bauariæ, tot habet ἔχωμεν, per ω μέγα, & interpretatur: μηκέτι ἁμαρτάνωμεν, ne amplius peccemus, μηδὲ ἐπὶ τὰ πρότερα ἐπανερχώμεθα, *neque ad priora redeamus,* ita habet non modo editio Britannica Henrici Sabilii ἐκ παλαιῶν ἀντιγράφων sed etiam Heidelbergensis. Origenes diserte ait, *Hortari Paulum, & inuitare ad pacem, ne vltra caro Spiritui, & legi diuinæ repugnet.* Eadem lectio est Theophylacti. Eodem modo & catena Græca. Itaque Græci auctores constanter habent ἔχωμεν, atque ita exponunt, ex quorum constanti lectione, & expositione libri, qui aliud habent sunt corrigendi. Erasmus plerosque habere ἔχομεν dicit, alios variare, sed ille ad interpretes parum attendit. Beza fatetur, *Græcos interpretes & scholia habere* ἔχωμεν; ex quo consequens est etiam libros habuisse, vitiosa autem exemplaria habuisse Erasmus demonstrat, editio Britannica cuius auctoritatem subterfugere non possunt aduersarii. Denique Latina editio Græcis consentiens constanter habet imperatiuum *Habeamus*, nisi quod Ambrosius lib. 2. de vocatione Gentium aliter legit. Alioqui Sedo-

Græci libri habent nostram lectionem.

lius, Prosper, commentarius S. Hieronymo attributus eodem modo legit. Audaciam ex Stig... sumpsisse videtur Pareus, qui in solum Origenem inuehitur, quod sensum Pauli corruperit, non tamen quicquam probat, & aliorum interpretationes aut nesciuit, aut dissimulauit. Quod idem etiam fecit Wigandus, aliique.

QVÆSTIO II.

An fiduciantium securitas verbis Apostoli stabiliatur?

§. 1. DVabus in vocibus controuersia maxime consistit. Primo, vt certo statuamus, quid sit, *iustificari*, deinde, quid sit *pacem habere ad Deum.* De iustificatione iam ante dictum est: non enim iusti illi sunt, quorum sunt facta teterrima, sed solâ imaginatione gratiæ præsentis sese securos iactant. Andreas Hyperius, ait eum quem semel dignatus est gratia, nunquam illa excidere, *etsi à carne suâ aliquando vincatur, vt in teterrima peccata praeceps ruat, vt adulterium, homicidium, periurium.* Contristari his Spiritum sanctum, non tolli iustitiam. Hoc iustitiæ genus, quod ne dæmon quidem iustitiæ nomine vocaret, plane reiicit Scriptura. Ideo stulte lib. 1. instit. cap. 1. de iustificatione Caluinus docet: *Hac sola indutos posse nos stare ante tribunal Dei.* Et cap. 11. securitatem inde coactum se dedocere fingit. At cap. 3. docet hominem Impium auditis promissionibus & concepta fiducia, *sentire se iustificari, non mutatione naturæ, sed tranquillatione conscientiæ, & pace cordis sui cum Deo.* Intellige ex illorum principiis, hoc eum sentire, qui manet impius. At non est pax impiis, scelera dum vigent, à Domino separant; nemo reconciliatur Deo, nisi & ipse inimicitiam ponat. Hi igitur, vt illi apud Isaiam 32. 17. dicunt, *Pax, & non est pax.* Non est in illis secura mens quasi iuge conuiuium, vt piis promittitur Prouerbiorum 15. 15. sed anima sceleratorum quasi in funda rotatur. *Pax autem multa diligentibus eum*: Psalm. 118. 16. Hæc etiam in mundi turbis, & persecutionibus interna consolatione pacatum animum tenet. Ioan. 16. 33. Psalm. 7. 17. 2. Corinth. 1. 12. Non est autem iustificatio, cum scelerum conscientia supprimitur, & de misericordia ante pœnitentiam præsumitur.

Impius sine mutatione pius.

Impii pacem non habent.

§. 2. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus, particula οὖν, *Ergo*, ostendit ex præcedente, disputatione συμπέρασμα atque adeo integram conclusionem esse. Cum enim ex Iudæis & gentibus iustificati simus per fidem, pacem ad Deum habeamus; illa enim necessaria est concordia. Anselmus eum putat alloqui gentes, ne contentiose legem naturalem legi Mosaicæ præferant, Chrysostomus vero ne Deum peccatis offendamus. Τί ἐστιν εἰρήνην ἔχωμεν; τινὲς φασὶν ὅτι μὴ δὴ στασιάζωμεν, φιλονεικοῦντες τὸν νόμον εἰσαγαγεῖν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ περὶ πολιτείας ἡμῖν λοιπὸν διαλέγεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ περὶ πίστεως διελέχθη, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων δικαιοσύνην αὐτὴν προέθηκεν, ἵνα μή τις νομίσῃ ῥᾳθυμίας ὑπόθεσιν εἶναι τὰ λεγόμενα, φησίν: εἰρήνην ἔχωμεν. τουτέστι μηκέτι ἁμαρτάνωμεν, μηδὲ πρὸς τὰ πρότερα ἐπανερχώμεθα: *Quid est pacem habeamus? Quidam dicunt, ne tumultuemur per contentionem conantes legem introducere. Mihi videtur autem nobis de conuersatione reliquam edisserere.*

Pax in vitæ integritate est.

adiſſerere. Poſtquam de fide multa diſputaſſet, & ipſam iuſtitia, quæ ex operibus, anteposuiſſet, ne quis illa quæ dicta ſunt exiſtimaret eſſe ignauia occaſionem, dicit, pacem habeamus, hoc eſt, ne amplius peccemus, neque ad priora redeamus, hoc eſt, eum bellum habere cum Deo, & quomodo poſſibile eſt, dicit, non amplius peccare? Quomodo prius poſſibile fuit? Eodem modo interpretatur Græca ἐξήγησις, *Habere pacem ad Deum præcepta ſeruantem.* ἀκολουθῶν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, ὡς ὅγε ἁμαρτάνων πολεμεῖ θεῷ, *Sequens præcepta eius, quippe peccator Deo repugnat.* Et: καταλύσωμεν τελείως τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον, *Soluamus perfecte, quod eſt contra eum, bellum.* Atque hæc etiam eſt ſententia Dionyſii Carthuſiani qui pacem in eo collocat, vt Deo humiliter ſubditi ſimus. Eadem mente Theodoretus ad mores refert.

Bona vita mater fiduciæ.

§. 3. Hæc ex pace ſequitur etiam alia; nempe filiorum Dei in miſericordiam æterni patris recumbentium fiducia, & animi tranquillitas, dum enim Dei in ſe bonitatem morte Chriſti declaratam animo perpendunt, ſpe feruntur ad eius participationem; & dum diuini in ſe fauoris notas, fidem, ſpem, caritatem, odium peccati, pœnitentiam ſentiunt, ſe in numero filiorum Dei eſſe, non infallibili certitudine, ſed morali, & animi angores tranquillante fiducia cognoſcũt. Deum enim pacatum habere ſe, magno argumento docentur, cum vel peccata eius amore deuitant, vel admiſſa lacrymis delent. Deum enim habet pacatum innocens, quem peccator habet auerſum. Signum etiam huius pacis eſt, acre & ἄσπονδον, ſine fœdere bellum, quod contra mundum, carnem, Satanam gerere coguntur. Veriſſime Clemens 6. Stromat. δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος ἀταραξία. *Iuſtitiæ maximus eſt fructus, imperturbatio.* De hac pace quidam & illud accipiunt, Pſalm. 147. *Qui poſuit fines tuos pacem.*

§. 4. Nihil igitur illa pax ad ſecuritatẽ carnalem hæreticorum facit. Si enim adhortationẽ eſſe concedamus, vt iam interpretatus ſum, concidere neceſſe eſt, certitudinem, quam iactant non habent ſectarii. Cur enim Apoſtolus monet, vt pacem habeamus, de qua tam certi ſumus, quam de ipſa diuinitatis maieſtate? vbi enim certitudo eſt, ibi ridicula eſt exhortatio.

Pax non eſt certiſſima.

Quin etiam pro pace illa orare poſſumus, non igitur infallibili illam certitudine tenemus. Nec minus præſumptio eorum refutatur, etiam ſi cum ipſis legamus ἔχομεν, *habemus.* Pax enim illa non ſola reconciliatione cum Deo perficitur, verum etiam reconciliationis ſenſum, & certiſſimam, vt illi dicunt, cognitionem poſtulat. Hæc eſt fiduciantium εὐθυμία tranquillitas, ſecuritas, ſerenitas animi. At ea fide iuſtificamur, pax iuſtificationem ſequitur, non igitur pax illa fides eſt; At Paulus pacem & fidem diſtinguit; nam qui per fidem ſunt iuſtificati, pacem conſequuntur: quam Beza vocat *incredibilem, & conſtantiſſimam mentis recreationem, qua de beneuolentiâ diuinâ ſecurus homo, &c.* Sed hæc recreatio, & ſecuritas eſt ipſa fides eorum, mirabiliter enim imperiti hæc confundunt. Lucas Loſſius: *Pacem habemus, hoc eſt, tranquillitatem, & lætitiam conſcientiæ ſtatuentis ſibi reconciliatum eſſe Deum.* At tranquillitas quæ ſtatuit, Deum eſſe reconciliatum, eſt ipſiſſima fides, quam iactant fiduciarii; falſum ergo eſt, quod paulo poſt facit effectum fidei: præſertim cum addat paulo poſt: *Etiam hac fide nos poſt iuſtificationem placere Deo, & iuſtos eſſe coram Deo* Pari ruditate Pareus fidem & pacem confundit. *Pacem igitur ad Deum vocat reconciliationem cum Deo. & huius reconciliationis ſenſum: qui eſt vera εὐθυμία, & conſcientiæ tranquillitas.* At reconciliatio iuxta ipſum, eſt iuſtificatio [illegible] autem iuſtificationis eſt fides, [illegible] ratione res agatur, emergit hæc confuſio. *Iuſtificati igitur ex fide*, pacem, id eſt, [illegible] & fidem habemus. Huc illud Rom. 8. 33. citat, *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* & hac pace [illegible] aſſerit, & eo loco fidei adſcribit. non eſt ergo pax illa fidei effectum, vt etiam ipſi docent, ſed ipſa eorum fides.

Confundit fidem & pacem.

§. 5. Conſtat porro eam quam comminiſcuntur εὐθυμίαν *tranquillitatem*, deſperationis eſſe officinam, aut inanem mentibus ludibrium; Cum enim fiduciam illam neceſſariam fingant, nemo vero eorum ſit, qui illam conſtanter experiatur, neceſſe eſt eos ſtatuere, ſibi pereundum eſſe. Vt ſi medicus ægroto aſſeueraret certo certius illi moriendum eſſe, niſi certiſſima fide credat, ſe ſanandum eſſe: cuius rei fidem, cum habere non poſſit; eſt enim euentus incertus, & à multis pendens circumſtantiis, neceſſario deſperare debet, ſi medico credat. Firmiſſimum eſt itaque Bellarmini lib. 1. cap 10. de Iuſtificatione contra præſumptuoſam confidentiam argumentum, præſertim cum Pareus pag. 163. fateatur, *fiduciam illam ſæpe interpolari, & obſcurari.* Ideoque neceſſe ſit inconſtantem eſſe.

Fiduciæ cauſa [illegible] ratione.

Verùm de εὐθυμίᾳ & tranquillitate amplius videamus. Fides eſt cauſa iuſtificationis vt Lutherani docent, imo vt Andreas Hyperius, formalis cauſa iuſtificationis, neceſſe eſt eam igitur iuſtitia aliquo modo, natura ſcilicet priorem eſſe; cum vero eadem iuſtitiam acceptam habeat pro obiecto, etiam neceſſe eſt natura poſteriorem eſſe, vt neruoſe & breuiter concludit P. Becanus cap. 7. de iuſtificatione Caluiniſtarum. Quod ſi eo refugiant, vt fidem ſe habere relatiue dicant, ideoque ſimul eſſe: non magis ea fide iuſtificatio, quam ex iuſtificatione fides eſt, reciproce enim ſe mutuo ponunt, & tollunt, nulla alia inter ſe cauſalitate aut efficientia, qu[illegible] alterius exiſtentia ab actione correlati dependeat. Prior igitur, & poſterior iuſtificatione eſt fides.

Fides prior iuſtitia, & poſterior.

§ 6 Beza triplex in homine bellum eſſe ait. Primum cupiditatum contra rectam rationem, quod manere in iuſtis, & ſola morte finiri docet. Alterum, cupiditatum, voluntatis, ipſius rationis contra ſpiritum. *Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Hoc etiam bellum tota vita durare: nullum enim eſſe, vt Pelagiani, Libertini, Anabaptiſtæ ſomniant, ἀναμάρτητον, *impeccabilem.* Tertium bellum iuſtorum eſſe contra conſcientiæ pauores; illud hac pace finiri, ac eo conquieſcere, adeo vt nihil mens timeat, ne Dei quidem tribunal. Hac in pace ſummam ſecuritatis collocat: vt nec homines, nec Deum timeant. Et hoc quidem in prioribus bellis alternante victoria, & tetertimis factis paſſim Spiritum ſanctum contriſtantibus. Summa in eo difficultas eſt, quo parari illa pax valeat. Pareus ait non poſſe eſſe ab operibus, cum ſint omnia debita, & peccatis inquinata. Rudolphus Gualteri, non poſſe in propria virtute iſtam fiduciam quæri, pacem à meritis non eſſe. Sunt iſta à Caluino, *Nam ſi quis, inquit, ab operibus conſcientiæ ſecuritatem mutuari velit, fruſtra tentabit, eam nec Phariſæus habet, qui falſa operum fiducia turget, nec peccator, qui vitiorum dulcedine ebrius, non inquietatur; quamuis enim neuter apertum bellum videtur habere, quemadmodum ille qui peccati ſenſu feritur, quia tamen non vere accedunt, ad iudicium Dei: nequaquam concordiam cum illo habent.* Hinc luce clarius euadit, Bezanam iuſtificationem eſſe crudele pereuntis animæ ludibrium. Nam contra terrores

Triplex bellum in vno homine.

Securitas à Dei iudicio

Peccatoris torpor non eſt [illegible]

con-

conſcientiæ pacem habet, ſenſu peccati non feritur, aut ſane non ita feritur, vt à peccando reſiliat, Deum vt iudicem nõ nouit: Pax enim illa eſt contra cõſcientię terrores diuini iudicii ſenſu perculſę; itaque ictum Dei ferientis diſcutit, & ſecuram facit: & conſcientia tamen illa peccatrix eſt: non ergo ex Caluini ſententia pax illa iuſti pax eſt, ſed peccatoris, qui vitiorum dulcedine ebrius, non inquietatur. Non enim ideo iuſtus eſt, quia ictum Dei ferientis effugit, nec igitur fidem ille, nec pacem habet, ſed medio belli diſcrimine torpeſcit. Inſaniunt autem dum pacem illam ſine operibus eſſe poſſe pronunciant. Perinde ac ſi dicerent, ſe habere pacem cum eo, quem ſtricto ferro inuaderent. Si enim ſine operibus bonis iuſtitia illa ſibi conſtat, etiam cum operibus malis perfectam eſſe, eſt conſectarium, cum bonorum operum neglectus magnum ſit ipſe malum, nec modo commiſſione eius quod vetatur, ſed etiam eius quod iubetur, omiſſione peccetur. Verum hac in re iudicium S. Cypriani audire præſtat. De vnitate Eccleſiæ. *Iuſtitia opus eſt, vt promereri quis poſſit Deum iudicem. Præceptis eius & monitis obtemperandum eſt, vt accipiant merita noſtra mercedem. Dominus in Euangelio cum ſpei & fidei noſtræ viam compendio breuiante dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit, Deus vnus eſt: & diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc eſt primum mandatum, & ſecundum ſimile huic: diliges proximum tuum tanquam teipſum. In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Cyprianus Tom. 2. lib. de Vnit. Eccleſ.*

Quin etiam S. Leo Serm. 6. de natiuitate adhortationem eſſe ait, ad virtutem, ideo nullo modo hic poteſt accommodari verbis Pauli præſumptio fiduciationis. Verba Leonis pag. 54. habentur.

VERSVS 2.

Per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

QVÆSTIO I.

Quis ſit acceſſus in gratiam?

§. 1. GRæcus habet ἐσχήκαμεν *habuimus*, & Syrus אתקרבן *acceſſimus*, nam קרב eſt *appropinquare*. προσαγωγὴ acceſſus non niſi per Chriſtum fieri potuit, & per fidem; nam inimici eramus. Ille mediator eſt, ille ad thronum gratiæ deducit. Solent eſſe in regum Palatiis προσαγωγεῖς adductores, conciliatores, quorum interuentu in acceſſa vulgo limina panduntur, qui idcirco etiam perductores appellantur. Gratia autem nos Deo amicos, familiares, & quaſi intimos conſtituit.

Gratia iuſtificans. §. 2. Gratia hoc loco eſt donum, quo infuſo iuſtos nos Deus facit, & idcirco ſuo fauore & gratia dignatur. Quidam ſolo Dei fauore iſtam gratiam definiunt, ne aliam gratiam infuſam credere cogantur, ſed conſtat de gratia iuſtificante accipiendum, Græcus interpres, *ποίαν εἰπέ μοι, χάριν; τὸ καταξιωθῆναι τῆς τοῦ θεοῦ γνώσεως, τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλαγῆναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνῶναι, τὸ πάντων ἐπιτυχεῖν τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀγαθῶν, εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς προσήγαγεν, ἵνα ταῦτα λάβωμεν τὰ δῶρα. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἵνα ἁμαρτημάτων ἄφεσις γένηται, καὶ ἀπαλλαγὴ μόνον, ἀλλ' ἵνα, καὶ μυρίων ἀπολαύσωμεν ἀξιωμάτων. Qualem, dic mihi, gratiam? Quod dignatus eſt nos Dei cognitione, quod errore liberauit, quod veritatis cognitionem dedit, quod conſequi omnia voluit per baptiſmum bona. Eo nos adduxit, vt dona illa acciperemus. Neque enim ſimpliciter, vt peccatorum fieret remiſſio, & reconciliatio ſolum, ſed vt innumeris frueremur dignitatibus.* Gratia iſta eſt igitur ipſa iuſtitia, omniaq; dona quæ nobis ſuo ſanguine Dominus parauit.

Adamus Contzen Comment. in Epiſt. ad Rom.

Quare concidit argumentum Parei quod lib. 1. de iuſtificatione, cap. 8. proponit: *Gratia eſt miſericordia fide, habemus aditum ad gratiam, ergo ad miſericordiam, Hanc ergo fides propriè ſpectat, petit, amplectitur.*

Reſpondeo fide credi quidem Dei miſericordiam, oratione peti, charitate accipi, at nullo modo conficitur, fidem ſtatuere ſibi adhuc impio datam remiſſionis gratiam, dandam vſque ad finem perſeuerantiam. Quin idem Pareus in expoſitione Epiſt. ad Romanos, non ſolam miſericordiam gratuitam, ſed etiam dona in nos deriuata nomine gratiæ intelligit. Quin B. za interpretatur, vel τὴν τοῦ θεοῦ εὐδοκίαν, *Dei beneplacitum, vel conditionem in qua nos ſumus.* Lucas Loſſius; *Id eſt*, inquit, *vt per vocem Euangelii, vocaremur ad notitiam Dei, & mediatoris, & beneficiorum eius communicationem.* Senſus igitur eſt; Per Chriſtum in gratiam iſtam, quæ religionis Chriſtianę propria eſt, non noſtris nos meritis peruenisse. *Hæreticorũ pugna.*

QVÆSTIO II.

Quid ſit in gratiâ ſtare?

§. 1. HÆretica expoſitio: *Stare in gratia, eſt de gratiâ certum, & ſecurum eſſe. Ita Pareus hoc loco. Stare* τετράγωνον καὶ ἀμετάπτωτον *eſſe. Quadratum eſſe, & talem qui labi non poſſit.* Stationem itaque hanc definit, *immotam certitudinem gratiæ præſentis & futuræ.* Obiicit ſibi conſcientiæ ſtimulo adactus. *At offendere non ceſſamus.* Reſpondet: *Stamus non igitur cademus: aut ſi cadimus, non excidemus.* *Stare, certum eſſe.*

Reſpondeo peruerti tam licentioſa expoſitione ſententiam Pauli. Deinde ſtolidum eſſe argumentum; *Stamus, non ergo cademus*: cum Apoſtolus timere iubeat eos, qui ſtant, ne cadant. Græcus habet: ἑστήκαμεν, *ſtetimus*, & Syrus קמינן *caminan*, eodem ſenſu. Vertunt nonnulli, per quam ſtamus; vt indicet noſtris nos viribus deficere, & labi gratia ſtare. Nec ſatis illud refutant, qui cauſantur, non eſſe, διὰ *per*, vel *propter*, ſed ἐν *in*; nam poſſet probabiliſſime dici: phraſin Hebræam eſſe, *in qua*, ב eſt inſtrumenti, vel modi, hic in Syro eſt דבה *debach*, *in qua*. Sed malo ſignificare, gratiæ manſionem: Tria enim noſtræ iuſtitiæ principia proponit Chriſtum cauſam efficientem principem, fidem initium & fundamentum, ipſam gratiam formalem cauſam iuſtificationis, ſeu ipſam iuſtitiam. Neque illud: *in qua ſtamus*, eſt ad fidem referendum, ſed proximo iungendum. Stamus igitur, quia nullus caſus, nullus tyrannus, ne mors quidem eripere nobis illam gratiam poteſt; Dona enim Dei auferri non ſolent, ſine eius in quem collata ſunt delicto. Certa eſt ergo gratiæ poſſeſſio, nec niſi noſtra voluntate tanto bono excidimus. Conſule hũc in locum Chryſoſtomum. Stare autem pro credere, ſtare in gratia, pro ſtatuere, nullo ſe facinore caſurum, noua eſt, & nuſquam in Scripturis vſitata locutio. State in fide, ſtate in *Tres rationes iuſtificationis.* *Stare non eſt credere ſe non caſurum.*

V gratia,

gratia, amicitia, in tormentis est perseuerare. Perseuerat autem & ille, qui ignorat, quid sequens vehat. State, & cadere, & excidere opponitur esse dicit hoc loco Pareus; non ergo stare, certo statuere sa non casurum, sed non cadere, permanere, stare loco, figere pedem, esse creditur.

§. 2. Caluinus eodem modo argutatur, & Losius, & vero Andreas Hyperius, alii que. Sed Caluinum audiamus. *Atque hic euertuntur duo pestilentissima Sophistarum dogmata. Alterum quo iubent Christianos contentos coniectura morali, in percipienda sui gratia. Alterum quo tradunt omnes esse incertos finalis perseuerantia.* Pareus ait, non solus Pauli vocem esse, *flamus* sed omnium, meam, tuam. Rationem suam probat Caluinus. *Gloriamur, ergo tu praesens est certa intelligentia gratia, & in futurum persuasio gloria.*

Respondeo. Gloriationem, infallibilis certitudinis non esse arg mentum. Gloriamur enim in spe futuræ gloriæ, quam scimus certam esse ex immutabili voluntate offerentis: quia tamen illa promissio nostram cooperationem, & perseuerantiam includit, hac ex parte certitudo deficit: Voluntas est enim mutabilis, non tamen ideo gloriatio tollitur; quia bona tanta non, nisi nolent illa retinere, auferuntur. Eadem est in præsentium perceptione gratiarum difficultas, cum enim tot sint ingenii humani sinus, & latebræ, non potest de renouatione sua quisquam securus esse. Nec tia ot cadendi gloriationem stantium euacuat sed pestilentem elationem, quæ ascendendo cadit, salubri temperamento premit. Dauid seruire Domino iubet in timore, exultare cum tremore: Exultant itur ad regnum, tremunt pugnaturi pro regno. Quin ipsum verbum *standi* Caluini fiduciam de statione deiicit. 1. Cor. 10. 12. *Qui se existimat stare, videat, ne cadat.* Stantibus loquitur, & qui stare se putabant. Stantes igitur casum formidare possunt, non ergo certissimi sunt, nunquam se casuros. Stare autem eo loco, interprete Beza, opponitur τῷ πίπτειν, vel τῷ κεῖσθαι. *Ei quod est cadere, vel iacere.* Sed Apostolus opponit, *πίπτειν*, & *ἑστάναι*, *stare*, *& cadere*. Disertissime in eum locum Chrysostomus, μὴ τοίνυν ἐπὶ τῇ πίστει φρόνει, μέγα, ἀλλὰ φυλάττε τῷ πίστιν. εἰ γὰρ ἐπαλὸ τὴν διδοῦσαν ὁ πάντων σεβέστερος, πολὺ μᾶλλον ὑμᾶς δεδοικέναι χρή. *Noli igitur altum sapiat, qui stat, sed lapsum caueat. Si enim Paulus qui fortior erat omnibus timebat, quanto magis nos timere oportet?* Stantes igitur timidos faciunt cadentium ruinæ. Sicut autem iacuimus in peccatis, & credentes erecti sumus, ita peccato iterum de ici possumus. Quanquam, si hebraismum esse dicamus, minus omnino Sectariorum ratio verisimilitudinis habebit; nam illis sæpe stare עמד est, *esse*, Psalm. 113. *Qui statis in domo Domini.* Ioan. 1. *Medius nostrum stetit.*

Quod vero Pareus ait; omnium esse illam vocem, *stamus*; *Ego sto, tu stas*, valide fiduciationem retundit. Cum enim dicit Apostolus, *stamus*, exponi ita debet: *Ego Paulus sto, vos Romani statis.* non ergo verbum *stamus* continet fidem certissimam, præsentis gratiæ & futuræ gloriæ. Nam de Romanis Paulus non nisi spe, & iudicio caritatis, adeoque morali quadam cognitione ex signis certus erat. Concedunt huc aduersarii, de aliorum vel gratia præsenti, vel futura salute, nemini nisi per specialem reuelationem constare. Itaque necesse est, vt Paulus de perseuerantia Romanorum à D.o reuelante edoctus fuerit, vel non certo cognouerit eos esse perseueraturos; cum dicit ergo, *stamus*, certitudo non debet ad alios extendi. Sensus itaque iuxta aduersariosesse debet. *Stamus*, hoc est, *ego me credo certissima atque immutabili gratia stare, & staturum. De vobis probabili coniectura ductus puto, vos stare, & staturos*, certi nihil habeo. Quid Aquilæ, Epæneto, Andronico futurum sit, nescio, bene spero, male timeo. Vbi ergo est hic certitudo? vbi immota fidei animositas? Cur vnum idemque verbum in duas significationes distrahunt? *Stamus*, ego certò, vos probab liter. Ego sine metu lapsus, vos cum metu ascendi vel labendi. Vnde scis Paule illos stare? iudicio caritatis, video signa gratiæ. Scin perseueraturos? spero, & timeo, certus non sum. Iubesne eos certos esse de quibus tu incertus es? Absit. At si illi certos se dicant, nonne credes asseuerantibus? Dubitabo, multa sunt inuoluta hypocriseos, multa quæ mutare animos possunt. Multi reprobotum illa faciunt, & sentiunt, quæ electi, quocirca cum dixi: *stamus*, vsus sum communi iudicio, quo quisque præsumitur bonus, donec probetur malus. Sic & Beza in Colloquio Mompelgartensi pag. 484 *Ego quidem omnes bene sperare iubeo: sed non sum Propheta, vt possim prædicere, hunc puerum fore virum bonum.* Et paulò post: *Respondeo: Infantes baptismo offertos, probabiliter, probabiliter inquam, censere filios Dei.* Hic ille de infantibus, cur de adultis certo prophetet, si de his dubitet? & cur eos certos esse iubet, de quo ille probabiliter tantum suspicatur?

Atque hoc est, quod Apostolus ait: *gloriamur in spe*, vbi alii, *sub spe*, alii, *spe* vertunt, ἐπ' ἐλπίδι, nondum enim data est gloria, sed promissa certantibus. Egregie ista clim cap. 9. explicuit Cyprianus exhortatione ad martyres, vbi legit: *Gloriamur in spe charitatis Dei.* Nam quod in Latino est, *filiorum* à Græcis & Syris abest, nec à Cypriano legitur. Quomodo standum, & perseuerandum sit, ostendit cap. 8. Si vero dicit, stamus non de se solo sed aliis etiam loquitur.

QVÆSTIO III.

An non sint inuocandi Sancti, quia Christus est perductor?

§. 1. Vix vllus Sanctorum inimicus hoc se loco continet, quin illam inuocationem damnet. Ita Osiander, Ochinus, Rudolphus, qui etiam admonet, male eos agere, qui Christo quidem ad Deum mediatore vtantur, ad Christum tamen per alios adire consentur. Omnium grauissime Pareus. *Vnde primum cognoscitur, esse indignos nomine Christiano, qui non contenti Christo, alios sibi quærunt προσαγωγέας. nam alios quærendo, vel diffidunt Christo, vel gloriam furantur. atrocius igitur Christum lædunt Papista, qui quot cælites calendario suo continent, tot προσαγωγέας Christo associans, quam Iudæi & Pagani, qui Christum nesciunt.*

Respon-

... Nec ... ut ... ad auxili... con... Christo, ipse nostrum ... cum ... se orationes postulat, neque enim ... Christo sociauit, vt esse... & Paganis detestor. Sed simul ... ut ... ad thronum gratiæ adirent, plurium ... ocione facilius impetraturos. Si ita mediator ... Christus, vt ab alio nihil petere liceat, nisi ab ... firma est argumentatio; sed qui ipsos ... Apostolos condemnet, aliorum orationes pro se, ... postulantes. Si vero tantum hoc modo ... solus est mediator, vt tanquam Deus adore... quam redemptor colatur, qui solus sua pas... nos iustificauerit, pro nobis satisfecerit, pro ... iure suo intercedat, non est peccatum, ab ... petere, aliquid eorum, quæ Christi propria non sunt. Ego nec alios nec Cyprianum lædere ... Christum iudico, quam faciunt, Iudæi & Pagani, dum Epist. 57. ad Cornelium scribit, quomodo standum sit, & orandum. *Hortamur*, inquit, *plane quantum possumus, frater charissime, pro charitate mutua, qua nobis inuicem cohæremus, vt, (quoniam prouidentia Domini monentis instruimur, & diuina misericordia consiliis salubribus admonemur, appropinquare iam certaminis & agonis nostri diem) ieiuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris, hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseuerare fortiter faciunt: hæc sunt munimenta spiritualia, & tela diuina quæ protegunt. memores nostri inuicem simus, concordes & vnanimes, vtrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua charitate releuemus. & si quis istinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, perseueret apud Dominum nostra dilectio. pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio.*

Non in hac vita duntaxat orationes poscit, quod & hæretici faciunt, sed etiam in altera, vt non cesset oratio, vbi perseuerat dilectio. Nam si amicos amare pergunt, cur non, vt ante, orarent? aut cur beatorum oratio pro aliis esset Christo dedecori, quorum viuentium fuit grata? Eodem sensu lib. de disciplina, & habitu virginum preces petit. *Durate fortiter, spiritualiter pergite, peruenite feliciter, tantum tunc mementote nostri, cum incipiet in vobis virginitas honorari.*

Vide & Cornel. Epist. decret. 2. Liturgiam Sancti Iacobi probatam à Syn. 6. can. 32. Clementem Rom. Epist. ad Iacob. Euseb. lib. 6. cap. 5. Africanum lib. 5. de persecut. Wandalica. Fulgentium ... de laudibus Mariæ aliosque. Constat ergo ... ciscere homines comprecantes, non esse contra Christi maiestatem officiumque, ad quem, & per quem oratio omnium defertur. Nec hactenus ratio vlla reddita est, cur inuocare viuentes possimus vt suas nobiscum iungant preces, defunctos non possimus. Cur viuentes orare pro fratribus & impetrare à Christo possint beneficia, defunctorum Sanctorum, cum Christo regnantium sint preces execrabiles. Cur Angeli videntes ... Dei, orare possint, animæ in eadem gloria non possint, quæ est ista peruersitas cœlitibus le... dicere? omnem rogandi facultatem, omne ... intercedendi tollere? Rectè respondit Lu... Ieremias ... onstantinopolitanus pag. 111.
Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

... *... verum et ... quando ... ut nihil iuuaret.* Secundo deinde ... verbis ostendit, quomodo aliter ... Deus inuocetur. Nec Sanctis honorem ... num impendi. Itaque etiam Græcorum ... obiscum hunc articulum tuentur, hæresesque ... ant.

VERSVS 3.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur.

QVÆSTIO I.

Quomodo in tribulationibus gloriemur?

§. 1. Erasmus, Valla, Caluinus, Beza, Pareus, vertunt: *Neq; id solum*, ac si scriptum esset: οὐδὲ τοῦτο μόνον. Et ascriptum τοῦτο in Claromontano codice narrat Beza. Id vero Lossius, Hyperius, alii sequuntur. Sed non est causa mutandi, cum Latinus & Græcus textus ex æquo sit planus, imo licet sit abruptum dicendi genus, facilius tamen omnino nostra lectio accommodatur, vt legimus apud Oecumenium, qui sic continuat orationem: οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τοῖς δοθεῖσι, καὶ τοῖς μέλλουσι ... καυχώμεθα, ἀλλὰ καὶ ... *Non solum autem in datis & futuris bonis gloriamur, sed etiam in illis quæ contraria esse videntur, quales sunt tribulationes.* Syrus particulam comparationis seu similitudinis. ולא הכנא בלחוד *vela bachana bel. bud, & non ita solum.*

Præoccupat igitur obiectionem infirmorum; cum enim tantum esse in se Dei beneuolentiam, tot tantaque dona cœlitus collata pacem, gloriationemque audirent, animos tamen carnis infirmitate debiles, exilia, rapinæ bonorum, contumeliæ, carceres, & cruciamenta lassabant. In Iudæa & inter gentes persecutiones patiebantur, iam non multos annos aberat dira persecutio Neronis gladio sæuiente, quæ Romæ innumerabilem multitudinem absumpsit. Hic Apostolus non ignauas eos consolatione mulcet, spe meliorum, sed ipsas tribulationes ait esse gloriosas, aduersis enim probari amicitiæ sinceritatem & constantiam etiam inter homines vsitatum est. Magnitudo bonorum cœlestium quanta sit, hinc concludimus, quod etiam eorum causa tribulationes gloriandi materiam præbeant. ... inquit Chrysostomus, ... *Considera quanta sint futura, quod etiam in tristibus magno animo sumus.* Nec dicit δεῖ καυχᾶσθαι *oportet gloriari*, sed καυχώμεθα *gloriamur*, ... *ex propria persona adhortationem inducens.* Gloriamur autem non stoica ἀπαθείᾳ & ἀναισθησίᾳ *stupore & insensibilitate*, sed causæ consideratione, & fructuum magnitudine.

Aduersa gloriosa.

§. 2. Neque vero hic locus à mala mente hæreticorum manuque intactus remansit. *Gloriamur in tribulationibus non ergo in bonis operibus.* Concludunt Sectarii.

 Respon-

[illegible] dhumi[illegible] rei bonis [illegible] Sed cur non inde [illegible] ergo gloriamur in [fi]de, in spe? Si enim [illegible] in gloriatio omnia excludi[t], ut non & fidem. Imo cur gl[or]iamur in Christo? An[ne] *ut in glorie[mur], ut non tantum in eo gloriemur*. Sed in spe etiam, & in [fid]e &[illegible] caritate? Sane ita Conradus P[illegible] inter primores Caluinistas Apostata, nondum mentem omnem cautius docuit. C[illegible] sententia est. *Vbicunque est profectus salutis illic non deest gloriandi materia.* Id longe patet; in iustificatione in sanctificatione, infusione fidei, spei, charitatis, cæterarumq; virtutu, profectus est salutis, gloriandi igitur materia. Duplex porro est gloriatio, superba, vana, sui deceptrix; dein modesta, vera, bonitatis diuinæ commendatrix. Prior illa gloria est impioru[m], virtutes suas sibi imputantium, & gratiæ cœlestis hostium. Altera est Sanctorum, qui nec dicere, nec agere aliquid possunt contra Christum, quoniam omnis eorum gloria est Christus.

[Gloriatio-]nis varia materia.

De nostris operibus non est gloriandum, quia, vt optime Cyprianus, *nihil nostrum est.* Profana est illa gloriatio, & gloriam veram euacuat, ita gloriabantur Pelagiani, vt testatur Augustinus Epist. 46. ad Valentinum pag. 33 k. *Vnde supra dictam epistolam ad Sixtum Rom. Ecclesiæ presbyterum, contra nouos hæreticos Pelagianos conscriptam, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, vt qui gloriatur, non in Domino glorietur sed in seipso, hoc est in homine, non in Domino: Quod prohibet Apostolus dicens: Nemo glorietur in homine. Et alio loco. Qui gloriatur, inquit, in Domino glorietur. Illi vero hæretici seipsos à seipsis iustos fieri putantes, quasi hoc eis non dederit Deus, sed ipsi sibi, non vtique in Domino sed in semetipsis gloriantur.*

[illegible] hominum in se vitiosa, in Deo sancta.

Et Epistol. 120. p. 177 b. ita fatuæ virgines gloriabantur, *Neque enim dixerunt, Apud te laus mea vel, In Domino laudabitur anima mea. Aut in Domino gloriatæ sunt, cum ignorantes Dei iustitiam, suam iustitiam constituerunt, ac per hoc portaret à sapientibus oleum hoc est, aliquam consolationem nec inuenerunt nec acceperunt, illis respondentibus se nescire vtrum sibi sufficiat ipsa conscientia qua expectant misericordiam sub Domino, quoniam in throno sederet, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? nisi superexultet misericordia iudicio, qua super eos erit, qui misericordiæ opera illa intentione fecerunt, vt eorum misereretur, à quo sciebant se accepisse, quod habebant: nec gloriabantur quasi non acceperint, sed per ipsos habuerint quod placebant sicut stulti quæ & sibi placent tanquam de bono à se sibi parato, & ab adulantibus vel errantibus ita laudantur ac si ipsi sint aliquid.*

Et enarratione in Psalmum 31. in illa verba: *Gloriamini omnes recti corde*, ostendit quæ vera sit gl[oria]tio. Καυχᾶσθε gloriatio, est exultatio, lætitia, prædicatio suæ fœlicitatis, & bonorum: illa finito gaus sit, vanam laudem inde captet, suo se merito & virtute eo ascendisse iactet, inimica Deo est: si vero scopum sibi habent propositum diuinæ gloriæ amplificationem, fid[ei] incrementum, gratitudinis est. Qu[i] magnâ & solâ principum beneuolentiâ in altum sublatus est, si id meritis suis tribuat, ingratus est, si liberalitatem donantis agn[o]scat, laudabilis. Vera ergo Sanctorum gloriatio est, gratiarum actio; illa succensissima & fortissima in aduersis apparet.

Gloriatio est honorū suorum prædicatio.

Nam verus Dei amicus est, qui doris exerci[tus illegible] ipsi [illegible] esse den[illegible] nnus. [illegible] [Greek illegible] Vnde gloriamur tribulationibus? Quia valde Deum amamus. Amat enim omnis gaudet, & honorificum putat, quando pro quem diligit, patitur. Amantem & non amante aduersa produnt. Amor qui ad ictum t[illegible] filij; vitiosus est, & fucatus: qui contra ma[lle]os & incudes contumax est, de gemina est, adamantinus est, & Christi genuinum seruum signat. Hinc igitur planum est, quæ vera, quæ [illegible] gloriatio.

Qvæstio II.

Qui effectus tribulationis, & quæ gradatio?

§. 1. Scientes inquit, quod tribulatio patientiam operatur. Scientia illa Sancto[rum] est; mundus enim non gaudet, multo bonis, [illegible] tur in malis, paradoxon est. Sanctorum in ma[lis] malis magna exultatio, & in mag[nis] bonis magna moderatio. Scientes autem non solo Spir[itus] pu[illegible] instinctu, sed ea doctrina Euangelij, quæ docet, tristes, flentes, sitientes, esurientes, persecutionem patientes, beatos esse. Scimus enim nos *habera domum in cœlis* 2. Corinth. 5. 1. ideo incommoda diuersorum terrenorum facile sustinemus. & 2. Tim. 1. *Scimus cui credidimus*, ideo in eius conspectu dura lubentes patimur: vt illi pati nostram nostram probemus. Nam tribulationis effectus est patientia ὑπομονὴ tolerantia, cuius dura in rebus sustinendis robur inuictum est.

[illegible] gaudium

§. 2. Patientiam operatur tribulatio in Sanctis, non suo merito, efficientiaque, sed quia patientiæ exercendæ, quæ iam data est à Spiritu sancto, dat occasionem. Nam patientia donum Spiritus sancti est, quod non frustra, sed ad vsum donatur, ideoque & eius materia suggeritur à Deo. Magnum autem patientiæ præsidium est, cum nobis certo constiturum est, nihil fortuito nobis accidere, omnia certa lege, & pondere & dimensa à Deo donari. Et quamuis in multis tribulationum crebro aliena malitia intercedat, tamen vt ad nostram patientiam Deus vol[u]it, eum facile auct[or]em pu[t]et. Patientiam igitur tribulatio operatur, seu vt in Syro est גמר [illegible] *gamar ban* perficit in nobis, in impatientiam, indignationem, fremitum, blasphemias operatur. Efficax argumentum contra suorum fiduciam hic in eius infert Rudolphus Gualteri. *E contrario*, inquit, *hinc colligitur, fidem nullam esse, vbi impatientia regnat.* Pat[illegible] Ex quo coof quum, non posse quemquam de fide certum esse, nisi qui certus sit de patientia, in tribulationibusque. Ideo certitudinem salutis pendere à certitudine virtutum.

De fructu & dignitate patientiæ Cyprianus mult[a]; & Tertullianus Scorpiaco cap. 5. pag. 999. *Paulus vero Apostolus de persecutore, qui primus Ecclesiæ sanguinem fudit, postea gladium [illegible] mutans, & conuertens macheram in aratrum [illegible] pus rapax Beniamin, debinc afferens ipse [illegible]*

etiam secundum Iacob, qualiter martyria iam & sibi optabilia commendat, quum de Thessalonicensibus gaudens, vti, inquit, gloriemur in vobis in Ecclesiis Dei pro tolerantia vestra & fide, in omnibus persecutionibus & pressuris, quibus sustinetis ostentamen iusti iudicii Dei, vt digni habeamini regno eius, pro quo & patimini. Sicut & ad Romanos, Non solum autem, verum etiam exultantes in pressuris, certe quod pressura tolerantiam perficit, tolerantia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit. Et rursus, Quod si filii & heredes, heredes quidem Dei, coheredes vero Christi. Siquidem compatimur, vti & cum illo glorificemur. Reputo enim passiones huius temporis non esse dignas ad gloriam quæ in nos habeat reuelari. Et ideo postmodum, Quis, inquit, separabit nos à dilectione Christi? an pressura, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an machæra, secundum quod scriptum est, tui causa mortificamur tota die, deputati sumus vt pecora iugulationis: sed in omnibus istis supervincimus pro eo qui nos dilexit.

Vbi etiam habet, *perficit*, vt est in Syro. Et pro *gloriantes*, habet, *exultantes*. Ita tamen de exhortatione ad Martyrium non legit Cyprianus cap. 9. Vtitur autem hocce, & similibus locis Tertullianus aduersum Gnosticos martyria facienda negantes, fidem dissimulantes.

§. 3. Pareus ait, cum dicitur, κατεργάζεται, *esse phrasin similem sacramentali, cum quod est causæ principalis tribuitur instrumento.* Nam Spiritus sanctus per se patientiam efficit, *vtitur autem mediis, inter quæ & oppressiones, quæ non ex se sed organice efficiunt patientiam, ita fides, dicitur iustificare organice quatenus iustitiam, quam Deus credentibus imputat, apprehendit.* Habemus igitur ingenuam confessionem, qua fatetur sacramenta agere organice, vt instrumenta à Deo assumpta. Habemus & illud: fidem agere organice, & instrumentum esse iustitiæ, quod fieri non potest, si iustificatio nō est aliqua iustitiæ effectio, sed sola in Dei mente imputatio, instrumentum enim agendi non est, nisi vbi vera actio. Nec illud omittendum fiduciæ hæreticorum tam famosæ, tam prædicatæ aliud ad iustitiam consequendam non tribui, quam pressuris, seu carnificibus, qui patientiam operantur. *Fides Caluiniana.*

VERSVS 4.

Patientia vero probationem probatio autem spem.

QVÆSTIO I.

Quomodo patientia operatur probationem?

§. 1. IAcobi 1. 3. ordo inuersus est; *Scientes*, inquit, *Quod probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet.* Itaque apud Iacobum patientia est effectus, probatio causa, hic è contrario patientia causa, probatio est effectus.

Conciliant ista nonnulli hunc in modum. Hic patientia operatur δοκιμὴν probationem, passiue sumptam; qua scilicet specimen datur virtutis, & Deo gratum opus efficitur. Non recte nouatores, vt Beza, Pareus, vertunt *experientiam*, quo in errore etiam est Osiander, cæteris fere, vt Lossio, Hyperio, repugnantibus; nam experientia est cognitio ex gestis, & re ipsa transactis, quæ tam in impiis, quam fidelibus gignitur. Experiuntur enim & ipsi aduersa, hic de fructibus afflictionum, quibus pii vexantur, sermo est. Itaque non est sensus: patiendo calamitates, experientia malorum acquiritur, sed patientia perficit ut homo vt Deo probetur. Chrysostomus maximum tribulationis fructum esse ait, patientiam, *καὶ τὸ δοκίμιον ποιεῖν τὸν πειραζόμενον, & quod probatum faciat eum, qui tentatur.* Et Photius. *Quæ vero patientiæ vtilitas? magnam dicit: δοκιμωτέρους γὰρ ἐργάζονται ὥσπερ τὸν χρυσὸν ἡ χωνεία. Probatiores enim efficiunt, vt aurum liquefactio seu fusio.* *Probatio non est, sola experientia*

Cum igitur hoc de loco sensus constet, etiam Sancti Iacobi locus exponendus est. Dicit ille: *Probatio fidei facit patientiam.* At illo loco, probatio actiue ponitur, pro ipsa agitatione, & concursu calamitatum, quæ patientiam firmant, quamuis autem eadem vox sit in Latino, & Syro בוקיא in Græco tamen est diuersa; Iacobus enim habet δοκίμιον, non δοκιμὴ, quod exercitationem, atque actiuam probationem significat, qualem adhibent, qui auri, aut gemmarum sinceritatem probant. Vera est itaque gradatio, δοκίμιον seu tentatio, exploratio, cum non sine molestia fiat, operatur patientiam, δοκιμὴν, siue probationem passiuam, qua Deo probatus placet.

Nec ideo male noster vertit, quia probatio duobus modis accipitur; nam & in Græco δοκιμὴ eosdem significatus admittit. Sunt enim ista reciproca probare, & probari. δοκιμὸς dicitur qui probatus est. δοκίμιον pro actione non raro sumitur. Sic Herodotus δοκίμιον στρατιωτῶν dixit κάματον, probationem militum dixit laborem. Possunt & alio modo illa conciliari: Tribulatio patientiam exercet, illa exercita habitum intensiorem bonis actibus meretur, inde probatio oritur. Ita & probatio qua nos Deus explorat, habituum causa est, & habitus dum ad actus disponunt, iuuantque, efficiunt, vt probati & tentati à Deo, vicissim facto cum tentatione prouentu, Deo probemur.

QVÆSTIO II.

An patientia spem operetur?

§. 1. EXperientiam, hoc est, memoriam superioris liberationis excitare spem vult Pareus. Verùm non agit de sola experientia, nec de memoria liberationis; illa enim non tam inter aduersa, quam prospera recensenda est. Addo etiam Sanctos cum sic aduersis opprimuntur, vt vitam ponant medio in certamine, nec à simili aut alio periculo liberatos se meminerint, ex patientia spem tenere. Multos enim prima persecutionis procella è medio sustulit. *Patientia non experientia.*

§. 2. Tam certo hoc ex loco concluditur fidem & spem distinctam esse, ac proinde fidem non esse fiduciam, quæ firma spes est, vt nec hæretici negare sint ausi. Nam iustificatio, pax, probatio, patientia est fidelium, quorum spes eo modo & gradatione roboratur. Itaq; Lossius spem hic interpretatur exspectationē mitigationis calamitatum. Virtutes itaq; ad salutem conferunt. *ἰδεῖν γὰρ οὕτως χρηστὰ ἐλπίζειν κατασκευάζει ὡς ἀγαθὸν συνειδός.* *Fides & spes distincta.*

Nihil enim ita bonorum spem conciliat, quam bona conscientia. Causam addit: οὐδεὶς γὰρ τῶν ὀρθῶς βεβιωκότων ἀπιστεῖ περὶ τῶν μελλόντων, ὥσπερ οὖν τῶν ἠμελημένων πολλοὶ πονηρίᾳ ταῖς ζημίαις συνειδότι, οὔτε κρίσιν, οὔτε ἀντίδοσιν εἶναι βούλονται. *Neque vllus eorum qui recte vixerunt, est qui non credat quæ de futuris dicuntur, vt multi ex negligentibus, mala pressi conscientia, neque iudicium, neque retributionem esse volunt.* Ita Chrysostomus. Qua ex [illegible] constat, Chrysostomum statuere sine bona conscientia spem non facile firmam esse, & spem illam nullo modo fiduciam Caluinianam esse. Quare & Rudolphus fatetur, spem esse fidei effectum, non ipsam fidem.

Bona conscientia spē firmat.

VERSVS 5.

Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

QVÆSTIO I

An spes non confundat?

§. 1. Spem non confundere, est non frustrari legitimè sperantem: atque ea quæ speranda sunt, quærentem. Non enim humanis promissis, aut bonis nititur, quorum est incerta præstatio, sed diuina aut immutabili bonitate, neq; nostra morte intercidit, qui enim vitam promisit æternam mortuos ad eam excitat & deducit. Quod si quidam sperantium spe excidere videntur, id non spei vitio, sed ipsorum ignauia contingit, qui vana spe inflata, non faciunt, quæ ad finem necessaria sunt. Pericula sunt autem tam male sperantium, quam desperantium. Augustinus tractat. 33. in Ioannem p. 57. m. *Ex vtroque igitur homines periclitantur, & sperando & desperando: contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperando quis decipitur? Qui dicit, bonus est Deus, misericors est Deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est Deus, bonus est Deus, mansuetus est Deus: spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauia peccata, putantes sibi non posse iam ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud semetipsos, iam damnandi sumus, quare non quod volumus facimus animo gladiatorum ferro destinatorum? Ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem & desperationem fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci quæ grauia commisisti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem sapientiam, quæ dicit. Et ego vestræ perditioni superridebo. Quid ergo agit Dominus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit. Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacunque die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: propter illos qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertum. Quando veniat vltimus dies, nescis; Ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad illam mulierem, Nec ego te condemnabo: sed facta secura de præterito, caue futura, nec ego te condemnabo: deleui quod commisisti, obserua quod præcepi, vt inuenias quod promisi.*

Et in Psalm. 36. in illa verba; non confundentur in tempore malo. *Quid est pag. 62. m. non confundentur in tempore malo? In die tribulationis, in die angustiarum, non confundentur, sicuti confunditur quem fallit spes. Quis est qui confunditur? Qui dicit, quod sperabam non inueni. Non immerito. Maledictus autem qui spem suam ponit in hominem. Confunderis quia fefellit te spes, fefellit spes posita in mendacio. Omnis enim homo mendax. Si autem ponas spem tuam in Deo tuo, non confunderis, quia ille in quo spem posuisti, falli non potest. Vnde & ille quem paulo ante commemoraui, iustus, confirmatus, positus in tempore malo in die tribulationis, quia non confundebatur, quid ait? Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit. Vnde spes non confunditur? Quia in Deo posita est. Ideo sequitur. Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Iam datus est nobis Spiritus sanctus. quomodo nos fallit cuius tale pignus tenemus? Non confundentur in tempore malo.*

Vt igitur spes non confundat, opus est talem esse sperantem, qui spei suæ ipse non obstet.

QVÆSTIO II.

Quæ caritas diffusa sit in cordibus nostris?

§. 1. Triplex est interpretatio. Prima caritatem Dei qua nos diligit diffusam esse in cordibus nostris. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Pseudo-Hieronymus, Caietanus, Toletus, quam sententiam amplectuntur hæretici omnes, quod existiment non esse contra suam fiduciam. Chrysostomi verba sunt. ὥστε κἂν μὴ σφόδρα ἦς ἄξιος, μὴ ἀπογίνωσκε, ἔχων μεγάλην συνήγορον τοῦ δικάζοντος ἀγάπην. *Vt etsi non admodum sit dignus, ne despera, magnam habens patronam iudicantis caritatem.*

Altera interpretatio est Augustini, Concilii Tridentini, Bellarmini, aliorumque plurimorum, esse caritatem, qua nos Deum diligimus. Origenes, D. Thomas, Peretius vtramque sententiam coniungunt, & de dono, quod nobis datur & de caritate diligentis qua datur, interpretati sunt. Ita videtur & Oecumenius sentire. Cum enim dixisset, *Spiritum* ἐκ μόνης ἀγάπης θεοῦ ἧς ἠγάπησεν ἡμᾶς, *ex sola caritate qua dilexit nos, venisse super nos*, postea subiungit, καλῶς δὲ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ ἥ ἐστιν ἡ δόσις τοῦ πνεύματος εἶπεν ἐκκεχύσθαι. *Bene vero dicit caritatem quæ est donum Spiritus effusam.* Vbi & Dei diligentis, & nostrum recipientium dicit esse caritatem, cum donum Dei vocat, δόσιν. Syrus interpres magis videtur etiam ad vtrunque respexisse, nam habet מִשׁפַע עַל לִבוָתן *meschaphaghghal libauã*, *effusus est* (amor) *super corda nostra*, verbum Syrum, significat *inundare, fluere*, vbertim effundi, quod quamuis tam actiue, quam passiue accipi possit, proprie tamen passiue accipiendum est, cum addit: ברוחא *in Spiritu sancto*, id autem esse non potest, sine donis Spiritus sancti. Vbi etiam aduerto Syrum legisse πνεύματος ἁγίου, nam addit nomen קדשא *sanctum*.

Caritas qua nos diligimus.

§. 2. Augu-

§. 2. Augustini sententia retinenda est, cum ob textum ipsum, tum interpretes, & Concilij Tridentini auctoritatem, Sess. 6. c. 11. *Si quis dixerit hominem iustificari, vel sola imputatione iustitiæ Christi, vel sola remissione peccatorum exclusa gratia, & caritate, quæ in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atq; illis inhæreat, aut etiam gratiam, quâ iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit.* Confule Augustinum cap. 32. de spiritu & lit. ca. Caluinus corda nostra illâ caritate impleri docet. Augustinus diserte asserit: *Caritas quippe Dei dicta est, diffundi in cordibus nostris, non qua ipse nos diligit, sed qua facit dilectores suos.* Quin etiam pacem & πληροφορίαν suam non possunt fiduciarij, nisi ex caritate quam ipsi experiuntur probare. At ex hoc loco vel securissime fiduciantur. Nam pax & consolatio qua sibi blandiuntur, non potest solo ex Dei amore sumi aut verbo, vt contra Lutheranos disputat Beza. *Consolatio autem, inquit, quod adoptati simus, petenda est ex effectis Spiritus sancti, qui testificantur nos vere regeneratos & in Filios Dei adoptatos esse. Nam Spiritus sanctus perhibet testimonium spiritui nostro, quod sumus Filij Dei. Hos motus in nobis si sentiamus, minime dubitemus nos vere adoptatos & Filios Dei esse.* Et paulò post: *Si sentio Spiritum, & motus eius in me: certo pronunciare possum me vere regeneratum esse.* Hæc ille, *in colloq. Mompelgartensi de Baptismo.* Si igitur ex hac caritate diffusa in cordibus suis certo pronuncient se adoptatos, & Filios Dei, necesse est hanc caritatem effectum esse Spiritus sancti, eiusque motum, ideo caritatem non Dei diligentis, sed hominis, quem Deus fecit diligere. Ex his vero solis, non Baptismo, aut solo verbo, ait consolationem esse: *postquam vero electi interius hoc testimonium sentiunt, tum partem consolationis etiam in externa aqua Baptismi repositam esse.*

Summa Concilij Tridentini.

Fiduciarij sibi repugnant.

Ex motu Spiritus S. se prodestinatos credunt.

§. 3. Hinc apparet, quantum à suis Magistris abeat hoc loco Pareus: dum sic argutatur. *Causa* εὐθυμίας *& gloriationis est caritas Dei, de qua hic mentio est; nostra caritas non potest basis esse & fundamentũ gloriationis. Nam est imperfecta, mista cum* φιλαυτίᾳ, *nostra. At de imperfecto, vitioso, nostro, non possumus gloriari.*

Hoc inquam Bezæ repugnat, qui εὐθυμίαν gloriationem, certitudinem, non aliunde quam à nostro aliquo esse docet eo loco, quem produxi; nam mox infert. *De electione ad vitam æternam, non nisi à posteriore, hoc est, ab illis motibus Spiritus sancti iudicare possumus, an simus etiam in electorum numero comprehensi.* Hos motus nominat: *si sensit peccatorum se pœnitere, fiduciam in Christo collocet, sancte viuere, res aduersas patienter ferre, & ad æternum Filij Dei regnum aspirare cupiat.* Hi motus caritatis sunt, sunt etiam motus suo modo, grado scilicet imperfecti, sunt etiam cum multis imperfectionibus venialium peccatorum, sunt etiam in nobis, sunt nostri, eo modo, quo motus caritatis sunt nostri. Si igitur isti motus, si hæc caritas non potest esse basis, & causa certitudinis, & εὐθυμίας, lætissimæ securitatis, cum alias omnes excludat Beza, sequitur nullam esse causam & basin fictæ illius fiduciæ, eamque esse sine fundamento exstructam domum minimo impulsu ruituram, sine causa, sola vanitate præsumptam felicitatis imaginationem. Hæc itaque arguta eorum fundamenta subuertit. Deinde vero Apostolo repugnat, cuius propositum est, duo nostræ spei & gloriationis criteria proponere, ex quibus diuinam erga nos caritatem intelligere possemus. Primum est cum gratiam Domini præsentem gustamus, & amorem erga Deum sensum experimur, cum nos pro Dei gloria ad mortem vsque paratos exhibemus. Alterum est de Christi morte; maior enim fingi non potest caritas, quam sit ea, qua vnigenitum Deus dedit in mortem pro inimicis. Priorem gratiam esse signum electionis, & gratiæ docet Ioannes 1. Epist. cap. 2. 3.. *In hoc scimus, quoniam cognouimus eum, si mandata eius custodiamus, & qui dicit se nosse eum, & mandata eius non seruat, mendax est,* & cap. 3. 14. *Nos scimus quoniam de morte translati sumus ad vitam, quia diligimus fratres.* Nec obstat, eam esse imperfectam; nam etiam minima est signum Filiorum Dei; Et aduersarij minimam scintillam fidei ea prærogatiua donant, vt nec deleri possit, & certos faciat suæ salutis. Nostra quidem est, sed eo modo, quo fides, quo regeneratio nostra est, nostra, sed ex Dei gratuito dono, de quo gloriari, est in Deo gloriari.

Gloriatio ex dono inhærente licita est.

Fiducia à caritate.

Duo signa diuini amoris.

Caritas signum electionis.

§. 4. Pergit obijcere Pareus; *vers. 8. agitur de caritate Dei amantis, ergo & vers. 5. Hoc enim textus requirit.* Respondeo: iam indicatum esse, duo diuersa diuini in nos amoris signa produci, caritatem in cordibus nostris diffusam, qua nos donati sumus, & mortem Christi, ex qua Dei etiam caritatem cognoscimus. Quia vero caritas diffusa, qua Deum, & proximos amamus est pignus seu Arrhabo, amoris illius quo nos diligit Deus, ideo etiam nonnulli de diuina, & nostra simul interpretantur.

§. 5. Augustinum porro, quamuis suæ nouitati contrarium esse fateatur, tamen eum sibi opponit, & fingit docere eum: *Caritatem diffusam, esse ipsum Deum, idetiam docere Lombardum. 1. Sent. distinct. 17. & probare multis Augustini testimonijs, inter quæ sit potissimum lib. 15. de Trinit. cap. 17.*

Respondeo inter Lombardi errata etiam hoc censeri. Augustini aliam esse mentem in omnibus locis quæ ille citat, omnes Theologi qui in illam distinctionem commentati sunt, accurate demonstrarunt; imprimis Gregorius de Valentia to. 3. disp. 3. q. 1. puncto 1. de caritate. Verùm non est huius loci illa quæstio, sed vlterius, nempe illius: *Deus caritas est.* Lombardus errore lapsus est, & Augustinum perperam citat, at post tot expositiones eundem errorem tribuere Augustino impudentia est. Ne vero eade re dubitent, testimonium ex eorum castris dabo. Lambertus Danæus in 17. distinct. cap. 3. grauiter Lombardum reprehendit. *Insignis etiam Lombardi, vel temeritas, vel impudentia: temeritas si locum Augustini non attendit, impudentia, si sciens corrupit.* Et paulò post: *Ad suæ tamen huius erroris confirmationem præclaros Augustini locos detorquet audacissimè, & pessima fide.* Et deinde: *alio plane mentem Augustini traducens.* Addit: *fraudem fecisse, dolo suppressisse verba, flagitiose detorsisse, scopum Augustini astutè dissimulare.* Probat ille varijs modis errorem Lombardi & integritatem Augustini, vt ex c. 32. de litera & spiritu. Nec coniungitur aliud ex cap. 17. l. 15. de Trinitate vbi S. Augustinus ita habet: *Non itaque dixit Scriptura Spiritus sanctus charitas est: quod si dixisset, non paruam partem quæstionis istius abstulisset: sed dixit Deus charitas est: vt incertum sit, & ideo requirendum, vtrum Deus pater sit charitas, an Deus Filius, an Deus Spiritus sanctus, an Deus ipsa Trinitas. Neq; enim dicturi sumus, non propterea Deum dictũ esse charitatem, quod ipsa charitas vlla sit substantia, quæ Dei digna sit nomine, sed quod donum Dei sit, sicut dictum est de Deo, Quoniam tu es patientia mea. Neque enim propterea dictum est, quia Dei substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est sicut alibi legitur, quoniam ab ipso est patientia mea. Hunc quippe sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio. Tale est enim, tu es patientia mea: quale est, tu es Domine spes mea: & Deus meus misericordia mea, & multa similia. Non est*

Augustinus defensus.

Heretici excusant Augustinum.

autem dictum, Domine charitas mea: sed ita dictum est, Deus charitas est: sicut dictum est, Deus Spiritus est. Hoc qui non discernit, intellectum à Domino, non expositionem quærat à nobis. Non enim apertius quicquam possumus dicere. Deus ergo charitas est.

Hoc loco nusquam Augustinus dicit, Deum esse caritatem, qua nos Deum aut proximum diligimus, sed Deum non esse sic caritatem, sicut est patientia, spes, misericordia nostra; nam Deus esse ominaliter est caritas, non autem spes, & patientia, nisi efficienter. Ita rem esse colligitur ex eodem Augustino. Nam eodem loco ostendit, Patrem & Filium, & Spiritum sanctum diligere, vt intelligunt, & meminerunt, esse vnam caritatem, vt sunt vna sapientia, quod non sit intelligendum de nostra sapientia qua sapimus, vel caritate qua diligimus. Tribuit caritatem propriè Spiritui sancto. Et paulò post. *Deus ergo ex Deo est dilectio.* Probat vero Deum esse dilectionem, & excitare in nobis dilectionem, quæ non sit Deus. Ita p. 105. f. *Ipse igitur Deus dilectio est. Denique paulò post cum hoc ipsum repetisset atque dixisset, Deus dilectio est: continuo subiecit, & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo manet in eo. Vnde supra dixerat, In hoc cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis. Ipso ergo significatur vbi legitur, Deus dilectio est. Deus igitur Spiritus sanctus qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem Dei & proximi, & ipse dilectio est. Non enim habet homo vnde Deum diligat, nisi ex Deo. Propter quod paulò post dicit, Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Apostolus quoque Paulus dilectio inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni æterni, & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt.*

Augustinus caritatem nostrā non dixit Deum.

Quo loco apparet esse caritatem accendentem, & accensam, priorem esse Deum, posteriorem animi pium affectum seu motum, non substantiam, seu qualitatem. Augustinus caritatem, virtutem vocare solet, & donum. Eodem modo Origenes. Certum est, quod velut summū & maximum donum Spiritus S. ponat caritatem, quo velut munere prius suscepto à Deo per hoc ipsum diligere possumos Deum, quod diligi mur à Deo.

§. 6. Satis igitur hoc constat, eorum Patrum sententiā, qui caritatem, qua nos diligimus, interpretantur, damnari fiduciam Caluinianam, quæ si spes sit, non cōfundens, non tamen esse nisi à experimento caritatis: ea igitur posterior sit, necesse est. Necesse tamen idem hic locus inefficax etiam si Chrysostomi sententiam sequamur. Sicenim Apostolus dicit eorum spem non confundere, quorum in cordibus diffusa est caritas Dei diligentis electos, per Spiritum sanctum, qui datus est illis, consequitur in eorum cordibus simul esse infusa alia dona, & præcipue caritatem, qua Deus diligatur. Spiritus enim sanctus quandocunque datur, dona sua secum adducit, & communicat: Hoc est quod ait Augustinus: *Deus Spiritus est, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectione Dei & proximi, & ipse Spiritus sanctus dilectio est.*

Non igitur simpliciter argumentatur Paulus. Spes non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, hoc est, interprete Caluiniano, terminata est in nos vt in τὸ φιλητὸν in rem amatam. Sed quia amanti efficaciter, & dato Spiritu sancto amorem in nobis accendit, nec cum sine illis suberrimis effectis cognoscere possumus nos à Deo amari. Spes igitur non confundit, & nos consolatur, quia amoris Dei erga nos effectus intuetur, ideoque sola fidei nequaquam niti potest, illa enim sine caritate ad Deum non ducit. Itadisseue August. l. iam citato. p. 105. g. *Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni æterni & filios perditionis æternæ. Dantur & alia per Spiritum S. munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuiq; Spiritus S. vt eum Dei & proximi faciat amatorem à sinistra non transfertur ad dexteram. Nec Spiritus propriè dicitur donum nisi propter dilectionem: quam qui non habuerit, si linguis hominum loquatur & Angelorum, sonans æramentum est, & cymbalum tinniens. Et si habuerit Prophetias, & fuerit omnia Sacramenta, & omnem scientiam, & si habuerit omnem fidem ita vt montes transferat, nihil est. Et si distribuerit omnem substantiam suam, & si tradiderit corpus suum vt ardeat, nihil ei est. Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem bona tanta perducunt? Ipsa vero dilectio siue charitas (nam vnius rei est vtrumq; nomen) si habeat eam qui non loquitur linguis: nec habeat Prophetiam, nec omnia sciat Sacramenta, omnemq; scientiam, neq; distribuat omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuat, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum vt ardeat, si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum; ita vt ipsam fidem non faciat vtilem nisi charitas, sine charitate qui è fide potest esse sed non & prodesse.*

Nulla virtus sine caritate.

Huius caritatis effector est Spiritus sanctus qui vbicunque datur implet corda donis & gratiis prout volt, distribuens vnicuique, itaque vbi non sentiuntur illa effecta, sed contraria illis, regnant peccata, non est in cordibus eorum diffusa caritas Dei. Atque adeo nulla, nisi temeraria, & stulta securitas, qua li se misere ipsi decipiunt.

VERSVS 6.

Vt quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est?

QVÆSTIO I.

Pro quibus, & quando Christus mortuus?

§. 1. IN lectione nonnulla est varietas: noster habet: *Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus*, pro ἔτι legit omissa secunda vocali τί, quid? τί γὰρ χριστὸς, deinde particulam ἔτι sequentibus iunxit, ὄντων ἔτι ἡμῶν ἀσθενῶν, *cum adhuc infirmi essemus.* Alij nostrum legisse putant εἰς τί, *ad quid?* Certè nonnulli sectarij, etiam Beza contendunt, ἔτι ad ὄντων esse referendum, vt fecit vetus interpres, idem sequitur Lossius alijque. Est vero antiquissima illa lectio. Iren. libro quarto, capit. decimo septimo. Scholia Hieronymo tributa. Sedulij collectanea. Oratio sic est vehementior, cum per interrogationem efferetur. Syrus locum paraphrastice reddit. Nam primo habet: אין דין. *In diu, si vero*, Fabricius vertit: *porro.* Deinde pro eo quod Græcus & Latinus habent, *nobis infirmis*, ipse habet כריהותן *Chericuthan infirmitatibus nostris.* Quod vero dicitur: κατὰ καιρὸν. *secundum tempus*, ipse בזבנא הנא *Bezabna hana, in hoc tempore.* Veruntamen in his non admodum sensus mutatus est, licentior tamen est, quam oportuit, translatio.

Lectionis varietas.

§. 2. Mortuus est pro impijs, cum nos adhuc infirmi essemus. Eosdem infirmos & impios esse putat

[illegible] A [illegible] ... [illegible] s [illegible] *multis vitiis*, [illegible] ... [illegible] ale [illegible] ... [illegible] s [illegible] impij [illegible] non [illegible] ... [illegible] is, non omnes mort[illegible] ... [illegible] ntu [illegible] ist [illegible] ... [illegible] R [illegible] Eb[illegible]ne, alij locis [illegible] ... Deum, q[illegible]us nondum reuelatus erat Messias ... ergo non vel et omnes dicere impios, gene[illegible] nomine vsus est, & dixit infirmos; nemo e[illegible] im eam gratiæ firmitatē venerat, in quam Euange[illegible]m adduxit. Non tamen pro infirmis solis, sed [illegible] impijs Christus mortuus est.

§. 3. *Secundum tempus* mortuus dicitur, κατὰ καιρὸν, vel *secundum tempus* nos infirmi eramus, ad v[illegible]rumque enim referri potest: Erasmus vertit: *iuxta temporis rationem.* Malim tamen ad Christi mortem quam infirmitatem hominum referre, [illegible] Origenes, *secundum tempus, quo passus est, pro impijs mortuus*; ita & Theophylactus, Ambrosius, & Theophylactus quidem *tempore conuenienti, & destinato mortuum.* Hinc sæpe vocat horam [illegible]m. Hieronym. quæstione vndecima, ad Algasiam interpretatur, *opportune*, vt illud: *Tempore opportuno exaudiui te*; Sedulius, *vltimo tempore.* Et Gelath. 4. Vocatur plenitudo temporis Oecumenius vocat καιρὸν ἐνικαιρον, προσήκοντα [illegible].

§. 4. Altera ratio his verbis continetur, cur spes non confundat. Si enim mortuus est pro impijs, quanto magis iam pios, iustificatos, in fide & [illegible] firmatos, tanto precio redemptos tuebitur?

VERSVS 7.

Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori?

QVÆSTIO I.

Quomodo pro iusto vix quispiam moriatur?

§. 1. VAriæ sunt interpretationes; nam contrarium videtur illi, quod subiungitur; *nam pro bono forte quis audeat mori.* Syrus interpres vitiosum textum existimauit, nam pro eo quod est in Græco ὑπὲρ δικαίου, vel videtur legisse, ὑπὲρ ἀδίκου, *pro iniusto*, nam vertit [Hebrew] *impio*, vel ille ita legendum censuit. Valla pro iustitiâ, vt & Origenes, *pro iusta causa.* sed cum opponat iusto, peccatores & impios adiectiue sunt illa accipienda. Eutherius, *pro Christo.* *Marcionitæ, pro Deo iusto veteris testamenti paucos pro Deo bono noui testamenti multos mortuos.* Ita Hieronymus ad Algasiam recenset. Arius iustum interpretatus est Christum, quia Pater omne iudicium dedit filio. Bonum vero Deum, quia solus bonus est. Quasi vero Martyres n[illegible] pro Deo mortui sint. Affinis hisce est alia interpretatio, vt iustus sit vetus, bonus nouum testamentum. Alij exhortationem arbitrantur, vt cum Christus pro impijs mortuus fuerit, nos pro bonis moriamur. Alij iustum esse, qui virtutibus sit exercitatus, bonum qui simplex & innocens, qui magis [illegible] morte dignus est.

§. [illegible]. Difficultatem facit aduersatiua, seu causa[illegible] quæ vim habet aduersatiuæ: quæritur itaque quomodo iustum, & bonum distinguerent

[illegible] Vix p[illegible] ... , p[illegible] enim forte quis [illegible] ... [illegible]atur. Pro iusto aliquis f[illegible] ... ergo pro iusto vix [illegible] ... [illegible] m sensus, si iustum & bonum p[illegible] ... a [illegible]cipi dicamus & causam [illegible] ... dicit, Vix qui quam moritur, non [illegible] ... moritur. Beneficium Christi nobis de[illegible]on[illegible] nouum, inusitatum, prorsus diuinum, quod pro nobis mortuus sit. Ne vero Roma[illegible] a[illegible]tio, Decios, Curtios, Pyladen, & Orestem, cæteraque paria amicorum proferrent occurrit obiectioni. Pro iusto quidem aliqui mortui sunt, vix tamen, si fabulas demere velis, exempla reperies; nam vt pro bono quispiam mori audeat, non ita mirum est, at pro impijs, sceleratis, hostibus nemo horum mortuus, verùm eos vbi facultas data est, occidit. Quanquam illis mortibus tam laudatis, non tam caritas aliorum, quam superstitio, vanitas, temeritas, & stultitia spectata fuit.

§ 3. Pareus & alij nonnulli hoc loco insaniunt. Extra Christum impij sumus, detestanda est ergo Hypocritarum superbia, qui præparationes, dispositiones, & vires suas ducere in rationes non erubescunt.

Respondeo. Præparationes & dispositiones præcedunt, non tamen in rationes veniunt, hoc est, iustificationem merentur. Deus autem quem iustificare decreuit, eum sæpe paucioribus, sæpe pluribus præparat, & disponit. Quasi vero qui impius est, non possit præparari & disponi à Deo, vt abiecta impietate, efficiatur pius. Quin experientia docet homines impios varijs modis, & occasionibus co tandem deduci, vt pœnitentiam agant, licet omnia quæ iustitiam præc. dunt, iustitiam non mereantur. *Præparatur impius ad iustitiâ.*

VERSVS 8. 9. 10.

Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius: multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.

QVAESTIO I.

Quomodo suam nobis Deus caritatem commendet?

§. 1. COmmendat Deus nobis caritatem suam, Syrus [Hebrew] *ostendit.* Caluinus, *confirmat.* Optime noster interpres. Nam commendare alicui suũ studium, fidem, amorem, constantiam, est ita re ipsa ac facto declarare, vt alter cognoscere & approbare possit; quod verbo συνίστησι significatur, est enim *constituere, conciliare.* *In nobis*, dictum est more Hebræo, pro, *Erga nos*, vt sic Syrus habet. Firma igitur, & spectata Dei caritas in nos morte Christi apparuit: *Quoniam cum adhuc peccatores eramus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est.* *Secundum tempus*, in correctis & antiquis Latinis inuenitur,

[illegible] ,C[illegible]

Pro peccatoribus mortuus est. [illegible] ucisom[illegible] [illegible]pute[illegible] illa a[illegible]oris [illegible] lu[illegible] nunc [illegible] o e[illegible] D[illegible]oe[illegible] nta, quæ sa[illegible] [illegible] quod Christus mortu[illegible] [illegible] erat. At nunc mortuus est, & nos i[illegible] [illegible] *Iustificabimur per sanguinem ipsius.* Optime in [illegible] καὶ [illegible] κατηλλάγημεν [illegible] τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου [illegible] πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα. *Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur.*

Add[illegible] ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. *In vita ipsius.* Versu 10. est eiusdem argu[illegible] expolitio, nec est ταυτολογία, vt notauit Chry[illegible]stomus, sed Antithesibus illis diuini nos amoris magnitudinem exprimit. Syrus suo m[illegible]re, inimicos vocat, *possessores inimicitiarum.* Et al[illegible] am partem vertit; *quanto magis per reconciliationem viuemus per vitam ipsius. In vita* בחייה Syrorum more, hoc est, *per vitam.* plura vide Ioann. 3. & 4.

Quo[illegible] passio Domini si[illegible] [illegible] non securitas. §. 2. Fiduciariorum sophismata hoc loco nullius sunt momenti. *Christus pro nobis mortuus est, nos ergo iustificati; non ergo excidemus.*

Respondeo generale hoc esse beneficium, nec certum esse an nobis applicatum sit, multo minus certum, an in eo simus perseueraturi; Paulus enim de [illegible]stianis agit, quos iudicio caritatis existimabat iustos, & in iustitia permansuros arbitrabatur; non certa fide credebat. Nec illa bonitas omnem metum tollit, sed crebro acuit. Ita Chrysostomus sensit: pagin. 69. editionis Anglicanæ, homil. 9. ζηλώσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὰς δυνάμεις τὰς ἄνω, καὶ μὴ μόνον ἐγγὺς τοῦ θρόνου εἶναι σπουδάσωμεν, ἀλλὰ καὶ ἔνδον ἔχειν αὐτὸν τὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον. οὗτος γὰρ καὶ μισοῦντας ἐφίλησε, καὶ φιλῶν διατελεῖ· καὶ γὰρ τὸν ἥλιον ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς, καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους.

Æmulemur igitur & nos supernas virtutes, & non modo prope thronum assistere studeamus, sed etiam domesticum habere eum, qui in throno residet; Ipse enim & osores dilexit, & diligere perseuerat; nam solem suum oriri facit, super malos, & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Tu igitur tam diligentem dilige, amat enim. Et quomodo dicis, amans gehennam, & pœnam, & vltionem minatus est? Idcirco, quia amat. Etenim exscindens nequitiam, & vt freno cohibens tuum in peiora lapsum, omnia facit, & molitur, & per secunda, & tristia resistit, ne in ea quæ infra sunt labaris. Nam & ad se sursum adducit, & ab omni malitia abducit, quæ omni gehenna est asperior.

Minatur ergo non autem securos reddit. Hæc rident aduersarij, vt etiam impij, sed tamen Christiani, etiam apud Chrysostomum, quid mirum, si & nunc idem faciant hæretici?

QVÆSTIO II.

Quomodo Christus mortuus sit pro nobis?

Noua Osterodij & Socini hæresis est. Christum doctrina sua, & vitæ innocentis exemplo salutem nobis attulisse, vt eruditi, & excitati [illegible]irtutem amplecteremur, & virtutum præmia [illegible]equeremur, mortem vero non fuisse redem-

[illegible] ,ita vt [illegible] [illegible], quod inde deducit S[illegible] [illegible] ne[illegible]ro nobis satisfecisse [illegible] non possunt ex suis princip[illegible] gitur primo ostendendum [illegible] veritas probanda.

§. 2. Meritum Christi probare [illegible] modum. Meritum ne[illegible]at e[illegible] n Scriptu[illegible] Hebræi & Græci non habeant verbum, quo [illegible]rito respondeat; nam חסד *Chesed* est mi[illegible] & ἀγαθοποιΐα est bona actio. Tamen ait [illegible] esse merito proximum, Ephes. 1. 14. 1. The[illegible] 5. 9. Actor. 20. 28. vbi ait περιποιῆσθαι *esse mereri.*

Omitto de vocabulo plura dicere, aliud e[illegible] Hebræis, & Chrysostomus, atque eius d[illegible] frequenter pro meritis κατορθώματα ponunt [illegible] hoc argumentum de merito semper vrgent [illegible] tij, non esse in Scripturis, ideo nec rem ipsam [illegible]. Si igitur merita Sanctorum ideo dicenda non [illegible] quia nomen in Scriptura non inuenitur, nec [illegible]iam merita Christi agnoscenda sunt, quia in S[illegible]ptura non nominantur; hoc igitur argumen[illegible] Caluinianis sumptum, in eos retorsit Socinus, eadem facilitate Christi meritum tolleret, qua Sanctorum merita exploserunt.

Deinde quod de verbo περιποιῆσθαι nug[illegible] nihil contra Socinum efficit. Nam Ephes. 1. [illegible] Caluinus & Beza ἀπολύτρωσιν περιποιήσεως, *redemptionem acquisitionis*, non vocant redemptione[illegible] meriti, sed vindicationem in libertatem ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως, & eam libertatem, quam in extremo iudicij die consequemur, itaque ille περιποιῆσθαι interpretatur asserere in libertatem, seu [illegible] tali causa manu asserere. Eadem Caluinus habet [illegible] quare tantis auctoribus Socinus edoctus, nihil ad meritum pertinere existimauit. Hanc liberati[illegible] nem enim non soluendo precium, nec merend[illegible] sed docendo, & vitæ exemplo, mortis constantia præeundo factam esse. At si nos vere sententiam exponamus, non facile Socinus euadet: nam i[illegible] sa ἀπολύτρωσις indicat precij solutionem, περιποίησις autem eam quæ facta est precij solutionem, acqui[illegible]sitionem: vbi autem facta est solutio, meritum est redemptio; nam persoluto precio, quod credito[illegible] neus debebat merito dimittitur, sine iniustitia e[illegible]nim detineri non poterat.

Eadem ratione Beza 1. Thessalon. 5. 9. Illa verba: Non posuit nos Deus in iram sed in acqui[illegible]sitionem salutis per Dominũ nostrum Iesum Chr[illegible]stum: vertit, salutem obtinendam per Christu[illegible], quod de merito non coget ille accipere Socinu[illegible] cum in alijs locutionibus similibus non meritum sed ordinem indicari doceat.

Ex Actorum 20. 28. *Acquisiuit sanguine suo*, rectè interpretatur, meruit. Rectè inquam, sed contra sua principia, qui merendi verbum in Scriptura negat esse, nec in Hebræo, aut Syro vllum æquipollens concedit.

Περιποιῆσθαι est acquirere. vt περιποιῆσθαι [illegible] *[illegible]ρχίαν, principatum acquirere*, illud vero non [illegible]tum merendo, sed vi, bello, arte, do[illegible] m[illegible] natione, &c. Argumentum P[illegible]

meruit, seu merito acquisiuit, ergo his locis περιποιεῖσθαι est mereri. At probandum erat περιποίησιν esse mereri. Præsertim, cum sæpe aliò in Scriptura collocetur significatum. Sic 1. Petri 2. 9. λαὸς εἰς περιποίησιν: i. e. περιούσιος, quem Deus sibi peculiarem adoptauit, qui Hebræis סגלא dicitur Et Exod. 19. 5. Malachiæ 3. 17. εἰς περιποίησιν in peculium. Quemadmodum vero Pareus & Caluiniani eludunt illa loca, quibus dicitur, ex operibus danda merces, &c. Ita & Socinus eludit omnia cum per sanguinem, in sanguine dicitur nos liberasse, ne ad meritum veniri possit.

[illegible] tamen [illegible] non sibi [illegible]

§. 3. Altera ratio Parei. Infinita fuit pœna tum ratione personæ, cui fuit inflicta, tum ratione efficacitatis; nam fuit sufficiens pro totius mundi peccatis.

Vera ratio; sed non potest vti illa Caluinianus Nam pœnæ tolerantia iussa est, non ergo indebita, non ergo meritum; addo, fuisse opera humana, actiones Christi Theandricas, at actiones quæ sunt creatæ, non possunt obligare creatorem. Nec ad rem facit, quod Christi persona infinita fuit, & diuina; hoc enim non obstat, quo minus opus fuerit, imperatum humanitati, debitum, creatum, nec Deus sibi ipsi opere illo satisfecit, aut meruit. Nam satisfacere est inferioris, vt & mereri.

§. 4. Caritate magna Christus præcepta impleuit, ideoque vere meruit. Sed tamen hoc meritum dicere non possunt hæretici. Nam obstat, iuxta eorum opinionem, imperium, res creata, debita. Et deinde meritum Christi non fuit, si illis credimus, nisi ex ordinatione diuina. Nam mereri sibi Christus nihil potuit, vt Pareus docet, non resurrectionem, non exaltationem, etsi ideo *Deus exaltauit, quia se humiliauit vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Hoc & omnibus similibus locis Scripturam deprauant, & dicunt, solam indicari consequentiam, non causam, aut meritum. Rationem reddunt; quia non nisi ex ordinatione diuina meruit, at Deus Christi actiones ad suum proprium meritum non ordinauit. Illo fundamento nixus Socinus, subinfert, nec caritate, nec morte sua meruit; non enim Deus ad meritum aut satisfactionem, sed doctrinam & exemplum eius facta ordinauit. Eodem modo ad cæteras rationes respondere potest, & respondet Socinus. vers. 9. Sponte mortem obijt, sponsor factus. Deinde Martyrium passus est, ideo dignus est accipere librum, Apocalyp. 3. 14. Non enim probat Pareus, factum ordinatione diuina ad meritum aut satisfactionem, sed fieri posse dicunt Sociniani ad exemplum, vel doctrinam. Deinde citando locum ex Apocalypsi causam suam adeo affligit, vt præuaricari sponte videatur. Capite 5. vers. 9. Ita habetur; *Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus, & redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Hic Pareus, *meruit accipere librum.* Et cum iam clara sint verba Scripturæ, negat tamen inde consequi, id quod Scriptura dicit; nempe Christum meruisse sibi exaltationem. Quod si illis verbis non dicitur meruisse sibi Christus, cum nulla sint clariora in Scriptura, quibus nam alijs meritum tribui poterit?

Meritum [illegible] [illegible] negant.

Meritum esse in [illegible] [illegible] Dei [illegible] hæretici.

§. 5. Quin etiam ita soluunt obiectiones Socini, vt hæresin eius confirment. Nam Socinus redemptoris in[illegible]cessionem, preciumque negauit, quod pœna non ab alio, sed ab anima quæ peccauit, exigatur. Ad quod respondent sectarij. Iustitiam vindicatricem Dei ἐπιεικείᾳ fuisse temperatam, itaque nec ab eo qui peccauit, sed ab alio solutam esse multam, debito tamen minorem. Christi quidem mortem duratione fuisse temporariam, sed angorum immensitate, & personæ dignitate æquiualentem æternæ. Non tamen hoc concedere possunt illi, qui negant, Deum de suo iure, posse quicquam remittere, qui sentiunt etiam naturale esse illi peccata punire, quam odisse. Si enim partem remittere potest, cur non & totum? de angorum immensitate falsum ostendi 27. Matthæi, & alibi.

§. 6. Aliud Socini argumentum erat. *Nulla satisfactio est meritum. mors Christi est satisfactio: ergo meritum non habet. Nam satisfactio est solutio debiti, meritum est opus indebitum faciens præmium est, indebito debitum, repugnant igitur in eodem opere satisfactio & meritum.*

Hoc nititur argumento, quo contra Sanctorum merita vtuntur. Nam contendunt omnia esse debita, quæcunque operari possunt sancti. Pareus vt nodum soluat, respondet primo imperite. Debiti exolutionem, cum proprium est, non habere rationem meriti, habere autem si soluat alienum debitum. Nam mereri enim bene de eo cui dissoluit, idque propriissime esse mereri. At vero de hoc merito non loquimur, quo homo de homine bene meretur, sed quo agit, vt apud Deum præmium debitum ex indebito consequatur. Hac enim ratione sanctos mereri, dum in pauperes sua distribuunt, captiuos eximunt vinculis, non est, qui dubitet, nisi qui omnis humanitatis est expers. Respectu creditoris non meretur alieni debiti solutor; nihil enim illi præter ius suum & debitum donat; nam nisi alienus solueret debitorem, quem vinctum tenebat, appellare poterat. Ita non magis de creditore meretur, qui alienum, quam qui proprium soluit debitum. Et satisfactio creditorem obligat; si enim iterum repetat debitum, contra ius agit. Tandem se fugiunt, vt dicant, Christi passionem fuisse meritoriam ex munifica Dei creditoris ordinatione: hinc simul & satisfecisse & meruisse. At hoc est contra eorum axiomata, quibus sublatis, Sanctorum merita impugnari non possunt. Primo enim eadem est ratio in proprij debiti solutione, potest enim illud etiam creditor liberali pactione acceptare, vt meriti rationem habeat. Auxilium eorum, annuam pensionem polliceri, atque in pactum deducere, si debitum opportune soluatur. Deinde illi contendunt, nullum posse esse meritum, quod omnia Sanctorum opera sint debita. At nunc concedunt, in solutione debiti, in satisfactione pro debitore, ex munificentia creditoris, posse opus debitum habere rationem meriti, ex ordinatione scilicet, qua statuit remunerari, & pepigit cum debitore. At hoc nos quoque meritum vocamus; nullum enim meritum esse dicimus sine ordinatione & pacto Dei. Est igitur Christi mors satisfactio, & meritum gratiæ, & gloriæ ex Patris acceptione, est etiam meritum glorificationis corporis, & exaltationis; nam ad hoc Deus etiam ordinauit. Ex quo apparet, nullam fingi causam posse, cur non etiam opera sancta ex fide & caritate profecta atque adeo mortes & Martyria non possint à Deo ordinari ad augmenta gratiæ, & gloriæ. Quæ capite octauo, septimo, disputat de merito inania sunt. Vt cum dicit, non minus quam ignem & aquam

Debiti solutio habet meritum.

Creditor non obligatur solutione.

Meritum ex ordinatione Dei.

Meritum non repugnat gratiæ.

æquam pugnare, meritum & gratiam; id quidem esset verum si purus homo, sua natura, sine gratuita Dei ordinatione mereri fingeretur. At si ex antecedente gratia, meritum non repugnat gratiæ, sed est eius effectus.

Pari væcordia, loca Scripturæ deprauat, cum Christus mortuus dicitur, vt sit Dominus omniũ, cum exinanisse se & propterea exaltatum Philip. 2. cum Heb. 2. 9. *Videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.* Hinc consequi negat Christum sibi meruisse. *Fallacia causæ est*, inquit, *mortuus est ad dominatum non promerendum sed exercendum, ἵνα τελικῶς accipitur, non includit meritum.* Quid aliud hic agit, quam vt doceat Socinum soluere vna distinctiuncula omnia argumenta nostra: vt cum dicimt propter iniquitates nostras mortuus, id τελικῶς, & de consequentia tantum intelligatur, non autem vt meritum mors eius includat?

VERSVS 11.

Non solum autem, sed & gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

QVAESTIO I.

Quid sit in Deo gloriari?

§. 1. HÆreticorum multorum sententia est, gloriari esse, certum esse, de Deo sibi propitio. At iam supra ostensum est, gloriationem non definiendam illa certitudine. Spes enim nostra nõ vacat aliquo metu, securitas aduersariorum sine timore est. Nec ad rem est, quod obijciunt. Quomodo enim gloriabimur de Deo, si trepidandum est, ne in singula momenta nos perdat?

Gloriatio in vita non fine metu.

Trepidandum est etiam speranti, & glorianti, ne cum Deus omnia fecerit, & faciat, & facturus sit, ne ipsi nobis, & misericordiæ cœlesti desimus. Ita enim iubet Dauid exultare Deo cum tremore. Gloriari possumus de omnibus Dei in nos donis, quia nisi nostra culpa perdere non possumus, non possumus nisi nostra voluntate fieri miseri. Gloriamur ergo nos cum hostes, infirmi, peccatores essemus, non per homines, non per Angelos, sed per Christum Dei Filium redemptos esse, & morte eius redemptos, non nostris meritis, sed bonitate creatoris. Quæ omnia firma futura sunt si vicissim diligamus. Chrysostomus οὐδὲν γὰρ ἴσον εἰς δόξης λόγον καὶ παῤῥησίας τοῦ φιλεῖσθαι παρὰ τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ φιλεῖν αὐτὸν τὸν ἀγαπῶντα. τοῦτο τοὺς ἀγγέλους ποιεῖ λαμπρούς, τοῦτο τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς δυνάμεις τῆς βασιλείας μείζονας, διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος πρὸ τῆς βασιλείας τοῦτο ἔθηκε. διὰ τοῦτο καὶ τὰς ἀσωμάτους μακαρίζει δυνάμεις, ὅτι καὶ πάντα ὑπακούουσι. *Nihil n. par illi est honori, & fiducia, nos à Deo amari, & ipsum amare amantem, Hoc Angelos splendidos facit, hoc principatus, & virtutes, Hoc maius regno est, quocirca, & Paulus regno præponit, ideo enim & incorporeas virtutes beatus vocat, quod & ipsum diligunt, & per omnia obediunt.*

VERSVS 12.

Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

QVAESTIO I.

Quæ connexio cum præcedentibus?

§. 1. TOletus illationem esse ait ex præcedentibus. Hunc in modum. Spes non confundit, per Christum enim reconciliati sumus: Hinc sequitur, ita per vnum hominem esse vitam sicut per vnum est mors. Non autem mirum vnius iustitia mundum seruari, qui vnius peccato perijt. Eandem Anselmus, & Salmeron sententiam sequuntur, qui alioqui recte exponunt, nisi quod non satis explicent quomodo supplendum sit ἀνταπόδοσιν. Similiter etiam modo Chrysostomus.

Qui particulam διὰ τοῦτο cum præcedentibus iungunt, à communi distinctione recedunt, nec tamen sequentia satis declarant. Stapulensis alijque omittunt coniunctionem καὶ, Et, contra omnium exemplarium fidem. Deinde euanida est comparatio. Si dicat; *Accepimus reconciliationem per Christum, propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Non enim comparatiue hoc dicitur, non iustitiam accepisse, quod mors pertransijt.

§. 2. Seruata communi & vsitata interpunctione, varijs modis sententia expleri potest. Origenes hunc modum supplet. *Propterea s. p. v. p. r. h. m. i. & per peccatum m. e. i. i. o. h. m. p. i. q. o. p. Ita per vnum hominem Christum iustitia in mundum intrauit & per iustitiam vita, & ita in omnes vita pertransiit, in quo omnes iustificati, & viuificati sunt.* Non est vllum dubium veram esse hanc expositionem; nam illa est exactissima comparatio Christi, & Adami, & omnes conueniunt in eo, vt dicant sensum hunc esse. Verùm in eo ab Origene dissentiũt, quod expressum in textu esse velint, non suppressum: cum sit primarium Apostoli institutum, quod præcipue vrget. Nec causa cur suppressam alteram velit Origenes, vera est, etenim ideireo putat, alteram partem non positam ab Apostolo, ne homines redderet negligentes: Illud vero nequaquam ex Christi gratia, & mone consequitur, magis enim accenduntur fideles tanta erga se Dei bonitate: deinde toties iam ingeminauit fide nos sine operibus iustificari, nihil veritus eos, qui & olim, & nunc ex illo dicto operum contemptum, & neglectum hauserunt.

Originis expositio.

§. 3. Nonnulli alteram partem in versum 18. reijciunt, cætera includunt parenthesi: vt Augustinus in explicatione aliquot propositionum huius Epistolæ. Clarum est repetita breuiter sententia priore, subiungi deinde alteram partem comparationis versu 18. Commodius tamen eandem à versu 15. Inchoabimus, vt versus 13. & 14. Sint quasi exegesis & explicatio interposita. Cum enim vers. 12. dixisset. *Sicut per vnum hominem delictum, & per peccatum mors intrauit, & in omnes transijt*, & hoc ipsum vers. 13 & 14. probasset, *quod mors*

regna-

[illegible]gnauit ab Adam [illegible] ad [illegible], etiam in eos qui non peccauerunt [illegible], per vnum iusta, & iustitia [illegible] ase [illegible] in [illegible] neinpe, sed [illegible] ita & [illegible] [illegible] probat v. [illegible] ex- pie [illegible] comparationis [illegible] Habet autem hoc Ape[illegible] [illegible] mab[illegible] itat, [illegible] ut præl[illegible] cum de[illegible] & be[illegible] Ch[illegible] quæ tes[illegible] communi loquendi consuetudine, & [illegible] abduci.

QVÆSTIO II.

Quomodo per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum.

§. 1. Olim & nunc disputant, quid particula Pe[illegible] designet, Pelagius vero Propter, quod imitatur est Erasmus, vt non causam, determinationem aut originationem designet, sed occasionem. Hoc eo loco etiam apparet commentarium, qui Hieronymo tribuitur et is non esse, nam multum abest ab Hieronymi, & stylo & eruditione, hoc etiam te loco prodit, cum dicit: *Adamum esse exemplum præuaricari volentibus Sic Christum exemplum esse volentibus eum imitari. Et quemadmodum per vnum Adam qui primus præuaricatus est Dei præceptum, peccatum irrepsit in mundum, peccatum autem mortem secum trahat, atque ita factum est, vt malum à principe generis nostri ortum, in vniuersam posteritatem nostram dimanarit, dum nemo non imitatur primi parentis exemplum.* Adamum itaque occasionem peccandi duntaxat dedisse.

[illegible] [illegible]

§. 2. Pelagianos dum refutasse seputat Caluinus, maioris blasphemiæ occasionem dedit postea. Sic autem ille refellit peccati originalis negatores: occasionem solummodo dedit, sequeretur Christum non proprie, sed per occasionem redemptorem esse: Sicut enim per Adamū mors, ita per Christum vita, at si mors ex sola occasione: ergo & vita. Verum non est admittenda illa consequentia; potest mors & peccatum per occasionem vita & iustitia non ex occasione, sed certo, proprie dari. per occasionem morbi & vulnera veniunt, non tamen medicina per occasionem datur. Casu læditur Philoctetes lapsa in pedem sagitta, v re tamen & propri[illegible] sanatot est, qui vulnus an[illegible] persanauit. Non ergo io modo est comparatio, quasi omnia paria sint, sed in eo quod sicut ab vno delictum & mors, ita ab vno iustitia & vita. [illegible]teriim dum auctoris sui quædam errata, & [illegible]pl[illegible] ta adorant posteri, & tamen ab alijs rece[illegible] [illegible], d[illegible]uersum plane dogma inuexe[illegible] [illegible] Sam[illegible]ateni[illegible], & Sociniani, eum A[illegible] [illegible]lo duntaxat occasionem dedisse [illegible] [illegible]o entibus, [illegible]d consequi quod Cal[illegible] [illegible] [illegible]bitrati sunt, & Christum tantum[illegible]odo redem[illegible] nos per occasionem, vera do[illegible] [illegible] [illegible]exe[illegible] [illegible] n[illegible]o luxerunt. Eos multi [illegible] Ad[illegible] Vena or, aliique in Hollan[illegible] [illegible]

§. [illegible] [illegible] est particula *διά* semper [illegible] [illegible] quod Syrus et[illegible] [illegible] בְּ [illegible] *[illegible]dibad,* [illegible] v[illegible]ius [illegible] pre[illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] quod [illegible]q[illegible] peccatum [illegible] in paruu-

los, q[illegible] pe[illegible] [illegible] peccatum originale [illegible]

[illegible] Pareus occul[illegible] B[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] S[illegible] d ho[illegible] [illegible] [illegible]luc[illegible] Bellarminus [illegible] ante [illegible] [illegible] [illegible]le & origi[illegible] [illegible] nem ab omnibus, qui non sunt P[illegible] ad[illegible] Itaque [illegible]quam certum [illegible] esse actuale vel originale. [illegible] [illegible], & modus: *Aliquod peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Hoc non est actuale, ergo originale* [illegible] [illegible] dicam: *aliquod animal peccauit in mundo, hoc non est brutum, homo igitur est.* Si statuamus hominem & brutum esse partes, in quas adæquate anim[al] diuidatur.

Deinde negat non fuisse actuale, nam peccatum Adami & Euæ fuit actuale. Deinde peccatum potuit esse alio respectu actuale alio originale. Itaque negat fuisse actuale tantum, vel originale tantum, sed actuale simul, & originale simul. Eius etiam mala esse: culpam actualem, reatum damnationis, deprauationem naturæ.

Verùm omnia magno errore con[illegible], peccatum quo sunt paruuli peccatores non est actuale, sicut Pelagiani dicebant, nempe propria voluntate commissum. Deinde peccatum actuale Adami non erat originale; nam originale non vocamus, aliud, quam quod natiuitate transfusum est.

§. 4. Occurrunt nonnulli, peccatum intrasse in mundum, quod Adamus, qui in mundo erat, & mundi pars, peccarit. Hæc expositio Zvvinglij fuit: l. de Baptismo, *Sensus verborum Pauli hic est,* inquit, *Peccatum per vnum hominem Adamum nempe, in mundum intrauit, is enim primus præceptum Domini contemnendo præuaricatus est.*

Zvvinglianam expositionem tuetur Pareus. Nam verum ait esse, quod primus Adamus peccarit, deinde Zvvinglij sententiam non bene referri à Bellarmino: nam Zvvinglium addere. *in ipso omnes homines peccasse, hoc est prauos & mortales factos.* Sed diserte causam Pelagianorum agit: Nam si sensus est, *per vnum hominem peccatum intrauit,* id est, Adamus peccauit primus, vt vult Zvvinglius, non igitur locus ille ad probandum originale peccatum recte adducitur: nam vno verbo facile soluitur à Pelagianis, si tantum intrasse dicitur, quia primus ille peccauit. At ante illum & Angelus & foemina peccauit, non ergo per vnum hominem, hoc est primum hominem primo peccantem intrauit eius actuale peccatum. Ita Bellarminus l. 4. c. [illegible] de amissione gratiæ, & statu peccati. Cui Pareus impense obijcit. Per vnum hominem intelligi *vtrumq; sexum,* hoc est, per marem & foeminam. At hic vnus homo primus, opponitur vni Christo, Adamo secundo, vt 1. Cor. 15. *In Adam omnes moriuntur, in Christo omnes viuificabuntur.* Improbatur igitur est interpretatio. Cum Apostolus dicit: *per vnum,* hoc, vel le, intelligere *εἶδικῶς*, de specie, vt sensus sit per plures homines qui sunt vnum specie. Potius Augustinum audiamus, *istum primum hominem dicit, qui est appellatus Adam.* Ambrosius in Lucam eodem modo. *Omnes in Adam moriuntur, quia per vnum hominem in hunc mundum peccatum introiuit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa mors omnium est.*

Et Augustinus lib. 6. contra Iulianum c. [illegible] de Adam interpretatur, & Enchiridio c. 26. 46 & 1. et c. 49. *Vtrumque igitur ab illo, id est, & baptismus &* mors

Bellarmini defensio.

Vnus homo peccati auctor.

Vnus homo nondum.

mors certe dispensationis causa, non miseranda necessitate, sed miserante potius voluntate susceptum est: vt vnus peccatum tolleret mundi, sicut vnus misit peccatum in mundum, hoc est, in vniuersum genus humanum. Nisi quod ille vnus vnum peccatum misit in mundum, iste verò vnus non solum vnum illud, sed cuncta simul abstulit, quæ addita inuenit: vnde dicit Apostolus: Non sicut per vnum peccatum, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Quia vtique illud vnum quod originaliter trahunt, etiamsi solum sit, obnoxios damnat: at gratia verò ex multis delictis iustificat hominem, qui præter illud vnum quod communiter cum omnibus originaliter traxit, sua quoque propria multa commisit.

Ad Euam quod attinet, non erat illa caput humani generis, sed Adam: ideo ab eo peccatum non venit in mundum per originationem. Chrysostomus sane vnum in eo facit, quod vnum dicat. καὶ ... ἐκεῖνος ... τὴν λέγων ... Ἰουδαῖος, πῶς, ... κατορθώσαντος τοῦ Χριστοῦ, ἡ οἰκουμένη ἐσώθη; δυνατὸς αὐτῷ λέγειν, πῶς, ... παρακούσαντος τοῦ Ἀδάμ, ἡ οἰκουμένη κατεκρίθη, καὶ τοίγε οὐκ ἴσον ἁμαρτία, καὶ χάρις, οὐκ ἴσον θάνατος, καὶ ζωή, οὐκ ἴσον διάβολος, καὶ Θεός, ἀλλ' ἄπειρον τὸ μέσον. *Non abstinet, quin vnum dicat, vt si tibi Iudæus dicat, quomodo vnius merito seruatus est orbis: possis ipsi dicere: Quomodo vno peccante Adam orbis condemnatus est? Atqui non par peccatum, & gratia. Non par mors & vita, non par dæmon & Deus, sed immensum est interuallum.*

Mirum verò est, Pareum hic non à patribus, sed à suis etiam dissentire: Andreas Hyperius vnum Adamum intelligit, cæterique Caluinistæ.

§. 5. Qui vero peccatum originale non proprie, sed Metonymice dictum interpretati sunt, hoc est, morbum, & pronitatem ad peccandum, vt Zvvinglius multo grauius errarunt, & Pelagiani nō peccatum ab Adamo, sed effectum peccati ab eo tractum existimarunt. Hic tamen Zvvinglium quidam Caluiniani defendunt: Pareus enim Zvvinglium fatetur dixisse, *peccatum morbum, sed non ex hoc loco, nisi potuisse, cum diceret: peccatum intrasse in mundum, hoc est, Adamum peccando fecisse, vt peccatum in mundum veniret*, nempe actuale Adami, quod ille primus in prauaricatus præceptum. Non enim dixisse unum *ἀσύστατον*.

Zvvinglii error.

Responsio in promptu est: Zvvinglius vtrunque dixit: nam per peccatum quod in mundum ingressum est, intellexisse illum actuale & quod primus ille commisit, verba Zvvinglij diserta ostendunt, & Pareus tanquam verum defendit. Quod verò etiam peccatum originale dixerit impropriè peccatum ex verbis à Bellarmino citatis: *Vnde colligimus peccatum morbum quendam esse, qui tamen per se culpabilis non sit.*

Multo est clarius, nec modo ex verbis Zvvinglij, sed ex confessione Parei, qui l. 4. c. 3. p. 535. ita loquitur. Postquam enim retulisset Zvvinglij opinionem, ipsum actuale peccatum Adami fuisse quod per vnum hominem introisse dicitur in mundum, quoniam tunc primum cœpit esse peccatum in mundo, quoniam fuit in Adamo qui erat primus mundi, subiungit: *Hanc expositionem dicit à Zvvinglio iudicari l. de baptismo, deinde ait, primum peccatum fuisse non modo personale, sed & vniuersalem hominū transgressionem; Zvvinglius enim, inquit, Apostoli verba coniungit: Adamum quidem primum peccatum vexisse. quod dicit in colis priore, v. 12. in ipso vero similiter omnes peccasse, hoc est prauos, & mortales factos: quod dictum coll... fiet ore v. 12. & v. 19. duos enim ... ex primo peccato in omnes dicit redundasse,*

vitiositatem naturæ, & mortem est verissimum, sub morte vero reatum includi quis non intelligit.

Zvvinglius non intellexit. Nam prius peccatum actuale verè peccatum esse dixit, at quod in posteris est, vitiositatem, & mortem dixit, id est, ut reatum, metonymice peccatum dixit, effectum peccati, non verum peccatum. Colligimus, inquit, peccatum originale morbum quidem esse, qui tamen per se culpabilis non est, nec damnationis pœnam inferre potest, vtcunque hic nobis Theologorum disputationes & sententiæ reclamitent, donec homo contagione hac corruptus, legem Domini transgreditur, quod tum demum fieri consueuit, cum legem sibi positam videt, & intelligit. Et infra Paulus, inquit, ad Romanos 3. Peccati cognitionem per legem nobis tradit. Vbi ergo legis cognitio nulla est, ibi nec peccati cognitio esse potest. Vbi vero cognitio peccati non est, ibi nec prauaricatio est, adeoque nec damnatio quoque ibi esse potest. Idem enim hoc Paulus testatur Rom. 4. dicens: Siquidem vbi non est lex, ibi nec transgressio est. Iam ergo testimoniorum illorum vim, & potentiam considera, quæ tanta est, vt omnia omnium Theologorum de originali peccato commenta prorsus subruat. Morbus enim hic damnationem nobis adferre nequit, quatenus demum subsequitur, cum legem oculis nostris expositam conspicati aliis tamen morbo hoc & affectu corruptæ naturæ impulsi, legem transgredimur. Nunquam enim hæc fallet ratio quâ transgressionem nullam prorsus illic esse dicimus, vbi legis cognitio nulla est: vbi autem transgressio non est, ibi nec damnatio esse potest. Supina igitur iacet Theologorum sententia, & omnibus constat, fidelium liberos propter originalem illum, & hæreditarium morbum, damnationi subire nullam, quoad legem & legis sententiam ignorant.

Ne quicquam porro etiam Buceros, Gualterus aliique defendunt, non est confessi causa tuenda re. Nam verba illa: *In quo omnes peccauerunt*, de defectu, non verò peccato exponit; tractatu 3. de baptis. Agtess. de peccato originali. *Pauca quædam nobis de peccato originali dicenda sunt, nec ignoro quod conuiciorum plaustra à Pontificiorum rabie, & fremitu exspectanda sint, qui me etiam hanc ob causam hæreticum esse clamabunt, qui scripturas nec ipse intelligam nec exponam alijs, sed falsis interpretationibus corrumpam & cenfellam; sed vt vt fremant, peccatum originale nihil aliud esse dicimus, quàm morbum illum, qui hæreditario iure ab Adamo primo omnium nostrum parente in nos deriuatum est. Et infra. Vnde colligimus peccatum originale morbum quidem esse, qui tamen per se culpabilis non est, nec damnationis pœnam inferre potest, vtcunque hic nobis Theologorum disputationes & sententiæ reclamitent.* Et deinde *Theologi* (inquit in libro de Baptismo, tract. 3.) *morbum hunc & contagionem naturæ nostræ hæreditariam peccatum originale vocare consueuerunt: Pauli Apostoli dictum: quo ad Rom. 5. cap. vtitur minus probe intelligentes. Qui enim fieri potest, vt quod morbus & contagio est, peccati nomen mereatur, vel peccatum re vera sit? & in declaratione de peccato originali initio. Quid inquit, breuius, aut clarius dici potuit, quam originale peccatum nō esse peccatum, sed morbum, & Christianorum liberos propter morbum istum non addici æterna supplicio? contra verò quid imbecillius dici potuit, & à canonica scriptura alienius, quam Baptismi lauacro hanc calamitatem leuari, & non tantum esse morbum sed etiam reatum?* Et: *Hoc volo, culpam originalem non verè sed metonymicè à primi parentis admisso culpam vocari. Esse autem nihil aliud, quam conditionem, miseram quidem illam at multo leniorem, quàm crimen meruerat.* Et infra: *Est ergo inquit, ista ad peccandum amore sui propensio peccatum originale: quæ quidem propensio non est proprie peccatum, sed fons quidam, ac ingenium.*

Hoc igitur, quicquid in posteris mali est, quod non

[illegible] voluntate, non vult esse peccatum. Nec mirum si paulo post mutauit, vt Marpurgi anno 1529. Quamuis etiam ibi locutus sit ambiguè, & anno 153[illegible]. in confessione omnia vetera retinuit, vt constat ex ipsis actis, & queritur Melanchthon.

§. 6. Pelagianorum est interpretatio, *per vnum hominem ingressum esse peccatum, in quo omnes eum imitando peccauerunt*, itaque imitatione non autem origine propagatum. Pelagianos multi, præcipuè Augustinus refutauit. De peccatorum meritis & remissione l. 1. c. 8. *Quantum autem.* p. 141. G. *ex alijs comperi hoc ibi sentiunt, quòd & Mors ista quæ illic commemorata est non sit corporis, quam nolunt Adam peccando meruisse, sed animæ, quæ in ipso peccato fit & ipsum peccatum, non propagatione in alios homines & primo homine, sed imitatione transisse. Hinc enim etiam in paruulis nolunt credere per Baptismum solui originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed si Apostolus peccatum illud commemorare voluisset, quod in hunc mundum non propagatione sed imitatione intrauerit, eius principem non Adam, sed diabolum diceret, de quo scriptum est: Ab initio diabolus peccat. De quo etiam legitur in libro Sapientiæ, inuidiâ autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam quoniam ista mors sic à diabolo venit in homines, non quòd ab illo fuerint propagati, sed quod eum fuerint imitati, continuo subiunxit, imitantur autem eum qui sunt ex parte eius. Proinde Apostolus cum illud peccatum ac mortem commemoret, quæ ab vno in omnes propagatione transisset, eum principem posuit, à quo propagatio generis humani sumpsit exordium. Imitantur quidem Adam quotquot per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est, quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Nam & Christum imitantur sancti eius ad sequendam iustitiam. Vnde & idem Apostolus dixit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Sed præter hanc imitationem gratia eius, illuminationem, iustificationemque nostram etiam intrinsecus operatur illo opere, de quo idem prædicator eius dicit. Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Hac enim gratia baptizatos quoq; paruulos suo inserit corpori qui certe imitari aliquem nondum valent. Sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præterquam quod se ad iustitiam exemplum imitantibus præbuit, dat etiam sui Spiritus occultissimam fidelibus gratiam, quam latenter infundit & paruulis, sic & ille in quo omnes moriuntur, præterquam quod eis, qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur, imitationis exemplum est, occulta etiam tabe carnalis concupiscentia suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes. Hinc omnino nec aliunde Apostolus dixit: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Hoc si ego dicerem, resisterent isti, meque non recte dicere, non recte sentire clamarent. Nullam quippe in his verbis intelligerent sententiam cuiuslibet hominis qui diceret hoc, nisi istam quam in Apostolo intelligere nolunt. Sed quia eius verba sunt, cuius auctoritati doctrinæq; succumbunt nobis obijciunt intelligendi tarditatem, cum ea quæ tam perspicuè dicta sunt, in (nescio) quid aliud detorquere conantur. Per vnum, inquit, hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, hoc propagationis est, non imitationis. Nam per diabolum diceret, quod autem nemo ambigit, istum primum hominem dicit, qui est appellatus Adam, & ita, inquit, in omnes homines pertransiit.*

Et l. 6. contra Iulianum c. 12 *De illis quoq; Apostolicis* p. 245 *verbis, in quibus impudentia mirabili, imo dementia resistit fundatissima fides, vbi ait: Per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. frustra sensum alium nouum atq; distortum, & a vero abhorrentem moliris exsculpere, affirmari ea locutione dictum esse, in quo omnes peccauerunt, ac si diceretur, propter quod omnes peccauerunt: Sicut dictum est, in quo corrigit iunior viam suam, vt scilicet non in vno homine omnes homines peccasse intelligantur originaliter & tanquam in massa vnione communiter, sed propterea quia primum hominem illi peccauit, id est, cum imitantur illum, non cum generantur ex illo. Non ergo huic sensui conuenit illa locutio, ita dictum esse, in quo, velut dictum esset, propter quod: nam propter hoc quisq; peccat quod sibi proponit vt & peccet, vel quoquo modo quod illi est causa peccandi. Quis vero ab omni humano sensu tam sit absurdus, vt dicat, propter hoc fecit homo iste homicidium, quia in Paradiso Adam de ligno prohibito cibum sumpsit, cum iste latrocinando occiderit hominem nihil de Adam cogitans, sed propter hoc vt aurum quod ferebat, auferret: Sic & cætera cuncta peccata, quæ propria quisque committit, habent causas propter quas fiant, etiam si nemo cogitet quod ille primus homo commisit, neq; illud sibi ad peccandum proponat exemplum. Propter hoc itaq;, id est, quoniam peccauit Adam, nec ipse Cain peccasse dicendus est, qui eundem patrem suum nouerat. Propter quid enim fratrem suum occiderit, notum est, quia non propter hoc quod perpetrauit Adam, sed quia bono eius inuidit.*

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

QVÆSTIO III.

Quid sit peccatum originale hæreticis?

§. 1. ILlyricus multus in eo est, vt doceat *peccatum originale esse substantiam, esse substantialem imaginem diaboli.* Itaq; animam peccato ex imagine Dei transformatam in imaginem diaboli substantialem. Erroris tam portentosi origo ex Lutheri scriptis fuit, vt docet Bellarminus l. 5. c. 1. de amissione gratiæ, & statu peccati. Melanchthon, Caluinus aliquando, alijque admittunt definitionem peccati originalis, qua vtuntur Scholastici, vt dicant: Esse carentiam seu priuationem iustitiæ originalis. Imo vero anno 1530. post confessionem oblatam collocutores vtrinque quatuordecim electi, veritatem amplexi sunt: nam articulus de peccato sic habet. *In hoc quoque concordant, & recte damnant. Pelagianos & alios, vtpote Zvvinglianos & Anabaptistas, qui peccatum originale negant. Discordabant autem in definitione peccati originalis. Lutherani suam sententiam nostræ conformantes, dixerunt: Peccatum originale esse carentiam iustitiæ originalis: cuius sane peccati culpa tollatur per baptismum, fomes autem & concupiscentia in homine remaneat.*

Illyrici error.

Correctio confessionis Augustanæ.

Ab hac & Zvvinglij sententia iam fere recedunt tam Lutherani, quam Caluiniani, & peccatum originale appellant; concupiscentiam, ignorantiam, propensionem ad malum: quæ sunt peccati effectus. Nam Pareus l. 5 c. 5. de amissione gratiæ, & statu peccati disertè fatetur. *Peccatum originale præter reatum ex culpa primi parentis, & in eo omnium nostrum contractum, esse etiam totius naturæ, rationis, voluntatis, cordis, sensualitatis, non solum naturalem, sed etiam moralem prauitatem. Deinde concupiscentiam cordis, oculorum, inordinatam, in non regeneratis, esse per se vel natura sua, etiamsi sine consensu voluntatis peccatum damnabile, eandem in renatis manentem esse etiam peccatum damnabile.* Verùm cum hoc loco Paulus iustitiam opponat peccato, illa

In errorem recedunt.

vero sit vera, non potest vere peccatum esse quod cum illa consistit. De ea quæstione c. 6. & 7. disputandi proprius locus est. Calvinus profitetur Augustinum se non sequi in hac materia, l. 3. instituc c. 3.

Calvinus Augustinũ reijcit.

§. 2. *Porro inter illum Augustinũ & nos, hoc discrimẽ est, quod ipse quidem concupiscentiæ morbum peccatum vocare non audet, sed ad illum designandũ infirmitatis nomine contentus, tum demum fieri peccatum docet, vbi vel opus vel consensus accedit, nos autem illud ipsum pro peccato habemus, quo aliqua omnino cupiditate homo titillatur.* Porro Calvinus hoc loco sic nempe inquit, *quoniam omnes peccavimus. Porro istud peccare, est corruptos esse & vitiatos. Illa enim naturalis pravitas, quam ex vtero matris afferimus, tametsi non ita cito fructus suos edit, peccatum tamen est coram domino & vltionem eius meretur, atq; hoc est peccatum quod vocant originale. Nam vt Adam prima sua creatione tam sibi, quam posteritati, diuina gratiæ dotes acceperit, per eadem excidendo, naturam nostram in seipso corrupit, vitiauit, deprauauit, perdidit, abdicatus enim à Dei similitudine, semen, nisi sui simile gignere non potuit; Peccauimus igitur omnes, quia naturali corruptione omnes imbuti sumus, ideoq; iniqui & peruersi.* ita Calvinus.

Beza Augustinum probat.

Quamuis Beza cum alijs sentire eadem videatur, hoc tamen loco multum à Calvino dissentit; nam Augustini doctrinã contra Erasmum & Originem adducit, & laudat, à qua Calvinus recedit; Beza fatetur vnum pene Augustinum hunc locũ recte tractasse. *Nunc superest*, inquit, *vt hoc quoq; lector intelligat, duo consideranda in originis peccato; reatum videlicet, & corruptionem, quæ vt non possunt separari, distingui tamen accurate debent. Sic enim Adam admisso peccato, primum factus est reus ira Dei: Deinde quia reus erat, pœnam peccati, id est, corruptionem illam, tum animi, tum corporis, subijt: sic quoque in posteros naturam transmisit, tum ream imprimis, tum deinde corruptam. De reatus igitur propagatione proprio agit hoc loco Apostolus, cui opponitur imputatio obedientia Christi. Quod autem ad corruptionem attinet ea diuersum habet remedium, nimirum sanctificationem humana natura in Christo, de cuius imputatione differet idem Apostolus suo loco 1. capitis octaui initio.*

Omne peccatum habet reatum.

Hoc igitur loco de reatu agi Beza putat, non de corruptione naturæ, quã à reatu distinguit; quod si verum est, non est proprie peccatum, nam peccatum omne reatum habet. Quod ille satis iudicat, cum illam corruptionem pœnam esse definit, & reatu posteriorem, pœna autem peccati, non est peccatum, & quamuis hæretici fingant aliquam peccati pœnam esse peccatum: nemo tamen eorum ausus est dicere: pœnam esse id peccatum, cuius est pœna. At corruptio tum animi, tum corporis, est pœna peccati quod hic describit Apostolus, non est ergo illud ipsum peccatum.

§. 2. Argumenta pleraque, quibus Illyricus probat peccatum originale esse substantiam, similia sunt illis, quibus Calviniani probant concupiscẽtiam & eius motus sine deliberatione, & voluntatis assensu ebullientes esse peccatum. Argumentum Illyrici est. Fons & radix omnium peccatorum est substantia, sed originale est fons peccatorum: ergo est substantia. Eodem modo Pareus 102. pag. l. 1. c. 9. de amissione gratiæ, & statu peccati argumentatur. *Tertio*, inquit, *falsum est, quod sanctus Iacobus concupiscentiam quæ generat peccatum, velit non esse peccatum, Metaphorice enim facit eam matrem peccati, [illegible] vtero concipit, & parit sibi simile: Si igitur proles concupiscentiæ est peccatum: vtiq; concupiscentia mater & ipsa erit peccatum.* Quæ ratio si est firma sequitur etiam causam concupiscentiæ esse peccatum: imo causam primi peccati esse peccatum: nam mater & pater, fons & radix primi peccati quod fecit Adam erat similis proli. Si proles Adami erat peccatum, etiam Adam & ipse erat peccatum, quod magno mereretur Illyricus. Quam vero absurdum sit peccati matrem esse peccatum, illo & alijs locis ostendi.

Adamus non erat peccatum.

§. 3. Necessario concedere coguntur substantiã esse peccatum, qui concupiscentiam, pronitatem, &c. vere peccatum affirmant. *Peccatum*, ait Illyricus, *est, quicquid legi Dei repugnat, at ipsa caro seu totus homo repugnat legi Dei*, Gal. 5. *Spiritus concupiscit aduersus carnem*. Hoc concedunt Kemnitius alijq;, nam ipsi eodem modo argumentantur. *Concupiscentia est aduersa legi Dei, & parit peccatum, ergo & ipsa peccatum est*: Addunt; *quod Deus odit, est peccatum, concupiscentiam odit, ergo est peccatum*. Hinc Illyricus. *Peccatorem Deus odit, peccator igitur est peccatum.* Pareus ad ista respondere nititur, sed inscius confirmat argumentum. *Cor*, inquit, *anima, totus homo, repugnat legi Dei, non per se, vt est substantia, sed vt est deprauatus per peccatum, non physice, sed moraliter. Ideo negat esse peccatum originale.* At quocunque se vertat, sua principia euertat necesse. Si cor, anima, homo, non est peccatum originale, et si concupiscentiam, & motus eius efficiat, cur ipsa concupiscentia erit peccatum ex ea causa quod motus suos eliciat? *Deinde cor, anima, totus homo*, inquit, *non repugnat legi Dei, quà est substantia, sed quà deprauatus est per peccatum*; hæc pars est vna distinctionis, cui proinde addi & altera debet: *sed deprauatus hoc modo repugnat legi Dei*, quod si dicat Calvinianus, mox aderit Flaccianus, & obijciet. Ergo cor, anima, totus homo deprauatus, nõ physicè, sed moraliter erit peccatum originale, non metonymicè, sed proprie. Hoc enim nisi dicat Calvinianus, ad argumentum nihil respondebit. Si enim homo deprauatus non est proprie peccatum originale, cur intellectus hominis, aut potẽtia volendi proprie erit peccatum, etsi sit deprauata? Deprauatio enim alicuius rei nõ facit, vt sit res ipsa deprauatio, nec integritas, aut virt⁹, vt res ipsa eius est ea rectitudo, si integritas aut virtus; prudentia quæ est in intellectu, caritas quæ est in voluntate non facit, vt intellectus sit prudentia, aut voluntas sit caritas, ita nec stultitia qua deficit intellectus, nec odium quo voluntas alios abominatur est voluntas: Imo monet Pareus l. 5. c. 14. de amissione gratiæ & statu peccati: *motus concupiscentiæ dici ambiguè. Quidam enim sunt motus carnis simpliciter sine cogitatione, vel affectu vllo, vt motus genitalium in pueris, vel dormientibus vel brutis: In his deformitas forte non est peccatum per se: De his igitur non agitur. Quidam sunt motus cum cogitatione, vel affectu prauo, inconsulto, vel deliberato: qui proprie vocantur desideria carnis.* de his ait quæstionem esse.

Homo deprauatus non est peccatum.

At vt veritate adactus contra se, suosque agit; nam illi omnia illa in peccatis esse censent, etsi soli motus sint, imo ipsam concupiscentiam, quæ motuum istorum mater est, etiam cum nihil agit peccatum appellant. Quod si voluntas, aut intellectus, aut sensualitas, vt deprauata est, loquor de potentijs quæ causæ sunt actionum suarum, sunt proprie peccatum, cur non ipsa anima, quæ est causa motuum, & potentiarum per quas motus efficit? Reliqua c. 6. & 7. explicabuntur.

* * *

Quæstio IV.

Quid sit, in quo omnes peccauerunt? Et mors in omnes pertransiit.

§. 1. IN omnes pertransiisse dicitur mors; pertransiisse, διῆλθε, melius, quam *peruasit*, vt Erasmus dicere maluit. Nam transitio traducem & deriuationem magis quam peruasio indicat Augustini serm. 14. de verbis Apostoli; *Pertransiit, inde est & paruulus reus: peccatum nondum fecit, sed traxit. Etenim illud peccatum non in fronte mansit, sed pertransiit, non in illum aut illum, sed in omnes homines pertransiit. Genuit peccatores morti obnoxios primus peccator, primus præuaricator. Venit ad sanandos de virgine saluator, qui ad te non qua venisti venit. Non enim ille de concupiscentia maris & fœmina, non de illo vinculo concupiscentiæ. Spiritus inquit Sanctus superueniet in te. Dictum est hoc virgini, dictum est fide feruenti, non concupiscentia carnis æstuanti. Spiritus Sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi.*

§. 2. Mors temporalis est, & quia graue peccatum, mors etiam æterna. Ante enim immortalis erat homo, Sap. 7. *Deus enim creauit hominem inexterminabilem*. Ioseph. l. 1. antiq. male longæuitatem non immortalitatem promissam fingit. Zvvinglius ipsam moriendi necessitatem peccatum arbitratus est, cum per peccatum mors pertransierit, tanquam aliud à peccato diuersum. Errant & illi qui peccati pœnam negant esse mortem; vt Seneca, qui ait: *naturam non pœnam esse mortem*. Si hominem Deus sine vllo dono supernaturali creasset, naturæ fuisset, at nunc cum immortalem Deus fecerit, non est natura sed pœna mors, vt qui rex nunquam fuit, non est illi pœna regem non esse, at qui regno deiectus est sua culpa, illi grauis est pœna vita priuata. Est tamen nonnulla diuersitas.

pœna.

Temporalem mortem Deus absolutè, æternam sub conditione minatus est, si non agerent pœnitentiam. Hoc experientia adeoque exitus docuit, omnibus enim hominibus statutum est semel mori. Et vt ille dixit: θνατοῖς θανεῖν ὀφείλεται, *in fatis est mors mortalis.* Omnes hoc agnouerunt, etiam illi qui immortalitatem suam hominibus persuadere sunt conati.

æter-

Fata manent omnes, omnes exspectat auarus
Portitor, & turba vix satis vna ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

Euentum illi cecinerunt, causam ignorarunt, melius Poëta Christianus virumque coniunxit.

——— Erat insita fati
Ma[illegible] hominum, nullis obnoxia morbis:
At postquam vetitâ diuellit ab arbore fructum,
Inuisam traxit mortem culpa vna parentum,
Venit & in seros & noxa & pœna nepotes.

§. 3. *In quo omnes peccauerunt.* Tres sunt interpretationes [illegible], duorum verborum ἐφ᾽ ᾧ, *in quo.* Quidam interpretantur, *in quo peccato omnes peccauerunt.* A[illegible] ἐφ᾽ ᾧ, *ideo quod vel quatenus: Alij in quo Adamo omnes peccauerunt.*

In quo [illegible] test iudicare peccatum, cum sit in Græco [illegible]. ideoque di[illegible] dum esset, ἐφ᾽ ᾗ, in *qua* culpa [illegible] xa. Qui pro hac sententia Augustinum citant, attente eum non legerunt. Ille enim

Adamus Contzen Commen. in Epist. ad Rom.

contra Pelagianos [illegible], [illegible] solebant, interpretationes [illegible] nullam fauere Pelagianis, l. 1. de [illegible] merit. & remissione c. 1[illegible] p. 141. k. [illegible] *sequitur, in quo omnes peccauerunt: quam [illegible] perfectè, quam propriè, quam sine ambiguitate dictum est. Si enim peccatum intellexeris quod per vnum hominem intrauit in mundum, in quo omnes peccauerunt, certum manifestumque est, alia esse propria cuique peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata sunt: aliud hoc vnum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille vnus homo fuerunt. Si autem non peccatum, sed ille vnus homo intelligitur, in quo vno omnes homines peccauerunt, quid etiam ista manifestatione manifestius: Nempe legimus iustificari in Christo qui credunt in eum propter occultam communicationem & inspirationem gratiæ spiritualis, qua quisquis hæret domino vnus Spiritus est, quamuis eum & imitentur sancti eius. Legatur mihi tale quid de ijs qui sanctos eius imitati sunt, verum quisquam dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro, aut in quolibet horum, quorum in populo Dei magna excellit auctoritas, nisi quod in Abraham dicimur benedicti. Sicut ei dictum est, benedicentur in te omnes gentes, propter Christum qui semen eius est secundum carnem, quod manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicitur; Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Dictum autem quenquam diuini eloquij peccasse vel peccare in diabolo, cum enim iniqui & impij omnes imitentur, nescio vtrum quisquam repertat, quod tamen cum Apostolus de primo homine dixerit, in quo omnes peccauerunt, adhuc de peccati propagine disceptatur, & nescio qua nebula imitationis opponitur.*

Eodem modo l. 4. contra duas Epistolas c. 4. p. 197. l. etiam Hilarium citat, vt ostendat in Adamo peccasse. Omnia enim inuenerunt effugia Pelagiani, ne peccatum originale admitterent, adeo vt etiam illud ἐφ᾽ ᾧ interpretarentur, ἐπὶ θανάτῳ: *in morte: Vbi enim ait Apostolus, per vnum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, ibi volunt intelligi non peccatum pertransisse, sed mortem. Quid est ergo quod sequitur, in quo omnes peccauerunt? Aut enim in illo vno homine peccasse dicit Apostolus, de quo dixerat, per vnum hominem intrauit peccatum in mundum: aut in illo peccato, aut certe in morte. Non enim mouere debet, quia non dixit, in qua, sed in quo omnes peccauerunt. Mors quippe in Græca lingua generis masculini est θάνατος. Quodlibet ergo eligant. vt enim in illo homine peccauerunt omnes, & ideo dictum est, quoniam quando ille peccauit, in illo erant omnes: aut in illo peccato peccauerunt omnes quia generaliter omnium factum est, quod nascentes tracturi erant omnes: aut restat vt dicant, quod in illa morte peccauerint omnes. Sed hoc quemadmodum possit intelligi, non planè video. In peccato enim moriuntur omnes, non in morte peccant. Nam peccato procedente mors sequitur, non morte præcedente peccatum. Aculeus quippe mortis est peccatum, id est, aculeus cuius punctione fit mors, nō aculeus quo pungit mors: sicut venenum si bibitur, appellatur poculum mortis, quod eo poculo facta sit mors, non quod mortis poculum sit factum, aut à morte sit datum. Quod si propterea non potest illo verbo Apostoli peccatum intelligi, in quo omnes peccauerunt, quia in Græco vnde translata est Epistola, peccatum fœminino genere positum est, restat vt in illo primo homine peccasse omnes intelligantur, quia in illo fuerunt omnes quando ille peccauit, vnde peccatum nascendo trahitur, quod nisi renascendo non soluitur. Nam & sic S. Hilarius intellexit, quod scriptum est, in quo omnes peccauerunt: ait enim, in quo, id est, in Adam, omnes peccauerunt. Deinde addidit, manifestum in Adam omnes peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, omnes quos genuit nati sunt sub peccato. Hæc*

X 3 scribens

ferr'eni ... ariae fint ambiguitate commonuit quomodo intell gendum esset. In quo omnes peccauerunt. Non ergo di uturi ἐφ' ᾧ, id est, ... ἥμαρτον.

ἐφ' ᾧ, quatenus. §. 4. Altera pr. ...timorum est interpretatio, ἐφ' ᾧ, id est, ideo quod, *quatenus*, ita enim Græci loqui solent, ἐφ' ... ὅτι, ἐφ' ᾧ ..., *eo quod, propterea.* Hanc expositionem nonnulli Græcorum habuerunt, nam est apud Photium, & eam Oecumenius recensuit, Photius: ὅτι τοῦτο φησι συναποθνήσκουσι τῷ Ἀδὰμ, ἐφ' ᾧ καὶ συνημαρτήκαμεν. καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν ... παρέσχεν, ἡμεῖς δὲ ... τὸν ἀφορμὴν λα-

Pelagianis fauens expositio. βόντες ... τὸ κακὸν ἐδεξάμεθα ..., ... Ita verba Græca habent, quæ tamen non necessario vertuntur vt in Latinis quibusdam inuenio: Nam non video, quo ita vere conueniantur. *In hoc commoremur,* (dicit) *Adamo, in quo & simul peccauimus. Et principium quidem ille dedit, nos vero inde occasione sumpta malum non prohibuimus, sed cooperati sumus, & in malum progredi instituimus.* In Photio video Pelagianam expositionem, sicut & in Oecumenio. ... inquit, μήτε αἰτίαν ἐγκαλεῖν τῷ Θεῷ ὅτι τῷ Ἀδὰμ ... ἡμεῖς ἀποθνήσκομεν, ἐπειδὴ, ἐφ' ᾧ πάντες ἡμάρτομεν ... αὐτὸς μὲν τὴν ἀρχὴν παρέσχε καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι πάντες ἡμάρτομεν ... *Neque enim Deum accuset, quod Adamo cadente nos moriamur, adiungit: In quo omnes peccauerunt, quasi dicat, ille quidem initium dedit, & causam, quod omnes peccauimus secundum similitudinem eius.*

§. 5. Prolix illam interpretationem tuetur Erasmus. *Tropum esse, ait, non enim peccare qui non sunt, nec mortem æternam transire in paruulos. Tertio peccatum esse dictum, factum, conceptum, tale nihil esse in paruulis, pronitatem peccandi magis ab exemplo quam a natura proficisci.*

Errores Erasmi. Denique ἐπὶ non esse ἐν, ἐν ᾧ vt ... dici, non ἐπὶ ...: nam illam præpositionem eum causam & imminentiam significat iungi datiuo, vt ἐπὶ βασιλείᾳ *in potestate regis.* Cætera aliò pertinent, & Pelagiana sunt. Nam peccarunt eo modo quo eta ic in Adamo, nempe vt in capite. Mors æterna transit in paruulos, nam vita priuantur æterna, quæ vna pars mortis est, etsi pœnam non sentiunt. Peccatum autem paruulorum propria voluntate non est commissum, sed Adami. Quod autem pronitatem peccandi exemplis potius, quam naturæ tribuat, valde à vero & scriptura aberrat; nam in paruulis iræ, inuidentiæ, superbiæ signa deprehenduntur, quos tamen nulla exempla corrupetunt.

ἐφ' ᾧ esse διὸ ᾧ. Et Cain inter pia parentum & fratris exempla Abelem occidit, *quia e maligno erat.* Hæc ig tur omitto. De Græco verbo, an ἐπὶ cum dandi casu verti possit *In*, quæstio est. Erasmus negat ita se legisse. At vero vt magna sit eius auctoritas, certè Origenes Scriptor Græcus, qui plura dictauit, quam Erasmus legerit Græca, sie est interpretatus, & ex Origene Ambrosius. Imo Græca Scholia communia, quæ sic habent. ἐφ' ᾧ. Ἀδὰμ. δι' ὃν Ἀδὰμ ... *In quo Adamo, per quem Adamum, vel quod in illo, & alij.* Chrysostomus eis verbatim non exponit, hi tamen intel igendus est. ... ἐφ' ᾧ ... *Quid est, in quo omnes peccauerunt? illo cadente, & illi qui de ligno non comederunt ex illo ... sunt mortales.* Cum igitur ita ... llexer ... videamus, & inprimis Chry... vt etiam P... reus testatur, non est cur ... linguæ ... esse dicamus. Sed neque N... zenus aliter interpretatus, Orat. 25. p. 436.

... ἐπὶ ... πάντων ... ἀμα ..., ... ἐν αὐτῷ ... Ἀδὰμ ... δι' ὧν, πάντη ... τῷ ... Ἀδὰμ ... ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ... ἐν τῷ ξύλῳ ... *Vt maiora proferam communem rationem, legem, prophetas ... ... omnes etiam vllam exceptionem ... in eandem Adamo participauimus, at ... fraudem inducti & per peccatum morte affe... ac per ... Adamum salutis ..., atq; ad ... unde ex idtramus, per ignominia lignum reuocati unius.*

Hieronymus quoque haud prius ac ... at Græcus quam Erasmus, intellexit in Adamo omnes peccasse. Sic l. 2. di... aduersus Pelagianos c. 2. interpretatus illud. *A alienati sunt a vulua,* &c. & in c. 1. Abacuc. & in c. 31. Ezechielis. Vt ergo Erasmus non legerit. Cer... legerunt Græci, Chrysostomus, Origenes, Nazianzenus, Scholiastes, etiam Syr. interpres, qui habet בהו *in quo.* Quamuis vero Caluinus, Martyr, Osiander, Hyperius aliique sequantur Erasmum. Beza tamen contra omnes insurgit. *In quo, inquit, ἐφ' ᾧ, id est videlicet Adamo, neque enim nouum est, vt ἐπὶ pro ἐν accipiatur, vt Hebr. 9. 17. & passim apud idoneos etiam auctores, Erasmus vero id turcidius, vt mordicus teneat fœdissimum errorem quem semel arripuit: hoc nimirum ad imitationem peccata pertinere. Nempe vt similis quo ratione, (quod recte prorsus obseruauit Augustinus aduersus Pelagianos) in altera collationis parte statuamus, non per Christum sola quoque imitatione fieri iustos. ... fit a scopo aberrare, & errorem pertinaciter tueri.* L... us in Epistola ad Hebræos habet. διαθήκη ... ἐπὶ νεκροῖς βεβαία, *Testamentum enim in mortuis ratum est.* ... Poeta ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο, ἐπὶ χθονὶ ... χερσὶ ... *In terra, vidente me, in terra ... manibus in meis.* Et ne dubitemus, homines Græci appellarunt ἐπιχθονίους, non ἐγχθονίους, ab ἐγχθόνιος, quod esse ... in terra, nempe vt in loco. Vide Pindarum Ode 7. Ita & pisces dicuntur viuere, ... ἀπείρονι πόντῳ. In immenso Oceano. Certe eundem Pindarum nemo culpat, quod a. P... ἐπὶ ... ἐν ἐλπίδεσσι τύχας ἀνάγκας. *Deus omnia opus in voluntate facit.*

QVÆSTIO V.

Quomodo peccarunt?

Peccarunt in capite. §. 1. Omnes orthodoxi interpretantur peccasse in Adam, vt in massa, in capite, ... ente. Adam enim & posteritas quasi vouio ... masi sunt, peccarunt igitur eo modo quo erant sicut Leui decimatus est in lumbis Abrahæ. Non illi tum maculam contraxerunt, cum nondum essent, sed ex Dei pacto statutum est, vt si Adam prævaricaretur, etiam filij nascerentur rei. Vere autem peccarunt, qui vere puniuntur, ac morte plectuntur. Hinc Concilium Arausicanum. *Iustitiam Deo non dare conuincitur, qui mortem, quæ est pœna peccati, sine peccato, quod est meritum mortis, ad nos transi... edicit.* Sic Mileuitanum, Tridentinum, alia Concilia contra Pelagianos. Et Augustinus l. ... c. 6. contra Pelagianos hæc at addita, *ne iniustitia Deus accusetur.* Sic Theophylactus & Oecumenius. Ex quo etiam constat ratione naturali non posse p... b... peccatum originale.

§. 2. A...

[illegible] Dei [illegible] [illegible] vero [illegible] ne quenquam [illegible] vt aliena mal[illegible] Deus censeatur & velut reus puniatur. [illegible] quid enim vnus, n[illegible] ad alterum, & nondum natum? Et sane sine Dei pacto, e[illegible] Adamo peccatore non nascerentur [illegible] [illegible], n[illegible] minus h[illegible] c videtur iniquum, quam ex [illegible] pe[illegible] tunti parentes, cum nemo alienus, [illegible] quisque iniquitatem portare cogatur.

Respondere [illegible] lent pactum illud in eo locum habere, quando plures vnum sunt aliquod, aut ab [illegible] no descendunt: cui responsioni addendum est. [illegible] pacta conuenta [illegible] um fiunt in donatione, vel d[illegible] actione rerum plane gratuitarum, non habere quicquam iniustitiæ. Adamo peccante filij censentur hostes, ab hoste nati, puniuntur non pœnis sensibi bus, sed ablata iustitia, gratia, immortalitate, quæ supra humanam naturam gratuito in parentem erant collata. Si quis læsæ maiestatis ac[illegible], conuictus ipse pœnas morte luit. Filij honore & feudis spoliantur, regia item familiaritate, illa enim gratuita sunt, occidi non possunt, quia mortem innocenti rex inferre non potest. Natura humana omnibus casibus, quibus nunc conflictatur, subiecta fuisset, si absque dono iustitiæ originalis eam Deus creasset, ea per peccatum Adami amissa, & nobis in eo peccantibus, in naturalem statum recidimus, qui nunc habet rationem pœnæ, alias habiturus conditionem naturæ. Nec paruuli quamuis sint rei & peccatores, eo modo sunt inimici creatoris, vt illi, qui sponte sua Deum offendunt, illos enim regno tantum exclud[illegible], hos etiam igne cruciat. Neque necesse est fingere animam esse ex traduce, vt peccato [illegible]tinetur, satis est, partem totius hominis esse, qui peccator est.

gratuita bona pacta parentibus [illegible]

VERSVS 13.

Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum vero non imputabatur, cum lex non esset.

QVÆSTIO I.

Quomodo non imputabatur peccatum cum lex non esset?

§. 1 DIfficilimum esse locum fatentur omnes, in Græcis est [illegible] non imputatur, noster legit [illegible], quod in priore editione [illegible]ca probauit, posteriore reiecit. Syrus nostram le[illegible]nem secutus est. Sic enim vertit: *Nam cum ad legem peccatum esset, in mundo, non imputabatur.* Augustinus & Latini nostram lectionem retinent. Primum controuersum, quid probare velit Apostolus: An per vnum hominem intrasse peccatum in mundum: an quod in vno omnes peccarint; an [illegible] in omnes pertransierit. Particula enim causa[illegible] ostendit, ex antecedentibus aliquid probari. Non [illegible] paret autem quomodo ex his præcedentia d[illegible]ucantur & firmentur, deinde quomodo n[illegible]n fu[illegible] [illegible]ccatum ante legem. Nam peccatu[illegible] vel est originale, vel actuale: Non [illegible] probatur originale; nec oti[illegible] [illegible] id en[illegible] statim est imputatum à lege in q[illegible] commissum & mors secuta est. Deinde qu[illegible] modo ante [illegible] peccatum non [illegible]. Non en[illegible] potest ess[illegible], n[illegible] at fac[illegible], quod agit[illegible] pec[illegible]ndo, v[illegible] d non omittitur. Videtur etiam e[illegible] [illegible] ocati[illegible], si peccatum nun[illegible] pro orig[illegible] pro act[illegible] ac[illegible]ipitur. Denique si legis n[illegible] ne eam intelligit quæ per Mosen data est, non apparet, cur dicat non ante imputatum peccatum Caino, Lamecho, mundo per Cataclysma pereundi, Sodomitis, alijsque. Si de lege naturali agitur, ea ante omne peccatum fuit, vt iam dixi. Lex enim violati peccato non posset, si non esset.

§. 2. Peccatum ante legem non imputatum Augustinus interpretatus est de cognitione peccati, libro primo de remissione & meritis peccatorum, aut non ita accurate agnoscebatur. Alij vt Pseudo ambrosius hoc loco putat non fuisse cognitum, quod contra Deum esset, vt quamuis quidam ignorarent Deum, alij occupari rebus humanis negarent, multi tamen peccato Deum offendi cognouerunt, etiam Ethnici. Ita miles animose ruinatur Tyrijs.

Non imputari, non cognosci.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate Deos memores fandi atque nefandi.

Qui vero non cognoscebant, Deum crimina detestari, illis vel maxime imputabantur. Etiam illa ipsa tam bruta, tam grauibus ex sceleribus indita ignorantia.

Hinc visum est multis peccatum illud incognitum, fuisse originale, quod constat gentes nescisse, sed tamen Adamo cæterisque non fuit incognitum, & cunctis tam scientibus, quam ignorantibus imputabatur. Ita Anselmus. At Caluinus Deum vere peccata imputasse hominibus, & homines etiam sibi ipsis, sed hos id non nisi tortos, & pœnis legis stimulatos fecisse, alij alioqui in flagitiis obdormiuisse. Verum est id homines egisse, atque etiamnum agere; conscientiam enim fugiunt, & supprimunt. Verum hoc ad rem præsentem non pertinet, vt probetur aliquod eorum, quæ sunt proposita. Torpor enim hominum in medijs peccatis secura stertentium nõ probat esse peccatum originale. Apud Oecumenium dicitur. [illegible] [illegible] [illegible]. *Erat quidem in hominibus peccatum ante legem, sed non imputabatur ipsis, eo quod lex peccatum prohibens non esset.*

Originali genitibus incognitum.

§. 3. Omnibus accurate expensis dubium non est, quin Apostolus probare velit versu 13. & 1[illegible] fuisse peccatum in mundo per vnum hominem, non actuale singulorum, sed originale, & proinde pœnam sequacem peccati, mortem scilicet. Argumentatio ocius concisa est; nam ita Ecclesiis scribit, vt tamen Epistolam exponant eius doctores, qui Romæ Ecclesiæ præerant. Institutum autem hunc in modum apparebit. Peccatum actuale erat in mundo, vsque ad legem Mosis, qua de re nemo dubitat, qui historiam sacram, aut profanam legerit, omnia enim plena hominum sceleribus erant loca, & si Ethnicis creditur, etiam Deorum. Quia vero nulla à Deo lex perlata erat qua peccantibus mors irrogabatur, non imputabatur peccatum ad mortem, nempe temporariam. Nec enim fratris interfector Cain, nec Lamech duplicis homicidij scelus morte luit. Simeon etiam & Leui vasa iniquitatis bellantia, null[illegible] Dei

Argumentatio Pauli.

 decreto

dec[illegible] mortui fuit [illegible] omnes tamen mortui sunt, lex ergo aliqua [illegible] lata est, qua peccantibus mors sanciretur, etiam ante legem Mosis. Nec [illegible] potest. Peccatores à Deo idcirco occisos, quod in legē naturalem commisissent. vt videmus in Cataclysmo, Sodomitis, Her & Onan, Pharaone, & alijs. Respondet Apostolus. Illam quidem iustam Dei in peccantes esse vindictā. Sed tamen nō modo eos, qui peccarunt, sed etiā alios, qui nō peccarunt, in similitudinem præuaricationis Adami, mortis mancipia fuisse; *regnauit enim mors ab Adam vsq; ad Mosen, etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.* Enoch enim & Noë iusti, & in diluuio infantes in vtero, atque adeo in Pentapoli mortui sunt, non ob aliquod propriæ voluntatis peccatum, ergo ob aliquod peccatum, quod aliqua lege illis imputatum est ad mortem. Hoc peccatum est, quod per vnum hominem in mundum ingressum est, & illa mors, quæ decreta est à Deo dicente: *morte moriemini.* Qua sententia tota cum stirpe posteritas damnata est, tam qui occupati immatura morte non peccarent, quam qui longa vita plurimis noxis se obligarunt.

Duo possent Paulino argumento obijci. Primo ex morte innocentum non probari peccatum originale: mortem enim esse naturæ conditionem, corpus enim terrenum necessā (?) dissolui. Verum hoc facile dissoluitur. Nam Paulus cum illis agit, qui prophetis credebant, & hominem immortalem creatum sciebant. Deinde fieri posse, vt mors illa lege decreta esset, etiam innocentibus, vt in crimine læsæ maiestatis factum parentis filius immeritus luit. Hoc etiā excludit, quia mors vt pœna infertur, quia stipendium peccati mors est. Pœnā autem neminem nisi nocenti Deus afficit, vt ergo parentibus mors in pœnam, ita posteris quoq; est inflicta. Breui igitur sic ratiocinatio Pauli comprehendi potest. In quoscunque mors regnauit, illi fuerunt peccatores, sed in omnes, tam qui propria voluntate peccarunt, quam qui illa vti nondum potuerunt etiam ante legem Mosis, mors regnauit; peccatores ergo fuerunt: & qui peccarunt ad imitationē Adæ non sunt mortui, ob illa sua peccata, quasi alias victuri, ergo ob aliud peccatū, cui lege diuina mors decreta erat. Cum autem peccatum hoc actuale non sit, necessario est originale, & cum omnes mortui sint à primo homine, necesse est ab eo intrasse in mundum, & omnes posteros in eo peccasse.

Ratio Pauli.

Quod Paulus accepit tempus ante legem Mosis, fecit ad fugiendam obiectionem, quàm Iudæi paratam habebant: nempe si quis legem Mosis violaret, sine vlla contradictione moriendum illi esse. Nihilominus tamen etiam idem argumenti robur est post legem datam, nam etiam illi qui legem Mosi obseruarunt, quiq; per ætatem non deliquerunt, mortui sunt: non rigore legis Mosaicæ, cui nihil illi debebant, sed veteri decreto Dei.

Atque hæc, licet obscurius proposita, est expositio Chrysostomi. εἰ πάντες ἀπέθανον τῇ ἁμαρτίᾳ τῇ [illegible] τοῦ νόμου παραβάσει τῷ θανάτῳ ἐκράτει, πῶς ἂν πρὸ τοῦ νόμου πάντες ἀπέθνησκον, εἰ γὰρ ἐξ ἁμαρτίας [illegible] [illegible] ... τί ἁμαρτία [illegible] νόμου [illegible] ... [illegible]

Chrysostomi sententia.

Si igitur hoc peccatum, inquit, ex legis transgressione

mortem peperit quomodo [illegible] *enim ex peccato radicem mors habuit, & cum non* [illegible] *peccatum non imputatur, quomodo mors regnauit* [illegible] *declarari hoc peccatum non legis transgressionem,* [illegible] *inobedientia Adam, hoc omnia perdit. Et quo esse* [illegible] *demonstratio. Quod & ante legem omnes moriebantur* Itaque nihil opus est ad ea recurrere, quæ [illegible] menius hoc loco, & Photius habent.

§. 4. Philippus Melanchthon admirabile locum istum corrupit. *Hic vides inquit non esse humanam voluntatem liberam, quia ab Adam propagata est natura peccato obnoxia, nihil itaq; nec humana prudentia, nihil humana virtus est, nisi peccatum, ideo oportet perfici emori naturam, estq; mors per Christum factum remedium peccati originalis, qua ante prima erat, itaq; oportet totum Adam, totam naturam aboleri.*

[illegible] rum Patr.

Quid vero stolidius. peccatum & mors intrarunt, ergo humana virtus nihil est, nisi peccatum? imo Sapientia nihil nisi peccatum? An ideo bene factum nihil est nisi peccatum, quia male facta sunt peccata? An Adami pœnitentia fuit peccatum, quia inobedientia fuit peccatum. Quod vero fingit naturam sola morte liberari à peccato originali, eam abolendam esse, vt sit puta, [illegible] præiuit, ad eam, quæ est postea infeliciter orta, & in multos propagata, Secta Flaccianorum, etiam Manichæorum magistris pottentosior, quamuis auctor Lutherus, vt ipse Illyricus contra Victorium Strigelium ostendit disputatione coram Saxoniæ principibus habita Vinariæ anno 1560. Vbi ex Luthero ista citat verba p. 49. *Sublatam, iustitiam originalem non fuisse natura, sed donum quoddam superfluum superadditum, an non ponis iustitiam non fuisse de essentia hominis? ita etiam sequitur peccatum quod successit, non esse de essentia hominis. An non igitur frustra est mitti et redemptorem Christum, cum iustitia originalis tanquam aliena res à natura nostra ablata est, & integra naturalia manant?* Itaque Illyricus p. 54. ait, *manere externum miserum cadauer, & aliquid de anima post peccatum originale.*

[illegible] theru[illegible] lat[illegible] prauat[illegible]

Denique eodem libro p. 291. post colloquium ratione 13. pro Flaccianismo sic argumentatur [illegible] socij, & combibones Illyrici: *Omnino non potest negari, multo magis corruptam esse animam quam corpus. Nunc constat, negarique non potest, corpus naturaliter post lapsum essentialiter corruptum esse.* Et ratione 14. *Denique negari non potest, nec solet ab aduersarijs, animam substantialibus partibus aut potentijs agere, & intellectum & voluntatem esse substantias. Nunc si intellectus & voluntas sana & incorrupta esset essentia sequitur etiam eorum actiones bonas atque esse.* Denique ratione 15. *Sequitur hinc etiam illud horribile absurdum: Essentiam aut naturalia dæmonum quoque integra incorruptaq; esse.* Hæc illi tanta imperitia; vt à cæteris Lutheranis & Caluinianis vocentur non immerito Grobe Flaccianer, *crassi Flacciani*; nam si Deus essentiam dæmonum mutauit, vt non sit eadem res, aut esse [illegible] dæmonis quæ fuit angeli, immerito eos punit. Nam illa essentia, illa natura, quæ peccauit non dat pœnas, sed alia in qua [illegible] illa mutata est: quod idem in hominibus considerandum est. Si enim corpus Adami substantia iter mutatum est, & multò magis anima, alius igitur homo egit pœnitentiam, alius peccauit. Neq; non bis speranda est vita æterna, qui eorum sententia sumus ipsum peccatum originale. Corpus nostrū & anima essentialiter sunt peccatum originale, itaq; vt Philippus somniat, prorsus aboleri [illegible] & fieri corpus, anima, cor nouum essentia [illegible] aliud igitur corpus, cor, anima, perinde & a[illegible] [illegible]

Corpus [illegible] tale [illegible] corrupto

Dæmon[illegible] esse [illegible] ite[illegible]

...pus, cor, anima Petri ac Pauli. Quæ portenta ...nium Manichæorum insaniam superant.

VERSVS 14.

Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri.

QVÆSTIO I.

Quomodo mors regnauit?

§. 1. IN eos ἐπὶ τοὺς, quasi *contra eos. Non peccauerant*, olim Latini: *qui peccauerunt*, quo modo explicuit Pelagius & Pseudo-ambrosius quasi mors solum regnasset in eos, qui peccauerunt, & imitatione sola culpâ non propagatione contraxissent. S. Ambrosius testatur plerosque Latinorum libros negatione caruisse, Græcos omnes habuisse, omnes & Latinos omnes habere, & necessarium est, imo ipsa Syra editio. Regnauit quidem mors in eos qui peccauerunt, sed & in eos, qui non peccauerunt, quod maximè necessarium erat Apostolo ad ostendendum peccatum originale.

...regnauit in eos ...non peccauerunt.

§. 2. Regnauit ἐβασίλευσεν ἰσχύεσεν, immaniter bachatur mors vtraque corporis & animæ, & illa corporis grauior longa exspectatione redemptionis, cuius tempus incertum. Chrysostomus *ἐκράτησε, vicit, præualuit, seruitio pressit.* Qui non peccauerunt. Varia & lata est explicatio. Origenes. *Mors transiuit in eos qui peccarunt in similitudinem præuaricationis Adæ.* Id est, qui peccata mortalia fecerunt. S. Athanasius, qui negationem addit. *Regnauit etiam in eos qui non peccarunt mortaliter*; atque hi verba hæc in similitudinem referunt ad verbum, *peccarunt*. Pseudo-ambrosius hoc peccatum vult esse idololatriæ; falso; nec enim Adam talis, necdum ante diluuium alij. Alij referunt ad *regnauit*, vt mortui omnes dicantur ad similitudinem præuaricationis Adam, qui peccarunt. Alij, vt Photius apud Oecumenium, *in eos qui non peccarunt*, id est, *qui non sunt legem transgressi à Deo datam, sicut Adam & Iudæi post legem, sed naturalem tantum.* Verum non minus data est illa à Deo, quam Mosaica, imo maioris momenti, quod & cordibus inscripta & toti generi humano communis erat.

Verum plana mihi expositio videtur: quæ est Augustini l. 1. de pecc. mer. & remiss. c. 11. Anselmi, Chrysostomi, Theophylacti, Teodoreti. Mortem in eos regnasse, qui non peccarunt actualiter sicut peccauit Adam. Solo itaque peccato originali sunt damnati.

Athanasius orat. 4. contra Arianos p. 275. f. sic exponit. *Permulti fuere viri sancti, puri omnium criminum. Siquidem Hieremias ex vtero sanctificatus fuit, & Ioannes dum adhuc a grauida matre gestaretur, exultauit in gaudio ad vocē Deiparæ Virginis, mors tamē æquè regnauit ab Adam vsque ad Moysen. & in eos qui non peccauerant, ad similitudinem præuaricationis Adæ. Atque ita manserunt homines nihilo minus mortales & corruptibiles, capaces interim affectionum naturæ. Nunc autem, postquam Verbum homo factum est, sibique vt propria vendicauit ea, quæ sunt carnis, non vlterius illa corpus humanum, & & quod ibi verbum Dei consistat, attingunt, sed ab eo absumuntur, nec iam inde homines secundum suas passiones*

...mortem reg... ...dispu... ...

peccatores & mortui permanent, sed secundum verbi potentiam resurgentes, immortales & incorruptibiles perseuerant. Vnde nascente carne e Deipara Virgine, ipse dicitur natus esse, qui alijs ortum initiumque existendi præbet, vt nostram originationem in se transferat, nec deinceps, quasi in terra manentes, in terram abeamus, sed vt Verbo cælesti coaptati, coalitique, in cælos subuehamur. Eadem igitur ratione etiam cæteras affectiones corporis non incongruenter in seipsum transposuit, vt iam deinceps non vt homines, sed vt ij, quos vt proprios & pro suis agnoscit Verbum, æterna vita consortes efficeremur. Non enim vlterius secundum priorem originem Adæ intermorimur, sed deinceps nostra origine cum omni carnali infirmitate in Verbum translata è terra excitamur, dissoluto peccati piaculo per eum, qui in nobis & pro nobis piaculum factus est, & non immerito: quemadmodum enim in Adam ex terra deriuati morimur, ita denuo ex aqua & Spiritu Sancto regenerati in Christo omnes viuificamur, quasi caro nostra non amplius terrestris, sed rationalis facta sit, & vt dicam, verbificata ob rationem sine Verbum, quod in nostri gratiam caro factum est.

QVÆSTIO II.

Quomodo Adam est forma futuri?

§. 1. Τύπος τοῦ μέλλοντος. Typus non in specie, sed in genere, seu à contrario; vt ille perdidit, sic hic seruabit. πῶς; ὥσπερ, φησὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Ἀδὰμ πάντες ἀπέθνησκον, οὕτως τῷ θανάτῳ τοῦ χριστοῦ, πάντες ζησόμεθα καὶ ἀναστησόμεθα. ὁ οὖν τύπος, ἐκ τοῦ ἐναντίου συμβέβηκεν. Typus non natura aut hominum instituto, sed Dei, quia magno peccatorum solatio voluit in ipsa sui exitij causa redemptionis typum constituere. Triplex interpretatio, August. lib. de pecc. rem. & m. cap. 11. forma est futuræ posteritatis peccatricis, & morituræ, sicut ille peccator & mortalis. 2. Toleti & aliorum hic reddit ἀνταπόδοτον, & esse alteram partem comparationis, potest illa vera esse, sed nimium obscura videtur, nec decere, vt cum tam explicatè vulneris causam reddiderit, remedij auctorem tam obscurè per suum ἀντίτυπον indicet, quia tamen in sequentibus pluribus eam ostendit, probabilis est sententia; optimè omnia connectit, vt dicat, *Adam non formam eius, qui futurus erat liberatoris; sed non sicut delictum ita & donum.* Probationem esse eius, quod dixerat, reconciliari nos per Christum; nam typus futuri liberatoris à Deo institutus suo ἀντιτύπῳ & effectu carere non debet. Adam est huiusmodi typus. Ergo antitypum habuit, ille Christus est.

In causa exitij typum salutis.

Adā typus Christi.

Tria sunt in his parabolice alternatim posita. Similitudo aliqua, contrarietas, & hyperbole secundum similitudinem, inquit Photius. Contrarietas, peccatum, impeccabile. Inimicitia ad Deum, reconciliatio cum Deo, condemnatio, iustificatio, perditio, casus, mors, salus, vita, resurrectio, & in his quidem contrarietas. Similitudo vero, quemadmodum per vnum omnibus mala obtigerunt: sic per vnum omnibus bona obtigerunt. Hyperbole, quod in malis vni cooperati sunt omnes, vt malorum participes fierent; in bonis vero nemo cooperatus, sed facta est gratia solius Christi, vt non similiter, & æqualiter, sed secundum Hyperbolen, & ex abundanti sit similitudo.

Notandum & illud, Adam non esse formā peccati, & Christum iustitiæ: non enim hæc inter se conferuntur: sed Adam & Christus; nam huius ipse typus fuit. ex hoc loco cognoscitur, commentarius qui

Commentarium Hieronymi. qui Hieronymo tribuitur alicuius esse Pelagiani, aut forte ipsius Pelagij; *Sicut*, inquit, *Adam primum mandatum Dei praeuaricatus exemplum est, legem. Dei praeuaricari volentibus, sic & Christus voluntatem Patris cõplexus, exemplum est imitari eum cupientibus.* Quae expositio merito à S Augustino, Hieronymo, alijsq; damnatur: melius omnino Chrysostom°: *Quomodo typus, dixeris aliquis? quoniam quemadmodum ille omnibus à se (etiamsi de ligno non comedissent) auctor mortis extitit, eius qua ob cibum illum introducta est: Sic & Christus omnibus à se, quamuis iusti non agentibus, iustitia tamen conciliator extitit eius, quam omnibus nobis per crucem largitus est.*

VERSVS 15.

Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multo magis gratiâ Dei, & donum in gratiâ vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit.

QVAESTIO I.

Quae comparatio Christi & Adami?

§. 1. Hic perficitur comparatio, vt superius dictum est, delictum Graec. est παράπτωμα, quod priore editione Beza vertit, *offensam*, accusaro etiam veter. interprete, posteriore *lapsum* dicere maluit: sed nihil op° est verba aucupari, idem sensus est, Syrus appellat שורשעתא Schurghara, *erratum, delictum*. Chrysostomus etiam interpretatur ἁμαρτίαν *peccatum*. Nam ἁμαρτία, παράπτωμα, παράβασις, παρακοή, peccatum, delictũ, transgressio, inobedientia. Deinde vous homo Adam, opponitur gratiae Dei, & donum in gratia, iustificationi, obedientiae Christi, Christo. Confert vero eo modo, vt multo plus datum, quam amissum ostendat. ἐν τῷ τύπῳ, καὶ ὁμοιώματι τὴν ὑπεροχὴν, καὶ ἐπίδειξιν, *in typo & similitudine eminentiam, & abundantiã gratiae demonstrat*, vt est apud Phosium. Victores enim liberatos, è carcere opibus maioribus ad victoriae splendorem augere consueuerunt.

Collatio Christi & Adami.

Plures pro multis. §. 2. Multi se quaerendo fatigant, quomodo cum dixisset: *multos vnius delicto mortuos*, addiderit, *gratiam Dei in plures abundasse*, ita non eoim plures fuor redempti quam mortui. Alij aiont efficaciam gratiae & meritorum Christi, eius praestantiae fuisse, vt ad infinitos peccatores liberãdos sufficere posset, alij aliud adferunt. At nihil necesse est, nam in Graeco est vtroq; loco πολλοὺς *multos*, eodemque modo in Syro, סגיא Sagia, *multos*. Ex quo constat, latinum interpretem comparatiuum pro positiuo vsurpasse, quod saepe solent Latini, vt cum dicimus plures transisse dies, plurimus auro venit honos. alia que passim occurrunt. Hic praecipue hoc agit, vt multos opponat vni, & cum dicit, *in plures abundauit*, perinde est, ac si dicat, non in vnum solum, ideo potest etiam proprietas verbi retineri.

Plures Adã perdidit, quã recipsa Christus redemit. Non ergo comparatio est inter eos, qui peccato Adami perierũt, & qui Christi morte liberati sunt, quod multitudinem, etsi eo omnibus liberandis mors Christi sufficeret, non tamen nisi pauci liberati sunt. Quod igitur habet πολλῷ μᾶλλον *multo ad alia*, maximeque ad modum est referendum, & abundantiam, nam ἐπερίσσευσε *abundauit*, vt multo plus datum fuerit, quam erat necessarium. Nec enim debitum tantummodo persoluit, & carcere exemit, sed ingentia munera contulit, atque in regni solio locauit.

§. 3. Vnum ergo malum [illegible] A-dam, nempe peccatum originale, ex quo innumera consecuta sunt mala. Christus non hoc modo sustulit, sed cuncta etiam alia, quae velut diluuium g nus humanũ oppresserant. Deinde mala consequentia, vel sustulit, vel in bonum conuertit; mortem demum in gloriam & laetitiã conuertit. Optime Chrysostomus εἰ ἡ ἁμαρτία τοῦ ... πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις ... *Si enim peccatum, & hominis peccatum vnius tantum valuit, gratia, & gratia Dei, & non solum patris, sed etiam filij, quomodo non magis abundaret?*

[illegible]

Cum autem duplex sit poena peccatorum, altera damni, altera sensus, priorem solam posteris intulit Adamus, Christus etiam alteram sustulit, quã posteri parentem imitando attraxerant. Quorum quantus cumulus fuerit, non est difficile cogitare illi, qui mundi malitiam, & seriem saeculorum vtcunque perspectam habet, inter quae etiam illud quo Christus occisus est. Iustitia originalis ablata diuino munere hominem spoliauit, inde ... intellect°, turbata ratio, deprauata voluntas, & rebellio cupiditatum: Christus, etsi illa non omnia persanauit, sed ad exercitium virtutis reliquit, sua tamen gratia ita composuit, vt vinci possent & merito vitae aeternae cederent vincentibus: atque ita ex morbo & vulnere medicinam fecit, gloriaeq; profectum. August. nupt. l. 1. c. 4. de nuptijs & concupiscentia. *Verum quia & talei a fide Catholica alieni) non desunt, qui, quemadmodũ eu has quaestione proposita respõdemus dicentes, ante remissionem esse illa supplicia peccatorum, post remissionem autẽ certamina exercitationesq; iustorũ: ita & illis, quos de morte corporis similiter mouet, respondere debemus, vt eam & peccato accidisse fateamur, & post peccatorum remissionem, vt magnus timor eius a proficientibus superetur, ad certamen nobis relictam esse non dedignemur.* Et Epist. ad Gal. c. 5. carere concupiscentia, praemium ait esse. Per vnum hominem amissa fuit gratia, qua posset resurgere, Deo recõciliari ac iustificari per Christũ, & restitui sunt, & perseuerantia donata est. Augustin. l. 2. c. 1. de bono perseuerantiae. *Asserimus ergo donum Dei esse perseuerantiam, qua vsq; in finẽ perseueratur in Christo. Finẽ autẽ dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est, ne cadatur. Itaq; vtrum quisq; hoc munus acceperit, quandiu hanc vitã ducit, incertum est, si enim priusquam moriatur cadat, non perseuerasse vtique dicitur & verissime dicitur.*

Regnum peccati, seu tyrannis temporaria fuit, gratiae & iustitiae regno nullos terminos Christus posuit, coronam sine fine dedit credentibus, paradiso terrenoexclusos, coelis intulit. Augustinus Enchiridij c. 107. *Vnde & ipsam vitam aeternam (qua certa merces est operum bonorum) gratiã Dei appellat Apostolus. Stipendium enim inquit peccati mors est, gratia Dei vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro. Stipendium pro opere militia debitum redditur, non donatur: ideo dixit, stipendium peccati mors: vt mortem peccato non immerito illatã, sed debitam demonstraret. Gratia verò nisi gratis sit, gratia non est. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita, esse Dei munera, quibus cũ vita aeterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur? Sic ergo factus est homo rectus, vt & manere in ea rectitudine posset non sine adiutorio diuino, & suo fieri peruersus arbitrio: vtrumlibet horũ elegisset, Dei voluntas fieret, aut etiã ab illo, aut certe de illo. Proinde quia suã maluit facere quã Dei, de illo facta est voluntas Dei. qui ex eadẽ massa perditionis quae de illius stirpe profluxit facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam; in honorem per misericordiam, in contumeliã per iudicium, vt nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in se.*

Aequa-

... iustitia ... tract. 74. in Ioanne. ... adventu Spiritus S. quaerenda ... non nunc tam inquisitionem in longiorem quam oportet ... dum sermo iste mittendus est. dum tamen constet sine Spiritu Sancto Christum nos diligere, & mandata eius servare non posse. & id nos posse atque agere tanto minus, quanto ... percipimus minus, tanto autem amplius, quanto illum ... cipimus amplius. Proinde non solum non habenti, verum ... iam habenti non incassum promittitur: non habenti quidem, ut habeatur: habenti autem ut amplius habeatur. Nam nisi ab alio minus, ab alio amplius haberetur, Sanctus ... Sancto Heliae non diceret: Spiritus qui est in te, duplex fiat in me. ... a bonis vivificae Christus panis Angelorum ... datur in Eucha... olim vitam vocabant ... Augustinus l. 1. c. 24. de peccatorum meritis & remissione. Optime punici Christiani baptismum ipsum nihil aliud quam salutem ... Sacramentum corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant. Unde nisi ex antiqua, ut existimo, & Apostolica traditione, qua Ecclesiae Christi insitum tenent, praeter Baptismum & participationem dominicae mensae, non solum non ad regnum Dei, sed nec ad salutem & vitam aeternam posse quenquam hominum pervenire? Hoc enim & Scriptura testatur, secundum ea quae supra diximus.

QVAESTIO II.

Quid sit hoc loco gratia, & donum in gratiâ?

§. 1. QVod noster habet, *donum*, in Graeco est χάρισμα, Syrus habet מוהבתא *mauhabeta donum*, ut est primo cola. In altero gratia Dei vocatur χάρις, & *donum in gratiâ*, δωρεὰ ἐν χάριτι. Syrus tantum habet; *donum eius*, retento eodem verbo. Distinguunt hic χάρισμα & χάριν Calviniani plerique, sollicite qui postremus impura manu Apostolum foedare conatus est Pareus. Nam χάριν nunquam gratiae dona, sed gratuitum Dei favorem significare contendit, quem l. de gratia primi hominis refutavit. Hunc locum prorsus ita intelligendum contendit. At textus ipse contrarius est; non enim donum dicit esse in Dei gratia, hoc est, favore, nam post subdit. ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ubi ille interpretatur, iustitiam ex gratia manantem, at illa gratia hoc loco dicitur Christi hominis, ideoque donum est non favor tantum, itaque & gratia Dei donum est hoc loco. Beza vertit *& donum per gratiam quae est unius hominis, in multos redundavit*. Et gratiam χάριν ac δωρεὰν pro eisdem accipit. Donum ergo est quod nobis confertur, gratia Christi hominis, quae fons est, & causa doni.

VERSVS 16. 17. 18.

Et non sicut per unum tantum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem.

Si enim unius delicto mors regnavit per unum multo magis abundantiam gratiae, & donationis & iustitiae accipientes in vita regnabunt per unum Iesum Christum.

Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae.

QVAESTIO I.

Quomodo superet donum?

§. 1. MVltis modis id fieri probat, verbis admodum disertis & efficacibus. Versu 16. in Latino & Syro habetur: *Et non sicut per unum peccatum*. In Graeco sensus supplendus est: δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, per unum peccantem, subaudiendum; introiit peccatum; Erasmus, mortem ponit. Supplendum in Graeco, ἐκ χ... δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος τὸ κρίμα, *Sic & donum*. Beza beneficium, sed nulla causa cur δώρημα in beneficium verteret: dissimilitudinem ostendit quia iudicium Dei κρίμα ex uno delicto Adami fuit hominibus in condemnationem. Hoc malo ex Adamo contracto omnes etiam damnationi obnoxii. εἰς κατάκριμα. respondent illa sibi, ut causa & effectus. Sic χάρισμα ex multis delictis, uno originali, & omnibus omnium actualibus in iustificationem. εἰς δικαίωμα. Pulchre Augustinus lib. 1. contra Iulianum. *Gratia non tantummodo illud peccatum interficit, sed etiam, post illud omnia introeuntia peccata. Hinc primo refellitur eorum error qui Christum tantum ab originali redemisse dicunt. 2. Pelagianorum. Ex quo iudicium fertur in homines in condemnationem: illud unum contractum peccatum ab hominibus quo damnantur, sed ex unius peccato fertur iudicium in condemnationem, ergo unum est contractum ab eis, non enim sola imitatione. Nam si iudicium damnationis fertur ob imitationem, ergo ex multis, non ex uno, quia fertur ex iis delictis, quae quisque fecit.* Ita S. Augustinus ep. 89. ad Hilarium.

§. 2. Versu 17. Probat per Christi gratiam superatum esse reatum Adae, & maiora data beneficia, ut eorum magnitudo miseriam priorem penitus obliterare possit. Si enim unius delicto mors regnavit, multo magis qui abundantiam gratiae, donationis, iustitiae acceperunt, regnabunt. Non opponit membra membris accurate, sed oratione utitur efficaciore. dixit; *unius delicto mors regnavit*. Dicendum videbatur, *vita regnabit*: Verum subiungit: *regnabunt in vita per Iesum Christum*, hoc est uberiorem consolationem habet. itaque imprimis hic observandum est, gratiam favorem externum non significare, sed dona & iustitiam inhaerentem, nam Graecus habet: τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης quod significat, *donum iustitiae* quod praecedentis explicatio est, iustitia ergo inhaerens est: itaque falsum est de sola imputatione agi, recte Chrysost. interpretatus est. διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, χάρις, ἀλλὰ περισσεία χάριτος, οὐ γὰρ ὅσον ἐχρῄζομεν εἰς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀναίρεσιν, τοσοῦτον ἐλάβομεν μόνον ἐκ τῆς χάριτος, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον, καὶ γὰρ καὶ κολάσεως ἀπηλλάγημεν, καὶ κακίαν ἀπεδυσάμεθα πᾶσαν, καὶ ἀνεγεννήθημεν ἄνωθεν, καὶ ἀνέστημεν τοῦ παλαιοῦ ταφέντος ἀνθρώπου, καὶ ἀπελυτρώθημεν, καὶ ἡγιάσθημεν, καὶ εἰς υἱοθεσίαν ἤχθημεν, καὶ ἐδικαιώθημεν, καὶ ἐγενόμεθα ἀδελφοὶ τοῦ μονογενοῦς καὶ συγκληρονόμοι, καὶ σύσσωμοι αὐτοῦ κατέστημεν ταῦτα ἅπαντα περισσείαν χάριτος ἐκάλεσεν ὁ Παῦλος. Idcirco non dixit hoc loco gratiam, sed abundantiam gratiae, non enim quantum indigebamus ad peccati abolitionem ex gratia accepimus tantummodo, sed multo amplius; nam & poena absoluti sumus, & malitiam deposuimus omnem, & desursum sumus regeniti, & resurreximus vetere homine sepulto, & sanctificati sumus, & in adoptionem filiorum traducti sumus, & iustificati, & facti sumus fratres unigeniti, & cohaeredes, & concorporati. Dona collata in nos.

Haec igitur omnia gratiae abundantiam Paulus appellavit. Interim declarat nos non tantum medicamen vulneribus par accepisse, sed & ὑγίειαν, & ἐυμεγ-

... ὑπερφ... καὶ ἀξιώματα ... ὠνητὰ ... ἐκάστῳ ... τοῦ θανάτου. cum autem iam omnia in vnum ... ut ... appareat, ... ut neque vestigium, neque vmbra ipsius ... deleti ... apparere possit. Comparat cum paupere, qui & debiti solutionem & opes à diuite recipit multas, vt hinc appareat Chrysostomū iustitiam & dona interna, nō meram dicere imputationem, nec manere in iustificatis peccata.

§. 2. Versu 18. Multi, vt dictum est, comparationis alterum membrum putāt esse, reliqua per parenthesin interposita, verùm iam dudum absoluit, & à minore ad maius duxit argumentum. Verùm & si verba inspiciamus apparet potius esse generalem conclusionem ex probatis. *Igitur*, ἄρα οὖν inquit, quod commode cum v. 12. necti non potest. *Sicut per vnum hominem mors, igitur sicut per vnum delictum*, nulla hic noua difficultas: hoc solum notandum, iustificationem vocari δικαίωσιν vitæ, & opponi τῷ κατακρίματι cōdemnationi, nec tamen iuuare hæreticos, cum non sit absolutus, nisi qui vere iustus; certe Syrus hoc expressit, hoc modo: *purificatio ad vitam. In condemnationem* Ita Greg. lib. 9. omnibus etiam pœnam sensus tribuit: sed mitissimam, verior sententia solam damni. Nota. *per iustitiam vnius*, Græce esse ambiguum, δι᾽ ἑνὸς δικαιώματος, quod est etiam, *per vnum iustitia*; dubium tamen nun est quin ἑνὸς ad ἀνθρώπου referatur, quia in cæteris locis, ita loquitur. Conclusio ergo hæc est. Sicut ex Adam in omnes iudicium superabundauit in condemnationem per vnius delictum, sic ex Christo in omnes gratia superabundauit in iustificationem vitæ per vnius obedientiā. δικαίωσις, non est imputatio, quia est ζωῆς, *vitæ*, vinisica, *seu viua*; ergo iustificans sanctitas; nam id indicat *vitæ*. deinde c. 4 *resurrexit propter iustificationem* δικαίωσιν, *nostram*. Sanè ibi nouam vitam significat. alij ergo vnum dicunt delictum, & vnam iustitiam, eodem tamen sensus recidit. non tamen propriè Christi δικαίωμα *vnius*, quia etsi semel est mortuus tamen m... Ita δικαιώματα in illa ipsa actione. Est vero l. 5. Ethic. δικαίωμα ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Iustificatio, correctio iniuriæ.

VERSVS 19.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obeditionem iusti constituentur multi.

QVÆSTIO I.

Quæ comparatio peccatorum, & iustificatorum?

§. 1. EXplicatio comparationis præcedētis, quæ probat delicto vnius, condemnationem. Iustitia alterius, iustificationē esse collatam; nam per inobedientiā peccatores constituti sunt multi, fuit ergo Adami peccatum graue contra speciale mandatum. 1. Reg. 15. 27. *quasi peccatum ariolandi*. Christi vero obedientia iusti cōstituti multi; *factus obediens vsq; ad mortem*, etiā specialiter hos præcepto destinatus. Ex his intelligitur, cur versu superiore ἑνὸς δικαιώματος, intelligenda sit iustitia vnius hominis, nam dum hīc in specie explicat παράπτωμα & δικαίωμα, δι᾽ παρακοῆς. & ὑπακοῆς ἑνός. Delictum est iustificatio per inobedientiam, & obedientiam vnius, ad causam peccatorum & iustitiæ, hoc est, Adamum, & Christum respicit.

§. 2. *Inobedientia*, Theodoretus locū, de peccato ... ceter, ... peccatores ... *per vnius delictum in omnes* ... deliquerunt ab vno, non vt ... *ergo peccato multi* ... vt sequetur ... Pelagius ... originale hinc ... Nam multi, non omnes *constituti peccatores* per inobedientiam Adami, qui ... & ... imitati sunt. Refutat ... 18. ... *in omnes* 2. resp. S. Augu. l. ... *Ponit aliquando scriptura multos pro omnibus. Nam & Abraha dictum legimus. Patrem multarum gentium posui te*. ... in loco. *In semine*, inquit, *tuo benedicentur omnes gentes* & lib. 6. c. 22 contra Iulianum ... *Cum vero multos vocat Paulus. non vis intelligi omnes, quod tum primo d... rat, ideo existimans dictum esse multos vt omnes intelligerentur, poteris hoc dicere de semine Abrahæ, cui promissa ... gentes non omnes esse gentes fuisse promissas. quia dicit ... quodam loco, patrem multarum, aliquaomnia possunt esse non multa vt omnia Euangelia.*

Peccatores constituti sunt, id est, priuati iu... auersi omnino, & metu pœnæ, naturę polluti ... rebellione pasionū contra rationem. Voca... obedientiam qua sponte mortem obijt, omnia mortem præcedentia tormenta. Ps. 4... *Ecce ego sum*. Et ... lus: *nam sine sanguinis effusione non fit remissio*, sp... hæc obedientia, Adami nob... dā... ... iustitiam, ... sententiam, *morte morieris*, mutauit, vt vi a vine...

§. 3. Iusti constituuntur multi. Paulus: *Id quod multo plus est quam iustificabuntur*, nam iustificati ... condemnatione absolute iustitiā imputatā iustitiæ cōstitui est etiam iustitia habitualis sanctificari, hoc est, iustificationis & sanctificationis beneficium complectitur. Primū falsum posterius verum, diligenterq; notandum. Beza verbum ait futurum, quo tamen non aliquid futurum sub fœdere ve... tere significetur, sed continua vis Christi in suis iustificandis declaratur, deinde ait, aliud iustum constitui, & absolui à peccatis, & hoc quidem in vltima editione, nam in priore nihil habuit.

QVÆSTIO II.

Quæ dogmata orthodoxa his verbis probentur?

§. 1. DE originali peccato; Nā vere peccatores constituuntur multi vnius inobediētiā. 2. Hinc constat Catharinum, lib. de pecc. Orig. & Pyghium lapsos, cum dixerunt originale peccatū, non esse veri nominis peccatum, sed tantum ad culpam & pœnam imputari; Contrā aperte concilium Trid. *Si quis dixerit, Adamum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis in omne genus humanum transfudisse, & non peccatum quod est mors animæ, anathema sit, cum contradicat Apostolo dicenti, per vnum hominem*. 2. ait per traductionem esse. v. 12. non ergo sola imputatione. 3. mors non sola imputatione, sed veritate ingruit, ergo & peccatum. 4. *constituti*, non imputatitios appellat.

§. 2. Obijciunt: Chrysostomo videtur diuersa sententia. Nam docet, nō proprie, sed figurate esse peccatores sola inobedientia Adami: ... Ne pœnam quidem mereri. qui ex se ipso peccator non ... 3. Esse tamen supplicij & mortis reos. 4. Ingens inde luc... adfert nobis, nil detrimenti. Not. Chrysost. non solum modo Pelagianum fuisse. sed agnouisse peccatū orig. hom. 4. ad Corinth. *Solus Deus peccata remittit*. alibi vocat, πρόξενον ... ἁμαρτίας. & sic ... οἱ γὰρ ἐξ ἁμαρτίας ... θάνατος τὴν ... οὐκ ...

... ἁμαρτία ... [illegible] ... ὀλίγον ... Iulianus verbis Chrysostomi ... se ex professo excusat cu D. Augustinus. Verba hæc sunt Chrysostomi. *Hac de causa etenim infantes Baptizamus cum non sint coinquinati peccato, vt eis deleatur, vel addatur sanctitas adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, & vt ipsi sint membra* ... Augustinus. *Peccata dixit parvulos non habere, sed propria, vnde illos innocentes merito nuncupamus; cur autem non addiderit propria, causam addit, quia disputans in Catholica Ecclesia, non se aliter intelligi arbitrabatur, talem enim quæstione nullus tum pulsabatur, & vobis nondum litigantibus, securè ille loquebatur.* Eodem modo & reliqua intelligenda: nam propriè peccatores, qui proprio actu de liquerunt quibus & propter ex merito pœna debetur.

§. 3. Negauit initio Beza, hoc vllo modo intelligi de iustitia inhærente, in vltima tamen editione rei euidentia victus concessit. Simulque hæc duo, Non imputationem, & sanctificationem, quod dicit esse iustum constitui. Ex eo tam compendium facimus, nă per multas paginas docet Steplet onus ita intelligi. Deinde soluitur illorum argumentum millies repetitum. Si constituatur iustitia infusa seu habitualis tollitur meritum Christi. Nam hoc ex loco argumentamur; Per vnius Christi obedientiam non solum peccata non imputantur nobis, sed etiam iustitia & sanctitas infunditur, vt illi concedunt, ergo iustitia infusa nihil officit merito Christi, tam enim hanc meruit, quam imputationem iustitiæ. Absit enim vt renouationem, sanctitatem, virtutes, aliunde quam ex Christi merito promanare dicamus.

§. 4. Quod vero distinctioně facit inter δικαιοῦσθαι, quod ait esse, δίκαιον νομίζεσθαι, & inter δίκαιον καθίστασθαι, quod ille interpretatur, δίκαιον γίνεσθαι, friuolum est, nam eodem verbo, *iustum esse*, Syrus vtitur, a nusquam non modo in Scriptura, sed ne apud Patres quidem est illa distinctio. 3. Contrarium est apud Patres, nam Chrysostomus δικαιοῦσθαι interpretatur δίκαιον γενέσθαι. 4. Ex Patet sententiā sic locus intelligendus esset: *Iusti constituuntur, i. e. impropriè iustificabuntur*. Imo & in præcedenti reprehendit Erasmum, quod dixerit: *bonum propagatum esse*, id enim ideo carpit, *quia de inhærente iustitia hic non agatur*. Quod etiam Caluinus prætendit. Sed posteriores cogitationes prudentiores. Nam quod Pelicanus inobedientiam Adami, vertit in incredulitatem, merito dissimulant eius discipuli Caluinistæ, sequeretur enim per credulitatē Christi multos constitutos esse iustos; ao infidelitate Adā peccatores disputant, certe hic dicitur παρακοή inobedientia, & olim Bezæ iuniori erat *contumatia*. 2. pro iustificatione in genere hic licet argumentari. Io Adam ... obedientia, & Christi obedientia est paritas, illa verum peccatum induxit in posteros propagatione, ergo Christus per gratiam veram iustitiam. Ioan. 1. *Dedit illis potestatem Filios Dei fieri, id est, iustificari*, & Ioann. 4. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus vt Filij Dei nominemur, & simus*, Sicut ergo per Adami inobedientiam peccatores nominamur & sumus ita per Christum iusti nominamur & sumus.

§. 5. Obiectio Imputatitiorum. *Iustificatio nostra est perfecta, imo abundans, abundantiam accipientes gratiæ & iustificationis gratia Christi in vos abundauit at hæc de inhærente iustitia aut habitu dici non possunt, nedum de opere; nam est in creata, languida, non ergo Domino* Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

placere potest. R. Si omnino ... habitu, aut opere Deo placere quis posset etiam tollendos Christi habitus; deinde falsum est, de habitibus aut actibus non posset dici, cuius hic meminit Apostolus, abundantiam. Nam de inhærentibus etiam actibus dicitur, *vt abundetis in spe & virtute Spiritus*. ἐν τῷ περισσεύειν 1. Cor. 15. *Abūdantes in opere Domini semper.* 2. Corint 8. *Sicut in omnibus abundatis* περισσεύετε, *fide sermone, & scientia, & omni sollicitudine & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis*, 2. Cor 9. *In omne opus bonum*, 1. Thes. 3. *Abundare faciat charitatem vestram.*

Tandem, Augustinus *Christum*, inquit, *imitantur sancti eum ad sequendam iustitiam, vnde & idem Apostolus dicit, imitatores mei estote sicut & ego Christi, sed præter hanc imitationem, gratia eius illuminationem, iustificationemq, nostram etiam intrinsecus operatur, sicut ergo ille in quo omnes viuificabuntur, præter quam quod ipse exemplum ad iustitiam imitantibus præbuit, dat etiam Spiritus sui occultissimam gratiam fidelibus quam latenter infundit & paruulis; Sic & ille in quo omnes moriuntur, præterquam quod eis qui præceptum Domini voluntate transgrediuntur imitationis exemplum est, occulta etiam tabe, concupiscentiæ sua tabificauit in se omnes de sua stirpe venientes.*

Pareus: *Iusti constituentur, vti futuro, ait, vt ostendat nunc inchoari, in alia vita perfectè id fieri.* Id primo est contra Bezam. Deinde perfectè iustum ait, fieri, huc ergo requirit, nihil ergo iuuat sola imputatio: nam saltem imperfecta iustitia requiritur. Caluinus etiam aliud mouet: *Quod si operibus iustificari volumus, adferenda est obedientia, & perfecta quidem, igitur nulla operum iustitia, quia nulla perfecta.* 2. *Nihil Domino exhibendum nisi quod iusserit.* R. Opera esse perfecta quæ fiunt in charitate, vt David, Ezechias, *corde perfecto*. Deinde qui Deo seruitium quod non iubetur, aut quando non iubetur exhibet; modo aliàs sit rationabile, prævenit vocem imperantis. Nonne Mardochæus, & alij non iussi fuêre? Nonne & Saec... lanus Regi Angliæ usu vult esse festa Deo instituendi? Verum ista mittamus, quibus albi locus proprius rescruatus est.

VERSVS 20. 21.

Lex autem subintrauit, vt abundaret delictum: vbi autem abundauit delictum superabundauit, & gratia.

Vt sicut regnauit peccatum in mortem ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per IESVM Christum Dominum nostrum.

QVÆSTIO I.

Quod auctum lege peccatum, & deinde gratia superabundauit?

§. 1. Lex subintrasse dicitur, vel quia intrauit nō mansura, vt Toletus & alij, aut quia occasione alterius intrauit, nempe vt viam gratiæ sterneret. παρεισῆλθε, vel præter peccatum intrauit; nam παρεισελθεῖν illi dicuntur, qui alterius occasione, vel comitatu ingrediuntur, vt vmbræ solent ad cōuinia. Syrus Ingressus factus est legi, ... ad Magdalena: nam עאל Ghul est intrare. Erasmus: *obiter intrauit*, quod nec Græco, nec Syro consenta-

neum est *Intrauit autem vt abundaret*, πλεονάσῃ, *multiplicaretur delictum.*

Finis Dei non fuit auctio peccati.

§. 2. Non fuit is finis optimi legislatori, vt lege lata peccata augerentur, sed per accidens id consecutum est, natura corrupta contra legem fremente. Itaque propriè accipio legis ingressu peccatum auctum esse. Non vt abundantius & luculentius tantum cognosceretur, sed vt maius fieret. Nec vt ostenderetur imputari peccatum, quod ante legem impune committi existimabatur, semper enim ratio naturalis scelera, & conscientiam accusabat. Nec illæ expositiones alia de causa sunt inuentæ, nisi ad legislatoris accusationem, verum illa necessaria non est. Nam vt dixi, euentus, non causa significatur. Chrysostomus accuratè. τὸ δὲ ἵνα, οὐκ αἰτιολογίας πάλιν, ἀλλ' ἐκβάσεώς ἐστιν, οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη, ἵνα πλεονάσῃ, ἀλλ' ἐδόθη μὲν ὥστε μειῶσαι καὶ ἀνελεῖν τὸ παράπτωμα. ἐξέβη δὲ τοὐναντίον, οὐ παρὰ τὴν τοῦ νόμου φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν δεξαμένων ῥᾳθυμίαν. *Particula vt, non est iterum causa signum, sed euentus, non enim ideo data est, vt abundaret, sed data est, vt minueretur, & tolleretur peccatum. Contrarium autem euenit, non iuxta legis naturam, sed ob eorum qui acceperunt, ignauiam.* Eodem versu & *παράπτωμα* & *ἁμαρτίαν* appellat.

Cur ex lege abundet peccatum.

Peccatum porro ex lege abundauit, quia nonnulla peccata ex sola lege orta sunt, cum ante non essent, vt quæ contra leges positiuas, & cærimoniales committebantur, quædam melius cognoscebantur lata lege, ideoque grauiora erant, nulla ignorantiæ excusatione subleuante. Deinde grauius peccabant expresso legis contemptu. Et lex vetando irritabat, hinc tam facile Iudæi ad idololatriam, & Christiani ad ... tur; quia diuinæ legis sanctitas hominibus ... bus seuera videtur, idololatria, & hæresis licentiam adferunt, & indulgent. Denique lata lege ... formula peccatum accusabatur, ante legem non erat excusatio quidem legitima, sæpe tamen prætendebatur. Multa enim visa sunt hominibus profanis non illicita, vt immoderati risus, ebrietates, scortationes, aliaque, quæ quamuis ratio recta damnaret, illæ tamen erant tenebræ in animis improbotum, vt etiam commendarent; at postquam disertè, clareque Deus etiam illa vetuit, & peccata esse docuit, non potest esse vlla defensio, quo minus constet, eus qui talia faciunt, in legem diuinam delinquere, & pœnæ obnoxios fieri.

§. 3. Vbi vero abundauit delictum, non modo abundauit, sed superabundauit gratia, ὑπερεπερίσσευσεν delictum scilicet multis modis excedens, Syrus habet. אתיהרת *Eshiattherath. Abundare se fecit.* Non est hoc ex proposito, & natura peccati, sed ex Dei benignitate factum. Nam peccatum iræ causa est, non gratiæ. Deus autem cum pœnitentiæ gratiam daret, factum est, vt magnitudine peccati cognita homines impensius dolerent, & miris modis gratia augerentur. Miseratus autem Deus tetertimos peccatores à peccatis liberatos, magnis donis ornauit. Vt multum diligerent, quibus multa remissa erant. Et magnis officijs magnas offensas pensarent. De quibus capite sexto, & capite septimo pluribus agitur.

Ex ... gratia ... Dei ... rant

CAPVT SEXTVM.

Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo IESV, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam viuemus cum Christo: scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. quòd autem viuit: viuit Deo. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo, in Christo IESV Domino nostro. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. Nescitis quoniam qui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna in Christo IESV Domino nostro.

IN CA-

IN CAPVT SEXTVM.

ARGVMENTVM.

QVod capite superiore dixerat; *Abundasse gratiam, vbi abundauit delictum*, ab improbis maleuole torqueri poterat, vt se ad scelera plurima audenda incitarent, ac roborarent, vt abundaret gratia, ex magnitudine peccatorum. Horum insaniam hoc capite refutat, demonstratque fideles à peccato abstinere iustitiæ viuere oportere. Ex quo apparet digressionem hanc præcipuè contra libertinos institutam, qui Baptizatis peccata indulgent, vt etiam ex Lutheranis adnotauit Wigandus. Cæteri, vt Brentius, Hyperius, Gualterus, Lossius indignè ferunt, contra suos errores hæc à Catholicis vsurpari. Imo Brentius mirâ se argutiâ contorquet ac tandem inde conficit, suas & suorum opiniones esse veras, quod eadem quæ Apostolo etiam ipsis obijciantur absurda. Verùm constat Apostolum toto capite illas sectas euertere, quæ ita fidei iustitiam tribuunt, vt bona opera, & vitæ sanctitatem excludant. Hinc sola fides seu fiducia, & alia Libertinismi axiomata concidunt. Hinc Epicureorum retunditur contumacia, legem impossibilem esse clamantium, & Euangelio ad licentiam carnis abutentium. Hæc autem facere hæreticos in expositione demonstrabo.

VERSUS 1.

Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet?

QVÆSTIO I.

Quæ, & quorum sit illa obiectio?

§. 1. DVplici modo potuit Apostolo obijci, quod ille non sine abominatione reijcit. Primo vt apertè illi illudant: Gratam esse sibi illam doctrinam, vitijs suis indulgentem: nam licentiam vitæ tribui, vt magnitudinem facinorum compenset gratiæ vbertas.

Deinde vt Apostolum reprehendant, & patrocinium peccati exprobrent: probentque veram non esse doctrinam, ex qua Paradoxa tam absurda consequuntur. Hi non adeo insani erant, vt ita sentire illum docere; verum ingeniosa carnis sapientia innisam Euangelij libertatem facere conabantur, quasi diceret, *propter abundantiam gratiæ prodesse peccatum*. Vt Augustinus de litera & Spiritu exponit. In priore furore nonnullos fuisse, qui re vera inde peccandi licentiam arripuerint constat ex historia; dicebant illi, vt est apud Pseudo Ambrosium. *Nunquid semper peccandum est, vt donum Dei abundet tegens nostra peccata? Vt semper remissionem sperantes, quia Deus pius est, Christi gratiam proferamus?* Manichæi ex professo docuerunt peccandum esse, vt gratiam aërearum potestatum, in quarum manu esse animas cœlo prohibere, consequerentur, Libertini etiam in Euangelio peccandi licentiam datam blasphemant, vt supra dixi.

§. 2. Caluiniani etiam Pauli doctrinam de iustitia eodem modo deprauant; nam gratiam abundantem interpretantur, qua peccatum illis non imputatur. Etsi enim in peccatu maneant, certo tamen statuunt, iræ diuinæ non esse se obnoxios, iustitiam Christi sibi semper imputari. Osiander vero Lutheranus, iustitia diuina increata suos iustos esse, qua Deus ipse iustus est, ita non posse vllo coram peccato reddi iniustos. Hinc electos suos negant, vlla profanitate posse excidere, reprobos vlla pœnitentia resurgere. Omnia Electorum peccata venialia esse, quod à Deo ad pœnam non imputentur, omnia reproborum facta esse letalia scelera, quod à Deo ad pœnam æternam imputentur. Queruntur illi doctrinam suam calumnijs grauari, sed reuera illa quæ dicunt, sunt inuitamenta, & vt Chrysostomus dicit προτροπὴ εἰς ἁμαρτίαν, *propulsio ad peccandum*. Quia vero dubitet eos mala docere, dum bona dedocent. Miræ sunt propositiones Synodi Isnacensis contra legis obseruationem. *Etsi*, inquiunt, *hæc oratio, Bona opera sunt necessaria ad salutem, in doctrina legis abstractiuè, & de idea tolerari potest, tamen multæ sunt graues causæ propter quas vitanda, & fugienda est, non minus quam illa, Christus est creatura.* Addunt deinde, *in foro iustificationis, saluationis, noua obedientia non esse necessaria ad salutem, ne ad retinendam quidem.* Ita illi anno 1556. Adeo vero his maior alijque restiterunt, vt Crassi Adiaphorismi, & Fanatismi eos damnarint. Quorum illud axioma recitant. *Fac quicquid volueris, modo credas, nihil est.* Non ergo sunt dissimiles atheis, de quibus hic Paulus loquitur.

Synodus Isnacensis.

VERSUS 2.

Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

QVAESTIO I.

Quid est mortuum esse peccato?

§. 1. TAm impiam obiectionem Apostolus abominatus, causam dicit, cur doctrina de gratia, non det occasionem licentiæ. Absit μὴ γένοιτο *ne sit, ne fiat*. Syrus חס Chom. *parce*, ita enim loqui solent, cum aliquid vehementer detestantur, imitantur Germani. Schône/schône/*parce, parce*, ne ista dicas. Et monet Chrysostomus Græcos solitos dicere: μὴ γένοιτο, *ne fit*. Ἐπὶ τῶν σφόδρα ὁμολογουμένων ἀτόπων, *in rebus admodum manifestè absurdis.*

Impia sophismata abominatur.

§. 2. Mortuus peccato dupliciter dicitur quispiam,

piam. Mortuus peccato, auferendi casu, vt Ephes. 2. *Cum essemus mortui peccatis*, Hoc est, peccando mortem & alias pœnas attraxissemus. At hoc loco *mortui* dicimus *peccato*, in tertio casu, vt cum dicimus Patri, vel fratri est mortuus, vt illa loquitur apud poetam.

Mortuus peccato.

Mortuus est alijs, vni mihi viuit Achilles.

Hac ratione peccato mortuos nos Apostolus pronunciat, ideo nec in illo nos viuere. Sic morimur mundo, carni, sanguini. Si ergo peccato mortui sumus, quomodo ἔτι *adhuc*, vel vt Syrus טוך *Tuck rursus viuemus in illo?* Insignis igitur, atque clarissima est excusatio.

Qui gratiam acceperunt, peccatis, & concupiscentiæ sunt mortui, non igitur in peccato viuunt. Nam quemadmodum cadauera motus & actiones vitales vegetabilesque, & sensus non habent, his enim mortua sunt; ita neque iustus gratia à Deo recepta, peccato mortuus, peccati opera producit, sed gratiæ suæ gratus, ex ea viuit, & peccatum detestatur. Hunc in modum Chrysostomus est interpretatus. *Quid est vero ipsi mortuos esse? de reliquo in re nulla illi obedire. Hoc enim Baptisma semel fecit, & ipsi nos mortuos reddidit. Oportet ergo in posterum nostro studio recto agere, idque continuo, etsi autem millia præcipiat, nequaquam obedire, sed, manere immotum, quasi mortuum, quia alibi dicit peccatum esse mortuum: verum audire Chrysostomum ipsum præstat.*

Mortui vita actionibus carent.

Τί δέ ἐστι νεκροὺς αὐτῷ γεγένηναι; τὸ πρὸς μηδὲν ὑπακούειν αὐτῇ λοιπόν. τοῦτο γὰρ τὸ μὲν βάπτισμα ἐποίησεν ἅπαξ, ἐνέκρωσεν ἡμᾶς αὐτῇ. δεῖ δὲ λοιπὸν παρὰ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς κατορθοῦσθαι. αὐτὸ διηνεκῶς. ὥστε κἂν μυρία ἐπιτάττῃ, μηκέτι ὑπακούειν αὐτῇ, ἀλλὰ μένειν ἀκίνητον ὥσπερ τὸν νεκρόν, καὶ τοί γε ἀλλαχοῦ φησιν ὅτι αὐτὴ ἡ ἁμαρτία ἀπέθανεν.

Falsa est vero Origenis & PseudoAmbrosij interpretatio, qui nomine peccati diabolum intelligunt. De peccato enim agitur non autem de diabolo. Quanquam qui peccato obedit, etiam diabolum audit.

§. 3. Concedit Beza mortuum dici, quisquis virtutis Christi ita factus est particeps vt natiua corruptio in eo sit mortua, i.e. vigore illo suo qui vita peccati dicitur extincto. Eum viuere peccato quem Dei Spiritus à natiua corruptionis seruitute non asseruit. Eadem Caluinus. Argumentum est: Quicunque mortuus est peccato amarissimos peccati fructus non producit, vt radix mortua, nam vigor ille sublatus, sed hoc non fit sola imputatione, sed reali immutatione: nam iusti hoc ipso quod iusti fiunt moriuntur peccato; ergo iustificatio est gratiæ cōcessio. Ergo noua iustitia induuntur, qua Domino placeant, ita quod vita peccati displicemus, tollitur mors eius, vita virtutū Deo placente.

Sic etiam Hyperius interpretatur, *peccatum nobis, & nos peccato mori, in Baptismo, quod & peccata remittantur, & præterea detur Spiritus sanctus, per quem vires peccati, & concupiscentia etiam in posterum valde reprimuntur.*

§. 4. Pareus ista licet vera concedere cogatur, non tamen abstinet quo minus ex parte corrumpat. Nam de iustificatis ait. *Sunt autem hi per Christi mortem peccato mortui, hoc est, à damnatione liberati*: quæ non est propria interpretatio, sed Caluiniana, cum possint illi peccare, nec damnentur tamen. Addit tamen: *per gratiam peccatum mortificasse.* In quæstione deinde addit; Iustos in hac vita non perfecte renouatos inhærentem quidem iustitiam inchoate, verum non perficere, ideo etiam esse imperfecta principiata ex principijs imperfectis.

Mors peccato, non est tantum à damnatione liberari.

Hanc itaque Deo non placere, sed il[illegible] nos prius natura iustificat, quam renouet, nempe imputationem iustitiæ, qua iustos nos ait adhuc impios existentes.

Respondeo. Iustitiam, qua Christus suos fideles donat, in hac vita inchoari, & augeri, non tamen esse ita imperfectam, vt Deo placere nequeat. dum enim caritatem, spem, aliaque charismata credentibus largitur, non possunt non placere creatori opera sua, quæ in nobis operatur, si enim cum cœlum, terram, plantas, animalia creasset, vidit omnia esse valde bona, cur non illa spiritalia, rebus corporatis multo præstantiora etiam bona iudicet? Nec obstant defectus, ignorantia, prauitas naturæ, quo minus suo modo sit perfecta iustitia. Nam principium perfectum est, quamuis quæ ex eo procedunt, non omnia sint perfecta, aliunde ortis impedimentis. Si quis ex iustitia, qua regeneratus est, tantum operaretur, opera eius perfecta essent, nunc tot occurrunt occasiones, atque adeo ex naturæ prauitate enascuntur, vt rara sit operum, qualis oportebat, perfectio. Deo tamen placet, & acceptatur, qualis ab imperfectis edi potest perfectio operum, licet aliquid additum sit, quod displiceat. Placuit Deo Ægyptiarum obstetricum caritas, qua masculis vitam seruabant, officiosum mendacium, quo regem fefellerunt displicuit, non tamen ob mendacij societatem etiam caritas displicuit, sed eam remunerauit. Non est etiam necesse singula operum iustorum esse vitiata prauo affectu, potest enim in animo viri sancti à Spiritu sancto excitari bonus affectus caritatis, pœnitentiæ, quem eo ipso momento nulla prauitas comitetur. Falsum etiam est, Deum prius iustificare, hoc est iustos æstimare, quam iustitiam inhærentem tribuat; hoc enim diuinæ omniscientiæ repugnat, vt iustum esse iudicet, eum qui manet impius, prius iustitiam donat, vt reuera inuietur, & peccato moriatur, deinde iustum pronunciat. Quod si opera, tanquam noua obedientia, acceptantur, certe non possunt natura sua esse peccata mortalia: quod tamen illi solent asserere. Si enim id, cuius natura est peccatum mortale, à Deo tanquam obedientia acceptatur, cur non etiam inhærens, à Deo infusa caritas, pro iustitia potest acceptari?

Renouatio nostra Deo placet.

Non omnia opera sunt imperf[ecta].

Deus prius iustificat, deinde iustos esse iudicat.

§. 5. Hoc sine ambiguitate hinc consequitur, eos qui in peccatis viuunt, peccato mortuos non esse. ideo non posse certos esse de sua gratia, nisi qui certi sunt se in peccato non esse: Ideo nec fidem solam sufficere, sed opera esse necessaria. Optime Gregorius 33. moral c.7. *Quia nonnulli confitendo fideles sunt, non viuendo, hinc est quod voce veritatis dicitur: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum cælorum. Hinc rursus ait. Quid autem vocatis me Domine Domine, & non facitis quæ dico? Hinc Paulus ait: Confitentur se nosse Deum, factis autē negant. Hinc Ioannes dicit: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hinc est quod de ipsa sua prima plebe Dominus conqueritur dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Hinc etiam Psalmista ait. Dilexerunt eū in ore suo & lingua sua mentiti sunt ei. Et paulò post. Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse confidat, cū sciamus quod scriptū sit: Fides sine operibus mortua est. Nullus Behemoth morsu ex sola confessione fidei plenè euasisse se existimet: quia iam pridem fluuium absorbuit, sed adhuc Iordanem sitit, & toties in os illius Iordanis fluit, quoties Christianus quisque ad iniquitatem defluit. Oi quidem erant iam fide nos subie*

Certitudo salutis apud sectarios non est.

narte

nantis fugimus; sed magno studio curandum, ne in hac lubrica operatione dilabamur. Si ambulandi cautela negligitur, incassum credendo iustum iter tenetur: quia via quidem fidei ad cælestem patriam proficit, sed offendentes minime perducit.

Itaque iustitia de qua Apostolus loquitur, est intra nos, reipsa per Spiritum sanctum inchoata. Bezæ verba sunt. Regeneratio est iustitia inhærens, impuritati prorsus contraria: cum ergo de iustitia Paulus loquitur, de vera, reali, inhærente intelligendus est. Consule Stapleton. Antidot. pag. 312. & pag. 311.

VERSVS 3.

An ignoratis fratres, quia quicunque Baptizati sumus in Christo IESV, in morte eius Baptizati sumus?

QVAESTIO I.

Quid sit in morte Christi Baptizari?

§. 1. GRæcus textus accusatiuum habet, εἰς τὸν Χριστὸν, εἰς τὸν θάνατον, in Christum, *in mortem.* In Syro est במותה *in morte eius.* Multæ sunt interpretationes quæ mihi videntur in vnam pleræque incidere, aut sanè vnam plenam, perfectamque efficere. Erasmus in Christum Baptizari interpretatur, *effici membrum corporis mystici,* hoc est, Ecclesiæ. Verùm quamuis illi qui Baptizantur membra Ecclesiæ efficiantur, & in Corpus Christi cooptentur, non tamen hoc Apostolus agit, vt id ostendat, eos in Ecclesia esse: sed peccato mortuos, cum multi sint in Ecclesia, qui iustitiæ mortui sunt, peccato viuunt. Baptizati igitur in Christum IESVM, & in eius mortem Baptizari, est in nomine eius Baptizari, seu Baptismo Christi Baptizari: seu in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt Salmeron existimat. Irenæus libro tertio, capite decimo octauo. Nos in morte eius Baptizatos, vt quemadmodum resurrexit Christus à mortuis, ita nos & in nouitate vitæ ambulemus. *In mortem Christi Baptizari.*

Non dissimilia sunt apud Hieronymum Epistola ad Oceanum, & Ambrosium libro secundo, de pœnitent. capite secundo, qui & hoc tradunt: Baptismo Christi Baptizari, & in morte Christi Baptizari, esse Baptizari Baptismo vim ex morte Christi trahente. Ita & Athanasius, quia mors Christi salutem, Baptismus iustitiam nobis attulit. Ambrosius libro secundo, capit. septimo, de Sacramentis, Baptizari in morte Christi, similitudinem mortis eius accipere. Chrysostomus nos commori Christo, Baptisma enim cruci: mortem peccati, morti Christi confert. Alij in meritum mortis Christi baptizari.

Hæc omnia in vnum facile coniungi possunt, & sanè debent. Quicunque enim Baptismo à Christo instituto, efficaciamque ab eo trahente loti sunt, illi in morte seu in mortem Christi Baptizati sunt, vt sicut ille pro omnium peccatis mortuus est, ita & qui est Baptizatus peccatis omnibus moriatur. Nam qui sic Baptizatur, renunciat mundo, carni, dæmoni, & omnibus peccatis, vitæ integritatem & virtutem eligit, Christoque & Ecclesiæ obligatur, quasi in aliam prorsus Rempubli-

cam transeat, & vitijs moriatur, non ergo accepta gratia, per quam moritur peccato, permanebit in peccato. Veterem hominem exuit, Ephes. 4. noua creatura est: Est ergo mortificatio vitiorum, viuificatio virtutum in iustificatione. Et olim Sarcerius hoc loco suorum hæreses refutauit, cum dixit: *Quemadmodum Baptismus fieri non potest, sine immersione, & extractione, sic neque iustificatio sine mortificatione, & viuificatione.*

§ 2. Augustinus lib. 6. cap. 1. Contra Iulianum, etiam ad Baptismum paruulorũ hoc extendit. *Frustra omnino contendis nec ab originali peccato paruulos regeneratione mundari. Non hoc ostendit qui dixit. Quicunque Baptizati sumus in Christo in morte eius Baptizati. Dicendo enim, quicunque non vtiq; paruulos fecit exceptos, quid est autem in morte Christi Baptizari, nisi peccato mori? Vnde etiam de ipso idem alio loco dicit, Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel. Quod enim mortuum est peccato vtique dictum est propter similitudinem carnis peccati, propter quod & magnum mysterium est crucis eius vbi & vetus homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati. Si ergo in Christo paruuli Baptizantur, in morte eius Baptizantur. Si in morte eius Baptizantur, mortis eius similitudini complantati peccato vtique moriuntur, quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel; quod autem viuit, viuit Deo. Et quid est complantari similitudini mortis eius, nisi quod sequitur, sic & vos existimate vos mortuos esse peccato, viuere autem Deo in Christo IESV.*

QVÆSTIO II.

An omnes Baptizati regenerentur?

§. 1. QVæstionem proponit solus pene hoc loco Pareus. Et causam addit. Nam qui in mortem Christi Baptizantur, regenerantur, moriuntur enim peccato. Ita Simon Magus Baptizatus, regeneratus, postea perijt.

Respondet ille præmissas veras esse de legitimo vsu; nam eos qui hypocrisi, & ficto animo veniunt non regenerari Augustinus in Psal. 77. v. 1. Lomb. l. 4. c. 4. Verissime ille respondet: nam qui obstaculum ponit gratiæ, qui irrisor est Sacramenti, non moritur peccato, sed iustitiæ, cuius mysteria deridet. *Hypocrita Baptismi gratia caret.*

§. 2. Quod vero in hac quæstione præcipuum est, omittit. Sectarij enim Caluiniani non modo eos qui sunt hypocritæ regenerari negãt, sed etiam paruulos plerosq; qui hypocritę nondum esse possunt, affirmant nuda signa sine gratia recipere. Quod impium est, & blasphemum, vt tot myriades paruulorum quibus hoc salutis remedium adhibetur, sine effectu & virtute Baptismi pereant. Videatur disputatio in colloq. Mompelg. De Baptismo, vbi Caluiniani responsione ad 7. Thesin Lutheranorum, absurdum aiunt infantes renouari. Vbi est & Bezæ horrenda vox. *Idem in Baptismo quoq; fit, quem multa millia infantiũ accipiunt, qui tamen nunquam regenerantur, sed in æternum pereunt:* qua hæresi nihil est perniciosius, facit enim vt plurium infantium negligatur salus. Et si vera illi docent, falsum est quod Paulus pronunciat in mortem Christi Baptizari, qui Baptizantur: nam infantes qui Baptizantur & pereunt, ex morte Christi nullam vtilitatẽ capiunt. Mori enim peccato non potest, si Deus nolit, at nolle Deũ illi existimant. Tertul. de resurrectione capit. 19. ad omnes extendit. *Nasci enim*

quidam solennissimam eloquij Prophetici formam, allegoricè & figuratè plerumq;. Non tamen semper, resurrectionem quoq; mortuorum manifestè annunciatam, in imaginariam significationem distorquent, asseuerantes ipsam etiam mortem spiritaliter intelligendam. Non enim hanc esse in vero, quæ fit in medio. Dissidium carnis atq; animæ, sed ignorantiã, Dei, per quam homo mortuus Deo non minus in errore iacuerit quam in sepulchro. Itaq; & resurrectionem eam vindicandam, qua quis adita veritate redanimatus & reuiuificatus Deo ignorãtia morte discussa velut de sepulchro veteris hominis eruperit: Quia & Dominus Scribas & Pharisæos sepulchris dealbatis adæquauerit. Exinde ergo resurrectionis fide consecutos cum Domino esse quam cum in Baptismate induerint.

Qvæstio III.

An non sint Baptizandi, qui mori peccato non possunt?

§. 1. HÆreses duæ omnino contrariæ hisce se verbis tuentur. Lutherani cum Baptismo legunt coniunctam renouationem, mortemque peccati, alio modo eam intelligi non posse, q[u]am si infantibus Baptizatis intelligentiam, fidemque; tribuant actualem, qua sese eaciant, & peccato moriantur. Anabaptistæ è contrario cum hoc iudicent absurdum, & experientiæ repugnans, negant posse infantes renasci, quod non possint fide Deum, eiusque beneficia apprehendere. Verum errant vtrique: priores, quod negent fide, & gratia habituali posse infantes innouari. Posteriores quod illis, quos sanctos ipsi esse fatentur, signum sanctitatis denegent. Eos Ambrosius libro secundo, de vocatione gentium capite octauo, refutat, dum ostendit infantes non innocentes nasci, cum noxium illis sit, non renasci. Et Gregorius libr. 4. Moralium cap. 5. *Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? (nunc enim dormiens silerem & somno meo requiescerem.) Nunquid si egressus ex vtero statim perijsset retributionis meritum ex hac ipsa perditione susciperet? nunquid æterna requie abortiui perfruuntur? Quisquis enim regenerationis vnda non soluitur, reatus primi vinculis ligatus tenetur. Quod vero apud nos valet aqua Baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierant mysterium circumcisionis. Nam quia vnusquisque cum primi parentis culpa concipitur, Propheta testatur dicens: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et quia is quem salutis vnda non diluit, originalis culpæ supplicia non amittit, apertè per semetipsam veritas perhibet, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non habebit vitam æternam.*

Lutheranorum absurda sententia.

Et Cyprianus Epist. 59. *Quantum ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sunt constitutos Baptizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, vt intra octauam diem eum qui natus est Baptizandũ & sacrificandum non putares, longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed vniuersi potius iudicauimus. Nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum Dominus in Euangelio suo dicat: Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare, quantum in nobis si fieri potest, nulla anima perdenda est.*

Concilij itaque illius sententia concors fuit, animas infantum, qui non Baptizarentur perdi, cosque qui Baptismum, differrent, exilij causam præbere, quod iterum inculcat, & repetendo asseuerat. Sic enim ait: deinde. *Hæc fuit in Concilio nostro sententia à Baptismo atque à gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa vniuersos obseruandum sit atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos obseruandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra & de diuina misericordia plus merentur, quod in primo statim natiuitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur.*

VERSVS 4.

Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Qvaestio I.

Quomodo cum Christo simus consepulti? & quomodo resurrexit?

§. 1. MOrtuos esse probat, quia etiam per Baptismum consepulti sumus cum Christo, quomodo etiam Coloss. 2. 12. loquitur. Baptismus igitur nos omnino mortuos, & Christo commortuos fecit, adeo vt etiam cum illo sepelierit, nullo igitur modo in peccato viuere debemus, quandoquidem Christo sumus consepulti. Fidem morti facit sepultura, quæ etsi interdum errore hominum viuos accipiat, mox tamen occidit. Baptismus itaque non modo mortis signum est, sed etiam Dominicæ sepulturæ. Efficaci similitudine ostendit, nihil nobis cum peccato fore commune: vt qui mortui & sepulti simus; ne tamen quispiam mortem exprobret, adiungit, cum Christo nos sepultos, non vt æterna nos putrefactos premat, sed vt in nouitate vitæ ambulemus, quemadmodum, & Christus resurrexit. Nouo igitur principio vitæ nobis inspirato, vt est Tit. 3. 5. Galath. 5. 22. noua etiam officia, nouos mores, omnino nouam creaturam adesse oportebit. Ephes. 2. 10. Coloss. 2. 12. Nouitas vitæ tum veteri vitæ, tum morti opponitur. Photius Νέαν ait εἶναι τῶν πιστῶν τὴν ζωὴν, μηδὲν τῆς παλαιᾶς ἁμαρτίας ἐπισυρομένην ἐφόδιον. *Nouam esse fidelium vitam, nullumque de veteri peccato commeatum trahere.* In hac porro ambulandum est; nam stare est retrogradi, tam magno duce præeunte, & vires ministrante omnis est excutienda segnities, neque enim de cœlo tantus apparatus, ad quem comparandum, sanguinem Dei Filius effudit, in cessaturos delatus est.

Baptismus sepultura.

§. 2. Surrexisse Christus dicitur, *per gloriam Patris*, διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, Syrus; *surrexit de domo mortuorum* בתשבוחתא *Betheschbeta, in gloria.* Quod potest sic intelligi, quod per gloriam Patris sit à mortuis resuscitatus. Ex quo nonnulli diuinitatem Christi oppugnabant, quasi non sua, sed Patris virtute factus sit redidiuus. Sed facile respondetur; Patri resuscitationem eo modo attribui, quo potentia, aliaque attributa, & opera. Theodoretus τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν interpretatur τὴν τοῦ χριστοῦ θεότητα. *Christi diuinitatem.* Sic enim dicit: τοῦτ' ἐστι διὰ τῆς οἰκείας θεότητος.

Gloria Patris.

Hoc

Hoc est, per propriam deitatem. Athanasius, *per virtutem & potentiam Patris.* S. Anselmus διὰ positum pro ἐν putat. Surrexisse Christum ad gloriam Patris manifestandam. Sed commodior est prior expositio, vt per gloriosam Patris potentiam resurrexisse dicatur. Hic ex Christi resurrectione, fides resuscitationis omnium astruitur. Ambrosius in cap. 15. Corinth. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, id est, hoc dicit quia sicut Adam peccans mortem inuenit, & omnes & eius origine tenuit vt dissoluantur, ita & Christus non peccans, & per hoc vincens mortem; quia qui non peccat vincit mortem, quia mors ex peccato, omnibus ergo qui sunt ex eius corpore acquisiuit vitam, id est, resurrectionem, vt sicut in Adam omnes siue iusti, siue iniusti moriuntur, ita & in Christo omnes tam credentes quam diffidentes resurgent, licet ad pœnam, increduli tamen viuificari videntur, quia corpora sua recipient, iam non morituri sed passuri pœnam in eius fine sine, quod credere noluerunt.*

§. 3. Concludimus etiam baptismum non esse inane Symbolum, nec nudum elementum; quandoquidem per eum morimur peccato, & Christo consepelimur, & quidem in mortem eius baptizamur. Quid enim est mori per baptismum, & in mortem baptizari, & sepeliri, si nullus est baptismi, nisi nudæ tesseræ effectus. Caluinus vere docet, Symbolum esse; at non est Symbolum nudum duntaxat, sed efficax. Verum est, quod addit. *Nunquam enim nuda, inaniaque Symbola habemus, nisi vbi diuinæ beneuolentiæ energiam nostra ingratitudine ac malignitate impedimus.* Quæ si vera sunt, vt sunt omnino verissima, falsum est, quod de infantibus garriunt, *multa millia esse, qui baptizentur ex quibus nemo regeneretur*, cum tamen manifestum sit infantes sua ingratitudine & malignitate non posse impedire diuinæ beneuolentiæ energiam. Ideoque qui Sacramentum accipiunt, etiam virtutem eius accipere. Augustinus Ep. 23. ad Bonifacium. *Offeruntur quippe paruuli ad percipiendam spiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quamuis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sint, quam ab vniuersa societate Sanctorum atque fidelium. Ab omnibus namque offerri, recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur & quorum Sancta & indiuidua charitate ad communicationem sancti Spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Ecclesia quæ in Sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit.*

Infantes vim Sacramentorum non impediunt.

VERSVS 5.

Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius simul, & resurrectionis erimus.

QVÆSTIO I.

Quæstio cur dicit complantatos?

§. 1. GRæce est σύμφυτοι Erasmus & nonnulli: *insititii*, nam allusit ad insitiones & inoculationes plantarum mira similitudine; sicut virgulta ab arbore cui inseruntur succum trahunt, & in ea viuunt, sic nos Christo vnimur, & quasi membra ex eo viuimus. *Non dixit*, inquit Origenes, *participes sumus similitudine mortis eius, sed complantati vt ipsius plantæ nomine & fructu ostendat.* Propositum porro Pauli est probare in nouitate vitæ ambulandum, quia similes erimus ei in resurrectione, vt in baptismo simus in illum insiti & vt S. Chrysostomus loquitur ei σύσσωμοι docet ergo succulum, non esse amari succi, cum sit in dulci & pingui olea. Hinc idem Chrysostomus nos duarum νεκρώσεων admonet, quorum vna est in baptismo, in nostro studio altera, sepeliri peccata in baptismo ipsius donum; manere nos peccato mortuos nostri studii est cum gratia illius. οὐ γὰρ, inquit, ἡ οὐσία ἀπέθανεν, ἀλλ' ὁ ἐξ ἁμαρτίας ἄνθρωπος, τουτέστιν, ἡ κακία. Non enim substantia mortua est, sed homo ille, qui est ex peccato, hoc est, malitia. Vt iam non sibi, sed Christo viuat. 2. Cor. 5. Prou. 3. Arbor vitæ dicitur. Verum est aliqua dissimilitudo, quæ Dei bonitatem ostendit, nam succulus insitus arboris succum immutat, nos vero insiti à succo arboris mutamur.

Insiti in Christum ex eo viuimus.

Sic etiam Photius interpretatur. σύμφυτοι δὲ λέγει διὰ τοῦτο, ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν ταφὲν ἐν τῇ γῇ ἔφυσε σωτηρίαν τῷ κόσμῳ, οὕτω καὶ τὸ ἡμῶν, φησί, ταφὲν ἐν τῷ βαπτίσματι ἔφυσεν ἡμῖν αὐτὴν δικαιοσύνην. κατὰ μεταφορὰν ἡ λέξις, ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν συγγένειαν δένδρων φυτευομένων, καὶ σὺν ἀλλήλοις. σύμφυτοι οὖν φησί, γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. τουτέστι συναπτόμενοι αὐτῷ, οἰκείως ἐχρήσατο τῇ τροπῇ. ὥσπερ γὰρ τὸ φυτὸν ἐν τῇ γῇ κατατεθὲν χρόνον τινὰ οἷον νέκρωσίν τινα καὶ ἀκινησίαν ὑπομένει, ἔπειτα ἀθρόον ἀναζῇ καὶ ἀναθάλλει, οὕτω καὶ κυριακὸν σῶμα ἐπὶ χρόνον βραχὺν τεθὲν ἐν τῷ τάφῳ ἀθρόον ἀνέστη ἐκεῖθεν καὶ ἐβλάστησε τῇ οἰκουμένῃ τὴν σωτηρίαν. *Insiti vero dico, quod sicut corpus Dominicum sepultum genuit salutem mundo, ita & nostrum, dicit sepultum in baptismo, genuit nobis ipsis iustitiam. Dictio est metaphorica ab arboribus ad coalitionem plantatarum. Insiti igitur, inquit, sumus similitudini mortis, hoc est, commortui sumus ipsi. Proprie vtitur tropo. Quemadmodum enim quod plantatur in terra positum, quasi mortem aliquam & immobilitatem aliquo tempore sustinet. Postea fertilissime reuiuiscit, & germinat, sic Dominicum corpus breui tempore positum in sepul. breui, fertilissimo inde floruit, & germinauit mundo salutem.*

Corpus Christi mortuum reuixit.

Cyrillus mortis similitudinem dicit, non mortem ipsam, quod in morte Dominus non inauserit. Et Athanasius insitionem illam polchre sepulturæ comparat, & explicat. Σύμφυτοι γεγόναμεν ἤγουν μέτοχοι ὥσπερ τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν ταφὲν ἐν τῇ γῇ ἔφυσε σωτηρίαν τῷ κόσμῳ &c. τὸ δὲ ὁμοίωμα οὕτως ἔχει, ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν, καὶ τῇ τρίτῃ ἀνέστη, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι θνήσκοντες ἀνιστάμεθα, τὸ γὰρ καταδῦσαι τὸ παιδίον τῇ κολυμβήθρᾳ τρίτον καὶ ἀναδῦσαι, τοῦτο δηλοῖ τὸν θάνατον καὶ τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ. *Insiti sumus, participes videlicet. Nam quemadmodum corpus Domini sepultum in terra, mundo salutem peperit, sic nostrum quoque corpus in baptismo sepultum, nobis ipsis iustitiam protulit. Similitudo autem sic habet: sicut Christus mortuus est & tertia die resurrexit: sic & nos in baptismo morientes, resurgimus. Nam quod infantem ter in aquam immergimus & ter educimus, mortem & triduanam Christi resurrectionem significat.*

Nyssenus Orat. Catechetica pulchre ostendit, quomodo Christi mortem in baptismo imitemur. pag. 448. *Nam & per mortem disiuncta fuerint quæ erant iuncta: & rursum coniuncta sunt quæ erant disiuncta: vt purgata natura in dissolutione eorum quæ naturaliter coierant, animæ inquam, & corporis, eorum quæ fuerant separata reditum, & aliena admistione esset purgatus. In iis autem qui ducem sequuntur, accuratam & perfectam imitationem non omnino capit natura: sed cum quantum potest nunc acceperit, in tempus futurum reseruat id quod restat. Quid ergo imitatur? Quod vitii immisti in imagine mortis quæ facta est per aquam, expresserit deletionem, non*

perfectam tamen dilectionem, sed quandam interruptionem continuationis vitii, cum duo concurrerint ad tollendum vitium, nempe & eius qui peccauit pœnitentia, & imitatio mortis, per qua homo quodammodo dissoluitur à cognata cum vitio coniunctione, pœnitentia quidem precedens ad odium vitii & alienationem, mors autem vitii operans deletionem. Sed si fieri quidem posset, vt in perfecta morte esset is qui imitatur, non esset id quod fit imitatio, sed res eadem: & à nostra natura malum perfecte deleretur: adeo vt sicut dicit Paulus, omnino moreretur peccato; quoniam autem sicut dictum est, supremæ illius potestatis tantum imitatur, quantum capit nostra natura mendicitas: aqua ter infusa ex ea rursus ascendentes, salutarem imitamur sepulturam & resurrectionem quæ facta est in tempore triduano, hanc suscipientes cogitationē, quod sicut aqua in nostra est potestate, vt & in ea simus, & ex ea rursus emergamus, eodem modo in eius qui vniuersitatis Dominatum obtinet, est potestate, vt sicut nos aquas, ita ille mortem subiens, rursus ad propriam reducat beatitudinem. Si quis quam ergo aspiciat ad verisimilitudinem & ex vtriusque virtute ea quæ fiunt, iudicet, nullam in iis quæ fiunt inueniet vtriusque discrepantiam, vt qui congruenter modo suæ naturæ, ea effecerit quæ suæ erant potestatis. Quemodo enim est in potestate hominem aquam, si velit, citra vllum tangere periculum: infinitis partibus facilius mors est proposita diuinæ virtuti vt & in ea sit, & non conuertatur ad affectionem quæ ex illa accipitur.

QVÆSTIO II.

Quid sit complantari similitudini mortis eius?

§. 1. TErtullianus lib. de pudicitia *Consepti nos, dicit, simulachro mortis eius.* Et de resurrectione cap. 27. *Hac enim erit vita mundiala, quam veterem hominem dicit confixum esse Christo, non corporalitatem, sed mortalitatem. Ceterùm si non ita accipimus non est corporalitas nostra confixa, nec crucem Christi caro nostra perpessa est, sed quemadmodum adiecit, vt euacuetur corpus delinquentiæ, per emendationem vitæ, non per interitum substantiæ. sicut ait, vt hactenus delinquentiæ seruiamus. & vt hac ratione commortui Christo credamus quod etiam conuiuemus illi. Sic enim, inquit & vos reputate mortuos quidem vos. cuinam? carni? non, sed delinquentiæ: ergo salui erunt carni, viuentes autem Deo in Christo Iesu per carnem vtique cui mortui non erat delinquentiæ scilicet mortui non carni.*

Talem esse vitam Christianorum oportebat & Iustinus Apologia ad imperatorē ex eo commendat religionem Christianam, quod sit innumera multitudo, quæ à vitiis ad frugem sit conuersa. Et Tertullianus in Apologetico. Apud Ethnicos scelera admissa puniri, apud Christianos cogitare, etiam esse peccare. Verum sequendum puto quod Chrysostomus notauit. *Propterea hoc loci eundem resumens sermonem, illam demum resurrectionem denūciat, atque vt intelligas, non eum sentire de ea resurrectione quæ à baptismate existit sed de illa futura aduertito Nam cum dixisset si complantati sumus similitudini mortis eius: non dixit, quod & similitudini resurrectionis erimus: sed, & resurrectionis, non addito similitudinis verbo. vt ne enim diceres. Quomodo, nisi sic mortui fuerimus, vt mortuus ille est, resurgemus, vt resurrexit? Mortis quidem mentionem vbi fecit, non dixit, complantati mortis: sed similitudinis mortis, quum autem resurrectionis. non iam dixit similitudinis resurrectionis, sed, ipsius resurrectionis erimus. nec dixit, iam sumus; sed erimus & hoc rursus verbo iudicans eam resurrectionem quæ nondum facta est, sed eam quæ futura est.*

Baptismus ergo mortis habet similitudinem sed verissimam ex eo resurrectionē expectamus. Alii ὁμοιώματι accipiunt in sexto casu Latinorum, quasi dicat. *Similitudine mortis eius complantati sumus,* quod repugnat omnibus Græcis interpretibus Basilius dicit ἐν τῷ βαπτίσματι, ὅπερ ἐστὶν ὁμοίωμα τοῦ σταυροῦ, καὶ θανάτου αὐτοῦ. *In baptismo qui est similitudo crucis, & mortis eius.* lib. de baptismo.

§. 2. In etiam magna disceptatio est, quomodo sit intelligēdum illud. ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. *Sed & resurrectionis erimus;* noster interpres legit non ἀλλὰ sed ἅμα, *simul,* quæ sententia multo est commodior & à Beza, aliisq; probatur. nam solent interdū ita λ scribere, vt non dissimilia sint literæ μ. Quidam vt Chrysostomus, sic interpretantur, vt *erimus* sit possessionis, sensusque: *Erimus resurrectionis,* vt nos resurrectio possideat, tanquam sibi proprios & filios. Alii malunt ἀπὸ κοινοῦ subaudire, τῷ ὁμοιώματι, *similitudinis resurrectionis erimus complantati,* vel complantati non quod vere non simus resurrecturi, sed quod ad Christi similitudinē simus resurrecturi, incorrupti, immortales, sicut Angeli. Syrus primo habet complātati עמה ipsi, vel cum ipso. Deinde בדמותא *baddemutha. in similitudine,* vel *secundū similitudinem mortis eius,* vbi diuisit, quæ in Græco sunt coniuncta. Sic etiam Toletus Cardinalis interpretatus est; *Si complantati cum Christo, facti sumus secundum similitudinem mortis eius.* Verùm etsi Latina illam diuulsionem admittere possint, non tamen recte Græca, σύμφυτοι γεγόναμεν, sic diuidentur

Esse filium resurrectionis.

§ 3. Posteriorem partem Syrus sic expressit. חבנא אף בקימתא *Hachana aph bekametha, ita etiam in resurrectione.* Alii, *in similitudinem insiti,* alii σύμφυτοι de coniunctione Iudæorum & Gentiū intelligunt; verum quidem est, Iudæos & Gentes in vnam Ecclesiam censitos coaluisse, sed ad institutum præsens non pertinet; hic enim agitur de nostra cum Christo coniunctione intima, qua fit, vt sicuti plantæ à trunco, cui sunt insitæ, vigorem succumque trahunt, & viuunt, ita fideles etiam omnia ex eo habeant, quod cum Christo sint vniti, cum eo in sepulchro defodiantur, ibiq; germinent, & resurgant, omnia ab eo in solidū mutuati.

Iudæi & Gentes [...]ta.

Quæ expositio sit apertior, iudicium penes lectorem esto. Nam verissimum est eos, qui Christo insiti sunt, fore filios resurrectionis, & secundum similitudinem resurrectionis ipsius, etiam illos resurrecturos.

§. 4. Hinc etiam insulsa imputatiua tollitur, & hæresis Sacramentariorum de obsignatione N[...] ita Caluinus ait. *Insitio non exempli tantum conformitatem designat, sed arcanam coniunctionem, per quam cum ipso coaluimus ita vt nos Spiritu suo vegetans eius virtutem in nos transfundat, ita ille & pariter Beza.*

Hæc verba vim baptismi, & modum iustificationis ostendunt. Complantari est surculum à trunco ante separatum, arbori inseri, ita vt cōmuni arboris succo viuat, quo ante non viuebat, nec nisi insitus viuere poterat. At vero sic complantari Christo, est fieri iustum ex iniusto; ante insitionem vitali succo carebat palmes, non nisi rogo idoneus, insitus in oleam, ac virtutem eius continuo viuit ipsa ergo insitio est iustificatio, at insitio non est sola externa imputatio iustitiæ; sed coniunctio, σύμφυσις, coalitio, quod si ad solam externam imputationē referatur, tota Pauli ratio eneruatur. Vere monet Pareus absque hac συμφύσει nullam esse beneficiorum participationem. Hinc pari modo manifestum est, iustificationem sola fide non fieri; nam

Complantari est iustificari.

fit

sit hac complantatione, & communicatione diuini Spiritus. Nemo enim iustus est vt illi docent, nisi qui credit, se insitum Christo, & eius spiritu donatum: necesse est igitur, vt se credat, iam insitum esse, itaque iam iustus erat ante quam iustum se crederet.

§. 5. Pareus contra Stapletonum disputans, omnia suorum euertit. Nam complantationem disertè negat esse *iustitiã imputatam, sed ipsi eius principium & causam*. Et paulo post: *Sic nobis sibi insitis, ait Christus nobis communicat sua beneficia, gratuitis iustificans.* Itaque ille primum nos Christo implantatos dicit, ex implantatione esse causam iustificationis.

Insitio non sequitur imputationem.

Verùm illa non modo veritati, sed Caluinistarum scitis repugnant. Nam coniunctio, qua vna cum Christo planta efficimur, & inserimur, non potest esse nisi iustificatorum, vel ante, vel ipsa insitione; nemo enim cum Christo coalescit, nisi iustus sit, ipsa igitur insitione necesse est dari vitam, ideoque & iustitiam, non igitur demum illa imputationem consequitur, tanquam vnionis effectus.

§. 6. Stapletonus alio etiam argumento ex his verbis ducto, iustitiam imputatam oppugnat. *Regeneratio est intra nos per Spiritum sanctum inchoata; vt Caluinus, Beza, cateri testantur. Hac regeneratio est iustitia inharens: imputata prorsus contraria, non ergo solâ imputatâ iustificamur manentes impii sed vera sanctitate, qua à Deo accepta peccata fugantur, delentur, non imputantur.* Esse iustitiam inhærentem, implantatio, omniaque alia nos edocent.

Pareus variis modis rationem Stapletonianam labefactare conatur. Primo ait, *iustitiam inchoatam non iustificare in iudicio Dei*. Verùm toto vehementer errat; nam regeneratio quæ nos vnum cum Christo facit, qua eius membra efficimur, & quasi *σύσσωμοι* vt Chrysostomus loquitur, qua fit, vt spiritu Christi, non nostro viuamus omnino sufficit, vt nos iustos, & amicos suos Christus iudicet: non enim membra sua, sibi coalita, & de se viuentia potest hostilia iudicare. Cur non censeat inter amicos, quum velut membra sua viuificet? Hoc ergo in Dei iudicio sufficit, vt iustum faciat, quod sufficit, vt Christo incorporet, & eius membrum efficiat. Augustinus Serm. 61. de verbis Domini, & cap. 9. de spiritu & litera, & ibidem cap. 11. *Hac est iustitia Dei qua in testamento veteri velata, in nouo reuelatur, qua ideo iustitia Dei dicitur, quod impertiendo eam iustos facit: Sicut Domini est salus, qua saluos facit: & hac est fides ex qua & in qua reuelatur, ex fide scilicet annunciantium in fidem obedientium: qua fide Iesu Christi, id est, quã nobis contulit Christus credimus ex Deo nobis esse, plenniusque futurum esse quod iuste viuimus. vnde illi ea pietate qua solus colendus est, gratias agimus.*

Inchoata iustitia sufficit in Dei iudicio.

Cum ergo is qui à sua vita abiit, mortuus peccato, Christum induit, eius membrum factus est, donatus sit per hæc ipsa perfecta iustitia, etiam in Dei iudicio potest consistere.

Deinde obiicit. *Minor negatur. Etsi enim regeneratio est iustitia inharens, non tamen est illa, de qua cum Pontificiis disceptatur. Hi enim per inharentem iustitiam intelligunt primo habitum caritatis per gratiam infusum, nondum iustificatis, deinde opera inde fluentia, & merita.* Respondeo, non intelligere ipsum suam solutionem, nec sententiam orthodoxorum. Hic concedit regenerationem esse iustitiam inhærentem, de qua hic sermo est, paulo ante dixit esse principium, & causam iustitiæ imputatæ. At in errore Caluiniano non potest fieri, vt imputatæ iustitiæ causa sit regeneratio; nã ad nauseã vsq; clamat, *iustitiã imputari impiis dum adhuc impii sunt, prius quam regenerentur, idq; ex sola Dei misericordia, non autẽ causam esse regenerationem.* Quod vero dicit iustitiam Pontificiorum esse habitum caritatis nondum iustificatis infusum, idq; nos docere, fallere incautos voluit. Qui habitu caritatis nos iustificari arbitrantur, illa ipsa infusione nos fieri iustos dicunt, non quod habitus ille maneat in nondum iustificatis, sed aduentu suo faciat iustos ex iniustis, sic calor infunditur nondum calefactis, sed ipsa sui effusione calefacit; sic lumen quod funditur per aerem tenebrosum, luce tamen tenebras dispellit. Opera iustorum, iustitiam propriè non dicimus, sed merita tamen eorum agnoscimus. Agnouit & Augustinus in Ps. 93. *Dicat ergo Deus quanta futura sit ipsa requies. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Hac est requies sempiterna: sine fine erit requies ista, sine fine erit gaudium hoc, sine fine erit incorruptio. Vitam aeternam habebis requiem qua non habet finem. Si verum vis comparare, & verum iudicare, aeterna requies aeterno labore rectè emitur. Verum hoc est: sed noli timere, misericors est Deus. Si enim haberes aeternum laborem, nunquam peruenires ad aeternam quietem. Semper laborans, quando peruenturus eras ad illud, quid est quod digne potest emi sempiterno labore? Quia sempiterna requies est, aequũ pretium: aeterno certe labore digna est aeterna requies comparari. Sed si semper laborares, nunquam ad requiem peruenires. Ergo vt aliquando peruenias ad id quod emis, non in aeternum laborandum est: non quia non valet tanti, sed vt possideatur quod emitur. Digna est quidem emi labore perpetuo, sed necesse est, vt labore temporali ematur. Certe debuit esse, id est, sempiternus labor pro requie sempiterna. Decies centena millia annorum in labore quid valent? Decies centena millia annorum habent finem, quod tibi dabo, dicit Dominus, non habebis finem. Qualis misericordia Dei? Nec dicit, decies centena millia annorum labora, non dicit, vel mille annos labora, non dicit, quingentos annos labora, tam viuus labora, in paucis annis. Inde tamen requies erit, & finem non habebit.*

Iustitia dum infunditur iniustos facit iustos.

Nec est in meritis præsumptio, sed diuinæ indulgentiæ agnitio. *Felix Ecclesia*, inquit Bernardus Serm. 68. super Cantica, *cui nec merita sine præsumptione, nec præsumptio absque meritis deest, habet merita, sed ad promerendum, non ad præsumendum. Ipsum non præsumere nonne promereri est?* Verè est: nullus enim virtutis actus in sanctis est sine merito, nullus sine præmio.

Nec ideo desinunt esse merita, quia sunt debita. Nam & mors Christi debita fuit, sed tamen meritorium, imo omnium meritorum fundamentum. Nam debita merces est ex pacto. Optime Lampetium & nos omnes hortatur Isidorus Pelusiota Ep. 13. Impl. initum cum Domino pactũ & vineã eius studiose cole, merces enim cum illo est, quam quisq; secundum proprium laborem accipiet. Ille hoc modo: *πλήρωσον τὰς περὶ τὸν κύριον συνθήκας, καὶ τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ ἐπιμελῶς φιλοπόνει, ὁ γὰρ μισθὸς μετ' αὐτοῦ ἐστιν, ὃν ἕκαστος λήψεται περὶ τὸν ἴδιον κόπον?*

VERSVS 6.

Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, & vltra non seruiamus peccato.

QVÆSTIO I.

Quis vetus homo?

§. 1. Vetus homo opponitur nouo, vitiosus integro, malus bono. Vetus homo vitiositas nostra,

nostra, homo qua peccato obnoxius est. Vetustas to vino est, & vituperio, nouitati nec specie, nec viribus æqualis. Sic à vetere Adamo vocatur, quod eius vitia hæreditariò accepit. Tertullianus c. 4. de resurrectione carnis. *Hac enim pag. 699 erit vita mundialis, quum veterem hominem dicit confixum esse Christo, non corporalitatem, sed mortalitatem. Ceterum si non ita accipimus, non est corporalitas nostra confixa, nec crucem Christi caro nostra perpessa est, sed quemadmodum adiecit, vt euacuetur corpus delinquentia, per emendationem vita, non per interitum substantia, sicut ait, vt hactenus delinquentia seruiamus. Et vt hac ratione commortui Christo credamus quod etiam conuiuemus illi. Sic enim, inquit, & vos reputate mortuos quidem vos, cuinam? carni? non, sed delinquentia. Ergo salui erunt carni, viuentes autem Deo in Christo Iesu per carnem vtique cui mortui non erunt, delinquentia scilicet mortui, non carni.*

Vetus homo vitiosus.

Photius interpretatur ἐν ταῖς ἁμαρτίαις παλαιωθεὶς, *in peccatis inueteratus.* Theodoretus non naturam, sed mentem malam ait, οὐ φύσιν ἀλλὰ πονηρὰν γνώμην.

§. 2. Simul crucifixus est, συνεσταυρώθη, *concrucifixus est*, Christo scilicet. Notat Beza Christo imputari, quod vetus homo crucifixus sit; nam Christus accepit veterem hominem, seu speciem peccatoris & crucifixus est. Verùm Apostolus disertè distinguit Christi crucifixionem, & mortem, à nostra morte, & crucifixione concupiscentiarum, quæ est effectus illius crucifixionis; sic enim ostendit, nos etiam mori oportere, & vitia nostra nobis vt inimica cruci affigenda esse, non indulgendum illis, non facienda peccata. Sic Tertullianus interpretatus est, sic etiam Augustinus de fide & operibus p. 15. *Si autem non ita intelligunt sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere concedunt, sicut in Christo crucifixo multi homines discere, & maxime quod vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati & vltra non seruiamus peccato vnde etiam de seipso dicit. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Proinde attendant & videant quemadmodum doceatur atque discatur. Christus crucifixus, & ad eius crucem nouerimus pertinere quod etiam nos in eius corpore crucifigimur mundo. Vbi intelligitur omnis coercitio malarum concupiscentiarum: ac per hoc fieri non potest, vt ex qui cruce Christi informantur, professa adulteria permittuntur. Nam & Apostolus Petrus de Sacramento ipsius crucis, hoc est, passionis Christi admonet, vt qui eâ consecrantur, peccare desistant, ita loquens; Christo ergo passo per carnem & vos eadem cogitatione armamini: Quia qui mortuus est carne, desiit peccare, vt iam non hominum desideriis sed voluntate Domini Dei reliquum in carne viuat.*

Vitia figenda cruci.

QVÆSTIO II.

Quid corpus peccati?

§. 1. CHrysostomus cum veterem hominem ante vocasset παλαιὸν, καὶ ὁλόκληρον κακίαν, *vniuersam malitiam.* Hic corpus peccati appellat. οὐ τὸ σῶμα τοῦτο, ἀλλὰ ἅπασαν πονηρίαν. *Non hoc corpus, sed vniuersam iniquitatem.* Quemadmodum enim corpus humanum multiplici membrorum & organorum varietate fabrefactum est, ita veteris hominis anima incredibili vitiorum multitudine deformatur. Exposuit, & hoc ipsum Chrysostomus. καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου τὴν ἀπὸ τῶν διαφόρων μερῶν πονηρίαν συγκειμένην. *Et corpus hominis illius nequitiam quæ ex variis partibus consarcinata est*, significat.

Corpus peccati.

Hoc corpus est destruendum, *enervandum, ut aboleatur, ut marcescat, deficiat.* Vt enim crucifixus pedetentim contabescit, & deficit, ita quoque corpus peccati crucifixum cum Christo emoriatur, necesse est.

§. 2. Vnum ex primariis Illyrici argumentis ex hoc loco petitum semper obiiciunt Flacciani, vt ipsam hominis naturam probent esse peccatum originale. Ita Illyricus anno 15.., Vinariæ apud Duces Saxoniæ. *Quia vetus homo dicitur mortificari & condi, Scriptura veterem, & nouum hominem omnino vult esse ipsam hominis substantiam, non solum accidentia. Est corpus peccati.* Probat ex Confessione Augustana, quæ dicit, *peccatum esse corruptionem humanæ naturæ, propagatum ab Adamo. At hoc non est accidentium eorum sed substantia: nam humana natura est essentia seu substantia.* Deinde Apologia describit *peccatum non posse agnoscere Deum, diligere, illi fidere. Corrupta sunt igitur potentia essentiales.* Idem probat ex Smalchaldicis Articulis. Ex Bucero lib. 1. contra Pightum, ex Philippo in locis communibus. Ex Luthero super Gen. & in Psalm. 51. Nam 103. cap. Gen. Ita Lutherum citat. *Sed vide quid sequatur, ex illa sententia si statuas iustitiam originalem non fuisse naturæ, sed donum quoddam superfluum; vt non sicut iustitiam ponis non fuisse de essentia hominis, ita etiam sequetur, peccatum quod successit, non fuisse de essentia hominis. An non igitur frustra est mittere redemptorem Christum?* Demum concludit: *Sed optima essentia, præsertim rationis, non solum exspirauit, & exhalauit, sed in contrarium speciem, aut essentiam commutata est. Nam pro optima essentia in corpore & anima successit pessima.* Exponit similitudine de homine, ædificiis ruderibus.

Hæc illi de corpore peccati, & eius destructione: quibus tamen nunc se Lutherani, & Caluiniani solent opponere, pudore tam absurdæ opinionis; verum dum ipsam concupiscentiam, & potentias peccatum appellant, non multum à Flacciano errore differunt. Tam enim absurdum est, rationem, voluntatem, appetitum esse peccatum, quam animam ipsam, corpusque. Veterem hominem Pareus per metalepsin dicit vocari prauitatem veterem, & originalem per cogitationes & varios actus se exerentem. At rationis prauitas, & voluntatis, non est ratio & voluntas, vt in recta regula recta, aut curua, rectitudo est, aut curuitas. In eodem igitur luto hærent cum Flacio, dum peccatum originale rem aliquam in homine realem, & positiuam esse somniant, quod nominibus substantiarum, aut accidentium exprimatur. Corpus peccati, est totum σύστημα, & quasi complexum peccati originalis, & actualium: quod in honestatis priuatione, non in aliqua creatura essentialiter consistit. Qua de re cap. 5. dixi.

VERSVS 7.

Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.

QVÆSTIO I.

Quomodo mortuus est iustificatus à peccato?

§. 1. PRobat veterem hominem concrucifixum non debere peccare in posterum. Qui enim mortuus est, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Syrus vertit אתחרר לה *ethcharar leh, liberatus est sibi* à

a peccato scilicet. Itaque à morte naturali sumptum argumentum inculcat. Quemadmodum enim mors naturalis omnibus ciuilibus muneribus, obligationibus, seruitutibus reddit immunes, vt nihil iam Reipublicæ, cognatis, aut dominis suis omnino debeant, ita quoque qui baptizati sunt, & in Christo & cum eo mortui peccato, nihil illi amplius debent, absoluti sunt, ad illud tenendi non debent, nec eos amplius quicquam licet priori Domino, mors vindicta est, quæ iura dominantium omnia dissoluit, recte ille

ἐλευθέρωσε τὸν αἰχμάλωτον ὁ θάνατος.

In libertatem asseruit captum bello mors ipsa. Hinc recte Chrysostomus, omnino, vt mortuus, ita quoque baptizatus abstinere debet a peccato. Verba Chrysostomi, *περὶ παντὸς ἀνθρώπου τοῦτό φησιν, ὅτι ὥσπερ ὁ ἀποθανὼν ἀπήλλακται τὸ λοιπὸν τοῦ ἁμαρτάνειν νεκρὸς κείμενος, οὕτω καὶ ὁ ἀναβὰς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδὴ γὰρ ἅπαξ ἀπέθανεν ἐκεῖ, ἔμενεν δεῖ μένειν διὰ παντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ. De quolibet homine hoc ait: quod quemadmodum qui ex vita decessit, in posterum peccato liberatur, mortuus cum iaceat, sic & is qui à baptismo descendit. quandoquidem enim illic semel mortuus est peccato omnino mortuum maneat oportet.* Hæc mors vita est verissima, quam mundus non amat, sicut mors vera, quam mundus non timet, est separatio animæ à Deo. Quæ hac ex morte, quam vitam putant, ad aliam ducit mortem, quam Augustinus Psalm. 48. damnationem cum diabolo appellat.

§. 2. Nec inconueniens Salmeronis est interpretatio. Sicut Christus mortuus est peccato, quod iam illi amplius non erat imputandum ita quoque qui legitime baptizatur, ita peccato moritur, vt nihil illi, nec ad culpam, nec ad pœnam possit imputari. digna est illa Apostolo, & Sacramento baptismi expositio Nec quicquam tamen ex eo pro sua imputatione conficere hinc aduersarii possunt; Nam *δεδικαίωται*, non est hic manentem in scelere absolui iudicis externa sententia, sed reuera morte, hoc est, mutatione magna iustificatum esse. Chrysostomus dicit *ἀπήλλακται, liberatus est*, nemo vero nescit verbo *ἀπαλλάττειν* realem mutationem significari. Alii vtuntur verbo *κεκαθάρισται mundatus est*, quod sola imputatione fieri non potest, quod etiam Beza hoc loco probat, vt & verbum *ἠλευθέρωται*. Itaque versiones quibus iustificatus, vel absolutus dicitur, vt ambiguas, inquit, reieci: ne quis de peccati vel peccatorum remissione, seu absolutione à peccatis hoc dictum acciperet.

Quod Erasmus in Græcis verbis *ὁ ἀποθανὼν* neutro genere dictum arbitratur, nec auctorem, nec rationem, non magis quam quod Origenes, hinc colligebat, dæmones, & damnatos aliquando à peccato liberandos esse.

VERSVS 8.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod simul cum illo viuemus.

QVÆSTIO I.

An hoc ex loco specialis Sectariorum fiducia probetur?

§. 1. Plerique Sectariorum magnum suæ opinionis in his verbis præsidium positum arbitrantur. Nam duos articulos [illegible] fabricatur, præter, imo contra mentem Apostoli. Primus est: *Credimus nos peccato mortuos cum Christo.* Secundus. *Credimus nos in vitam æternam infallibiliter perseuerantia peruenturos.* Ratio est Eadem enim vita capitis & membrorum esse debet, vt igitur in capite est vita immortalis, ita quoque in membris esse debet.

Respondeo. Duplicem esse veterum expositionem. Basilius de baptismo, de vita per gratiam intelligit. Si enim mortuus peccatum, aut nos peccato morimur, necessario consequitur, viuere iustitiam, & nos iustitiæ viuere, vt cedente caligine lux effulget, & ea effulgente tenebræ recedunt. Inter hæc est enim necessaria atque inseparabilis connexio. Eodem modo Toletus, & Salmeron secuti Basilium exponunt. Hæc quidem interpretatio nihil aduersarios iuuat. Altera expositio est Origenis, Chrysostomi, Anselmi, promittit illis, qui peccato mortui sunt, vitam æternam.

Vita gratiæ, & vita æterna.

Prior interpretatio textui consentanea est, nam vers. 11. dicitur, peccato mortuos, Deo viuentes, quod de vita iustitiæ intelligitur. Nam sic etiam Beza, & Pareus intelligunt. Alterum qui proferunt sensum nituntur argumento probabili, quia dicit, *viuemus*, si de vita iustitiæ loqueretur, diceret potius, *viuimus* Itaque potius videtur mortis cum Christo præmium seu vt Chrysostomus loquitur ἔπαθλον proponere. Frustra igitur sunt, qui sine morte vitiorum, vitam iustitiæ sibi imaginantur, qui sibi blandiuntur in peccatis, & regnum cœlorum spondent. At neque hæc expositio inanem præsumptionem aduersariorum adiuuat. Quomodocunque enim verba Apostoli contorqueant, non efficient ex sensu hypothetico absolutum Si mortui sumus, viuemus. Non ergo certius est consequens, quam antecedens: nam tota difficultas in minore est. *At ego mortuus sum*, hoc Scriptura nulla dicit, & qui sibi priuatim sic gratulatur, etsi aliquando non fallitur, non tamen credit se falli non posse. Hypotheses non faciunt quicquam certum, nisi connexionem. An ideo innocens Adonias, quia Salomon ei pollicitus est vitam sub conditione 3. Reg. 1. 52. *Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram, si autem malum inuentum fuerit in eo morietur.* Si bonus vir fuerit: at certe bonus non fuit. Quomodo autem certo te peccato mortuum agnosces, si adhuc vitam peccati experiris? quis vero ita mortuus est, vt vitam nullam peccati habeat?

An peccato sis mortuus, ignoras.

§. 2. Caluinus hoc loco. *Porro quanquam inter homines nusquam extet tale exemplum, non tamen inanem vel inanem speculationem putes. quod hic dicitur, vel animum despondeas quod in eorum numero te non reperies, qui animam suam penitus crucifixerunt, hoc enim opus Dei non primo quo in nobis inchoatur die simul vitam perficitur, sed paulatim augescit, ac quotidianis incrementis ad finem perducitur hoc ergo in summa habeto: si Christianus es, oportere in te signum apparere Communionis cum morte Christi, cuius fructus est vt crucifixa sit caro tua cum concupiscentiis omnibus. Cæterum hanc communionem non ideo in te nullam esse, si reliquias carnis adhuc viuere in te sentias.* Et paolo post. *Non quod vno momento caro moriatur in nobis, sed quia retrocedere inde mortificanda non liceat. Si enim in coenum nostrum resoluimur, Christum abnegamus, cuius nisi per vitæ nouitatem consortes esse non possumus, sicut ipse vitam incorruptibilem agit.*

Quid

Caluinus à se recedit.

Quid igitur, qui mortuus est, potestne in cœnum reuolui? An vero sic cullutulatus retinet puræ innocentiæ candorem? An ergo f[illegible]us pendet ab opere? Quantum ille laborat ne def[illegible]erent inter grauissimos lapsus & tamen dum munire aduersus terrores conscientiam molitur, in barathrū desperationis abiecit. Dum enim in cœnum reuoluuntur, dum labuntur, certo eo progrediuntur.

Peccator de salute certus non est.

Quale vero signum iustitiæ suæ producere possunt, qui quotidie peccant, & quidem enormiter? Vbi hic tale signum veritatis, quale non potest esse falsitatis? Non velle autem securitatem futuri nobis polliceri Apostolum docet ipsa conditio, sine qua vita non conceditur; moriendum est viuere volenti: crucifigenda caro, quæ immortalitatem exspectat. Hoc nisi miles Christi faciat, donatiuū regni non consequetur. Nihil operanti nulla merces datur.

Aurea est sententia Cypriani lib. de operib. & Eleemosynis. *Quæ potest ex infatuo esse cessante? quæ defensio sterilis? nisi quod non faciente seruo quod præcipitur, Dominus faciet quod minatur, qui & dicit: Cum venerit filius hominis in gloria sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit in throno claritatis suæ & colligentur ante eum omnes gentes, & segregabit eos ab inuicem, quemadmodum pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues ad dextram suam, hædos autem ad sinistram: tunc dicet Rex iis qui ad dextram suam erunt. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui & potastis me, hospes fui & adduxistis me &c.*

§. 3. Si mortui sumus cum Christo credimus quod viuemus cum Christo, hoc saltem deducitur, eos qui semel mortui sunt non posse desicere, nam si possent desicere & reuolui in cœnum suum, non tenerentur credere, se vitam æternam consecuturos, est vero hæc conditionalis æquipollens suæ vniuersali; Quicunque mortuus est peccato in Christo, credit quod viuat cum eo, aut tenetur credere orthodoxâ fide est enim πιστὸν τὸ μῦθος.

Credimus salutem si in Christo manserimus.

Respondeo. Credimus omnino, quia simul viuemus, siquidem perseuerauerimus in morte cum Christo, si non in cœnum relabamur, vt Caluinus loquitur. Nam locutiones illæ vniuersales conditionem perseuerantiæ habent insitam; nam etsi Adonias vir bonus sit, si tamen contra animam suam deinceps loquatur, occidetur. Dicit hoc suo loco Apostolus, *Si tamen permanseris in bonitate, alioqui, & tu excideris.* Quæ autem certitudo esse potest, vel Lutheranis, qui peccatis se posse à fide & gratia excidere confitentur, vel Caluinistis, qui progredi se, & mortuos peccatis, in medio scelerum æstu prædicant? Explicuit ista Augustinus lib. 11. cap. 12. de ciuitate Dei. *Nec ipsos enim huic tanto beatitudinis comparatos, quod attinet ad rationalem vel intellectualem creaturam, beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum: quamuis de sua beatitudine quam diuturna, vel vtrum æterna esset incertos: Esset autem æterna nisi peccassent, cum hodie non imprudenter beatos vocemus, quos videmus iuste & pie cum spe futuræ immortalitatis hanc vitam ducere sine crimine vastante conscientiam, facile impetrantes peccatis huius infirmitatis diuinam misericordiam. Qui licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sint, de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectuque iustitiæ perseueraturum vsque in finem sciat? nisi aliqua reuelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentique iudicio non omnes instruit, sed neminem fallit. Quantum itaque pertinet ad delectationem præsentis boni, beatior erat primus homo in paradiso, quam quilibet iustus in hac infirmitate mortali; quantum autem ad spem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus, cui non opinione, sed certa veritate manifestatum est sine fine se habiturum omni molestia carentem societatem Angelorum in participatione summi Dei, quam erat ille sui casus incertus in magna illa felicitate Paradisi.*

VERSVS 9. 10. 11.

Scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Quod enim mortuus peccato, mortuus est semel: quod autem viuit: viuit Deo.

Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu Domino nostro.

QVÆSTIO I.

Quæ comparatio mortis nostræ cum morte Christi?

§. 1. AD virtutem hortatur, vt plane tanquam mortui peccato abstineant. Christus enim resurrexit, nec amplius moritur. Nam semel mortuus est, semper autem viuit Deo: sic & vos existimate vos mortuos peccato, viuentes Christo, *vt regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Versu 9. Græcus habet κυριεύει *dominatur*, vt etiam Syrus. Vetus legit: κυριεύσει *dominabitur*, quod habent etiam nonnulli Patres; imo Pareus in commentario etiam sequitur. Illa porro vocula ἔτι *amplius* vim habet futuri, quamuis eam Syrus omisit, & addidit הכא *becha in eo.* Augustinus lib. 11. contra Faustum cap. 7. & lib. ad Deogratias quæst. 1. veterem lectionem vsurpat. Idem pene sensus est. Morti nihil iuris erit in vitam, qua mors ipsa victa est. Eleganter Chrysostomus. Ἀθάνατος μένει, θάνατος γὰρ θανάτου, ὁ αὐτοῦ θάνατος γέγονε. *Immortalis manet, mortis enim mors facta est eius mors.* Membra igitur eius etiam viua esse consentaneum est, nec mori: nam mors non modo imperium in eo perdidit, quod nullum habuit, cum non nisi sponte eam susceperit, verum etiam membris eius non dominabitur: nam viuificando facit immortalia. Exposuit mysterium Dionysius Areopagita in Ecclesiastica Hierarchia cap. 2. *Quoniam enim mors est in nobis, non essentiæ interitus, quemadmodum aliis placuit; sed vnitarum partium separatio, quæ ad id quod nobis obscurum est, animum quidem ducit, quasi corporis priuatione minime appareat; corpus autem, quasi in terra occultatum, alia quadam alteratione corporea ex hominis forma sublatum aptè at propriè tota occultatio quasi in aqua, pro mortis & sepulturæ, quæ non videtur imagine, similitudine que sumpta est. Itaque eum qui rite aqua expiatur, disciplina quæ res ipsas signis declarat, docet tribus in aquam immersionibus & emersionibus ex ea, diuinam trium dierum ac noctium sepulturæ Iesu vitæ auctoris mortem imitari, quatenus hominibus conceditur Dei imitatio: in quo quemadmodum verba mysterii plena atque abstrusa tradunt, princeps mundi nihil inuenit.*

Christus vita est.

§. 2. Præoccupatio est. Mortuus est semel, cur non iterum moritur? Respondet & probat non debere iterum mori. Mortuus est enim peccato,

non

non vti peccare de[illegible] qui peccare non potuit, Deus & homo, per[illegible] ἀναμάρτητος, sed mortuus est peccato, quod Deus illi imposuit, peccato nostro, nec opus erat mori sæpius, vna enim mors sufficiens erat pro peccatis totius mundi. Morte igitur altera non opus erat, cum vna morte omnes sanctificarit, & sanctificatos consummarit, vt docet Paulus. Dubium non est, ὅ positum esse pro ὅτι. Sic etiam Syrum intelligi potest, דמית demith, nam particula ד addita hanc significationem habet. Et in altero colo ודחי vaddechai, & quod viuit. Quamuis Fabricius vertetit, qui mortuus est, qui viuit. Sensus igitur est, quantum ad mortem attinet, mortuus est semel ἐφάπαξ, Syrus חדא זבן chada zeban, vna vice. Non est admittenda Vallæ interpretatio, quod mortuum est, mortuum est semel. Nam ὃ ad σῶμα, seu corpus refert. Quod viuit, ad naturam diuinã, vt sensus sit: Quod mortuum est in Christo, nempe corpus, seu humana natura, mortuum est semel; quod in eo viuit, nempe deitas, viuit Deo. Hilarii sententiam non recte sic Valla intellexit, nec Beza. Verba eius sunt lib. 9. p. 68. 2. d. *Hanc igitur B. Apostolus geminæ in Christo significationis tenuit prædicationem vt & infirmitatem in eo hominis, & virtutem Dei ac naturam doceret, secundum illud Corinthiis dictum. Nam & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei, mortem infirmitatis humanæ; vitam vero Dei virtutis ostendens. Et illud ad Romanos: Quod enim mortuum est peccato, mortuum est semel: quod autem viuit, viuit Deo. Sic & vos deputate vosmetipsos mortuos quidem esse peccato, viuere autem Deo in Christo Iesu: mortem peccato, id est, corpori nostro adscribens, vitam autem Deo, cui est naturale quod viuit. Et per id nos corpori nostro mori oportere, vt Deo viuamus in Christo Iesu, qui peccati nostri corpus assumens, totus iam Deo viuit, natura nostra societate in communionem diuinæ immortalitatis vnita. Hæc igitur demonstranda à me paucis fuerunt, vt vtriusque naturæ personam in Domino Iesu Christo meminissemus, quia qui in forma Dei manebat, formam serui accepit, per quam obediens vsq; ad mortẽ fuit: obedientia enim mortis nõ est in Dei forma, sicut nec Dei forma inest in forma serui.*

Chrysostomus sic interpretatur, τί ἐστι τῇ ἁμαρτίᾳ; τουτέστιν οὐδὲ ἐκείνῳ ὑπεύθυνος ἦν αὐτὸς ὁ θάνατος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἡμετέραν. ἵνα γὰρ αὐτὴν ἀνέλῃ, καὶ ἐκκόψῃ τὰ νεῦρα αὐτῆς, καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν, διὰ τοῦτο ἀπέθανεν. εἶδες πῶς ἐφόβησεν; εἰ γὰρ οὐκ ἀποθνήσκει δεύτερον οὐδὲ λουτρόν ἐστι δεύτερον. εἰ δὲ λουτρὸν οὐκ ἔστι δεύτερον, μηδὲ σὺ πρὸς ἁμαρτίαν ὑπορρέπειν ἔχε. *Quid est, peccato, hoc est, ne illi quidem morti obnoxius erat, sed propter peccatum nostrum, nam vt illud tolleret, ipsiusque neruos ac vim omnem rescinderet, ob id est mortuus. Vides quo pacto terruerit. Si enim non iterum moritur nec iterum lauacrum est, quod si lauacrum non est iterum, caue & tu in peccatum inclines.*

§. 3. Viuere Deo, non est duntaxat, ad Dei gloriam viuere. Nam sic etiam mortuus est ad Dei gloriam, eam vero gloriam noua morte augere posset. Verùm est cum Deo beate viuere: ad beatam porro vitam est perennitas necessaria: beatus enim nemo est, qui miser esse potest aliquando. Oecumenius exponit, τουτέστιν ὡς θεὸς ἄπτωτος, καὶ ἀκατάλυτος. *Hoc est, vt Deus qui desinere, & dissolui non potest.* Eo sensu 2. Cor. 13. dicitur: mortuus est ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei. Causa ergo moriendi nulla esse potest, causa viuendi est perpetua, Dei nempe omnipotentia, qua in omnem æternitatem illi vita prorogatur. Chrysostomus etiam Dei virtute viuere dicit, qui Deo viuunt. Nempe singulari gratiæ dono, non communibus solum auxiliis.

§. 4. Dicas inde hæreses confirmare conantur Sectarii, id est, semel Christus sed ἐφάπαξ. *Vna vice moritur, & opponatur hoc crucis sacrificium Leuiticis sacrificiis; si ergo semel mortuus est, non potest sæpius offerri pro peccato. Missa igitur sacrificium non est. Sicut semel nos peccato mortui in baptismo, mori seu baptizari amplius non debemus.* Respondendum est. Non offerri, non mori Christum sæpius, eo, quo in cruce modo oblatus est. Nam alioqui bis oblatus est, in cœna, & cruce. Mortem suam iterari noluit, repræsentari iussit.

Eodem plane modo baptismus, aliaque Sacramenta tollerentur, quibus tamen merita Christi nobis applicantur. Non moritur in missæ sacrificio Christus, sed mors eius similitudine mortis repræsentatur. Ita Cyprianus Epist. 63. *Sacrificium verum, & plenum tunc offert Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum, quod vidit Christum obtulisse.* Consule Augustinum Serm. 91. de tempore. Tertull. Apolog. c. 39. l. 2. ad vxorem. Cyprianum Epist. 63 Pamelium in Epist. 63. Ambrosius diserte peccata sacrificio illo remitti docet l. 5. c. 4. de Sacramentis. *Ergo tu audis quod quotiescunq; offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum vitæ non quotidianum assumis? Qui vulnus habet medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus. Medicina est cæleste & venerabile sacramentum.*

In missa mors Domini non peragitur, sed repræsentatur.

§. 5. Altera hæresis est, magis etiam nefaria. Nam semel peccato mortuum, negant amplius ad peccatum redire. *Ita ostendit*, inquit Beza, *ex hac capitis & membrorum collatione Apostolus hoc loco, in iis qui per Christum vere sanctificati sunt, peccatum semel mori ita vt pristinas vires vnquam recipiat, sed vt corpus in sepulchro quotidie corrumpatur, donec funditus intereat. Summa, corpus seu cadauer non redit in vitam, ergo peccatum mortuum non redit, in quocunque ergo id est mortuum, ille perseuerat.* Quae ex re consequitur, maxima omnium Sectariorum securitas, qui licet grauissime labantur, non tamen magis peccant, quã mortui viuunt.

Responsio. Hæresis est perniciosissima, & licentiæ improbæ procreatrix, quę docet eum, qui semel mortuus est peccato, ita mortuum esse, vt amplius mortaliter non peccet, semper in virtute proficiat, cum videamus plurimorum quotidie lapsus. Mors illa spiritalis non efficit, vt reuiuiscere peccato non possimus: nam sæpe iustus deserit iustitiam suam; sed vt peccato ne consentiamus dum manet iustitia. Mors enim peccati, est vita gratiæ, qua non aufertur potentia, sed voluntas peccandi; alioqui duorum alterum necessario consequetur. Vel istorum grauissimos lapsus, vt Aaronis, Dauidis, aliorum vera peccata non fuisse, aut sane non damnabilia, cum mortui fuerint peccato. Vel sane si fuerunt, nunc prorsus eodem modo Caluinianos idololatriæ, adulterii, homicidii criminibus contaminatos non recedere à Deo, non redire ad vitam peccati, non mori gratiæ, sed per ista scelera magis magisque mori peccato. Qui Libertinismus non religionẽ modo, sed politiam etiam, hodieq; grauiter in Germania, vicinisque regnis affligat.

Libertinismus perfectus.

§. 6. *Existimate*, inquit λογίζεσθε, quod multi vertunt *putato*, plures, *existimate*. Syrus חשבו chischbu, diligenter cogitate, applicatio est similitudinis, nos scilicet mortuos peccato, sicut & Christus mortuus est. Verba Apostoli deprauant, qui λογίζεσθε interpretantur de fide, qua quisq; certo sciat, se mortuum peccato. Consulto enim vsus est Spiritus sanctus verbo λογίζεσθε, *reputate*, vt Caluinus & Bullingerus vertunt, ne hic certam fidei cogni-

λογίζεσθαι ratiocinari

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom. Z tionem,

tionem, sed mortalem esse credamus. Multum enim differunt ὁ λογισθεὶς existimans, & πληροφορηθεὶς plene fide credens. Sed fieri solet, vt qui vni fiduciæ suæ stultissime innituntur, illi eam sibi in omnibus verbis fingant. Non ita Chrysostomus qui idcirco dictum ait: *λογίζεσθαι, quia oculis videre non poterant.* Est igitur λογίζεσθαι colligere, ratiocinari, non autem fide orthodoxa credere.

VERSVS 12.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius.

QVÆSTIO I.

Quid sit regnare peccatum?

§. 1. NOnnulla est in verbis potius, quam sensu varietas. Græcis in codicibus legitur. *εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις: Ad obediendum illi in concupiscentiis.* Alii legunt omisso pronomine αὐτῇ *eius*, ἐν ἐπιθυμίαις αὐτοῦ, & subaudiunt σώματος. Chrysostomus: *Non dixit: ne viuat caro, ne operetur, sed ne regnet peccatum, non enim destruit naturam, sed peccatum.* Veterem lectionem quæ in quibusdam codicibus Græcis inuenitur Augustinus habet lib. 1. de nuptiis, & concupiscentia, c. 23. & 27. Eodem modo Syrus interpres legit להשתמעין לרגיגתה *ad obediendum concupiscentiis eius.* Osiander, etiam aliique Sectarii contendunt αὐτῇ abesse debere. Interim ob se intelligendum, *concupiscentiis eius*, corporis non peccati intelligendum, cum sit Græce αὐτοῦ, & ἁμαρτία sit generis fœminini.

Peccatum regnans. §. 2. *Peccatum regnans definiunt hæretici, esse omne peccatum in non renatis. Aut in renatis errorem contra articulos fidei aut conscientiam, excludentem ex corde fidem remissionis peccatorum, & obnoxium facientem peccantem exitio æterno nisi fiat remissio. Talia sunt originale & omnia actualia in non renatis. In talia etiam ad tempus incidunt renati. Peccatum non regnans nominat Apostolus peccatum originale, defectus, inclinationes prauas, & multa peccata actualia, ignorantia, omissionis aut infirmitatis, reliqua in renatis quandiu sunt in hac vita, quæ tamen agnoscunt, deplorant, oderunt sancti, & illis repugnant, ne ruant in ea, aut in iis perseuerent contra conscientiam, & petunt assidue ea sibi remitti propter filium Dei, ideo propterea non amittunt gratiam, sanctum Spiritum & salutem.*

Beza regnare apud Paulum esse ait; *Imperium obtinere, vt nullus se opponat, aut frustra id faciat. Commodum igitur hæc exhortatio' [?] præcedentibus, vt intelligamus quatenus simus mortui peccato, quandiu hic versamur; hactenus nimirum vt reluctetur quidem spiritus sed non vincat.* Reluctari intelligit Spiritum existimat, sed demum tentationi succumbere. In alia editione habet, vt reluctetur quidem spiritus, sed vincat. Et Caluinus in renatis victoriam tribuit spiritui non carni. Verum in hac re parum conuenit inter Caluinianos. Alii enim priorem explicationem, qua spiritus vinci dicitur, sequuntur, vt Vrsinus. alii posteriorem, vt Zanchius, qui vinci carnem existimat. Gualterus ait regnare cum illi obsequium præstamus. Pios non pati regnare, sed redire ad Deum. Bullingerus sanctos dicit, fide & temperantia cohibere & opprimere peccati regnum.

Praua de regno peccati expositio. Parens errores illos definitione conciliare nititur. *Si peccatum, inquit, regnans vocatur id quod homo ex contemptu Dei, toto corde contra conscientiam admittit, sine luctu & pœnitentia, id in electos non cadit, hi enim etiam mortaliter contra dictamen conscientiæ aliquando ruentes, vt Aaron, Dauid, Petrus, non tamen ex contemptu Dei, aut destinata malitia, & toto corde, sed infirmitate carnis præoccupati peccant, nec sine graui lucta carnis & spiritus, cuius gratia per pœnitentiam veram rursus se erigunt, & ad Deum reuertuntur. Sic peccantes vastant quidem conscientiam, perturbant Spiritum Sanctorum, amittunt lætitiam cordis, & iram Dei incurrunt. Attamen nec timorem Dei, nec fidem penitus excutiunt, sed manet in illis semen Dei, &c. hæc vero Zanchij sententia est Pareus. 2. Si peccatum regnans est id quod mortale est, & vnico momento interdum filios Dei securos & improuidos supplantat, tale cadit in renatos, improprie dicitur regnare qui per vim ad momentum sibi rapit, hoc autem improprie regnans dicitur.*

Omnino Epicurea est, & carnalis interpretatio, quæ legem diuinam in vniuersum tollit. Nam sensus Paulinæ sententiæ ille necessario futurus est: Ne regnet peccatum in vestro mortali corpore, non dico ne sit, sed ne regnet, ne idololatriam, adulteria, homicidia committatis ex Dei contemptu, toto corde, sine lucta Spiritus. Nam si illa scelera omnia faciatis, quæ in hominem cadere possunt, non facient iniustos. Tantum n. vetaset idololatriam, adulterium, furtum, homicidium, rebellionem regnantem, Dei contemptu, toto corde, sine lucta Spiritus factam. Quousque vero licentia tanta ducat peccantes, non est arduum cognoscere: Dauidem vicit libido, vicit studium celandi flagitij: Petrum vicit metus, negat, peierat, si non est in illo scelere Dei contemptus, si voluptas non ante ponitur legi diuinæ, nunquam ergo contemptu Dei peccat, qui carnis fragilitate libidinatur, non enim Deum contemnere propositum est illis, qui ista faciunt, sed animo sui obsequi. Quotus vero quisque est ita perditus, vt sic toto corde, tanquam brutum in scelus ruat, vt non reluctetur Spiritus, sentiatque se delinquere, probet meliora, sequatur deteriora? Alioqui cum omni scelere stare iustitia potest, si Deum blasphemes, Scripturam corrumpas, Deo non credas, insontem calumnieris, interim tamen non toto corde, non sine lucta Spiritus facias. Nam hæc omnia sic exponunt: *Non regnabit in corpore tuo mortali peccatum, sed tu illi dominaberis. faciendo illud. succumbendo illi. sed non sine lucta. Et quantumuis enormis peccator hanc fidem retinebit: Infallibiliter scio me saluandum. 2. credo me pœnitentiam acturum. 3. Credo me peccare ex infirmitate. 4. Credo me non ex contemptu Dei peccare 5. Credo me non toto animo peccare. 6. Credo me non sine lucta Spiritus & carnis peccare 7. Credo me iram Dei incurrere. 8. Credo mihi peccata mea remissa, etiam hoc quod iam institue de Vria occidendo facere, & pergam id exequi, & tamen non ex malitia.* Licentia sectariorum.

Quod vero de momento dicit, friuolum est & falsum. Dauid longo tempore in peccato hæsit, multi Caluinistarum multos annos grauius patrant: nec idem facit temporis aut longitudo aut breuitas, quamuis etiam centum per ipsos annos regenitus Zwinglianus omnia criminum genera committat, nullum erit peccatum regnans; quia nullum toto corde facit, in medio feruore libidinum crocodilæa lachrymula faciet vt non noceat, quod peccat.

§. 3. Pestilentissima igitur illa est insania, criminum patrona, non virtutum modo, verum etiam naturæ & societatis humanæ corruptrix. Nos igitur quid sit regnare peccatum, ex ipso textu vere & ex mente Ecclesiæ explicemus. In homine est interna in malum cupiditas, quam accendunt occasiones, tentationes, exemplorum irritamenta. Est in eodem ratio recta gratia Dei instructa, & dictamen conscientiæ, est voluntas quæ natura sua, cum affectibus non agitatur, boni appetens est: vitiis enim est Peccatum non

secun-

secundum naturam. quin & natura ad virtutem in hoste amaodam ferimus. Iotet hoc bonum, & illod malum perpetua pugna est, bellum sine fœdere. Cum cup[illegible] ta:es, affectusq; intemperanter ebullire conator ratio & mens per Dei gratiam compescit, & cohib[illegible]t, peccatum non regnat, sed in corpore mo. tali seruit. Cum vero impetu affectuum à carne & Satana coocitatus rationem & voluntatem ad coosensum [illegible]is, factumue abripit, peccatum regnat, ratio [illegible] voluntas seruiunt. Et quamuis reluctari videantur, si tameo consensus est, inanis est reluctatio, quæ præuaricatur, & sponte succumbit. Hunc esse sensum textus ostendit, cum exponit, quid sit regnare peccatum: nempe, *obedire concup scentiis eius*, vel vt obediatis *illi in concupiscentiis eius.* Obedire ergo peccato in concupiscentiis corporis, est id agere, quod imperat peccatum, & mota dæmonis flabello animi libido; aut velle, si agere ooo possis. Dominari peccato est concupiscentias suo more instar protemientium mancipiorum lasciuientes vincere, nec cursum illis suum permittere, sed coercere, ducere, trahere, quà lex Dei, & ratio virtutis viam signat. Quod tum fit, cum id non vult nostra voluntas, quo affectus flagitat, & vult, quod ille refugit. Omnem quidem prauarum perturbationum vitare impulsum noo est huius vitæ, sed illius in qua perfecta felicitas omne bellum excludit; oriuntur enim motus subiti, qui rat onis vigilantiam, & potestatem voluotatis anteuertunt: quemadmodum nequam & subdola mancipia multa clam Dominis illaudata committunt. At vero postquam motiones illas in malum duces mens aoimaduerint, necesse est consensum coh bere, & initio malorum obsist. re: sic enim dominium obtinet.

Regnat peccatum ... in... ...mur.

...domi.

Vere enim Dominus est, non quem nunquam fallit seruulus, sed quem regit, ducitq; volentem, & trahit cogitque nolentem, corrigitque delinquentem. Obedire ergo vetat concupiscentiæ, non vetat oe sit concupiscentia, est enim aliqua coocupisceotia, quæ est inuolnntaria: quam voluntas præstare non potest, quia prohibere non potest. Exercet voluntatē & tentat coocupiscentia, non ducit ad peccatum nisi regnet.

§. 4. Irenæus libro 5. cap. 14 de carnalibus actibus interpretatur. *Si igitur caro & sanguis sunt quæ faciunt nobis vitam, non proprie de carne dictum est, & sanguine non posse ea possidere regnum Dei, sed de prædictis carnalibus actibus, qui ad peccatum transuertentes hominem (priuant) eum vita: Et propterea in Epistola ad Romanos ait, Non ergo regnet peccatum in corpore mortali vestro ad obediendum ei: neque exhibeatis membra vestra arma iustitiæ Deo. Quibus igitur membris seruiebamus peccato, & fructificabamus morti, iisdem ipsis membris seruire nos vult iustitiæ, vt fructificemus vitæ. Memor igitur dilectissime, quoniam carne Domini (nostri) redemptus es. & sanguine eius (redhibitus) & tenens caput. ex quo vniuersum corpus Ecclesiæ compaginatum augescit. hoc est, carnalem aduentum filii Dei, & Deum confitens & hominem eum firmiter accipiens.*

§. 5. Et Theodoretus, non regnare peccatum, cum illi oon [illegible] ns[illegible] t t ie. *Regnum in hoc differt à tyrannide, quod existat quidem Tyrannus, inuitis subiectis. Regnum autem, in volentibus quibus imperatur. Suadet ergo, ne peccati potestati amplius assentiamur, Dominus enim humana carne sua, tyrannicum regnum euertit, & vt qui mortalibus & adhuc patibile corpus habentibus leges ferret, ea statuit, quæ illor[illegible] m imbecillitati respondeant, & non decet. Ne tyrannidem exerceat peccatum, sed ne regnet. Illud enim illius est propriū hoc vero, nostra mentis animi enim* perturbationum motus, & vexatio inest nobis natura, eorum aūt quæ sunt prohibita actio à nostra mente dependet.

§. 6. Et Hilarius in Psalmum 2. p. 199. Reges appellat, qui peccata vicerunt. *Alios autem nobis reges euangelia demōstrant scilicet in quos appropinquauit regnum Dei, qui regnant in se peccatum deuicerint: qui sui ipsius corporis reges sunt, dominatui suo vniuersa vitiorum incentiua subdentes: hoc enim in nobis regnū Dei. Sic iterum Christus regnat in nobis, cum per eorum ipsi dominium dominorum in nos iure regnamus; secundum quod dictum est, Non venit regnum Dei in obseruatione: neq; dicent, ecce hic, & ecce illic, Ecce enim regnum Dei intra vos est. Huius rei B. Apostolus meminit, Corinthiis scribens: Et vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. Hoc itaq; regnum Dei est: vbi peccatū vincitur, vbi mors perimitur, vbi nō regnat hostis. Mors enim regnauit ab Adā vsq; ad Moysen. Et Apostolus ait: Iam non regnat peccatū in nobis. Per hoc regnum Dei regno peccati dissoluto, ipsisq; iam nobis regibus, regno aduersante sublato: hoc erit regnum Dei, cum omnibus vitiorum nostrorum aculeis contusis, labes erit corporea infirmitatis absorpta.*

Regnū Dei in nobis.

Augustinus elegantissime tract. 41 in Ioaonem, ostendit hanc libertatem in eo consistere, ne faciamus peccatum. *Sed si carne, inquit, seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus, non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non ait, non sit, sed non regnet. Quādiu enim peccatū necesse est esse in membris tuis, saltē illi regnū auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira? noli dare iræ linguā ad maledicendum, noli dare ira manū aut pedē feriendum. Non surgeret ista ira irrationabilis, nisi peccatū esset in mēbris: sed tolle illi regnū, non habeat arma vnde contra te pugnet. discet etiam non surgere, cum arma non cœperit inuenire. Non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed induite arma iustitiæ, alioquin toti captiui eritis, & nō erit dicere, mente seruio legi Dei. Mens enim si teneat arma, membra non mouentur in ministerium furenti peccati. Teneat arcem imperator interior, quia sub maiore imperatore tenendam assistit. frenet iram, coerceat concupiscentiā. Inest tamen quod frenetur, inest quod coerceatur, inest quod tenetur. Quid autem volebat ille iustus mente seruiens legi Dei, nisi vt omnino nō esset quod frenaretur? & hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionē, vt & ipsa cōcupiscētia cui non dantur ad obediendū mēbra, quotidie in proficiente minuatur.*

Exemplum regni Dei.

Augustinus de verbis Domini Hom. 43. *Videtis quemadmodum pertineat ad officium pastoris opertos fontes aperire, & aquam puram, innoxiam sitientibus ouibus ministrare. Noli ergo esurire quando pugnas. Videte quale bellum proposuit, qualem pugnam, qualem rixam intus intra teipsum. Caro concupiscit aduersus spiritū. Si non concupiscit & spiritus aduersus carnem, fac adulterium. Si autem spiritus concupiscit aduersus carnem luctam video, victum non video. Pugna est, concupiscit caro aduersus spiritum, delectat adulterium. Fateor, quia delectat. Sed spiritus concupiscit aduersus carnem; delectat & castitas, ergo vincat spiritus carnem, aut certe non vincatur à carne.*

Qui vincit regnat.

Idē ille Hom. 21. ex quinquaginta expresse docet; Peccatum regnare cum agitur. *Attendenda est ergo hæc infirmitas carnis, recordanda sunt verba Apostoli, Non, inquit, regnet peccatū in vestro mortali corpore. Non dixit non sit, sed non regnet. Inest peccatum cum delectaris: regnat, si consenseris. Carnalis delectatio præsertim vsq; ad illicita & aliena progrediens, frænanda est non relaxanda: imperio domanda, non in imperio collocanda. Attendis securus si non habes vnde moueris. Sed tu respondes, fortiter teneo. Nūquid tu fortior Dauid? dixi enim quod nec Dauid fortior, nec Salomone potes esse sapientior. Si enim illos tam sanctos viros incanta familiaritas mulierum & perniciosa blandimenta vicerunt, quid de se cogitant illi qui cum ex-*

Regnat peccatum, cum agitur.

tranea mulieribus non solum conuersari, sed etiam in vna domo manere & conuiuio earum aut frequenter aut semper interesse nec metuunt nec erubescunt?

Quam facile fuerit respondere Augustino ex hæreticorum dogmatis? In Dauide non regnasse libidinem, nec in se regnare, quod non toto corde committatur, facere se illa quotidie, quæ semel fecit Dauid, facere quæ periculosa dicit Augustinus, non tamen peccatum in suo corpore regnare, sed dominari se peccato, quod faciunt, & inter amplexus in castitate proficere, non enim sine aliqua lucta peccare, ideo peccatum sibi non imputari.

Illyrici delirium. §. 7. Illyricus etiam fingere hinc ausus est, peccatum esse substantiam aliquam, quia βασιλεύει, *regnat*. Regnare autem est humanum. Verùm ista ridicula sunt, regnant vitia, virtutes, calores, frigora. Accommodantur enim ista tropice inanimatis. Necessario n. tropum ille & hic agnoscere cogitur.

Improba etiam est Caluini glossa: *Aliud nos non posse quam peccare.* Frustra enim moneret Apostolus, ne regnet peccatum, si nos non obedire non possumus. Regnum enim tutissimum est tyranno, si obtemperandi necessitas subditos tenet.

Ineptum etiam quod Beza admonet: si motus omnes ex parte coerceri non possunt, saltem corpus habeamus in potestate. Corpus enim minus animo, quam animus obtemperat sibi. Maius quippe in affectus suos, quam corporum commotiones est voluntatis imperium.

VERSVS 13.

Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato; sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.

QVAESTIO I.

Quid hoc loco præcipiatur?

§. 1. PRohibet membra peccato sistere, exhibere ad obsequium. Postquam enim peccatum quasi regem dixit, vetuitq; regnare in nobis, nos obtemperare corporis cupiditatibus, in eadē metaphora perseuerat. Non modo non obediendum *Arma pro Deo ferenda.* peccato, multo minus eius tyrannidem satellitio nostro, & armis firmare oportet. Grauius enim scelus est eorum, qui tyrannorum sunt administri, eos armis, & obsequio tuentur, quam illi qui imperantibus parent. παρεστάναι autem est eorum qui se Dominis sistunt, ad imperium, nutumq; parati: Hoc ergo tam exosum cunctis ministerium non modo fugiendum est, sed è cōtrario, vero, immortali, & legitimo regi assistendum est: Sic enim in iusta causa pro legitimo Domino membra nostra erant arma iustitiæ, arma sancta, quibus iustitia, & respublica defenditur, quæ in peccati castris futura erant arma impia. Μέσον, inquit, Chrysostomus τὸ σῶμα καὶ τὰ ὅπλα. *Media res est corpus & arma*, in bonum & malum pro arbitrio vtentis accommoda. Corpus & membra & arma latronis, sunt arma iniquitatis, at arma boni militis arma iustitiæ. Oculus membrum patuum luxurioso est instrumētum libidinis, liberali vero ductor ad pascendum esurientem, vestiendum nudum. Interponit & aliam causam, *tanquam ex mortuis viuentes*. Nam tyrannus ille in morte vos detinuit, pœnis vestris iram suam expleturus, at Deus ereptis vitam donauit, militare in castris liberatoris & vindicis vestri contra carnificis prioris crudelitatem debetis.

§. 2. Quot sunt hac in sententia verba, tot sunt contra peccatum regnans Caluinianorum fulmina. Apostolus adhibet particulam aduersatiuam *Sed*, vt ostendat à contrario quid sit peccatum regnans, & obedire cupiditatibus eius. Regno peccati, & obedientiæ, quæ illi exhibetur, contraria est membrorum exhibitio ad iustitiam, qua se Deo apparitores sistunt fideles. Non ergo tantum regnat peccatum cum toto corde sine lucta fit, sed etiam cum vtcunque infirmitate peccantis peragitur. Exhibet membra & arma iniusta tyranno etiam ille, qui non odio aut contemptu legitimi regis, sed spe, metu, voluptate latus improbum stipat, quin & ille qui repugnante animo, & dolente inuisa ministeria alienæ crudelitatis exequitur. Hunc spoliat, illum torquet, alium trucidat, quod facit detestatur, & damnat, sed infelicem dexteram inuitus tyranno commodat. Deo quoque inuisus est, in quo peccatum tyrannidem suam exercet, vt membra eius seruiāt cupiditatibus corporis. In eo enim est peccatum regnans, qui membra sua exhibet tanquam satellites & apparitores peccato, non autem *arma iustitiæ* Deo. Quis vero tam non dico amens, sed brutus est, vt dicere audeat: Eum qui pedes exhibet ad effundendum sanguinem, manus ad rapienda aliena, linguam ad blasphemias, calumnias, os ad ebrietatem hauriendam, genitalia ad libidines explendas, exhibere membra sua Deo arma iustitiæ? At non exhibet toto animo, non sine lucta. Ita credo Flagitia tamen & facinora horrenda patrat, nec Deo prohibenti paret, nec conscientiam incusantem audit, quod ipsum contumaciæ crimen est. Ista igitur qui facit gratia excidit. Nam in dæmonis castris militat, Deum oppugnat. Membra sua facit membra meretricis, etsi languida & semisaucia voluntate damnet, quod facit. Quomodo vero membra Deo non peccato sistantur, audi Augustinum Sermon. 12. de verbis Apostoli. *Quid est, ne dominetur mihi omnis iniquitas? Audi Apostolum Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quid est non regnet? Obediendo desiderijs eius. Non dixit, noli habere desideria mala. Quomodo enim in hac carni mortali, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, non habeo desideria mala? Illud ergo fac: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Et si* *Quando non dominetur iniquitas* *sunt desideria, non eis obediatur, ne iniquitas dominetur. Nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non fiant membra vestra arma iniquitatis, & non dominatur tibi omnis iniquitas. Sed etiam hoc vt non fiant membra arma iniquitatis, nunquid tu tibi viribus tuis præstas? Hoc ipsum inquam, hoc ipsum quod non sint membra tua arma iniquitatis. Est quidem iniquitas in membris tuis, in desiderijs illicitis, sed non regnat. Quomodo regnet, qui arma non habet? Pars tua, caro tua, concupiscentia, carnis tua languor rebellat aduersus te. Languor iste tyrannus est. Si vis te tyrannis esse victorem, Christum inuoca imperatorem. Nam scio quid mihi eras dicturus, vel quid apud teipsum modo dicas. Quisquis talis es & audis me, scio quid tibi intus loquatur iniquitas: adhuc enim sub iugo es iniquitatis, quando non agnoscis pretiū redemptionis. Scio quid tibi dicas, Ecce concupiscit caro mea aduersus Spiritum meum, concupiscit adulterii, sed non consentio, nō annuo, nō decerno, non solū nō ago, sed nec agere consentio. Non solū foris per carnē non perpetro, sed nec ipsa mente sequor rebellātem. Cōsentio repugnātī, cedo luctanti? Non facio. Ecce non dominatur mihi omnis iniquitas.*

§. 3. Nam

§. 4. Tam salubri ac necessariæ admonitioni virus suum aspergit hæreticus interpres. Baptismo renatos sic mori peccato, vt tamen non cesset in eis esse peccatum, imperare vero non debeat. Esse sed non imputari, ad pœnam trahere, hunc commentum perfectionis opponi quo Satan afflat hypocritas. Addit vero concupiscentiam non metaleptice aut origine aliter dici peccatum ... proprie.

Ubi regnat, non non abtemperatur

Responsio in renatis ita aboleri peccatum, vt id quod abolitum est, omnino cesset, manet tamen concupiscentia, & infirmitas ad resistendum, ex quo sequuntur & alia peccata post baptismum, & exhortationes ad repugnandum peccato. Non imperat peccatum cum illi vt dictum est, non consentitur. Porro Pareus obseruatione quarta, impie iterum peccatum regnans & non regnans definit. *Regnans est*, inquit, *omne peccatum in non renatis*. Falsum hoc est: Nam etiam non renati quædam peccata, quæ facere possunt, sollicite fugiunt. Scipio sponsam intactam restituit, Cato iracundiæ resistit, Socrates iratus vindicta abstinet. Non regnat peccatum, cum peccato resistitur.

In renatis, addit, *peccatum regnans, est error contra articulos fidei, aut conscientiam, excludens ex corde fiduciam remissionis peccatorum, & obnoxium faciens peccantem exitio æterno, nisi fiat remissio*. Nam monet in talia aliquando incidere renatos.

Renati peccantes fiunt iniusti.

Verissimum est. Hæc esse peccata regnantia, & in ea incidere aliquando renatos. Verùm cum illa commiserunt iusti esse ante pœnitentiam actam non possunt. Non potest esse iustus, qui articulos fidei non credit, qui Deum, & Christũ Dei Filium negat. Hoc si in renatos cadit, esse iusti indelebili sanctitate non possunt.

Quæ vero sunt peccata non regnantia? *Peccatum non regnans nominat Apostolus peccatum originale, defectus, inclinationes prauas, & multa peccata actualia, ignorantiæ, omissionis, aut infirmitatis. reliqua in renatis quandiu sunt in hac vita.*

Hæc ille: In renatis ergo sunt, non modo inclinationes, & exigua, sed etiam grandia facinora, qualia Dauid, Petrus, alii commiserunt, adulteria, homicidia, periuria, blasphemiæ. Verùm propter ea non amittunt gratiam, Spiritum sanctum, & salutem vt ille subdit. Cur vero non amittunt? *Quia illa agnoscunt, deplorant, & oderunt sancti, & illis repugnant, ne ruant in ea, neue in eis perseuerant, contra conscientiam: & petunt assiduo sibi ea remitti.*

Mira sanctitas Caluinistarum

Ambigua illa sunt, & tecta. Fac vt illa peccata sancti Caluinistæ, scortantur, adulterant, furantur, occidunt, calumniantur, sed propter ea non amittunt gratiam, Spiritum & salutem. Causa est, quia agnoscunt, se impie agere, & tamen contumaciter propositum persequuntur. Deinde deplorant sua scelera dum ea faciunt, oderunt etiam. Atqui fictæ sunt istæ & læto pectore expressæ lacrymæ, cum nihilo segnius peccata patrent, occidunt innocentem, torquent pauperem, vt pecuniam extorqueant, & dum gladium altè mergunt in viscera, dum miserum tendunt, laniant, vstulant, deplorant peccatum, quod faciunt. illi repugnant, orant vt Deus remittat, non perseuerant in eo contra conscientiam: sed carent prorsus conscientia, eo stoque statuunt sibi non imputari. Ne dæmonis quidem tanta est impudentia, vt ista proponere ausit. Quis enim ista faciens idcirco se impune facere præsumat, quod fide credat sibi esse remissa? sibi non imputari?

VERSVS 14.

Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia.

QVÆSTIO I.

Quid sit non esse sub lege, sed sub gratia?

§. 1. SEntentiam obscuram fecerunt difficiliorem interpretes. Origenes, *non esse sub lege membrorum*. Alii, *non esse sub Ceremoniali*. Alii, *non esse sub Politica*. Verùm hæc omitto, ad Sectariorum expositiones venio. Caluinus, *non esse nos sub lege, non esse obnoxios legi, quatenus perfectam exigit iustitiam, edicta morte omnibus, qui ab vlla parte declinant*. Illis porro verbis: *Sub gratia*, non imputationem peccati & sanctificationem complectitur. Lib. 3. Institu. ca. 19. *Non tamen, inquit, esse cur reformident, & animis deiiciantur tanquam Deum semper offensum habeant ob peccati reliquias, quando per gratiam à lege sunt manumissi, ne eius regula opera sua examinentur.* St. lib. 4. *Instit. cap. 15. num. 12. Quamdiu in hoc carcere corporis nostri clausi degimus, habitabunt in nobis reliquiæ peccati, sed si promissionem nobis in baptismo datam, de plena solidaque remissione tam pœnæ, quam culpæ fide tenemus, non dominabuntur nec regnabunt.*

Mens ergo Caluini est, peccatum non dominari nobis, non quod peccata non faciamus, sed quia legis seueritate liberati sumus, & manumissi, vt quamuis peccemus lege non teneamur. Pareus non esse nos sub lege, hoc est, sub maledictione, exactione primæ obedientiæ, coactione legis. Sine lege itaque peccatum esse mortuum, non imputari, non abundare. Hanc Hyperius, aliique Caluinistæ & vt Beza fatetur, plerique sequuntur. Inprimis Gualterus. Occurrit ergo; Peccatum vobis non dominabitur. Quasi diceret: Bono animo estote: nam quales, quales sitis, non tamen tantum poterit peccatum, vt vel vos subigat, vel ad mortem imputetur. Quia non estis sub lege, sed sub gratia. *Intelligit vocabulo gratiæ remissionem peccatorum, & Spiritum sanctificationis, & quod Pater nobis in Christo placatus est.*

Deprauatio Caluiniana.

§ 2. Tanta Scripturæ deprauatio textui, aliis locis sacrarum literarum, sanctis Patribus, bonis moribus, & ipsis hæreticorum interpretibus repugnat.

Præsenti quidem loco glossa impia aduersa est. Probat enim membra sistenda Deo, arma iustitiæ, non autem peccato. Nam peccatũ vobis non dominabitur, perinde ac si dicat Cæsar illis, quos exercitu suo ex hostium tyrannide eripuit, nolite vos tyranno deuictos sistere. Non est enim ille Dominus vester, sed ego; non estis sub illius imperio, sed mecum in gratiam redistis, & à me subsidium accepistis, quo hostilem impetum frangatis. Ita quoque Paulus hortatur, vt peccato quod Christus vicit, triumphauit, & fregit, fortiter resistamus, ... si non seruiamus: & rationé reddit; quia non sumus sub lege, sed sub gratia. Hoc est sub lege imperante duntaxat, & vires animumque ad facienda imperata non conferente, sed sub gratia, qua legé implere valeamus; Ea igitur gratia, ne in vanum acceperimus strenue vtendũ est. Gratia enim facit, vt peccato non consentiamus. Magna vis exhortationis Apostolicæ. Gratia Dei vos munit, & armat, si pugnare contra

Gratia facit vt legem seruare possimus.

hostem exarmatum & semineccm habeat, procliuis est victoria, nisi vestra ignauia excidere non potestis. Non estis sub lege, in qua vim suam peccatum exerit, sed sub gratia, qua opprimitur. Quod si more Caluiniano interpreteris, non erit ad virtutem exhortatio, sed ad desidiam, lasciuiamque inuitatio, Non estis sub lege, hoc est, quales quales eritis, peccatum vobis imputari non poterit: legis exactio, maledictio, coactio ad vos non pertinet. Alii legem seruent, vos manumissi dominam illam non agnoscitis

Legem alii seruent, rigidoq; fruantur honesto,
Vos legum immunes, qua libet ite via.

Non igitur textui ista conueniunt. Exhibete membra vestra Deo, non peccato, nam lege Dei non tenemini, etsi omnia peccata liberrime committatis, non poterunt vobis imputari. Repugnat & consequentibus, vbi docet vers. 16. eos esse seruos peccati ad mortem, si illi obediant, non igitur docere voluit, peccatum non imputari.

Innumera etiam sacrarum literarum loca docent, nos eo modo à maledicto legis, non esse liberatos, vt in legem committentes, ab ira Dei. & pœna simus immunes: Quæ idcirco nunc omitto, quia cap. 5. Matthæi aliisque locis idem demonstraui.

§ 3. Sancti Patres consensu ita nostram Catholicam expositionem tradunt, vt alterius ne meminerint quidem, nisi cum detestatione. Chrysostomus, οὐ γὰρ νόμος κελεύων μόνον, ἀλλὰ καὶ χάρις, ἣ καὶ τὰ πρότερα ἀφίησι, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἀσφαλιζομένη. *Non enim lex tantummodo imperans, sed & gratia, quæ & priora remittit, & ad futura munit, & securos facit.*

Augustinus de gratia & lib. arbitr. cap. 12. de Iudæis dicit: *Sub lege erant, non sub gratia: & ideo eis dominabatur peccatum à quo non fit homo liber lege, sed gratia. Propter quod alibi dicit, Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia: non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat vt legis quisque sit factor, sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor.*

Et clarius tractatu 3. in Ioannem. *Misit ergo filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Ecce ad hoc venit Christus vt eos qui sub lege erant redimeret, vt iam non simus sub lege, sed sub gratia. Quis ergo dedit legem? ille dedit legem, qui dedit & gratiam. Sed legem per seruum misit, cum gratia ipse descendit. Et vnde facti erant homines sub lege? Non implendo legem. Qui enim legem implet non est sub lege, sed cum lege. Qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premitur lege. Omnes itaque homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, vt ostendat peccata, non tollat. Lex ergo iubet, dator legis miseretur, in eo quod iubet lex. Conantes homines implere viribus suis, quod à lege præceptum est, ipsa sua temeritate & præcipiti præsumptione ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam suis viribus implere non poterant legem, facti rei sub lege implorauerunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit ægritudinem superbis. Ægritudo superborum facta est confessio humilium. Iam confitentur ægroti quia ægrotant, veniat medicus & sanet ægrotos.*

Et Sermone 12. in Ioannem, cum docuisset non dominari illis peccatum, qui non consentiunt, id fieri dicit per gratiam: reluctantem vero ita monet, vt sciat gratiam Dei esse quod facit. *Ita est, verum est. Gratias age si ita est, ei qui tibi donauit vt ita sit. Noli tibi hoc arrogare, ne perdas quod accepisti, & incipias frustra rogare. Non times, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ergo tu sic expressus, vt non dominetur tibi omnis iniquitas? Si vera est ista tua præsumptio, vana est nostra oratio, vbi dicimus Deo, non dominetur mihi omnis iniquitas. Cantasti verba ista hodie, an non? Hic eras quando omnes dicebamus, gressus meos dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas? Hic eras, cantasti verba ista, puto te non negaturum. Ergo cantasti in populo Dei. & rogasti Deum dicens: Gressus meos dirige secundum verbum tuum & non dominetur mihi omnis iniquitas. Si tibi hoc præstabas, quare meum rogabas? teneo peccantem, commilitonem laborantem: simul ergo audiamus dicentem, venite ad me omnes qui laboratis. Audiamus & veniamus. Quid est veniamus? Credendo proficiamus, gratias agendo accipiamus, perseuerando perueniamus, veniamus ad eum qui dicit: Venite ad me omnes qui laboratis. Et tu laboras, & ego laboro, illum audiamus, ad illum veniamus, inter nos quare litigamus? Ambo audiamus, quia ambo laboramus, quare inter nos litigamus? an vt medicum vocantem non audiamus? O infelix insipientia, ad se vocat medicus, & litibus occupatur ægrotus.*

Sic Græca Scholia. Ne nobis bellum quod cum peccato gerimus sit prætextus, imbecille nunc est peccatum, dominari non potest, nisi nos sponte illi succumbamus. Aggreditur quidem, sed non dominatur. Quomodo vero ante dominatum est huc vsque? Quia sub lege erant, quibus dominabatur lex, quæ quidem peccati actionem vetabat, non roborabat tamen vt vinci, & in potestatem redigi posset peccatum; nos vero sub gratia sumus, quæ postquam consultata & decreta sunt, quæ oportet, etiam roborat, & ad efficienda illa cooperatur. Adhortationem ait Photius ad hoc institutam, ne segnes efficiamur, sed habeamus gratiam τὴν φρουροῦσαν, *custodientem*, & quasi præsidio munientem.

Theodoretus in hunc locum. *Non amplius, inquit, natura sola luctatur, sed opem ferentem habet gratiam spiritus. Hoc enim subiunxit. Non enim sub lege estis sed sub gratia. Docet enim quod ante gratiam lex solum docebat quid esset agendum: iis autem quibus ipsa imponebatur, nullum penitus auxilium afferebat. Gratia autem præter legis impositionem, præbet etiam auxilium, & propterea lege est perfectior, quæ fit à gratia legis latio, vtpote cum auxilium soluet difficultatem. Deinde rursus soluit occurrentem dubitationem. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Propter eos qui sunt contentiosiores & reprehendendi cupidiores, hanc obiectionem posuit, & primum quidem negauit, rei absurditatem ostendens, & dixit, absit.*

Ex his etiam apparet falsum esse quod fingit Pareus lib. 1. cap. 1. de gratia & libero arbitrio, gratiam hoc loco non posse vllo colore habitum inhærentem significare, cum omnes interpretentur de dono, quo animus ad mandata perficienda roboratur.

§. 4. Quanta vero flagitia morum, quanta peccandi non modo impudentia, sed etiam iactantia consequatur, si negemus nos esse sub lege, hoc est, vel maledictionem legis timere, vel iram peccantibus imminere non putemus, plus satis iam dudum hæreseon tristissima facta docuerunt: non Libertinorum modo, & Antinomorum, sed etiam Caluinianorum. Antinomi quidem legem, legisque pœnam ab Ecclesia, & concionibus remouerunt, in curiam & tribunalia reiecerunt, petulantissime illi quidem, sed tamen scitis & opinionibus consentaneè. Quid enim legem occinant illis, qui sub lege non sunt?

§. 5. Quam-

§. 5. Quamuis autem plerique sectariorum aliter interpretentur, tamen Beza non est veritus recedere a suorum plerisque. *Putant igitur*, inquit, *plerique sub lege non esse, idem declarare, atque legis maledictioni non esse obnoxium, cum Christus factus sit maledictio pro nobis: sed hoc certo pertinet ad peccatorum remissionem: Hic vero agitur de mortificatione peccati, & iustitia in nobis per Christum Spiritum inchoatâ, neque spectatur dominatio peccati, quatenus imputatur, vel non imputatur, sed quatenus viget, vel non viget in nobis, itaq; alij explicare malunt. Sub lege non estis, sed sub gratia, id est, non iam estis ea conditione, qua olim, cum vos lex reos faceret, iubendo, non adiuuando, vt explicat Augustinus.* Hanc vero sententiam, *vt simplicissimam, & maxime accommodatam amplector.* Hoe etiam olim Bullingerus docuit. *Quandoquidem*, inquit, *amplius non sumus sub lege, sed sub gratia. Hoc est fide in Dominum IESVM percepta, tales post hac non sumus, quales eramus, cum in lege, id est, pristina vita ageremus: nunc enim noui homines facti omnia possumus per eum, qui nos spiritu confortat, & in hanc vocauit gratiam. Nam sub lege esse nihil aliud est, quam eam vitam agere, quam agunt, qui adhuc sub lege sunt, pauidi, attoniti, viribus suis innitentes, interim nihil agentes. Vel sub lege esse, est sub peccati dominio esse, vt lex accipiatur pro peccato, quod lege indicante cognoscitur. Contrà, sub gratia esse, est à peccato liberatum & nouum hominem factum esse, auxilium Dei sentire, & à Spiritu sancto regi. Quasi expenderent quidam homines nequam, non dicerent: Ego huic peccato resistere non possum. Hoc autem ipso produnt se nullam habere fidem. Quotquot enim sub gratia sumus fideles, omnia possumus, equidem non nostra virtute, sed per Spiritum sanctum, qui operatur in credentibus omnia bona.* Hinc ex Augustino probat neminem nisi per Christum libero vti arbitrio. Citat eundem Magistrum Epistolâ ad Concilium Mileuitanum. Eodem etiam modo hunc in locum Oecolampadius. *Quamdiu vel inuiti, vel in hominum gratiam, vel metus aut præmij respectu facimus ea, quæ in lege sunt præcepta, semper adhuc sub lege sumus, & nos reos agere, & damnare lex poterit. Quando autem scientes nos per Christum reconciliatos Patri, alacriter & sponte facimus ea, quæ lex præcipit, etiam facturi, si nulla lex esset posita, sub gratia sumus & hæc est lex, quam Spiritus sanctus in cordibus hominum scribit.* Hæc idcirco copiosius ex primoribus sectariorum describenda fuerunt, vt lector agnoscat, cur posteri nouam interpretationem adinuenerint. Nulla enim alia causa fuit, nisi vt lege se liberos, & scelera impune committere posse præsumerent. Insuper etiam legem factu impossibilem esse defendere valerent. Quod contra Bezæ, Bullingeri, Oecolampadij interpretationem esse nemo non videt.

Primi sectarij posterioribus repugnant.

VERSVS 15.

Quid ergo peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

QVAESTIO I.

Quorum & qualis est ista obiectio?

§. 1. CAuillum est impiorum & hodie Libertinorum, Dauidistarum, Carpocratianorum non esse se sub lege, sed pro arbitrio suis concupiscentijs posse indulgere, Reges qua libet eant vià. Esse sub gratia non posse damnari hos Beza refutat, at non serio, nam eos ex ipso sua mutuatos ostendit Bellarminus, abominatur obiectionis fœditatem Apostolus, absit, inquit, vt quia gratia Dominus inuitat, vultque sibi amore seruiri, nos ideo peccemus.

Hinc Caluinus suam expositionem qua præcedentem versum deprauauit stabilire conatur. Si enim sensus Pauli est, non estis sub lege vetante & iubente, gratiam autem non dante, sed sub gratia auxiliante, vt interpretatur Augustinus, non erat secutura hæc obiectio impiorum, non enim sequitur: sumus sub gratia auxiliante, non lege, gratiæ exorte: ergo peccabimus, sed exempti sumus à lege: ergo peccabimus.

Respondeo. Caluinum à Beza diserte & solide refutari. *Nascitur*, inquit, *hæc obiectio ex eo, quod ambiguum erat dicendi genus ab Apostolo vsurpatum. Ideo sequente capite copiose ab ipso explicabitur.* Nam apud impios, (cuiusmodi sunt hodie Libertini, Dauidistæ, & cœteri Carpocratianorum successores) *sub lege non esse, significat pro arbitrio quidui audere: sub gratia autem esse, non posse damnari.* Hæc Beza. Pareus non esse sub lege, non esse obedientiâ, sed minis legis exemptum esse. Non quæro an suis dogmatis consequenter ista proferant, certo constat cauillum Caluini illo responso explodi, & veritatem confirmari. Quia enim futuri erant Caluinus, & alij, qui alio verba ista raperent, ideo diserte exponit, quid sit non esse sub lege: nempe nouum esse, Spiritu Dei regi, in legem non committere, non debere legi. Augustinus dicit: cum lege, non sub lege pios esse.

§. 2. *Pareus ait Apostolum refutare calumniam Sophistarum, qui doctrinam Euangelij, sua exosam reddere solent, quod sceleribus fenestram aperiant. Respondeo. Nemo quidem nisi Sophista & impudens de doctrina Euangelij hoc vnquam dixerit, ea enim sancta est, monet, hortatur, promittit, minatur, de doctrina Caluinisticâ id viri sancti, illorum scripta & mores testantur, & hoc loco Caluini interpretatio, & Libertini Caluinistarum primogenita soboles. Nam quid est opera eorum non ad regulam legis examinari, nisi non damnari si regula non conueniant, nec placere, si ad eam directa sint?*

Inanis vero querela est; Nam negant lege se cogi, negant ad se pertinere minas, etiam si scortentur, furentur, occidant, manere sanctos ea causa, quod non sint sub lege, opera sua non posse à lege damnari. Legem seruare gratitudinis causa, si negligant sibi non imputari. Hoc non est fenestram aperire sceleribus:

Caluinistæ sceleribus campos aperiunt.

Sed totam scelerare domum: tum lege soluta,
Crimina vastam grassare impunia campis.

Cum enim videamus inter eos qui se lege solutos esse arbitrantur, qui maledictionem, & minas eius ad se pertinere negant, quotidiana, & immania facinora sine metu volitare, non licet dubitare hunc esse tam perniciosæ doctrinæ acerbum fructum.

§. 3. Pergit etiam sibi contradicere Pareus. *Perstringit simul hypocritarum vesaniam, quæ prætextu gratiæ licentiam carnis venantur.* Respondeo, verum sanè, & illud quod sequitur verissimum, sed ab immemori mendaciorum suorum, Quid enim hi aliud agunt, quam quod semel à barathro maledictionis extracti & liberati in idem malitiosè seipsos præcipitant? Mihi aliud nihil eos agere certum est, & tibi alia omnia potius agere dicendum est. Si enim semel liberati, πληροφορίαν suam retinent, non ergo malitiosè se præcipitant, nam nec præcipitare quidem possunt, minus ergo malitiose, imo πληροφορία sua certissima persuasum habent, sed

non malitiosè eam licentiam venari sed ex infirmitate carnis, ne fidem perdant.

Si in illa licentia solos hypocritas versari dicerent, leuius ferri possent, at nunc sanctissimos suos, & electos, quales quales sunt, certos esse iubent, non posse tantum valere peccatum, vt ipsos damnet. Quod sub lege non sint, sine qua peccatum mortuum sit. Addo etiam non modo legis abrogatione illos licentiam firmare suam, sed etiam fato stoico, dum in Deum omnia referunt, vt Nicolaus Greuinchouius mollior Caluinista, *in abstersione calumniarum Adriani Smoutij demonstrat. Deinde,* inquit, *Oedypum induit multa timentem ac tergiuersantem fato, ac tandem interrogat pathetice: Est ne illud securum esse, an vero sollicitum? omnium scelerum, ac vitiorum habenas laxare, an vero inhibere, adigere, & constringere? Carnem sinere ad pessima quaque proruere, an vero frenare, &c. Parum abest, quin nobis Oedypum Dei Spiritu renatum sistas, saltem non paulò plus renatum ijs qui propensi ad omne malum, nullum obseruant mandatum Dei, &c. At iu te hic iterum nimis inconsideratum prodis: Neque enim id nunc agimus, vt Stoici, vosque adeo ipsi virtutis & vitij, salutis & damnationis aeque securi, ad pessima quaeque proruatis: dixi (nec tu id ignoras: sed quia dissimulas, repetam) diuinæ religionis semen eas in quorundam animis radices egisse, quas Satan istis suis pedibus non extirpare non potuit: addidi, quosdam incogitantia, alios iudicij imbecillitate, alios desultoria quadam ingenij facilitate, quidquid susque deque habere, nec vllius decreti considerationem in hanc vel illam partem commoueri: Ergo Oedypus, sua temeat, fugiat fata, Iocasta errorù à se dira supplicia exigat, quid tum? Non illud, sed hoc queritur: An si Oedypus, si Iocasta, non desperantis aut furijs agitatis in mortem abrepti, sed integra mente ac iudicio constanti fatum expendissent; suum, (fatum inquam ipsum Deum, causasque insuper, siue influentias quasque necessitant, quod in vtrumque Stoicos somniasse somnias) vnquam eo adduci potuisse, vt frustra, precando, sperando, metuendo, cauendo, declinarent ineuitabile fatum? Aut sceleris patrati vitium in semetipsos exercerent?*

Abrogationem legis fato flecto sanciunt.

Et cuique ratus, prece non vlla mobilis ordo.

VERSVS 16.

Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?

QVAESTIO I.

Quomodo deinde à peccato deterrit?

§. 1. CHrysostomus à rei indignitate, & turpitudine Paulum deterrere nos à peccato notauit. οὔπω λέγω τὴν γέενναν φησὶν, ἀλλὰ τὴν πολλὴν αἰσχύνην ἐκείνην, ἣν ἐν τούτοις ὑπομένετε, ὅταν δοῦλοι γίνησθε, καὶ ἑκόντες, δοῦλοι, καὶ ἁμαρτίας δοῦλοι, καὶ ἐπὶ τοιούτῳ μισθῷ, ὥστε πάλιν ἀποθανεῖν. Nondum, inquit, de gehenna disputo, nec de vehementi illo supplicio: sed de præsenti probro ac turpitudine, quum vos serui efficimini, & serui voluntarij & serui peccati: & quidem tali cum mercede, vt moriendum vobis rursus sit.

Credebant pœnas istas etiam multi gentiles, plerique ridebant. Paulus suos non tam pœnæ timore, quam ipsa scelerum turpitudine à peccando deterret. Plato in Phædone Cocytum & cætera supplicia inferorum agnoscit. Cuius auctoritate etiam Arnobij lib. 2. vtitur, & habet Euseb. lib. 13. cap. 7. historiæ.

§. 2. Inuictum in hac sententia argumentum est contra sectarios. Cui obediunt eius serui sunt, si peccato obediunt, peccati mancipia dicenda sunt, si verò Deo, serui Dei sunt ad iustitiam. Non ergo à lege exempti sunt, vt obedire non debeant ad iustitiam, & si id non faciant, immunes sint à pœna. Qui furatur, occidit, blasphemat seruus est eius cui obedit, at qui illa facit, non obedit Deo, non igitur Dei seruus est.

VERSVS 17.

Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in quam traditi estis.

QVÆSTIO I.

In quam formam traditi sunt?

§. 1. GRatias autem Deo, χάρις τῷ θεῷ. Leue est, quod monet Erasmus, *gratia Deo*, dicendum esse, nam consuetudo loquendi Latinis ea est, quam sequitur interpres noster. *Fuistis serui.* Faber *Quod cum fuistis serui*; Græce est ὅτι ἦτε δοῦλοι. Idem est in Græco qui in Latino, Hebraismus, quem noster retinuit. *In quam traditi estis.* Bezæ esse hanc locutionem ἀντίστροφον ὑπάρχειν. Verum S. Basilius doctrinam esse typum, seu exemplar & formam quæ nos finxit, vt ex χωνευτηρίῳ sit sumptum exemplum, hinc Erasmus & Caluinus non recte verterunt *Traducti.* In quam traditi estis. Faber: *Quæ nobis tradita est*, clare, sed nec recte hinc mutat phrasin Paulinam, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, Syrus, *cui traditi estis.* 2. Emphasin habet traditi estis in eam formam doctrinæ, vt ostendat nõ ita traditã vt philosophiæ aut aliæ artium eruditiones nobis traduntur vt sequamor, aut sciamus sed nos in eam traditos, iam doctrinæ illi deuotos iuratos, in verba cœlestis Magistri, vt reuerentiã illi habeamus. Non n. tã noster est, quam nos illius sumus 3. Vt sciamus hic locum non habere, philosophari mediocriter, toti enim traditi sumus in hanc doctrinam quam solam & vnicam summis viribus tueri debemus. 4. Ostendit à Deo nos in eum deductos non tam auditione externa in tantam peruenisse dignitatem, quam vnctione interna. 5. Origenes etiam ingeniose aduertit, cur dixerit formam doctrinæ in quam traditi estis. Requirendum puto ait quomodo vnusquisque tradatur, meminimus itaque quod eos qui non probant Deum habere in notitia, tradat Deus secundum desideria cordis eorum in immunditiam, & sic qui semetipsos exhibent seruos per obedientiam iustitiæ. Deus tradit vt instruantur & imbuantur secundum formam iustitiæ doctrinæ.

Tradi in formam doctrinæ formæ

§. 2. Typus ergo seu forma doctrinæ, est Euangelium, scriptis & concionibus Apostolicis traditum, quæ etiam ὑποτύπωσις sanorum sermonum voca-

vocatur. In ea forma manet, quemcunque nulla vitia deforment, ille vere imperat, quod regis similitudine pulchra Chrysostomus exponit. Forma autem dicitur, quod de sectis etiam Philosophorum ea esset locutio vsitata. Arnobius de vocibus agens formatura vocat. Et Lucretius libro quarto.

Mobilis articulat verborum dædala lingua.
Et: Formaturamq; labrorum pro parte figurat.
Et deinde.
Seruat enim formaturam, seruatq; figuram.

Hic morum est formatura, & figura recti, quæ ex solo Euangelio discitur, quæ animos ex vase impuro, in vas sincerum, honoratumque commutat.

VERSVS 18. 19.

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ.

QVÆSTIO I.

Quomodo facti serui iustitiæ?

§. 1. Finem cur liberati sint à peccato, non vt legis pœna soluti liberè & impune per flagitia voluantur, sed vt serui sint iustitiæ, sedulo Deo seruiant, in sanctitate & iustitia coram ipso, cui seruire regnare est. Paulus autem in tropo perseuerat, vt dicat ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ, *in seruitutem mancipati estis iustitiæ.* Domina vestra & regina est iustitia, illa vos manu cepit. Syrus לבאגות אשתעבדתון Quasi dicat: *Vos ipsi fecistis vos seruire iustitiæ.* Non quod suis viribus aut arbitrio subiecerint se iustitiæ, sed quod sponte, adiutrice gratia se in seruitutem dederint, & iustitiæ se subiecerint. In Græco clarius apparet antithesis. ἐλευθερωθέντες, *in libertatem asserti*, & ἐδουλώθητε, in seruitutem mancipati. Insigni similitudine sanctus Chrysostomus exposuit magnitudinem tanti beneficij, perinde ac si quis miserum è durissima seruitute ereptum, opibus ditaret, seque eius curatorem, constitueret. Serui iustitiæ.

§. 2. Caluino visum est hinc liberum arbitrium, & præparationes ad iustitiam oppugnare. *Quæ ergo, inquit, erunt præparationes ex virtute liberi arbitrij, si principium boni est, ab ista manumißione, quam sola Dei gratia peragit?*

Responsio. Principium boni est à gratia, sed mouente arbitrium. Seruum peccati à tam crudeli Domino non liberat, nisi volentem, vt autem liberari velit, gratia facit. Deus est qui præparat liberum arbitrium, vt liberari desideret: Deus est, qui voluntatem ad libertatem serio suspirantem adiuuat, vt homo seruitio exeat, vt iterum sese iustitiæ subijciat non inuitus, sed sponte, & alacri voto. Hæ sunt igitur præparationes ad iustitiam, hæc subiectio vt seruiant iustitiæ, gratiâ Dei hominem præueniente, ducente, perficiente. Hinc igitur præparatio, & arbitrij libertas comprobatur, non enim nisi volentes iustitiæ seruiunt, non volunt autem nisi quos ita gratia Dei mutauit, vt ex nolentibus fierent volentes. Vera est doctrina Augustini lib. de gratia & libero arbitrio capite decimo quinto. *Gratia vero Dei semper est bona, & per hanc fit, vt sit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Per hanc etiam fit vt ipsa bona voluntas, quæ iam esse cœpit, augeatur & tam magna fiat vt poßit implere diuina mandata quæ voluerit, cum valde perfecteque voluerit. Ad hoc enim valet, quod scriptum est. Si volueris, conseruabis mandata: vt homo qui voluerit & non potuerit, nondum se plene velle cognoscat, & oret vt habeat tantam voluntatem quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe adiuuatur, vt faciat quod iubetur: Tunc enim vtile est velle, cum poßumus, & tunc vtile est posse cum volumus: nam quid prodest, si quod non poßumus, volumus, aut si quod poßumus, nolumus?*

Et capite decimo sexto. Voluntatem præparari dicit. *Certum est enim nos mandata seruare, si volumus, sed quia præparatur voluntas à Deo, ab illo petendum est vt tantum velimus, quantum sufficit vt volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit vt velimus bonum, de quo dictum est quod paulò ante posui, quod præparatur voluntas à Deo, de quo dictum est: A Domino greßus hominis dirigentur & viam eius volet, de quo dictum est: Deus qui operatur in vobis & velle & operari. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus, præbendo vires efficacißimas voluntati qui dixit, faciam vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis. Cum dicit faciam vt faciatis, quid aliud dicit, nisi auferam à vobis cor lapideum vnde non faciebatis, & dabo cor carneum vnde faciatis? Et hoc quid est, nisi auferam cor durum, vnde non faciebatis & dabo cor obediens, vnde faciatis. Ille facit vt faciamus, cui dicit homo. Pone Domine custodiam ori meo: quod beneficium Dei iam fuerat consecutum qui dixit, posui ori meo custodiam.*

§. 3. Tantum vero abest vt Caluinismo locus ille faueat, vt potius duo eius axiomata tollat. Nam iustitia hoc loco non est imputatio, sed vera iustitia, cui seruiunt, non enim seruiunt imputationi, sed veræ iustitiæ, ideoque vere, non imputatiue solum iusti sunt: Quocirca & Oecolampadius hoc loco monet: medium non esse, opus esse, vt vel bonus sit, vel malus. Frigidus vel calidus; tepidos enim euomit Deus: quæ ad veram inhærentem iustitiam pertinent, & sanctitatem, vt etiam concedit Bullingerus. Iustitia imputata nō seruitur.

Alterum axioma eorum est, solutos se à lege, non exigi ab illis legem exactè, Apostolus reijcit. Non est enim seruus iustitiæ, nisi qui legem seruat. Si rapiat, furetur, cædem faciat, seruus est iniquitatis, non iustitiæ. Nam quid agendum sit seruis iustitiæ versu decimo nono, exponit. *Humanum dico. Propter infirmitatem carnis vestra, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra iustitiæ in sanctificationem; Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitia.*

Syrus sicut inter homines loquor, vtor exemplo è medio sumpto. Propter infirmitatem carnis vestræ, nam alias maiora exigenda. *Iniquitati ad iniquitatem.* Syrus *ad seruiendũ immunditia & iniquitati.* Græcus τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ seu ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, sine dubio fœditatem, quam quis sine alterius iniuria per ἀκαθαρσίαν patrat, deinde tamen & hanc & omnia in aliorum iniuriam redondasse ostendit, in aliam atq; aliam iniquitatem. Perijt olim Baruch 4. Deus, *sicut fuit sensus vester vt erraretis à Domino decies tantum conuertentes requiretis eum*, non tam graue est hoc præceptum, iussit vt mortui, peccato crucifixi, sepulti, iterũ ne peccẽt, si gratia hæc, saltẽ, nũc ea alacritate seruite iustitiæ ad sanctificationem qua ante fœdissimam seruitutem. Augustinus

Epist.

Epist. ad Anastasium. *Quemadmodum vos ad peccandum nullus cogebat timor, sed ipsius libido voluptasque peccandi, sic ad iuste viuendum non supplicij metus vrgeat, sed ducat delectatio charitasque iustitiæ.* Videatur Gregorius in 29. Iob. Beda de vita solitaria. Quod quidem constat, eum mitigare velle, quod dixerat, ἐδουλώθητε, verum enim est, eum seruum se dicat, & ante dixerit: *seruus iustitiæ.* Conuincitur ergo hinc improbum dogma de impossibilitate legis; nam inquit nihil supra vires postulo, exhibere membra, hoc Deo satis erit hoc placebit. Ne obijcerent impossibile esse, humanum dicit. Reticentia comparationem omittit, si tanto ardore diabolo perdituro, scelenbus pudendis seruistis, quanto maiore Domino Saluatoro iustitiæ, sanctificationi seruiendum est?

Nihil grave imperat.

Ad eundem modum exponit & Theodoretus. *Per hac quoque ostendit non esse corpus accusandum, sed quæ id male ducit, mentem. Nihil autem à nobis quod non præstare possit exigit, sed vt quæ peccato exhibuimus ea sola iustitiæ præbeamus. At qui illi quidem iniusta iubenti paruimus, huic autem si pareamus, id nobis conciliabit sanctificationem.*

Consentiunt etiam nonnulli hæreticorum, vt Gualterus, qui suos errores propria explicatione conuellunt.

§. 4. Quod vero Gualterus consequi arbitratur, non doceri à Paulo mysteria ἀῤῥητα, nec opus esse imaginibus, qui Laicorum sint libri, ad rem non pertinet. Mysterijs plenas esse Pauli Epistolas qui nescit, nec Paulum intelligit, nec Petro credit, nec obstat, quod humano aliquando exemplo vtatur, & communi sermone. Quid vero hoc ad imagines? An non etiam res faciles, & quæ in sensus incurrunt memoriæ fidelius & firmius infigimus, dum per externas species oculis, non auribus duntaxat haurimus. Quin Beza in Colloquio Mompelgartensi, aperte fatetur, Deum in veteri testamento per imagines docuisse. Constituit autem Dominus hos duos Cherubim circa arcam, & propitiatorium: quoniam hæc typus Christi erant, quem repræsentabant: quibus significare voluit Christo homini Angelos seruituros, in quem desiderant inspicere: vt omnes intelligerent, quanti venturus Messias faciendus esset. Quod si igitur Deus, imagines Angelicas voluit esse Christi typos, docere ergo per illas voluit, nam figura rei significandæ causa proponitur: si significare voluit Angelos Christo seruituros, imaginibus ergo Christi diuinitatem indicabant, & humanitatem. Ideo enim id fecit, vt intelligerent, quanti faciendus esset Messias, at qui imagines ponit, vt hoc discant homines, ille certo per imagines docet. Cur non igitur & nos imaginibus Christum repræsentare possumus?

Per imagines doceri possunt fideles.

VERSVS 20.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

QVAESTIO I.

Quid sit liberos esse iustitia?

§. 1. GRæcè dicitur. ἐλεύθεροι τῇ δικαιοσύνῃ. Syrus etiam dandi casu vtitur. Sensus est, cum peccato seruiretis à iustitia eratis alieni, non erat illa vobis domina [illegible] patebaris, sed eam v[illegible] Chrysostomus: ὥστε μηδὲ [illegible] ἐλεύθεροι, οὐχ [illegible] αὐτῇ, ἀλλ' [illegible]. *Vt nihil vnquam boni faceretis, boni [illegible] liberi, non subiecti illi, sed abalienati omnino.* Non eo referendum est illud Chrysostomi effatum, quasi omnia iniustorum opera sint peccata, sed quod pene omnia, & nullum sit bonum, nullum Deo placens, quandoquidem ab hoste proficiscitur, & gratiæ decor quo solum bona vere sunt, quæcunque bona sunt, abest.

Alienum a [illegible] bonis operantur.

§. 2. Beza liberum arbitrium hinc impugnare frustra molitur. Miror qua tandem fronte, inquit, audeant sophistæ suum liberum arbitrium tueri, liberum sanè iustitiæ, seruum autem peccati, vt illis toties exprobrat Augustinus.

Responsio. Mirum sanè, sed non nouum Bezæ dura se fronte Paulo opponere. Paulus pronunciat liberos iustitiæ, libera scilicet voluntate. Erant quidem obligati iustitiæ, sed excusso iugo, teneri nolebant.

Erant liberi ad peccandum, & liberi per gratiam Dei, quæ offerebatur ad resipiscendum. Pareus Augustinum citat libro primo, capite secundo, contra duas Epistol. Iuliani, dicitque eum probare, facultatem libere volendi & peccandi esse in renatis. Verba Augustini sunt. *Liberum autem arbitrium defendendo præcipitant, vt de illo potius ad faciendam iustitiam quam de Domini adiutorio confidatur, atque vt in se quisque, non in Domino glorietur.*

Nec vero in malum tantum est liberum arbitrium, sed etiam in bonum ex gratia Saluatoris, & in quædam bona moralia rectitudine rationis, vt Aristotel. libro secundo, capite decimo tertio, Ethic. ὀρθὸς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα προτρέπει ὁ λόγος. *Recta enim ratio ad optima quæque ducit.* Docet hoc Augustinus, quem homo nequam odio veritatis Sophistis accenset. Ita ille Epistola 47. *Fides sanè Catholica neque liberum arbitrium negat, siue in vitam malam siue in vitam bonam, neque tum ei tribuit vt sine gratia Dei valeat aliquid. Idem de peccatorum merit. & rem. libro secundo, de correptione & gratia. capite primo, de gratia 47. de gratia & libero arbitr. cap. 4. hæreticis ergo exprobrat vrgentibus, non illis quos mendaciter Sophistas dicit.*

Liberum arbitrium.

Idem docet Ambrosius libro decimo, Epistol. 84. *An forte verendum est, ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur Deus, ad ipsum dicimus esse referendum. Quod nequaquam esse consequens veritatis ostenditur. Operante enim Spiritu Dei nuatur arbitrium, non aufertur, & hoc agit gratia vt voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circumsepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis sed per opem miserentis medici curata reualescat, & gaudeat se non interrogantem edoctam, & non quærentem esse quæsitam.*

Et libro primo, capite secundo, de Iacob, & vita beata. *Non seruili ad obediendum constringimur necessitate, sed voluntate arbitra siue ad virtutem propendemus siue ad culpam inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorem trahit aut voluntas reuocat rationem secuta.*

Cur ergo Augustino & Ambrosio exprobrat, quod liberum tueantur arbitrium, ac proinde conuitio Sophistarum infamat.

VERSVS 21. 22. 23.

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.

Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei vita æterna in Christo IESV Domino nostro.

QVÆSTIO I.

Quis fructus est finis tam bona, quam malæ vitæ?

§.1. DVo mala proponit improbæ vitæ. Ipsam turpitudinem flagitiorum, & quia illâ pauci mouentur, grauiam atrociorem mortem subiicit. Ch ysostomus: ἱκανὴ ἡ αἰσχύνη ... *Et quia ipsa turpitudo non admodum grauis videtur, ad id quod omnino horribile est, progreditur, mortem dico.* Clemens lib. 1 q. atro, strum. Aliter interpungit. *Quem fructum tunc habuistis? In quibus nunc erubescitis?* Verum incommoda est illa lectio, nec nisi coactè sic Græca verba construit possunt. Syrus admodum dilucide expressit. *Quem fructum tunc habuistis ex eo, cuius nunc vos pudet?*

§.2. Verso 23. Fines illos duos probat. Nam Stipendium peccati mors est, gratia autem Dei vita æterna. Quia reges & tyrannos fecerat, nunc nulli bus stipendia constituunt, nam tyrannorum prop um, ministros suorum scelerum tandem è medio tollere vti Chæreas apud Tacitum queritur stipendia ὀψώνιον, merces. Erasmus, auctoramentum, ita vero appellat ὀψώνιον. stipendia. Luc. 3. *Estote contenti stipendijs vestris.* 1. Corinth. 9. *Quis militat suis stipendijs vnquam,* idque Valla libro 4. Elegantiarum. Huic sanè loco auctoramentum non conuenit. Nam eo obligatur aut miles, aut gladiator sed mors non est auctoramentum; non enim est id, quod nos obliget, sed potius stipendium, seu merces quam datur ut est, potius voluptas, aut similia sunt auctoramẽ a peccati, eo modo quo dixit Seneca: *Nullum malum esse sine auctoramento,* nam semper boni quippiam prætendit vt d. cip at. Gregor. Nazianz. contra Iulianum definit ὀψώνια τὰ σιτηρέσια καὶ τὰς ὑπερχύσεις ... *Opsonium, cibaria, & quæ sunt ex lege denatina.* Mors igitur non est natu æ, sed peccati pœna. Absque peccato enim fuisset, immortalitate donati essemus.

§.3. Quod hinc concludunt aduersarij. Omne peccatum esse mortale, etiamsi minimum sit, etiam si motio sit indeliberata, quoniam peccati stipendi m sit mors, eos satis refutaui libro quarto, capite nono, de amissione gratiæ & statu peccati, quo lectorem remitto. Non enim de omni peccato loquitur Apostolus, sed quo à Deo desciscimus, & reddimur inimici. Aduersarij quoque hoc loco excipiunt, suo um electorum quam uis atrocia scelera.

§.4. Fructus vitæ integræ est ἁγιασμὸς sanctificatio, seu sanctimonia, quæ opponitur pudori, & vita æterna, quæ morti oppon tur. Proprie autem ἁγιασμὸς contrarius est τῷ μιασμῷ contaminationi, & sic ἀκαθαρσία inquit ti. Sic 2. Corinth. 7. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem.* Sic & 1. Cor. 6.

QVÆSTIO II.

An vita æterna ita sit gratia vt nullo modo sit stipendium?

§.1. VItam æternam sic esse χάρισμα gratiam Dei, contendunt sectarij. vt stipendium, mercedem, compensationem negent. Ideo enim Apostolum disertè illa separasse. Vt mortem diceret stipendium pecc. ti, vitam æternam vero non stipendium; sed gratiam Dei in Christo IESV Domino nostro. Caluinus, Beza, Pareus, & plerique.

Responsio. Tota vis loco est, quod Apostolus vitam æternam vocet gratiam Dei, non autem stipendium, quamuis stipendi m esse non neget. Alibi sa è merce dem appellat. Lossius etiam hæreticus hoc loco compensationem esse refert. Tota igitur quæstio in hoc cardine versatur, vt ostendatur: an id quod gratia est, possit etiam esse merces seu stipendium. Augustinus de gratia & libero arbitrio cap te octauo, & nono clarissime quæstionem decid t, rationemque reddit cur, cum diceret posset, stipendium iustitiæ vita æterna, id non dixerit, sed gratia vita æterna.

Nascitur, inquit, inde non parua quæstio, quæ Domino donante soluenda est. Si enim vita æterna bonis operibus redditur, sicut apertissime dicit Scriptura. Quoniam Deus reddet vnicuique secundum opera eius: quomodo gratia est vita æterna cum gratia non operibus reddatur, sed gratis detur, ipso Apostolo dicente, ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum meritum. Et iterum, Reliquiæ. inquit, per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Et mox addidit, si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo est ergo gratia vita æterna quæ ex operibus sumitur? An forte vitam æternam non dixit Apostolus gratiam? Imo vero sic dixit, vt negari omnino non possit, nec intellectorem acutum, sed tantummodo intentum desiderat auditorem. Cum enim dixisset, stipendium peccati mors: continuo subdidit, Gratia autem Dei vita æterna in Christo IESV Domino nostro. Ista ergo quæstio nullo modo mihi videtur posse dissolui, nisi intelligamus & ipsa bona opera nostra quibus æterna redditur vita, ad Dei gratiam pertinere: propter illud quod ait Dominus IESVS sine me nihil potestis facere. Et ipse Apostolus cum dixisset, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis. sed Dei donum est. non ex operibus ne forte quis extollatur: vidit vtique putare posse homines hoc ita dictum, quasi necessaria non sint opera bona credentibus, sed eis fides sola sufficiat: & rursus posse homines de bonis operibus extolli, velut ad ea facienda sibi sufficiant. Mox itaque addidit, ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo IESV in operibus bonis? Quomodo ergo non ex operibus, ne forte quis extollatur, sed audi & intellige non ex operibus dictum. Tanquam tua ex temetipso tibi existentibus,

Pæna pudicitiæ. Stipendia mali. Vita æterna non negatur esse stipendium. Vita æterna gratia & merces.

tibus, sed tanquam his in quibus te Deus finxit, id est formauit & creauit. Hoc enim ait, Ipsius sumus figmentum, creati in Christo IESV, in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti sumus, sed ea de qua ille dicebat, qui vtique iam homo erat, cor mundum crea in me Deus. Et de qua dicit Apostolus: si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transierunt: Ecce facta sunt noua, omnia autem ex Deo. Fingimur ergo, id est, formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, sed præparauit Deus vt in illis ambulemus. Itaque charissimi, vita bona nostra nihil aliud est quam Dei gratia: sine dubio & vita æterna quæ bonæ vitæ redditur, Dei gratia est: & ipsa enim gratis datur, quia gratis data est illa cui datur. Sed illa cui datur, tantummodo gratia est: hæc autem quæ illi datur quoniam præmium eius est; gratia pro gratia, tanquam merces pro iustitia, vt verum sit quoniam verum est quia reddet vnicuique Deus secundum opera eius.

Ideo igitur gratia est, quia datur iustitiæ quæ data est ex gratia, seu merces ex gratia.

§. 2. Pareus tamen negat rectè posse dici propriè stipendium, quoniam ex debito datur stipendium, non ex gratia. Probat ex Augustini Enchiridio c. 107. At Augustinus non aliud quam nos, illo loco docet. *Vnde & ipsam vitam æternam (quæ certa merces est operum bonorum.) gratiam Dei appellat Apostolus. Stipendium enim, inquit, peccati mors, gratia Dei vita æterna in Christo IESV Domino nostro. Stipendium pro opere militiæ debitum redditur, non donatur: ideo dixit Stipendium peccati mors; vt mortem peccato non immerito illatam, sed debitam demonstraret. Gratia verò nisi gratuita sit, gratia non est. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominum bona merita esse Dei munera, quibus cum vita æterna redditur quid nisi gratia pro gratia redditur?*

Vita æterna datur vt merces ex gratia.

Illo ergo loco Augustinus etiam merita agnoscit, & consequenter mercedem, sed merita data sunt ex gratia, & merces datur ex gratia, sed post merita merces necessario datur ex Dei promisso. Vt sæpe ex Augustino dictum est. Confirmat eam interpretationem Beza. Τέλος ἐκείνων *finis illorum*. vel merces, seu vectigal, vt respondeat illi quod paulò post vocat ὀψώνιον. Τέλος ergo cum vitam æternam significat, etiam mercedem designat. Mercedem ex gratia, quia nititur gratuita Dei gratia. Beza ex Caluino docet. Τὸ χάρισμα seu donum esse subiectum, ζωὴ αἰώνιος esse attributum seu prædicatum. Deinde interpretatur *Gratia* vero, seu *donum Dei*, id est, *Nostra tum iustificatio, tum sanctificatio gratis nobis donata ad vitam æternam nos perducit, sicut, peccatum nos reddit mortis æternæ obnoxios.* Quæ expositio ita Catholicam expositionem confirmat, vt obtundat ora contra garrientium. Nam sententia est. Donum Dei, nostra scilicet iustificatio & sanctificatio est vita æterna: hæc enunciatio in causali sensu vera. Id est, perducit ad vitam æternam interprete Beza. Quomodo autem perducit? Quia Dei illi dono reddit vitam æternam, quia promisit. Sicut, inquit, peccatum obnoxios facit morti æternæ. Et omnino hanc postulat sententiam Pauli pronunciatum. à peccato deterret, quia eius stipendium mors est. Ad iustitiam hortatur, quia illa est gratia Dei, quæ ducit ad vitam æternam. Iustitiæ igitur redditur vita æterna. Et iustitiæ perseueranti datur necessario, quia fidelis est, qui daturum se promisit. Frustra igitur Pareus lib. 3. cap. 12. de iustificatione, negat salutem depende-

Quomodo iustitia & sanctificatio sit vita æterna.

re à conditione operum, ne[...] palmam quæ victoribus debetur [...] betur, si victoria data est, quia iure [...] obligauit.

Chrysostomus & ex eo Photius de vitæ [...] uatione accipere videtur. οὐκ ἐντεῦθεν inquit Pho[tius] ὁμισθὸς τῶν καθηκόντων ἀλλὰ χάρισμα. Non o[...] merces bonorũ operũ, sed gratia, Chrysost. disertè addit: δεικνὺς ὅτι οὐκ οἴκοθεν ἀπηλλάγησαν. *Demonstrans quod non ex se liberati sint.* Photius vero. δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐκ καμάτων, ἀλλὰ κατὰ χάριν ἀπηλλάγησαν τῶν ἁμαρτιῶν. *Demonstrans quod non ex laboribus, sed secundum gratiam liberati sint à peccatis.*

Quod vero Pareus non deberi vitam æternam contendit, in eo habet multos ex suo grege sibi contrarios. Vnum nominasse sufficit. Gualterus in illa verba. Finem vero vitam æternam, hunc in modum commentatur. *Habet hoc ex Christi promissione.* Ioan. 5. &c. *Continet autem omnia quæ ad felicitatem faciunt. Fides enim vt Christum, sic in eo vitam, & salutem omnem apprehendit, quæ in æternum vsque continuatur,* Ioan. 12. 17. *Neque animabus solis, verum etiam corporibus* DEBETVR, 1. *Cor.* 15. *Quia Dei Filius totum hominem assumpsit. Idem Iustitia Dei requirit.* Hinc illud Philipp. 3. Si hoc iustitia Dei requirit, ergo meritis datur, nam quod ex iustitia datur etiam meritis donatur.

§. 3. Victorinus Strigelius obijcit, Augustinum in Psalm. 98. *Qui in nobis coronaturus est non merita nostra, sed dona sua, quantum debet exaltari?* Et Basilium in Psalmum 116. πρόκειται γὰρ ἀνάπαυσις αἰώνιος τοῖς νομίμως τὸν ἐνταῦθα διαθλήσασι βίον, οὐ κατ' ὀφείλημα τῶν ἔργων ἀποδιδομένη, ἀλλὰ κατὰ χάριν τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσι παρεχομένη. *Proposita est requies æterna illis qui legitime in hac vita decertarunt, non secundum debitum operum reddita, sed secundum gratiam magna dantis Dei in eum sperantibus data.*

Responsio. Iam ostendi merita operum & gratiam non pugnare. In confesso etiam est Augustinum cum merita gratiæ opponit, de meritis loqui quæ sine gratia fingebant Pelagiani. Hæc merita nostra non coronat, quia nulla sunt, sed ea merita quæ sunt dei dona. Hanc esse Augustini mentem, locus integer ascriptus probabit. *Vere exaltate, bene exaltate.* Laudemus & exaltemus illum qui fecit ipsam iustitiam quam habemus, ipse in nobis fecit. *Qui enim in nobis fecit ipsam iustitiã, nisi qui nos iustificauit? De Christo autem dictum est. Qui iustificat impium. Nos ergo impij, ille iustificator, quando & ipsam iustitiam ipse in nobis fecit; qua illi placeamus, vt ad dextram nos ponat, & non ad sinistram, vt dicat ad dexteram positis. Venite benedicti Patris mei percipite regnum, quod nobis paratum est ab initio mundi, non autem ponat ad sinistram inter eos quibus dictum est. Ite in ignem æternum qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Qui in nobis coronaturus est non merita nostra sed dona sua quantum debet, exaltari? Exaltate Dominum Deum nostrum.*

Eodem modo Basilium interpretari necesse est. Non enim operibus est debitum præmium, sed ex gratia ex qua sunt opera. Quanquam illa verba in meo exemplari non inueni. De mente tamen Basilij non potest quisquam ambigere: cum vbique & opera, & operum merita vrgeat, & præmia vitæ æternæ.

* * *

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit? Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur, viuente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litteræ. Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem iam non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet: condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati.

IN CAPVT SEPTIMVM

ARGVMENTVM.



NOVVM erat, & omnino paradoxon, quod Christianos negaret esse sub lege: Nam Iudæi legis æmulatores tanquam patria constituta conuellerentur, ad legis defensionem exsurgebant; profani & Epicurei ad legis & legislatoris cōtemptum rapiebant, nullâ se lege teneri iactantes. Paulus igitur vt vtrosque refellat, ostendit quomodo sub lege esse desierint. Mulier est sub lege mariti, dum ille viuit, eo mortuo, lege soluta est, & nubere alteri potest. Sic Christianos quoque lege mortua, & legi mortuos, in nouum coniugij fœdus venisse, Sponso Christo, in cuius proinde potestate sint, liberatos de sæuitiâ prioris mariti dure imperantis, non adiuuantis, ideo esse sub gratiâ; nam posterior maritus, & benigne gubernat, adiuuatq; & pulcherrimæ prolis facit parentes, vt Deo fructificent. Ne vero ista Iudæi in legis contumeliam dici suspicarentur, legem commendat, vsumque eius ostendit, & nostra culpâ, non legis vitio, occasione legis inualuisse peccatum probat. Atque vt id melius inculcet, luctam Spiritus & carnis, quæ in vnoquoque cernitur, in quo concupiscentia cum Spiritu decertet, in se describit. Loquitur autem de statu legis absolute, & præcise, prout à gratiâ separata censetur, cuius est iubere, vetare, terrere, promittere, non adiuuare. Non autem indicat omni lege solutos fideles, cum iam legibus noui mariti parere debeant. Non enim legem huius tam sancti ac casti matrimonij violare minus est flagitiū, quam præcepta mariti sæuientis. Totum caput admirabili audacia Libertini, Antinomi, Lutherani, & Caluiniani plerique deprauarunt, vt in decursu disputationis apparebit. Quia vero libertas nostra fructus est passionis, & resurrectionis Iesu Christi, idcirco Syriaca Ecclesia legit Tertia die passionis. ita enim habetur יוֹם תלתא דפַשחא, deiom thelatha dechascha, die tertia passionis.

VERSUS 1. & 2.

An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit?

QUAESTIO I.

Quandiu lex homini dominetur?

§. 1. APostolus definit dominium legis vita, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ, *quanto tempore vivit*. Syrus: כמא דחי *tum vixerit*, vel *quandiu vixerit*. In omnibus vero his linguis dubium est, an de vita legis, an hominis sermo habeatur. Chrysostomus, Theodoretus, Augustinus, ad vitam legis referunt, vt lex dicatur dominari quandiu ipsa vivit, Erasmus, & Castalio, hoc versione indicarunt. *Quamdiu ea vivit*. Alij è contrario ad hominem accommodare malunt. Lex dominatur in homine, Syrus: על גברא *ghal gabra, super virum, quandiu ipse vivit*. ita nonnulli veterum, & Toletus. Hunc sensum Beza suæ versioni inclusit. Nollem sane vnam sententiam ita versioni inseri, vt altera excludatur, cum verba Græca, Latina, Syra vtriusq; interpretationis sint capacia.

Lex viua viuis dominatur. Rationes, quas adferunt, videntur conficere tertiam Interpretationem; nempe, quandiu vterq; vivit, tam lex quã homo. Nam v. 2. Mulier dicitur viuenti viro alligata, mortuo viro liberata est, lex autem est vir, mors viri igitur est mors legis. & v. 6. dicitur mortuum, in quo detinebamur. Recte igitur dicitur, nos alligatos esse legi, dum lex vivit. Et monet Chrysostomus, Paulum, cum v. 4. diceret, nos mortificatos, debuisse dicere quidem, si apertius loquẽdum putasset, legem esse mortuam, sed maluisse dicere: Nos mortificatos, ne Iudæos offenderet. Eodem modo lex dominari dicitur, quamdiu homo viuit, sic enim exponit Paulus v. 4. vt iam dictum est. Non ergo Spiritus Sanctus, sine causa vtrunque complexus est. Cui enim lex moritur, ille etiam legi moritur; Est enim separatio illa iuris vtriusque, quod in se mutuo habẽbãt, abrogatio. Indicant & illud Græca Scholia. Non modo enim affirmant peccatu nos mortuos, sed addunt: ἀλλὰ καὶ ὁ νόμος ἀπέθανε τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ. *Verum & lex mortua est aduentu Christi.*

§. 2. Bullingerus maritum ait peccatum esse, & illud mortuum esse. Cæteri vt Caluinus, Beza, Ochinus, Lossius, Wigandus, Cornerus, Legem esse mortuam, & hominem legi mortuum, quoad execrationem, & rigidam exactionem. Pareus: *mortui lege non tenemur*: nos mortui sumus in Christo, legis igitur iugo non tenemur. Quæ vero sit illa solutio à lege exponit Lossius. Quamdiu ea lex vixerit, dominatur homini, hoc est, obligat eũ ad obedientiam, accusat & damnat non obedientes: Sed lex iustificatis fide in Christum non vivit, hoc est, abrogata est. Ergo lex iustificatos non accusat, non damnat, etiamsi integram obedientiam non præstent. Quia non sunt sub lege accusante, &c.

Lex etiam nunc obedientiam requirit. Verum præter ea, quæ superius contra Libertinismum illum dicta sunt, etiam observandum est, hoc ipso locum tantam improbitatem damnari. Dominium enim legis in eos, qui in legem committunt, exercetur. Nam agitur hic de mandatis, non modo cærimonialibus, sed etiam moralibus, & æterna lege. *Decalogus est lex na[...]* Lossius, *hoc est æterna norma iustitiæ & sapientiæ [...] vult Deus motus, & actiones omnium hominum esse [con]formes*. Æterna igitur lex quæ obedientiam exigit, etiam accusat & damnat inobedientes. Quod de integra obedientia adfert, vanum est: nam omne peccatum quod est ἀνομία à lege accusatur, & damnatur, vel pœna æterna, vel temporali, nisi remittatur. Impium autem est, fingere credentium furta, adulteria, cædes à lege non accusari quidem à lege diuina, cum omnes qui talia agunt, ita æterna excidant, nisi resipiscant. Deinde ipsa comparatio mulieris ad alium virum transeuntis contrarium euincit, vt versu sequente ostendam. Hæc enim mandatis secundi viri obnoxia est, quorum nonnulla sunt eadem cum mãdatis, quæ prior maritus imperarat. Ita quidem lex Mosis cærimonialis & iudicialis abrogata est, non autem naturalis. Et naturalem tamen non præstant Christiani; quia est lex Mosis, sed quia insita naturæ à Deo, vt eam docet Lossius. Hæc ergo seruanda est etiam sub altero marito. Neque enim eius ius est deterius, quam prioris mariti, atque vt est benignus, mitis, in iubendo lenis & parcus, ita merito accuratam legum custodiam exigit, vt qui non modo cædem, sed etiam conuitium, iramque damnet.

At mortua lex non accusat, mortui legem non tenentur. ὁ νεκρὸς οὐκ ἐπιθυμεῖ, οὐ φονεύει, *mortuus non concupiscit, non occidit*. Mortui nihil agunt.

Responsio. Si plane verba vigere pergant, non modo veritatem vexabunt, verum etiam errores suos euertent. Mortua enim lex nec maledictionem, nec obligationem habet: mortui non modo obedientiam perfectam non præstant, sed nec aliquam, ne mancam quidem præstare possunt. Si enim lex æterna ideo accusare non potest, quia mortua est, ergo nec obligare, nec semperfectam obedientiam exigere. Quare ex tam profanis hypothesibus Libertini, noua Carpocratianorum soboles extremam impietatem hauserunt. Si autem ita mortua lex est, vt tamen suo modo viuat, & obliget, si fideles ita legi mortui sunt, vt tamen ex parte viuant, obligentur que, & obedientiam præstare teneantur, alia ratio tenenda est huius liberationis, vt nempe accepta gratia, fide & caritate instructi, sponte legem seruent, ideoque nec minus eius teneantur, nec pœnis obnoxij sint. De lege autem non cærimoniali, sed morali quæstio inter Christianos agitatur: quocirca calumniatur imperite nos Cornerus cum fingit Sophistas de morali hoc loco non agere. De morali enim lege agimus, de omni lege quam gratia accepta seruare possumus. Et Ecclesiam viduam legis, vt in Psal. 132. eam vocat Hilarius, Christo legitime copulandam dici, etiam suis obstringi legibus asserit ipsa veritas. Vidit hanc liberationem ex parte Bernardinus Ochinus, licet aliquid de veneno admiscuerit. *Regnante in vobis adhuc terrestribus, animo vestro, tui subiecti parebatis, vt vxor viro cum lege rationem habebatis, ita erant effrenata vestra immoderata libidines, vt regula vobis, & freno, & lege opus esset, qua lata est, non probis, sed improbis. Sed postquam per Christum crucifixum mortuus est vir vester, id est, vester in vobis Spiritus exstinctus, regnat in vobis Christi Spiritus, non iam tum leges est vobis, tum quia tum impletis etiam non obnoxij estis, tum quia Dei afflatu estis, atque acti, non legis imperio, sed Spiritus impetu agimini.*

Libertinismus. Christiani quomodo lege tenantur.

Hoc loco Sectarius ille virum mortuum vocat animam nostram, & Spiritum nostrum, non [...]um legem, sicut & Bullingerus peccatum, qua senten[-]

... argumentum fo... ... solutum illi soluitur. Deinde legem datam tantum improbis non iustis affirmat; id aliqua: sa dici non potest, nisi quia iusti sponte legem faciunt. Quod negat renatos imprecationi legis ubnoxios, verum sit, sic intelligendum est, si legem obseruent: nam alioqui semper peccantiam leuior, aut grauior imminet pœna, vt ante dixi. Liberi ergo à lege sunt fideles, & iusti, quia non legis imperio mouentur. & trementes vt improbi serui, sed Spiritus Sancti impetu, voluntarij, vt ingenuæ indolis filij aguntur.

§. 3. Libertas Christiana autem non in criminum licentia & impunitate, sed liberatione à peccato, & à Dominio legis consistit. Bellarminus p. 4. c. 6. de iustificatione hunc in modum exponit. *Et c. 7. De tertia libertate, quæ est à Dominio legis Diuinæ moralis, id est, per quam fit, vt lex nobis non dominetur tanquam seruis, imminens flagello, & timorem semper incutiens, sed vt imperet liberis, & liberaliter obtemperare volentibus: non adimendo legi vim obligandi, sed addendo hominibus charitatem illam libenter implendi, loquitur idem Apostolus, cum ait ad Rom. 6. Non estis sub lege, sed sub gratia. 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus Domini ibi libertas. Ad Gal. 5. Si Spiritu ducimini, non estis sub lege. Et 1. Timoth. 3. Iusto non est lex posita, sed iniustis, & subditis. Nam vt S. August. obseruat in explicatione primi Psalmi, aliud est hominem esse sub lege, aliud hominem esse in lege. Sub lege enim dicitur esse, qui à lege agitur tanquam seruus: in lege est qui secundum legem agit, vt liber. Quare Apostolus 1. Cor. 9. dicit se factum esse omnia omnibus, ijs qui sub lege sunt, quasi esset sub lege, cum verè non esset sub lege; ijs qui sine lege sunt, quasi sine lege esset, cum tamen sine lege Dei non esset; sed in lege esset Christi. Vbi negat se esse sub lege, & affirmat esse in lege.*

Vnde in lib. de continentia cap 3. idem Augustinus ait: Non sumus sub lege bonum quidem iubente, non tamen dante, sed sumus sub gratia, quæ id quod lex iubet, faciens nos amare, potest liberis imperare. Et in lib. De Natura & Gratia cap. 57. Si Spiritu inquit ducimini, non estis sub lege, vtique lege quæ timorem incutit, non tribuit charitatem. Et in lib. de Spiritu & littera cap. 10. explicat illud: Iusto non est lex posita de lege terrente & minante, qua iusti non indigent, sed iniusti. Quod etiam pulchrè explicat, in eandem sententiam S. Ambrosius in Psal. 36. tractans illud: Lex Dei eius in corde illius, vt dicit, legem scriptam fuisse in tabulis lapideis propter iniustos, de quorum cordibus lex Dei deleri iam cœperat. Iuxta illud ad Galatas. 3. lex propter transgressionem posita est. Vt videlicet transgressores eam videre cogerentur in tabulis, qui non amplius videbant eam in cordibus. Nam iustis non est necessaria lex scripta in tabulis, cum eam diligenter seruent in cordibus. Lex enim Dei eius in corde ipsius.

Ex quo satis constat, verè nos à peccato liberatos esse, siue enim peccatum mortuum dicitur, siue lex mortua, eodem recurrit. Nam sine lege etiam peccatum mortuum est. Quod si nos mortui sumus, quod Apostolus in comparatione subijcit, ne grauius ad Iudæorum aures accideret, si legem mortuam diceret, non de sola imputatione loquitur. Ea vero de causa sic temperasse sermonem etiam mouent Græca Scholia ἐν τάξει τοῦ ἀνδρὸς τίθεικε τὸν νόμον ἐν τάξει δὲ γυναικὸς τοὺς πιστεύοντας, καὶ δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ: ἐν τῷ παραδείγματι τῆς χηρείας τὸν νόμον ὑποτίθεται ἀποθανόντα, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ συμπεράσματι, ἵνα μὴ ἐπαχθῆ ποιήσῃ τὸν λόγον, μόνον ἁπλῶς διηγούμενος. Loco viri, legem ponit, loco fœminæ, credentes, si vero moriatur vir, in paradigmate viduitatis supponit legem mortuam, sed non in conclusione, ne acerbiorem faciat sermonem, tantum simpliciter narrans.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

§. 4. Pareus eodem loco ... oppugnat cum ait fingere priorem maritum esse peccatum, aut mortem: cum perspicuum sit esse legem. Deinde queritur eum tollere liberationem à maledictione legis, vt nulla sit consolatio afflictis conscientijs. Legem enim inuenire perpetuo etiam in sanctissimis peccatum. Respondeo. Non est aliena à textu interpretatio Bellarmini, qui nomine viri peccatum intelligit: Nam per legem dicitur mulier alligata viro. Græcus textus habet. τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ, *Viro viuenti alligata est lege.* Itaque videtur multis lex à viro diuersa, & mortuo viro, soluta est à lege. Et Syrus quoque habet: דאסירא הי בבעלה. *alligata ipsa marito*, vel, *ad maritum*, siue, *in marito*. Et quamuis rectè dicamus: mulierem alligatam legi tanquam marito, idque per legem, id est obligationem, seu ius, & debitum, vt lex significet, ipsa Dei mandata, atque ita sit maritus, deinde lex ipsam nostram obligationem, vt qua mandatis subdimur; non tamen altera interpretatio reijcienda est, cum vtraque fundamentum in Scriptura. & interpretum habeat auctoritatem. Hoc solum moneo, iniuria reprehendi Bellarminum bonos auctores secutum: à Pareo Caluiniano autem nullo modo posse culpari. Nam Bullingerus & Ochinus, quos supra citaui etiam sic interpretantur. Et vtroque antiquior Oecolampadius. *Primus vir noster est*, inquit, *vetus homo, & fomes ad peccandum, vir plane turpis, & qui turpissimos partus procreat, opera carnis: vnde per illum dicimur fructificare morti.* Et B. 22. *Peccatum fine vir ille natiua scilicet in nobis affectus ad peccandum, occasione per legem arrepta: à qua videlicet, irritabatur, est maritus prior.* Quid igitur cum Bellarmino litigat, à quo duces & magistros suos stare non ignorat?

Bellarminus non dissensit.

Bellarminus non aufert afflictis consolationem conscientijs, sed errorem: falsam adulationem, & libertinam securitatem excutit, vt solida spe, & virtutum exercitatione firmet. A maledictione liberari docet, non impunitate criminum, sed studio integritatis. Canticum meretricis est: Lex peccantem damnare non potest. Prostibuli est ista libertas, olim cecinit Erasmus Sarcerius Lutheranus. *Summa similitudinis hæc est. Nos à maledictione legis, dominio, & tyrannide liberatos esse: sed non à legis obedientia loco testimonij & gratiarum actionis, item propter alios fines. Sicut mulier mortuo priore marito, libera est à tyrannide prioris mariti, non autem ab obedientia posterioris mariti cui nupserit.* Destruit illa ratio seipsam, & impuræ hæreseos fornicem subuertit. Si enim secundus maritus, vere maritus est, mulier etiam est ὕπανδρος, *sub viro*, lege etiam connubiali secundo viro alligata est, vt adultera vocetur, si sit cum tertio viro, nec modo loco testimonij, & gratiarum actionis, sed iure obligatorio: eo arctiore, quo beneficentior est, & humanior maritus secundus, qui ex summis morte sua mancipium seruitio exemit, & augustis nuptijs dignatus est. Non est ergo ius eius precarium, sed amorem reciprocum, atque obedientiam exigit, non obtemperaturis mortem æternam minans. An prior maritus fidem coniugij seuere exigit, alter exigit quidem, sed adulterantem non punit? Qualem illi nobis secundum maritum fingunt, qui sit vxoris suæ leno? Et

Bellarminus veram conscientiis adfert tranquillitatē.

—— Spectare lacunar
Doctus, & ad calicem vigilanti stertere naso?

§. 5. Quod vero Caluinus recantat: Non esse

 hauc

hanc à iustitia, quæ in lege docetur, solutionem, sed à rigida exactione, & ea, quæ inde sequitur, maledictione, mulieris similitudine planissime refellitur. Nam mulier viro mortuo, non à rigida legis exactione soluitur, vt peccet quidem si sit cum alio viro, non tamen à viro accusetur, aut damnetur. Omnino libera est. Deinde noui connubij rigidior est exactio. Nec enim minus punietur adultera gratiæ, quam legis. Quod si mollior sit exactio, respondet illi execratio, vt ipsi fatentur. Impudentius etiam Satanæ Spiritum eructat Melanchthon. *Vt cnim, inquit, lege tenetur, sed princeps factus supra legem est, tamen sponte seruat legem.* Hypothesin hic non disputo: sit sane princeps supra legem, quam ipse tulit, non est tamen supra Dei legem. De lege sua remittere potest, aduersus eam priuilegia dare potest, abrogare potest. Lex Dei æternum fixa est. nemo supra legem est. Imo fieri non potest, vt peccata contra legem naturæ, non sint contra Deum, factores non iudices legis nos iubet esse princeps noster. Hæc comparatio inanem sectariorum iactantiam aperte demonstrat. Si enim ea est causa fidelium iustorum, quæ est principis lege soluti, non modo sunt liberi ab execratione, sed etiam obedientia legis, vt multi docent. Si princeps non à legis obedientia, sed à coactione tantum immunis est, ad fideles non pertinet; illi enim superiorem habent, Deum nimirum, princeps quia superiorem non habet, cogi non potest. Tam autem à vero est illa hæresis aliena, vt fateri cogatur Melanchthon, neque in vllis gentium neque Scholasticorum libris vel versum esse, qui hanc legis naturam attigerit. Addo nec in sacris literis, aut patribus. Sacræ literæ legem adiungunt, non viribus arbitrij, sed gratiæ adiutorio implendam: S. Patres eandem rem omnibus pene concionibus inculcant. Augustinus tract. 9. in Ioan. *Legite vetus Testamentum & videte, quia Carnali adhuc populo ea quidē præcipiebantur quæ nobis. Nam vnum Deum colere & nobis præcipitur. Non accipies in vanum Nomen Domini Dei tui, & nobis præcipitur, quod est secundum præceptum. Obserua diem Sabbati, magis nobis præcipit, quia spiritaliter obseruandum præcipitur. Iudæi enim seruiliter obseruabant diem Sabbati, ad luxuriam & ebrietatem. Quanto melius fœminæ eorum lanam facerent, quam illo die in Neomenijs saltarent. Absit fratres, vt illos dicamus obseruare Sabbata? Spiritaliter obseruat Sabbatum Christianus abstinens se ab opere seruili: Quid est enim ab opere seruili? A peccato. Et vnde probamus? Dominum interroga. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: Ergo & nobis præcipitur spiritualiter obseruatio Sabbati. Nam illa omnia præcepta nobis magis præcipiuntur & obseruanda sunt. Non occides. Non mæchaberis. Non furaberis: Non falsum testimonium dices. Honora Patrem & matrem tuam. Non concupisces rem proximi tui. Non concupisces Vxorem proximi tui. Nonne ista omnia & nobis præcipiuntur?*

A Dei lege nemo exceptus est.

QVÆSTIO II.

An hinc doceatur matrimonium esse indissolubile?

§. 1. DIserte id quidem; nam mulierem esse alligatā legi, quoad vir eius vixerit, & fore adulteram, si sit cum alio viro; at mortuo viro solutam esse lege. Qua quidem in re non habitationis coniunctionem sancit, sed vetat discessum, vt ad alias nuptias transeat. Occurrit Caluinus, non fuisse Paulum sollicitum de causis soluendi matrimonij. Pareus duas causas admittit, adulterium, & infidelis à fideli coniuge discessum.

Apostolus cum viri morte vxorem solui testatur, & manere obnoxiam quamdiu vir viuit, sine ambagibus omnes causas præcidit alias. Imo tota similitudo corrumpitur. Si enim aliæ causæ vinculi illius dissoluendi adferri possunt, non sola legis, vel nostra morte soluimur. Apostolo propositum est docere. Coniugium inter nos & legem dissolutum esse morte coniugis: Viuente lege, & viuente etiam veteri homine, nondum mortuis nobis in Christo manere legem. Nec sperandam esse solutionem, nisi in Christo moriamur, & lex Dominium in nos amittit. Hic ergo manumissionem sola mors dat: quemadmodum sacrum coniugij fœdus ita à Deo institutum est, vt sola morte dirimatur. Vide Canonem. 32. q. 7. Bellarminus l. 1. c. 16. de matrimonio. Augustinus de bono coniugali c. 24. *Bonum igitur nuptiarum per omnes gentes, atq; omnes homines in causa generandi est & in fide castitatis. Quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti per quam nefas est etiam repudio intercedente alteri nubere, dum vir eius viuit, nec saltem ipsa causa pariendi.* Et Concil. Mileuitanum c. 17. Africanum. c. 69. Augustinus clarius de nuptijs, & concupiscentia l. 1. c. 10. *Hoc enim custoditur in Christo & Ecclesia vt viuus cum viuente in æternum nullo diuortio separetur, cuius Sacramenti tanta obseruatio est in Ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia Christi, vt cum filiorum procreandorum causa vel nubant fœminæ, vel ducantur vxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, vt alia fœcunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non lege huius seculi, vbi interueniente repudio, sine crimine conceditur cum alijs alia copulare connubia, quod etiā sanctum Moysem Dominum propter duritiam cordis illorum, Israelitis permisisse testatur, sed lege Euangelij reus est adulterij, sicut etiam illa si alteri nupserit. Et vsque adeo manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quam cum his quibus alijs adhæserunt. Cum alijs quippe adulteri non essent, nisi ad alterutrum coniuges permanerent.*

QVÆSTIO III.

An hoc loco probentur secundæ nuptiæ?

§. 1. OMnes interpretes qui de hac re scripserunt, contra Montanistas, & Tertullianum probant secundas nuptias, quod morte viri vxorem esse posse cum altero viro concedat. Sed operæ precium est Tertullianum audire errores suos seuera eloquentia defendentem. l. de Monogamia c. 13. *Legimus, inquit, eum & ad Romanos scribentem: Quæ autem sub viro est mulier, viuente viro iuncta est: si autem obierit vir, euacuata est à lege, quod non sit adultera facta alij viro. Sed & sequentia recognosce, quo sensus iste, qui tibi blanditur, euadat. Itaq;, inquit, fratres mei mortificamini & vos legi per corpus Christi, vt efficiamini alteri, ei scilicet qui à mortuis resurrexit, vt fructum feramus Deo. Cum enim eramus in carne, passiones delictorum, quæ per legem, efficiebantur in membris nostris ad fructum ferendum morti; nunc autem euacuati sumus à lege mortis in qua tenebamur, ad seruiendum Deo in nouitate Spiritus, & non in vetustate litteræ.* Igi-

tur

tur si mortificari nos iubet legi per corpus Christi, quod est Ecclesia, quæ spiritu nouitatis constat, non per litteram vetustatis, id est legis, auferens te à lege. quæ non tenet vxorem marito defuncto, quo minus alij viro fiat, ad contrariam te redigit conditionem, ne amisso viro nubas: quantumque non deputaretur adultera facta alteri viro post mortem mariti, si adhuc in lege agere deberet tanto & diuersitate conditionis. Adulterij te præiudicat post mortem mariti alij nubentem. quia iam mortificata es legi, non potest tibi licere, cum excessisti ab ea apud quam tibi licebat. Nunc si & absolute Apostolus permisisset in fide amisso matrimonio nubere. proinde fecisset quemadmodum & cetera, quæ aduersus formam regulæ suæ pro conditione temporum gessit, circumcidens Timotheum propter inductitios falsos fratres, & rasos quosdam inducens in templum propter obseruationem Iudæorum. Idem qui Galatas in lege volentes agere castigat. Sed ita res exigebant, vt omnibus omnia fieret, quo omnes lucrifaceret, parturiens illos donec formaretur Christus in ipsis, & calefaciens tanquam nutrix paruulos fidei, docendo quædam per veniam, non per imperium (aliud est enim indulgere, aliud iubere) proinde temporalem licentiam permittens denuo nubendi propter infirmitatem carnis; quemadmodum Moyses repudiandi propter duritiam cordis. Et hîc itaque reddemus supplementum sensus istius. Si enim Christus abstulit, quod Moyses præcepit, quia ab initio non fuit sic, nec sic ideo ab alia venisse virtute reputabitur Christus, cur non & Paracletus abstulerit, quod Paulus indulsit, quia & secundum matrimonium ab initio non fuit, nec ideo suspectus habendus sit, quasi Spiritus alienus: tantum ut Deo & Christo dignum sit quod superducitur? Si Deo & Christo dignum fuit duritiam cordis tempore expleto compescere; cur non dignius sit & Deo & Christo infirmitatem carnis tempore iam collectiore discutere? Si iustum est matrimonium non separari vtique & non iterari honestum est. Denique apud seculum vtrumque in bona disciplina deputatur, aliud concordia nomine, aliud Pudicitia. Regnauit duritia cordis vsque ad Christum. Regnauerit & infirmitas carnis vsque ad Paracletum. Noua lex abstulit repudium, habuit quod auferret. Noua prophetia secundum matrimonium, non minus repudium prioris. Sed facilius duritia cordis Christo cessit, quam infirmitas carnis. Plus hæc sibi Paulum defendit, quam illa Moysen; si tamen defendit; quum indulgentem eum captat, præscribentem recusat, quæ potiores sententias & perpetuas voluntates eius eludit; quæ non sinit nos hoc Apostolo præstare, quod mauult. Et quousque infirmitas ista impudentissima in expugnando meliora perseuerabit? Tempus eius donec operaretur Paracletus fuit, in quem dilata sunt à Domino quæ tunc sustinere non poterant, quæ iam nemini competit portare non posse quia per quem datur portare, posse non deest. Quamdiu causabimur carnem? Quia dixit Dominus. Caro infirma. Sed spiritus promptus; vt vincat Spiritus carnem, vt cedat quod infirmum est fortiori.

Duobus modis respondet. Primum retorquendo. Mulier lege deuincta est viro, at illo mortuo soluta est à lege. Excipit ille hoc ad eam mulierem pertinere quæ sub lege, nos iam legi mortificatus non posse vti beneficio legis, vt ad secundas nuptias procedamus. Verum est inanis argutia verbis licet grande sonantibus adornata. Paulus loquitur de lege qua suo tempore Christiani vtebantur. Non enim dicit; mulierem improbam, nondum renatam, aut à baptismo scelerate viuentem viri morte solui à lege, piam non solui. In fœmina peccatrice secundas nuptias

Tertulliani verbosa argutia.

honestum esse matrimo[illegible] cum. Nulla enim tantæ diuersitatis [illegible] est. Idcirco ad alteram solutionem refugit, Paulum suo tempore ob carnis infirmitatem indulsisse, aduentu noui paracleti eam sublatam indulgentiam. Contrarium Paulus indicat, lege solutam, non sua indulgentia. Illud de Montani Spiritu, solutione non eget. Tertullianus ipse l. 1. ad vxorem fatetur nuptias secundas nusquam prohiberi.

§. 2. Pareus grauiter hic incusat Hieronymum. *Vnde*, inquit, *Hieronymi grauis damnatur error. Monachus ipse continens* [*fatetur enim alibi in continentiam suam, atque etiam scortationem*] *admodum iniquus fuit nuptijs, maxime secundis: vt virginitatis, qua ipso carebat, merita stabiliret.*

Hic primo loco notandum est, fateri Pareum eius esse sententiæ Hieronymum, vt merita virginitatis stabilire voluerit: ideoque Catholicorum & tum quoque sententiam de meritis, & quidem meritis virginitatis in Ecclesia viguisse.

Merita virginitatis Hieronymi stabilis.

Quid vero carpat in Hieronymo subiungit. *Nubentem post primas nuptias nihil ait differre à meretrice, accommodans ei verba prophetæ. Facies meretricis facta est tibi.* l. 1. contra Iouinianum & Apologia ad Pammachium. *Excusat se Hieronymus, & illum ista obiecta illi fuerunt.* Pareus excusationem non accipit; quia secundo nubentes comparat animalibus immundis, matulæ, vepribus, in bona terra negat esse locum illis, denique secundo nubentes *comparat canibus reuertentibus ad vomitum.* Vt vero calumniam expleat, eandem dicit esse Monachorum, & Sophistarum sententiam. His primum respondeo. Nec Hieronymum, nec Catholicos damnare secundas nuptias. *Damnetur qui damnat.* Nullus Catholicus Scriptor damnat secundas nuptias. Quocirca impudentissimum mendacium est; *Monachos ita docere:* cum ne vnus quidem ex omnibus aut nominetur, aut nominari possit. In eo quod contra Iouinianum Hieronymus docuit, & tum Ecclesia decreuit, omnes conueniunt, Virginitatem matrimonio, viduitatem secundo matrimonio præferendam, non vt bona malis, sed vt bonis meliora. Hoc vbique testatur, Epistola ad Furiam, Ageruntiam, contra Iouinianum, ad Pammachium. Locum integrum ascribam, ad Ageruntiam, aut Geruntiam Epist. 11. *Omni ratione vidua prouidendum est, ne castitatis primos excedat limites, quos si excesserit, & verecundiam ruperit matronalem, in omnem debacchabitur luxuriam, ita vt propheticam mereatur audire dicentem: Facies meretricis facta est tibi: impudorata es tu. Quid igitur? damnamus secunda matrimonia? minime sed prima laudamus. Abijcimus de Ecclesia digamos? absit: sed monogamos ad continentiam prouocamus. In arca Noe non solum munda, sed & immunda fuerunt animalia. habuit homines, habuit & serpentes. In domo quoque magna vasa diuersa sunt, alia in honorem, alia in contumeliam, est & crater ad bibendum, est & matula, ad secretiora naturæ; Nam cum in seminata terra bona, centesimum, & sexagesimum, & trigesimum fructum, Euangelia doceant; & centenarius, pro virginitatis corona, primum gradum teneat, sexagenarius, pro labore viduarum, in secundo sit numero, tricenarius fœdera nuptiarum ipsa digitorum coniunctione testetur: digamia in quo erit numero? Immo extra numerum, certe in bona terra non oritur, sed in vepribus, & spinetis vulpium, quæ Herodi impijssimo comparantur; vt in eo se putet esse laudabilem, si scorto melior*

Damnatur secundarum nuptiarum hæreticum est.

Hieronymus contra secundas nuptias.

fit, si publicarum libidinum victimas superet; si vni sit prostituta, non pluribus

Quo loco non secundo nuptæ frontem meretricis, sed illi quæ in omnem debachatur luxuriam, rupta verecundia matronali tribuit. Vasa etiam abiecta ad supellectilem pertinent, & animalia immunda vt humi in arca seruantur, & in spinetis vilia nascuntur, sed præ istis preciosa & gemmata pocula, munda animalia, & fœcunda gleba laudatur. Hæc illa Apologia ad Pammachium defendit, & præfatum se ait initio contra Iouinianum: & repetit Apologia ad Pammachium. *In magna domo esse non modo vasa aurea & argentea, sed lignea etiam & fictilia. Nunquid argentum non erit argentum si aurum preciosius est.* Et deinde: *Aperiant quaso aures obtrectatores mei, & videant me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino, qui secundas & tertias non damnaui, primum potui damnare matrimonium?*

Vasa abiecta etiam in supellectile sunt.

Defensio Hieronymi.

Paulo post. Concedit Apostolus secundas nuptias sed volentibus. Et addit. *Melius est enim, licet alterum & tertium, vnum virum nosse, quam plurimos; id est, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quam multis. Facessat calumnia. De secundo hic & de tertio & quarto, si libet matrimonio disputauimus, non de primo. Sed ne quis in eo quod diximus, tolerabilius est vni homini prostitutam esse, quam multis, ad primum matrimonium referat, cum omnis nobis quæstio de digamia & trigamia fuerit, denique digamia, & trigamia disputationis hac calce signauimus. Omnia licent sed non omnia expediunt. Non damno digamos, immo nec trigamos, & si dici potest octogamos. Plus aliquid inferam: etiam scortatorem recipio pœnitentem. Quidquid aqualiter licet, aquali lance pensandum est. Erubescat calumniator meus, dicens me prima damnare matrimonia, quando legit, non damno digamos, & trigamos, & si dici potest octogamos. Aliud est non damnare, aliud, prædicare, aliud est, veniam concedere; aliud, laudare virtutem. Si autem durus in eo videor, quod dixi. Quidquid aqualiter licet, aquali lance pensendum est: puto non me crudelem iudicabis, & rigidum, qui alia loca virginitati, & nuptijs, alia trigamis, & octogamis, & pœnitentibus legeris præparata.*

Exponit etiam & probat illud Ambrosij pronunciatum, non ergo copula nuptialis, quasi culpa notanda, sed quasi necessitatis sarcina declinanda est. Tandem: *Ego, inquit, etiam nunc libera voce proclamo, non damnari in Ecclesia digamiam, imo nec trigamiam, & ita licere quinto & sexto, & vltra, quo modo & secundo marito nubere. Sed quemodo nec damnantur ista nuptia, ita nec prædicantur. Solatia miseria sunt, non laudes continentia.*

Hieronymus non damnat secundas nuptias.

Quod ipse virginitate caruerit, hoc non extennat, sed firmat testimonium. *Igitur hac extrema voce protestor, me nec damnasse nuptias, nec damnare, respondisse aduersario, non meorum insidias formidasse. Virginitatem autem in cœlum fero, non quia habeam sed quia magis mirer quod non habeo. Ingenua & verecunda confessio est; quo ipse careas, id in alijs prædicare. Numquid quia grani corpore terra hereo auium non miror volatus, nec columbam prædico, quod radit iter liquidum celeres neque commouet alas?*

VERSVS 4.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi, per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.

QVÆSTIO I.

Quomodo mortificemur legi?

§. 1. CONclusio est comparationis, quâ similitudinem applicat. Nos velut vxores, mortuos legi esse asserit, pro eo quod dicendum videbatur; legem esse mortuam, de quo supra dictum est. Deinde ita nos mortuos affirmat, vt simus alterius ἑτέρῳ, seu alteri, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ. Non ergo mors illa naturæ interitus est, sed in melius mutatio, mortui enim nubere non possunt: nobis mortuis legi optatissimum matrimonium promittitur. Nempe eius qui ex mortuis resurrexit, ac proinde immortalis est, cuius proles sit, non monstrosi partus, vt in priori matrimonio, sed fructus Spiritus Sancti, gaudium, pax, caritas, omnium virtutum opera, ipsaque dona & virtutes. Non tamen nostria meritis, aut industria ad tantam dignitatem peruenimus. Sed per corpus Christi, non enim mortui sumus legi per arbitrium nostrum, sed per corpus Christi, qui morte sua veterem hominem occidit, & nouum creauit. *Beza reprehendit particulam Per, substituit. In quo putat emphaticoteron; verum contrarium dicendum est eo modo quo dicimus per tua vulnera meum latus petitur, sic per Christi corpus antidotum & medicina in nos fluxit quo peccati venenum sublatum est.*

Nouum in Christo matrimonium.

In Syro est בפגרה *in corpore, in cadauere*, apud eos particula ב In, actionem, instrumentum, atque adeo etiam causam primariam significat.

§. 2. Pareus id quod Beza vertit *In* pro *per*, audè in subsidium erroris sui arripuit. Nos mortuos, ait, *in corpore Christi*, vt mortificatio sit subiectiue in corpore Christi, non in nobis. Sed intelligamus eam in Christo factam, nobis imputatam. Quia Christus in corpore suo nostro loco factus est execratio, vt nos ab execratione legis redimeret.

Refellitur illa imaginatio dilucide, & facile. Nam *διὰ σώματος per corpus*, non *in corpore*, dixit Apostolus. Versionem vero Bezæ cæteri respuunt, Bullingerus, Hyperius, Lossius, Cornerus, merito; nam & Chrysostomus de causa effectrice, & alij interpretantur. Hyperius *Forma*, seu causa *efficiens mortificationis nostra mors Christi, quam pertulit in corpore suo.* Caluinus & Beza mortificationis nomine sanctificationem in nobis inhærentem intelligunt. Hoc enim verbum, mortificandi & moriendi necessario designat. Mortui & consepulti sumus cum Christo cap. 6. v. 3. 4. & complantati num. 5. Eadem illo loco, & hoc est mors nostra. At illo loco etiam Pareus, mortem peccato interpretatus, actiue mortificare in nobis peccatum, per gratiam Spiritus Sancti quem dari iustificatis fide dixerat, cap. 5. *ne viuat*, hoc est, *ne vires exerat in nobis, aut nos in illo.* Nec alia est sententia Pseudo-Ambrosij, quem frustra pro errore suo adducit. *Mori legi est viuere Deo: quia lex dominatur peccatoribus, cui ergo dimittuntur peccata: is moritur legi. Hoc est liberatur, à lege. Per corpus sic consequimur hoc beneficium. Tradens enim corpus suum seruator mortem vicit, & peccatum damnauit.* Vbi eum

Corpus Christi nostra mortificationis causa.

[illegible] facere Deo, in nobis mortuam esse ostendit, in quibus est vita, nam vita virtutum mors est criminum. Hoc nos consequimur per corpus Christi dicit beneficium. Mors ergo vitiorum intelligitur, non mors Christi, sed beneficium, quod per mortem eius in nos collatum est.

§. 3. Mortem illam præclarus sequitur fructus. καρποφορῆσαι phrasi Hebræa dicitur, pro *gignere liberos*. Sic פרי בטן *fructus ventris*. & Psal. 127. *Filij tui sunt nouellæ oliuarum*. Fructus autem vberrimos tulit gentium Ecclesia, mira fœcunditate. Vti ergo illi sunt, qui sola imputatione nos iustos fingunt, peccare nos semper, omnia opera esse peccata mortalia? An Deo per crimina fructificamos? An legem æternam violando mortui sumus legi? An fructificare Deo, est impune peccare, quia iam sumus legi mortui, non autem sub lege? aliter sane Augustinus l. 1. q. 1. ad Simplicianum. *Sub lege esse dicuntur, quibus dominatur, eis autem dominatur, quos punit, punit autem prævaricatores omnes. Porro qui acceperunt legem prævaricantur eam, nisi per gratiam consequantur posse quod iubet, ita fit vt non dominetur eis qui iam stabiliti in gratia sunt, implentibus eam per gratiam, qui erant sub eius timore damnati.*

Fructificare.

VERSVS 5.

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.

QVÆSTIO I.

Quid sit esse in carne?

§. 1. SEcundas nuptias felices, auspicatasque demonstrare prioris matrimonij recordatione instituit. Durat erat conditio eorum qui legem imperantem, non adiuuantem, tanquam virum crudelem seruitio eniae ferebant. Deinde passiones peccatorum perpetua lite domum turbabant, atque inter vxorem, & maritum sine intermissione contentionem excitabant, adeo vt vir sæuiret, vxor contra sæuientem fremeret. Tertio erat illis interna in ipsis animis, vt nullo modo conciliari possent, aut discordia tolli, nisi sola morte. Denique quod vnicum esse poterat in magna calamitate solatium, ingenuæ prolis susceptio & educatio, id quoque aberat. Liberi enim ex eo matrimonio nati monstrosi, abortiui, improbi nascebantur, matris miserias augebant, eam in maritum concitabant, in mortem & prælia, in rogos & cruces parebantur: ad cumulum itaque malorum accedebat afflictæ genitricis in pœnam fœcunditas. Liberi enim veteris hominis, & concupiscentiæ à lege irritatæ, contra legem frementis varia sunt peccata, quæ assuetudine peccandi, & dulcedine expertæ voluptatis, concupiscentiæ vires in immensum augebant, vt lex non iniqua modo, & durum eius imperium, sed etiam impossibilis factu iudicaretur. Nec tamen inter suo maritus cedebat, oblatrantem, repugnantemq; contumaciter vxorem, vinculis, verberibus compescebat, ad mortem damnabat, & matrem, & infelices filios. Miseratus ergo Dominus deploratissimam mulieris conditionem, eam coniugio exemit, vt & lex illi, & illa legi moreretur, nouum deinde, meliorem q; vitam tribuit, à quo ipsi ad nuptias [illegible] suum vocauit, morte sua redemptam, vt tanto beneficio deuincta, amorem æquare conaretur, seruiret nouo marito, ac deinde filios pareret selectissimos Deo in vitam æternam. Sanguine autem sponsi nuptiæ illæ pactæ sunt.

[illegible]ia matrimonij prioris.

§. 2. *In carne esse*, hoc loco est, in statu legis esse, absque gratia, non regeneratum esse, vt cap. 8. 8. *Qui enim in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne sed in spiritu.* Simili modo 2. Cor. 10. 3. In carne esse, est desideria carnis perficere. Græci ἐν ταῖς πράξεσι πονηραῖς καὶ τῷ σαρκικῷ βίῳ. *In operibus improbis, & carnali vita.* Theodoretus quoque etsi de cæremonijs interpretatus est, quasi illi in carne essent, qui carnalibus ritibus, & sacrificijs occupati erant: tamen etiam de vita carnali interpretatur, duas enim proponit interpretationes. ἐν σαρκὶ τουτέστιν ἐν τῇ κατὰ νόμον πολιτείᾳ. Et ἐν σαρκὶ τουτέστιν σαρκικῷ βίῳ. *In carne, hoc est in ea politia*, seu viuendi genere, quod est secundum. Et *in carne: Hoc est, in vita carnali.*

In carne esse.

Hinc constat, non dici eos hoc loco, esse in carne, qui in carne viuentes, non secundum carnem militant: qui etsi carnem circumferant, & à carne tententur, opera tamen carnis non perficiunt. Non dixit, cum essemus sub lege, ne hæreticis occasionem daret, Manichæis scilicet legis & prophetarum aduersarijs, vt monet Chrysostomus. Manichæi enim & Valentiniani legem esse malam, & à malo Deo fingebant, & vt habet Augustinus serm. 4. de verbis Apostoli, *Impediebant Christianis non simplicibus, sed negligentibus*, & scopum Apostoli non considerantibus.

§. 3. In carne esse, etiam est reliquias infirmæ, & vitiosæ carnis circumferre cum lucta, more Calviniano; nam qui iuxta illorum opiniones, regenerati censentur: peccata faciunt, quamuis repugnent, & reluctentur, vt supra expositum est. Tales vere in carne sunt, non mortificati. *Itaque Orthodoxi hinc argumentum firmum contra duas hæreses ducimus; contra iustitiam imputatiuam, & contra id quod nos dicant absolutos à rigore legis.* In carne sunt illi, in quibus vigent (ἐνεργοῦσι) *passiones; vigent autem per legem; Vita ergo legis est, quæ auget hanc concupiscentiam in carnalibus; Mortificatio autem est huic vitæ contraria: Nam Apostolus opponit omnino ista duo. Ergo passionum repressio & vigoris illius extinctio, ne contra legem ferantur, sed eam sponte libentes amplectantur, est mortificatio. sed illa mortificatio est iustificatio, vt concedit Pareus v. 4. ergo iustificatio non est sola imputatio. Vigoris huius repressio, & voluntaria legis impletio non est eorum qui cupiunt à rigore legis absolui, sed eorum qui eam rigidam & intolerabilem queruntur, hoc est quorum passiones operabantur per legem. Deinde vigent per legem atque duram & impossibilem dicunt. Qui enim libertatem postulat ab obseruantia legis, quod dura & rigida videatur, in eo sunt & vigent passiones fructificantes morti, id agunt hæretici. Ergo fructificant morti, &c. Lex nulla alia de causa dura est, aut difficilis, nisi quia obstant passiones, ergo vbi talis apparet, illi sub anathemate tenentur, ibi sunt passiones, ergo ibi non est mortificatio per corpus Christi. Non ergo finis huius mortificationis libertas à rigore legis, nam hoc auget passiones, nec S. Paulus hoc induxit. Quapropter impie docet Pareus hanc libertatem inchoatam: nondum enim plene sumus mortui peccatis, vnde nec plene à vexatione legis immunes, veterum & hic differimus à non renatis, isti enim irritantur*

Caluiniani iusti sunt in carne.

tus lege cum esse. Ita & semper viri sanctissimi peccant, renati irritantur quidem, sed non semper cum effectu, quia reluctantur, nec obediunt peccato, ac licet aliquando ex infirmitate cessitent, aut labantur, tamen à Spiritu Dei erriguntur & seipsos accusant. Primo impie cupitisse suos à vexatione legis immanes, cum lex seruanda sit. Deinde falsum est non renatos nunquam reluctari, multi à multis malis abstinuere, & sceleratum grandi conscientia accusatione fecerunt, Non enim cognoscitur omne id mali agere, quod illis proponitur agendum, de lapsibus renatorum ipse dicit, cessitare, labi. Reputat eum Magister eius Vrsinus Ep. 4. Catechetica. Etiam illud calumniosum est, quod dicamus electos non posse excutere Spiritum Sanctum. Non omnes sunt hostes agnita veritatis. Et de his iam antedictum.

QVÆSTIO II.

Quæ sint passiones peccatorum?

§. 1. Παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, passiones peccatorum, vocat, quas supra, passiones ignominiæ: hoc est passiones, perturbationes, affectiones vitiosas, peccatrices, de peccato ortas, in peccatum trahentes. Sunt autem inclinationes, & motus, quæ tam iudicium intellectus, quam voluntatis impetum agitant; nec mirum cum sint παθήματα passiones, vim agendi, & operationem illis tribui; nam cum per illas animus patiatur, etiam patiens agit. In Latino cum dicitur, *quæ per legem erant*, non ita intelligendum est, vt peccata dicantur per legem fuisse. Nam relatiuum *quæ* ad passiones, non ad peccata referri debet: in Græco est enim: τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν τὰ διὰ τοῦ νόμου ἐνηργεῖτο. Operantur igitur, & vigebant efficaciter in membris nostris: non in carne modo & sanguine, sed in ipsa mente, & voluntate, falso bono proposito rationis iudicium obscurantes, & voluntatem à vero & honesto, ad dulce bonum inflectentes. מתחמטין הוין *efficaces erant*. Præclare etiam Chrysostomus notauit: dictum esse, *in membris*. Non enim dixit membra operari, sed quæ in membris, ostendens aliunde malitiæ principatum, ἀπὸ τῶν ἐνεργούντων τῶν λογισμῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν μελῶν ἐνεργουμένων. *à ratiocinalibus agentibus, non à membris, quæ aguntur.* Chrysostomus: simili explicat. Anima artifex est, cithara vero natura carnis, dissonantia non est ex cithara, sed ex artifice. Verum hic tam præpostera est ratione, vt etiam ipsum artificem, hoc est rationem & voluntatem passiones turbent. Hæc tota actio fructificabat morti, ratio oppositionis requirebat, vt eum ante dixisset Deo, nunc subderet, Diabolo, verum efficacius ostendere voluit finem infelicé peccati, mortem scilicet, quæ peccatores ex Dei iustitia manet, etsi Diabolus nullus esset fructificare morti, est rem mortis augere, illi messem colligere, opes enim mortis peccato crescunt: Mortis inquam æternæ, mortis secundæ. Syrus valde expressit: ופירא נהל למותא, *at fructus morti daremus.* Sic ditem vocarunt veteres Plutonem, quod omnium tandem accessu regnum eius impleretur. Recte de seductore dictum est:

Pluto de morte dicitur. πλοῦτος.

Multas ille animas morti donauit auara,
Misit & ad stygios impia lucra lacus.

Hæc autem facta per legem, occasione legis, flagitia ostendentis, accusantis, damnantis; & ob hominum deprauatam naturam irritantis. Per legem enim peccata non sunt, vt breuiter & vere dixit bonus auctor γινόμενα, sed φαινόμενα, & γνωριζόμενα, *non fiunt, sed apparent, & cognoscuntur.*

Passiones per se non morti dignæ.

§. 2 Sarcerius hinc probare se putat passiones per se esse peccata. *Ruit his Scholasticorum hæresis quæ negat impuros affectus peccata esse per se. 2. item morte & damnatione dignos, nec Deum de his iudicare, nam passiones peccatorum quæ operantur, fructificant morti æternæ, ergo damnatione digna.*

Respondeo. Non est illa hæresis, nedum Scholasticorum hæresis. Verum sacrarum literarum, & tum patrum aliorum, tum vero Augustini sententia, de qua paulo post plura dicam. Nunc argumentum hæretici expendamus, quod detestabilem hæresin continet. Faciamus enim verum esse, passiones peccatorũ per se peccata esse, ideo quia fructificant morti æternæ. Per se etiam esse peccata, quia digna damnatione æterna sint. Hæc si vera sunt, omnia fidei dogmata pene euertent. Nam sic concludendum fuerit. Quicquid fructificat morti æternæ per se peccatum est, homo impius fructificat morti æternæ, homo ergo per se peccatum est. Aut si mauis: Quicquid est dignum æterna damnatione per se peccatum est, homo impius dignus est æterna damnatione; homo igitur impius per se peccatum. Hoc Illyricus velit, & magno mercentur Manichæi. Passiones fructificant, hoc est, vt ante ex Syriaca versione exposui fructum dant morti. Seu passiones ἐνεργοῦνται εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. Passiones operantur ad fructus ferendos morti. Aliud passiones, aliud fructus passionum, quas operando producunt fructus sunt peccata: sunt omnia vitiosa opera, etiam testibus hæreticis. Causæ peccatorum non sunt necessario peccata, ne ipsos homines peccantes peccata dicamus, & naturam hoc est Dei opus infamemus. Videat lector Epistolam Iacobi Andreæ ad Illyricum anno 1574. scriptam, vbi idem plane argumentum ille & proponit, & soluit. *Video autem*, inquit, *quid potissimum tibi obstet, quo minus te expedire possis. Cum enim natura humana post lapsum, nulla sui parte sit bona, sed omnino corrupta, etiam in vtero matris, nec peccatum originis per se efficax: non enim peccatum in homine, sine homine, sed ipse homo, & pessima ipsius natura accusatur, quæ sola efficax & bestia illa est pessima. Hinc tu colligis ipsam, ipsam inquam naturam, & cor ipsum quoque peccatum esse. Plane eodem modo Sarcerius ex eo, quod concupiscentia & affectus operantur peccata etiam colligit, ipsos esse peccata.* Cum tamen ipsi affectus sint à Deo creati, & naturæ insiti, nec quicquam in illis malum, nisi deprauatio.

Illyricismo.

VERSVS 6.

Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate Spiritus, & non in vetustate literæ.

QVÆSTIO I.

Quomodo soluti sumus à lege mortis?

§. 1. Soluti à lege mortis. Græci κατηργήθημεν, *Soluti* Beza primo vertit; *eneruati sumus* post vero, *a morte liberati*, quod est idem cum nostro, nam sane καταργεῖσθαι Apostolo enim v. 3. ἐλευθερωθέντες Syrus:

cella-

ramus à lege, opponitur vero verbo, vel τῷ ἐνεργεῖσθαι, vel quod magis probo τῷ δέδεται, *alligata est*. *Lege Mortis*: variat lectio. Syrus: *cessamus à lege & mortui sumus*. Græci κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα. *soluti sumus à lege, mortui in quo detinebamur*. Origenes vtramque lectionem vidisse se testatur, nostram Augustinus l. 1. ad Simpl. lib. 1. ad Bonif. Contra Epist. Pelag. & in Psalmum 72. Pseudo-Ambr. & Pseudo-Hieron. ab vtraque dissentiunt. Lectio S. Chrysostomi habet. ἀποθανόντος, *mortuo*, vnde Erasm. & Beza vertunt: *mortuo eo in quo detinebamur*, deinde explicat ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὁ δεσμὸς δι' οὗ κατειχόμεθα, ἀνῃρέθη, καὶ διερρύη, ὥστε τὸν κατέχοντα μηδὲν ἔχειν λοιπόν, τουτέστι τὴν ἁμαρτίαν. nec obstat, si subintelligas ἐν ᾧ, id est, ἁμαρτίᾳ, generis diuersitas, loquitur enim de peccato vt de persona, seu hoste, seu custode plagiario per iniuriam captiuos detinente, vt Caluini versio toleranda non sit, *mortui ei in qua detinebamur*, nam ei est peccato, non legi hæc de lectione. Soluti à lege mortis. lex mortis dicitur vetus, quia plena minis mortis. 2. ipsa moritura erat. 3. quia viuificare non potuit. 4. quia occasio mortis. 5. quia litera occidit. 6. quia Christi morte sublata est, nam si qua pars eius viget id fit quia naturalis, non quia Moysis. Ea ergo lege soluti sumus, quia & nos & lex mortua; non naturali, eam spiritu impleamus. *In qua detinebamur*, cui iure connubij iuncti fuimus, vt superioribus, aut si vox *qua*, mortem referat, quasi in morte detinebamur, quia nondum viuificati, seu ex diuersa lectione Græca, vel nos vel ipsum quod erat vinculum interijt, scilicet mors seu peccatum.

§. 2. Seruiamus scilicet iustitiæ, vt v. 6. ne quis libertatem vertat in occasionem carnis. verbum δουλεύειν ostendit in his seruiendi necessitatem, non modo ex gratitudine, sed propria lege seruitutis.

Quod Pareus hinc argumentatur: hic δουλεύειν dicitur de Dei seruitute, ergo λατρεύειν & δουλεύειν non differunt. falsa ratio est, vsus Theologorum obtinuit, vt soli Deo λατρεία, alijs δουλεία etiam tribuatur, vide c. 1. Nec in verbis difficultas est, modo res ipsa teneatur, cultus qui soli Deo conuenit, vt auctori & omnium rerum domino, nullo sub nomine creaturæ potest adhiberi.

QVÆSTIO II.

Quid vetustas literæ, nouitas Spiritus?

§. 1. PRimo monendus lector, importunam esse eorum expositionem nō modo falsam, qui nomine literæ sensum literalem, seu historicum; numine Spiritus sensus mysticos & allegoricos intelligunt. Nam Scripturæ literalis sensus in plerisque est retinendus, vt primaria Sancti Spiritus dictata. Alioqui nihil certi in Scripturis haberemus, allegoriæ enim plurimæ numero, paucissime ad rem idoneæ in dies finguntur. Nec post hæreticos quisquam plus Scripturæ nocuit, quam indoctorum de allegoriis somnia, quæ omnia in alienum sensum trahunt. *Sensus literalis.*

§. 2. Vetustatem literæ Theodoretus vocat vetus testamentum, non tamen ad eius accusationem vertinos debere admonet.

Athanasius p. 350. esse scriptionem, Spiritum esse mentem literæ. *Vos quoque, si Sacras literas euolueritis, inuenietis Spiritus vocabulum in hoc vsurpari, vt & mentem verborum significet. Paulo ita scribente. Qui idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non litera sed Spiritu; litera enim occidit, Spiritus viuificat. Siquidem dicta literis exarata sunt & mens quæ in illis consistit, Spiritus appellatur. Ita & lex spiritualis est, vt non, (quemadmodum iam dixi loquitur) seruiamus vetustati litteræ sed in nouitate Spiritus. Idem inter gratias agendas inquit, igitur ego mente quidem seruio legi Dei, carne autem legi peccati, nulla ergo condemnatio ijs qui in Christo Iesu sunt. Lex enim Spiritus vitæ, quæ in Christo est liberauit me à lege peccati.* *Lex, litera, Spiritus.*

* Scholia Græca. ἵνα δουλεύωμεν αὐτῷ ἐν τῇ νέᾳ ἐπιταττόμεθα ἅπερ οἱ παλαιοὶ ἐν τῷ γράμματι ἤτοι ἐν τῷ νόμῳ, ἀλλὰ καινά, καὶ νέα παραγγέλματα. *Postquam non illa nobis in noua præcepta sunt, quæ veteres in littera acceperunt, vel in lege: sed alia, noua, recentiora præcepta.*

Chrysostomus, vt seruiant ex animo, vera interna obedientia, non vetustate literæ, quæ in externa duntaxat executione erat. *Vetustas ergo litera est hominis sub peccato in lege viuentis, & non seruantis legem, qui fructificabat morti, nam lex illa ideo vetusta quia morti vicina, quia abolenda comparatione noua vita, nam si in nouitate Spiritus est in vera fide & charitate, vt reuera est, hic enim finis est cum soluti a lege & gratiæ dona ti, ergo vetustas litera est sine charitate viuere, non quod lex illam non exigeret, sed quia vis legis non dabatur, itaque in lege seruanda, non tamen ex lege erat in quibus erat.*

Huc pertinent aliorum interpretationes. Vetustatem literæ esse veteris hominis seu vitæ status de cultu Dei & cæremoniis, opinionem de meritis vittutum naturalium. Esse ociosam legis cognitionem cum aliqua disciplina externa. Esse mutam literam sine Spiritu. Esse omnem doctrinam sine Spiritu. Non seruiendum Deo in cæremonijs, non peccatis, sed vitæ sanctitate, spontaneo Spiritu, non ind gnabundo. Illæ interpretationes plerorumque in re ipsa non dissentiunt. Nam homo vetus in omnia errata labitur, nouus omne genus officij amplectitur. *Litera sine Spiritu.*

§. 2. Iterum hic ingerit Caluinus. *Tum nos à lege solui, cum à rigida eius exactione liberamur.* At ille hic de cæremoniali loquitur, ab ea in vniuersum liberamur. Deinde non magis soluimur à lege morali quam Moses, Dauid, Iosias, Zacharias, ab illis autem non minus custodia legis, quam à Core, Dathan, Abiron, Saule, Manassa, Herode exigebatur.

Deinde idcirco soluimur à lege, vt in nouitate Spiritus ambulemus, non in vetustate literæ, quod non modo orthodoxi, sed etiam Sectarij Oecolampadius, Bullingerus, Ochinus, Cornerus, Osiander, Lossius, Strigelius de nouo homine legem ex amore, & interna obedientia faciente intelligendum esse docent. vbi igitur illa non est, manet literæ vetustas. Lex enim immota manet.

Occurrit autem impiis carnis ratiocinationibus, & Antinomorum nostri temporis insaniæ; qui bona opera referunt inter adiaphora, vt etiam Libertini faciunt. Legem mortis esse dixerat. Vnde argumentabantur, esse peccatum, de quo versu sequenti.

VERSVS 7.

Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces?

QVÆSTIO I.

Quæ & quorum ista obiectio?

§. 1. Int-

§. 1. IMpiorum, vel doctrinam Pauli insidentium, vel vere id consequi existimantium. Nam quosdam fuisse credibile est, qui Manichæorum, Valentinianorum, Libertinorum, Antinomorum nostri, atque adeo Calvinistarum erroribus imbuti fuerint, & occasione dictorum à Paulo à Dæmone in fraudem inducti fuerint, cui enim Satanas illis non suggereret, quod postea totim- probis persuasissimum fecit? Sane constat legem à Libertinis irrisam, à Calvinistis vt sua damnandi, & accusandi priuatam, ab Antinomis penitus ab Ecclesia eliminatam, & proscriptam, quod abrogatam omnino dicerent. Legem accusabant, quod esset I. a mortis, quod per legem passiones operarentur in membris, inde concludebant, legem ergo administram esse peccati, adeoque peccatum. Non videtur legem propriè peccatum dixisse, sed per metalepsin peccati causam. Non enim institumentum peccati necessario peccatum est. Si vero mortis effectiua est, sequitur etiam peccati causam esse. Non enim mors aliunde, quam à peccato. Legislator ergo causa est violationis, & transgressio is, qua lex contemnitur.

Satanas se legi Dei semper op posuit.

§. 2. Paulus respondet ad vocem impiam, vt solet, abominatione, & argumento confutat. Lex, inquit peccati est index, speculumque, quo eius fœditas animo nostro ingeritur, norma ad quam opera exiguntur, non est ergo lex causa peccati. Quod enim mali cognitionem adfert, mali non est causa, vt illud faciamus, sed vt detestemur.

Lex ostendit peccatum.

QVÆSTIO II.

An concupiscentia sit vere & proprie peccatum?

§. 1. QVæstio antiquissimis ignota, tempore Pelagianorum efferuescere cœpit. Non est vero quæstio de motibus duntaxat, sed de ipso fonte, & radice omnium motuum, ipsa inquam potentia, & facultate concupiscendi, vt de motus oriuntur, quæ est etiam in dormientibus, in non agentibus. Multiplex est, & ad plurimos sacrarum litterarum locos pertinens disputatio, verum præcipue examinanda sunt, quæ ad hoc caput pertinent. Disputat de concupiscentia Bellarminus l. 5. de amissione gratiæ & statu peccati, & contra Bellarminum Pareus qui in huius capitis depravatione eadem mouet arma.

§. 2. Concupiscentia, seu ipsa vis & origo motuum in nobis non est vere & proprie peccatum. Contra sentiunt, Lutherani & Caluiniani, non omnes tamen. Et e. g. ea de re disputant, cum probarent, non esse peccatum originale. Nam qui peccatum esse fingunt, non nisi de originali loquuntur. Probat Bellarminus l. 5. citato c. 5 & 9.

Concupiscentia propter non est peccatum.

Ratio est manifesta: Baptismo remittitur omne peccatum, ita vt liberi sint baptizati à peccato, at vero à concupiscentia non liberatur, manet enim illa in baptizatis, vt docemur experientia: ergo non est peccatum proprie, & per se videlicet. Respondet Lutheranus, Kemnitius, manere concupiscentiam damnatione dignam, sed sublatum esse reatum. Subinfert Bellarminus. Reatu sublato desinere earlorem peccati, nam reatus est proprie peccatum, & idem sentit Melanchthon. Pareus illa n Lutheranorum responsionem reijcit, negat suorum esse, affirmat obscuram, & inualidam, nec valere ad consolationem. Ille igitur respondet: In iustificatis nihil per se [illegible] tione dignum, falsum esse. Nam man[illegible] tum & reatum non autem imputari. Vero hoc iam supra sæpe refutatum, & diserte monet Augustinus tolli, non radi delicta. Concupiscentia autem si manet, nec reatus eius tollitur, quo Lutheri responsio refellitur.

§. 3. Ex ipsa rei natura refellitur. *Si homo, inquit Bellarminus: non nasceretur ex Adamo, & tamen haberet concupiscentiam, quam nunc habet, non posset tu eo concupiscentia proprie vocari peccatum, igitur concupiscentia non est ex se, & natura sua proprie peccatum. Huius argumenti antecedens est S. Augustini lib. 3. in Iulianum cap. 12. vbi concedit S. Augustinus Iuliano hominem non posse iuste reprehendi, neque esse reum, vel peccatorem propter concupiscentiam, si cum ea concupiscentia, quam habet, non propagaretur ex Adamo, sed crearetur à Diabolo. Et prater Augustini auctoritatem, res est omnino explorata & certa. Nam tunc concupiscentia recessit omnino naturalis, propter naturalia autem nemo iuste reprehendi posset, vt si quis cæcus nascatur aut fatuus. Quod si concupiscentia non esset peccatum si naturalis esset, profecto non est peccatum per se & ex natura sua, quod enim ex natura sua peccatum est semper peccatum est & vndecunq, tandem oriatur, sive ab homine, sive à diabolo semper fagit reum.*

Respondet Pareus, Deum id facere non posse, qua a D us hominem ex homine nasci voluit. Deinde si ille humo habeat concupiscentiam etiam habere peccatum. Responsio: Hoc scilicet est de peccato disputare, Deum de throno deijcere. Cur enim Deus non posset hominem creare habentem concupiscentiam, qui posset & bene & male vti? Potest habere potentiam vitiosam, quæ tamen non sit peccatum, sed naturalis, vt habet Augustinus. Non enim peccatum erit originale, nec actuale. Non originale, quia à Deo creatur, non actuale, quia nihil omnino agit. Deinde Pareus in hunc locum, ita loquitur de concupiscentia, vt eam non accuset. [illegible], inquit, *vel* [illegible] *vel* [illegible] *significat. fic & bonum naturale, quod lege non damnatur. moraliter vel consideratur in se, sic est indifferens, vt stare sedere. 2. relatè ad legem, vt iuxta, vel extra legem, vt motus bonus manus, si ad rem meam modo ordinato & licitu, si non licito, contra legem est. Tria hic requiru vt sit bonum etiã à bonũ obiectum, modo & fine bono. In natura integra omnes motus erant boni, quia hæc tria incorrupta omnes motus vitiosi sunt aliquo ex his deficiente. Tandem renatorum qui ex fide agunt bona aliqua cupiditas esse potest, obiecto, modo, fine, debite obseruato, mundis enim omnia munda, ostendit exemplo & tandem excludit, non igitur omnis* [illegible] *concupiscentia est peccatum in renatis. Quamquam ex accidenti ob vitium natura vix vnquam vitio careat. Sola concupiscentia finis & mediorum ad finem, hoc est gloria Dei, & salutis nostra, verbi Dei, sacramentorum, fidei adoptionis & rerum Diuinarum, in Scriptura simpliciter laudata, & præcepta cupiditas. Quærite primum regnum Dei.*

Deus potuit hominem creare habentem cupiscentiam

Magni facienda est illa professio. [illegible] concupiscentiam significate [illegible] facultatem naturalem & actum, seu [illegible]. Si esse bonum naturale, non damnatum in lege. Natura igitur sua bonum est, ideo non potest formaliter esse peccatum D. Inde absolute considerarũ esse adiaphoro, nec bonum nec malum. At relatè ad legem concupiscere esse bonum si secundum legem fiat, malum si contra legè. Renatorũ ergo cupiditas aliqua bona est, non omnia ergo peccata mortalia. Si igitur actus sunt boni, & adiaphori, cur non ipsa po[illegible] [illegible] est

Aliq[illegible] cup[illegible] mo[illegible]

[illegible] nam & moraliter adiaphorum. Si [illegible] pe.cepta est, cupiditas est, si est aliqua quæ [illegible] modo, sine est bona, non igitur ipse fons necessario malus. Vide Prosper p. 104. de vita contemplatiua c. 2. *Cæterum nos qui primo homine peccante peccauimus non in nostra separata iam vita, sed in eius natura, in qua fuimus & corruptionem velut de radice superbia morbo conceptam contraximus, & in ipsa corruptione nostra omnes peccatorum causas habemus, qui non corruptibiles efficimur, quia peccamus, sed quia corruptibiles sumus omne peccatum ex ipsa corruptione nostra committimus. Primus autem homo non ideo peccauit, quia corruptibilis fuit, sed cum incorruptus esset, seipsum peccando corrupit, & corruptionem suam in nos propagatione transfecit: & idcirco ibi nobis auferenda est, tota mortalitas, omnisque corruptio, quæ facta est ex peccato, hic vero, vbi non iam sanata est, sed adhuc sanatur per gratiam nostra natura, quæ infirmata & per culpam, piis conatibus nostris resistit ipsa concupiscentia vitiosa, non naturalis, sed naturæ nostræ indita pœnaliter & inserta, quæ peccato facta est: & peccatum si vicerit, facit. Quam licet, quamdiu mortaliter viuimus, habeamus: non eam tamen studio nostræ voluntatis adiuuemus, & vincimus: quoniam non eam in nobis sentiendo, sed ei consentiendo peccamus: nec ipsa statim vt nos pulsauerit, vincit: sed si mentem nostram, (quod absit) de sublimitate propositi sui in consensum peccati deiecerit.*

Et Nyssenus p. 756. *Itemque si per sese concupiscentiam definiamus, appetitionem esse dicemus eius quod deest, vel desiderium fruendæ voluptatis, vel dolorem ob id quod non potimur eo, quod cordi est atque animo gratum & acceptum: aut aliquam affectionem ad id, quod est suaue & iucundum, quo frui non licet: & eius modi omnia cupiditatem ostendunt quidem, ad definitionem autem animæ non pertinent.*

Hæc autem talia desideria plurima, cum ad vitam, vitæque munia necessario pertineant, non possunt à natura abstrahi, ideoque vitiosa non sunt.

Et de anima & resurrectione. *Hæc autem sunt quæcunque in nobis existentia πάθη, id est, affectus, passiones, siue perturbationes, & motus dicuntur: quæ non omnino mali alicuius causa humanæ contributa naturæ sunt, (nam alioqui creatori causa malorum assignari posset, si illinc peccatorum necessaria causa simul in naturam collocassent) sed certo quodam vsu voluntatis & arbitrij, vel virtutis vel vitij instrumenta tales animi motus existunt. Quemadmodum ferrum dum ex sententia artificis creditur quocunque, ferramentum artificis animo voluntas destinauerit ad id etiam formatur, & vel gladius, vel rustici alicuius operis instrumentum fit.*

§. 4. Mihi vero videtur Pareus in hac quæstione omnia soluere argumenta suorum, quo probate contendunt, concupiscentiam peccatum esse. Etsi ergo, verum est, inquit, quod hic vult Stapletonus in antidotis, concupiscentiam ingnitam, & lege damnatam, non esse ipsam concupiscibilitatem, aut ipsam sensualitatem per se: vt quiddam à Deo conditum in natura. Tamen quatenus per peccatum est vitiata, & legi Dei difformis, omnino de ipsa primo loco loquitur Apostolus dicens: *Concupiscentiam non nouissem.* Nisi enim negemus esse peccatum ipsam concupiscentiam; nec negare poterimus ipsum hominem vitiatum esse peccatum. Sententiam illam contra Illyricum sic explicare coactus est Iacobus Andreæ Epistola p. 3. *Adamum post lapsum negat physicè corruptum, sed eundem numero mansisse.* Addit: *qui neque corpus, neque animam, aut potentiam aliquam animæ minimam, quoad substantiam, & essentiam amisit, sed eas, corruptas tamen, omnes simul retinuit, adeo vt nihil incorruptum permanserit in toto homine.* pag. 4. addit, *cor corruptum, in eo hærere malitiam. Cor non esse peccatum, quia sit à Deo.* Pergit. *Vnus ergo & idem homo simul Deo creatura est, & huius respectu, bona propter originem quam à Deo habet. & totus est malus, atque adeo malus vt neque natura, neque substantia, neque vires, aut potentia vlla in eo relicta sint bona. Sed totus in maligno positus.* Hæc etiam Caluinianorum est doctrina. Ex qua firmissimum contra eos argumentum ducit Illyricus. Si concupiscentia quæ à Deo est, & potentiæ, viresque agendi ideo sunt veræ & per se peccata, quia sunt per peccatum corruptæ, non est causa cur non ipsum cor, anima, mens, sit verum peccatum, nam omnia illa, & tota corrupta sunt, nec dicendum est, in ipsis tantum hærere peccata, sed ipsa esse peccata, aut concupiscentiam, corruptam, (non de actu loquor) non esse peccatum, sed in ipsa esse peccatum, vt est in homine peccatum, in ipsa esse reatum, vt est in anima. Non quod concupiscentia sit ipsa reatus. Si enim vires naturales possunt fieri peccata, culpæ, reatus, maculæ, aut necessario fiunt, cum sint immediate à Deo creatæ animæque inditæ, cur non etiam homo ipse reatus est, & peccatum? Nec opus hic est expositione, ipse Iacobus Andreæ ostendit exitum difficultatis, Epistola ad Illyricum. p. 9. *Si Manichæus non es, nolo tibi multo hanc hæresin imputare, modo te aperte purges.* Cuius ratio hæc vna, & expeditissima est, vt fatearis: te secutum phrases Lutheri, easque minime impias esse, quæ appellant originis malum natura, essentia, & persona. *Quia non fit actuale peccatum, quod in cogitatione, dicto, aut facto, sed in ipsa natura hæreat, propter quod etiam ipsa natura dicitur peccatum, & fons omnium actualium peccatorum.* Sic tamen vt inter naturam, & originis malum discernas, & aperte fatearis proprie loquendo, originis peccatum esse in natura. Ad hunc modum, etiam dici potest concupiscentia peccatum esse: nam peccatum vt est in natura & essentia, ita in intellectu, voluntate, appetitu, quæ idem possunt dici peccata, sicut natura, essentia, persona dicuntur peccata, quia fontes sunt peccatorum.

Caluiniani & Lutherani Illyricismum pariunt.

Concupiscentia non magis est peccatum quam essentia.

§. 5. Obiicit Caluinus, cæteri, postremo Pareus. *Peccatum non cognoui* contra Bellarminum l. 5. c. 10. de amissione gratiæ & statu peccati, *nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces. Hic Apostolus aperte concupiscentiam testatur esse peccatum. Nam primum dicit se cognouisse peccatum per legem, & postea declarat peccatum illud esse concupiscentiam, & legem, per quam illud cognouit, dicit esse præceptum. Non concupisces. Neque potest hoc loco accommodari distinctio de peccato propriè vel impropriè dicto. Nam concupiscentia ideo dicitur esse peccatum, quia est præuaricatio diuinæ legis.* Hæc ille semper confundens id in quo est peccatum, & ipsum peccatum, ideoque semper relabens in Illyricismum.

Respondet Bellarminus. *Peccatum in hoc loco propriè accipi, id est, pro vera legis præuaricatione: sed concupiscentiam non accipi pro fomite, sed pro actu voluntario concupiscendi, qui prohibitus est lege,* Non concupisces. *Id ita esse perspicuum est. Tum ex contextu Apostoli, qui cum dixisset, legem nō esse peccatum, id est, causam peccati, sed esse causam cognitionis peccati, probauit ex eo quod non cognoscebant homines actus interiores, vel desiderium vxoris, vel rei alienæ esse peccata, nisi lex dixisset. Non concupisces. Tum etiam ex loco Euangelij Matth. 5. Dictum est antiquis, Non mœchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Dominus enim hæc dixit contra peruersas Pharisæorum opiniones, quæ adhuc docebant,*

Interna peccata ignota multis.

bant, flagitia interna non esse peccata. Quod etiam patet ex Iosepho lib. 12. antiquitatum cap. 13 qui scribit motum internum non esse peccatum, nisi extertus se prodat. Item ex David Kimhin Psal. 66. vers. 17. vbi sic exponit illud. Iniquitatem si aspexisti corde meo, non audiet Dominus, id est, non imputabit ad peccatum desiderium iniustum, si tantum sit in corde. Itaque Dominus ignorantiam illam quæ regnauerat ante legem, & rursum per Pharisæos inducta fuerat, destruere voluit, cum ait: Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, &c. Et non sine causa addidit in corde suo, quia non concupiscentia carnis, sed cordis, id est, voluntaria, prohibita est lege. Non concupisces. De eadem ignorantia loquitur Apostolus cum ait: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret non concupisces. Itaque hoc Beati Pauli Testimonium cum de peccato actuali intelligatur nihil iuuat causam aduersariorum.

Pharisæi interna peccata non agnoscebant.

Hic ergo de voluntarijs animi motibus, & non honestis sermo est.

Insurgit Pareus, & dum euertere nititur responsum Bellarmini se suosque condemnat.

Respondet ergo primo, etiam concupiscentiam internam esse peccatum, quod ad rem non pertinet; nam concupiscentia inordinata est vere proprieque peccatum sed voluntaria, cum in actum mentis quidem exit, sed in animo residet.

Secundo respondet. Peccata esse omnes actus voluntarios, inuoluntarios, ipsam concupiscibilitatem & prohiberi lege. Non concupisces. Omnia contra legem esse: esse legi aduersa, non conformia.

Primum omnino considerandum est, non omne id quod cōtra legem est, peccatum esse. Ipsissimum est argumentum Illyrici responsione ad Epist. lam Andreæ, p. 18. Peccatum est, quicquid est inconforme legi Dei: contenderunt enim omnia nostra, non tantum actiones & motus, & inclinationes, sed etiam essentiam ipsam, esse legi Dei, non tantum inconformissimam sed etiam aduersissimam. Vtique essentia & homo ipse non est præuaricatio legis, sed præuaricator, nec peccatum, sed peccans ita concupiscentia, intellectus, voluntas, non sunt peccata, sed instrumenta, quibus homo ad peccatum vtitur. Intelligendi, & volendi potentiæ non sunt virtutes aut b. nefacta, nec magis quam videndi facultas est vitium. idem igitur in peccato dicendum est. Stulta itaque fuit Smalcaldica definitio, cum Catholicos condemnat, & ad veram pœnitentiam necessarium esse dicit, statuere, omnia nostra esse peccatum, non solum quicquid facimus, loquimur, aut cogitamus, sed etiam quicquid sumus. Imo, omnia nostra esse merum peccatum. Hæc tam monstrosa is fugimus, fatendum est, aliquid legi aduersum esse, quod peccatum non sit. Nam sicut Deo est studio impius, & impietas eius, ita etiam iniustus, & altarum virtutum regulis aduersatur iniquitas, & iniustus, sed alia iniquitas, aliter iniustus, qui iniquitatem facit. Ita sentiunt aduersarij. Iacobus Andreæ in confutatione Epistolæ Illyrici p. 18. Dicimus, scribimus, docemus & monemus, quicquid est in nobis essentiale, videlicet, animam & corpus, & spiritum, intellectum, & voluntatem, id omne esse peccatum, hoc est peccato vitiatum & contaminatum. Ita qualitates & actiones esse peccata, id est, vitiata & contaminata. & hoc esse quicquid sumus peccatum sumus. Sic exponit illud: Peccatum est, quicquid est contra legem Dei est. Qua definitione non modo actiones, sed etiam natura nostra rea agitur, coram Deo, propter vitium in natura hærens, & eam corrumpens. Denique Lutherani sentiunt, naturam, essentiam, nos ipsos peccatum esse, sed omnia intelligunt [illegible] ctum est, & insigni exemplo [illegible] lis enim tenetur ime reprehensus [illegible] Hombergius, qui de peccato originali [illegible] didit, deceptus ab Illyrico, quo te [illegible] nale factum.

Legi Dei aduersatur peccatum & peccator.

Schmalcal. dica Synodi finitio.

En ærumnarum progrendi mel [illegible] ratus
En mea confiteor crimina nosce homo.

Hac in confessione in [illegible] cœtera & ista hab

Non tu naturæ, non indiuiato praua,
Non [illegible] tantum perdita crimen habet.
Actionem tantum, vel passio culpa vocatur,
Meus mea peccati nomina sola tenet.
Ipse Deo coram sine Christo, culpa scelus,
Ipse ego peccatum sum, proprieque vocor

Dixerat idem plaudente Flacco. Peruersum ingenium & natura in homine, eiusmodi malum est, quod repugnat legi Dei, & Proprie est peccatum coram Deo. Rom. 5. 7. Hæc tamen idem Hombergius sine scandalo legi dicit Epistola ad Iacobum Andreæ p. 49. Non aliu sensu, quam versus ille Stigelij.

Ante tuis oculos non nisi culpa sumus.

Cum &, semper, inquit, in hac disputatione peccati nomine sic vsi fuissimus, vt reum & pollutum quiddam significaret; figuratam illam locutionem, qua homo peccatum diceretur, eo modo ferri posse arbitrabar, quo apud poetas homo scelerator scelus dicitur. Confirm barmein hac sententia Primasius, qui in c. 7. Rom. *Magnitudo inquit iniquitatis postulat, vt homo non tantum peccator, sed & peccatum dicatur.* Cuiusmodi locutio apud Chrysostomum extat, in explicatione Christi, de Introitu. Ex his manifestissimum est, cor aliud proprie peccatum, aliud figurate peccat um dicere. Aliud esse ἀνομίαν, & aliter esse contra legem, quæ proprie est iniquitas, aliter esse contra legem ἄνομον & ἀνόμημα. aliter potentiam cuius ptam, aliter adulterium dici scelus.

§. 6. Non obstant huic etiam deliria Parei. *Ἐπιθυμία* inquit non tantum est ἔργον, sed etiam concupiscibilitas praua. Respondeo: ita esse, sed ad rem non esse, non quid aliquando, sed quid hoc loco significet, quæritur. Non omnia semper vocabula vbique in toto significationis ambitu ponuntur. Imo aduersarij plerique cupiditatem ad solam potentiam hoc loco restringunt. Significari vero actū concupiscendi docet, quod adiungitur, præceptū: *Non concupisces*; concupiscere autem est actionis. Nec sensus est. Non habebis potentiam appetendi rem proximi, sed non appetes. sic enim & reliqua præcepta intelliguntur. Non habebis Deos alienos, non sumes nomen Domini in vanum. Vbi non facultas male agendi tollitur, sed idololatria, periurium, blasphemia prohibetur. Quod perspicue docent præcepta quæ virtutum actus imperant. *Memento diem sabbati sanctifices, honora patrem & matrem*, hic res ipsa & actio præscribitur, & exigitur, facultates iam dat erant, antequam lex figeretur. Lex autem quæ concupiscentiam prohibet, inordinatum appetitum voluntarium vetat, qui cauere potest & debet. Non prohibet id quod Deus in homine fecit: Vetat in [illegible] aliquod esse in homine, sicut ipsum hominem esse inordinatum.

Lex vetat [illegible]

§. 7. Motus concupiscentiæ inuoluntarij non sunt proprie peccata, sed praui tamen, & mali, non tamen proprie contra legem. Hinc clare et [illegible] patet, quantum sibi ipsi repugnet Pareus, & [illegible] cum serio affirmat l. 5. c. 1. p. 70 [illegible] Contra Ch[illegible] & Bellarmini sententiam esse. Desiderium in[illegible]

quod

quod contum est in corde, non imputari ad peccatum. Cum Christus desiderium cordis prauum adulterium pronunciet, Bella minus neget. Nam sine consensu voluntatis esse ait, adulterium. Si suggerat concupiscentia: *Suaue esset tali muliere potiri, Quid si ea potiar.* Etiam secundu abiit motus: Volo potiri. Hoc, inquit contra legem est, & prauum.

Responsio. Suggestiones illas prauas esse, non quod propriè sint peccata, sed quod ad peccatum inducant, quod à peccato ortum habeant. Alioqui, si quis cogitet, suaue est potiri tali muliere, sed nolo, ne Deus offendatur, virtutis est exercitium. Dauid vtile ducebat, deprehensum in spelunca Saulem obtruncare sed noluit. Augustinum ait, non in renatis putasse quodammodo peccata esse, l. 6. c. 5. contra Iulianum, hinc concludit: *Ergo quodammodo esse peccata in renatis.*

Responsio. Non inueni hoc illo loco: eodem tamen capite crebro indicat, nec motus, quibus non consentit voluntas, esse peccata, nec concupiscentiam habere reatum, quia ipsa sit rea. In non renatis, qua sunt vnum in Adam fieri reos.

§ 8. *Motus*, inquit, *illi nec boni sunt, nec indifferentes; mali igitur.* Antecedens probat. Quia Deum iubemur ex toto corde diligere. Et diuina lex nullam animi partem, nullas inclinationes, motus aut operationes morales nobis reliquit liberas: cum iubeat nos diligere ex toto corde. Et omnis animæ diuisio damnetur. Oseæ 10. 2.

Respondeo. Hoc argumentum esse ab obliuione, aut stupore, quo se antea vera dicentem non audierat. Nam columna 657. dixerat. Concupiscentiam muraliter absolute spectatam non esse bonum, nec malum. Deinde hallucinatur cum id quod nec bonum est, nec indifferens, putat esse peccatum propriè dictum. Error ille erat Iuliani Pelagiani, quem toties Augustinus refutat: Et c. 5. l. 6. quod ille citat: *Regeneratus*, inquit, *omni caret peccato, non omni malo.* quod planius dicitur: *Regeneratus omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis.* Sic c. 7. Sic Tridentin. sess. 5. *Homo peccator malus est*, non bonus, non est tamen homo peccatum. Indifferentes actiones quoad indiuiduum negant vllos esse Theologi, plerique, in specie esse indifferentes concedunt. Hæc quæstio in deliria sectatij importune incidit Actiones enim quæ deliberato iudicio, & voluntate fiunt, indifferentes in indiuiduo negant esse, hæc non pertinent motiones concupiscentiæ quæ attentionem anteuertunt, quos actus naturales, non morales appellare solent: vt n. sitis, fames, variæ cogitationes, ita illæ quoq; motiunes incidunt: sine eorũ, qui inuiti malum patiuntur, consensu, ac proinde sine culpa. Non enim, vt Augustinus docet in expos. huius Epistolæ, *in ipso desiderio prauo, sed in nostra consensione peccamus. Ad hoc valet quod dicit idem Apostolus, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum concupiscentijs eius. Hic enim ostendit esse desideria, quibus non obediendo peccatum in nobis regnare non sinimus.*

Et Bernardus Sermone de cœna Domini. *Sed forte quærat aliquis & dicat. Si deletum est in baptismo quod contraximus à parentibus: cur adhuc manet cupiditatis fomes & velut incentiuum quoddam peccati: neq; n. dubium est quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidem in peccatrice voluptate generamur: propterea licet inuiti, illicitos quosdam motus concupiscentiarum, & tanquam bestiales sentimus, dixi vobis sæpius nec mente excidere debet: quoniã in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super aceruũ lapidum & in luto: Vnde non solum inquinati, sed etiam vulnerati &*

grauiter quassati sumus. Lauari quidem cito possumus, ad sanandũ vero opus est curatione multa. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographũ damnationis nostræ, & gratia hæc nobis confertur, vt iam nobis concupiscentia noceat si tamen à consensu abstineamus: atq; ita tanquã saniem inueterati vlceris remouetur dum tollitur damnatio & respersum morti, quod prius inde manabat. At Deum iubemur diligere ex toto corde. Peccata igitur sunt motus praui. Responsio. Prauos motus cordis nõ obstare dilectioni Dei, sed eius esse exercitiũ. In illis domãdis, & rationi subijciendis vel maximè caritas elucet. Perfectè miles imperatorẽ diligit, qui fideliter commissum præsidium seruat, arcemque custodit, quãuis vallo non cingatur, nec oppugnetur: nec minus tamen ille qui in acie versatur, & pugnat. Alioqui si Deus ita diligendus dicatur, vt nunquã ab actu amoris cessetur, aliarum omnium functionum cura cessabit. Deus super omnia diligitur, cum nihil Deo præponitur, cum omnes creaturæ illi comparatę nihili æstimantur. At caro concupiscit aduersus spiritum, cum voluntatem pulsat & repellitur, cum ictus ictui iacit: non diuellitur anima à Deo, sed contra obstantia omnia in Deum tendit. Nec id quod vtrunque videtur legi non esse conforme, peccatum est, nec prohibetur simpliciter, vt culpa, sed demonstratur vt morbus, cui medicum quærendum lex admonet. Si oculis res fœda aspectu obijciatur, non peccatur videndo, cum animo inuito sensus imagine turpi percellitur, vt non videre non potuit, ita nec in subita cogitatione, aut appetitus impulso, quem vel Satanas vel caro, vel etiam extrinsecus, res aliqua ad sensus appulsa, non consentiente voluntate concitauit.

Dilectio Dei super omnia non requirit semper actum diligendi.

§. 9. Quod vero præcise Pauli dictum vrgeant, qui peccatum esse dixit concupiscentiam Peruerse fecerunt; sic enim peccatum dixit. Sicut Lutherus, essentiam, animam, totũ hominem peccatum dixit, hoc est, peccato cõtaminatum, peccati causam. Vt Bullingerus hoc loco dixit. Hoc est, inquit, lege patefit, totũ hominem non modo concupiscentiæ obnoxiũ, sed & ipsam esse concupiscentiã. Licuit sic loqui omnibus, vt peccatum impropriè acciperent, non licuit Paulo? Licuit dicere Hembergio.

Ipse ego peccatum proprieq; vocor.

Ipse sum culpa scelusq;.

Paulus concupiscentiã non dicit propriè peccatum.

Et tamen ita se loqui per metalepsin interpretantur, illi se Paulina phrasi vsos iactant, Paulo ergo locutionem illam adscribere oportet. Videatur Bellarm. l. 5. c. 8. de amissione. Augustinus l. 1. retract. c. 15. Hoc peccatum de quo locutus est Apostolus, ideo peccatum vocatur, quia peccato factum est, & pœna peccati est. Quandoquidem concupiscentia carnis dicitur. Et l. 1. de nuptijs & concupis. l. 1. c. 23. *Sic autem vocatur peccatum (loquitur de concupiscentia) quia peccato facta est, cum iam in regeneratis non sit ipsa peccatum: sicut vocatur lingua loquutio quam facit lingua, & manus vocatur Scriptura quam facit manus. Itemque sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit facit, sicut vocatur frigus pigrum non quod à pigris fiat, sed quod pigros faciat.*

Et l. 1. c. 29. *Quando autem sunt desideria, sed non eis obeditur, nec malum perficitur, quia non eis obeditur, nec bonum quia sunt, sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentia mala non consentitur. Et ex aliqua parte remanet malum, quia vel concupiscitur. ideo ergo Apostolus non ait, facere bonum sibi non adiacere, sed perficere. Multum enim boni facit, qui facit, quod scriptum est, post concupiscentias tuas non eas: sed non perficit, quia non implet, quod scriptum est, non concupisces.*

Etl. 6. c. 11. contra Iulianum. *Vbi vero iam dicit lex spiritualis est, ego autem carnalis sum: iam quod confligens patiebatur ostendit. Non enim dixit; carnalis fui vel eram, vel sum: Et apertius tempora ipsa distinguit, vbi dicit: Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Iam enim motus desideriorum malorum non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Peccati autem nomine, quod in illo habitabat, ipsam nuncupabat concupiscentiam, quia peccato facta est, etsi consentientem traxerit atque illexerit, concipit pariteq; peccatum, & cætera vsq; ad eum locum, vbi ait: Igitur ego ipse mente seruio legi Dei carne autẽ legi peccati: verba sunt iam sub gratia constituti, sed adhuc contra concupiscentiam suam dimicantis, nec ei consentientis, vt peccet, sed tamen quibus renititur, peccati desideria patientis.*

Caluinus falso docet Augustinum timuisse inuidiam, sed prostratis Pelagianis concupiscentia vocasse peccatum, quod testimonia falsum ostendunt, cum in libris retractationum etiam tropice peccatum vocet, & cum toties impropriè dicat esse peccatum, nunquam tamen illa verba retractat, sed studiose monet non esse propriè peccatum. Et causam addit, quia non fit in voluntate. Verba retractantis integra adscribere præstat, tũ quia multas hæreses repellunt, tum vero, quia Augustini iam senis & in cœlos ituri sententiam cõtinet. *Item quod dixi nusquam scilicet nisi in voluntate esse peccatum, possunt Pelagiani pro se dictum putare, propter paruulos quos ideo negant habere peccatum, quod eis in baptismate remittatur, quia nondum arbitrio voluntatis vtuntur. Quasi vero peccatum quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est, reatu eius implicatos, & ob hoc pœnæ obnoxios detinere, vnsquã esse potuerit nisi in voluntate, qua voluntate commissum est, quando Diuini præcepti est facta transgressio, potest etiam putari falsa esse ista sententia, qua diximus nusquam nisi in voluntate esse peccatum, quia dixit Apostolus: si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed (id) quod habitat in me peccatum. Hoc enim peccatum vsque adeo non est in voluntate, vt dicat: quod nolo hoc facio. Quomodo ergo nusquam est, nisi in voluntate peccatum? Sed hoc peccatum de quo sic locutus est Apostolus, ideo peccatum vocatur, quia peccato factum est: Et pœna peccati est: quandoquidem, hoc de concupiscentia carnis dicitur: quod aperit in consequentibus dicens: scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum nõ inuenio. perfectio quippe boni est, vt nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine, cui quidem quando bene viuitur, non consentit voluntas, verum tamen non perficit bonũ, quia inest adhuc concupiscentia cui repugnet voluntas, cuius concupiscentiæ reatus in baptismate soluitur sed infirmitas manet, cui donec sanetur, omnis fidelis, qui bene proficit, studiosissime reluctatur. Peccatũ autẽ quod nusquam est nisi in volũtate illud præcipuè intelligendũ est quod iusta damnatio secuta est.* Hieronymus Epist. 22. c. 3. alijq; pluribus exponit.

Augustinus senex concupiscentiã negat peccatum.

§. 10. Tandẽ Achillem producunt. Paulus concupiscentiam nesciebat esse peccatum, donec lex diceret. Non concupisces. *At non ignorabat eam concupiscentiam, quæ est cum plena deliberatione peccatum esse.* Hoc enim naturaliter notum est, Philosophi cogitata scelera non excusabant, etsi effectu carerent, Imperatoriæ etiam leges voluntatem habent pro facto. Quomodo igitur Paulus ista nesciret, ad Pedes Gamalielis edoctus: forte etiam ante Euangelij prædicationem iustus. Vixisse se secundum iustitiam quæ in lege est, ipse testatur, Philip. 3. & Act. 22. conscientia bona. & 2 Tim. 1. Seruire se Deo à progenitoribus. Quæ in eum non conueniunt, qui cordis peccata non cognosceret esse peccata.

Responsiones variæ sunt. [illegible]mat esse sermonem de tempore, quo Adam erat in Paradiso. Ante mandatum à Deo datum, comestionem non putaui esse peccatum. Cõmentarius Ambrosij agere eũ de hominibus carnalibus, & sęculo deditis, qui non æstiment peccatum. Pseudo-Hieronymus de se puero eum agere, qui ante legem non putarit cogitationes malas esse peccatum.

Solutio duplex adferri potest. Prima, Paulum de conditione hominum impiorum loqui: seq; illis annumerare, vt interdũ solet. c. 3. v. 5 se iungit impijs. Et c. 8. *Si mendacio meo.* Quod si sequamur nulla erit in re difficultas; multi enim Pharisæi, multi gentilium cogitationes improbas, impuras, vanas, peccata esse non putabãt. Imo scortationes aliaq;, gloriæ cupiditatem excusabant. Lex vero velut pædagogus etiam interiorem turpitudinem retegebat. Vete Schol a Græca. *ἐπειδὴ εἶπεν ἵνα δουλεύωμεν ἐν καινότητι πνεύματος, ὡς τοῦ μὲν πνεύματος σώζοντος, τοῦ δὲ νόμου οὐ σώζοντος. φησί, τί οὖν εἴποι τις ὅτι ὁ νόμος ἁμαρτωλός ἐστιν, ἢ ἁμαρτίας πρόξενος; οὐ τοῦτο, φησί, λέγω, ἀλλ' ὅτι πρόξενος μοι τοῦ γνῶναι τὴν ἁμαρτίαν. Postquam dixit, vt seruiamus in nouitate Spiritus, quod Spiritus quidem seruet, lex vero non seruet, dicit: quid igitur lex peccatrix est, aut peccati causa: non hoc aio, dico; sed quod causa sit peccati cognoscendi.*

Multi [illegible]tationem peccata agnosc[illegible].

Altera solutio est, vt de se ipse Paulus loquatur, atque indicet se aliquando antequam legem plene edoceretur, non existimasse cogitationes peccata esse, postea vero id didicisse cum audiret legem: *Non concupisces.* Nec mirum hoc esse debet: cum quotidie experiamur, magno studio docendos esse pueros, & rudes, vt sibi persuadeant, volũtates occultas furandi, occidendi, libidinandi, superbiam, inuidiam, iram in animo latentem esse vera, & Deo abominabilia peccata. Est vero in fæce populi impium prouerbium. *Cogitatus portorio immunes esse.* Innocentem se putat, qui occultum meditatus crimen est, & sibi adulatur, quod non fecerit, quod cogitare non debuit.

Multi ante legem cogitatus non putabant peccata.

Nihil ergo ratio illa conficit. Quin etiã si Theodoreti & aliorum expositionẽ accipiendã putabimus, facile Paulo eã accõmodabimus. Per legem n. exactiorẽ cognitionẽ peccati datam asserit; nemo vero ambigere potest. Etsi naturalis ratio non cognita lege honesti & mali tenuem cognitionẽ in suã habet, & gentes sibi lex sint, legis tamẽ maximũ esse ad erudiendos omnes momentũ. Muri inæqualitas, facile cum valde exorbitat, solo aspectu notatur, minor e perpẽdiculo deprehenditur: & maioris errari certa magnitudo æstimatur, adulterini nummi colore, vel tinnitu, certius tamen lapide lydio probãtur. Sic peccati cogitati malitia, fœditasque, ad normã sanctæ legis regulamq; examinata proditur. Hoc Zvinglius etiã docuit, qui lege dimensum dicit esse peccatũ. Nam pleriq; hæret ei hanc interpretationem Theodoreti secuti, quã idcirco refero, vt ostendã hoc argumentũ, quod aliquorum est, aliorũ interpretatione solui. Osiander interpretatur; *Non credidissem tot esse concupiscentias, nec tantum malum, nisi lex diceret; Non concupisces.* Lossius, *magnitudinem peccati per legem esse cognitam, itaq; hinc didicisse concupiscentiam esse ream, dignam morte, de affectibus autem interioribus id recenset: necesse tam graue esse peccatum, Deum odisse, &c.* Addit Osiander & alij, *tum Deum cum accurate legem perpendisset id cognouisse. ante conscientiam non affectam sensu peccati, omnino non sensisse.* Quibus omnibus ostenditur friuolum esse argumentum, quod ex cognitione de concupiscentia sumitur.

Lege peccatum exactius cognoscitur.

Non

Non ergo sensus est: Nesciebã potentiam concupiscendi esse peccatum, nisi lex diceret: *Non concupisces.* Concupiscere enim agentis est, qua non vetatur facultas male faciendi, sed voluntas. Nam in his etiam, ne oderis, ne inuideas, ne irascare, actiones, non ipsæ facultates vetantur. Quis enim culpatur si cum irasci potuit, non iratus est? Laudatur, qui potuit transgredi, & non est transgressus.

Ambrosius quidem l. de Isaac & Iacob, c. 8. Iniquitatem ad ea refert, quæ sunt post baptismum vitia, sed ideo iniquitatem dixit, quia iniquum est, & à natura, rectoque ordine abhorrens, carnem se spiritui opponere, vt contra eum concupiscat. Verum Ambrosium Augustinus defendit. l. 2. contra Iulianum. *Quasi satis non sunt, adhuc audi. In libro de Isaac & anima idem dicit, bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat, boni equi sunt quatuor, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor & iniquitas. Nunquid ait, bonus rector bonos equos habet, malos non habet? sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vnde isti sunt equi? Nempe si eos substantias dicimus, vel putamus, Manichæorum fauemus, vel potius erimus insania: quod vt absit à nobis, Catholice istos equos intelligimus vitia nostra, qua legi mentis, ex lege peccati resistunt. Non à nobis hæc vitia separata alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Veruntamen quare non in baptismate perierunt? an nondum fateberis quod reatus eorum periit, infirmitas mansit, non reatus, quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant in malis operibus, quo nos traxerant? Nec ita eorum mansit infirmitas quasi aliqua sint animalia, quæ infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatem nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo.*

VERSUS 8.

Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, sine lege autem peccatum mortuum erat.

QVÆSTIO I.

Quomodo peccatum operatum sit omnem concupiscentiam?

§. 1. VEram mali causam ostendit, & legem excusat, Peccatum enim originale operatum est in me omnem concupiscentiam. Illud causa est, lex duntaxat est ἀφορμὴ occasio. Minus est ἀφορμὴ quam αἴτιον, hoc est, vera causa vel physica, vel moralis, illa occasio duntaxat, qua se malitia exerit. Nam malo opus est occasione vt male agant. In animo residet improbitas, lateique, suo tempore, & commodo erumpit. Epiphanius hæresi 64. Itemque Commentarius Ambrosio imbutus, peccatum interpretantur Diabolum tanquam primi peccati auctorem, & deinde incentorem omnium malorum. Hinc & Scholia Græca Ἁμαρτίαν δὲ ἐνταῦθα λέγει τὸν διάβολον· ὥσπερ γὰρ τὸν σωτῆρα ζωὴν ἡ γραφὴ καλεῖ, καὶ δικαιοσύνην, τῷ ζωῆς καὶ δικαιοσύνης αἴτιον εἶναι, οὕτως καὶ ἐναντίαν δύναμιν ἐκ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ποτὲ μὲν ἁμαρτίαν, ποτὲ δὲ ψεῦδος καὶ θάνατον καλεῖ. οὕτω δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς εἴπων, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησε, τὸν διάβολον δηλοῖ. *Peccatum vero hic esse videtur Diabolum. Quemadmodum enim Saluatorem scriptura vocat, vitam & iustitiam, quod vita & iustitiæ causa sit; sic contrariam virtutem ex propria operatione, aliquando peccatum, aliquando mendacium, aliquando mortem vocat. Sic in sequentibus dicens; Peccatum reuixit, Diabolum significans.*

Occasio peccati.

Hic tamen Apostolus potius agit de interno peccatorum principio; nempe peccato originali, ex quo velut scaturigine cætera oriuntur. Chrysostomus vocat ἐπιθυμίαν καὶ πονηρὰν γνώμην legentiem, malamque mentem. Nam etiam peccata actualia, prauique habitus consuetudine firmati peccatorum causæ sunt. Concupiscentia hoc loco accipitur pro vitiosis affectib' & appetitibus quos occasione legis inflammat peccatum originale. *Nitimur enim in vetitum semper, cupimusq; negata. Quod licet, ingratum est, quod non licet, acrius vrit.*

§. 2. Cum dicit occasione accepta stultas hominum in peccatis excusationes reprimit, qui cum propria voluntate ac impetu, quo cupiditates impellunt, sese præcipitent, occasioni causam transscribunt, irridet illas querelas Tullius, cum nutrix queritur.

Vtinam nunquam in nemore Pelio cecidisset abiegna trabes: Amores enim improbi non condita nauis, sed lasciuia fuit causa. Sic illa etiam regina, non in suas furias, sed tempestates infelicitatem suam conijcit.

Felix, ô nimium felix, si littora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent nostra carinæ.

Dicere autem debuerat.

Felix, ô nimium felix, si pectora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent mollia flammæ.

Chrysostomus exemplo medici diætam præscribentis rem declarat, cuius monitis æger frequenter ad id quod noxium est, appetendum excitatur, dũ cupiditas ipsa prohibitione accenditur.

§ 3. Cum vero dicit peccatum in se operatum, satis ostendit peccatum non esse substantiam. Diceret enim ego in me operatus sum: & cum peccatum reuixit, se mortuum fuisse fateretur. Distincta ergo illa sunt, quorum vnius vita est mors alterius, nec peccatum est substantia, vt Manichæi & Flacciani comminiscuntur. Vide Iustinum q. 88. Macarium hom. 3. Isidorum Pelusiotam Epist. 199.

§. 4. Peccatum sine lege mortuum dicitur, Non enim esse potest, vbi lex non est. Hoc vero loco mortuum dicitur, non quia non est, sed quia vel omnino non agnoscitur, vel eius magnitudo ignoratur. Lege enim non accusante animus in vitijs suis facile obtorpescit. De quo deinceps plura dicenda sunt.

VERSUS 9.

Ego autem viuebam sine lege aliquando, sed cum venit mandatum, peccatum reuixit.

QVÆSTIO I.

Quomodo sine lege viuebat? & quomodo peccatum reuixit?

§. 1. NVnquam sine lege vixit Paulus, in lege natus, circumcisus, à teneris in lege eductus. Hinc multi non de Paulo sed alijs intelligunt ista dici, qui legem non habuerunt. In Paulum tamen ista cõuenire plerique indicant. De vita igitur qua ipse se viuere putabat, & morte similiter intelligit Augustinus. l. 1. q. 1. ad Simplicianum. *Quod autem adiungit, sine lege enim peccatum mortuũ est: pro eo positũ est, ac si diceret, latet: hoc est mortuum putatur,* Peccatum reuixit, cũ est agnitũ.

 quod

quod paulo post euidentius dicturus est. Ego autem inquit, viuebam sine lege aliquando: id est, nulla ex peccato morte terrebar, quia non apparebat, cum lex non esset. Adueniente autem mandato, peccatum reuixit, hoc est, apparuit. Ego autem mortuus sum: idest mortuum me esse cognoui, vel quia reatus præuaricationis certum mortis supplicium comminatur. Sane quod ait, peccatum reuixit adueniente mandato: satis significauit hoc modo, aliquando vixisse peccatum, idest, notum fuisse, sicut arbitror in præuaricatione primi hominis, quia & ipsum mandatum acceperat.

Et lib. 83. q. 66. p. 133. 9. *Et iterum, sine lege enim peccatum mortuum est: ego autem viuebam aliquando sine lege. Quod autem hic dicit, mortuum est: hoc est quod superius dicit, non deputabatur: id est, latebat. Quod manifestat in sequentibus dicens, sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, id est, per legem: Quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Si ergo hic ait, vt appareat peccatum: manifestum est quod superius ideo dicebat, mortuum & non deputari, quia non apparebat antequam lege prohibente ostenderetur.*

Et deinde: *Quod ergo ait, mortuus sum: vult intelligi, mortuum me esse cognoui: quia iam etiam præuaricatione peccat, qui videt per legem quid facere non debeat; & tamen facit.*

Sine lege itaque peccatum mortuum erat, non enim vigebat, sicut lege accedente, & homo ipse securus erat, non reipsa, sed mentis errore: Pareus interpretatur, reuixit, exercere se cœpit, & irritari. citatque Augustinum l. 1. c. 9. ad Bonifacium. *Non dicit vixit, sed reuixit, vixerat enim aliquando in paradiso, quando contra preceptum satis apparebat admissum; cum autem à nascentibus transitum, tanquam mortuum sit latet, donec repugnans iustitia malum in prohibitione sentiatur, cum aliud iubetur atque approbatur, aliud delectat, atque dominatur, & tunc peccatum aliquando in notitia hominis nati, reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando vixerat.*

§. 2. Cum igitur supinam impiorum securitatem Apostolus perspicue condemnet, quanto ma- eorum peruicaciam, qui se liberos à legis condemnatione iactant. Hæretici eorum interpretes feresic interpretantur, vt esse sine lege, legem mortuam esse, dicant idem esse, quod legem non satis cogitatam, *aut consideratam esse*, vitam hominis sine lege viuentis fictitiam esse. Gualterus, VViganđus, videbar mihi viuere, securus eram. Ita Ochinus, Cornerus. Sic Lossius & Pareus, *Non cognoscebam legem, non satis considerabam*. Indicari enim homines securos, existimasse se egregie intelligentia & sensu præditos, sed lethargo letali oppressos mala sua nõ vidisse. Legem autem reuixisse, interpretantur. Sentire grauitatem peccati, iram Dei, conscientiam conturbari, terroribus agitari, & stimulis vrgeri, ita se mortuos esse cognoscerent. Hoc est mortu' sum, hoc est, reũ me mortis agnoui. Hęc quamuis illi consentaneè scripturis pronuncient, (nisi quod vere mortui fiunt per legem, peccando grauius contra legem, non sola cognitione) tamen non animaduertunt insanire se cum scribunt, se iustificatos non teneri ad exactam legis normã, sed etiam si in legem committant, non velle in eos lege agere latorem legis. Itaque in omni genere & crimium & flagitiorum volutari, se iactant esse sine lege accusante, damnante, maledicente; cum illa sit ipsissima vita inanis fiduciæ, & mors conscientiæ quam torpor, & cæcus obcæcauit.

§. 3. Maxima mundi pars mortali desidia, vitijs suis indormiens incogitantia sua perit, dum omnium aliorum curiosi, negociosi, anxij, salutem tanquam rem alienam, & se parum dignam negligenter quærunt. Qua de re etiam sæpe gentium sapientes, & scriptores questi, omnia curant, animum spernunt. Cœtera esse volunt, se malos non modo tolerant, sed & faciunt. Ignoratio legis, vitæ, mortis, peccatorum, neglectum istum pariunt. *Mundus in nego. sapit, in salute decipit.* Quis non est animo cæcus, quis non

——— Ilia subter
Cæcum vulnus habet? sed lato baltheus auro,
Protegit. ———

malunt tamen sibi dare verba: non modo conscientiam frustra supprimendo, sed morbos etiam, quasi arthritin, & hydropem, febresque decipere possint. Sese igitur quisque, non fortunam perpendat:

Respue quod non es: tollat sua munera cerdo.
Tecum habita.

VERSVS 10.

Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

QVÆSTIO I.

Quomodo mandatum erat ad mortem?

§. 1. Chrysostomus. *Mea malitia factum erat, vt quod erat viuificum traderet mortiferum.* Datum erat, vt minis promissisque à malis deterreret, ad virtutem alliceret, verum ego dulcedine peccandi eo pertractus sum, vt grauius laberer.

Caluinus mirum in modum verba Apostolica deprauat. Quia nemo est nostrum, qui legi obtemperat, mandatum non potest adferre nisi mortem.

Hęc in Deũ legis auctorẽ redundat blasphemia. Si enim nõ potest adferre nisi mortem, quomodo dari à Deo potuit ad vitam? an Deus nesciuit, non posse esse non mortiferam. Si venenum tale dedit, quod putauit fore remediũ, & esse non potuit, vbi est præscientia qui dedit ad vitam, quod nõ potuit non adferre mortem. Si sciens volens dedit, quod sciuit non posse non esse mortiferum, qua sinceritate ad vitam dedisse fingitur? Si dedit legẽ quam seruare nemo poterat, & violatoris pœnam morte sanciuit. Quis dubitet eum voluisse mortem peccatoris? Quis toxica miscet ad vitam? quis præcipitat de saxo nisi eos quos vult mori? Caluini blasphemias egregie refutat Nicolaus Greuinchouius Caluinista mollior, contra Smoutium. *Deus legem dedit ad vitam.* *Cum enim Ametius rigidus Nicolaum mollem dixisset, Rabsacen impium, consceleratorem Diuinæ maiestatis; & Diabolo ipso in Deum irreuerentiorem, vt queritur Nicolaus, non potuit ille, quin causam suam ageret, & omnium ministrorum Caluinianorũ plusquam tartareã doctrinam describeret. Num ego ne ista in diuinam maiestatem? Supplicium nullũ deprecor, si ego vnquam talia sando in Deum, in Deũ meum, Deum, Opt. Max. sed quis te alter audacior homo, qui mihi vestras ipsorum blasphemias, tam confidenter impingis? Vestras, inquam; neque enim has, aliunde, quam ex vestris principijs eduxi, nec alia quam vestra ipsorum confessione probaui. Hic tu, sat scio, ad tabulas prouocabis: non recuso; si prius id concedas, quod negare non potes, diuersitatem verborum omnem, non tollere diuersitatem sensus & per æquipollentiam, ea affirmari posse, quæ verbo negontur.* Deus igitur autore Marlorato, Piscatore, Gomaro Triglandio, te Smotio, &c. exitio destinat, & ad damnationem creat, quoslibet; non propter vllam indignitatẽ, aut infidelitatẽ, aut alia peccata, sed ex mera volũtate & beneplacito suo: Eosdẽ porrò vt ad damnationẽ, sic etiã ad causas damna- *Admiranda Caluinismi.*

damnationem ita ordinat, vt non peccare non possint, & postquam peccauerint scilicet tam ja sit conuerti possint, quam cælum digito attingere; siue per naturam, siue per gratiam; nempe quia Deus non vult ipsos conuerti, sed aduersus oblatam quamcumque gratiam vimbram pertinaces esse: & quamuis facerent omnia opera Sanctorum, non possent tamen saluari: Et hos tamen electionis suæ certos esse iubet tenetur enim quisque credere se electum esse etiam reprobus: & quamuis Verbum suum non destinat in ipsorum correctionem, sed maiorem condemnationem, tamen à peccatis dehortatur serio, vocat, inuitat, obsecratur, at nullis non blanditijs allicit ad conuersionem; quin & iuramento adducit, se nolle exitium ipsorum, sed vt conuertantur & viuant, atque hoc idem obsignat Sacramento suo; interim

Astutam vapido seruans sub pectore vulpem.

Eosdem vult offendere ac labi, quos recta iubet incedere, non vult autem secundum electionem, quam sibi reseruat, illis qui non sunt electi baptismum prodesse, neque per orationes ab Ecclesia pro ipsis factas, benedictionem quam Christum Ecclesia sua meruit, impetrari. Nunc tu, si hoc admissis, Deum istum neque hypocritam, neque Tyrannum, neque personatum Histrionem, &c. agnoscis, hoc est, si tu tyrannidem in istu nullam vides; tum ego ingenue profiteor, me nescire quid sit Tyrannum, quid Hypocritam agere? Quid instar pardi, homines odore gratiæ allectos inuadere atque occidere, si hoc non est: non possum profecto, quin hic probem candorem D. VVitakeri: Is igitur lib. 8. cont. Duræum sect. 1. Si Caluinus (inquit) aut Martyr, aut Philippus, aut quisquam nostrum affirmet, Deum esse autorem, & causam peccati, non repugno, quin sint omnes horrendæ blasphemiæ scelerisque rei. &c. Hæc ex Caluinianis nouis, de Caluinianis antiquis, vt negare non possint.

VVitake-rus.

VERSVS 11.

Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.

QVÆSTIO I.

Quomodo peccatum occidit nos per mandatum?

§. 1. IAm ante explicatum est, nõ esse id factum ex Dei voluntate & proposito, sed occasione: nunc adiungit, peccatum seduxisse, & seductum occidisse, ἐξηπάτησε decepit, proprie de illis, qui à via recta abducuntur dici solet. Syrus, *per manum mandati me errare fecit.* Decepit, deinde occidit; Ita latrones dum in loca auia fraude viatores abduxerunt, trucidant. Seducere autem est argumentando, & plaudendo, suadenduque imponere, vt in errorem, perniciemque trahantur decepti. Qua ex re vel maxime apparet, quomodo nos peccatum per mandatum occidat; non ex eo quod concupiscentia inhæreat, nec quod in motus prauos aliquando prię et voluntatem ebulliat, sed animum mentemque seducendo, vt peccato indulgeat. Seductio autem illa & fraus non antecedit rationem, aut voluntatem, verùm est volentium. Lubens enim facit malum, qui seductus occiditur. Optime Græca Scholia. ἔστιν οὖν ἡ αἰτία τῆς ἀπάτης ἐπιθυμίας ἡ δὲ ἐπιθυμία τοῦ θανάτου. *Est igitur deceptio causa concupiscentia, concupiscentia vero mortis.* Seductio autem non excusat peccatum: cum Eua seducta fuerit, & libertime tamen peccauit.

Peccatum per mandatum occidit.

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

Hic autem seductio per [illegible] ma[illegible] vetus homo nouo homini tendit [illegible] ius, & animad se ipso dissidet. Nazianzenus Epistola 178. recte monet, ἱκανὸν γὰρ εἰς ἀπάτην τὸ βούλεσθαι. Ad deceptionem satis est velle. Qui autem propensus est, eum facile est seducere. Gradatio illa in Scholijs Græcis describitur: peccatum operatum est concupiscentiam & mortem, ex concupiscentia natas actiones, inde consuetudinem, & causatum mutua connexione ad exitium fieri prolapsum. Addit etiam ἀπάτην fraudem esse αἰτίαν τῆς ἐπιθυμίας, concupiscentiæ. Decipit autem semper blanditijs cupido & deinde præcipitat.

Hinc etiam Theophilactus & Haimo recte cõcludunt; Non Deum, sed concupiscentiam nostram peccatorum esse causam: Hæc enim à via, quam lex Dei finxit, abducit et persuadet. Non enim Deus tentator est, sed concupiscentia.

VERSVS 12. & 13.

Itaque lex quidem Sancta, & mandatum Sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

QVAESTIO I.

Quomodo per mandatum Sanctum fiat supra modum peccans peccatum?

§. 1. LEx & mandatum eadem videtur, νόμος & ἐντολή. Sic etiam Psal. 18. 8. Lex Domini immaculata conuertens animas, & præceptum Domini rectum, &c. In Syro & נמוסא *nemausa lex*, & פוקדנא *pucedana, mandatum*, seu etiam *visitatio, constitutio.* Possunt illa distingui, vt lex תורה Thora, sit tota doctrina sacra complectens promissiones, historiam, dogmata, ἐντολή vero contineat præcepta seu iubentia, seu prohibentia. Vtrumque bonum à Deo auctore Sanctum & iustum. Pœnas iuste, & præmia decernens, D. Thomas, Caietanus. Apud Pseudo-Ambrosium est allegoria de Diabolo, quem nomine peccati signari putat. *Viam ostendit lex bona tenebras dispulit, & quasi certa cynosura sursum direxit pollicita ægro sanitatem, sed peccatum vt appareret καθ' ὑπερβολὴν supra modum esse peccans peccantia, ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία, quasi culpatrix culpa, seu noxia noxa.* Erasmus, scelus scelestum, *alij* peccatum peccaminosum, *hoc omnia vertit in malum, effecit vt antiemptio duce, magis aberraretur; medicinam vertit in toxicum, quia me infecit, ideoque operatum est mihi mortem, non communi more, sed fœmina, & contemptu legislatoris mortem grauiorem. Origenis interpres vertit,* peccator peccatum *ἁμαρτωλὸς ἁμαρτία, quod Græce optime dicitur, latine non ita commode. Simile est,* reus reatus *Obiectio ergo est. quam soluit: Sit lex sancta, iusta, bona, at mihi mortifera est ergo non data vt perimat? non, inquit, hoc lex fecit, sed peccatum quod irritatum est contra legem, ita non est accipiendum τελικῶς, sed vt euentum significat; nam ad hoc effectum est legis per accidens. Sic 2. Cor. 3 legem vocat administrationem mortis, ergo lex mortem operabatur, quia*

Lex & mandatum.

Lex bona mali origo per accidẽs.

per legem mors inferebatur, cum lex violaretur. Nam ante peccatum quodammodo iustum apparebat, at eius malitia lege detecta est, quæ tanta fuit vt etiam bonitatem legis verteret in exitium. Augustinus in expositione huius 68. *tunc enim apparet peccatum, quod latebat sine lege, & tunc, emortuum qui ipsam cognoscit, cum illud recte præceptum non confitetur, implere non potest, & præuaricationis crimine amplius peccat, quam si non prohiberetur, hoc est quod in consequentibus dicit, vt fiat supra modum peccans peccatum, per mandatum, quod antea mandatum minus erat: quia vbi non est lex, nec præuaricatio. Et grauius contra notam, & legem diserte positam peccatur.*

Lex ergo tum ad vitæ honestatem, tum peccati atrocitatem cognoscendam posita est: seu vt Augustinus l. 6. c. 19. contra Faustum. *Lex data est, vt conuinceret peccatorem.* Vide de his verbis Stapletonum l. 3. c. 3. de iustificatione.

Lex fas, & nefas distinguit. §. 2. Lex igitur instar Lucernæ est, quæ illarum rerum discrimina luculenter ostendit, nempe peccantiū deformitatem, virtutis decorem. Sed peccatum inhabitans remedio suo exasperatur, vt solent morbi graues, cum natura impar est, & morbo, & medicinæ eodem tempore ferendæ. Nam perinde natura fatiscit, & vastatur dum inter se lex pugnat & peccatum, vt prouincia in qua duo exercitus inter se confligunt, quæ vtriusque præda est. Ita hominem peccatum contaminat, lex condemnat: ab vtroque vastitas, incendia, exitium. Suum ius tuetur lex, sua tyrannide grassatur peccatum. Itaque etiam lex videtur causa mortis, seu mali, non tamen est, sed administra vitæ bonis, mortem interorat, & infert malis.

VERSVS 14.

Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

QVÆSTIO I.

De quo homine & lege loquatur Apostolus Paulus?

§. 1. PElagianorum interpretatio apud Augustinum contra duas eorum Epistolas ita hunc, & sequentes versus deprauauit, vt sermonem esse contenderent de homine impio, polluto, profano, qui tamen suis viribus, & propria voluntate sine adiutorio gratiæ posset esse spiritalis, & legi conformis, quam hæresin Augustinus loco citato, c. 10. & l. 1. ad Bonifacium refutat, c. 8.

Sententia Orthodoxorum duplex est. Augustinus multis locis docet; non agi de fidelibus, regenitis, & sanctis, sed de illis qui nondū per gratiam sunt Christu initi, necdum Spiritu Sancto donati.

Pelagiani. Hanc multi interpretationem sequuntur, & veteres & recentiores. Nonnulli etiam ex Sectarijs, vt VVigandus, Erasmus, Ochinus, Castellio. Socinus. Hanc illi opinionem ex Origene, & Græcis tractatoribus hauserunt.

Orthodoxi. Melior est tamen Augustini interpretatio altera: nempe etiam posse de Apostolo iam spiritali & regenito intelligi, vt habet l. 6. c. 11. contra Iulianum. *Non ego solus aut primus sic istum locum intellexi, quo euertitur Hæresis vestra, quemadmodum vero intelligendus est, imò vero ego prius eum aliter intellexeram, vel potius non intellexeram, quod mea quædam illius temporis etiam scripta testantur. Non mihi enim videbatur Apostolus & de seipso dicere potuisse, Ego autem carnalis sum, cum esset spiritualis, & quod captiuus duceretur in lege peccati, quæ in membris erat eius. Ego enim putabam dici ista non posse nisi de ijs quos ita haberet carnis concupiscentia subiugatos, vt facerent quicquid illa compelleret, quod de Apostolo dementis est credere: cum etiam innumerabilis multitudo Sanctorum, ne concupiscentias carnis perficiat, contra carnem spiritus concupiscat. Sed postea melioribus & intelligentioribus cessi, vel potius ipsi quod fatendum est veritati, vt viderem in illis Apostoli vocibus gemitum esse Sanctorum contra carnales concupiscentias dimicantium. Qui cum mente sint spiritales, adhuc tamen isto corruptibili corpore, quod aggrauat animam, recte intelliguntur esse carnales, quia erunt & corpore spiritales, quando seminatum fuerit corpus animale & resurget corpus spirituale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captiui sub lege peccati, qua desideriorum quibus non consentiunt, motibus subiacet. Hinc factum est vt sic ista intelligerem, quemadmodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambrosius & cæteri Ecclesiæ Sancti, notique Doctores, qui & ipsum Apostolum aduersus carnales concupiscentias, quas habere nolebat, & tamen habebat strenue confligisse, eundemque conflictū suum illis suis verbis contestatum fuisse senserunt. Contra quos motus prius vtique debellandos, ne dominentur, & postea sanandos, vt penitus extinguantur, etiam ipse gloriosa certamina sanctos exercere confessus es. Simul itaque cognoscamus verba pugnantium, si pugnamus. Hoc enim modo non viuimus nos, sed viuit Christus in nobis, si & ad pugnam contra concupiscentias exercendam, & ad victoriam, neque ad consumptionem earundem hostium capescendam in illo fidimus.*

Augustinus interpretationem correxit.

Et lib. 1. retract. c. 23. *Quod, ait, inquam scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Satis ostendes non posse impleri legem, nisi à spiritalibus, quales facit gratia Dei. Quod vtique non ex persona Apostoli accipi volui, qui iam spiritalis erat, sed hominis sub lege positi, non dum sub gratia: sic enim prius hæc verba sapiebam, quæ postea lectis quibusdam diuinorum tractatoribus eloquiorum quorum me moueret authoritas, consideraui diligentius, & vidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi, quod ait: scimus quoniam lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Quod in eis libris, quos contra Pelagianos nuper scripsi, quantum potui diligenter ostendi.*

Iniuriam tamen Augustino facit Pareus dum ait, Augustinum periculosum hunc errorem retractasse; non enim suam interpretationem vocat perniciosum errorem.

§. 2. Cæterum perniciosissimus est error quorundam Zuinglianorum, qui totum locum sic interpretantur, quod Paulus de seipso non per prosopopœiam loquatur, peccante, consentiente, sed cum luctu spiritus. Nos cum Augustino dicimus sensisse prauos motus Apostolum, non consensisse. Illi sensisse, consensisse, perfecisse, non tamen sine spirituali repugnantia.

Caluiniani Paulum infamant. Sic Pareus: lo ris constrictum agere pro libitu non permissum, in aliquod peccati obsequium nolentem volentemque abreptum. Eum deliquisse male cogitando, concupiscendo, irascendo, agendo. & in expositione v. 15. Non quod renati peccent non voluntate, aut coacti: sed quod non tota voluntate Deinde non velle, nihil aliud esse peccatum cum auersatione admittere. Hæc est improba prorsus expositio, & fanaticorum, qui se excusabant cum sceleribus indulgerent, non suum illud opus, sed peccati esse contendentes. Refutat hoc Augustinus l. 6. contra Iulianum c. 11. *Absit ergo; vt dicamus, quod nos dicere insimulas, Apostolum sic ista dixisse, quasi quis se vellet intelligi renitentem, in scortu aliquam manu pestifera voluptatis abduci: cum dicat, non ego operor*

operor illud: ostendens concupiscentias carnis solum impulsum libidinis operari sine consensione peccati. Omnia autem quæ sequuntur ad illum modum Augustinus exponit, vt per singulos versus ostendam.

§. 3. Lex ergo spiritalis est, non eo modo, quo est Origenes interpretatus, quod lex allegoricè accipienda sit, nam propriè & secundum literam intelligenda est, *Diliges Dominum Deum tuum, non perierabis, non occides*: Neque enim ambiguis inuolucris figuratum legem suam Deus inuoluere voluit, vt nec testamentum figuratè conclusit, cum corpus suum nobis & sanguinem dedit. Alio ergo modo spiritalis. Chrysostomus: *Fatemur*, ait, *& hoc manifestum quod spiritalis sit lex, tantum abest vt sit causa peccati, & factis malis obnoxia, vt sit virtutis magistra, inimica malitiæ.* Chrysostomus ergo spiritalem, quia spiritalia docet, virtutem. Theodoretus, quia à Deo qui spiritus est, & quia non potest impleri sine spiritu. D. Thomas, quia concordat spiritui. Vide Quæst. 12. apud Pererium, vera sententia Chrysostomi, quia spiritalia præcipit, & Spiritu Sancto impletur.

Ὁ νόμος inquit, *διδάσκαλος ἀρετῆς, πολέμιος ἁμαρτιῶν, Lex magistra virtutis, hostis peccatorum.*

QVÆSTIO II.

Quomodo Paulus carnalis?

§. 1. OMissa priore expositione, quam omnes pene Græci sequuntur, & multi Latinorum, vltimam Augustini sententiam secuti, dicimus. Carnalem fuisse Paulum, & spiritualem. Carnalem, quod motus concupiscentiæ sentiret, spiritualem, quod gratia Dei adiutus non consentiret. Imo aliquando in paruis delictis consentiret, interdum imperfecta deliberatione quasi turbata ratione quasi consentiret. *Paulus sanctus.*

Hæc enim euenire etiam renatis consueuerunt. Augustinus l. 1. c. 24. retract. *In isto ergo libro & hoc quod dictum est: Ego autem carnalis sum, & deinde cætera vsque ad eum locum, vbi dicit: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, dixi hominem describi adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutum, bene facere volentem, sed victum concupiscentia carnis male facientem. A cuius concupiscentiæ dominatu, non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum dono Spiritus Sancti, per quem diffusa charitas in cordibus nostris vincit carnis concupiscentias, ne consentiamus eis ad male faciendum, sed potius bona faciamus. Vnde (quidem) iam euertitur hæresis Pelagiana, quæ vult, non ex Deo nobis, sed ex nobis esse charitatem, qua bene ac piè viuimus: sed in illis libris, quos aduersus eos edidimus etiam spiritalis hominis, iamque sub gratia constituti melius intelligi verba ista monstrauimus propter carnis corpus, quod spiritale nondum est, erit autem in resurrectione mortuorum & propter (ipsam) carnis concupiscentiam, cum qua ita confligunt Sancti, non eis consentientes ad malum, vt tamen eius motibus, quibus repugnantibus resistunt, non careant in hac vita.* *Peccata remissa sunt.*

Idem etiam Athanasius explicat de communi essentia patris & filij: Docet enim, ὅτι αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐχ ἁπλοῦς, ὃν δὲ ἐξ ὁμοειδῶν μερῶν, ἀλλ' ἐξ ἀσωμάτου τοῦ, καὶ σώματος τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, τοῦ ἐμψύχου. *Compositum hominem, non simplicem, neque ex partibus similaribus seu homogeneis, sed ex incorporea mente & corpore concupiscente, & animato.* Vbi notandum est, mentem duobus modis resistere motibus irrationalibus naturali luce & rectitudine rationis, deinde spiritu Dei. Athanasius de vtroque loquitur, non de priore mente duntaxat vt eum male interpretantur hæretici parte textus eius allegata. Ex tota autem oratione sententia eius elucescit. Vt docuit Paulus, inquit, *qui carni concupiscibilem vim animæ attribuit, quam & carnem appellauit, cui adiuncta quoque est voluntas, eamque militare ait contra spiritum: sed cum militare nequit, quod motu destituitur, & voluntatem propriam non habet. Hanc igitur carnem aduersus spiritum ait depugnare, non eam quidem immobilem, aut inanimalem. Naturalis enim affectionum motus ei insitus est, cum quo caro nominatur, vt in epistola ad Romanos manifestius interpretatus est declarans motum, qui in carne est, confligere aduersus mentem, & inuicem oppugnari, vt rem nequaquam eandem cum mente, sed prorsus diuersam: Gaudeo, inquit, lege Dei secundum interiorem hominem: Video autem aliam legem in membris meis, bellantem contra legem mentis meæ, & in captiuitatem me redigentem, hanc voluntatem & animam propriè appellauit Paulus, distinguens eam à spiritu cum dicit Deus sanctificabit vos perfectos, & integrum spiritum vestrum. Et corpus, & animam sine culpa conseruet in aduentum Domini nostri Iesu Christi.* *Ratione, & Dei spiritu motibus resistitur.* *Athanasius defensus.*

QVÆSTIO III.

Quomodo Paulus venundatus sub peccato?

§. 1. DVrum hoc visum est multis: Apostolũ à Deo liberatum, ad cœlum vsque tertium, à Deo sublatum, adhuc mancipium esse peccati: Græcè est, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, *venditus sub peccatum*, vt duro subditum dominio. Syrus vertit; Venditus peccato, vt peccatum sit quasi emptor, cum etiam possit intelligi, vt peccatum sit ipsum malum, ad quod venditus sit, vt cum quis dicitur venditus in pistrinum, ad metalla. Achab *Venundatus*, dicitur, *vt faceret malum, sed voluntariam ille seruitutem seruiuit, Paulus inuitus, reclamans trahitur, tentatur, vellicatur stimulo carnis, colaphizatur ab Angelo Satanæ, omnes illos motus excitat crudelis dominus Peccatum, sed ne consentiat, sufficit illi gratia Dei.* *Vendi sub peccato.*

Quod ergo Caluinus, Pareus, alijque peccandi necessitatem inde deducunt, contra ipsum Paulum agunt, & Augustinum; nam voluntas non nisi sua sponte constringitur, vt non pareat legi. Et cum inuita violare putatur mandatum, non agit contra lectum suum decretum, sed languidam & inefficacem operationem.

§. 2. Caluinus etiam hinc probare nititur legem esse impossibilem factu. *Lex*, inquit, *cœlestem quandam & angelicam iustitiam requirit, in qua nullus neuus appareat, ad cuius munditiem nihil desideretur, ego autem animalis homo nihil possum, nisi illi aduersari; lex ergo impossibilis.*

Respondet Stapletonus & Bellarminus. Non datam angelis, sed hominibus legẽ. In lege duo sunt, obligatio & finis. Aliud est obligatio, qua quisque obstringitur, aliud finis, qui proponitur. Vince, dicit imperator militi, nec tamen absolute imperat victoriam, aut victum velut præuaricatorem punit, verùm id facere militem iubet quod illius officij est, nempe fortiter pugnare, ordines seruare, dicto audientem esse. Quod si fortiter pugnantem vel æques obterat, vel tormentum disijciat, non facit *Obligatio legis duplex, finis & modi.*

contra ducis imperium, qui non vicit. Ita lex omnem proponit perfectionem tanquam finem, sed tantummodo obligat, ne consentiamus. Non ergo legi simpliciter aduersatur, qui finem eius nō consequitur. Sed qui consensu prauo eandem violat. Augustinus serm. 5. *Quicunque carnalibus concupiscentijs cedis, atque consentis, totus carnalis es, tum; si autem concupisces quidem quod lex vetat tum dicit, non concupisces, seruas tamen aliud, quod etiam lex vetat, post tuas concupiscentias non eas, mente spiritualis es, carne carnalis. lib. contra 2. Epist. ex 10. Nunquid Apostolus cum hec scribebat carnalis fuit? an secundum corpus hoc dixit, adhuc erat in corpore mortis huius, nondum factus spiritualis, quod alibi dicit: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Sic ergo ideo dicit, ego autem carnalis sum, qui nondum spirituale corpus habet Apostolus sicut posset dicere ego mortalis sum.*

Quod si quis respondere malit, legem requirere eam tantummodo perfectionem, qua non consentias, ex mente Augustini argumentum rectè soluent.

§. 3. Iterum hic vrgent Caluiniani: Quod repugnat legi spirituali peccatum est proprie dictū, concupiscentia sic repugnat. Pareus tamen fatetur argumentum non esse ita euidens, imo vix suorum l. 5. cap. 10. de amissione gratiæ & statu peccati.

Respondeo. Argumentum esse tale cuius merito, non modo Pareum, sed ipsum Satanam pudeat: Hic enim legi spirituali tanquam aduersarios opponitur homo carnalis, qui legi repugnat; an ergo cum Flacco dicent, etiam hominem carnalem esse peccatum proprie dictum? Quod vero in Diuinis præceptis Pareus negat habere distinctionem de obligatione & fine præcepti, prorsus absurdum est. Nec enim sensus est Scripturæ, quā ipse illi affingit. Matth. 5. 48. Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. & Deut. 6. 5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, vt præcipiatur, ne vllus illi humani contra eam perfectionem motus occurrat, sed ne consentiat. Et sane mirum Pareum adeo sui oblitum, vt subito in nobis culpet responsionē, quam Cœlestio reddiderat. Argumentum Cœlestij tale est, l. 1. c. 7. de amiss. grat. & statu peccati. Perfectus est, cui nihil deest, proinde est sine peccato. Sancti debent, & possunt esse perfecti in hac vita. Id enim præcipit Deus, quod vero præcipit Deus id debent Sancti præstare: & quia non frustra præcipit, possunt. Huic obiectioni respondet, esse fallaciam à secundum quid ad simpliciter in argumento. *Propositio loquitur de perfectis simpliciter, & omni modo, quo Deus, angeli, beati in cælis perfecti sunt. Assumptio de perfectis secundum quid, qualis perfectio cadere potest in viatores.* Ergo sensus est minoris. Sancti debent & possunt esse perfecti in hac vita, perfectione quæ cadere potest in viatores. Quam paulo post vocat perfectionem partium, non graduum. Denique loco citato p. 49. expresse dicit. Præcipitur quidem perfectio absoluta, ad quam quasi ad scopum indies contendamus: Non ergo hoc præcepto cauetur ne sint motus sed ne placeant. Non tamen negandum est, eos motus aliquo modo contra præceptū esse, quia contra finem præcepti sunt, & cōtra præceptū incitant voluntatem, non tamen ideo sunt peccata. Nam & languor militis fortissime pugnantis non est contra præceptum ducis pugnare iubentis, sed fini tamen legis obstat, nempe victoriæ. Stolidum vero est, quod ait legem non soli menti datam, sed etiam carni, caro enim nec eam intelligit, nec seruat. Non datur lex ne caro esuriat, aut sitiat, multo minus, ne quietem, cibum, potum, alia concupiscat: sed menti, vt eius appetitum moderetur & compescat.

Lex consensum vetat.

Perfectio duplex, cælestium, & viatorum.

VERSVS 15.

Quod enim operor, non intelligo, non enim quod volo bonum hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.

QVÆSTIO I.

Quomodo operatur, quod non vult?

§. 1. PRobat se venundatum sub peccatum, quia operatur, quod non intelligit, hoc enim proprium est conditionis seruilis, esse instrumentum Domini sui, eius consilia non intelligere: Itaque venditum se intelligit, dum eo inscio, imperiosus tyrannus rationem præuenit, & seruum ad opus, quod odit, in cogitantem adigit. Operatur seruus ille, non affectu consentiendi, sed motu concupiscendi, intellectu & voluntate obnitente, quod explicat Augustinus contra 2. Epist. Pelag. Chrysostomus & Græci Patres, qui de non renato verba Pauli accipiunt, peccare consentiendo docent, sed non perfecte cognoscere. Apud Epiphanium nonnulli aiunt ideo non intelligere, quia sæpe bona facientibus, vanæ & illicitæ cogitationes occurrunt. Anselmus, non intelligo, quia in regulis Diuinæ legis non inueni. Cassianus coll. 25. de distractionibus, quæ diuinam contemplationem in pijs conturbant, accipit, non quod omnes illæ sint peccata, sed quod ex peccato. Toletus facere eum quod non vult, sed absolute vult, vellet tamen nolle, in alijs nollet se velle, vt qui merces in mare proijcit, nollet id facere, vult tamen facere; de qua voluntate Augustinus l. 8. confess. Et l. 1. c. 11. contra 2. Epist. Pelag. probat vero eam sententiam, quæ loqui eum dicit, de opere cogitationum, quod peragitur absque consensu voluntatis. Eius enim verba sunt: *Quod ait Apostolus, quod operor, ignoro. Quid est ignoro? Nisi nolo? non approbo? non consentio? non facio, alioqui contrarium est ijs, quæ superius dixerat.* Hac igitur in expositione acquiescendum est, quæ sola omnes difficultates sufficienter tollit.

Seruus nescit Domini consilia.

Ignorare est nolle Augustino.

§. 2. Caluinus contra quàm textus exigit, libertatem arbitrij Pauli verbis frustra oppugnat. *Qui id, quod non vult agere cogitur, is caret arbitrij libertate, at Paulus cogitur, quanto magis non renati?*

Respondeo. Disertè probari liberū arbitrium, non modo verbis sequentibus, cum dicit: *Velle mihi adiacet.* Verum etiam his ipsis, cum negat se id facere; quod enim *voluntate sua quisque facit, id ipse facere dicitur.* Nunc non intelligit, quod agit, οὐ γινώσκω, non cognoscit, non approbat. Augustinus contra duas Epistolas Pelagianorum c. 10. *Ne forte ex his verbis quispiam consentire carnis concupiscentiæ ad mala opera se putetur Apostolum*, adiungit, &c. Certe nolle consentire, odisse malum, nolle facere libertatis est. Firma igitur ista ratio est. Quicunque operatur, sed vt S. Methodius loquitur, inuitus patitur motus concupiscentiæ, dolet vero animū tam impuris & importunis affectionum impulsibus turbari, quos tollere non potest, liberum habet arbitrium, quo illis resistit. Ita enim resistit, ita non vult agere quod operatur, vt velle tamen possit.

Liberum arbitrium probatur.

possit. Nec ideo voluntas vincta est, etsi illâ inuitâ partes suas agat appetitus. Et quamuis aliquando anteuertat rationem actus voluntatis, non est tamen ille liber, cum sine deliberatione sit. Photius p. 302. exponit, *ὃν γενόμενος ὁ κατεργάζομαι τῆς συνηθείας τῆς αἰσχρᾶς παντελῶς αὐτοῦ κυριευούσης, καὶ μηδὲ συγχωρούσης εἰδέναι, ὅτι ὁ πράττει κακόν ἐστι. διὸ καὶ ὁ ἐμίσει ἂν εἰ ἀπέπρατος καὶ ἐλεύθερος ἦν, καὶ οὐκ ἂν εἵλετο, τοῦτο καὶ αἱρεῖται, πεπραμένος ἤδη ὤν, καὶ πράττει. Non cognoscit quod agit, fœda consuetudine illa semper dominante, ne concedente, vt cognoscat malum esse quod operatur. Ideo quod oderat si non venditus & liber esset, non eligeret, tunc venditus eligit, & facit.*

Sentit ille igitur aliquãdo subito rapi etiam voluntatem, quum dicit *κρατηθεὶς καὶ πρατευθεὶς ὑπὸ ἁμαρτίας, victum, & subiugatum à peccato.* Pro Catholicis, quantumuis nolit, hæc interpretatur Osiander pag. 76. in hunc locum. *Multa in corde meo exoriuntur praua cogitationes, dubitationes, murmurationes occulta in cruce, praua concupiscentia, vindicta, ira, odij, motus tales quos improbo. Sed optarem, quatenus renatus sum nihil tale venire in cor meum.* Negat deinde loqui Paulum de sceleribus, quæ contra conscientiam committuntur. Sic & Gualterus. *Scio iniustum esse, quod facio, & improbo.* Imo Lossius, *odi*, Inquit, *ex naturali ratione, & ex spiritu: Quis igitur dubitet, odium illud liberum esse?* At non potest facere, quod vult, non ergo libera est voluntas. Imo vero libera est, quia nõ vult, quod facit sensualitas, vitiositasque. Libera est, quia velle, & non velle potest. Non autem potens est, vt cogat facere concupiscentiam quod eam facere vellet. Volendi libera est, retinendi potens non est. Sitibundus carere siti vellet, sed non obedit volenti appetitus. Liber sum eatenus vt sitire nolim, non autem vt non sitiam. Liber sum ne consentiam prauis motibus, non vt ne sentiam.

Seruitutem peccati non tollit liberum arbitrium.

Voluntas in suis libera est actionibus, non aliarum potentiarum.

§. 3. Pareus monet, non accusare se Paulum de flagitijs, aut vita scelesta, sed agnoscere varias in se infirmitates, ignorantias, defectus in diligendo Deo, & proximo.

Hæc ille in speciem, & mox euertit: nam rationem reddit; quod non perpetret voluntate, sed improbatione damnando factum. Non quod renati non peccent voluntate, aut coacti, sed quod non tota voluntate. Nam etiam in lapsibus, cum non faciunt bonum, sed malum, volunt bonum, nolunt malum: voluntate licet languida, quæ quidem in lucta cedit, sed non excutitur. VVigandus audacius hoc loco: renatos quædam atrocia committere testatur. Qualem ergo Paulum nobis describit. Adulterantem, occidentem, furantem, & voluntate illa perpetrantem, sed non tota. Volo, inquit, flagitium, sed non tota voluntate; vellem enim me nolle, quod volo. Sed illud nolle cedit, quia languidum est. Velle meum vincit, quia vehemens est. Manet tamen & languidũ velle, dum scelera seu cogitatione, & consensu seu opere peraguntur, & efficit, ne filius Dei esse desinam, etsi legem Dei contemnam, quam venerari me malim. Paulo itaq; non plus tribuit in hac querela, quam Tiberio, aut Neroni, quos suorum scelerum pudebat, ac tædebat. Qui sibi ipsis graues, solitudinem, & propriam conscientiam cohorrescebant: Vellent enim & illi ista non facere.

Hæretici Paulum flagitiosum faciunt.

§. 4. Melanchthon multo absurdius inde deducit; omnia opera etiam piorum esse peccata. Ex ista conflictatione satis clarè intelligi potest, omnium Sanctorum etiam opera peccatum esse. Quia quamdiu viuit in carne, viuit concupiscentia. Ergo repugnat Spiritui natura. Ergo tantum ibi peccati, quantum retrahit, & moratur natura Spiritum.

Respondeo. Hoc quoque pro Pharetra Illyricana telum à Philippo paratum fuisse. Si enim natura spiritui repugnat, eumque moratur, tam ipsa, quam concupiscentia est peccatum. Contrarium autem euidentissime consequitur. Nempe actionem, qua spiritus consentit legi, & condelectatur legi, contra concupiscentiam, & naturam deprauatam colluctatur non esse peccatum. Nam quamuis facere malum sit peccatum, tamen nolle malum, & velle bonum non est peccatum.

Philippus Illyrico dedit occasionem.

VERSVS 16.

Si autem quod nolo illud facio: consentio legi, quoniam bona est.

QVÆSTIO I.

Quomodo probat legem esse bonam?

§. 1. SI Græcorum interpretationem sequamur, qui de homine impio & profano sermonem esse volunt, ratio sic instituenda erit. Impius dum scelera committit, id quod facit, damnat; iudicat enim contra rectam rationem, legem naturalem ac proinde malum: eodem igitur calculo legem absoluit, quo crimen damnat. Diuina ex eo legis puritas & præstantia cognoscitur, quam aduersarius ita veneratur, vt se damnare, quam accusare illam sustineat. Pari ratione, si non agat, quod lex iubet, bonum, vi tamen rationis, & luce naturæ nõ potest, non iudicare faciendum esse. Eiusmodi deliberationum & iudiciorum omnia plena sunt: Summa est turpitudo peccatorum, quam nec auctor ferre potest, & inde pulchritudo legis conspectior, ex qua fœditas illa tanquam luce detegitur. Eleganter dictũ: *Vniuersa creatura bona, & valde bona fuerunt, cum perseuerant, in statu suo naturali in quo fuerunt, deflexio autem ab eo quod natura conuenit, siue in angelis, siue in animis, siue in qualibuscunque corporibus fiat, pulchritudinem perdit, atque ab ea aberrando, (δισαρμονία) turpitudinẽ operatur,* cum ergo anima contra legem agendo præter naturam agat, non potest nõ esse sibi grauis, vt & corpus cum naturali temperatura caret.

Præferenda tamen altera expositio. Si enim surgentibus prauarum affectionum motibus mens & voluntas resistunt, eos deprimunt, & secundum legis præscripta moderantur, legi tanquam bonæ consentiunt: dum approbant, quod illa iubet, damnant, quod damnat ipsa. Dum vitiorum iucunditate impulsus animus pro lege pugnat, ne consentiat.

§. 2. Iterum Flaccianismum hic Pareus inducere conatur. l. 5. c. de amissione gratiæ. & statu peccati. *Quod Paulus inuitus sentiebat, id repugnat legi, & est peccatum propriè dictum: Ratio: Quia si mens Pauli consentiebat legi, idem ergo volebat lex Domini, quod mens Pauli. At Paulus inuitus sentiebat in se motus concupiscentiæ, quamuis inuoluntarios: quia quod faciebat. (hoc est motus illos inuoluntarios) nolebat: Ergo legi repugnabant, & erant peccata.* Hoc ille ex Bellarmino sumptum suum facit.

Respondet Bellarminus l. 5. c. 10 de amissione gratiæ, & statu peccati. *Si præceptum igitur Non concupisces, eius generis est, vt simul media, & finem comprehendat.*

Concupiscentia quomodo cõtra legem?

bendat. Media sunt resistere concupiscentijs, eisque nunquam assentiri, nunquam cedere: atque hoc ita obligant, vt qui non fecerit, continuo reus ex-stat: finis est funditus concupiscentias extirpare atque ita efficere, vt nullus in carne motus oriatur contra rationem. Hunc autem finem lex proponit, vt intelligamus, quo sit nobis Deo iuuante tendendum, non vt possimus, si id non faciamus, quod facere in nostra potestate non est, & quod ad felicitatem futuræ vitæ, non ad obligationem præsentis pertinet.

Sic enim S. Augustinus docet in Epistola 200. *hoc,* inquit, *lex proposuit dicendo*, non concupisces, *non quod hic valeamus, sed ad quod proficiendo tendamus.* Et libro de nuptijs & concupiscentia, cap. 29. *multum,* inquit, *boni facit, qui facit, quod scriptum est, post concupiscentias tuas non eas: sed non perficit, quia non implet quod scriptum est,* Non concupisces.

Pareus fatetur satis obscurum: defendere tamen conatur. Nam repugnare legi dicit esse, vel habere *ἀνομίαν*. ideoque quod legi repugnat esse peccatum: *ἀνομίαν* enim esse, motus voluntarios repugnare legi, & non esse peccatum. At iam supra ostensum est, multa esse legi repugnantia, quæ non sint peccata, sed quæ sunt contra legem vtcunque, vel quia sibi legis repugnant, vt ægritudo militis, aut alia victoriæ impedimenta, non sunt contra mandatum ducis, alioqui imperium ducis contempsisse miles diceretur, quod vulneratus non vicerit. Nec Deus cum dixit: *Non concupisces* aliud vetuit, quam voluntariam concupiscentiam. Hoc enim in omnibus præceptis cernitur: *Non occides, non mœchaberis, non furtum facies.* Quis enim ista reprehendit, si inuito contigerunt? In hostem iaculatus commilitonem ferijt. Iacob inscius cum sorore vxoris dormijt, Beniamino ignoranti scyphus in saccum inditur. Non sunt hic crimina, quia deest ijs criminis conscientia. Ita Augustinus l. 1. c. 10. contra duas Epistolas. *Sed considerandum est, quod adiungit si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Magis enim se dicit legi consentire, quam carnis concupiscentiæ. Hanc enim peccati nomine appellat. facere ergo se dixit, & operari non affectu consentiendi, & implendi. sed ipso motu concupiscendi.*

Et l. 6. c. 11. contra Iulianum. *Iam enim motus desideriorum malorum non ipse operabatur, quibus non consentiebat ad perpetranda peccata. Peccati autem nomine, quod in illo habitat, ipsam nuncupat concupiscentiam, quia peccato facta est, etsi consentientem traxerit atque illexerit, concipit paritque peccatum.* Et ante dixerat, concupiscentias solum impulsum libidinis operari sine consensione peccati.

Non est peccatũ, quod est contra legem.

VERSVS 17.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

QVAESTIO I.

Quis operatur malum in Paulo?

§. 1. FAtetur ante se operatum fuisse, se auctorem sceleris sui fuisse. At nunc inquit, *οὐκέτι non amplius ego operor.* Non iam ego sum perpetrans illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Non recte vertunt nonnulli *malitiam*, quasi scriptum sit *κακία*, cum sit *ἁμαρτία*, hoc est, *peccatum.* Cum fieri videatur non posse, vt idem homo idem velit, & nolit, institutum eius est exponere vnde nascatur ille hominis secum contendentis conflictus. Nam quod vult quispiam & potest, id perficit, siue de actibus quos voluntas elicit, siue de illis quos ad eius imperium vel aliæ agendi potentiæ, vel membra efficiunt, loquamur. Est igitur in eodem homine duplex agendi principium, inhabitans peccatum, & inhabitans gratia. Peccatum hoc est concupiscentia, quæ per Metonymiã dicitur peccatum, sibi consentanea opera, prauos affectus, cupiditatesque producit: gratia eas reprimit, & legi Dei condelectatur. Alio etiam modo duplex constituitur principium agendi in omnibus hominibus, carnis seu sensualitatis, & rationis. Illius obiectum est dulce seu iucundum, huius honestum.

Duo a[illegible] principia [illegible] hominis.

§. 2. Illyricus etiam hoc loco, peccatum esse substantiam probare conatus est. Nam habitare substantiæ est, non accidentium, quæ inesse, inhærere dicuntur. Respondeo: Vsitatum esse, rebus spiritalibus & accidentibus personam tribuere Sic Sap. c. 4. dicitur *sapientia non habitabit in corpore subdito peccatis.* Et de peccato dicitur, in foribus adfuturum לפתח חטאת רבץ *lapheta[illegible]. [illegible], roboz. ad ostium peccatum cubans.* Vbi loquitur de peccato Caini quod ipse patrabat, quod sine dubio pessimæ voluntati in fratricidium pronæ inhærebat non ad ostium cubabat, aut de pœna imminente, quæ non erat substantia. Quin vero facile concludimus eodem ex dicto Apostoli, peccatum inhabitans non esse ipsam hominis essentiam, illud enim non habitat in homine, seu in carne hominis, sed est ipse homo. Furor ergo Manichæorum facile repellitur, qui substantiam malam, a malo principio creatam vocari peccatum comminiscebantur, à quorum culpa abesse non possunt, qui vel substantiam, vel eius qualitates, & potentias proprie dictum peccatum esse tradiderunt.

Peccatum habi[illegible] non est [substantia].

VERSVS 18.

Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio.

QVÆSTIO I.

Quid sit hoc loco Caro?

§. 1. IN confesso est crebro in sacris Literis carnẽ accipi pro omnibus potentijs cum inferioribus, tum superioribus peccato corruptis: vt constat Gal. 5. Hoc loco tamen Augustinus accipit pro sensualitate, siue potentijs, & actibus inferioribus, & distinguit à mente siue intellectu & voluntate. l. 1. contra duas Epistolas Pelagian. c. 10. *Adhuc eras in corpore mortis huius nondum facto spiritali: quod alibi dicit: Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.*

Tunc enim ex toto, id est, ex vtraq; parte qua constat, spiritalis homo erit, quando etiam spiritale corpus erit.

Homo nondum totus spiritalis.

Et l. 1. de nuptijs, & concupiscentia. c. 31. *Carnem autem, nunc appellauit vbi sit morbidus quidam carnis affectus, non ipsam corporis conformationem, cuius membra non adhibenda sunt arma peccato, id est, eidem ipsi concupiscentiæ, qua hoc carnale nostrum captiuum tenet. Nam quantum attinet ad ipsam corporalem substantiam*

ita [illegible]que naturam in viris fidelibus, siue coniugatis, siue continentibus, iam templum Dei est: attamen si omnino nihil carnis nostræ captiuum teneretur, non quidem sub Diabolo, quia & ibi facta est peccati remissio, vt peccatum non imputetur, quod propriè lex peccati vocatur, tamen sub ipsa lege peccati, hoc est, sub concupiscentia sua, nisi aliquantum teneretur Caro nostra captiua, quomodo esset verum quod ait idem Apostolus, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis nostri? In tantum igitur adhuc exspectatur redemptio corporis nostri, in quantum adhuc ex aliqua parte captiuum est sub lege peccati. Vnde & hic exclamans ait, infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrũ. Vbi quid intellecturi sumus nisi quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam? Cum ergo idipsum corpus iam incorruptibile recipietur, plena erit liberatio à corpore mortis huius.

Eadem est sententia Chrysostomi & Græcorum, ille enim comparat carnem citharæ, naui, equo, bru[t]o, animam citharædo, gubernatori, equiti, homini prudenti, & diserte affirmat in has duas partes hominem diuidi. Nam & impius sæpe peccatis [iu]stificatione naturali, & displicent illi multi imo innumeri motus sensualitatis, quas non ipse operatur, cum vero consentit, iam tunc ipse artifex causa est dissonantiæ & erroris.

Atque excusatione caret: *Multum autem fallitur homo*, inquit Augustinus, l. 1. c. 28. de nuptijs & concup. *qui consentiens concupiscentiæ carnis suæ, & quod illa desiderat decernens facere, & statuens, putat sibi adhuc esse dicendum, non ego operor illud, etiamsi oderit, quia consentit. Simul enim est vtrumque, & ipse odit, quia malum esse nouit: & ipse facit, quia facere statuit.*

[Re]nitens non potest excusari.

§. 2. Pestilens itaque error est Caluinianorum. Nomine Carnis intelligi hominem totum, hoc est, sensualitatem, mentem, voluntatem, hominem dupliciter considerari. Primo vt est sine gratia. Secundo vt regeneratus est, vt sensus sit, nō habitat in me vt in naturalibus constituto bonum, itaq; etsi concupisco, consentio concupiscentijs, & perago facinus, non tamen tota voluntas aut mens id agit, sed quatenus regeneratus non sum.

Deniq[ue] [hunc] errorem illum iug[u]lauit Augustinus, de nuptijs & concupis. c. 28. Iam vero si & illud addat quod scriptura prohibet, dicens, neque [e]xhibueritis membra vestra arma iniquitatis peccato:

Et eodem modo l. 1. contra duas Epistolas c. 10. Est vero inu[i]ctum Bellarmini argumentum l. 5. c. 7. de amissione gratiæ, & statu peccati, non intelligi de voluntate consentiente, nec sine ea concupiscentiam esse proprie peccatum. Non enim mihi imputatur quod meum non est, nec caro sine consensione voluntatis peccatum operatur.

§. 3. Augustinum multis verbis sine mente Pareus oppugnat. *Concupiscentiam vocat peccatum*, inquit, *ergo est propriè peccatum. Nam Scriptura propriè est accipienda nisi cum causa est tropi. Apostolus autem vocat malum, peccatum, non bonum.*

Respondeo. Iam supra sæpe demonstrauit Augustinus, necessarium esse, ne concupiscentiam peccatum proprie dicamus, ne in Manichæorum hæresin incidamus: nam vt concupiscentia peccato corrupta est, ita ipse etiam homo, qui tamen ea causa peccatum proprie dici non debet. Itaque improbe Augustinum accusat, p. 743. de amiss. grat. & statu peccati, cum dicit carnem vbique totum hominem significare cum spiritui opponitur.

[Concu]pi[scentia] non [est] proprie [pec]catum.

Quid vero fingi potest magis Borborianum, & Libertinum, quam id quod toties ingerit. *Ego non operor. Hoc est, non totus operor*, p. 744. *Hoc est, non operor, qua regeneratus sum*, sed *qua adhuc carnalis*. Quis enim ferat Caluinianum tam petulanter proteruientem, vt cum in libidine, & cædibus æstuat, secure iactare possit. Carne, sensibus, mente, ratione, voluntate deliberatissima ista perpetro: & iustitiam in illis teneo, non enim totus facio, sed qua carnalis sum, non qua regeneratus? Apostolus loquitur hic non modo Theologice, sed etiā Physice de homine, & concupiscentiam in carne demonstrat, in qua maxime vim suam exerit. Ideo maxime de mortali corpore queritur, quod Spiritum præcipue aggrauat. Quamuis autem etiam ratio & voluntas prauis affectibus sæpe contra Dei legem insurgant, non est tamen hoc loco specialis de illis querela, nec locum habet, nisi cum subiti motus deliberationem anteuertunt. Impium igitur est, quod concludit, carnis nomine etiam deliberatos malæ voluntatis motus intelligi. Nam si caro suggerit, ratio expendit, homo statuit, & decernit facere, aut etiam reipsa facit, qua fronte dicere audebit; *non iam ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum*. Iam decreuit peccatum, furari, occidere, adulterare. Absit à verecundia humana tam belluina audacia, cuius vel ipsum Satanā pudent. *Nam etsi* (vt ait Augustinus l. 1. c. 10. contra duas Epist.) concupiscit, & consen[t]it, & agit, quomodo non ipse illud operatur, etiam si se operari doleat, & vincigrauiter ingemiscat? Sane Dauid cum peccasset, non vsus est hac distinctione. Concupiui, consensi, feci, sed non totus, non ego, sed peccatum, sed supplex orat; *Tibi soli peccaui, & malum contra te feci.*

Proteruia Caluiniana.

QVÆSTIO II.

Quomodo faciat inuitus malum?

§. 1. **V**Elle inquit mihi adiacet, παράκειται in promptu est. משיך לי *Pesibic li. facile est mihi: Sed perficere bonum non inuenio.* Augustinus l. 1. contra duas Epistolas c. 10. *Ac per hoc, versat hoc idem repetens & inculcans. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Hoc est enim perficere bonum, vt nec concupiscat homo. Imperfectum est autem bonum, quando concupiscit, etiam si concupiscentiæ non consentit ad malum.* Et paulo post: *Illa ergo bonum est volenti facere, adiacet autem malum ex concupiscentia, cui non consentit, qui dicit: Iam non ego operor illud.*

Vult non concupiscere, & concupiscit.

Hæc Augustini, & SS. Patrum interpretatio est. Nam Christi adiutorio posse nos velle non concupiscere, non consentire, omnes dicunt. Nazianz. Orat. *Et nondum dico internum illud quod in nobis ipsis & passionibus est, bellum, quod bellamus, noctes & dies, propter humilitatem corporis, partim occulte, partim vero palam, deque turbine, qui nos fluctuare facit & torquet, per sensus, aliaque quæ in vita sunt delectabilia deque luto, & materia qua compacti sumus.* Ex quibus omnibus victoriam obtineri docet, dum non cedimus, non consentimus.

Irenæus p. 206. l. 3. c. 22. nos à Christo solo id habere, non ex nobis. *Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex virgine Emmanuel est ipsi Dominus, quoniam ipso Dominus erat, qui saluabat eos, quia per semetipsos non habebant saluari: & propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait, scio enim quoniam non à nobis, sed à Deo est bonum salutis nostræ.*

Scholia Græca etiam interpretantur eadem ratione. διὰ τὴν τῆς ἁμαρτίας συναρπαγήν. Quod pecca-

peccatum subito abripiat: quod tam de motibus affectuum, quam de subreptionibus voluntatum potest intelligi.

Paulus qualis Pareo.

§. 2 Sectariorum etiam hoc loco impurissima est depravatio. Fatetur Pareus in commentario huius loci: *Velle hic significare seriam προαίρεσιν, propositum, electionem, sed esse inefficacem. Voluntati, inquit, actus externi non respondent, sed contrarij sunt, dum voluntas carni succumbit.* Extenuat tamen hoc ipsum vt sibi videtur. Neque vero intelligatur, quasi perpetuo, sed quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ *vt plurimum, cuiusmodi* ἐναντίωσιν *passus fuerit Apostolus, & patiantur renati.* Viuus ille est Caluinistarum typus, Vt plurimum concupiscentiæ succumbit eorum voluntas, & bonæ menti sunt actus contrarij: ne vero fraudi aut ignominiæ ipsis sint quotidiana flagitia, Paulum in eisdem sordibus versatum mentiuntur, quemadmodum Poetæ gentium ad Deos sua scelera transtulerunt, & Iouem adulterum, incestumque finxerunt.

Lucas Lossius, *ait Paulum abripi, vt Dauid concupiscentia victus adulterium, & homicidium commisit.*

§. 3. Cæterum duæ hæreses hoc ex loco originem deprauantibus omnia impijs habuerunt. Pelagianorum, & Lutheri. Pelagiani initium salutis esse ex nobis, velle nostrum esse, perficere autem Dei. Hoc trahere conatur Chrysost. hom. 42. in Gen. cum dicit: *Ab alienum ad bona opera se disposuisse.* & hom. 17. in Ioannem. *Deum non præuenire nostras voluntates.* De Chrysostomo alias dixi. Eum agnoscere gratiam præuenientem, & omne bonum à Deo esse: negare tamen præuentionem physicam, & violentiam libertatis aduersariam.

Chrysostomum defensum.

Respondeo. Nunc velle bonum, quod adiacet non esse ex nobis sed ab eo, qui dedit velle & perficere. Adiacet, verum non à natura venit, sed à Deo. Vere Prosper contra collatorem, p. 164. *Hi quæritur cum iniquitas peccatum sit, & nõ operentur peccatum qui ambulant in vijs Domini: quomodo illi Sancti in vijs Domini ambulauerunt, qui dicunt: si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est: Ergo & peccatum habuerunt & in vijs Domini ambulauerunt, secundum Paulum dicentem, si quod nolo ego hoc facio: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Itaque nec operantur peccatum, qui ambulant in vijs Domini, & tamen non sunt absque peccato: quia iam non ipsi operantur illud, sed quod habitat in eis peccatum. Non autem ipsi operantur illud, quando illicitis desiderijs consensum non accomodant voluntatis.*

Non operantur, qui cõsensum negat.

Et p. 138 *Detestanda & abominanda opinio, qua Deum cuiusquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem: Cuius prædestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iustitiam est: Vniuersa enim via Domini misericordia & veritas. Adulteria enim maritalarum, & corruptelas virginum non instituere nouit sancta Diuinitas, sed damnare: nec disponere, sed punire. Quæ mala homines cum admittunt, suis concupiscentijs & cupiditatibus seruiunt, quas ab illa prima voluntaria præuaricationis labe traxerunt. Cum autem declinant à malo, & faciunt bonum, à Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius volet.*

§. 4. Altera hæresis est omnia nostra opera esse peccata. Vt hic Osiander concludit. Atque inde cæteri cum ipso, Caluinus, Cornerus, Gualterus, non posse legem seruari, non esse liberum arbitrium. Osiandri argumentum friuolum est. Vbi non datur perficere, ibi omne opus est peccatum. Nam malum est, non perficere bonum: ergo peccatum est. Friuolum est hoc, inquam, malum quidem est, sed quod miserum, anxium, laboriosum potius efficiat, quam reum, & peccatorem. Vellet homo non concupiscere, aut à motu inordinato cupiditatis impulsu turbari, id non potest perficere: quâ re non peccat, sed tamen miser est, vt qui fert, vellet pariter eam molestiam, sed excutere non potest. Contra eam responsionem insurgit Pareus l. 4. c. 14. de iustificatione. Quis glossam audaciorem, inquit, vnquam audiuit? Velle adiacet mihi, id est, actum concupiscendi in me sentio, sed perficere bonum non inuenio, id est: sed ei non consentio. Nimirum hic aqua huic hæret. ita ille de Bellarmino. Verum sciens volens responsionem eius inuertit. Verba Bellarmini sunt. *Respondeo: loquitur Apostolus de actu concupiscendi, quem sæpe sentimus, quando etiam non consentimus. Quamuis enim non sit peccatum sentire carnalem concupiscentiam, & non cõsentire, tamen nollet homo castus eam sentire, & in partem infelicitatis suæ ponit, quod cogatur etiam nolens, carne seruire legi peccati. Hinc igitur Apostolus dicit: Velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio: Et, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Vide Augustinum Tractat. 41. in Ioan. lib. 6. in Iulianum cap. 11. & lib. 1. ad Bonifacium, cap. 10.

Sensus ergo est velle mihi adiacet, hic est. Vellem non concupiscere, perficere autem non inuenio, hoc est, motum concupiscentiæ me inuito ebullientem ne sit, impedire non possum: Augustinus lib. 6. c. 11. contra Iulianum omnino sic interpretatur.

§. 5. Quod liberum arbitrium negari à Paulo fingunt, quod perficere non possit, non vident, hoc ipsum liberum esse quod volunt. Nam etsi vires desint agendi, adesse tamen solet libertas volendi. Velle bonum facile est, & quod illi annexum est, nolle malum. Hæc manet in carnis debilitate libertas: vt Dei adiutorio mens adiuta, nolit id quod legi Dei aduersatur, legi enim Dei condelectatur, non coacte, sed libere. Mirari non immerito quispiam possit, qui venerit in mentem Sectarijs nostris vt voluntatem negarent eo loco, quo vel maxime illam asserit Paulus. Notarunt id Græci pene omnes. Schol a p. 303. ita habent hoc loco, τὸ αὐτεξούσιον θέλει δεῖξαι, καὶ ὅτι ὁ ἄνθρωπος κύριος τῆς ἐπ' ἀμφότερα ῥοπῆς, ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ κακά ... φησὶν οὖν, οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ τὸ ἀγαθόν, οὐκ ἀποκεκλεισμένον, καὶ ἀνάγκῃ τινὶ ... μοι ἔχω τὸ περὶ ... τοῦ ἀγαθοῦ. ὥστε καὶ πρὸς βίαν ἀφέλκειν με τῶν κακῶν. *Liberum arbitrium vult indicare, & quod homo sit Dominus vtriusque in bonum, & malum inclinationis, dicit igitur, non habitat in me bonum non est donatum, & necessario apud me manens, facere bona; ita vt violenter mala me abripiant.*

Liberum arbitrium.

Interim in iniquitatibus suis contabescant necesse est, cum docent, ad omnes actus pertinere, quod Paulus dicit, non facere, se bonum, quod vult, sed malum quod non vult. Necesse est enim plurimorum scelerum saltem cogitatorum Apostolum accusari.

VERSVS 21.

Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.

QVÆSTIO I.

Quam legem Apostolus inueniat?

§. 1. Ob-

§. 1. OBscura est locutio. Syrus sic conuertit: *Inuenio igitur legem consentientem menti meæ volenti bene agere, quoniam malum mihi propinquum est.* Toletus interpretatur. *Hanc legem experior, cum volo bonum facere, quod malum mihi adiaceat.* Duplici autem sensu ista intelligi possunt. Primo, vt lex ipsa sit lex membrorum, seu malum adiacens, quæ repugnet bonum facere volenti. Nam malum illud est veluti lex membris insita. Secundo, vt lex sit bona, quam volens bonum facere inuenit, quæ ostendit, quod malum adiaceat. Perinde igitur videtur ac si dicas; Inuenio demonstrantem, quod malum mihi adiaceat.

Origenes traiectionem verborum esse arbitratur & aliter sententiam totam ordinat. Igitur quoniam malum mihi adiacet volenti facere bonum, inuenio legem Dei, & ei condelector.

Vel hoc modo. *Inuenio legem mihi bonum facere volenti patrocinantem, & ostendentem fontem mali, quod mihi adiacet.* Photius apud Oecumenium p. 304. Inuenire se dicit: τὸ εἶναι τὸν νόμον, ἐμοὶ μὲν εἰς τὸ καλόν, τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλόν, καὶ τοῦτο μόνον χαριζόμενον. *Esse legem, legem quidem ad bonum, volenti mihi facere bonum: & hoc tantum* Lex malum ostendit. *gratificantem.* Malum enim inuenio: quod similiter mihi adiacet, & nihilo melior factus sum ex lege. Imo potius damnum inde accepi, nam adiacet mihi & propinquat mihi, & mali præbet occasionem. Alia etiam Scholia sic exponunt, quasi lex ad bonum impellat monitis duntaxat, non autem iuuet contra malum adiacens. Augustinus de nuptijs & concupiscentia. *Inuenio mihi legem esse, volenti facere bonum, quod lex vult, quoniam non ipsi legi, quæ dicit: non concupisces, sed mihi ipsi adiacet malum, quia nolo, quia & nolens concupisco.* Hanc etiam secutus est Erasmus, licet Paulum balbutire ineptus ipse fingat.

Quatuor leges. §. 2. Quatuor hoc loco considerant Græci interpretes leges. Binas exteriores, vt est lex Dei, seu Euangelica, & lex Satanæ seu τοῦ πονηροῦ. Binas internas. Legem mentis, quæ à Deo insita est. Legem carnis seu membrorum, seu legem peccati. De hac secunda lege quæ intra nos est, quæq; repugnat legi mentis intelligo. Nam postea eandem vocat legem membrorum. Cum ergo dicit: Inuenio legem, quoniam malum mihi adiacet. Hoc est, inuenio inordinatam affectuum & carnis dispositionem, quæ quasi sua lege viuunt, & iure vtuntur, quod est contrarium legi mentis, atque hoc ipsum malum est, quod adiacet. Natura enim sui cupiditatibus nisi potenti gratia retrahatur, cupide obsequitur, sui iuris & dignitatis retinens, nihil quod iucundum sit negari sibi æquom iudicat. Nec alio modo quam ex lege sua gubernari se patitur, non tamen cogit ad peccandum, sed quantum potest contra animum Dominum, & moderatorem nititur.

§. 3. Caluinus in commentatio huius loci: Paulus dicit, se lege Dei magistra, & duce deprehendere ingenitum sibi vitium. Verùm vt nihil subaudias, bene fluet sententia. *Fideles dum ad bonum nituntur, quandam in se tyrannicam legem reperire: quia eorum medullis, & ossibus infixa sit vitiositas, legi Dei aduersa, & repugnans.* Hinc Pareus sic argumentatur. *Vitiositas illa ingenita, &c. est proprie dictum peccatum.*

...itium membrorum nō proprie est peccatum. Respondeo. Quamuis nomine legis vitiositatem intelligamus, non tamen consequetur, illam propriè peccatum esse. Non enim quicquid legi Dei repugnat peccatum est, vti nec omne vitium est peccatum. Pareus locum obscurum esse fatetur. Veterem tamen opinionem reducit: *Quicquid incitat ad peccatum, quicquid repugnat legi Dei, est peccatum*, quod omnes non modo orthodoxi, sed Luthesani etiam, & Caluiniani contra Illyricum disputantes negant. Idem ille tamen in comment. ad Romanos, nomine legis accipi posse putat, studium legis, quæ interpretatio ad rem præsentem nihil facit. Et pro ὅτι *quoniam*, ponit, καίπερ, *quantumuis*. In hac tamen obscuritate liberum cuique relinquit iudicium, quod non est eius, qui scripturam sine interpretatione claram esse profitetur.

VERSVS 22.

Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.

QVAESTIO I.

Quomodo condelectetur legi Dei?

§. 1. ΣΥνήδομαι, inquit, *condelector*, non quouis modo, sed κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, *secundum hominem qui intus est*, secundum intellectum & voluntatem, quam sua gratia Sanctus Spiritus afflauit, lege illustrauit, caritate radicauit. Hanc ob causam Augustinus de homine iusto intelligendum docet. Nam delectatio in lege Dei, non est nisi piorum, impij enim aduersus Dei legem fremunt. Delectari autem in lege Domini signum est amantis, & amore legem implentis. De hac meditatione ac delectatione consulatur Psalmus 118. vbi omnia de lege Domini ex intimo affectu Dauid pronunciat. Nemo nisi pius in lege Dei delectatur.

Augustinus in Ioan. tractat. 41. *Nunquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remansisset, sine peccato hic viueremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi qui seipsum vult decipere, & in quo veritas non est? Ergo ex eo quod remansit, aliquid infirmitatis, audeo dicere, ex qua parte seruimus legi peccati, adhuc serui sumus: Vnde dicit Apostolus quod dicere cœperamus, condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Ecce vnde liberi, vnde condelectamur legi Dei. Libertas enim delectat. nam quamdiu timore facis quod iustum est, non Deus te delectat. Quamdiu adhuc seruus facis, non te delectat: delectat te, & liber es. Noli timere pœnam, sed ama iustitiam. Nondum potes amare iustitiam, time vel pœnam, & peruenies ad amandam iustitiam. Ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat, vnde dicebat, condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Delectat me lex, delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia. Video autem aliam legem in membris, (hæc est quæ remansit infirmitas) repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta iustitia: nam vbi condelectatur legi Dei, non captiuus, sed legis amicus est: & ideo liber, quoniam amicus.*

VERSVS 23.

Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & ca-

ptiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

Qvaestio I.

Quomodo Paulus captiuatus sit in lege peccati?

§. 1. HOc loco maxime Sectarij exultant, quasi Paulum Apostolum hominem sceleratum in consortium suum venisse demonstrare possint. *Non modo* lex vincit, inquiunt, sed victum etiam compedibus vinctum deducit ad peccatum, atque in eo violenter detinet.

Respondeo. Tali deprauationi nos primo opponere Augustinum: qui diserte docet; lege illa membrorum trahi Paulum, & teneri captiuum, vt concupiscat tantum non vt concupiscentiæ consentiat. De nuptijs & concupiscentia c. 30. *Aut captiuantem ducit, captiuare conantem, id est, ad consentiendum implendumque cogentem, aut potius quod non habet controuersiam, captiuantem secundum carnem, quam nisi teneret carnalis concupiscentia, quam legem peccati vocat, non vtique in ea vllum illicitum desiderium, cui mens obedire non debeat, commoueret. Quod autem non ait captiuantem carnem meam, sed, captiuantem me: Hinc factum est, vt sensus hic alius quæreretur, & acciperemus captiuantem, velut dixisset, captiuare conantem. Sed cur non diceret, captiuantem me, vbi vellet intelligere carnem suam? an non dictum est de Domino Iesu cum in monumento non inuenta fuisset caro eius, tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum?*

Captiuum vellet non cõcupiscere.

Sentit igitur sed non consentit. Confitetur infirmitatem, sed carnis, non mentis, confitetur infirmitatem corporis non animi. In animo autem est perfecta iustitia non in corpore. Augustinus Serm. 5. de verbis Apostoli. ante dixerat: *Si ergo non nouerat quod puniebat, iniuste puniebat. Quia vero iuste puniebat, nouerat quod puniebat, & tamen peccatum non nouerat, quia peccatum non fecerat. Quod enim operor ignoro, non enim quod volo ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem accepta iam gratia, non ego operor illud, libera est mens, caro captiua. Non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum, velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Non adiacet perficere. Adiacet velle, perficere non adiacet. Non dixit facere, sed perficere. Num enim nihil facit? rebellat concupiscentia, & non consentis, delectat vxor aliena, & non annuis, mentem auertis, in secretarium mentis intras. Vides foris strepentem concupiscentiam. pr[illegible] aduersus eam sententiam, mundans conscientiam. Nolo, inquit, non facio: puta quia delectat, non facio, habeo cui delecter. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Quid tu de carne tua tumultuaris? Quid delectationes illicitas, temporales, fluxas, vanas, noxias, tumultuose suggeris, & eas quasi garrula mihi narras? narrauerunt mihi iniusti delectationes, vnde est & ista concupiscentia, narrat mihi delectationes, sed non sicut lex tua Domine. Condelector enim legi Dei, non de me. sed de gratia Dei. Tu concupiscentia in carne tumultuaris, mentem tibi non subdis. In Deo sperabo, non timebo quid faciat mihi caro: hoc est, mente non consentiente tumultuatur caro. In Deo, inquit, sperabo, non timebo quid mihi faciat caro. Sicut nec aliena, ita nec mea. Qui ergo in se hac agit, nihil facit? multum facit, magnum est quod facit, sed tamen non perficit.*

Delectationes ex lege Dei.

Quod si aduersariorum impiam sequamur deprauationem, necesse erit Apostolum nostrum, cum religionis Christianæ opprobrio, cum irrisu Iudæorum, & gentium, cum euersione disciplinæ Ecclesiasticæ omnium criminum mancipium cõfiteri, idque victricibus cupiditatibus, & libidinibus eum veluti catenis in ergastulo vincientibus, hoc est, eum quod dicit νόμον αἰχμαλωτίζοντα, hoc bello victum teneri captiuum. Et Lossius quidem cogi vt obtemperet peccato, & Gualterus similiter. Sed obstat, & tam impijs glossatoribus obturauit iamolim os Augustinus Serm. de tempore 45. *Non ergo quod volo ago, sed tamen concupiscentia non consentio. Non enim aliter diceret, concupiscentias carnis ne perfeceritis, si eas ipse perficeret: sed constituit tibi ante oculos pugnam suam, ne timeres tuam. Si enim hoc non dixisset beatus Apostolus, quando videres moueri concupiscentiam in membris tuis, cui tu non consentires? tamen cum eam moueri videres, forsitan desperares de te, & diceres, si ad Deum pertinerem. sic non mouerer. Vide Apostolum pugnantem, & noli te facere desperantem.*

§. 2. Est alia etiam Caluinistarum hoc ex elogio apud Bellarminum deductio, de amiss. gratiæ, & statu peccati l. 5. c. 10. *Quod repugnat legi Dei, & captiuat, id est, seruos peccati facit fideles etiam inuitos, id sine dubio peccatum est proprie dictum, concupiscentia repugnat legi, & captiuat fideles. Ergo.* istis verbis rem Pareus proponit.

Respondet Bellarminus. *Non omne quod repugnat legi peccatum est, quamuis omne peccatum legi repugnet, peccatum enim repugnat legi priuatiue, quia est actio recedens à sua regula, cum posset & deberet, cum sua regula congruere. Multa vero legibus repugnare, quæ peccata non sunt extra controuersiam est, repugnat enim legi homo, qui peccat, & tamen homo non est peccatum proprie, nisi cum Illyrico delirare velimus. Item repugnat legi iusta lex iniusta, interdum etiam lex vnius principis lege alterius contraria est, cum tamen neutra videatur iniusta. potest quoque lex iniusta legi item iniusta repugnare. Nec tamen lex peccatum proprie dici potest, sicut nec virtus.*

Iam igitur concupiscentia repugnat legi mentis, non Lex membrorum vt actio recedens à regula cum posset, & deberet regula congruere, sed repugnat, vt lex contraria impellens ad pugnat malum; quomodo etiam legi repugnat Diabolus, & Dei, vt lex quidquid incitat ad legis transgressionem. Itaque hoc contraria. ipso, quod Apostolus concupiscentiam vocat legem membrorum, significat eam non esse proprie peccatum.

Apposite autem legis nomine concupiscentia appellata est, quia lex nihil est aliud, nisi regula actionum. Et quemadmodum lex mentis est regula bonarum actionum, quam si sequaris bene ages: ita concupiscentia regula est peccandi, quam si sequaris omnino peccabis. Illud autem captiuantem me in lege peccati, recte exponit S. Augustinus lib. 1 de nuptijs & concupisc. cap. 30. *Vbi docet concupiscentiam dici captiuitatem, id est, captiuare conantem, vel captiuantem secundum carnem, non secundum mentem; vt supra dictum est de illis vocibus; ego autem venundatus sub peccato.*

Responsionem optimam infesto cauillo exagitat Pareus. *Quicquid repugnat legi formaliter peccatum est,*

est. inquit, *Formaliter autem legi repugnare aliquid ait, vel priuatiue, vel contrarie, sicut prauitas repugnans rectitudini. Homo repugnat legi effectiue. Concupiscentia repugnat non tantum effectiue, ratione prauorum motuum, quos ciet, & gignit, sed etiam formaliter ratione prauitatis suæ à lege damnata.*

Respondeo. In hac repugnantiæ priuatiuæ, & contrariæ distinctione facile apparere veram peccati rationem ab aduersario ignorari. Nam prauitas quæ repugnat rectitudini, non est qualitas aliqua, sed defectus rectitudinis, & priuatio. Non enim peccatum est positiua res, vt Philosophi & Theolog loquuntur. Imperite itaque peccatum aliud facit priuatiuum, aliud vero contrarium. Atque ita manifeste in Illyrici & Manetis errores impingit. Nam si concupiscentiam ideo proprie peccatum nominet, quod illi adiuncta sit prauitas damnata: pari ratione cum Flacco animam ipsam, cor hominis proprie peccatum dicendum erit; nam illi etiam prauitas est addita, est enim cor hominis prauum, distortum, corruptum. Si igitur prauitas cordis, seu hominis non facit hominem peccatum, non est etiam causa, cur prauitas intellectus, voluntatis, appetitus, faciat eas facultates peccata. Nihil enim horum peccatum est, sed actiones liberæ ab his ortæ cum recedunt à regula, peccata sunt. Supra de his pluribus egi. In disputatione Iacobi Andreæ, & Illyrici, centies repetitur, *hominem esse legi Dei inconformem*, sic enim loquuntur, ratione vitij inhærentis, non ratione essentiæ, ideo non esse peccatum. Quod de intellectu & voluntate pariter dicendum est cæterisque potentijs non ipsas esse peccata, sed quæ illis insunt malitiæ. Nec mirum Paulum vocare peccata, quia sunt ex peccato inordinationes, & ad peccata impellunt, vt Augustinus docet. Lutherus, dicit: *Essentiam*, das Wesen / esse peccatum; Schmalcaldici articuli. *Peccatum est, quicquid sumus.* Quod Iacobus alijque interpretantur, non quod *proprie peccatum, sed peccatores sumus. Dixi nunc aliquoties*, inquit p. 44. Iacobus, *& nunc denuo repeto. Quod totus homo sit malus, & tota eius natura & essentia sit vitiata, vt nihil sit sanum in corpore, anima, & omnibus viribus eius: & omnia contaminata.* Negant tamen hæc esse peccata, vius verissimo pronunciato. *Quicquid à Deo conditum est, id peccatum esse nequit.* Deus enim auctor peccati esse non potest. Illyricus non refugit tam atrocem blasphemiam. Disputationis cum Iacobo. p. 45. *Cum Deus totum hominem format in vtero matris, qualis nascitur, certe Deus omnia creat, quæcunque est homo in vtero. Quia Diabolus nihil creat, nec quicquam operatur in vtero matris. Ideo DEVS format illam substantiam, quæ est peccatum.* Hæc ille: Nec minus est horrendum auditu, quod Caluiniani dicunt, ipsam concupiscentiam, hoc est, facultates hominis esse peccatum, hæc enim omnia à Deo creantur, & peccato vitiantur, non vt sint ipsa peccata, sed vt in illis, vt in homine sint peccata. Imo hoc modo p. 52. Ex concessis argumentatur. Quicquid in vtero matris formatur à Deo, & propagatur, siue sit substantia, siue accidens, non est peccatum. Nam Deus nec substantialis, nec accidentalis peccati auctor esse potest. Ex quo consequitur, omnia absurda consequi ex Caluiniana hæresi, quæ ex Illyricana illi deducunt. Nam Caluiniani accidentia, & facultates naturales vera esse peccata pronunciant, Illyricus substantias.

Peccatum est priuatiuum.

Patres Flacianis-ti

VERSUS 24.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

QVÆSTIO I.

Quæ miseria ex corpore mortis?

§. 1. GRæcis ταλαίπωρος dicitur, quod miserum Beza dicere maluit, & vulgatã versionem se omnino repudiare profitetur. At τάλας & ταλαίπωρος, est ærumnosus, perpetuis pugnis fatigatus, infelix: nam Latini talem infelicem vocare solent, *Comes infelicis Vlyssei, quæ tam infelicis Elisa collucent flammis.* Sic & illa infelix, cui erat *ærumnis cor luctificabile fultum.* Infelicitatis origo est corpus mortis, mortale, tot malis obnoxium. Non est oratio diffidentis, sed de liberatione à tot malis sperantis. Ingemiscit enim cum tot motus, turbationesque sentit, & gratiã Dei, ac demum per resurrectionem liberari cupit à corpore, quod aggrauat animam. Stimulum carnis abesse vellet, vt Deo impensius seruiret. Similis est apud Augustinum l. 10. c. 30. 31. & sequentibus querela.

Miseria hominis.

§. 2. Ex miseria Pauli colligit concupiscentiam esse peccatum. Pareus l. 5. c. 10. de amissione gratiæ & statu peccati. *Quod facit hominem miserum & infelicem, est peccatum proprie dictum: Concupiscentia etiam pijs adhærens facit eos infelices & miseros, teste Apostolo ergo est peccatum proprie dictum.*

Respondeo Multa miserum facere hominem, quæ peccata non sunt, ipsa pœna facit miseros, mortalitas & quotidiana corporis corruptio, anxietas, tristitia, metus futuri lapsus. Omnis miseria hominis est à culpa, non tamen omnis miseria est culpa. In sudore vultus Adamus panem comedit, Eua in dolore parit filios, miseria illa est, non culpa. Paulus in quotidiana pugna versatur, quæ ipsa est miseria, nempe periclitari. Infelix ergo est Apostolus qui pronus ad malum, quia mortalis, tardus ad bonum: quia impulsus concupiscentiæ voluntatem quam sternere non potest impetit, quia sine peccatis venialibus non viuit.

Miseros non solum peccatum facit.

Occurrit aduersarius. Mox Apostolus subijcit. *Gratias ago per Iesum Christum Dominum nostrum. Agit gratias Deo pro iam impetrata liberatione per Christum. At à mortali corpore liberatus nondum erat, Agit igitur gratias Deo pro liberatione à reatu tum peccatorum omnium, etiam mali adhuc adiacentis, tum mortis æternæ per Christum impetrata.*

Respondeo: Lectionem versus 25. de quo iam dicam, esse dubiam, alij enim legunt, *gratia.* Deinde interpretationem esse falsam: Non enim gratias agit, quod iam liberatus sit, sed quod omnino liberandus; Quis liberabit? eripiet? ῥύσεται? Si liberatus est, non est miser; at miserum se dicit, & à miseria liberatum iri sperat, ab ea in qua iam versatur. Vere itaque Bellarminus respondit, & textum aduersarius Bellarmini deprauauit. Gratias enim agit, si lectionem Græcam sequi lubeat, quod Christus pro nobis natus & mortuus, à concupiscentia, & mortalitate nos liberaturus sit. Oecumenius recte: τίς ῥύσεταί φησιν, ἐκ τῶν σωματικῶν πράξεων; τῶν τὸν νεκρὸν ἐπαγουσῶν θάνατον; ἢ τίς με ῥύσεται ἀπὸ

τῦ μὴ συναρπαζόμενον ὑπὸ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐπιθυμιῶν, αἳ θάνατον ἐργάζονται ἡμῖν. Quis liberabit me, ait, à corporalibus actibus? illis qui spiritualem mortem adferunt? Aut quis liberabit me ne abripiar à cupiditatibus, quæ sunt in corpore, quæ sunt mors nostra: Chrysostomus accuratè Parenm confutauit p. 140. *edit. Vides quanta sit peccati Tyrannis, quæ videlicet mentem vel legi congratulantem, atque in ea delectantem vincat? neque enim, ait, dicere habeas, me, qui legem oderim & auerser, à peccato mancipari, ea enim me delectat, & illi ipse assentior, & ad illam profugio: sed tamen illa ne sic quidem ad se fugientem saluum efficere potuit, at Christus vel à se fugientem saluum effecit. Vides quanta gratiæ magnitudo? Veruntamen non sic loquutus est ipse Apostolus. Deplorans autem solum, & alte lamentatus, quasi qui auxilio destitutus esset, per dubitationem ostendit Christi potentiam.*

VERSVS 25.

Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: Igitur ego ipse mente seruio legi Dei; carne autem, legi peccati.

QVÆSTIO I.

Quæ sit lectio vera?

§. 1. ORigenes, Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, & vt videtur, Græci plerique olim legerunt, & nunc legunt εὐχαριστῶ. Quædam exemplaria habent χάρις τῷ θεῷ, quod idem omnino valet, & forte est ex interpretatione. Consentit Syrus אנא ﬡודא, *Iırè anà, gratias agens ego.*

Latina versio melior, quàm Græcus textus.

Vetus interpres legit, χάρις τῦ θεῦ, *gratia Dei*, nimirum liberabit me de corpore mortis huius. Hæc lectio & seorsum bonum habet, & veterum auctoritatem. Latini codices constanter habent: *Gratia Dei.* Græci variant, imo Origenis Commentarius ostendit eum lectionem Latinam probasse. Ireuæus l. 3. c. 22. Et iterum: *Miser ego homo, quis me liberabit, de corpore mortis huius? deinde infert liberatorem: Gratia Iesu Christi Domini nostri.* Tribuitur etiam Chrysostomo in Psal. ... homilia, ... Chrysostomi non videatur, est tamen antiqui auctoris. Augustinus l. 1. contra duas Epist. c. 10. & alibi semper. Ambrosius de Sacramento Dominicæ incarn. c. . & c. 6. de Abraham. & orat. ad Theodosium. Commentarius Hieronymo tributus latinam lectionem, vt videatur potius Græca lectio ex Latina esse corrigenda, quam è contrario.

QVÆSTIO II.

Quomodo mente seruit legi Dei, corpore autem legi peccati?

§. 1. IAm in prioribus satis & hæc verba sunt exposita. Corpore enim seruit legi peccati, non peccando: & quod multis, vt Caluinus ait, sordibus inquinetur: sed motus peccatorum, & prauos affectus sentiendo, resistendo autem seruit legi Dei. Ita Augustinus l. 1. de nupt. & concupiscent. c. 10. *Quid hic aliud collecturi sumus nisi quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam: cum ergo idipsum corpus iam corruptibile recipiatur, plena erit liberatio, à corpore mortis huius, à quo non liberantur, qui sunt ad pœnam resurrecturi, ad corpus ergo mortis intelligitur pertinere, vt alia lex in membris, repugnet quidem legi mentis, dum caro concupiscit aduersus spiritum, etsi mentem non subiuget, quia & spiritus concupiscit aduersus carnem; atque ita quamuis lex ipsa peccati, captiuum teneat aliquid carnis, vnde resistat legi mentis, non tamen regnat, in nostro licet mortali corpore, si non obediatur desiderijs eius.* Et Sermone 5. *mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati, intelligenda sunt, mente seruio legi Dei non consentiendo legi peccati; Carne autem seruio legi peccati, habendo desideria peccati, quibus etsi non consentio, nondum tamen penitus careo.*

Hæc pleraque ex Augustino, qui accuratissimè omnia perpendit, & à Pelagianis, alijsque exagitatus solidam doctrinam Ecclesiæ tradidit. Ediametro expositio Parei repugnat, docet enim ad peccandum sollicitari & succumbere Apostolum.

* * *

CAPVT OCTAVVM.

NIHIL ergo nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt, sapiunt. qui vero secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita, & pax; quoniam sapientia carnis inimica est Deo legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Quod si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum

liorum, in quo clamamus: Abba (Pater.) Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filiy Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. si tamen compatimur, vt & conglorificemur: Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe: quia, & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes: & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.) Sed in omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christa Iesu Domino nostra.

IN CAPVT OCTAVVM

ARGVMENTVM.

CONSOLATIONEM fidelium cum insigni doctrina hoc caput in se continet. Nam iustorum ab effectis statum describit; nempe ambulare secundum spiritum, non secundum carnem, soli hoc iusti faciunt, soli veram fidei fonte rigatam virtutem habent. Illa si desit, etiam vita quæ probatur, non iuuat ad salutem: optime Prosper in Epigram. de virtutibus quæ sunt sine fide.

Cunctarum frugum marcescit inutile germen,
Nec fruitur vero lumine falsus honor.
Ignoratus enim Deus, & non credita virtus
Quæ vera ad summum prouehit arte bonum,
Non sinit enim regna ad cœlestia mentem
Obstructam vanis, occiduisque grauem.
Perque omnes calles errat sapientia mundi,
Et tenebris addit, quæ sine luce gerit.

Alterum est aduersarum rerum cum tolerantia, & hilaritate perpessio. Denique ex vita honesta, & persecutionibus, ingens sequitur consolatio. Spiritus enim testificatur nos esse filios Dei. Non autem agitur hoc loco de superbissimâ eorum præsumptione, qui se secundum carnem ambulare negant, si non toto animo flagitijs indulgeant: quos non magis scelerum rabies, quam superbia in præceps agit.

In Syriacâ Ecclesiâ ad versum 17. vsque legitur Vigilijs Dominicæ magnæ resurrectionis. Exinde ad v. 28. vsque Feria tertia hebdomadis Sextæ ieiunij.

Hinc ad finem vsque est קרינא דסהדא *Keriana desachare, lectio martyrum.*

VERSVS I.

Nihil ergo nunc damnationis est in ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.

QVÆSTIO I.

Quibus nihil est damnationis?

§. 1. DVo signa & criteria proponit, quibus constet, an à damnatione immunes sint, siue an non sit in nobis vlla causa damnationis. Primum est, si in Christo simus: alterum si non

secun-

secundum carnem ambulemus. Textus Latinus, Græcus, Syrus, inter se variant. Græcus addit: ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, sed secundum spiritum. Syrus verba traijcit in hunc modum. *Igitur nulla est condemnatio illis qui non secundum carnem ambulant in Iesu Christo.* Vbi notandum Syrum dicere בבסר, *babbesar*, *in carne*. Eodem sensu. Cæterum Græca lectio ex glossa esse videtur. Nam in Latino & Syro non est, nec Latinis interpretibus. In Scholiorum Græcorum textu est, sed non exponitur. Chrysostomus nec in textu habet, nec exponit, imo commentarius eius satis indicat nō esse in textu ab ipso lectum. δεικνὺς inquit ὅτι ἐκ ῥαθυμίας τὸ πᾶν λοιπὸν τῆς ἡμετέρας, δυνατὸν γὰρ νῦν μὴ κατὰ σάρκα περιπατεῖν τότε δὲ δύσκολον ἦν. *Ostendens ex desidia esse nostra, quod reliquum est omne.* Possibile enim est nunc non secundum carnem ambulare: tunc vero difficile erat, mox subdit: Deinde & aliter probat, idipsum per ea quæ sequuntur dicens, &c. De spiritu nullam facit mentionem. Non est tamen dubium rectissime tanquam interpretationem addi: *secundum spiritum*: qui enim non ambulat secundum carnem, necesse est, vt secundum spiritum ambulet. Medium enim in vita humana nullum est.

Secundum carnem ambulare.

§. 2. Non secundum carnem ambulare est, carnis affectibus non obtemperare. Augustinus l. 1. c. 11. contra duas Epistolas. *Non damnatur*, inquit, *nisi qui concupiscentiæ carnis consentit ad malum. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis, ne scilicet consensionem tuam concupiscentia sibi vindicet carnis.* Voluntas enim sola est causa mali. August. l. 2. ad Simplicianum, Iustinus apologia 1. Lactantius l. 4. c. 20. & 24.

Non nisi in consensu peccatum est.

Itaque non est peccatum actualibus, vbi nos est consensus. Restringitur itaque generalis propositio contra eos qui in baptismo omnia collocabant, satis esse Christo per baptismum insitum esse, recte credere, in Ecclesia versari, Sacramenta participare. Vitam Christiano dignam etiam requirit doctet, vitam spiritalem, non carnalem.

Non est illa immunitas à sententia damnatoria data omnibus: non mundu, profanus est, & ducem sequitur principem suum, dæmonem. Vbicunque secundum carnem ambulatur, est condemnatio: & metus atque horribilis exspectatio vindictæ, tortura conscientiæ. Aliquando & ista docent etiam hæretici. Ne quis se fallat, dicit Pareus, & Vrsinus in *Miscellaneis Catecheticis* Ep. 4. *Est igitur implicatio contradictionis in illo Diabolico farcasmo impiorum dicentium; si sum electus faciam quidlibet, quia mihi non oberit, vult enim Deus non statuere quod suum electi, hoc autem non possumus fiat fide & pœnitentia, omnia cooperantur ad bonum, sed diligentibus Deum.*

Sine pœnitentia nemini sua constat electio.

Recte practicam externam requirunt, cum in iustificatione enim peccata liberæ voluntatis mortalia non consistunt.

Atqui si ista vera sunt, non est vera apud Caluinianos iustificatio: nam voluntatem succumbere peccatis fatentur plerique, atque in eo solum secundum spiritum ambulare, quod lucta sit inter carnem & spiritum, & studium virtutis cum sceleratum effectione. Bullingerus, *in Christo esse* interpretatus est *Christianum* esse, secundum carnem ambulare, *totam carnis imperio subditum esse*, & à spiritu Dei alienum esse. At secundum spiritum versari, est *monitis fidei obtemperare*, & *carnis ferocienti frenum inijcere.* Sed frenum illud non sistit impetum, sed vt moderatius feratur in crimen & cum quadam reuerentia legis paulatim erubet. Wigandus hoc loco, non à peccatis, sed à condemnatione immunes esse in Christum credentes [illegible], Oecolampadius; *nec culpa imputabitur, nec pœna exigetur.* Cæteri peccatum esse in homine concedunt, negant condemnationem. At profecto Deo odio est impius & impietas eius. Spiritu carnis opera mortificare Dominus imperat, si spiritus in certamine succumbit, & iussu carnis ferrum recipit, non caro, sed spiritus moritur. Qui dicit se in Christo manere. 1. Ioan. 2. *debet. sicut Christus ambulauit, & ipse ambulare.* Nam fructum multum ferunt, qui in Christo manent, Ioan. 15. Non ergo languidum, & inefficax desiderium voluntatis peccato succumbentis, sed alacritatem gratiamque vincentis Apostolus requirit. Ita & Theodoretus. Nec enim nunc nos inuitos vincunt animi perturbationes, quoniam diuini spiritus gratiam accepimus.

Hæreticorum expositiones.

Pœna manet si spiritus succumbat.

§. 4. Constat apostolica sententia non modo non imputari peccata, sed ne adesse quidem: Nihil condemnationis esse in illis qui secundum spiritum ambulant: iudicat iam deleta præterita, cessare quæ esse poterant præsentia. Accurate hoc noster Gregor. de Valentia expressit, l. de peccato originali c. 8. pag. 791. *Nihil enim damnationis esse dicit, ac proinde ne manere quidem ipsam iniquitatē qua dignus homo sit æterna damnatione, sicut etiam in eadem epistola damnationis nomine ipsum etiam peccatum, quo quis damnationis reus est, imprimis comprehenderat, cum dixit; sicut enim vnum delicto in omnes homines in condemnationem, ita vnius iustitia &c. Quemadmodum apparet ex verbis illis subiunctis: Vt enim per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituti sunt multi. Transfuit enim damnatio in omnes per vnum delictum, quoniam peccatum etiam ad omnes deriuatum est, vt supra est ostensum, at certe si peccatum hoc per iustitiam Christi non deleretur, falsum esset illud, quod eodem loco Apostolus affirmat: vbi abundauit delictum supra abundauit gratiam. Nam constat delictum illud deleuisse prorsus ipsam iustitiam. itaque nisi iustitia postea deleat similiter delictum, dicendum fuit potius delictum superabundauisse.*

Peccata non manent.

QVÆSTIO II.

Quibus modis locum istum hæretici corruperint?

§. 1. OMnes eo abutuntur ad certitudinē prædestinationis probandam, exceptis, qui iam in Hollandia ab illa præsumptione docenda recesserunt; vt enim alios taceam, Pareus hac gradatione vtitur. Vbi nulla condemnatio, ibi non ira, ibi gratia, vbi gratia, ibi nec peccatū, nec mors, vbi nulla mors, ibi salus & vita. Non est difficile contrarium eisdem ex verbis euincere. Illa enim promissio in solos eos conuenit, qui non secundū carnem ambulant, qui spiritu facta carnis mortificant, an vero id quisque agat, & ad finem vsque actuius sit, nequaquam omnibus reuelatum est. multi in diem defecerunt vias Domini rectas, & gradiuntur via peruersa. Salomon post multa benefacta iam senex deprauatus est. Multo minus ita sentire possunt Caluiniani, qui omnino securi sunt, ante esse secundum hæc fin suam debent, qui tamen quotidie dubitant. Nemo, quod quidem memoria teneam, impudentius frena laxat superbissimæ securitati, & cupiditati quam in commentario huius loci Pareus. Dialogo hunc in modum rem exponit. *Tu es peccator ergo damnatus.* Sic arguit conscientia, respondet fiduciarius. *Fide sum in Christo*

Incertum est vtique an semper in spiritu sit ambulaturus.

Christo, in quo nihil nisi iustitia, & salus. Sum igitur iustificatus, damnationis liber.

Hic iterum insistit conscientia. *At quomodo iustificatus, aut liber, cum peccatum in te habitet? quotidie pecces: Et sis sane absolutus à peccatis antecedentibus nonne quotidiano reatu teneris?*

Hinc interlocutoriam Pareus interponit. *Grauis hæc est, & communis omnibus pijs tentatio: in qua tamen fidem inuictam stare oportet, quod nulla condemnatio sit ijs, qui sunt in Christo. Nulla, vniuersalis particulam excludit: nec à prioribus, nec à præsentibus, aut futuris peccatis metuenda pijs condemnatio.*

Palmaria securitas. Magna est illa, sed improba pollicitatio, omnium latronum, & scortorum lustris inscribenda. Si enim te credis electum, & pium: quamuis multa feceris, facias, facturus sis flagitia, non est, quod de salute dubites. *Quoniam*, subdit Pareus, *à prioribus sunt iustificati fide, præsentia sunt remissa, futura non imputabuntur propter Christum:* Ecce quam nullus omnino metus, siue præsenti indulgere velis voluptati, siue futuram disponere. Cum flagitium commissum est, simul remissum est, imo cum committitur remissum est, non est ira sed gratia. Ecce quomodo se humana superbia contra Dei tribunal obfirmat. Emollire istam confidentiam videtur cum addit: *Modo in domanda carne serium studium adhibeant, vt fides eluceat.* Sed hæc quoque euanida est cautio: nam studio domandæ carnis contentus est, domare non est necesse. Studeat domare, sed effrenatius reluctatæ obsequatur.

Hanc summam & vnicam consolationem suæ Catecheseos esse affirmat, hanc πληροφορίαν, seu fidem plenissimam, cum sit arrogantiæ supremum fastigium, ideoque labentium infima abyssus ac barathrum.

Hanc tamen securitatem Ambrosio tribuit. *Securitatem flagitat homini per gratiam Dei, vt de suggestionibus Satanæ non sit sollicitus, dummodo spernat illas: Respon. Non esse Ambrosij, sed alterius ne Catholici quidem. 2. pro nobis esse. Sensus est modo spernas Satanæ suggestiones, securus esto, non damnabiris nihil oberunt, modo spernas, Pareus modo spernas, id est, exsequaris, sed cum aliqua lucta.*

Ambrosij defensio. Alioqui Ambrosius longissime abfuit ab illa iactatione, vt qui sanctissimos perdere iustitiam posse doceat. Libro tertio, in Lucæ caput tertium. *An vero sanctus Dauid, licet multa eius in mysterium figurentur, non expressior, quod hominem se esse cognouit, & commissum super abrepta Vriæ vxore peccatum pœnitentiæ putauit lachrymis abluendum, ostendens nobis neminem virtuti propriæ debere confidere. Habemus enim aduersarium magnum, qui vinci à nobis sine Dei fauore non possit. Et plerumque illustribus & beatis viris grauia peccata fuisse reperies, & quasi homines tentationi patuisse cognoscas, ne virtutibus egregijs plusquam homines crederentur. Si enim Dauid, qui præsumptione virtutis elatus dixerat: si reddidi retribuentibus mala mihi: & alibi: Ego autem dixi in mea abundantia non mouebor in æternum: statim insolentiæ huius pœnam subijsse, memorauit dicens: auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.*

Eadem alibi sæpe, timorem salubrem suis inculcans, tam longe ab hæretica securitate remotus, quam illa à veritate. Quod si tamen hunc ipsum Pseudo-Ambrosij locum totum inspiciamus videbimus eum nihil contra veritatem, nihil pro Caluinianis dicere. p. 203. *Securitatem flagitat homini per gratiam Dei, vt de suggestionibus Diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas. Nihil enim oberunt homini apud mortem secundam quia lex fidei, id est, spiritus liberauit hominem à morte secunda damnato peccato. Nec obesse iam homini, quia carne inest peccatum si modo repugnet ille memor auxilij Dei, sed & coronandus est, qui peccati manentis premit consilia. Magna enim solertia est domestici hostis insidias vitare. Lex ergo spiritus vitæ, ipsa est lex fidei. Nam & Moysi lex spiritalis est quia prohibet peccare: non tamen vitæ, quia reis mortis peccata remittere non potest vt viuificet mortuos. Hæc vero quia & peccare non vult, & à morte reuocat, lex spiritus vitæ appellatur non per literam constans, sed per spiritum, quia corde creditur & spiritus est quod creditur. Hæc itaque lex in Christo Iesu, hoc est, per fidem Christi liberat credentem à lege peccati & mortalis. Lex peccati est, quam in membris dicit habitare, quæ suadere nititur aduersa. Lex vero mortis Moysi lex est, quia mortificat peccatores.*

Ecce ideo non obest, quia repugnat, quia premit consilia peccati, quod adeo contra aduersarium est, vt quidam monster Lutheranus in margine libri adscripserit particulam negatiuam: De sententia igitur Pseudo-Ambrosij damnatus est aduersarius. Nam verba eius etiam sequentia Augustini sententiam continent. *Quomodo* p. 204. *autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum, vt sublatis peccatis iustificatus appareat, mente seruiens legi Dei: Hoc est, non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritum, vt denotet animi qui est spiritus, non consentias desiderio peccati, quia per carnem seminat concupiscentias animæ, quod inest peccatum.*

Hæc auctor ille: vbi non secundum carnem ambulare exponit non consentire carni. Porro mirum est nobis obtrudi illum tractatum pro Ambrosij opere, cum nemo pene hæreticorum ita sentiat. Et iam olim censura virorum doctorum eum reiecerit. Friuola sunt itaque quæ contra ἰσχὺν Catholicorum adducit, cum putat Euangelium nullum fore si adhuc condemnatio metuenda est. At Euangelium liberationem à damnatione non promulgat, nisi secundum spiritum ambulantibus. Timere etiam eos voluit, ne securitate perirent, qui metu contineri, & saluari poterant. Præclare Tertullian. de cultu fœminarum cap. 2. *Debemus quidem ita sancte, & tota fidei substantia incedere, vt confessi & secura simus (de Christianis mulieribus loquitur) de conscientia nostra, optantes perseuerare id in nobis, non tamen præsumere. Nam qui præsumit, minus veretur, minus præcauet plus periclitatur. Timor fundamentum salutis est: præsumptio, impedimentum timoris. Vtilius ergo si speremus nos posse delinquere: sperando enim timebimus, timendo cauebimus, cauendo salui erimus. Qui securus agit non est sollicitus, non possidet tutam & firmam securitatem: At qui sollicitus est, is vero poterit esse securus.*

Et Bernardus Epistola 42. *Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Non autem dicant, quoniam in tempore tentationis recedunt, beati si interim rapti fuissent antequam malitia mutaret corda eorum. Et infra vasa figuli. ait, probat fornax & homines iustos tentatio, illos videlicet qui ex fide viuunt. Iustè nempe ex fide viuit, sed ex fide quæ viuat. Neque enim quæ mortua est, vitam dare potest. Solam vtique iustorum fidem, id est viuorum viuam, fornax tentationem suscipit examinandam. Sed non omnium iustitia manet in sæculum sæculi: quoniam sunt qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Et paucis interiectis: liquet ex his*

satis, vt arbitror, non omnes qui habuerint charitatem habere & perseuerantiam in charitate. Alioquin frustra commoneret discipulos Dominus. Manete inquiens, in dilectione mea, aut enim si necdum diligebant, non deberat dicere, Manete, sed estote in dilectione mea. Aut si iam diligebant, necessarium erat moneri de perseuerantia, qua secundum istos priuari non poterant.

§. 2. Oecolampadius etiam illis se verbis extinguere purgatorium posse existimauit. *Si enim nulla est condemnatio, nulla ergo pœna, nulla pœnitus est aduersitas.* Respondeo: Purgatorium non esse condemnatorum, sed electorum. Condemnationem esse æternæ inimicitiæ, & tormentorum, non esse temporalis expiationis. Nam saneerunt illi in illis qui sunt in Christo Iesu esse plurima adhuc peccata, & pœnitentiam, pœnamque quotidianam. Deus quoque illis peccata in diem multis pœnis vindicat, morbis, fame, bello, alijsque, quibus humana vita grauiter infestatur, & interdum post hanc vitam nondum tota culpa deleta est. *Aliud est*, inquit Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum, *ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire, aliud missum in carcerem, non exire inde, donec soluat nouissimum quadrantem: aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari.*

Fide mors æterna non pœna temporaria semper imitatur.

Pari igitur vesania, qui purgatorium ignem, etiam omnes temporarias pœnas negari oportetet, quas tamen omnes quotidie persentiscunt. Vide Hieronymum in c. 4. Amos Prophetæ, aliosque qui purgatorium agnoscunt.

QVÆSTIO III.

An sectarij bona opera per suam expositionem condemnanda doceant?

§. 1. Queritur Caluinus, & deinde Pareus se à Catholicis calumniose traduci, quasi operum bonum studium minuant. Et Spiritum Sanctum ἄεργον dicant. Stapletonum præcipuè posterior accusat. Verum ille apodicticè, & irrefragabiliter ostendit eos non operum studium modo minuere sed omnino tollere. Nam condemnatione eos liberant, qui quocunque aut flagitio cōtaminantur, aut crimine ferociunt, modo non sine lucta aliqua voluntatis peccent: atq; illi volentes, volentes inquam non sine conscientiæ stimolo culpis succumbunt. Nec obstat, quod dicat, sed in eos innuem profiteri qui carni indulgent. Nam carni indulgete apud eos est, totos sine vllo sensu timoris Dei, & lucta more brutorum in scelera ruere. Non indulgere autem carni illis est libidinari, sæuire, rapere, sed pugnante voluntate, & tandem cedendo. Non ergo scelera tollunt, sed cum aliqua verecundia, & repugnantia eius, qui se cōscelerat, admittunt: adque in ea moderatione, operum bonorum studia collocant: atque hoc agunt vt cum timore, & dolore infamiant. Explicat hoc impudentissime dubio primo Pareus. *Omne peccatum legaliter damnatur, & omnes peccatores legaliter sunt rei, Euangelice non item.* Itaque fures, adulteri, homicidæ legaliter sunt rei, Euangelice iusti. Imo Pareus l. 5. c. 7. de amissi gratiæ, & statu peccati. *Illud quod Augostinus dixit l. 1.*

Legaliter rei Euangelice iusti.

c. 20. de nuptijs & concupiscentia, *concupiscentiam in renatis manere actu, transire reatu*, de peccatis actualibus argumentatur. *Peccatum actuale manere actu, transire reatu.* Verba Augustini sunt: Sic itaque è contrario fieri potest, vt etiam illud maneat actu, transeat reatu, vbi pronomen *illud* ponitur pro nomine *peccatum*, & intelligitur de concupiscentia, quæ propriè peccatum non est, sed est ex peccato. Pareus per pronomen *illud*, intelligit adulterium, &c. & id nomen sententiæ Augustinianæ corruptor interserit, efficitque sensum inuerecundum, ne inter fornices quidem tolerandum. Nempe: fieri potest vt adulterium maneat actu, transeat reatu, atque idem de cæteris sceleribus ex doctrina analogia iudicium feratur, necesse est. Quam vero improbum est, adulterantes, cubantes, occidentes in ipso facto clamare: culpa manet in actu, transit reatu? Et tamen studium bonorum operum se minuere non putant, qui veniam actu peccantibus indulgent.

Peccatum actu manens, transit reatu.

VERSVS 2.

Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis:

QVÆSTIO I.

Quid lex spiritus vitæ?

§. 1. Spiritus hic est gignendi casus. νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς. ita & in Syro ܪܘܚܐ, *deruha*: pro *vita* autem linguæ suæ phrasi habet *vitarum*. Erasmus legit τοῦ πνεύματος τοῦ ζωῆς, spiritus illius, qui est spiritus vitæ. Sed repugnant codices Græci & Syri. Dicitur autem spiritus vitæ, vitalis, quod animum vegetet, & viuificet diuina gratia, sicut ipsa corpus per se iners & mortuum sua coniunctione viuidum, & actuosum efficit. Scholia Græca vocant νόμον πνεύματος τοῦ ζωοποιοῦντος, *lex spiritus viuificantis.* Legem spiritus Græci ipsum spiritum appellant. ὥσπερ νόμον ἁμαρτίας τὴν ἁμαρτίαν φησὶν, οὕτως καὶ νόμον πνεύματος τὸ πνεῦμα ὅτι φησὶν, ἐστὶ ζωῆς χορηγὸν καὶ δοτῆρα. Sic & Chrysostomus. *Vt legem peccati ipsum dixit peccatum, sic legem spiritus, ipsum spiritum, qui, dicit, est vitæ præbitor, datorque.* Potius lex spiritus est ius eius, auctoritas, doctrina, efficacia. Ita etiam Chrysostomus. Hoc enim est, quod nos liberauit gratia nimirum & dona, per quæ meritum suæ passionis applicuit, potentiaque sua, & virtute semper pugnantibus auxiliator assistit.

Lex spiritum.

Spiritum vitæ qui est in Christo, vocat, vt ostendat, à Christo donum esse, quicquid per spiritum consectotis sequenda, & fugienda docet, docet enim omnia, vide 2. Cor. 3. Ezech. 36. Ierem. 31.

§. 2. Porro quod dicitur *in Christo*, vel sensus est, Lex spiritus vitæ qui est Christo Iesu, vel quæ vita, vel quæ lex est in Christo Iesu liberauit nos à lege mortis, vel liberauit nos in Christo, quod eiusdem est, sed eodem sensus vterque recidit. A lege peccati liberati sunt, quia ab eius dominatu, non enim eos peccatum rapit ad consensum, quantumuis pulset sensum.

Probare constituit, ambulantibus non secundū carnē nihil esse damnationis. Nam quos lex spiritus vitæ liberauit in Christo à lege peccati & mortis,

Quatuor liberatio consistat.

... secundum carnem non ambulant, carni ... sistunt. Sic Athanasius, Ambrosius l. 1. de Spiritu Sancto. c. 4. & l. 2. c. 10. S. Augustinus duobus modis explicat lib. 1. de nuptijs & concup. cap 32. *liberauit. Quomodo? nisi quia eius reatum peccatorum omnium remissione, (lex spiritus vitæ in Christo) dissoluit, vt quamuis adhuc maneret, & de die in diem magis magisque minuatur, in peccatum tamen non imputetur.* Contra 2. Epist. lib. 1. c. 10. *lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis ne scilicet consensionem tuam, concupiscentia sibi vindicet carnis.* Vterque sensus bonus est, posterior conuenientissimus instituto Apostoli probantis nihil damnationis esse in Christo.

§. 3. Dissentiunt in huius explicatione sententiæ, non apertæ vt Pareus fatetur, Caluinus, Beza, Pareus. Caluinus & Beza agi hoc loco docent, de renouatione intelligendam spiritus efficaciam, regenerationem ipsam esse legem, non legem fidei, non ipsum Spiritum Sanctum. Caluinus de effectu Spiritus Sancti proprio, seu de gratia viuifica intelligit. Liberauit me degenerando ad nouam vitam. Beza tamen de iustitia imputata agi, quæ sentiri non potest; contra Caluinum iudicat. Pareus interpretatus est: liberauit me à lege peccati, & mortis, hoc est, liberum pronunciauit. Hæc quocunq; modo agitentur valide hæreticos conuincunt, & veritatem Catholicam demonstrant. Si enim spiritus vitæ viuificans, sanctificans, seu vt Caluinus loquitur, corrigens nostram deprauationem, si efficacia nos regenerans vt Beza dicit, liberauit nos ad nouam vitã regenerando, vt Caluinum exponit Pareus, & liberauit à lege peccati & mortis, ergo liberati sumus à lege peccati, & mortis regeneratione, sanctificatione, non sola iustitiæ imputatione. Gratia ergo inhærens est, quæ liberat à peccato. Viderat id sequi Caluinus, ideo præoccupat. Regeneratione nos liberatos, hoc est, non sine regeneratione: modum indicari non causam. Verùm ista dudum confutauit Stapletonus. Adeo vt ob difficultates duas à Caluini sententia discesserit Pareus, & victoriam Stapletono adiudicarit. Nam si illa ratione modus, non causa indicatur, non ergo spiritus viuificans qui est in Christo Iesu causa est liberationis, ideo nec sanguis Christi: itaque Socinus alijque eâdem audaciâ à nostra salute Christi passionem & mortem remouent. Particula enim causam indicat; ideo enim nulla condemnatio est illis qui sunt in Iesu Christo, quia spiritus vitæ illos liberauit, qui est in Iesu Christo: & liberauit regenerando, gratiam dando. At iuxta Caluinum liberationem sequitur gratia, & sanctificatio. Bezæ deprauatio est rudior, nec cuiquam in mentem venit, ne Caluinistis quidem: Spiritus eius vitæ, quæ est in Christo Iesu, seu iustitia eius nos liberauit, quia nobis imputarit: Spiritus enim vitæ non est Christi, iustitia quæ in ipso est, sed gratia quæ nobis data est. Parei absurdior imaginatio. Lex spiritus vitæ me liberauit, hoc est, Euangeliũ annunciauit mihi remissa peccata, ideo nullam esse mihi condemnationem.

Regeneratione liberamur.

Bezæ error.

Respondeo Quamuis Euangelium nomine legis acciperemus, non tamen sola annunciatione liberat, sed spiritu vitæ, quem sequitur annunciatio. Plane autem Samosatenianis fauet, qui liberationem in sola annunciatione constituit: vt illi in doctrina, monitione, exemplo comparant liberationem illam d... entioni quæ in lege erat. Legem scilicet spiritus vitæ, legi cui impossibile erat liberare; non erat autem legi priori impossibile annunciare liberationem, imo lex Mosis de Christo nunciauit, & noua lege liberandos prædixit. Nihil ergo Euangelium, seu lex vitæ spiritus Christi præstitit, quod legi Mosis fuit impossibile. Si hæc tantummodo conditio est, vt quid veteri legi præfertur. Multo aliter interpretati sunt ista veteres Zuingliani, Oecolampadius. *Lex spiritus*, id est, *Gubernatio spiritus vitalis, quem suppeditat Christus, non solum admonitis nos exemplo mortis suæ, ad caritatis opera perficienda, sed etiam operans illam in cordibus nostris.* Dixerat autem filium ipsum nos liberasse. Et Bullingerus. *Et spiritum vitalem propter antithesin vocauit legem spiritus vitæ.* Est autem viuificans illa fidei vis, imo ipse Dei spiritus quo donati, scimus quæ per Christum nobis donata sint, vita, redemptio, & sanctificatio. Imo Bullingerus non conditionem, sed causam agnoscit. *Causa est* (inquit lex spiritus) *cur fideles à condemnationis terrore liberi sint.* Sic etiam alij. Wigandus legem dicit, *quæ adfert spiritum viuificantem.* Et Gualterus. *Sic vocat viuificam Spiritus Sancti vim, qui nos fide donat, & per hanc Christo inserit, & omnium bonorum sius participes reddit.* Nemo tamen ex isto grege clarius Bezæ, & Parei strophas eluit, quam Ochinus. *Eodemque modo liberauit illos omnes, qui diuinitus se gerunt; id est, non naturæ lex, non Mosis: non illa eius lux, aut virtus: sed lex spiritus, interna, clara, ignita gratuita, viuificatur, & diuinus amor Dei, quem habeo non in tabulis, sed in animo impressum, à peccati lege me liberauit.*

Caluiniani contra Bezam.

§. 4. Pareus autem omnium istorum sententiã reiecit: duas nimirum ob causas. Prima quod videret, inde perspicue sequi iustitia inhærente nos liberari à peccato, & suos illud consectarium non satis considerasse Ipse vero maluit falsa & absurda glossa textum deprauare, quam fundamẽtum antiquæ veritatis immotum relinquere. Altera causa est quod regenerationis gratia ita sæpe sit languida vt etiam in sanctis quasi euanescat, parum mihi solidum videtur tantæ consolationis fundamentum, quod quia legi peccati non semper obedimus, ideo condemnationis immunes simus. *Nam sæpissime etiam obedimus: toties igitur consolatio videbitur esse nulla.*

Hic suis, & sibi non minus quam veritati repugnat. Nam etsi regeneratio languida sit, non tamen desinit esse secundum illos iustitia, quæ est indelebilis, & Caluinus sæpe contendit minimam fidei scintillam iustificare. Non igitur cedit consolatio, nam manet fides. Deinde negat solidum consolationis fundamentum, quod ex obedientia legis sumitur, quod verissimum est, sed tollit omnem eorum fiduciam: & repugnat cæteris. Nam Vrsinus Parei magister contendit. *Non nisi à posteriore nos certiores esse de salute*; & Beza in colloquio Mompelgartensi contra Lutheranos tuetur. Et Ipse Pareus præcedente capite idem testatus. Nam postquam sibi argumentum Catholicorum proposuit, non nisi ab experientia legis seruatæ, respondit. Nostrum argumentum est Parei verbis propositum. *At nusquam scriptum est, te esse in Christo, tibi nullam esse condemnationem. Quod vero non est scriptum, non est credendum ex vestra hypothesi.* Respondet ille: Vniuersale est scriptum in verbo Dei. *Singulare est scriptum in corde nostro. Illud creditur, hoc sentitur: illud est fides, hoc est sensus fidei. Qui enim credit, scit se credere: qui habet studium pietatis, scit se habere: ergo certus est de consolatione.* Si ergo certus est ex sensu suæ pietatis quomodo parum firmum fundamentum est, ex obedientia legis. Quomodo qui sæpissime, legi non paret, sentit se habere studium pietatis

Parei singularis error.

taris, dum perserat blasphemat, fornicatur, occidit, idque sæpissime, & longissimo tempore etsi forsan aliquo quandoque crimine abstineat? Interim sanctos Caluinianos proprio eorum elogio æstimare liceat, manent sanctos etsi sæpe quasi sanctitas euanescat, putum tamen illis esse consolationem constet ex eo quod legem obseruent; nam clamant ipsi: *sæpissime legi peccati obedimus.*

§. 2. Obseruat Apostolum dicere singulari numero. *Liberauit me*, ideo singulos oportere id sibi applicare. *Nulla mihi, nulla tibi condemnatio.* Respondeo. χειροκατιαπμὸ esse, promissionem sub conditione datam, sine conditione tibi applicare: dicet. *at ego non secundum carnem ambulo*: audio: sed cum sæpissime obedias peccato, ideoque illa consolatio nulla videatur, non probabis tamen non ambulare te secundum carnem. An quia aliquando restitisti? & cum contradictione fecisti? quid si tum aut honor aut infamia aut honestas quædam philosophica, aut Hypocrisis fuit causa? nihil ergo hinc solidum ducis pro tam bella fiducia.

Fiducia certa nulla est actionibus.

Paulus loquitur de illis qui non secundum carnem ambulant, loquitur de efficacia spiritus Dei, qui omnes liberat, quicunque liberantur, de se loquitur in persona omnium fidelium, & singulariter de se, cui dictum vas electionis est mihi iste, idemque ab Anania illustratum nemo dubitare potest.

Qvæstio II.

An ad liberationem à condemnatione aliquid faciant bona opera?

§. 1. Dvo ex verbis Apostoli argumenta colliguntur quibus id probatur. Nam ideo non est condemnatio quia secundum carnem nō ambulant, si autem secundum carnem ambularent, condemnatio his esset. Deinde ideo non est condemnatio, quia spiritu Dei in Christo sunt liberati, ille spiritus est vitæ, sanctitatis, iustitiæ, his ergo à condemnatione liberantur. Non ergo à damnatione sola fides liberat.

Occurrit Pareus. *Non dicit, quia ambulant, sed qui ambulant, non est ergo causa salutis ambulatio secundum spiritum, sed conditio, qua posita non ponit actum, sed non posita impedit effectum.*

Respondeo. Hoc imprimis accipio; conditionem esse opera bona, quod rigidi Lutherani negant: & Caluiniani si consentaneè suis erroribus loquantur negare debent. Nam sæpissime obedire se carni fatentur, & manere tamen in omni facinore iustos, ideo si in feruore scelerū morte subita abripiantur, salui sunt, nec bona opera non posita impediunt salutis effectum. Si enim Phinees aliquis adulterum Caluinianum in ipsa libidine gladio configat, cœlo eum continuo inserit, iustus est enim, & nulla est ei condamnatio, quamuis secundum carnem cum occideretur, ambularet. Deinde falsum est, opera bona solam conditionem esse: præmium, merces, corona illis promittitur, & datur, vt sæpius ostendi, non ergo sola est conditio. Denique fides eorum quam illi tantopere extollunt, non habet aliam causæ rationem, quam vt sit conditio sine qua salus non acciperetur, vt ij si docent. Nam fide creditur, caritate amatur salus, vtraque accipitur.

Pareus sibi repugnat.

§. 2. Altera ratio ex v. 2. Lex spiritus vitæ nos liberat à lege peccati & mortis. Lex illa est gratia regenerans: vt iam supra ostensum est. [illegible] regenerans liberat a peccato.

Respondet triplici modo. Primo totum [illegible] dit. Gratiam regenerantem liberare nos à [illegible] Sed à materiali peccati, non a formali. Hoc est frenare cupiditates, non autem reatum tollere, hoc imputationis esse. Secundo, Apostolum non dicere, legem spiritus liberare nos à peccato sed à lege peccati. Tertio legem spiritus non esse gratiam regenerantem, sed Euangelium quod nunciat, & confert spiritum.

Hæc breuiter examinanda sunt, nisi enim explicentur, sententia saluberrima in merum pus ac venenum conuertetur.

Ac primo quidem constituendum est, cum dicit; nullam esse condemnationem illis, qui sunt in Christo, qui non secundum carnem ambulant, hoc intelligendum esse de omni genere peccatorum, originalis & actualium, de quo consensus est. Iustitia ergo inhærens tollit peccatum ipsum, sicut æquitas iniquitatem, rectitudo curuitatem: habitus priuationem. Amor Dei, tollit odium Dei, non modo actum ipsum, sed etiam sublato actu, deformitatem eius. Quare infelicissime philosophantur, qui per spiritum Dei, & gratiam infusam, materiale peccati duntaxat auferri comminiscuntur. Si quis proximum oderit, si quis occiderit, iam actus ipse transijt, seu materiale, sub[illegible] dis pœnitentia, amor, iustitiæ voluntas, quâ peccata illa retractantur, actiones illæ virtutum contrariæ sunt actionesp eccatorum, & rectitudo earum opponitur prauitati vitiorum. Non enim quandiu actu quispiam in Deum fremit, & odio illum habet, reatum Deus tollit aut non imputat, sed dum amare incipit remittit reatum Deus, sed gratiam infundendo.

Gratia non solum peccati materiale tollit.

Quod vero à lege peccati liberari nos dicit, non à peccato, hoc est, à Dominio peccati, ex parte etiam falsum est, non nostro sed eius sensu. Nam à lege peccati nos liberat, vt peccando non consentiamus, saltem mortali, & si consentiamus, iam ille spiritus in nobis esse desinit. Ille vero sic liberos esse nos credit, vt quamuis peccemus ab ira tamen & pœna simus immunes. Quod Apostolus toto capite oppugnat, ostendit eos qui in carne sunt Deo placere non posse. Manet ergo Dominium peccati, quandiu manet obedientia præstita peccato, vt ille sæpissime, inquit, nos iusti peccato obedimus.

Quod vero de Euangelio dicit, iam supra est confutatum, & Pseudo Ambrosius, quam falso vocat Ambrosium, non sentit cum eo, sed legem spiritus vocat, non per literas constantem, sed per spiritum, sed quia corde creditur, & spiritus est, quod creditur.

VERSVS 3.

Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.

Qvaestio I.

Quæ sit verborum hoc in versu constructio?

§. 1. Mul-

§. 1. Multi sic verba ordinant: Nam *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato, damnauit peccatum in carne, quod impossibile erat legi, in quo infirmatur per carnem.* Sic illa verba: *quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem*, quasi per parenthesin ab Apostolo censentur inclusa. Atque ita in Latino textu sensus est expeditissimus, in Græco non item. Nam τὸ γὰρ ἀδύνατον ostendit, particulam causalem. Nam coniungendam est non cum, *Deus mittens*, sed cum, *impossibile*. Violenter enim inde auferretur, & diceretur ὁ γὰρ θεὸς, cum posita sit inter τὸ & ἀδύνατον. Deinde dicendum esset ὃ ἀδύνατον, quamuis hoc minus est; nam posset τὸ pro ὅπερ incommodè accipi.

Syrus sic vertit. *Cum enim impotens esset lex ob infirmitatem carnis.* Quasi in Græco esset gignendi casus absolute positus, τοῦ γὰρ ἀδυνάτου τοῦ νόμου, *impotentiâ legis existente.* Quod etiam Beza probauit; cum legis impotentia nihil posset in carne. Caluinus quod impossibile erat legi, Erasmus, quod præstare non poterat lex. aliter alij. Et in Latinis nulla difficultas est, Græca his consentiunt. Quia τὸ γὰρ ἀδύνατον positum volunt, pro διὰ τὸ ἀδύνατον *propter impotentiam*, atque ita facilis est sensus: redditur enim ratio, cur spiritus vitæ liberarit, non lex vetus. Eadem lectio manebit. Si τὸ ἀδύνατον sit quarti casus, vt vult Erasmus: sed ille subaudit ἐποίησεν. posset tamen sine addito eo verbo intelligi, sed difficilius. Apertissimus mihi sensus videtur, vt illa verba non modo sequentia, sed multo magis præcedentia respiciant, hoc modo. Lex enim spiritus vitæ liberauit me, &c. τὸ γὰρ ἀδύνατον, pro τοῦτο, *hoc enim impossibile legis, &c.* Postea subdit, Deus mittens: Eum ideo tamen non probo, quod Latino, Syro, omnibus interpretibus repugnet. Itaque dum aliud occurrit, vt tota difficultas tollatur dicendum τὸ pro ὃ poni, vt Latinus intellexit & verbum ἦν *erat* quod in Græco omissum est addendum, quod Latinus, & Syrus suppleuit.

§. 2. Altera difficultas in verbis est, sed minor. *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.* Vbi particula copulatrix illa duo coniungit, in similitudinem peccati, & de peccato. vt sensus sit filium Dei non modo in similitudine carnis peccati, sed etiam de peccato missum esse. Vel Deum misso filio, non modo in similitudine carnis peccati damnasse peccatum, sed etiam de peccato damnasse peccatum. Vter autem sensus verior sit, postea exponam.

Qvæstio II.

Vnde legis impossibilitas erat?

§. 1. Non poterat lex abolere peccatum; quia infirmabatur per carnem. ἐν ᾧ in quo, seu quatenus. Quidam pro certo tempore, seu temporis conditione ponunt, vt Marci 2. 19. Luc. 5. 34. Ioan. 5. 2. 1. Petri 2. 12. & 3. 16. non tamen temporis sed luctæ & conflictus rationem haberi certum est: nam lex sine gratia non potest salutem cōferre, non quod ipsa mala, sed quod caro infirma, quæ eius etiam vim infirmam reddit, itaque lex ἠσθένει infirmata est, vt ad carnis contumaciam domandam vires non haberet, quæ ad naturam incorruptam docendam & dirigendam satis omnino polleret. Legi tribuit τὸ ἀσθενὲς non τὸ πονηρὸν, *infirmitatem, non malitiam.* vt S. Chrysostomus notauit. Syrus ביך דריחותה דבסרה. *In manu infirmitatis carnis*, eo modo quo gladius infirmâ in manu debilem ictum facit, nec hostem vulnerat. Ita lex quamuis pia & sancta, ad homines carnales in officio continendos inualida est. impar autem lex est carni, hoc est, vt Græci τῷ φρονήματι τῆς σαρκός. *prudentia carnis.* Est autem Hebræorum phrasis cum dicunt legem aut decretum infirmatum, hoc est, violatum, irritum, abolitum.

infirma respectu carnis.

S. Athanasius de dictis scriptum. ἠσθένει φησὶν ὁ νόμος εἰς τὸ δικαιωθῆναι τὸν ἄνθρωπον· οὐ γὰρ ἠδύνατο ὁ ἄνθρωπος τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν πύρωσιν ὑποφέρειν τῆς σαρκός. *Infirmabatur, inquit, lex ad iustificandum hominem, non enim poterat homo ferre tyrannidem & ardorem carnis sustinere.*

§. 2. Sectarij plerique hoc loco, & Pareus l. 4. c. 14. de iustificatione, legem obseruatu impossibilem clamitant. Nec obseruant per spiritum Dei, gratiam suppeditari, qua seruari possit. Sine gratia non posse seruari in confesso est, cum gratia multi seruarunt. Oggannit Pareus. Iustificatio vniuersaliter legi derogatur, cum fidei tribuitur. Deinde cum fide non iustificat, cum iam per fidem iusti simus, nec tamen eam absolute obseruemus.

Respondeo. Lege neminem iustificari, qui iniustus obseruatione legis multos iustos augeri iustitia & perfici, quamuis enim interdum labantur, non tamen impediunt lapsus quotidiani incrementa iustitiæ, si bonis operibus serio exercere se velint. Gregorius in Psal. 101. & hom. 39. in Euang. sed audire lubet S. Cyprianum Serm. 3. de baptismo Christi. *In quibusdam per legem tuam promissa præmia nos inuitant: in multis pœnæ propositæ & supplicia, vel damna territos animos à scelerum retrahunt appetitu: neque lex tua scripta à naturali in aliquo dissonat, sed reprobatio mali electio boni sic animæ rationali infixa sunt, vt de hoc nemo recte causetur: quia nulli ad harum rerum persecutionem deest scientia, sine potentia: quia & quod agendum est, scimus, & quod scimus facere possumus. Quod si impossibilia essent præcepta sua, vel tantis difficultatibus onerata, vel voluntas tua sic abdita, vt non posset intelligi, quid à nobis tua expeteret altitudo, licet inuitus nemo peccet, posset tamen ex multis excusare delictum, nisi nobis & moderatio mandati & veritatis cognitio, & agendorum distinctio authoritatis cognoscibilis prouidissent: & simul se complecterentur possibilitas & facilitas, scientia & potestas.*

Lex non est impossibilis.

Et Tertull. l. 2. aduersus Marcionem c. 8. p. 778. *Quia nec vniuersitatem homini subiecisset, infirmo dominandi, & non potiori angelis, quibus nihil tale subiecit: sic nec legis pondus imposuisset, si grauis lex in valido sustinendi, nec quem excusabilem sciret nomine imbecillitatis, cum definitione mortis conuenisset. postremo non libertate nec potestate arbitrij fecisset infirmum, sed potius defectione earum, atq; adeo eundem hominem, eandem substantiam animæ, eundem Adæ statum, eadem arbitrij libertas & potestas victorem efficit hodie de eodem Diabolo cum secundum obsequium legum eius administratur.*

Qvæstio III.

Quomodo Dei filius missus.

§. 1. In *similitudine carnis peccati.* Obseruarunt omnes quotquot locum hunc explanarunt, contra Manichæos, missum Dei filium, non in similitudine carnis, sed carnis peccati. Basilius Ep. 65. contra Manichæos. φαίνεται ὁ κύριος τὸ μὲν· φυσικὰ πάθη προσδεξάμενος, πρὸς βεβαίωσιν τῆς ἀληθινῆς, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ἐνανθρωπήσεως, τὰ δὲ ἀπὸ

κακίας

κακίας πάθη ὅσα τὸ καθαρὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν κατερρύπαινεν, ὡς ἀνάξια τῆς ἀχράντου θεότητος ἀπωσάμενος. διὰ τοῦτο εἴρηται, ἐν ὁμοιώματι γεγενῆσθαι αὐτὸν τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, ὅτι σάρκα μὲν τὴν ἡμετέραν ἔλαβε μετὰ τῶν φυσικῶν αὐτῆς παθῶν, ἁμαρτίαν δὲ οὐκ ἐποίησεν. *Apparet Dominum naturales quidem passiones suscipisse ad confirmationem vera, & non secundum imaginationem incarnationis, (vel inhumanationis) qua vero ex vitio erant passiones, qua & vita nostra puritatem contaminant, veluti deitate incorrupta indignas reijciens. Quare dictum est natū esse ipsum in similitudine carnis peccati: vt quod carnem quidem nostram susceperit, cum naturalibus eius passionibus, peccatum autem non fecerit.* Et Cyrillus l. 15. contra Iulianum τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἦν ἁμαρτίας σῶμα, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας. *Corpus Christi non erat peccati corpus sed similitudo carnis peccati.* Et Scholia. Illud: *in similitudine:* non ad illud: *carnis,* respicit, sed ad illud: *carnis peccati.* Sic Ambros. l. 1. de pœnitent. c. 2. Tertullianus iam olim monuerat, similitudinem referri ad titulum peccati, non ad substantiæ mendacium, vocat ille etiam simulachrum delinquentiæ carnis. In filio enim Dei nec peccatum fuit, nec (quod impie Pseudo-Hieronymus habet) pronitas ad peccandum.

Naturam Christus, non vitia suscepit.

§. 2. Sed & Augustinus l. 14. c. 5. contra Faustum Manichæum Carnem Christi, quia mortalis fuit, ideo similitudinem habuisse carnis peccati. Et l. 16. c. 15. Dissimilis peccatori Christus: quia semper sanctus: & similis peccatori Christus; quia Deus misit filium suum in similitudinem carnis peccati. Peruertere itaque verba illa conabantur veteres, qui veram humanitatem Chr[isti] negabant. Hodie etiam illa corrumpit, ... [d]iuini- t[a]tem eam conuertunt, omnipotentiam tribuunt, & vbiquitatem.

Mortalis caro similitudinem habet carnis peccati.

QVÆSTIO IV.

Quomodo de peccato damnauit peccatum?

§. 1. TRia sunt difficilia; quid sit damnare peccatum. 2. quid De peccato. 3. quid sit in carne. Augetur difficultas, quod incertum sit, quo debeant referri verba, in similitudine peccati, & de peccato.

Damnare peccatum, est illud dignum pœnâ iudicare, pœnas pro eo exigere. Et quidem proprie peccantem damnare peccati dicimus, non ipsum peccatum: quamuis etiam ipsum in crimine damnare soleamus: hic vero loquitur de peccato, vt persona, vt tyranno. Sed multi sic interpretantur, quasi damnarit Deus peccatum: hoc est, pœnas peccati non nobis, sed filio imposuerit.

Peccatum damnatur.

Chrysostomus peccatum ex carne victum fuisse & triumphatum, carnem vero liberatam, per eam carnem quæ erat sine peccato. Alij damnatum peccatum asserunt, quia abolitum & victum penitus, damnationem itaque regenerationem appellant, etiam multi Sectariorum, Musculus, Beza, Bucerus, Martyr, Beza. Damnatur autem peccatum tam abolendo, quam puniendo. Quocirca vtroque modo Dominus peccatum damnauit; cum illud in filio puniuit, & ex animis credentium deleuit. Quocirca Sociniani impie negant Christi satisfactionem. Et Caluiniani non minus blaspheme fingunt in fidelibus peccata manere, nec imputari, nec odio à Deo haberi. Deus enim æterna veritate peccatum damnat, & vbi non damnat delendo, damnat puniendo.

Peccatum tam abolitione, quam pœna damnatur.

§. 2. Quid sit illud, De peccato περὶ ἁμαρτίας, multo difficilius, nec intelligi potest, nisi explicetur, quo referatur. Si enim sensus. Mittens filium suum in similitudine carnis peccati, & mittens de peccato, damnauit peccatum, facilis est sensus. Nam sensus est, causam cur mitteretur esse peccatum. Hoc est enim περὶ ἁμαρτίας, vt de peccato ageret. Sic loquitur Horatius *missus magnis de rebus vterque.* Sic & Syrus accepit מטלתה, *propter,* missus enim vere est propter peccatum: quod vt efficacius vinceret, venit in similitudine carnis peccati. Græci eodem modo vtuntur. περὶ ἐσθῶν, περὶ ἐλευθερίας, atque ita innumera sunt, vt τὰ περὶ πόλεως. περὶ συμμαχίας. Atque hæc interpretatio diuini consilij altitudinem indicat, quod damnaturus peccatum, misit filium, non in forma Dei, non in forma angeli, sed formâ carnis peccatricis, non tamen cum carne peccatrice. Sic vsurpatur περὶ Matth. 9. 26. 28. 1. Petr. 3. Sic Origenes, Cyrillus lib. 9. c. 4. Oecumenius, alijque. Quin & Isaiæ 53. dicitur: ἐὰν δῶτε περὶ ἁμαρτίας ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Si detur pro peccato anima eius. Sic dici Christus potest missus pro peccato.

§. 3. Quod si vtrunque: nimirum: In similitudine peccati, & de peccato referuntur non ad participium mittens, sed ad verbum, *damnauit.* Alius sensus erit. Ad alterutrum autem simul vtrunque referri debet membrum. Sententia nempe ista erit, Deus mittens filium suum, damnauit in similitudine carnis peccati peccatum, & de peccato damnauit. Sic intellexit Augustinus l. 2. contra duas Epistolas. & l. de consensu Euangelistarum. Cum autem dicit *de peccato,* intelligit hostiam pro peccato. Sic Christus enim pro nobis factus est maledictum, ita factus est etiam peccatū, nempe hostia, vt Leuit. 10. Quanquam autem vsitate dicatur. Condemnauit peccatum in similitudine carnis peccati, non tamen Græce ita loquimur, κατέκρινε ἁμαρτίαν περὶ ἁμαρτίας, *damnauit peccatum de peccato,* hoc est de victima peccati. Latina locutio ferri potest. *Sine te piari de mea pecunia, de mea victima placabis Deum.* Sic Anselmus: *de sua morte damnauit peccatum.* Aliorum sententia est, non simpliciter damnasse peccatum, sed conuicisse peccatum peccati; Sermonem enim esse de peccato vt persone, sed de peccatu peccante, itaque damnauit peccatum, ἁμαρτίαν ἁμαρτάνον, peccatū peccans de peccato; Ita Chrysostomus, & Scholia Græca p. 307. οὐχ ἁπλῶς εἶπε, οὐδὲ ἀνεξετάστως, καθὸ δὲ δυνατὸς ἐστι κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, πρῶτον διελέγξας τὰ μέγιστα πταίουσαν, καὶ ἁμαρτάνουσαν. τοῦτο δηλοῖ τὸ περὶ ἁμαρτίας, δείξας ἀναιδῶς ἁμαρτάνουσαν τὴν ἁμαρτίαν. *Non simpliciter dixit, neque sine examine, secundum quod vero potens fuit damnauit peccatum prius conuincens maxime deliquisse & peccasse. Hoc ostēdit, quod dicit* περὶ ἁμαρτίας, *de peccato: demonstrans impudenter peccans peccatū.* Quānis putem legendum καθότι pro καθὸ δὲ, vt sensus sit, non *qua potens Dominus est peccatum damnasse, sed qua iustus iudex,* nempe διελέγξας *conuincens.* Et Paulo dicitur. οὐ γὰρ ἁπλῶς καὶ ἐξουσιαστικῶς, ἀλλὰ εἰς δίκην ἀγαγὼν αὐτὴν καὶ δείξας ἁλοῦσαν. *Non enim simpliciter, & per potentiam, sed ad iudicium producens, ostendensque deprehensum.* περὶ ἁμαρτίας de peccato exponit, ἕνεκα αὐτῆς, τοῦ ἐξᾶραι αὐτὴν, καὶ ἐλευθερῶσαι ἡμᾶς. *Causa peccati, vt illud tollat, nosque ab illo liberet.*

De peccato damnare peccatum

§. 5. In carne damnesse peccatum, etiam duplicem habet sensum. Nam peccatum quod in

tio ia

nostra carne regnabat, damnatum est, abolitum, [illegible] & in Christi carne damnatum, dum pœna eius tulit agnus innocens, segregatus à peccatoribus. & suo merito nos lauit, & Chirographum affixit cruci. Posterior sensus verior est. Nam in sua carne peccatum sustulit, iniquitatem scilicet omnium nostrum. Syrus hoc indicauit, cum dixit: בבסרה *bebesrech, in carne sua.* legit ergo ἐν σαρκὶ αὐτοῦ, nec immeritò est; nam & Scholia Græca sic interpretantur. ἐν τῇ σαρκὶ, τουτέστι διὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. *In carne,* hoc est *per carnem suam.* Hoc est enim admiratione dignissimũ, in carne humana, quæ peccatis obnoxia fuerat; illud damnauit; carnem enim humanam accepit peccato liberam, quæque peccare non posset, illâ vicit, & peccatum puniuit, punitio autem peccati, ablatio est.

Non tamen reijcienda est altera interpretatio, quâ dicitur peccatum in nostra carne damnasse, tyrannide & sæuitie illius excussâ: Hoc enim reuera factum est, & maximum diuinæ misericordiæ opus, & prouidentiæ, vt nostram etiam sibi carnem eiecto tyranno sibi vendicaret, & consecraret, vt Deum portaremus in corpore nostro. Commune est hoc omnibus pijs, mente & corpore honorem Deo deferentibus, singulari tamen modo in virginum continentia cernitur. Tertullianus de exhortatione ad virg. c. 13. *Quanta igitur & quæ in Ecclesijs, ordinari solent, quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis suæ honorem instituerunt, quæque iam se illius pudoris filias dicauerunt, occidentes in se concupiscentiam libidinis, & totum illud quod intra paradisum non potuit admitti.*

[illegible]nes in [illegible]na [illegible]arum [illegible]aant.

Nostræ carni ex Christi carne detus hoc magnũ suppeditari S. Cyprianus docuit, aut quisquis est auctor de Natiuitate Domini. *Quod si diuinis consilijs abusa uerint tentamenta, & liberas mentes ad carnales reuocauerint appetitus, adest Deus fortis, nec spem ponat homo in homine, nec brachio carnis suæ confidat: quia qui mundum vicit, victoriam suis præmittit militibus: & qui victores sunt sui, cœla vim inferunt, quoniam sicut scriptũ est, regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Defectus carnis nostra quæ à primitiuis fecibus originalis mali infecta languerat ex Christi carne redditur fortitudo.*

Et lib. de habitu Virginum. *Omnes quidem qui ad diuinum munus & patrium baptismi sanctificatione perueniunt hominem illic veterem gratia lauacri salutaris exponunt, & innouati Spiritu Sancto a sordibus contagionis antiquæ iterata Natiuitate repurgantur. Sed Natiuitatis iterata virginibus maior sanctitas & veritas competit, quibus desideria iam carnis & corporis nulla sunt, in quibus sola que virtutis sunt & spiritus ad gloriam remanserunt.*

VERSVS 4.

Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

QVAESTIO I.

Quomodo iustificatio legis in nobis impletur?

§. 1. CONstat per Christi gratiam nos legem implere posse, ne committamus grandia illa flagitia, quę sunt mortalia. Nam est aliquid hic nobis datum illa liberatione quod lex dare non potuit, sed id aliud non est, nisi secundum spiritum ambulare, & illa vitare, idque [illegible], non autem aliquando facere, & sæpissi[illegible] facere, vt hæretici docent, nam & legis modo id sæpe fiebat. 2. ostenditur ex ipsis Sectarijs, docent hic spectandum quale sit sacrificium illud & quanta caritate quantisque doloribus, & quanta innocentia sit oblatum, vt sponte prosilias ad beneficiendum proximo Christi charitate motus, hæc animi promptitudo ex spiritu est, & plenitudo legis, hoc est quod dicit vt iustificatio legis impleretur, caritas enim talem implebit. *Iustificatione lex impletur.*

Augustin. de sp. & lit. 1. cap. 19. *Lex ergo data est, vt gratia quæreretur, gratia data est, vt lex impleretur, neque enim suo vitio non implebatur lex sed vitio prudentia carnis, quod vitium per legem demonstrandum, vel gratia sanandum fuit: quod impossibile, &c.* Eadem Hieron. Epist. ad Ctesiphontem.

§. 2. Quid sit iustificatio legis dubium olim non fuit. Nam δικαίωμα τοῦ νόμου est iustitia legis, quæ per Christi gratiam in nobis impletur. Sectarij admodum variè interpretantur. Caluinus vocat *obedientiam Christi, quæ in carne nostra exhibita, nobis imputetur, vt eo beneficio pro iustis censeamur.*

Beza interpretatur, ius legis, nimirum id quod lex requirit, vt iuxta eius præscriptum iusti coram Deo & integri censeamur. Christi iustitiam nobis imputatam ait, non vt ille sarciat, quod nobis deest, sed quod ille in solidum nos in sese sanctificauit.

Pareus Bezam oppugnat, δικαίωμα ait esse idem quod κατάκριμα, *damnatio,* & de maledicta morte in cruce interpretatur, quâ sublata est maledictio. Fatetur tamen de legali iustitia posse intelligi.

Bullingerus ab his diuersus est *porro finis,* inquit, *omnium horum sequitur, vt iustitia legis, quam nemo facere poterat, eius opera in nobis impleatur.* Stigelius, *iustitiam legis pro lege ipsa, vel iustitia legi debita* ponit. Gualterus Christum in nobis impleuisse scribit. *Etsi enim,* inquit, *nos nullam habeamus iustitiam, habemus tamen Christum, qui ius legis impleuit.* Wigandus κατάκριμα & δικαίωμα apposita dicit. cap. 5. Osiander ita iustitiam Christi nobis imputari, *ac si ipsi legem perfecte impleuissemus.* Eodem modo Andreas Hyperius.

§. 3. Hæc σοφὰ φάρμακα sunt, & dæmonum præstigiæ, quibus legem Dei eludere Satan, & securitate homines in perniciem trahere conatur. Nam Pauli Scopus est, vt finem cur Christus tanta passus sit in carne nobis inculcet, vt nempe legis iustitia per gratiæ adiutorium, quod passione, & morte nobis Christus promeruit à nobis impleatur, nos non secundum carnem ambulemus, sed secundum spiritum: non autem vt si nullam nos iustitiam habeamus in Christo speremus; cum tam disertè dicat eos qui secundũ carnem viuunt, morituros. Quanta vero est præsidentia, aut stoliditas potius, nobis potantibus, furantibus, scortantibus ita Christi iustitiam imputari ac si ipsi totam legem perfecte impleuissemus. Quam impium quod Beza olim scripsit, *Imputata Christi iustitia peccatum pro nihilo haberi, quamuis eius supersint reliquiæ.* Chrysostomus non modo iustificationem de iustitia interpretatur, sed etiam, ne amittatur sollicite agendum demonstrat. *Quid est iustificatio: finis destinatio, ipsa operis perfectio. Quid enim illa lex volebat? Quid autē imperabat? sine peccato vt esset. Hoc igitur nobis per Christum præstitum est, atq; ipsum quidē obstitisse, & superauisse, illius fuit. Victoria autē fructũ cepisse nostrũ. Itaque non amplius peccabimus: non inquam amplius pec-* *Iustitia est, vt legem per gratiã impleamus.* *Tenenda iustitia ne amittatur.*

tabimus, nisi admodum fracti animo conciderimus. Iccirco addit, qui non secundum carnem ambulamus. Vt ne enim, quod audieris Christum peccati bello te liberasse, atque in te impleuisse legis iustificationem, damnato in carne peccato, apparatum omnem inertiae: ob hanc causam illic quum dixisset, nulla igitur condemnatio, addidit his qui non secundum carnem ambulant: Et hic item quum dicit, vt impleretur in nobis iustificatio legis, ipsum hoc attexuit, seu potius non hoc ipsum solum, sed multo amplius, postquam enim dixit, vt iustificatio legis in nobis impleretur, qui non secundum carnem ambulamus: addidit, sed secundum spiritum. ostendens non oportere modo à malo abstinere, sed & in bono florescere. Nam tibi coronam donasse, illius: donatam autem retinere, tuum.

Opus est ad iustificationem concurrere, cum fide spem & charitatem, alioqui adhuc inimici Dei, non sunt iusti. Ideo Pareus iustificationem Satanicam fingit, qua sit sanctitas posterior; nam cum illa, si sanctitas desit, profanitatem esse necesse est, nec obstat quod naturâ dicitur esse posterior, ex hoc enim sequitur illo naturae momento impios esse iustos. Hoc Caluino repugnat, qui docet, si non sint opera & regeneratio cum iustificatione Christum peccati fore ministrum. Atsi iustificatio prior natura est, regeneratione, certe natura prius erit minister peccati Christus quam iustitiae. Obseruandum hoc loco est, morti Christi in carne tribui redemptionem, non autem poenis inferorum, vt Caluinus docuit.

§. 4. Iustitiae verae, seu sanctificationi nihil omnino tribuunt, nisi vt sit conditio necessaria: sed nec illud quidem defendant Lutherani, nec possunt se Caluiniani difficultati subducere. Iustificatio absolutissima est, *ex absolutissima formula*, inquit Beza, *iustissimum, vertat se in quascunque partes velit Satan*. At sanctitas seu regeneratio cum adest, nihil facit, vt illi dicunt, ad iustitiam, ideo nec cum abest eam impediet: nam ex illa forma iustos se absolutissime pronunciant, quae nullo modo dependet ab inchoatione sanctitatis. Imo quae prior est, si igitur primo instanti naturae sine sanctitate erat iustitia absolutissima, cur deinceps non potest? quamuis hoc quaerere non sit necesse. Satis peccant, & nimis à vero abeunt: cum quocunque momento iustitiam sine sanctitate nominant. Sol à Deo creatus est, natura solis prior est natura lucis, à sole enim lux efficitur. Vera est natura solis, etsi lucem auferas, ita vera erit iustitia, etsi omnia absint opera bona, adsint praeter infidelitatem omnia mala. Iustitia itaque hoc loco vera est iustitia inhaerens & sanctitas Christi merito nobis impetrata, quod etiam Syrus intellexit cum vertit כאנותא *chinuta, iustitia, rectitudo, perfectio*, & recte in nota marginali scribitur formari à כון *chun* id est, statuere, perficere & idem esse quod צדקה, *tsedaka*, iustitia Hebraeis.

Iustitia impia est sine sanctitate.

VERSVS 5.

Qui enim secundum carnem sunt: quae carnis sunt, sapiunt, qui vero secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus, sentiunt.

QVAESTIO I.

Quae studia carnalium & spiritalium?

§. 1. QVi sunt secundum carnem sen[...] Syrus habet דבבסר *bebesar, in carne, ea quae carnis sunt sapiunt*, φρονοῦσι. Erasmus verbum Latinum reijcit. Tertullianus O. genis interpres Ambrosius, Beza, alij plures retinent. Castalio, *student*, in Graeco non reperitur, sed tantum habetur τὸ [...] πνεύματος, quod intelligitur ἀπὸ κοινοῦ, nostri [...] fuit *sentiunt*. Syrus idem verbum vtroque loco habet, מתרעין *mithraghin, eligentes*, à רעא *regha*, quod est *velle, deliberare, eligere*. Graeca Scholia reddunt, ἐν σπουδῇ ἔχουσι. *studio habent*. φρονεῖν autem ad intelligentiae voluntatem, sensus omnes refertur.

Probat autem legem implere eos, qui non secundum carnem sed secundum spiritum ambulant. Nam qui secundum carnem ambulant, seu qui in carne sunt, nondum donati Spiritu Sancto, illi sapiunt quae carnis sunt, opes, honores, voluptates, atque alia, in ijs adipiscendis elaborant, totam vitam impendunt cupiditatibus explendis, in illis itaque lex impleri non potest, cum legis nullum gustum habeant. At qui secundum spiritum sunt, è contrario quae sunt spiritus, sapiunt, sentiunt, iudicant, amant, & sectantur vitam aeternam & pacem, reconciliationemq; cum Deo, in illis iustificatio legis impletur. Itaque eorum studia, qui sunt secundum carnem, sunt carnalia, mortem generant, à spe regni coelestis excludunt. Regnum carnis spiritum Dei excludit, ille vbi locum sibi praeparauit, potentia carnis concidit.

Stud[...] nu[...] tu[...]

§ 2. Deijcitur tota Pauli disputatione tumida aduersariorum praesumptio. Cum enim [...] contra legem agere saepissime profiteantur: horrendos esse suorum lapsus, adulteria, latrocinia, negare non possunt, secundum carnem se esse. Sunt autem opera carnis Galat. 5. 19. adulterium, fornicatio, &c. Haec qui admittunt, ea quae sunt carnis, sapiunt. Qui vero ea, quae sunt spiritus, sapiunt, carnis opera fugiunt. Carnales hi sunt, non qui carne induti, malis affectibus pulsantur, sed qui ductum carnis voluntate libera sequuntur, siue in Christum credant, & se certos salutis esse iactent, siue non credant. Quamuis autem nō omnes omnibus vitijs contaminentur, multis tamen indulgent, nec ad diuina cogitanda mente conscendunt, vt illi qui à spiritu reguntur, quorum opera Paulus Galat. 5. 22. recenset, *fructus enim spiritus sunt, caritas, gaudium, pax &c.* Hi quamuis etiam βιωτικὰ aliquando tractent ad Deum tamen omnia referunt. Qua in re seruandum est Chrysostomi praeceptum, ἕως μὲν γὰρ ἂν τὴν οἰκείαν φυλάττῃ τάξιν οὐδὲν ἄτοπον γίνεται. *Quandiu enim proprium ordinem seruat, nihil absurdi agitur.* Omnia enim mala ex immoderatione oriuntur. Nec modo carnales sunt, qui rebus sensibilibus detinentur sed etiam qui scientia, deuotione aliqua externa, fide miraculorum donis superbiunt, suam enim illi gloriam, non Dei quaerunt. Haeretici quidem nobiscum eisdem hoc loco vtuntur locutionibus, sed ita tamen, vt carnalia desideria non tollant. Exemplo est Gualterus, qui ait sensum esse, eos qui solis carnalibus intenti sunt, non posse ad coelestia bona pertingere. Satis illis est, aliquid aliquando boni egisse, vt renati perpetuo iusti sint.

Carn[...] dise[...] tiplex

§. 3. Hoc indicio si filios Dei, à filijs saeculi discernere incipiamus, quam multos inueniemus, quibus omnia alia curae sint praeter Christum & salu-

saluetem. Raro & velut per transennam diuina quæruntur, studium carnis continuum est in multis: cum tamen carnis felicitas periculosa, animi salus necessaria sit ad felicitatem tendenti: quorsum tam multa congeruntur, vt Deo difficilius seruiatur. nihil æquè suspectum esse debet, quam rerum affluentia, cum æque. Imo caro perpetuo premenda est, vt spiritus inualescat, & liber euadat, Diuinitus plane Theodorus Pelusiota Epist. 8. ὥσπερ ὑπομιμνήσκω δεῖσθαι, ἐνεχθεῖσα σὰρξ, κατευνάζοντος τὴν παθῶν τὰ οἰδήματα, οὕτω καὶ βοηθείας χρήζει, ἡ ἀσθενοῦσα καὶ κακοῦσα, συμπαθοῦσα ψυχὴ, ἵνα ταῖς θείαις ἐντολαῖς, ὑπερευφραίνηται ἀμφοτέρων οὖν φροντιστέον. ὃ ἀτέρου γὰρ λειπομένου δυσχερὴς ἡ τελείωσις. *Quemadmodum caro, cum optimè valet, ad sedandos & consopiendos perturbationum animi tumores, vexatione opus habet: sic etiam anima cum imbecillitate laborat, atque in calamitatem & afflictionem incidit, opem requirit, vt diuinis mandatis collustretur. Quare vtriusque rei cura habenda est. Nam si alterutrum desit, perfectionem consequi difficile est.*

Multa apud sanctos Patres passim, quibus à cura rerum carnalium ad spiritalia studia populos conantur adducere. Potentissimum tamen argumentum ex lubrica eius fluxaque natura sumitur.

Quid enim in ea non dico stabile est, sed quid non fœdum, & pene abominandum, vt omnia membra clament perdi, quod præter necessitatem impenditur. Insigni non magis eloquentia, quam pietate ista tractat oratione de mortuis, Gregorius Nyssenus. p. 585. *Quæ vero nunc corpori eueniunt, vt mori, senectus, forma incuruata, infantia, informatio fœtus in vtero, vt herba & arista, & culmus, sunt veluti via, per quas ad perfectionem speratam contendimus. Quam tibi ipse proponens si sapis, nec propter hæc indignaberis, nec vllo modo sic animo afficieris, vt vel ab hac vita decedens angaris, vel sponte mortem præcipias. Iam illud licet à proposito nostro alienum esse videatur, fortasse non erit inutile vt adiungamus. Nempe naturam assidue in mortem incumbere, vitaque tempore antecedenti mortem prorsus instare atque cohærere. Etenim cum vita præteriens semper ad futurum contendat, nec ad præteritum vnquam reuertatur, quid aliud est quam mori, id, quod vitalem actionem vsque subsequitur? Quare cum in tempore quod ante fluxit, desinat motus omnis, & actio vitalis, mortisque proprium sit, res ad interitum, nihilumque redigere, quod quidem semper actions præterita omnino continet, non mentiemi, qui huic vita mortem dicit esse con[iun]ctam. Hoc autem reipsa verum esse confirmat, quandoquidem quod ad subiectam materiam pertinet, homo non e[st] idem hodie, qui heri fuit. Aliquid enim ex eo momento [sin]gulis moritur, & fætet, & corrumpitur, & abijcitur cum terrum natura fœtorem ex corpore, tanquam fumum [ex] aliqua domo, efferat, & quod vitalem facultatem iam exuit terræ tradat. Quamobrem, vt Paulus ait quotidie morimur, quippe qui non ijdem semper manemus in ipso corporis domicilio, sed accessione decessioneque continua alij ex alio reddimur, & in nouum assidue corpus commutamur. Quid igitur cum morte nos vt hospites peregrinosque gerimus, cum demonstratum sit, vitam hanc quam in carne degimus, nihil aliud esse, nisi perpetuam mortis commentationem at studium? Quid? ipse somnus, atque vigilia, quid aliud sunt, nisi mortis vitæque complexum atque, coniunctio: cum & dormientes tamquam extinctos sensus non deserat, & excitatos vigilia sperata resurrectionis admaneat?*

Vita humana incommoda.

[illegible] vita [illegible] mutatio.

* * *

VERSVS 6.

Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax.

QVÆSTIO I.

Quid sit prudentia carnis & spiritus?

§. 1. PRudentia carnis non est hominum carnalium calliditas astusque; sed iudicium corruptum, affectusque sequaces, itaq; astutia pars est prudentiæ carnalis. φρόνημα, prudentia alioqui in bonam partem sumitur; est virtus, quæ omnia ex ratione recta moderatur. Verum hic latissime accipitur, quo circa alij intelligentiam, alij cogitationem, affectum, seorsum carnis verterunt, sed hæc omnia continet prudentia carnis, vt in bonum accepta prudentia spiritus contraria. Scholia Græca vocant, τὴν γεώδη τῆς διανοίας ὁρμήν, *Terrenum mentis impetum.* καὶ τὴν εἰς τὰς ἀτόπους πράξεις ῥοπήν. *In absurdas actiones inclinationem.* Dicique φρόνημα non φύσιν, *prudentiam, non naturam.* Nimis auguste definiunt cum vocant περὶ ἀκρασίαν ὁρμήν, *ad intemperantiam esse impetum.* Ita Methodius, sed describere non definire voluit. Chrysostomus vocat παχυτέραν διανοίας ὁρμήν. *Crassiorem mentis impetum,* vbi interpres Latinus habet, *interpretationem*, quod legerit ignoro. Tantum moneo errorem esse. Non enim φρόνημα carnis est *interpretatio*. Prudentiam spiritus idem vocat, πνευματικὴν διάνοιαν, *spiritualem intelligentiam, sensum, mentem.*

Prudentia carnis omnia praua iudicia, affectusque.

Nec hic opus illa distinctione, qua quidam vtuntur, φρόνησις habitum, φρόνημα actus significet, hic vtrumque designatur. Iacobus describit c. 3. 15. Vna *terrena. Non est enim ista sapientia desursum descendens, sed terrena animalis diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.*

Syrus vocat ܬܪܥܝܬܐ *thargbitha*, quod quidem vertunt deliberationem, sed potius est electio ex habito consilio & deliberatione: ita glossa marginalis notat esse idē quod מִבְחַר *mibchar*, electio.

§. 2. Probat Apostolus Paulus eos qui sunt in carne sapere ea, quæ sunt carnis, qui sunt secundum spiritum sapere quæ sunt spiritus; idque ab effectis. Nam prudentia carnis mors est, hoc est, causa & administra mortis, ea vtuntur qui sunt in carne, cum enim carnales sint, carnali etiam prudentia vitæ suæ rationis gubernant: quantumcunque enim vel politica, vel Oeconomica prudentia præditi videantur, quandiu tamen secundum carnem sunt, mortifera sapientia rem gerunt, & ad mortem tendunt. Si ergo eorum conuersatio ac studia in mortem feruntur, & in pœnam sunt negociosa, perspicuum est ea quæ carnis sunt ab illis amari accurati. Quemadmodum ex damnatione alicuius rectè colligimus male eum vixisse, & ex felicitate cœlesti sanctum fuisse. Ita Paulus ex eo quod prudentia carnis mors est, probat eam non nisi carnalia amplecti. Et è contrario, quorum prudentia est pax & vita, illi curant spiritalia, at qui sunt secundum spiritum, prudentiam habent sibi ea Dei spiritu donatam, quæ pacem cum Deo, & vitam æternam operetur.

Prudentia carnis est mortis administra.

Dd 2 §. 3. Non

§. 3. Non est hoc loco prætereundum, quod in simili causa contra Flaccum Lutherani, & Caluiniani Scriptores obseruarunt. Capite 7. cum concupiscentia vocatur peccatum contumaciter contendunt, proprie, non metaleptice, non metonymice dici peccatum: vrgent τὸ ῥητόν. Hoc loco non possunt proprie accipere, cum dicitur *prudentia carnis mors*: nam prudentia carnis est hominis deprauatio, mali affectus, adeoque complectitur ipsam concupiscentiam. Mors autem dicitur, quia est à morte spirituali, & tendit in mortem, mortis effectrix, cur non ideo etiam dicatur peccatum, quia genita est ex peccato, semper parturit, aliquando parit peccatum? Prudentia spiritus dicitur vita, quia à spiritu viuifico procedit, & parit fructum vitæ æternæ. Dicitur pax, quia à Dei gratia, & filio Dei mediatore pacis nostræ cum Deo infusa est, & pacem æternam operatur. Eodem modo vt supra ostendi, illi Flacco respondent, cum hominis essentiam, potentiam, ipsam animam peccatum originale proprie dictum esse ille nugatur: Imo blasphemat, nam inde sequitur Dei opus esse malum, & duo principia ex Manichæorum, & Borboritarum intermundijs. Qui quidem hæretici insaniæ suæ etiam ex his Pauli verbis præsidia quæsierunt, quorum progenies sunt Flacciani & titulo & hæreditate, at Caluiniano refixo titulo errorum passionem adierunt.

Porro hic locutionem esse figuratam etiam concedunt Sectarij. Cornerus: *Est mors*, id est, *mortem meretur & adfert. Est vita & pax*, id est, *habet vitam & pacem*. Gualterus: facit vt vitam & pacem habeamus. Hoc tribuit prudentiæ spiritus, ex quo constat, opera ad vitam æternam conferre. Sic Bucerus, Musculus, Wigandus, & alij.

§. 4. Philippus, Wigandus, Gualterus etiam hic liberum arbitrium vellicant. *Quicquid agunt impij, id totum agunt ex prudentia carnis omnium actionum directrice, ergo totum mors est, nulla igitur in bonum est libertas.*

Respondeo. Impios non semper agere impie, nec ex prudentia carnis, sed ex naturali prudentia quandoque & affectu inculpato. Quædam enim bona agunt, & quæ agunt, volunt, nec malo

Non omnia opera impij sunt mala.

sine necessario agunt, nam possunt etiam velle finem non malum. Et docet hoc loco Lucas Lossius στοργὰς affectus naturales amoris in parentes, filios, cognatos esse bonos. Deinde etiamsi quidam adeo insigniter sint improbi, vt omnes actiones suas peccato vitient, non tamen id facere coguntur, sed ita faciunt vt omittere possint. Notauit libertatem Græcus interpres. *Non enim dixit. Natura carnis, sed prudentia*, quæ corrigi potest. Si peccatum est naturæ, liberum non esset, nunc est prudentiæ, quæ mala est, nec tamen mala esset, si bona esse non posset; Electio enim est, vt ante ex Syriaco textu ostendi. Quorsum vero tantopere Apostolos hortatur ad virtutem, si cum brutis non liberis res agitur. Verum istis fati assertoribus oppono Athenagoræ testimonium, quod à commentatore eius Gesnero dum reprehenditur approbatur. Non enim Athenagoram modo, sed plerosque Græcorum veterum queritur nimium visos tribuere arbitrij libertati: quare hoc testimonium erit plerorumque veterum Græcorum, imo & Latinorum. ὡς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἐχόντων, ἐπεὶ οὐκ ἂν οὔτ' ἐτιμᾶτε τοὺς ἀγαθοὺς, οὔτ' ἐκολάζετε τοὺς πονηροὺς εἰ μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἦν, καὶ ἡ κακία, καὶ ἡ ἀρετή. καὶ οἱ μὲν σπουδαῖοι, περὶ ἃ πιστεύονται ὑφ' ὑμῶν, οἱ δὲ ἄπιστοι εὑρίσκονται. *Cæterum vt hominibus arbitrij libertas circa virtutes & vitia data est (neque enim vos vel honore bonos, vel pœna malos afficeretis, nisi sponte consultoque alteri boni, alteri mali essent) & alij bona fide res sibi creditas procurant, alij improbi perfidique deprehenduntur: sic etiam circa angelos res se habet. Alij enim vltro tales manserunt, quales à Deo facti erant, & in munere suo fideles se prebuerunt: alij & res sibi concreditas proterui contumeliosèque tractarunt, & præter omnis officij sui ac dignitatis decorum se gesserunt.*

Liberi ergo sunt etiam mali, imo non mali, nisi liberè mali. Nam gratiam Dei accipere debebant, qua fierent boni. Semper autem illis adest auxilium quo possent vitare peccatum, quod faciunt, verum carnis prudentia & affectus facit, vt velint consentire malo: ideoque non liberantur à spiritu vitæ, qui perseuerantibus in malo adesse non solet.

§. 5. Sapientia porro carnis non est opus rationis humanæ, sed corruptionis, nec qui prudenter rem quam piam administrant, illi sunt prudentia carnis præditi, nisi vitiorum sint fautores, & patroni: Vera prudentia non nisi cum religione vera cohæret. *Constat igitur*, loquitur Lactantius libro tertio, capite vndecimo. de falsa sapientia, *totius humani generis consensu, religionem suscipi oportere: sed quomodo in ea erretur, explicandum est. Naturam hominis hanc Deus esse voluit, vt duarum rerum cupidus & appetens esset: religionis & sapientiæ. Sed homines ideo falluntur, quod aut religionem suscipiunt omissa sapientia: aut sapientiæ soli student, omissa religione: cum alterum sine altero esse non possit verum. Cadunt ergo ad multiplices religiones: sed ideo falsas, quia sapientiam reliquerunt: quæ illos docere poterat, Deos multos esse non posse: aut student sapientiæ, sed idem falsæ, quia religionem summi Dei omiserunt, quæ eos ad veri scientiam potuit erudire. Sic homines qui alterutrum suscipiunt, vitam deuiam, maximisque erroribus plenam sequuntur: Quoniam in his duobus inseparabiliter connexis, & officium hominis & veritas omnis inclusa est.*

Sapientiam autem mundi stultitiam esse idem auctor lib. 4. cap. 1. de vera sapientia prodit. *Tum autem nemo sapiens vocabatur, cum omnes erant. Vtinamque nomen illud aliquando publicum, quamuis ad paucos redactum, tamen vim suam retineret. Possent enim fortasse pauci illi vel ingenio, vel authoritate, vel assiduis hortamentis liberare populum vitijs & erroribus: sed adeo in totum sapientia ceciderat, vt ex ipsa nominis arrogantia nullum eorum qui vocarentur appareat fuisse sapientem.*

Consuli de hac re possunt Lactantius libris de falsa & de vera sapientia: Falsa enim in philosophis fuit. & Origenes contra Celsum l. 6. Cyrillum contra Iulianum, Augustinum totis libris de ciuitate Dei.

VERSVS 7.

Quoniam sapiētia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta: nec enim potest.

QVAESTIO I.

An sapientia carnis legi Dei non possit subijci?

§. 1. Gæ-

§. 1. GRæce est *διότι propterea quod*, eodem sensu. *Inimica* Græ. ἐ ἔχθρα *inimicitia* ad Deum. Syrus Dominatio patrona inimicitiarum apud Deum, nec in accentu sola est differentia, nec enim potest esse ἐχθρὰ, sed quia φρόνημα potius ἐχθρὸν, noster vsum loquendi secutus, ita vertit, poterat & inimicitias dicere, sicut mors pro mortifera, verum non modo est inimicitiæ, id est, causa inimicitiarum, sed ipsa reuera est inimica, an ergo hoc voluit vitare interpres, ne putaremus τὰ φρονήματα, discursus & cogitationes fraudulentas non tantum causas scelerum, non etiam scelera. Inepte Caluinus est simultas aduersus Deum. Nam hæc proprie occultam alienationem designat, hinc professa sunt odia, deinde simultas, quasi similitas, nam inter hos æmulatio oriri solet, estque fere inter pares, iores principes, dicitur simultas, non inter regem & calonem, finis est ostendere sapientiam carnis esse mortem. Quidquid Deo inimicum, hoc mors est, hæc inimica Deo, ergo mors. Minorem probat. Quidquid Deo non est subiectum id Deo est inimicum, & rebelle, ex iure regnorum; nam quisque regi se, cui subest, negat parere perduellis censetur, & maiestatis reus, magis ergo si quis se subducat imperio Domini omnium, non esse subiectum probat. Quia non potest subijci, si enim potentia negatur, ergo magis actus. Hoc probat versu. *Quia qui sunt in carne Deo placere non possunt*, ergo non possunt Deo subijci, ergo non eorum prudentia carnalis.

Simultas.

§. 2. *Ergo*, inquit Melanchthon carnalis nihil potest boni agere, nam si quid agit, iam Deo placeret, iam subiectus esset. At ne potest quidem subijci, sed qui non potest subijci, cui nunc subiectus est, ille non potest non rebellare. Respondet S. Chrysostomus. Ne tumultuare, cum audis *οὐ δύναται non potest.* Hæc enim dubitatio facilem solutionem habet: Nam hoc quidem loco carnis sensum vocat terrestrem cogitationem, crassam, secularibus & malis actionibus addictam, hanc ait cogitationem Deo subditam esse non posse, at dices ergo qui malus est, fieri non potest bonus. Respondet Chrysostomus. Non hoc est quod ait, alioqui qui Paulus talis euasit? qui latro? qui Manasses? &c. Non ergo hoc dicit fieri non posse vt qui malus sit, fiat bonus, sed fieri non posse, vt qui malus perseueret, Deo subdatur, facile tamen est factum, vt si animum mutet, bonus euadat ac subdatur Deo. Neque enim dicit hominem non posse Deo subdi, sed malam actionem non esse bonam, quasi diceret πονηρὰν οὐ δύναται εἶναι σωφροσύνη ἐν ᾧ ἡ κακία ἀρετή. Sic Matth. 7. Luc. 6. de arbore mala explicat. Ad argumentum dicendum, malum in aliquo Deo subdi, solum in malis actionibus nec subdi, nec posse subdi, nam illarum finis est Deo contrarius & rebellio.

Exortatio non potest esse castitas, nec malitia virtus.

Demum vtrorumque insaniam exprimat, qui huic libero arbitrio libertime obstrepunt. *Postquam enim necessitati naturæ non studium donum ipsi dixit, sed liberæ electioni asseruit, in te est vel hoc, vel illud agere*, ita Chrysostomus.

§ 3. Huic è diametro repugnantia illa Caluini. *En liberi arbitrij facultas, quam satis iactare sophistæ nequeunt; Certe Paulus disertis verbis, hic affirmat, nobis non impossibili legi obedire. nostros affectus subdere: procul ergo sit à Christiano pectore, illa de arbitrij libertate philosophia. seruum peccati se quisque vt vere est, agnoscat quo Dei gratia liberetur, alia libertate. stultum est glossari. Argumentum est sine fuco propositum ex præcedentibus φρόνημα τὰ mala non posse, ut esse Deo subiecta, ergo nulla libertas, aut motus primi affectuum non possunt subijci, ergo nulla libertas.*

Respon. Imo vero illa prudentia peccatum non esset, si libertate non peccaret. Quantum vero est horum delirium cum dicunt. ἔχθρα, *inimicitia* non potest Deo subijci, non ergo inimicus potest. Inimicorum reconciliatio est crebra, inimicitiæ non reconciliantur, sed delentur. Inimicus Dei non omnia facit inimicè, quædam sunt indifferentia, quædam moraliter facta bona, licet inimicitiam non tollant.

§. 4. Quod Parens fingit φρονεῖν non esse sensus, sed rationis, falsum est. Nam hoc loco latius extenditur, ad omnes affectus. Si autem verum est, necessario excluduntur omnes affectus, ne sint prudentia carnis, ideo nec peccata, cum tamen etiam sine consensu motus illos in censum peccatorum referat. Non esse autem ipsas potentias quamtumuis in malum pronas inimicitias contra Deum: sed prauos actus iam supra ostendi. Hoc interim considerandum est, homini grauius nihil esse debere, quam Dei inimicitiam. Quid enim est creatura, vt cum Deo inimicitias exerceat, contra eum insurgat cinis & pulnis? & quotá tamen pars hominum est, quæ ita viuat, vt Deum inimicum habere vereatur? non viuere modo, sed & mori sine reconciliatione præsumunt.

Summum creatura malum est inimicitia creatoris.

Denique quod Pareus vires liberi arbitrij ad obediendum Deo non modo debilitatas, sed etiam lapsas arbitratur, & perditas, eosque hypocritas vocat, qui aliud sentiunt, id cum contra sanctissimos viros dicatur, plane intolerabile est. Liberum arbitrium ad malum cum potestate emittendi quod agit, & ad bonum cum Dei gratia operandum Scriptura & Ecclesia semper docuit Hier. in c. 7. Eccles. *Scio me audiuisse in Ecclesia ab eo qui putabatur habere scientiam Scripturarum, ita hos versiculos edissertos. Dum in hoc præsenti seculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora; vt postea ipse securus in die malo, id est, in die iudicij torqueri alios videas. Sicut enim præsens seculum fecit Deus in quo nobis fructum bonorum operum possumus præparare, ita & futurum, in quo nulla boni operis datur facultas: visus est quidem suadere, cum diceret, audientes. Sed mihi videtur alius esse sensus, quem & Symmachus transtulit dicens: in die bono esto in bono: diem vero malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit Deus, vt non inueniret homo, qua contra eum quereretur. Et bona inquit & mala pro vt tibi euenerint, sustine. Nec putes, vel bonorum tantum, aut malorum in mundo ipsi naturam, cum ex diuersis mundus iste contrarijs subsistat: calidis & frigidis.*

VERSVS 8.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

QVÆSTIO I.

An Deo placere non possint qui in carne sunt?

§. 1. QVidam accipiunt illatiue, hinc sequitur tales Deo placere non posse, nam qui ei resistunt quomodo placebunt? alij causaliter, vt probet non posse subijci; qui enim Deo placere non possunt, non possunt subijci, hi placere non possunt, &c. Maior probatur: omnis enim Deo placens ideo placet, quia illi se submittit, illi confidit, stat in Deo non in se, hi non placent, ergo non se submittunt, vtraque expositio bona.

§. 2. Fulmen diuini oraculi in eos vibratur, qui quamuis in peccatis hæreant maximis tamen se Deo placere reputant, nec sibi sua scelera imputari. Hoc posse fieri negat Dei spiritus. Nec absoluit eos Parei quam dubio t. adhibet, distinctio. *Legaliter sunt rei, Euangelice non item, legaliter non placent, Euangelice placent. Legaliter sunt rebelles, Euangelice subiecti.* Quam facile omnes nos sollicitudine liberasset Apostolus, si dixisset. Deo placere non possunt legaliter, possunt Euangelice? Hoc enim elogio omnem peccatoris metum dempsisset, qui nunc peruicax in animis delinquentium residet. Ochinus vertit: *Qui in corpore degunt:* & interpretatur: *qui corporis arbitrio viuunt.* Sic pene Wigandus. *In carne esse dicit: qui peccata faciunt, vel opera alia sine fide.* Non igitur dicendum est: cædes, adulteria, periuria Euangelice Deo placere, & eos qui ista faciunt tantum legaliter displicere. Euangelice placere Deo, est Dei spiritum habere. Hæc enim omnia sunt prudentia carnis, ideo inimicitia aduersus Deum. Pareus de amiss. gratiæ, c. 10. & statu peccati, in Dauide & Petro prudentiam carnis agnoscit, huius negatione, illius autem homicidio, sed in gradibus remissis, & tamen sanctos eos etiam tum fuisse contendit. Dauid igitur cum gladio filiorum Ammon Vriam occideret, in remisso gradu adulterium & homicidium fecit, ideo nō imputatur. At vero non admodum remissus ille gradus libidinis est. Si quis vt potiatur aliena coniuge, honesto titulo, principem fidissimum, fortissimum, valde etiā pium, & regis amantissimum proditorie occidat, & coniuge eius potiatur. Petrus etiam non modo negauit in remisso gradu, sed peierauit, diris & execrationibus se deuouit: Friuolum est ergo de remissis gradibus commentum. Verum Caluinianis in tanta licentia promptum est dicere, se id facere in gradibus remissis.

Qui legem non seruant Euangelice Deo non placent.

Commentum de gradibus remissis.

QVÆSTIO II.

An Apostolus per eos qui sunt in carne coniuges intelligat?

§. 1. COniugium sanctum est, thorus immaculatus, coniuges tam in spiritu esse possunt, quam virgines, licet virginitati cedat coniugium. Quæstionem vero proposui propter Sectariorum calumnias. Bullingerus, Gualterus, Pareus, alijque, etiam Caluinus ipse Catholicos calumniantur, quasi ex Pauli pronunciato nuptias condemnent. Verba Parei ista sunt. *Impudens vero est Siricij Papæ corruptela. v. 8. Coniuges non placere Deo, quia sunt in carne. Impia est in Deum coniugij auctorem: & aliena à mente Apostoli, qui non de coniugibus agit, quos Deus in vnam carnem legitime copulauit: sed de carnalibus, qui adulterijs, scortationibus, & id genus flagitijs se polluunt, siue coniuges illi sint siue cœlites, siue sacerdotes spirituales, siue monachos se profiteantur.*

Respondeo. Malitiosam esse calumniam Sectariorum. Siricium Papam semper probasse matrimonium, nunquam minima in parte culpasse, illa ipsa quam citat Epistola demonstrat. Est vero ad Himmerium Episcopum Tarraconensem. *Plurimos enim Sacerdotes Christi atque Leuitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus proprijs quam etiam De turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri Testamento Sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc quisquis ille est Sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat quod in lege Mosis passim sacris ordinibus à Domino laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, quibus committebantur Sancta Sanctorum, præmonet, dicens: Sancti estote, quia & ego Sanctus sum Dominus Deus vester: cur etiam procul a suis domibus anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt Sacerdotes, hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possent carnale exercere commercium, vt conscientia integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deseruitionis suæ tempore, vxorius vsus solius successionis causa fuerat relaxatus quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti. Vnde & Dominus Iesus, cum nos suo illustrasset aduentu, in Euangelio protestatur, quia legem venerit implere, non soluere. Et ideo Ecclesiam, cuius sponsus est, speciosus forma castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicij, cum rursus aduenerit, sine macula & ruga eam possit, sicut per Apostolum suum instituit, reperire. Quarum sanctionum Sacerdotes omnes atque Leuitæ insolubili lege constringimur, vt à die ordinationis nostræ, sobrietati & pudicitiæ & corda nostra mancipemus & corpora, dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. (Qui autem in carne sunt, dicente electionis vase, Deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis) & vbi poterit, nisi in corporibus (sicut legimus) sanctis, Dei spiritus habitare? Et quia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se deflent, his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, vt sine vllo honoris augmento, in hoc quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent, si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, vt sibi asserunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis authoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt.* Hæc etiam, distinct. 82.

De adulterinis ergo Sacerdotum coniugijs agit, qui post consecrationem, & votum castitatis, illicitarum libidinum contagione miscebantur. atque hoc ipso coniugia Christianorū comprobat, dum Clericorum solas damnat inconcessas nuptias. Ille certè nulla connubia condemnat, qui etiam sponsalia fieri irrita sacrilegij instar pronunciat, ita in eadem Epistola cap. 4. *De coniugali autem violatione requisisti, si desponsatam alij puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, omnibus modis inhibemus: quia benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.*

Siricius falso accusatur.

Pari vesania calumniatur Caluinus Siricium, ex eadem Epistola, cum mentitur coniugia vocari ab eo pollutiones. At vero vel cæco constare potest ex ea Epistola, de illicito concubitu esse sermonem, ob quem pœnitentiam egerunt c. 5. ait. *De his vero non incongrue dilectio tua Apostolicam sedem credidit consulendam, qui, acta pœnitentia, tanquam canes ac sues, ad vomitus pristinos & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludricas voluptates, & noua coniugia, sibi inhibita denuo appetiuere concubitus. Quorum*

rum professam incontinentiam, generatè post absolutionem si prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, vt sola intra Ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacramentorum celebritati, quamuis non mereantur, intersint: à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt has saltem districtione correpti, & ipsi in se sua erratà castigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur. Quos tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subleuari. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

...tatio à Siricio damnatur.

Hieronymum inique Pareus accusat. Nuptiarum finem esse mortem ille affirmat, non damnationem, sed mortem temporalem aduersus Iouinianum. *Tempus breue est, inquit, Dominus prope est. Etiamsi nongentis viueremus annis, vt antiqui homines; tamen breue putandum esset, quod haberet aliquando finem, & esse cessaret. Nunc vero cum breuis sit, non tam lætitia, quam tribulatio nuptiarum: Quid accipimus vxores, quas cogemur cito amittere? & qui flent, inquit, & gaudent, & emunt, & vtuntur hoc mundo, sic sint quasi non flent, gaudeant, emant, vtantur hoc mundo. Præterit enim figura huius mundi. Si mundus transit, quo vniuersa clauduntur, immo figura & conuersatio huius mundi, quasi nubes præterit: inter cætera mundi opera & nuptiæ præteribunt. Neque enim erunt post resurrectionem coniugia. Si autem mors finis est nuptiarum: cur necessitatem non in voluntatem vertimus? &, quod inuitum extorquendum est, cur non spe præmiorum offerimus Deo?*

Postea vero ex Mose verba Apostoli non accommodat nuptijs, sed illis qui amplectuntur, aut non contemnunt ignominiam Phegor. *Contemnimus,* inquit, *Phegor & omnem ignominiam eius, scientes, quod qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Ignominia Phegor non erat nuptiarum sed libidinum aut sane nuptiarum vetitarum.

Vt fraudem vero lectori faciat, verba Hieronymi impostura turpi truncat. *Si prudentia carnis, inimicitia est in Deum; & qui in Carne sunt, Deo placere non possunt: arbitror eos, qui seruiunt officio coniugali, quod prudentiam carnis diligant, & in carne sint.*

Vbi nemo non videt, supplendum esse, quod omissum peperit obscuritatem; nempe Deo placere non posse, alioqui nec Latinitas, nec sententia Hieronymo consentanea est. Verum autem est, eos qui ideo seruiunt officio coniugali, quod diligant carnis prudentiam, quod in carne sint, quod cupiditatibus carnis obsequantur, sicut in libro Tobiæ fecerunt Sponsi Saræ, quibus ducendæ vxoris causa est vnica, & sola libido, Deo placere non possunt. Illa etiam tempore Hieronymi, & nunc corrupto mundo frequentissima est matrimonij causa. De his loquitur Hieronymus, quod non modo ex tota eius apologia ad Pammachium probatur, sed etiã paulo post hæc ipsa verba. *Quod dicit huiusmodi est. Concedit quidem Deus nuptias, concedit digamiam, &, si necesse fuerit, fornicationi & adulterio præfert etiam trigamiam: sed nos qui corpora nostra exhibere debemus, hostiam viuam, sanctam placentem Deo, rationabile obsequium nostrum, non quid concedat Deus, sed quid velit, consideremus: vt probemus quæ sit voluntas bona, & beneplacens, & perfecta. Ergo quod concedit, nec bonum, nec beneplactum est, nec perfectum.*

Bonum autem negat, comparatione melioris, vt pluribus in apologia exposuit.

* * *

VERSVS 9.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis, si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius.

QVÆSTIO I.

Quæ vera lectio huius versus?

§. 1. Verba illa, *si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Duplici modo exponuntur in Græco. Nam multi putant, εἴπερ intelligendum affirmatiue, quasi scriptum sit ἐπείπερ, *postquam*, siquidem, sic est apud Theophylactum & Erasmum. Imo Chrysostomus monet, τὸ εἴπερ τοῦτο ἐνταῦθα οὐκ ἀμφιβάλλοντός ἐστιν, ἀλλὰ σφόδρα πιστεύοντος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπείπερ. *Verbum εἴπερ sæpe non dubitans, sed valde credens ponit, & pro ἐπείπερ, quandoquidem.*

Augustinus, Hieronymus, l. 3. c. 6. comm. in Ephes. Hil. in Psal. 119. & l. 8. de Trinit. Dubitantis esse ostendunt. Et ita quoque Syrus vertit: אן שרירית, *Si verè*: quod non potest esse nisi dubitantis, aut sub conditione loquentis, vt solent dubitantes.

Ad hunc modum vertũt quidam hæretici, Wigandus veterem versionem retinet. Ita vero plane necessarium ostendit versus 11. *Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis.* Vbi nullo modo potest dubitatio excludi. Sic etiam Pelicanus, alijque.

QVÆSTIO II.

An hinc certitudo salutis habeatur?

§. 1. Si Græcam particulam εἴπερ affirmantem habere sensum dicamus, quo solo nonnulli Sectariorum nituntur, ne sic quidem ad fucandas eorum vanitates quicquid coloris Apostoli sententia suppeditat. Nam Apostolus cum Romanos in spiritu esse dicit, non certissima scientia aut fide id pronunciat, nisi illorum sanctitatem & prædestinationem diuinitas ipsi reuelauit, sed ex iudicio charitatis, signisque externis, & professione fidei. De aliena enim salute nihil sibi certo constare profitetur. Si vero εἴπερ vt Latinus & Syrus intellexit, dubitationis est signum, incertum se Apostolus esse indicat. Certe Caluinus, affirmationis correctionem agnoscit. *Si tamen correctio appositæ subiecta, qua excitantur, & seipsos propius examinent, ne Christi nomen frustra prætendant, hæc autem est certissima nota, qua discernuntur filij Dei à filijs mundi, si Dei spiritu ad innocentiam ad sanctitatem regenerati sunt. Neque tamen dicuntur esse secundum spiritum, quod spiritu Dei pleni sint, quod nemini adhuc contigit, sed quod spiritum in se habitantem manentem, vtcunque aliquid carnis in se sentiant residuum.*

Hac quidem expositione fiduciam euertit. Nam correctio affirmationis non nisi negatione, vel dubitatione fieri solet. Deinde si examen exigit, non igitur certus est; examen enim dubitãtis est. Nemo sanus se examinat, an viuat; nam certo hoc constat viuenti: Caluiniani non minus certos iactant sese vitæ spiritalis quam corporeæ. Non igitur ad examen, hoc est, dubitationem reuocandi sunt. *Dubitant de sua perseuerantia pij.*

§. 2. Certitudinem tamen ipse fingit, ne non semper sibi adue.sa iusiit. *Inquibus, inquit, non regnat spiritus, illi ad Christum non pertinent, ergo Christiani non sunt, qui carni seruiunt, id si verum est, mirum ab Euangelij aduersarijs nos arrogantiæ insimulari, quod Christi spiritum in nobis habitantem agnoscere audemus: nam aut Christum abnegare conuenit. aut fateri per eius spiritum nos esse Christianos, horribile sane dictum, sic homines à Dei verbo defecisse, vt non modo Christianos se iactent absque Dei spiritu, sed fidem quoque aliorum irrideant.*

Respondeo: Professione & fide Christianos esse, & in Ecclesia multos, qui spiritu Christi careant, nec illi Christum abnegant, cum dicant Domine, Domine, sed voluntatem eius non faciunt, operarij iniquitatis. Porro nos merito ridemus, qui sibi magna præsumptione Dei spiritum illum sanctum, & regenerationem stabilem tribuunt, cum ex ijs plurimos videmus grauissime labi, etiam fidem suam prior:m mutare. N mo Christianus vtiliter est, aut ad salutem sine spiritu Dei sanctificante pertinent, multi professione sola pereunt.

Absq; Dei spiritu nemo iustus est, nemo Christianus sanctus, professione multi sunt Christiani.

§. 3 Qu. d obijciunt spiritus inhabitat, οἰκεῖ, non ergo recedit, gratia igitur, sanctitasque nostra æt. rna est.

Habitatio moram non æternitatē significat. Respondeo. Habitatione moram, legitimum veluti Domini in domo sua imperium, non æternitatem significari. Nam & peccatum habitare in nobis di.. t, non tamen æternum sedet, æternumque sedebit, sed gratia & gloria veniente pelletur. Itaque quoque gratia quamuis diu sæpe inhabitet, non tamen æterna est, nisi in perseuerantibus. Nonne in Ierusalem Deus habitauit, & elegit eam? Et tamen facta est deserta. Nunquam abfecit habitaculum suo, in quo habitauit? Non deserit Dei spiritus animum sibi deuotum, quamdiu ille dominum Domino se præbet, admisso dæmonio recedit ab homine spiritus Domini bonus.

Svenckfeldij error. §. 4. Aliud delirium Svenckfeldij. Tantum Christi spiritum in nobis esse, totum autem à nobis possideri Christum, necesse ergo esse, vt totum eius corpus factum fuerit spiritale.

Respondeo. Spiritum Dei, & spiritum Christi esse ipsum Christum, vel donaeius nobis collata, seu potius Christum cum donis suis. Qui singulari modo in sanctis habitat, eosque gratia replet, vt Chrysostomus exponit. Qui carnem, vt ait Chrysostomus. νεκρωτικὴν, & πνευματικὴν ἐργάζεται. Sed locum eius integrum ascribere præstat. *Quid in carne? illi non erant, sed incorporei ambulabant? Q. id & quanam ratione vides vt vitam carnalem significauerit? & quamobrem non dixit, nos autem non estis in peccato: vt intelligas, Christum non solum extinxisse peccati incendium ac Tyrannidem oppressisse, sed & carnem leuiorem ac spiritualiorem reddidisse, natura non mutata,* *Caro spiritalior redditur.* *sed velociore atque agiliore effecta. Nam quemadmodum ferrum ab igne assiduo vsu, & ipsum quoque in ignem euadit propria in natura remanens: sic fidelium spiritum habentium caro, in illam demum efficientiam transmutatur, tota spiritualis, vndique cruci affixa, atque vna cum anima & ipsa volabilis reddita:* Quale quidem erat eius corpus qui hæc ipsa proferr. Qui de caeso omnes ille quidem delicias voluptatesque ridebat: fame autem flagellis, et gaudiis delectabatur, nec dolebat illa dum tolerabat, atq; hoc declarans dicebat: afflictio enim præsens leuis est. Vsque adeo ille carnem edocuerat cum spiritu consentire atq; conspirare.

§. 5. Didymus olim ex hoc loco pr. Spiritus Sancti diuinitate sumpsit argumentum. In omnibus eo[?] cum sit, fieri id non potest, nisi idem sit immensus adeoque Deus. Pari modo probatur & Christi diuinitas, quod vnus sit Spiritus Sancti & Christi, atque adeo Dei spiritus. Quod uel [?], qui sunt in Christo, quique Dei spiritum habent, sint Christi, & qui non habet, non sit eius. A Didymo Chrysostomus sumpsit: οὐ γὰρ inquit. ... πνεύματος παρόντος, μὴ χριστὸν παρεῖναι. ὅπου γὰρ μία τῆς τριάδος ὑπόστασις πάρεστι, πάρεστιν ἡ τριὰς ὅλη. αὐτὴ γὰρ ἀδιαίρετος ἑαυτῇ καὶ ἡνωμένη μετ' ἀκριβείας ἁπάσης. καὶ τί ἐστι φησίν, ἐὰν ὁ χριστὸς ἐν ὑμῖν. τὸ μὲν σῶμα, νεκρὸν δι' ἁμαρτίαν τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ δι' δικαιοσύνην: *Neque enim datur spiritu præsente non Christum adesse Nam vbicunque spiritus, vna Triadis substantia adfuerit, adest & ipsa Trias: à seipsa enim ipsa diuisibilis non potest: est quæ ea exactissime sibi vnita. Et quid nobis, inquies futurum est, si Christus in nobis fuerit.*

Eodem m. do Photius, Seuerianus & alij, & præcipue Athanasius libro, quo probat, *spiritum non esse creaturam.* Et dialogo 3. de S. Trinitate, & dialogo primo, contra Macedonium.

VERSVS 10. & 11.

Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

QVÆSTIO I.

Quæ vera huius loci sit lectio?

§. 1. IN Græco & Syro constanter legimus: τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ *spiritus antem vita* Nam & Syros habet רוחא חיא, *chaia hi, vita ipsa.* Ita legit Athanasius l. de Spiritu Sa. cto. dialogo 3 de Trinitate, dialogo 1. contra Macedonium, licet eius interpretes Latini vertant, *viuit, & viuus est.* Sic & Basilius de Spiritu Sancto. Imo Chrysostomus energiam in eo ponit, quod non dicat Apostolus *viuit,* sed *vita est.* ἀλλὰ μὴ φοβηθῇς εἰ τὸ σῶμα ... *Spiritus vita est.* ... πνεύματος ... τὸ πνεῦμα ζωή. *Sed ne metue, audita mortificatione, habet enim ipsam quæ vere vita est, quam nulla mors excipiet.* Talis est enim vita spiritus. Addit deinde. διόπερ οὐκ εἶπε τὸ σῶμα νεκρόν, οὐκ εἶπε τὸ πνεῦμα ζῶν, ἀλλὰ ζωή, ἵνα δείξῃ καὶ ἑτέροις τοῦτο δυνάμενον παρασχεῖν. *Quare cum dixisset, corpus mortuum, non dixit, spiritum viuentem, sed vitam, vt ostendat alijs etiam conferre posse.* Idem habent & Græca Scholia, quæ vocat τὸ πνεῦμα ζωοποιὸν. *viuificantem spiritum.* Sic etiam Theophylactus. & Iren. l. 5. c. 10. legit ζωή, non ζῇ, & Hilarius l. 8. de Trinit. Imo ex Latinis Augustinus in Psal 75. & l 14. contra Faustum. & de Genesi ad literam l. 6. c. 22. Sic & Pseudo-Hieronymus in commentarijs, & pariter Pseudo Ambrosius. Latini codices cæterique interpretes legerunt ... nec in sententia est diuersitas, licet maiorem emphasin habeat

habeat vita, quam viuit. Hæretici etiam vtramq; lectionem agnoscunt, Bullingerus, viuentem, VVigandus viuum interpretantur, Osiander rectius dici vitam existimat, rectius quo homo spiritalis viuit, & vegetatur. Multi sane Latini codices habent, *vita*, & apud Tertullianum l. de resurrectione carnis, c. 46. & l. 5. contra Marcionem, c. 14. repetitur ea lectio.

QVÆSTIO II.

Quis sit ille Spiritus?

§. 1. VEteres plerique Spiritus Sancti personam hic intelligunt: Athanasius dialogo 3. de Trinitate probat Spiritum Deum esse. Nam cum diceret Macedonius. *Ostende igitur sicut pater excitat mortuos, & viuificat, & filius quoque, ita quoque à Spiritu Sancto viuificari.* Respondet Orthodoxus id facile fore. Obijcit Macedonius. οὐ-

Spiritus Sanctus inhabitat.

τως οὐ γέγραπται διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐνοικοῦν. Sic non est scriptum per inhabitantē, sed propter inhabitans. Qua ex re apparet fuisse diuersam lectionem. Et excipit Orthodoxus ἔχομεν δεῖξαι ὅτι ἐν ὅλοις τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις οὕτως γέγραπται. *possumus ostendere, in omnibus vetustis exemplaribus sic scriptum esse.* In Scholijs tamen Græcis est διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα. Vigere itaque locum Athanasius desiuit, ἐπεὶ δὲ inquit νομίζεις τοῦτο ἀντιλεγόμενον εἶναι, πληροφορηθήσῃ καὶ ἐξ ἄλλης γραφικῆς ἀποδείξεως. *Postquam vero hoc contrarium existimas, plene ex alijs Scripturæ demonstrationibus fidem capi.* Tertullianus, Augustinus, & alij Latinorum legunt, *propter*. Quin & in Syro est, ביטל רוחה, *metul, rechech*, propter spiritum eius, quare miror verti à Fabricio, *per spiritum*. Eodem modo Athanasius dial. 1. de Trinit. non modo hinc spiritus diuinitatem probat, sed etiam addit; non modo patris, sed filij esse Spiritum Sanctum. Eadem est Augostini locis citatis, Hilarij, Ambrosij interpretatio. Nec omnino dissentiunt, qui vim & efficaciam Spiritus Sancti hoc loco accipiunt: nam nec alij Spiritum Sanctum in se spectatum, hic considerant, sed operantem, & viuificantem, vt Theophylactus docet. & Cyrillus clare. *Suscitatus est*, inquit, *Iesus Christus Dominus noster à patre, ἐνεργουμένης περὶ τὴν σάρκα αὐτοῦ τῆς ζωῆς, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὄντος αὐτοῦ, efficaciter circa carnem eius agente vita per Spiritum Sanctum.* Vbi vtrunque complexus est.

§. 2. At spiritus noster, non spiritus Dei viuit propter iustificationem, & spiritus noster viuens proprie corpori mortuo opponitur, non Dei spiritus, itaque minus clara est, & perfecta antithesis inter Spiritum Sanctum, & corpus mortuum.

Respondeo. Hanc quoque interpretationem probabilem esse, non tamen rationem eius validam. Spiritus Dei viuit in nobis propter iustificationem, sine ea enim etsi secundum naturam à nobis abesse non posset, non tamen secundum gratiam adesset; spiritus igitur Dei in nobis viuere dicitur, sicut Christus formari & viuere, quod fit cū spiritui nostro vitalem iustitiam infundit, eamque manendo perficit, & roborat. Quod vero ad antithesin pertinet, Paulo proprium est, maius aliquid exspectatione, & inopinatum inferre, vt totá hac epistola apparet. Atque ita hoc loco dum vitam spiritus seu iustitiam morti corporis opponit, dicendumq. videbatur, corpus mortuum est propter peccatum, anima viuit propter iustificationem; non dixit: anima vestra viuit, sed *spiritus Dei* viuit, seu vita est, propter iustificationem, vt vitam stabilem, sanctam, excellentemque significaret, qua in nobis habitante, etiā nos viui sumus. Quamuis enim corpus sit mortuum, hoc est, mortale factum, propter peccatum, idq; nos omnibus mortis insignibus confixum circumferamus, æternus tamen & viuens Deus id sibi templum delegit, post mortem resuscitaturus.

QVÆSTIO III.

Quæ sit hoc loco iustificatio?

§. 1. BEllarminus l. 2. c. 6. de iustificatione ex hisce Pauli verbis probat iustificationem nostram, non solâ peccatorum remissione, sed etiam internâ renouatione consistere, ita vt ipsa renouatio sit dicenda iustitia. *Quarto*, inquit, *idem probatur ex cap. 8. ad Romanos, vbi præter alia dicit Apostolus: spiritus viuit propter iustificationem. Vel (vt habent Græca) spiritus vita (videlicet est) propter iustitiam. Iustificatio enim siue iustitia quæ facit viuere, & per hoc operare non potest esse sola remissio peccati, sed aliquid internum & inherens.*

Vita spiritalis non constat sola remissione peccatorū.

Iustitia est, quæ facit viuere: illa non est sola non imputatio peccari. Occurrit Pareus, iustitiam prius facere viuere, quia tollit causam mortis, nempe peccatum, inde sequi iustitiam operatiuam per renouationem spiritus.

Verum non soluit ille nodū, sed astringit. Nam iustificatio, seu vt est in Græco δικαιοσύνη, *iustitia*, & in Syro כאנותא, *chinuta, rectitudo* hic ponitur vitæ principium, & complectitur vtrunque, non imputationem, & iustitiæ infusionem. Hac enim animatus spiritus noster viuit. De hac Chrysostomus Paulum interpretatur. Itemque cæteri, sed ne longe exempla petantur, ita Pareus ipse docet Commentarijs ad Romanos. *Propter iustitiam*, inquit, *fide nobis imputatam, & eodem spiritu in nobis inchoatam.* Ergo Apostolus hic etiam iustitiam inchoatam seu regenerationē vocat iustitiam. Quod vero Pareus, viuere spiritum dicit propter iustitiam imputatam, tanquam causam quæ facit viuere, propter iustitiam autem inchoatam seu renouationem, tanquam signum & criterion his à vero abertat. Nam significationem verbi *propter* diuidit, vt primo significet, propter iustitiam imputatam, tanquam causam, deinde propter iustitiam inchoatam vt signum, hoc est, viuit vt signum vitæ sit iustitia inchoata: quasi dicat, vinum venditur propter hederam, quia signum est hedera. Deinde nō animaduertit, ne illa quidem argutia posse Apostoli verba eludi. Nam velit nolit, dicendum illi est, iustitiæ nomine aliquid significari, quod non imputationem peccati, & renouationem comprehendat. Atque hoc adeo clarum visum est Ochino itidem hæretico, vt pro iustitia verterit, *innocentiam*. S. Macarius homilia 22. Spiritus qui vita est fructus enumerat. τοῦτο τὸ πῦρ δαιμόνων ἐστὶ φυγαδευτήριον, καὶ ἁμαρτίας ἀναιρετικόν. ἀναστάσεως δὲ δύναμις, καὶ ἀθανασίας ἐνέργεια. ψυχῶν ἁγίων φωτισμός. *Hic est ignis dæmonum expulsor, peccati ablator, resurrectionis vis, immortalitatis efficacia, animarum sancta illuminatio.* Deinde addit: *Ignis ille est renouatio, inchoata iustitia, quæ ipsa dæmones fugat, peccatum aufert, mentem illuminat, non postea sequitur, sed illa efficit.*

Iustitia non est sola imputatio.

§. 2. Denique hoc ex loco carnis resurrectionem S. Patres probant, secuti hac in re Tertullianum.

num. l. de resurrectione carnis c. 46. *Cæterum frustra oppo, ut vitam morti. si non est illic ubi est & ipsa, cui eam appofuit, excludenda utique de corpore. Porro si vita mortem de corpore excludit, non potest id perficere, nisi illud penetret, ubi est quod excludit. Et quid ego nodosius, cum Apostolus absolutius: si enim, inquit spiritus eius qui suscitauit Iesum habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in vobis: ut & si animam quis corpus mortale præsumpserit, quum hoc & carnem negare non possit, carnis quoq, resuscitationem cogatur agnoscere secundum eiusdem status communionem. Ex sequentibus adhuc discas opera carnis damnari non ipsam. Itaque fratres, ait, debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus; si enim secundum carnem vixeritis, futurum est vt moriamini: si vero spiritu actus carnis mortificaueritis, viuetis. Porro ut ad singula quæque respondeam, si in carne constitutis secundum spiritum tamen degentibus salus repromittitur, iam non carni aduersatur salus, sed operatio carnis, operatione autem carnis exclusa quæ causa est mortis, saluatam caro ostenditur causa carens mortis.*

Spiritus viuificat corpora mortua exigit.

§. 3 Sollicitudinem itaque eximit, quæ nasceba tur ex corporis mortalitate, morbisque & cæteris molestijs. Si enim animam seruabit, cur non etiam ipsum corpus, animæ habitaculum ac fedem? Quamuis enim corpora iustorum, sicut & impiorum emoriantur, atque in puluerem redeant, resurgent tamen in gloria. Nam, haud, sine emphasi, dicit futurum vt Deus, vt nunc animas, tunc corpora viuificaturus sit, idq; per inhabitantem spiritum, cuius vigor in ipsa corporaredundabit, vt vita lini & gloriosa, sicut ipse Dominus Iesus Christus resurrexit & est in gloria. Non est enim vel decorum, vel naturæ consentaneum, vt spiritus vitæ in cadauere inhabitet, sed corpora ζωοποιήσει viuificabit, immortalia, ... is experta, efficiet.

§. 4. Stolida argumentatione hinc deducere nitebatur Oecolampadius, Resurrectio corporum tribui ut Spiritui Sancto, non ergo venit ex meritis. Nec aduertit eo se modo etiam Christi merita excludere: Si solo spiritu fine medijs causis, aut organis operante mortuorum resurrectionem futurum commemorasset, ne angelis quidem aliqua fuerint in colligendis electis a finibus terræ opera.

Spiritus Sanctus nō excludit merita.

Hinc merita colligi mihi dubium non est: Nam propter Spiritum Sanctum, non vt illa causa est finalis, sed propter inhabitationem gratiarum corpora viuificabuntur, vt illius dona caritasque sint causa; cur alioquin enim dixisset; si habitat in vobis? ergo tribuit inhabitationi, gratiæ donis & operibus caritatis, sed hæc habent rationem meriti. Quod legam ergo διὰ τὸ πνεῦματ☉ per spiritum, sensus erit non simpliciter per spir tum, sed per spiritum vt inhabitantem, viuificandæ corporis; ergo per spiritum dona illa dantem, vt dantem, ergo per dona; qui enim per diuitem, vt volentem, & medicum vt medentem sanatur, ille per cibos, & pharmaca vere sanatur, ergo per illa dona & actiones, spei fidei. caritatis vere viuificabuntur corpora in resurrectione, ergo illa aliquam causalitatem exercent, at nō aliam nisi moralem, & meritoriam nec impedit verbum διὰ cum Sectariorum explicationibus quod Syri מטול metul, propter complniterent ... vertunt per, locus ille ergo astruit merita p... destruit.

§. 5. Absurdior etiam Gualteri deliratio. Confutat hoc loc... qui crassa carnis Christi manducatione opus esse aiunt, ut ... homines ad resurrectionem, & in margine ponit nomen eorum, qui ita sentiunt, nimirum, Capernaitarum. Iniuriam ille Orthodoxis grauem infert. Neque enim dicunt, cibum illum necessarium esse ad resurrectionem, neque eos qui ... non sumunt legitimo causa impediti regno cœlorum excludunt. Quod si verba Pauli sacramenti veritati aduersantur, pari modo etiam Symbola Caluiniana reijcientur: nec enim ad salutem necessaria sunt. Verum ille quoque ignorat, plures vnius rei causas esse. Deinde Capernaitas vocat calumniose maximos veteris Ecclesiæ & sanctissimos proceres. Cyrillum l. 2. c. 27. & Anathem. 2. & ad Reginas de fide Orthodoxa. *Non quia diminutatur non comedatur natura, propterea sanctum corpus Christi commune esse quilibet affirmat. Sicut autem necessarium est, quoniam sicuti prædiximus proprium est corpus omnia viuificantis verbi: Quia enim corpus vita, ideo viuificans est, per ipsum namque mortalibus nostris corporibus vitam largitur vt etiam destruat mortis imperium.*

Ex hac verbis ... seruauit verbum obstant.

Chrysostomus idem sensit, hom. 24 ad Corint. Ep. 1. *Non sufficit ei hominem fieri, flagellis cadi, sed nos secum, vt ita dicam, in vnam massam reducit, neque id fide solum, sed reipsa nos corpus suum effecit. Eanam... re nos aliamus, quam Angeli videntes tremunt nec absque pauore, propter fulgorem qui inde resilit, aspicere possunt, & nos in vnam cum illo massam reducimur. Quis loquetur potentias Domini? Multæ matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt alendo, quod ipse facere noluit; sed ipse proprio corpore nos alit, & sibi coniungit atque conglutinat.*

Multi olim existimarunt communionem Eucharistiæ esse Christianis necessariam, verum ex de re egi Ioan. 6. Et Claudius Sanctesius, Repetit. 5. de veritate Eucharistiæ mul is rem exponit pauca addscribere placuit. *Itaque neque nos, neque veteres Christiani spem gloriosæ resurrectionis his adimimus, qui extigitima excusatione sine corporali carnis Christi mortem oppetierunt in fide Iesu Christi, modo alij non fuerint destituti necessarijs: sed negamus perfectissimam & intimam causam resurrectionis illos assecutos, nisi quibus acceperit caro, cuius immortalitate mortua caro nostra ad parem immortalitatem restauretur, & quasi quodam fermento nostra massa corrupta augeatur, vt omnia dissonantur suauiter, & in primum innocentia atque incorruptionis statum reparetur homo, vt spiritus eius spiritu Christi, eiusque carne hominum caro suum consequatur finem.*

Vita igitur eius corporis, quod in morte retinere non potuit, perfectissime ille percipit, qui illi coniungitur.

VERSUS 12.

Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.

QVÆSTIO I.

Quod sit debitum nostrum?

§. 1. CONcludit antedicta omnia insigni adhortatione ad mortificationem carnis omnes incitans. Si enim corpus morti destinatum est, nec vellis cura reddi potest immortale, nisi eum spiritu Dei resuscitabitur, nō ergo corpori meritoro, sed Deo obligati sumus, non ergo carni obtemperandum est, quæ toto imperio ipsa tor, & ra... in mortem, sed spiritui Dei, qui & animam seruat, & corpus viuificabit; neque enim occidenti, sed à morte seruauti obnoxij reddimur. A carne nihil

nis

nisi pœnas, dedecus, mortem trahimus, spiritus his malis suos liberat. Apte Chrysostomus locum istum exponit. *Non sumus debitores carni, vt ne eum sermonem illum dicta interpreteris in carnis naturam dici, non concessum sed attexuit, vt secundum carnem viuamus: multa enim sunt, quæ nos illi debemus. Nam illam educare, fouere, reficere, curare laborantem, induere, & infinita alia illi suppeditare debemus. Ne igitur existimes illum eiusmodi ministerium tollere, per hæc vero, non sumus debitores carni: illud interpretatur dicens: vt secundum carnem viuamus. Illud enim, inquit, studium tolle, quod ad peccatum ducit, nam quæ ad illam curam faciunt, fieri non prohibeo, id quod est progressu declarauit, nam quum dixisset, carnis curam ne habeatis: non in eo substitit, sed addidit; ad concupiscentias. Quod quidem & hic docet, dicens, illam vt curemus, debemus enim illi hoc, absit tamen vt secundum carnem viuamus, hoc est, ne ad illam deferamus, vitæ nostræ dominium. Illam enim necesse est sequi, non præire. Neque illam oportet vitæ nostræ normam dare, imo a spiritus leges accipere.*

Carni itaque subtrahenda est aliquando etiam conueniens cura, vt animæ robur augeatur. Optime Basil. magnus, siue auctor monasticarum constit. canonic. c. 35. *Aut igitur necessarium nihil nobis deerit, si Christus nobiscum affuerit siquidem neque Israelitis in vasta illa solitudine quidquam defuit, aut si etiam defuerit, ad probationem nostram, satius est inopia laborare, & cum Christo esse, quam disiunctos ab eius societate in rerum vita huius omnium affluentia versari.*

Inopiam aliquando ferre conuenit.

De moderatione vero in eo exercitio seruanda monet l. de vera virginitate. *Insurgere enim aduersus Dominum per carnis vires, at petulantiam gestiens, per continentiæ flagella coerceo, dominatumque recognoscere cogo. Non enim ita, inquit, ferio, vt immoderatu illud vulneribus conteram, & inutile iam ad seruitium faciam: sed ea tantummodo ratio castigandi corporis est, vt seruituti subiiciam, & Domino obsequi rite compellam. At vero qui seruum ita per inediam subiicit, vt non solum ad ministerium Domini fiat inutilis: verum nec sibi ipsi sufficere possit: quid aliud, quam seruus sui si famulum fecit? Necessa enim est corpore iam inualido ad seruiendum, ac per infirmitatem tabescente, contra illi seruire Dominum, dum semper circa infirmitatis eius curam versatur attonitus.*

Quomodo autem nimium corporis studium sit noxium exponit Orat. 8. de temperantia & incontinentia.

§. 2. Gualterus meritum posse esse negat, eo quod debitores simus. Idem Pareus l. 5. c. 15. de gratia & libero arbitrio repetit. Multo impudentius in comment. ad Romanos. *Impudens ait commentum hypocritarum, merita congrui, condigni opera supererogationis docere, cum debitum creatura sit maius quam vt centesimam partem eius valeat reddere, & bene agendo augescat: ne quidem diuina ordinatione meritum vllum esse, sed gratuitam bonorum operum remunerationem.* Respondeo ferream esse frontem, qua dicit, meritum esse commentum hypocritarum. Cyprianus Epist. 10. ad martyres. *Fluebat sanguis, qui incendium persecutionis extingueret, qui flammas & ignes gehennæ glorioso cruore sopiret. O quale illud fuit spectaculum Domino, quam sublime, quam magnum, quam Dei oculis sacramento, ac deuotione militis eius acceptum, sicut scriptum est in Psalmis Spiritu Sancto loquente ad nos pariter & monente. pretiosa est in conspectu Domini mors iustorum eius.*

Meritum ex promissione gratuitum est.

Debita sunt opera sanctorum ratione creationis, redemptionis, aliorumque beneficiorum, sed quæ sunt debita, Deus promissione mercedis gratuita fecit merita. Etsi enim gratuita beneuolentia mercedem promittit, cum posset sine vlla mercede exigere obsequium, [illegible] tamen [illegible] mercede rependenda constituto iam ex debito & iusti iure reddit. quod sine promissione mere gratuitum esset. nec sunt illa hypocritarum commenta, sed Apostolorum, & virorū Apostolicorum dogmata. *Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri,* inquit Paulus Heb. 6. Memoria ergo & compensatio est iustitiæ, cuius obliuio iniustitiæ libet. Aurea est S. Ambrosij in Psalmum 118. Serm. 7. sententia. *Memento, inquit, Domine verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti, Dauid sperare non desinit, & prophetica fides authoritate conuenit Dominum, vt meminerit promissorum suorum. quorum immemor esse non solet. Sanctis enim quodcunque spoponderit, implere consueuit, nostrarum immemor iniquitatum, suarum non immemor sponsionum. Denique scriptum est: Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autem memor esto, & iudicemur. Vult obliuisci quæcunque minatus fuerit peccatoribus, si vias aliquando conuertant: vult etiam conuenire, vt si quis proposita secutus virtutibus præmia bene certauerit, fructum remunerationis exspectet, quin etiam exigat sicut habes scriptum: Certamen bonum certaui, cursum consummaui, reposita est mihi corona iustitiæ. Non est enim arrogans vsurpatio, sed fidelis, quia verum Deum non posse fallere confitetur.*

VERSVS 13.

Si enim secundum carnem vixeritis moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

QVÆSTIO I.

An mortem minetur secundum carnem viuentibus?

§. 1. GRaui à proemio & pœnis argumento probat, secundum carnem non viuendum, sed carnis actiones mortificandas, actiones inquit Chrysostomus, non naturam, & actiones non omnes, sed πονηρὰς prauas.

Duo Catholicorum dogmata hinc probantur. Non sufficere solam fidem, & iustitiam amitti posse. Primum ex eo apparet, quod diserte dicit omnibus, nimirum Romanis, quos fideles appellatue, quod dixerat in carne non esse; *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Si vos, inquit, qui credidistis opera carnis feceritis moriemini, æternæ gehennæ morte: vt Chrysostomus docet.

Alicubi etiam clarum est. Nam Romanos fideles alloquitur, & minatur mortem, *si vixerint secundum carnem*, nulla est autem minantis auctoritas apud securos. Nec prudenter damnationis terrore percellere conaretur, si eos omnino certos esse oportuit, nec secundum carnem se viuere, nec posse mori. Itaque non male Lucas Lossius Lutheranus locū interpretatur, *cum moriemini* esse dicit: *amittetis fidem, & gratiam, & excutietis Spiritum Sanctum*; si modo adderet: & æternum peribitis. Imo quod mirum est, Caluinus monet, *non oscitandum, atque hoc est,* inquit, *cum Deo belligerare, si gratiam eius oblatam contemptu & negligentia exstinguimus.* Si exstingui potest, peccatoris indelebilis ἀναπόβλητος non est. Cyprianus de zelo & liuore eodem modo interpretatus est. *Obterenda sunt fratres dilectissimi vitia & peccata carnalia & terrena corporis infesta labis spirituali vigore calcanda: nedum iterum ad viterit*

Fideles secundum viuentes pereunt.

veteris hominis conuersatione reuoluimur, letalibus laqueis implicamur, Apostolo hoc idem prouidente & salubriter premonente: Itaque, inquit, fratres, non secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, incipietis mori. Si autem spiritu opera carnis mortificaueritis, viuetis: quicunque enim spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt. Si filij Dei sumus, si templa eius iam effecti sumus, si accepto Spiritu Sancto, sancte & spiritualiter viuimus, si de terra oculos ad cœlum sustulimus, si ad supera & diuina plenum Deo & Christo pectus erexiimus, non nisi quæ sunt Deo & Christo, digna faciamus: sicut & Apostolus excitat & hortatur: si consurrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Qui ergo in baptismo secundum hominis antiqua peccata carnalia & mortui & sepulti sumus qui regeneratione cœlesti Christo consurreximus, quæ sunt Christi, & cogitemus pariter & geramus.

§. 2. Doctrinam adeo necessariam magnis conatib⁹ per Pseudoproph tas suos supprimere diabolus est aggressus. Caluinus mortis mentione omissa ad sanctitatem nos vocari dicit. Discant fideles, inquit, non in iustitiam modo, sed etiam in sanctificationem Christi amplecti, sicut in vtrumque finem nobis datus est ne mutila sua fide eum lacerent. Quod vero hoc sit l. 3. institut. c. 16 num. 1. exponit. Quare fide iustificamur? quia fide apprehendimus Christi iustitiam, qua vna Deo reconciliamur, hanc vero apprehendere non possis, quin & sanctificationem simul apprehendas. Sensus igitur Apostoli iuxta Caluini deprauationem, carnis mortificationem plane tollit. Nam, si spiritu facta carnis mortificaueritis, aliud non erit, quam, si Christi iustitiam & sanctitatem fide apprehenderitis. Quod fieri potest, etiam si carni indulgeas. At vero Apostolus fideles hortatur, credentibus mortem minatur, si secundum carnem viuant. Minæ autem illæ cum inanes esse non possint, periculum certum, nisi caueamus, denunciant. Non viuere secundum carnem facta carnis mortificare, non sola apprehensione beneficiorum diuinorum, sed imitatione virtutum, & fuga vitiorum dicuntur fideles. Impium itaque est, quod Gualterus addit: fructum mortificationis esse: Quod cum omnia peccata mortalia sint, credentibus venialia fiant. Itaque illi cum fide Christum se putant apprehendere, continuo omnia opera carnis fiunt illis venialia, nec ex illis mortis periculum metuitur. Omnem igitur suis initiatis licentiam sublato timore permittunt. Absit autem vt talis sit mortificatio vitiorum, quæ spiritu Dei in nobis habitante peragitur, vt impunitatem scelerum contineat.

Non fatis est sola fides.

§. 3. Refellit etiam Apostolus duros & præfractos Lutheranos, qui à cæteris post mortem Lutheri secessionem fecerunt, vt illi qui in Mansfeldica Synodo omnia euertere conati sunt: Negant nempe bona opera ad salutem esse necessaria, etiam per modum conditionis sine qua non. Hic enim apertissime dicitur. Si secundum carnem viuatis, moriemini si facta carnis mortificaueritis, viuetis. Hic fugiendæ mortis, conditio proponitur fuga vitæ carnalis, & conditio vitæ æternæ, mortificatio carnalium desideriorum, & affectuum. vt recte omnes Lutherani molliores, Lossius, Sotigelius, Maior, & Wittenbergæ pene tota, vt in apologia sua recensent Mutans, & Stoffelius, atque adeo omnes etiam Caluiniani.

Bona opera necessaria.

§. 4. In eo tamen & hi aberrant à vero, quod quamuis conditionem esse fateantur, ... causam aut meritum agnoscunt. ... de iustificatione. Viuere secundum ... mortis causam, viuere secundum spiritum, ... carnis mortificare, fatetur habere relationem ... ditionis ad vitam, non rationem causæ aut ... Illos tamen etiam Paulus confutat. E ... omnis conditio efficiens est, mortificatio ... carnis ad salutem habet relationem causæ. ... habet relationem medij ad finem, vt fatetur ... reus. Medij autem ad finem relatio est causæ. ... inde est relatio laboris seu operis ad præmium, ... mercedis solutionem, quæ Dei facta promissione ex iustitia soluitur, quæ nullo modo ociosa condi... tio dicenda est. Imo v. 28. omnia diligentibus Deum cooperantur in bonum, mortificatio igitur operum carnis, vita secundum spiritum cooperantur in bonum. Quid vero ei quod cooperatur in bonum nomen causæ adimat, si modo quid loquatur, intelligat? Cyprianus operibus expugnat: & vinci mortem affirmat, non nudas conditiones esse virtutes l. de vnitate Ecclesiæ. Immortalitatem potiri quomodo possumus, nisi ea quibus mors expugnatur & vincitur, Christi mandata seruemus ipso monente & dicente: si vis ad vitam venire serua mandata. Et iterum: si feceritis quæ mando vobis, iam non dicam vos seruos sed amicos.

Sic eodem libro. Iustitia opus est, vt promereri quis possit Deum iudicem præceptis eius & monitis obtemperandum est, vt accipiant merita nostra mercedem. Dominus in Euangelio cum spei & fidei nostræ viam compendio breuiante dirigeret: Dominus Deus tuus, inquit, Deus vnus est: & diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & de tota virtute tua. Hoc est primum mandatum, & secundum simile huic: diliges proximum tuum tanquam te. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetia.

Et l. de lapsis, opera ad medelam vulneris valere, Dominum feneratti, delicta redimere, Dominum inflectere. Verba eius sunt: Incunctanter & largiter fiat operatio: census omnis in medelam vulneris erogetur: opibus & facultatibus nostris qui de nobis iudicaturus est Dominus feneretur, sic sub Apostolis fides viguit, sic primus credentium populus Christi mandata seruauit, prompti erant, largi erant: distribuendum per Apostolos totum dabant, & non talia delicta redimebant. Si precem toto corde quis faciat. Si vera pœnitentiæ lamentationibus & lacrymis ingemiscat, si ad veniam delicti sui Dominum iustis & continuis operibus inflectat: misereri talium potest. qui & misericordiam suam protulit dicens: cum conuersus ingemueris tunc saluaberis, & scies vbi fueris.

Et de opere ac Eleem. Orationes nostræ ac ieiunia minus possunt, nisi eleemosynis adiuuentur. Deprecationes sola parum ad impetrandum valent nisi factorum & operum accessione farciantur.

§. 4. Totus hic locus ab Augustino diligentissime expositus est, sermone 13. de verbis Apostoli. p. 69. Ergo fratres accepto adiutorio, porrecto nobis desuper diuino auxilio brachio Domini, & ipso brachio Domini porrecto nobis auxilio Spiritu Sancto, debitores sumus non carni, vt secundum carnem ambulemus, quia fides bene operari non potest nisi per dilectionem. Ipsa est enim fidelium fides ne sit dæmonum fides, quia & dæmones credunt & contremiscunt. Illa est ergo laudabilis fides ipsa est vera gratiæ fides, quæ per dilectionem operatur. Vt autem habeamus dilectionem, & ex ea possimus habere bonam operationem, nunquid iam nobis dare nos possumus, cum scriptum sit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis; Charitas vsque adeo est donum Dei, vt Deus vocetus: Apostolo Ioanne dicente,

Deus

[illegible] *charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo manet. Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Non quia caro malum est, nam & ipsa Dei creatura est, & a Deo condita. Ipso & anima, nec illa per se mala, & illa & caro creatura Dei. Ergo caro non est malum, sed secundum carnem vivere malum est. Quae ex re sequitur, necessaria opera coniungenda cum fide.*

VERSVS 14.

Quicunque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.

QVAESTIO I.

An qui spiritu Dei aguntur, sint filij Dei?

§. 1. ARgumentum Paulinum eo tendit, ut probet, eos qui spiritu facta carnis mortificant, victuros. Qui spiritu facta carnis mortificant illi spiritu aguntur. At qui spiritu Dei aguntur sunt filij Dei, ergo qui facta carnis mortificant sunt filij Dei. Si vero sunt filij Dei, viuunt igitur. Propositio minor omissa à Paulo est, quia clarissima est: nemo enim spiritu facta carnis mortificat, nisi spiritu Dei agatur. Aguntur autem à spiritu Dei, non modo ducuntur, nec enim modo dux est spiritus, sed etiam adiuuat vires ambulantis, ἐνεργεῖται in ipso operator. Magna est naturae caecitas, ut sine illo duce viam insistere rectam non possit, magna infirmitas, quae continuo in omni motu, & promotu spiritualis vitae egeat adminiculo. Regeniti infantium ritu sine illo nutricio nihil possunt.

§. 2. Non tamen aguntur inuiti: sed fiunt ex nolentibus volentes: non aguntur tractu, impulsuue violento, sed amico auxilio suauiter ad consensum inclinati. nec caecus à ducente rapitur, sed volens ducitur. Cum vero filij sint generosa patris indole praediti sunt, qui est spiritus Dei: nam ex se degeneres sunt, diuina illa indoles adoptionis est, & adsciti illa, non abortu priuo, quo [illegible] bantur inimici. Vnde rectum dictum est, [illegible] ἄκων, ϐουλόμενον ἄγει. *Trahens volentem trahit.* [illegible] cum idem spiritus mortificationem carnis efficit, cum agit, filius autem Dei agatur.

§. 3. Soli igitur filij Dei, hoc est, electi accipiunt Dei spiritum? caeteros totum neminem sua gratia dignatur Deus? Ita quidem haeretici, & hoc loco Pareus contendunt. Si tamen ex Augustino consideremus, filios Dei esse dupliciter modo, alios per aeternam electionem, alios vero per praesentem iustitiam. Filij per electionem ante mortem Dei spiritu aguntur, siue nunc Dei spiritu, siue Satanae & carnis insultibus agantur. Filij per iustitiam praesentem solam, non per electionem, dum gratiae dono fruuntur, aguntur Dei spiritu, quem tamen ante mortem infallibiliter, sed suo vitio excutient. Falsum itaque est, quod contendit Pareus [illegible], & [illegible] spiritu agi reciproca esse. Multi sunt enim filij Dei per electionem, quos adhuc daemon captiuos detinet ad suam voluntatem [illegible] Deus miseritus quandoque liberabit. [illegible] qui [illegible] spiritu Dei [illegible] tur sed [illegible] Vere [illegible] Chrysostomus [illegible] *Haec enim nunc corona priore multo est maior. Quapropter neque simpliciter dixit, quicunque enim spiritu Dei reguntur* [illegible]

unt, sed quicunque spiritu Dei ducuntur, ostendens, quod sic illum vitae nostrae Dominum esse vult, ut gubernatorem nauium, & aurigam currus equorum, nec corpus solum, sed ipsam etiam animam habenis huiusmodi subiicit. Neque enim illam vult dominare, suoque quodammodo arbitrio viuere, sed & illius auctoritatem spiritus potestati supponit, ut ne enim lauacri dono confisi, vitam subsequentem negligerent, ait: Quamuis baptisma acceperis, nisi spiritu postea ducaris, dignitatem datam perdidisti: & adoptionis praerogatiuam. Propterea non dixit, quicunque spiritum acceperunt: sed quicunque spiritu ducuntur, hoc est quicunque omnem vitam ita viuunt, hi sunt filij Dei. Deinde quandoquidem haec dignitas & Iudaeis quoque data erat, Ego enim dixi, inquit, dij estis, & filij altissimi omnes, ac rursus, filios genui, & exaltaui. & primogenitus meus Israel. Quin & Paulus ait, quorum est ipsa adoptio.

Sic etiam Graeca Scholia, οὐκ εἶπεν, ὅσοι πνεῦμα Θεοῦ λάβωσιν, ἀλλ' ὅσοι πνεύματι ἄγονται, τουτέστι, πάντες τὸν [illegible] ἡνίοχον καὶ δεσπότην [illegible] ποιοῦνται, πάντες γὰρ οἱ βαπτιζόμενοι [illegible] λαμβάνουσιν, ἀλλ' οὐ πάντες αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν διδόασιν. Non dixit. *Quicunque spiritum Dei acceperint, sed qui spiritu aguntur, hoc omnis vitae ducem, & principem constituunt, omnes enim qui baptizantur spiritum accipiunt, sed non omnes principatum illi deferunt, seu ducatum.* Non omnes obediunt spiritui.

VERSVS 15.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (pater.)

QVAESTIO I.

Qualem Spiritum acceperimus?

§. 1. DAtus erat spirit⁹ in deserto in mõte Sina, in seruitutẽ generans, nõ iterum eo modo spiritum dedit. Non est vetustum testamentum quod habet spiritũ seruitutis & timoris, sed adoptionis & caritatis. Institutum Apostoli est probare. Qui spiritu Dei aguntur esse filios Dei, aut sane filios Dei agi spiritu Dei, vos accepistis non spiritum seruorum formidine poenae obedientium, sed spiritum adoptionis, per quem spiritum clamatis abba pater, ergo agimini spiritu Dei, ergo filij, ergo facta carnis mortificare debetis. Caritas enim facit vere seruare legem, de hoc *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum qui datus est nobis*, qui enim inuitos legem seruat, reus est transgressor, quia hoc ipsum lex iubet ut sponte pareat: honesta imperanti, mala vetanti. Verum optime S. Augustinus sermon 15. de verbis Apostol. *Videte quid huic subiunxerit Apostolus cum diceret, quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, qui spiritu Dei aguntur caritate aguntur, statim ad iunxit. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Dicat aliquis alius est spiritus seruitutis, alius spiritus libertatis. Si alius esset, non diceret Apostolus iterum, idem ergo spiritus, sed in tabulis lapideis in timore, in tabulis cordis in dilectione. ut non serui sed filij simus. Qui enim adhuc ideo bene agit quia poenam timet, Deum non amat, non est inter filios, timor seruus est, caritas libera est, & ut ita dicam timor est seruus caritatis* [illegible] *Non accepimus,* [illegible] *est, ut fides in nobis sit quae per dilectionem operatur, non tam* Sponte legẽ sequuntur Dei filij.

timendo pœnam, quam amando iustitiam duos ergo status explicat, veteris & noui testamenti, nam spiritus Diuine effectus per legem erat terrere, arguere per Euangelium ad amorem incitare. Hunc etiam ex Paulo & August. timorem non esse natura malum vt Haeretici clamant, nisi vt Theologi docent sit seruiliter seruilis, satis constat.

Nam ille timor expre[illegible] habet sibi coniunctam peccandi voluntatem. Seruilis ille Iudæorum erat spiritus, hinc repræsentatis crebro pœnis eorum murmura compescebantur, hinc minima incommoda sitis, labori ferre nolebant, metu terram promissam fugiebant, at spiritus fi[illegible] in Christianis contra damna, labores, mortem, cruciatus caritate validus est.

QVÆSTIO II.

Cur dicit Abba pater?

§. 1. MArci 14. 16. Galat. 4. 6. eadem repetitio inuenitur. Syrus habet אבא אבון, *Abba abun, pater, pater noster.* Interpretes omnes emphasin in geminatione, sed non eodem modo agnoscunt. Solus Beza verbum Latinum, aut Græcum existimat esse expositionem textus Syriaci. Hoc ex Syro textu refutatur in quo est etiam, licet cum aliqua mutatione, g[illegible]minatio: quæ etiam est apud Marcum אבא אבי, *Abba abi. Pater, pater mi.* *Abba pater.* Deinde non erat opus expositione, cum Syrum nomen esset notissimum. Augustinus mysterium in dup[illegible] lingua agnouit, nempe Syriace, & Græce [illegible]cutum esse, vt Græcos, & Iudæos vnius patris filios esse significaret. Sed de his in Euangeliorum expositione di[illegible]. Ir[illegible]næus l. 3. cap. 6. *Quorum autem Deorum? quibus dicit, Ego dixi, dij estis & filij altissimi omnes. Hi [illegible]licet qui adeptionis gratiam adepti sunt, per quam clamamus abba pater. Nemo igitur alius, quemadmodum prædixi Deus nominatur, aut Dominus appellatur, nisi qui est omnium Deus & Dominus, qui & Moysi dixit: Ego sum qui sum:*

Hierony[illegible] sl[illegible] refert, quod est Isaiæ cap. 19. *Clamabant enim ad Dominum, & mittet illis Saluatorem.* Cumque, [illegible] nc[illegible]it, T. 4 1-5. *persecutio reuerit à facie tribulantium nomine Christiani, tunc clamabunt in cordibus suis: Abba pater: Et mittet Dominus exercituum saluatorem, id est, Iesum. & iudicem vel propugnatorem, qui l[illegible]beret eos: vt liberati, cognoscant Dominum, & ipsi [illegible]gnoscantur à Domino: & vbi abundauit peccatum superabundet gratia.*

QVÆSTIO III.

An oratio qua p[illegible]trem Deum dicimus stabiliat certitudinem salutis?

§. 1. FIlios Dei esse probat eos, qui spiritu Dei [illegible]guntur: nam spiritus [illegible] [illegible]st, effector a[illegible]moris [illegible]lialis, quo clamant, *Ab[illegible] pater*, [illegible]a autem [illegible] [illegible]orum est, non seruor[illegible]: itaque non o[illegible]portet instar malorum man[illegible] [illegible]more fla[illegible]g[illegible] m[illegible] [illegible] [illegible]is: Chri[illegible] [illegible]m cœtus [illegible] [illegible]m ciuitas, vt pro[illegible] [illegible]ceb[illegible] [illegible] [illegible]quorum gene[illegible] [illegible] imperia occupat, pa[illegible] [illegible]giat [illegible]ida.

§. Hun[illegible] *Filij Dei sunt, quicunque* [illegible] *Dei sunt hæredes vitæ* [illegible] *debent, putamus aguntur* [illegible]

Respondeo Al[illegible] qui, qua[illegible] Illud qui [illegible] Dei [illegible] *vita æterna*: non autem [illegible]ud [illegible] [illegible] & [illegible]ud [illegible] est, o[illegible] næ a[illegible] [illegible]tu Dei. Paulus e[illegible] & cœ[illegible]s sæui[illegible]ns[illegible] in præno[illegible] bili Dei decreto hæres vitæ æter[illegible] tus, non Dei tamen, sed suo spiritu [illegible] modo vero Dei filij sint, qui De[illegible] non omnes prædesti[illegible]atione, seu præ[illegible] qua deficiunt multi versu pr[illegible]cedente exp[illegible] quidem, & inchoatione sunt hæredes, ve[illegible] mundo mult[illegible] hæredes mortem ante obeunt [illegible] offenso patre abdicantur, quam hæreditat[illegible] a[illegible] ita quoque in Ecclesia vsu venit; Chri[illegible]ianorum [illegible] non initia, sed finis laudatur. Mul[illegible] [illegible]lti [illegible] suas deserunt, nec earum recordatur Deus amp[illegible] Nemo autem quamuis filius, quamuis hæredi[illegible] artham Dei spiritum habent, perseueran[illegible]æ [illegible]cutus, futuri c[illegible]rtus est. Præclare Cyprianus de [illegible]tate Ecclesiæ. *Nec quisquam miretur dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere [illegible]inde quoque aliquos tam nefanda quam grauia peccare. Neque enim confessio immunem facit ab insidijs Diab[illegible], aut contra tentationes, & pericula, & incursus atque impetus sæculares adhuc in sæculo positum perpetua [illegible]uersitate defendit. Cæterum nunquam in confe[illegible] [illegible] fraudes, & stupra, & adulteria postmodum videremus, qua nunc in quibusdam videntes ingemiscimus & d[illegible]e[illegible]mus. Quisquis ille confessor est Salomone maior aut [illegible], aut Deo charior non est: Qui autem quam diu in vijs Domini ambulauit, tam diu gratiam, quam de Do[illegible] fuerat consecutus obtinuit, postquam dereliquit Domini viam perdidit, & gratiam Domini sicut scriptum est: & [illegible]cita[illegible]uit Dominus Satanam ipsi Salomoni. Et ideo scriptum est Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam. Q[illegible] vbique Dominus non minaretur auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recente iustitia recedat necesse est corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum iam coronæ, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cumque scriptum sit, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit quidquid ante finem fuerit, gradus est quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo iam culminis summa teneatur.*

[illegible] At clamamus, *Abba pater*, ergo filij, ergò cer[illegible] Respondeo. Vox inclamantis patrem, sperant[illegible] est, amantis est, obedientis est, si sono verborum consentit orantis affectus: non est vero de amore, de perseuerantia securi, etiam si non reprehendat eum conscientia: multo minus, si in grauibu[illegible] minibus, aut criminū proposito hæreant, p[illegible] [illegible]un se filios & hæredes credere. Quis enim filius d[illegible] hæreditate securus sit, si patrem [illegible]ccid[illegible] te statuerit, & voluntatem suum patr[illegible] [illegible]gnitam esse norit. Magna & Caluiniana se[illegible]abant Iudæi fiducia, [illegible]an 8. 41. *Nos vnum patrem habemus Deum*; quibus respondet veritas, *Vos ex patre Diabolo estis.* E[illegible] P[illegible] eo ipso quod Deus pater est, *timere* [illegible] *iubet*, L[illegible]ist. [illegible] c. 1. 1[illegible] *Si patrem inuocatis eum q[illegible]ine acce[illegible] personarum iudicat secundum vnius cu[illegible]usque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini.*

§. Constat vero d[illegible] ni[illegible] [illegible] ne[illegible] A[illegible]stolum. Non enim Scrip[illegible]ra [illegible] [illegible] te[illegible] fi[illegible]a, ned[illegible] hoc l[illegible] nuit [illegible]apl[illegible]on I[illegible]peri[illegible]

[illegible] *fideiu* [illegible] V[illegible] ne [illegible] שבכה *labetat* [illegible], *seu meo* [illegible] *dentia* [illegible] tas ler[illegible] sia, [illegible] lacit ad [illegible] m C[illegible] Verum enim concedamus de E[illegible] ta ag; non de Ierusalem quæ in cœlo beata est, certè in confesso est, Ecclesiæ perpetuitatem, & fidei doctrinæ constantiam, non priuatorum de sua salute certitudinē à propheta prædici. Nec ita quisquam esse stolidus putest, vt ea reipublicæ incolumitate singulorum salutem certam esse statuat. Cum alteri errori Sectariorum ista interpretatio repugnat: nam Ierusalem Christianam, hoc est, Ecclesiam [illegible] ille deficere arbitrantur, imo & aliquando defecisse, quomodo ergo secura esse illa potest? Si illi securitas negata est, qua Scriptura singulis promittitur? Securitatem nullam Scriptura, Prouer. 15.15. Eccles. 8.14. 1. Thess. 5. 3. Verum illa securitas non est Caluinianorum, quædam etiam impiorum. Nam secura mens quasi iuge conuiuium non pertinet ad fiduciarios, sed illa de qua Paulus loquitur securitas.

[illegible]*itas* [illegible] *datur.* §. 4. Quod adfert ex Ioannis 3.19. *Et coram secura reddimus corda nostra*, ad illud in Euangelicis quæstionibus respondi. Non est *secura reddimus*, sed πείσομεν, *suadebimus*, vt vetus interpres, Erasmus, Ballingerus legunt, Pelicanus, *Deo probabimus corda nostra.* Beza hic securitatē somniauit. Ad cætera loca in singulorum expositione respondebitur, ostendeturq; spem nostrā nō in vana præsumptione, & securitatis iactantia cōsistere, sed fiducia filiali, & caritate, qua animus Deo iungitur, & in eius bonitate ita acquiescit, vt nec pusillo mœrore angatur, aut desperet, nec fallace securitate extollatur. Nobis adoptio, hæreditas, spiritus Dei datus est, nihil enim Deus omisit, quod ad salutem nostram pertinet, modo nos nobis ipsi non desimus. Nec ex eo quod fideles audiat clamantes: *Abba pater*, de eorum salute certus, sed ex canone caritatis ita iudicat, cum reconditos hypocritarum sensus scrutari ipse non possit, sed Deo illud relinquat, qui vt suorum consiliorum solus est arbiter, ita etiam cordium nostrorum cognitor.

§. 5. Vrget Caluinus, *Spiritum Sanctum dictare precandi fiduciam, itaque gratuitam obsignare veniam.*

Respondeo. Non negari ab illis Orthodoxis fiduciam quæ tollat anxiam mentis fluctuationem, & metum qui ad desperationem inducat, non tamen absq; salubri timore aliquo eandem esse, nec certitudine fidei posse futurum statū præscire. Hac [illegible] *da-* [illegible] *non* certitudine non appellant Deum patrem. Filius se sperat hæredem parentis futurum, nec gratia eius priuandum, idque sine anxietate, trepidatione, & ærumnosa sollicitudine, nec certo tamen statuere potest, an reuera hæreditatem sit aditurus. Et sane multas habet dubitandi causas: nam potest ipse parentem offendere, vt iure merito abdicetur, potest pater calūnijs circumuentus innocentē domo eijcere, potest varijs casibus euerti fortunis omnibus paterna domus, deniq; mors filij omnē spem sæpe præcedit, inter tot timorum causas sperat alacer tamen filius hæreditatem: At fidelibus vnica solum est dubitandi causa, quæ ab ipsis, nō aliunde pendet; an nimirum sua sponte se indignos reddituri sint hæreditate cœlesti. Sperare igitur, & moraliter certi esse possunt, fallace præsumptione, quam fidei esse iactant, non possunt. Præsertim cum tot millia certitudinem iactant, qui casu tamen suo docent, incertam fuisse. Multorum certitudo est præsumptio, non ergo omnes qui certos se putant, certi sunt; nam [illegible] ex diu[illegible] lis casibus errata.

§. 6. Laborat Pareus vt rem restituat. *Si fiducia precandi nullam certitudinem adfert in futurum, ergo incertitudinem dubitationem adferet, vel saltem in nobis relinquet.*

Resp. Hoc argumentum contra Stapletonum conflatum. Ille ex Augustino præsumptionem damnauit fiduciam precandi, atq; esse ex radice caritatis, caritas non potest in futurum adferre certitudinem cum voluntas sit mutabilis. Pareus ridet Syllogismum, & ait Scopas esse dissolutas, perinde ac si quis dicat. Fons non potest nauigari, Renus est ex fonte, ergo Renus non potest nauigari. Illa tamen dicacitate nō soluit argumentum Stapletoni. Ille enim quod clarissimum est, auctorem inspicienti, fiduciam nosci ex caritate demonstrat, atque ita ab ea dependere, vt ea sublata etiam desinat. Si quis caritate quę est spiritus adoptionis excidat, fiduciæ certitudinem non habebit. Et docent Caluiniani fidem sine caritate & fiduciam veram esse non posse. At caritas in futurum non potest adferre certitudinem, nec fiducia ergo esse potest, quæ sine caritate nulla est. Perinde ac si quis dicat: Arbor est ex radice, radix perpetua non est, nec arbor ergo, quæ sine radice esse non potest. Fons non adfert certitudinem perpetuæ scaturiginis in futurum, nam siccari potest, nec ergo Renus: absque fonte quippe fluuius esse non potest. Posse autem caritatem deficere docet. Augustinus in Enchirid. c. 64. p. 40. *Et quamuis de illis sit veraciter dictum, quot quot spiritu Dei aguntur hi filij sunt Dei. sic tamen spiritu Dei excitantur, & tanquam filij Dei proficiunt ad Deum, vt etiam spiritu suo maxime aggrauante corruptibili corpore, tanquam filij hominum quibusdam motibus humanis deficiant ad seipsos & ideo peccent.*

Caritas sui in futurum certa non est.

§. 7. Falsum etiam est, caritatem habere perseuerantiam semper adiunctam: cum multos quotidie deficere videamus. Nec Augustinus l. de perseuerantia c. 7. certos esse de perseuerantia nos docet, sed à Deo hoc donum esse. *Cum ergo sit super eum manus Dei, vt non discedamus à Deo, ad nos vtique peruenit opus Dei. Hoc est enim manus Dei quoniam opere Dei fit, vt simus in Christo permanentes cum Deo, non sicut in Adam discedentes à Deo. In Christo enim sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur. Manus igitur Dei est ista, non nostra, vt non discedamus à Deo. Manus, inquam, eius est ista, qui dixit, timorem meum dabo in cor eorum vt à me non recedant. propter quod & positi à se voluit ne inferamur in tentationem: quia si non inferimur, nulla ab eo ratione discedimus. Quod poterat etiam nobis non orantibus dari, sed oratione nostra nos voluit admoneri, à quo accipiamus hæc beneficia, à quo enim, nisi ab illo accipiamus, à quo iussum est, vt petamus? prorsus in hac re non operosas disputationes expectet Ecclesia, sed attendat quotidianas orationes suas. Orat vt increduli credant: Deus ergo conuertit eos ad fidem. orat vt credentes perseuerent: Deus ergo donat perseuerantiam vsque in finem. Hos Deus futurum esse præsciuit. Ipsa est prædestinatio Sanctorum, quos elegit in Christo ante constitutionem mundi, vt essent sancti & immaculati in conspectu eius in charitate prædestinans eos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit eos in dilecto filio suo. in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundū diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in eos in omni sapientia & prudentia, vt ostenderet eis mysterium voluntatis suæ secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illa dispositio-*

ne plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo quæ in cælis sunt, & quæ in terris in ipso, in quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum eius qui vniuersa operatur.

Deum prænouisse dicit, non hominem quamuis omnes electi per seuerantiam sint ad vitam venturi. Quomodo in veteri testamento fuerit spiritus seruitutis, in nouo autem filiorū, multis Chrysostumus exponit. monetque etiam illos filios fuisse, sed magnum fuisse υἱοθεσίας discrimen, prout etiam Scholia Græca demonstrant. Origenes ex cap. 4. Galat. Veteres fuisse filios, sed paruulos, sub pædagogo, nos adultos, non amplius sub pædagogo, non quod lege non teneantur, sed quod sponte quæ legis sunt, faciunt. Monet etiam Pareus, veteres non omnino expertes fuisse spiritus filiorum, nec nos omni timore liberos, quod parum conueniens est eorum hæresi, qui nulla sibi scelera imputatum iri temere confidunt.

In veteri testamento etiam filij.

VERSVS 16.

Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei.

QVÆSTIO I.

An Spiritus Sanctus fide nos certos faciat nos esse filios Dei?

§. 1. CAluinus, Beza, Kemnitius, cœteri pro fiducia sua hoc testimonium adferunt, tanquam præcipuum ex omnibus. Hoc approbat Pare⁹ l. 3. c. 9. de iustificatione, & hoc loco in commentarijs ad Romanos. Oecolampadius, *eos qui dubitant, non orasse vnquam Pater noster.* Gualterus, *spiritus nostro hoc non humana sed diuina auctoritate indicari, ideo nec opus humana auctoritate.* Lucas Lossius, Deum non vt seuerum aut Tyrannum timendum esse.

Bellarminus l. 3. cap. 9. de iustificatione hunc in modum respondet. *Respondeo, duæ sunt huius loci expositiones vt etiam duæ sunt lectiones. Vna lectio est latini codicis, quæ habet Spiritum Sanctum testimonium reddere spiritui nostro; Altera est codicis Græci, quæ habet Spiritum Sanctum simul testari cum spiritu nostro;* αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. *Iuxta priorem respondemus cum latinis interpretatibus, Spiritum Sanctum attestari spiritui nostro, quod sumus filij Dei, sed hoc testimonium non esse per verbum aliquod expressum, id est per reuelationem, sed per experimentum cuiusdam suauitatis & pacis internæ, quod non gignit certitudinem, nisi coniecturalem.*

Testimonium duplex.

Iuxta posteriorem lectionem, Respondemus cum interpretibus Græcis, testimonium spiritus nihil esse aliud, nisi ipsam orationem, qua dicimus: Abba pater, *illa enim oratio testimonium est nostrum & Dei. Nostrum, quia nos sumus, qui dicimus:* abba pater, *ac per hoc testamur, hac oratione, patrem nos habere Deum; Dei autem: quia Deus est qui monet nos, vt dicamus:* abba pater, *& hoc modo spiritus Dei simul cum spiritu nostro testimonium perhibet quod simus filij Dei.*

Pareus locis citatis multis ista oppugnat. Primo, Bellarmini responsum non tangere, nec lædere argumentum. Secundo. Latinam lectionem esse vitiosam. Tertio. Blasphemium esse, testimonium spiritus non gignere, nisi certitudinem coniecturalem, fallacem. Hoc esse Spiritum Sanctum arguere fallacitatis. Non potest autem à causa diuina infallibili, nisi pax certa inspirari. Si ergo pax est, ergo à Deo inspiratur. Quarto. Ex fide constat, clamorem, *Abba pater*, non esse à carne & sanguine, sed à spiritu precum, hoc est, à Deo, ergo cum clamamus certi sumus. Hinc concludit Catholicos non habere spiritum Dei, in rebus diuinis admittere fidem coniecturalem. Quinto, in comment. reprehendit Stapletonum dicentem, testari etiam caritatem nostram: essent enim tres testes.

Respondeo. Non modo ista euidenter à nobis posse solui, verum etiam cum ad rem ventum est, ab ipsis auctoribus male fiduciantibus destrui.

Ad primum enim respondeo; Testimonium hoc cum non sit per expressum verbum, sed experimentum cujusdam suauitatis, quam esse à Spiritu Sancto non omnino certum sit, non habet fidei certitudinem. Ad secundum. Falsum est, quod Pareus criminatur: solam Græcam lectionem veram esse Latinam deprauatam. Nam συμμαρτυρεῖν non est modo contestari, seu simul cum alio teste attestari, sed absolute etiam testimonium reddere. Beza cum veteris versionis verba retulisset, adiungit. Nam *συμμαρτυρεῖν, dicitur etiam de vnico teste, qui testimonio suo confirmat, quod alius dixit.* Beza itaque nostram versionem non improbat. Sic & Bullingeri versio potest accipi, qui habet: *Spiritus contestatur spiritui nostro.* Et Bernardus Ochinus. *Spiritus Dei spiritui nostro testatur, nos esse Dei liberos.* Oecolampadius antiquam versionem omnino retinet. Non aliter Wigandus interpretatur, & Osiander Lutherani, quorum posterior sic habet: *ipse enim Spiritus Sanctus, excitans in nobis tales dulces gemitus filiales ad Deum patrem, testimonium reddit spiritui nostro.* Atque hæc sufficiunt, vt homo impius, qui odio Orthodoxæ antiquitatis omnia carpēda sibi sumpsit, suorum auctoritatibus obruatur: cum alioqui etiam Chrysostomus sic interpretetur vt noster. Nam verba illa: τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι, &c. In commentario exponit, τῆς οὖν ταύτης οὐσίας μαρτυρούσης ἡμῖν, *suprema essentia testificante nobis.* Itaque ille συμμαρτυρεῖ. accepit, pro simplice, μαρτυρεῖ. Eadem sententia ex Theophylacto, & Scholijs Græcis etiam colligitur. Sic vertit & Syrus מסהדה לרוחן *mashada leruchan, testans spiritui nostro*, nulla signo compositionem supplente addito. Omitto Hieronymum in cap. 5. ad Galatas. & Augustinum hom. 13. de verbis Apostoli. *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij Dei, non spiritus noster reddit testimonium spiritui nostro, quia sumus filij Dei, sed spiritus Dei arra reddit testimoniū pro ea re quæ nobis promissa est. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij Dei. Si autem filij & Hæredes Non enim inaniter filij, hæc est merces & Hæreditas.* Vbi manifeste repetit, & non nostrum spiritum, sed Dei spiritum reddere testimonium affirmat. Non ergo deprauata est Latina lectio, sed vera.

Testimonium Spiritus Sancti.

Lectio latina defensa.

Ad tertium respondeo. Tuto animo nos detestari eos, qui testimoniū Spiritus S. fallacitatis arguunt. Nec enim cum homines impij sese electos iactant, & de testimonio Spiritus Sancti gloriantur, à Deo illos, sed à propria φιλαυτίᾳ & arrogantia decipi affirmamus, suis credunt quisque, quod periculosissimum est adulationibus. Difficultas in eo consistit, vt explicetur, quomodo testimonium hoc sit Spiritus Sancti, ideoque certissimum, non tamen summa certitudine fidei fidelibus persuadeat, ipsos esse filios Dei. Dicit spiritus: *Deum esse Trinum in personis Christum esse Deum & hominem, & certissima fide verum esse credimus, quod dicitur.* Perhibet testimonium spiritui nostro, quod simus filij Dei,

Spiritus Sanctus nō est fallax.

Dei, & cur dubitemus? Chrysostomus hoc loco sic ratiocinatur. *Idem spiritus testatur vna cum spiritu nostro, inquit, quod simus filij Dei. Neque enim ab ipsa tantum voce id affirmo, aut, sed & à causa, à qua vox ipsa nata est. Spiritu enim dictante atque ea verba præeunte hæc dicimus. Quod quidem alibi apertius declarans dixit: misit Deus spiritum suum in corda nostra, clamantem, abba pater. Quid porro sibi vult spiritus vna cum spiritu testatur? paracletus, inquit, cum dono nobis dato, non enim doni solum vox hæc est, sed & paracleti, qui donum largitus est, nam hic ipse nos per donum docuit sic loqui, quum autem spiritus testatur, qua tandem restat ambiguitas? Nam si vel homo, vel angelus, vel archangelus, vel alia huiusmodi potestas hoc pollicetur, par conueniensque esset nonnullos hæsitare: quum autem summa essentia, & ea quidem, quæ hoc largita sit donum, vel ab ijs, vnde preces fundere iussit, nobis testimonium afferat: quis tandem de dignitate ambiget? neque enim rege suffragio suo aliquem eligente, aut honorem alicui apud omnes præconio suo decernente, sustinebit subditorum quisquam contradicere.*

Hæc ergo quomodo se habeant, considerandum est. Non dubium est admodum diuersa esse illa: iustum esse, electum esse, & de iustitia, & electione certum esse. Nec omnes iustos etiam certos esse iustitiæ, & iustitiæ perseueraturæ, quod de Adamo, Eua, Angelis aduersarij concedere coguntur. *Certitudo vnde.* Testimonium autem Spiritus Sancti semper certissimum est in se, semper etiam quoad nos certum est, cum est in testificante certitudo: cum vero ea deest, non est firmior certitudo, quam signa per quæ testificatio peragitur.

§. 2. Duobus porro modis testimonium spiritus perhibere nostro spiritui potest: Primo, diuinitus quicunque reuelando, & pronunciando, iustum esse aliquem, & electum. *Duplex testificatio.* Sic de Iobo testificatus est iustum esse, de Paulo etiam vas electionis esse. Hoc testimonium diuinum est, & non modo infallibile, sed etiam cum sufficienter propositum est, & tale signum dedit veritatis, quale non potest esse falsitatis, obligat ad credendum: ita Deo affirmante credere debuit Iobus se iustũ esse. Tale paucis testimonium contingit. Nec facile inuenitur qui tale se Dei vel angelorum alloquio certum esse redditum, præter fanaticos quosdam fingat, licet quibusdam sanctissimis viris prædestinationem diuina prouidentia patefecerit. Altero modo testimonium dat spiritui nostro, non affirmando nos iustos, aut electos esse, sed dona conferendo quæ sunt iustorum propria: aut electorum. De hoc itaque testimonio sermo instituitur: nec hæretici aliam testimonij rationem proferre possunt. Iustorum propria dos, qua filij Dei, à filijs Diaboli discernuntur, est à Deo infusa & supernaturalis in Deum caritas. Credere, sperare, orare, opinationem certitudinis instar obstinatam habere, etiam filij Dæmonis possunt.

Nam plerosque nostri temporis Sectarios, Lutheranos, Illyricanos, Zvinglianos, Caluinianos, Anabaptistas eiusdem certitudinis iactatores esse videmus & eos qui magis impij sunt præfidentius iustitiam sibi arrogare. Non ergo iustitiæ maior est certitudo, quam caritatis, siue iustitia sit ipsa caritas, siue habitus caritati indiuiso nexu iunctus. Electionis vero signum vna duntaxat est perseuerantia; de qua absq; Dei speciali reuelatione nemo certus est, nisi qui perseuerauit, & morte obita cœlestem vitam adijt, vel immutabiliter illi paratur.

§. 3. Testificatio Spiritus Sancti igitur hoc loco fit, dum ille in nobis excitat motum caritatis diuinæ, vt ea eo affectu Deum vocemus. *Abba Patrem.* *Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.*

Ex hoc affectu triplex nascitur certitudo. Prima *Triplex certitudo.* est, cum formidine actuali, & anxietate contrarij, qualis est in illis qui pro corona aut brauio certant, etsi enim se recte paratos existiment, metuunt tamen æmulorum vires, & varios casus; itaque subinde animi haurit corda pauor. Hoc euenire solet crebro proficientibus, incipientibus, in profectu languidis, crebro labentibus.

Altera certitudo est firmior, cum fideles quidem norunt fieri posse, vt fallantur, si absolute omnia spectare velint: rationem tamen nullam habent, cur dubitent, aut se extra gratiam esse arbitrentur, cum de omnibus peccatis doleant, pro Dei gloria mori sint parati: nec dubitant actu tales, nec anguntur, eo modo, quo baptizatos sese credunt, & eorum à quibus velut parentibus educantur esse filios. Hæc in multis sanctis est certitudo, qua mirifice acquiescunt in Dei prouidentia, omnia illi permittẽtes, & seipsos in eum amantissime proijcientes, vnum solliciti vt eum toto corde & viribus ament. Hoc testimonium dat Spiritus Sanctus caritatis dispensator, & fidelium consolator.

Tertium certitudinis genus Catharinus, & alij concedunt, alij negant, cum non modo certi sunt fideles, nec vllius dubitationis periculum imminet, sed stolidus & insanus iudicaretur, si quis dissentiret, nec tamen illam certitudinem fidei diuinæ esse existimant, sed ex multis causis firmatam, eo modo, quo nos Europæi, Goam, Iaponiam, Chinam esse certi sumus, de quo nemo dubitat. An Deus eam certitudinem sanctissimis viris, & martyribus, Laurentio, cæterisque in ipso agone dederit, vt curiosum est inquirere, ita temerarium definire. Potuit certè & dedit. Non tamen fidei certitudinem efficit, cum Deus id esse ratus non sit, verum tam vberem consolationis gratiam animo effuderit, vt dubitandi occasionem omnem abstulerit.

§. 4. Spiritus Sanctus dat testimonium spiritui nostro his tribus certitudinis gradibus, semperque *Certum testimonium* est eius testimonium verum: nequaquam fallax, *non facit* aut dubium, nõ tamen certos facit nos de electione, *certos.* fidei summa certitudine, quia non facit certos voluntatem immobiliter in bono perseueraturam, nec facit certos de præsenti iustitia. Quia certissimo scire non possumus, an affectus ille caritatis, quem sentimus, sit naturalis aliqua storge erga Deum, qualem etiam Gentiles, & improbi Christiani aliquando experiuntur, an vero caritas diuinitus infusa. Equidem cum parentum in filios amorem, & vicissim horum in parentes, quam vocant pietatem, perpendimus, eaque in historia legimus, & alia heroicarum virtutum exempla, cum iis mouemur & approbamus, non tamen ad salutem pertinere docemus. Similem amorem naturalibus rationibus excitatum erga summum numen habuisse non modo Christianos, sed etiam Genti- *Naturalia* les satis constat: Vt enim sine supernaturali cari- *quædam* tate proximum, ita Deum diligere possumus. Sic *diuinis si-* est quædam scelerum detestatio naturalis, cupidi- *milia.* tasque virtutum. Cum igitur inter has actiones tanta sit similitudo, vt à solo Deo distingui certissime possint, non est nostrum hoc nisi ex signis iudicium: & signis quæ minus interdum certa, interdum certiora sunt, nunquam autem ea natura sua fidei certitudinem adæquant. Et licet verissimum sit, eum in quo est spiritus adoptionis, esse filium Dei secundum iustitiam præsentem. Non est tamen certum id quod facit, esse à spiritu adoptio-

nis, potest enim etiam aliunde oriri, à reliqua scintilla rectitudinis, quo in natura remansit.

§. 5. Hinc etiam refellitur, quod oggannit Pareus quarto loco: Non sunt istæ actiones à carne & sanguine, ergo à Spiritu Sancto.

Naturales virtutes sunt à natura.

Respondeo. Non esse illas quas sæpe miramur, & laudamus malorum hominum virtutes à carne & sanguine, hoc est, vitiositate, sed à natura, quam vitiauit non destruxit peccatum. Notiones quædam inditæ sunt à Deo, affectusq; boni, vnde præclari quidem, sed ad vitam æternam inutiles fructus colliguntur. Tertullianus in apologetic. c. 17. *Vultis & ex operibus ipsius tot ac talibus quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur: Vultis ex animæ ipsius testimonio comprobemus: Quæ licet carcere corporis pressa, licet institutionibus prauis circumscripta, licet libidinibus & concupiscentijs euigorata, licet falsis dijs exancillata, cum tamen resipiscit, vt ex crapula, vt ex somno, vt ex aliqua valetudine, & sanitatem suam patitur, Deum nominat; hoc solo quia proprie veri huius vnus Deus, bonus & magnus. Et quod Deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum, Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet. O testimonium animæ naturaliter Christianæ. Denique pronuntians hæc, non ad capitolium, sed ad cœlum respicit. Nouit enim sedem Dei viui ab illo, & inde descendit.*

His similia Quadratus, Aristides, Iustinus, Athenagoras, Melito, Theophilus, Antiochenus, Apollinarius, Tatianus, Irenæus. Clemens Alexandrinus, Lactantius, Arnobius, alijque. Multa de summo bono philosophi dixerunt, & suo quodam modo amarunt. Videmus multos Anabaptistarum non modo multarum virtutum actus edere, certitudinem iactare, mortem fortiter subire; olim & hæretici nonnulli à Gentilibus, quod Christum confiterentur occisi sunt, erat affectus ille erga Christum bonus, mori malle, quam eum negare, nec à carne & sanguine profectus, sed opinione imperfecta, opinione quæ sine caritate erat: Multa videntur esse à Spiritu Sancto, cum sint à spiritu nostro.

§. 6. Vrget Pareus. *Fides nostra non est de fide: quia non est obiectum fidei, sed actus credendi. Inepte igitur habitum, actum, obiectum fidei confundunt sophistæ.* Fides enim non creditur, sed sentitur in corde. Non credimus nos credere, sed sentimus & scimus.

Non credimus fide nos supernaturaliter amare.

Respondeo. Hoc ipsum esse, quod testimonium Spiritum Sancti in se certissimum, nobis reddit obscurum. Quia enim non credo me credere, nō credo me amare supernaturalibus donis à Deo acceptis, non possum etiam fide credere, actus illos & affectus esse testimonium à Spiritu Sancto. Nam similes sunt illi actus, siue sint à meo, siue à Sancto Spiritu. Sic Anabaptista in Christum credit, & sentit se credere, & quia sic credit à Turca occiditur. Nec tamen ideo sentit se credere ex dono Spiritu Sancti. Nam fidem non habet. Imo multo minus caritatem, quantam cupit vnitatem & a Domino diuisus est. Conscientiæ propriæ sensus eil n. flexeritis. *Quid ni*, inquit Pareus, *Spiritus proprij sensus qui est sensus fidei, ipsaque fides erit mille testibus certior?* At reuera si est sensus spiritus nostri, non est fidei: non est enim actus fidei, nisi tendat in obiectum fidei, at sensus ille, quo credere, amare nos sentimus, non habet obiectum fidei, nun enim tendit in veritatem à Deo reuelatam: sed est naturale experimentum actionis nostræ, quo non possumus clarissime distinguere inter motus naturæ & gratiæ. Imo cum à filio parens amatur, difficillimum est iudicare, an sit στοργὴ & affectus naturalis, an vero amor ex dono singulari Spiritus Sancti, multoque id minus in amore Dei reuidens est. Ex quo necessario sequitur, quemadmodum diuinum testimonium, sicut Chrysostomus docuit in se semper est certissimum, ita nobis non esse certissimum, hoc quod sentimus esse testimonium Spiritus Sancti. Fatemur fide tenendum, quicquid Deus dixerit, an vero ipse dixerit, non constare nobis certissime, nisi talia sint signa veritatis, qualia non possunt esse falsitatis. Hinc Theodoretus testimonium illud docet esse doctrinam, qua sibi obedientes Deus non reprehendit, sed confirmat esse filios Dei. Chrysostomus, quod dicitur spiritui nostro interpretatur, τῷ δοθέντι χαρίσματι, *gratie data*. D. Th. 1. p. q. 12. de certitudine coniecturali cum Bellarmino interpretatur; & ita cæteri.

VERSVS 17.

Si autem filij, & Heredes: Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & glorificemur.

QVÆSTIO I.

An omnes filii sint heredes?

§. 1. Magna proponit præmia creaturis, non regis alicuius, aut monarchæ, ne angeli quidem hæreditatem, sed Dei: nam hæreditas illa in adoptione promissa est, & mors intercessit testatoris. Bona autem quæ hæredes cernunt absolutissime infinita sunt. Nec hæredes modo, sed quod dignitatem filiorum Dei in immensum auget, ornatque etiam cohæredes Christi. Christum enim Deus fecit hæreden vniuersorum, nos autem eius cohæredes. Verum nonne hæreditas nostra Christus est? illo enim perfecte immutabiliterque possessi sumus, & nos eius sumus hæreditas à patre data. Plane nos hæreditas Christi sumus, & hæreditas Dei, & vicissim Christus hæreditas nostra est, & Deus sors nostra est. Hæreditas nostra est Christus, & merces magna nimis, qui in vita æterna ostendet nobis omne bonum. Nos etiam hæreditas Christi sumus, de quib⁹ dictum est hæreditas mea Israël. Christi vero secundum humanitatem singulari modo sumus hæreditas, vtpote quæ de nostra salute magnopere gaudeat. Nam sicut facta sunt omnia præter electos, ita preciosissima hæreditatis pars sunt electi. Quin & eius humanitas inter omnes creaturas augustissima, pars etiam est nostræ hæreditatis. In humanis hæreditatibus simile aliquid videmus; Vasalli & nobiles hæreditas sunt Principis, ius enim in illos aditione hæreditatis acquirit, vicissim autem illorum etiam est hæreditas ipse Princeps, cui sunt vtili atque honorato obsequio obligati, cuius titulum, & iura quoque in bonis numerant.

Hæreditas nostra Christus, & nos eius cohæredes.

Coniunxit adoptionem & spem hæreditatis, neque enim magnatum filij omnes sunt hæredes, aut sane nō ex æquo hercíscunt hæreditatem. Plures filios habuit Abrahamus, hæreditas soli cessit Isaco, & huius filio Iacobo. At hic omnes Hæredes, non enim diuisione minor singulis datur; Ne igitur Christo aliqua lege soli Hæreditatem dandam suspicemini, omnes Hæredes eritis 1. Cor. 3. 21. *Omnia vestra sunt, siue Paulus, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.*

§. 2. Non

§. 2. Non absolute tamen, hæredes pronunciat, sed conditionem adiungit, *si tamen compatimur, vt & conregnemus, seu conglorificemur*, Syrus. *Quod si patimur cum eo, etiam glorificabimur cum eo*, vbi eleganter opponuntur נחש, *nichasch*, quod est pati, angi, angustijs premi, a חשש, *chaschasch*, & נשתבח, *neschtabach*, quod est a שבח, *schebach*, *glorificari, crescere, augeri*.

Hæc autem omnia ideo dicit, vt excitet ad studium bonorum operum, frænandasque cupiditates si tanta nobis constituta sunt bona. Si tamen compatimur simul cum eo incommoda & labores sustineamus, & doloribus moueamur, seu condoleamus. *Si tamen*, Erasmus hoc affirmatiue accipit, quasi dicat; *siquidem compatimur*, seu, *nam compatimur*, at Cyprianus lib. 3. ad Quirinum epist. 16. Orig. Pseudo-Amb. etiam Beza & Losius, conditionem intelligunt, *si tamen* clarissime 2. Tim. 3. 12. *& omnes quipie volunt viuere in Christo persecutionem patientur*. Pulchre Cypr. ep. 81. *Paulus etiam nos adhortatur, vt qui ad Domini præmissa venire cupimus, imitari Dominum in omnibus debemus.*

Chrysostomus alijq; etiã causaliter exponunt, pro *ἐπείπερ*, *etenim*. Verum etiam si sensum illum sequamur, non minus sequitur operum necessitas, vt hoc loco pag. 358. Lucas Losius Lutheranus, & p. 50. Strigelius fatetur. Nec solus ordo veniendi ad regnum verum etiam media describuntur. Quocirca paulo post dicit, *passiones immensum gloriæ pondus operari.*

§. 3. Ex quo etiam consequitur non aliter nos certos esse hæreditatis adeundæ, quã si cum Christo patiamur. Hoc enim Apostolus concludit, eos qui iam filij sunt per gratiam, si compatiantur, & perseuerent vsque ad finem in gratia adoptionis permaneant, ad ipsam hæreditatem venturos, neminem autem nisi impleta conditione, quam adoptator posuit, bonis paternis potiturum. Hæc conditio est, teste Cypriano: Dominum in omnibus imitari. Epist. 81. *Paulus etiam nos adhortatur, vt qui ad Domini premisso venire cupimus imitari Dominum in omnibus debemus. Sumus, inquit, filij Dei, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur, vt conmagnificemur. Addit etiam comparationem præsentis temporis, & futuræ claritatis, dicens: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Cuius claritatis gloriam cogitantes pressuras omnes, & persecutiones tolerare nos conuenit, quia etsi sunt multæ pressuræ iustorum ex omnibus tamen liberantur quia in Deum fidunt.*

Hæc pluribus exposuit Epistola 56. *Grauior nunc & ferocior pugna imminet ad quam fide incorrupta, & virtute robusta parare se debent milites Christi, considerantes idcirco se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, vt possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere: Hoc est enim velle cum Christo inueniri, id quod Christus & docuit, & fecit imitari: secundum Ioannem Apostolum dicentem: Qui dicit se in Christo manere, debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Item beatus Apostolus Paulus exhortatur & docet dicens, sumus filij Dei. Si autem filij, & heredes Dei, coheredes autem Christi, siquidem compatiamur, vt & conmagnificemur. Quæ nunc omnia consideranda sunt nobis, vt nemo quidquam de sæculo iam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui & viuit in æternum, & viuificat seruos suos in fide sui nominis constitutos.*

Lapsus confessorum. Quantum vero à præfidentia abesse oportet, ipse Epistola 7. probat exemplo confessorum, qui post tormenta gloriam martyrij inquinabant.

Quod quidem maxima pars vestrum cum meo gaudio curat, & confessionis ipsius honore melior facta, tranquillis & omnibus bonis moribus gloriam suam custodit, & seruat, sed quosdam audio inficere numerum vestrum, & laudem præcipui nominis praua sua conuersione destruere: Quos etiam vos ipsi, vtpote amatores, & conseruatores laudis vestræ, obiurgare & comprimere & emendare debitis. Cum quanto enim nominis vestri pudore delinquitur, quando alius aliquis temulentus & lasciuiens demoratur; alius in eam patriam, vnde extorris factus est regreditur, vt deprehensus non iam quasi Christianus, sed quasi nocens pereat? Inflari aliquos & tumere audio, cum scriptum sit: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Dominus noster sicut ouis ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente sine voce, sic non aperuit os suum. Non sum inquit; contumax, neque contradico. Dorsum meum posui ad flagella & maxillas meas ad palmas. faciem autem meam non auerti à fœditate sputorum. Et quisquam per ipsum nunc, atq; in ipso viuẽs, extollere se audet & superbire, immemor & factorum quæ ille gessit, & mandatorum quæ nobis per se, vel per Apostolos suos tradidit; Quod si non est maior Domino suo seruus; qui Dominum sequuntur humiles & quieti, & taciturni vestigia eius imitentur. Quanto quisque inferior fuerit sublimior fiat dicente Domino: qui minimus fuerit in vobis hic erit magnus.

Caluinus quocunq; loquatur sensu, verbis sanè non multum abit à vero.

VERSVS 18.

Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

QVAESTIO I.

An nullo modo sint condignæ passiones?

§. 1. EXistimo *λογίζομαι*, puerile est quod Erasmus contendit vertendum, *reputo*, Beza, *statuo*, Castelio, *censeo*; Connexionem ostendit, docuit frænare passiones & resistere tentationib⁹ propositis ingentibus præmiis; nunc eo promisso alacres ad maiora hortatur, ad crucem ferendam, & sane opportune, nam prima persecutio aliquot post annos, hos omnes absumpsit, extremis cruciatibus, & ludibrio in cruciatu affectos. Iam enim quædam incepta erat sub Nerone, sed mollior persecutio, quæ postea occasione incensæ vrbis, cum Nero eos subderet, erupit.

Optime Tertullianus l. de resurrectione carnis c. 21. ex præmio illo probat resurrectionẽ carnis, &, summũ fidei esse definit. *Tum quod verisimile nõ est, vt ea species Sacramenti, in quã fides tota committitur, in quã disciplina tota cõnititur, ambiguè annunciata, & obscurè proposita videatur: quando spes resurrectionis nisi manifesta de periculo, & præmio, neminem ad eiusmodi præsertim religionem publico odio, & hostili elogio obnoxiam persuadet. Nullum opus certum est mercedis incertæ. Nullus timor iustus est periculi dubij. Et merces autem, & periculum, in resurrectionis pendet euentu.*

§. 2. Hinc Caluinus, Beza, Martyr, omnes penè concludere conantur nõ esse meritũ de condigno, si enim passiones Martyrum, & acerbissimi in fortitudine mortis dolores, non merentur de condigno vitam æternam, non ergo alia. Hinc nugatoriam dicunt distinctionẽ Meriti de condigno, & congruo: nihil *ἄξιον τῆς δόξης*, quod si in statera opponatur, eius pretium æquet. Agnouit Aug. ser. 37 de sanctis. *Quæ erit illa Sanctorum gloria, quã grandis sanctorum lætitia, cum vnaquæq; ipsorũ facies fulgebit tanquã sol, cum ordinibus distinctis populũ suũ Dominus in*

regno patris sui cœperit recensere, & meritis atque operibus singulorum præmia promisso restituere, pro terrenis cælestia. Condignitas præmij & laboris duplex potest cogitari, primo quidem vt precij in dato, & accepto sit æqualitas. Hanc iure merito Apostolus repudiat. Omnes enim actiones omnium hominum ne minima quidem gloriæ parte dignæ sunt. Altera est cum certaminis & præmij maxima est inæqualitas, sed ex fœdere tamen & pacto, minimo facto summum gloriæ pondus adfertur. Maiora semper sunt meritis præmia, digna tamen merita præmijs, quia ita Agonothetes esse voluit. Consule Originem hoc loco: eo sensu dixit Macarius homil. 15. εἰ ἱκανὸς ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ Ἀδὰμ ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου ἐπολέμει πρὸς τὸν σατανᾶν, καὶ ὑπέμενε τὰς θλίψεις, οὐδὲν μέγα ἐποίει πρὸς τὴν δόξαν, ἣν μέλλει κληρονομεῖν, συμβασιλεύει γὰρ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας μετὰ χριστοῦ. *Si quis à tempore conditi Adami, vsque ad mundi finem, aduersus Satanam decertaret, & omnia toleraret aduersa, nihil magni faceret ad illam gloriam, quam hæreditate acquiret, regnabit enim cum Christo in sæcula infinita.* Hoc rebus ipsis ostendisse martyres Gallicanos docet Nicephorus. l. 4. Epist. cap. 16. & voces omnium Sanctorum.

Merita digna præmijs.

Magnitudo gloriæ.

§. 3. Pareus hoc loco, & de iustif. l. 5. c. 3. c. 5. & 14. & 18. Multis cauillis doctrinam de merito oppugnat. *Inter meritum & præmium debet esse proportio, inter passiones & gloriam, multo magis autem inter opera & gloriam, nulla est proportio, non ergo agendo aut patiendo meremur. Nam merito datur merces ex iustitia, ergo ex proportione, ergo ex æqualitate.* Cum vero respondetur, bona opera, passionesque natura sua nō habere dignitatis proportionem, sed ex pacto, atque ita docere veteres, contra hoc ipse insurgit. Neque cum promissione proportionem habere contendit. Manent enim tam ratione promissionis, quam ratione suæ naturæ opera temporalia, finita, proinde improportionata vitæ æternæ.

His ille argutijs nec causam suam iuuat, & alia dogmata euertit. Nam inter gratiam sanctificantem seu ipsam sanctitatem, siue inter caritatem huius vitæ, & beatitudinem æternæ, non potest non esse aliqua proportio, quamuis non sit æqualitas quam vocant Arithmeticam, Philosophi & Theologi, est tamen ea proportio, quæ est inter semen & arborem, seu semen & fructum. Est æqualitas Geometrica, quæ inter Deum & hominem ius quoddam ex mutuo pacto ortum constituit: Inde enim consequitur, vt cum homo fecit, quod iussus erat, Deus debeat, quod promisit: nam seipsum negare non potest. Etsi ergo non sit æqualitas rei ad rem, præmij ad laborem, necessario tamen est æqualitas præmiantis ad laborantem, reddentis ad obedientem, æqualitas non dico Dei ad hominem, sed proportio & conformitas operis ad promissionem Dei, & acceptio præmij in homine, quæ respondeat diuinæ promissioni: quæ sola æqualitatem construit. Accipit homo illud, quod Deus operi promisit, magnum paruo, æternum temporario, sed quia promissum est ex iustitia dandum est: quia vero ex iustitia, proportionem habe: æqualitatis non rei ad rem absolute & secundum naturam, sed rei promissæ ad opus cui promissa est.

Proportio inter meritum & præmium.

Nec vllius est momenti, quod laborem, & opus etiam cum promissione temporarium & finitum dicit, vitam autem æternam. Nam etiam sanctitas & eius primarium opus est æternum amare. Caritas vero huius vitę non modo proportionem habet cum caritate quæ est in alia vita, sed prorsus eadem est, licet in alia vita felicior sit & perfectior. Constat autem inter æterna & temporaria aliquam esse proportionem, quamuis & sanctitas electorum æterna est.

§. 4. Si vero omnis inter sanctitatem & opera huius vitæ, atque inter mercedem proportio negetur, duo inde admodum impia dogmata deducentur. Primum Origenistarum, pœnas damnatorum adeoque Satanæ æternas non esse, quod criminis commissio temporaria sit, ideo nulla sit æqualitas iustitiæ. Alterum Socinianorū: ne Christi quidem opera ad salutem nobis promerendam se se extendisse: Nam finita & temporaria fuerunt. Si hic ad personæ dignitatem recurritur, veritas quidem defenditur, sed tamen & aduersarius confutabitur. Nam ratione operantis personæ, finiti operis, infinitum est præmium: Habere ergo finitum opus ex natura mercedem duratione infinitam. Dei ergo promissio sic statuentis etiam similem proportionem efficere potest. Certe dignitatem illam Scriptura agnoscit Sap. 3. 5. *Et inuenit eos dignos se.* 2. Thess. 1. 5. *Vt digni habeamini regno cælorum.* Apoc. 3. 4. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* Stolida vero est Parei responsio l. 5. c. 3. de iustif. *Fideles esse dignos, non opera digna.* Dignas esse personas quia dignas facit Deus, puerile hoc est cauillum opera digna sunt, quia digna Deus esse iubet, dum præmium ponit, & sese operanti obligat. Tentauit eos, & inuenit dignos, vnde inuenit, nisi quia in tentatione perseuerarunt? Quin constat hoc ipsum ex loco Apocal. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.* Vbi Beza vertit: *ideoque ambulabunt.*

Æterna pœna ad factū temporarium est proportio.

Si personæ digna sunt, ergo & opera.

VERSVS 19.

Nam exspectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei exspectat.

QVÆSTIO I.

Quæ sit illa exspectatio creaturæ exspectantis?

§. 1. SYrus tem verbis duobus expressit: *Omnis,* inquit, *creatura* מסכבא *mesabra, exspectans,* & מסכיא *mesactia,* prospiciens. In Græco etiam duo sunt verba ἀποκαραδοκία ἀπεκδέχεται, *exspectatio exspectat.* Græci nominis ratio significat, valde anxiam & sollicitam, quasi exerto capite exspectationem, quæ tum erigere & quatere solet pectora, cum res summi momenti est, quæ exspectatur, & iamiam adesse videtur. Ita Pompeius, vt habet Plutarchus in Cæsare extremum pugnæ euentum exspectabat. Πομπήϊος ἄφθογγος ᾤχετο ἀπιὼν ἐπὶ σκηνὴν, καὶ καθεζόμενος ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. *Pompeius tacitus ibat ad tentorium abiens & sedens anxie exspectabat euentum,* quamuis ibi est καραδοκεῖν, non autem ἀποκαραδοκεῖν, vt hoc loco. Quia vero solent tales identidem respicere, ideo interpretatur Ambros. *frequentem exspectationem.* Hilarius *longinquam.* Chrysostomus interpretatur τὴν σφοδρὰν προσδοκίαν, *vehementem exspectationem.* Et Scholia Græca etiam ἐπιτεταμένην καὶ σφοδρὰν προσδοκίαν, *intentam, & vehementem exspectationem.* Hæc est ergo exspectatio.

ἀποκαραδοκία.

§. 2. Veruntamen τὴν κτίσιν tripliciter hic interpretari

pretari posse video. Nam creaturam vniuersam designare potest angelos, homines, cœlum, cætera. Deinde omnem creaturam corpoream, non angelos, denique solos homines. Origenes angelos etiam complectitur, qui resurrectionem hominum, & iudicij diem exspectant, ignari quando venturus sit. Repugnare tamen videtur, quod angeli vanitati subiecti non sint. licet enim eorum curæ operaque quibus saluti hominum seruiunt, finem non consequantur, nisi in electis, sed in irritum cadant, non vanitati tamen subiectos dicere vellem, cum diuinæ gloriæ seruiant. Nam alioqui etiam Christus vanitati subiectus diceretur, cum Iudæis incassum Euangelium regni promulgauit. Ministratorij sunt spiritus etiam in rebus crebro corporeis, vt prælijs, nuptijs alijsque, sed non vana est eorum actio. Quæ porro Origenes l. 1. c. 7. περὶ ἀρχῶν de cœlis, sole &c. habet, hæretica sunt.

Creatura.

Melior eorum est sententia qui nomine creaturæ solum hominem intelligunt, *is enim proprie exspectat, & parturit.*

Tenenda est tamen tertia interpretatio, omnem intelligi creaturam mundanam præter hominem atque exspectationem, parturitionemq; per prosopopeiam illis tribui: ita S. Chrysostomus *Quod enim ait, hunc habet sensum: Hæc creatura vehementer dolet, hæc quæ modo diximus, bona exspectans, nam ἀποκαραδοκία vehemens conspectatio est, vt autem oratio significantior fieret, & mundum hunc vniuersum loquentem inducit, id quod & prophetæ factitant, inducentes tum fluuios manibus plaudentes, tum colles saltantes, tum montes subsultantes, non vt hæc animata esse putemus, neq; vt illis cogitationem aliquam attribuamus, sed vt bonorum amplitudinem intelligamus, vt quæ vel ea etiam, quæ sensu carent, pertingat.*

Omnis creatura exspectat.

Ita Iren. l. 5. c. 63. Et Scholia Græca in quibus tamen non video, quomodo κτίσιν dicat ἄφθαρτον πλασθεῖσαν, incorruptibilem formatam, ob hominum peccata corruptam esse: cum pleræque creaturæ sint factæ corruptibiles, nec illæ, quas æternas nonnulli putant, naturam hominum delicto mutarunt. Tertullianus eodem modo contra Hermogenem libro c. 11. *Immo & iudicium frustra constituit Deus, in iustitia vtique puniturus, quibus contra malum finis cum præside eius Diabolus abierit in ignem, quem præparauit illi Deus & angelis eius, prius in puteum abyssi relegatus, cum revelatio filiorum Dei redemerit conditionem à malo, vtique vanitati subiectam; cum restituta innocentia & integritate conditionis pecora condixerint bestijs, & paruuli de serpentibus luserint; cum pater filio posuerit inimicos sub pedes, vtique operarios mali.*

Vbi cum conditionem vocet, & à filijs Dei distinguat, non est dubius sensus, cur non etiam Apostolus diceret: Homines reuelationem filiorum Dei exspectant, si non intelligit de cæteris creaturis? Denique de nobis postea loquitur, *& nos ipsi primitias spiritus habentes ingemiscimus.*

Hieronymus in c. 30. Isaiæ ad extrema tempora retulit. *In die*, inquit, *T. 4. ergo interfectionis multorum, cum arrogantes superbique corruerint, & qui posuerunt in cælum os suum, didicerint esse se terram: erit lumen lunæ, sicut lumen solis, quando dederit Dominus cælum nouum, & terram nouam, & transierit habitus mundi, huius vt luna, & sol laboris & cursus sui præmia consequantur. Etenim exspectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei præstolatur: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei: licet ea quidam organa lucis intelligentes, insensibilia esse contendant.*

Porro hunc sensum Pauli argumentum etiam exigit. Probare enim constituit: non esse condignas passiones ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tanta est enim gloria, præmiumq; filiorum Dei, vt omnis creatura quasi omnium rerum oblita, in hanc solum intenta, auidissime exspectet reuelationem filiorum Dei. Quanto magis igitur ipsos Dei filios omnia constanter agere, & pati oportet, vt gloriam illam consequantur? Vniuersum hoc quam late patet, in procinctu stat, paratum ac ornatum, vt filijs Dei de se victoriæ gratuletur, cœli elementa, plantæ, omnes creaturæ, naturali instinctu, quem sapientissimus auctor naturæ nequaquam frustra indidit gloriæ filiorum Dei seruiunt. Tanto autem desiderio anhelat, vt verbis Apostolus explicare non possit, & pene loquentium leges migret, dum dicit, exspectatio exspectat. Quasi dicas, tota creatura aliud nihil agit, quam vt exspectat, aut ipsa est exspectatio. Itaque eam nostram versionem Beza reprehendit quasi barbaram, non animaduertit in ipsum Apostolum cauillà sua recidere, qui non dixit κτίσις ἀποκαραδοκοῦσα ἀπεκδέχεται, *creatura exspectans exspectat*, sed *exspectatio creaturæ exspectat.* Quin & Bezam castigat Magister eius Caluinus: Porro locutio ista, inquit, *exspectatio exspectat, etsi Paulo inusitatior, habet tamen commodissimum sensum, significare enim magnam anxietatem.* Exponit ista Ambrosius 4. Hexemeron. Ita etiam Scholia Græca προσωποποιΐα δὲ ... τὸ πᾶν, ἵνα τι τῶν ἀγαθῶν τὴν ὑπερβολὴν δηλώσῃ. *Prosopopeia est, vniuersum, vt bonorum ingentem magnitudinem significet.* Sumpta figura est, ab incessu & electione magnorum principum, dum enim in conclaui de electione imperatoris consultatur, dum suffragia feruntur, omnia spectandi loca populus occupat, omnes intenti in hoc vnum, exspectant, quis electus imperator egrediatur. Hunc in modum totus mundus nunc exspectatione incredibili attectus astat, vt videat, qui sint filij Dei, quorum gloriæ omnia illa creata sunt, qui filij Diaboli, in quorũ tormenta omnes creaturæ armãtur. Quanto nos magis attentos esse, & spe beatæ immortalitatis erectos oportet, quorum res agitur? Creaturæ in alienum negocium defixæ exspectant, nos nostram causam agimus, cuius exitus est, aut regnum, aut rogus. Mirum sane omnibus creaturis exspectatione status nostri quasi stupore defixis, in alias cogitationes posse animum nostrum auocari, vt non creaturarum intuitu mox ad finis sui considerationem retrahatur.

Quomodo creatura exspectat.

VERSVS 20.

Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe.

QVAESTIO I.

Cui vanitati, & quomodo subiecta sit creatura?

§. 1. TRia hoc loco exponenda veniunt. 1. Vanitas creaturæ. 2. Quomodo subiecta sit non volens. 3. Quomodo subiecta in spe. Vanitati subiecta est, hoc est, ματαιότητι, vt Græcus habet: Est autem μάταιον, quod vanum, sine lucro, inane est: quod frustra est: solent illi sic loqui: μάταιός ἐστι, frustra est, fallens, frustrabere. Syrus non habet hoc loco הבל, sed סריקותא *serikutha*, quod proprie significat κενότητα seu inanitatem, rem nihili,

seu

seu vilem, abiectam, quæ integritate, & ornatu careat. Verum rectius meo quidem iudicio Syrus vertisset, הבלא *Hebla*, quod respondet Hebræo הבל *Habel*, non enim hic agitur de creaturarum inanitate, aut vilitate, sed frustratione & abusu, quod magis illa vox indicat. Habel autem vtrunque significat. Vtrunque sensum Hieronymus in primum Ecclesiastem agnoscit. *In Hebræo pro vanitate vanitatum,* הבל הבלים *Hebal hibalim scriptum*
Conditio creaturæ. *est, quod exceptis LXX. interpretibus, omnes similiter transtulerunt ἀτμὶς ἀτμῶν: quod nos possumus vaporem fumi, & auram tenuem, quæ cito resoluitur appellare. Caducum itaque nos nihil ex hoc verbo vanitatis ostenditur. Quæ enim videntur, vt ait Apostolus, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna, siue quia vanitati creatura subiecta est, & ingemiscit, & parturit, & præstolatur reuelationem filiorum Dei: & nunc ex parte cognoscimus & ex parte prophetamus tamdiu enim omnia vana sunt, donec veniat quod perfectum est.*

Vanitas igitur creaturæ, quod ad Dei conditionis sui gloriam producta, ad eius contumeliam seruiat, magno ordinis abusu: à Deo autem ὑποτάγη *subiecta est*, & subordinata, vt milites subiecti sunt ducibus, atque ad eorum nutum mouentur, non enim hoc voluit dicere, creaturam esse subiectam vanitati, sed ordinatam à Deo vt cogatur obtemperare homini: hinc subijcitur vanitati hominum, auaritiæ, libidini, gulæ, inuidiæ, odio. ὑποταγῆναι autem militare verbum est. Syrum אשתעברת *Eschthaghberath*, seruilem subiectionem significat, ita & Apostolus vocat seruitutem corruptionis. Indigna est enim seruitus perpetua mutationis, quæ non seruitur Deo, sed cupiditates hominum prauorum explentur. Hæc est etiam Tertulliani expositio, l. de corona militis. c. 6. *Quæris, an conditionis omnis fruenda natura nobis debeat præire, ne illa rapiamur, quæ Dei æmulus vniuersam conditionem certis vsibus homini mancipatam, cum ipso homine corrupit. Vnde eam & Apostolus inuitam ait vanitati succidisse, vanis plurimum vsibus, tum turpibus & iniustis, & impijs subuersam. Sic itaque & certa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis qui natura quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à Diabolo esse mutata.*

Et c. 8. *Huic quæstioni sic vbique respondeo, admittens quidem vtensilium communionem, sed prouocans eam ad rationalium & irrationalium distinctionem, quia passiuitas fallit obumbrans corruptelam conditionis, quia subiecta est vanitati. Dicimus enim eadem & nostris & superiorum vsibus, & Dei rebus, & ipsi Christo competisse, quæ meras vtilitates, & certa subsidia, & honesta solatia necessarijs necessitatibus vitæ humanæ procurent: vt ab ipso Deo inspirata credantur prouisore, prospectore, & instructore, & oblectatore sic forte hominis sui. Quæ vero hunc ordinem excesserint, ea non conuenire vsibus nostris, præsertim quæ propterea scilicet nec apud seculum, nec in Dei rebus, nec in conuersationibus Christi recognoscitur.*

§ 2. Subiecta est οὐχ ἑκοῦσα, *non volens.* Syrus לא בצבינה, *La bezebianach*, non *in voluntate sua.*
Creaturarum abusus. Non quod creaturarum sit potentia, volendi, vel nolendi, sed quod methaphorice inanimis tribuatur actio viuentium. Si enim loqui posset & sentire rei indignitatem, magno dolore ferret in Dei contumeliam se impendi, & quacunque ratione posset abusum sui vindicaret. Itaque disputationes, quas nonnulli hic s[illegible]nt minime necessariæ, an nempe corruptio sit naturalis, an non à Deo? agitur enim hic de [illegible]ruitute corruptionis, qua seruire peccatis cogitur.

§. 3. Subiecta est autem [illegible] nece[illegible] tore, ἐπ' ἐλπίδι, *in spe*, quæ verba S[illegible] rus c[illegible] ribus iungit, & sensus e[illegible] cohære[illegible] N[illegible] fore vt liberetur à [illegible] tec [illegible] trup[illegible] itaque irop[illegible] etiam spem e[illegible] creat[illegible] cum omnia desunt, voicum [illegible] amici.

Spes bona dat vires animum quoq; spes bona seruat,
Viuere spe vidi, qui moriturus erat.

Ita creaturam quoque [illegible] d[illegible] gnit [illegible] tem[illegible]s conseruat. [illegible] ἀτυχῶν σώζ[illegible] ταῖς ἐλπίσι. *Vir ærumnosus spe seruatur.* Liberabitur autem in libertatem gloriæ filiorum Dei. Non in eandem libertatem, sed similem, vt sit iam creatura incorruptibilis, & in statu suo perseuerans. Chrysostomus *vero* interpretatur διὰ propter. *Hoc est, inquit, propter libertatem. Nam quemadmodum nutrix ea qua infantem alit regium, illo ad paternum principatum euecto, & ipsa quoq; bonorum fructuum percipit: ita & creatura, inquit. Vides hominem nusquam non præcedere, ac propter illum omnia fieri? vides vt leniat ac mitiget concertantem, cum autem Dei immensam ostendat benignitatem? Quid enim doles, inquit, ob tentationis? tute propter temet pateris: creatura propter te. Non solum autem leuat, sed & di[illegible] fidem astruit. Si enim creatura sperat, propter te modis omnibus facta: multo magis tu, quum propter creatura bonis illes omnibus fruitura est. Nam veluti homines ipsi dum filius dignitate aliqua adepta producturus est, & seruos quoque splendidiore veste ad filij gloriam exornant ita & Deus creaturam incorruptione vestit in libertatem gloria filiorum.*

VERSVS 22.

Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

QVÆSTIO I.

Quis gemitus & parturitio creaturæ?

§. 1. DEmonstrat creaturam vna cum Dei filijs asserendam aliquando in libertatem filiorum Dei; nam hucusque ingemiscit, & parturit, seu doloribus partus distenditur, quod indignus seruire, & in Deum inimicis obtemperare cogatur. Non autem est consentaneum diuinæ sapientiæ, & bonitati, vt tantam ordinis perturbationem sinat esse perpetuam: sed vt creaturam reuocet ad seruiendum electis, imprimisq; ipsi Deo. Fieri enim non potest, vt homines pij, virtutum studiosi, ideoque Deo grati, ad interitum conditi sint, vt impiorum crucibus, & sæuitiæ viuant obnoxij, impij vero, numinisque contemptores, ad dominatum, & perennes voluptates. Si igitur creatura nostris & suis afflictionibus ingemiscit, si suo modo humanis ingemit ipsa malis. Nam in Græco
Solatius [illegible] est, συστενάζει, & συνωδίνει, Syrus tamen pro sim[illegible] e verbo accepit, cur nobis in hac vita prospera læta fingamus? Certe gemitus totius mundi ad delic[illegible]as nos nequaquam inuitat. Chrysostomus gemendum propter prolongatam vitam pronunciat. *Vides vt autem pudefaciat: tantum non hoc proferens, ne creatura efficiare deterior, neu tu præsentibus rebus acquiescas, non enim illas solum non amplecti oportet, sed ingemiscere, ob retardationem nostra ab hoc orbe profe[illegible]ioni. Si enim creatura hoc facit: multo magis conuenit te, qui ratione præditus ornatusque es, hoc ostendere. sed nondum hoc magnopere facit, ad pudorem incutendum, idcirco ad*

[illegible] græca [illegible] gan [illegible], & ita [illegible] placent, [illegible] simplice verbo [illegible].

VERSUS 23.

Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.

QVÆSTIO I.

Quæ sint primitiæ Spiritus?

§. 1. PRimitiæ duplicem significationem habent, ex duplici respectu, quem ex natura sortiuntur. Primo significant dignitatem, & præstantiam, sunt enim fructus præcoces, quæ Deo offerri solent, quibus tota messis deinde sanctificatur. In maledictione montis Gelboe est, ne sint agri primitiarum, Hoc enim fertilitatis eximiæ esse constat, summa primitiarum ratio est in frugibus, quæ primogenitorum in animalibus.

Deinde primitiæ ad totam messem comparatæ exigua portio est, non semper omnium maturo, sed uberitatis in messe secuturæ tamen indices, inde ἀπαρχαὶ, & hoc loco in Syro [illegible] *Reschitha*, appellantur. Hinc duæ omnino interpretationes ortæ sunt. Apostolos primitias spiritus habuisse, hoc est, primam Spiritus Sancti post resurrectionem gratiam, dona linguarum, sanitatum, aliarumque prærogatiuarum, infallibilem & sine periculo ac timore tradendi integritatem, suæ prædestinationis spem aleam reuelationem: aliaque innumera, tanquam Ecclesiæ primogenitos, Patriarchas, & Doctores, quorum auctoritati nemo par fuit, atque ita primitiæ Euangelij creditentis fuerunt, diuinis conspectibus oblatæ.

Altera expositio, eosdem Apostolos habuisse primitias spiritus, sed exiguadona spiritus, quæ sint primitiarum instar, si cum tota messe conferantur. Omnia enim quæ collata sunt Apostolis, indicia quædam sunt & vestigia tenuia immensæ gloriæ, quæ reuelabitur in cælis. Itaque Augustinus primitias oblatas ait, nondū vero holocaustum, quod futurum est in resurrectione iustorum. Et Scholia Græca vocat μεγίστην πνευματικῶν χαρισμάτων ... Parvum initium quoddam, gustumque spiritus, [illegible] quia accipientes ad ea quæ illic sunt, transire festinant.

§. 2. Mihi dubium non est, Paulum primitiarum nomine, donorum quæ in Apostolos collata sunt excellentiam indicare velle. Nam consolari Christianos multis difficultatibus pressos conatur, atque ad spem immortalitatis beatissimæ erigere. Non [illegible] autem si filij Dei ingemiscant, cum [illegible] statu eorum causa etiam gemat, & [illegible] Imo [illegible] Apostoli à Deo dilecti, à Christo [illegible] quam primitiæ in templum Dei oblati intra se gemant, licet primitias spiritus habeant, tantaq; [illegible] iur miracula, vt [illegible] mundum in admi[illegible] adducant.

[illegible] a vero miseri & afflicti etiam querulì esse so[illegible] [illegible] m p js al[illegible] uando illa [illegible] Si [illegible] mus nobiscum, cur [illegible] mus [illegible] [illegible] cædimur. meritoillos exemplo

Apostolorum consolatur, [illegible] tantis donis erant complexi, vt nemo [illegible] similes [illegible] omnibus tamen quam exteri Christiani in malis afflictabantur, & intra se gemebant expectantes adoptionem plenam, corporum scilicet redemptionem. Ad consolationis efficaciam illa se excellentia dignitatisque Apostolorum, quæ tame arcanos gemitus non restituit, sed auxit Nec causa erat cur diceret Apostolus genere initia quædam spiritus habentes, cum cæteri minus haberent. Habuerunt veteres etiam spiritum Dei, sed legem nouam caritatis Apostoli promulgarunt, status enim filiorum est, ille seruorum erat.

Carispimi Dei amici sunt fere afflicti.

§. 3. Pareus occurrit veritati contrariis, & vocem *adoptionis* exagitat. *Si enim hæreditas est ex adoptione, non ergo ex merito, nam & in humana adoptio ad hæreditatem non fit ex meritis, alioquin periret gratia adoptionis. Deus autem non prædestinauit nos ad vitam labore promerendam.* Hæc ille.

Respondet Stapletonus & Bellarmin. Quamuis prædestinatio sine præuiso fieret merito, non eandem tamen esse ratione salutis & gloriæ. Nam labor noster, & iustificatio quæ est causa sanctitatis & rationem medij habet ad mercedem. Iustificamur gratis, iustificati gratis per opera caritatis meremur. Non ex operibus nostris saluauit nos, hoc est iustificauit: nec ex operibus nostris liberè arbitrij, sed operibus gratiæ suæ, quæ ipse in nobis operatus saluos nos fecit, seu glorificauit. No pugnant ista misericordia & meritis saluari: nec illa: misericordia & fide: vt enim fides nascitur ex Dei misericordia, ita & meritum, quod Deo non misetente nullum esse potest. Concedit tamen opera esse necessaria vt causam sine qua non, seu necessariam concurrentiam ad effectum, propter alios fines, non iuuare tamen ad salutem. *Quis nescit*, inquit, *conditionem obedientiæ filij naturalis erga patrem, esse necessariam? est enim pars honoris debiti parenti. An ideo meritoria?*

Gratia & meritum nō pugnāt.

His tamen meritum confirmatur. Nam opera sunt conditiones sub quibus Deus promisit mercedem, illis impletis, iam merces Deo non est amplius libera sed debita: Quod autem facit sua præsentia, vt debitum fiat ex indebito, hoc conducit ad mercedem, siue illud sit debitum, siue indebitum quod ob promissam mercedem agitur. Sic & Christi obedientia debita fuit, quia mandata; omnis enim obedientia mandatum respicit, & tamen erat meritoria. Huc pertinet filij naturalis erga patentem obedientia: Nam si parens duobus filijs imperet, vt in vineam laboratum exeant, obtemperanti hæreditatem promittat, contumaci abdicat onem minetur, nemo non videt, laborem obedientis ad hæreditatem veoisse, alienus inobedientiam obstitisse, ne bonorum paternorum esset particeps.

Quod vero Ambrosius de fide c. 14. dicit. *Si nobis non resurrexit, vtique non resurrexit, qui sibi cur resurgeret, rationem non habebat:* non significat Christum morte sua sibi non meruisse. Sed de resurrectione loquitur, qua vtique non meruit, merendi enim officium, & tempus morte finitum est. Resurrexit ergo nobis, vt esset exemplar nostræ resurrectionis, vt caput nostrū esset verus homo, nosq; in spe resurrectionis erigeret: non vt vel sibi, vel nobis resurgendo mereretur. Non sibi, quia eius corpus in sepulchro diuinitati coniunctum erat, nec visurum erat corruptionem, alioqui & sibi resurrexit corpori mortuo vitam reddendo. Sic res Ambrosij [illegible] a est. Testatur ille & San-

Christus resurgendo nō meruit.

& Sanctorum & Christi merita. l. 7. Epi[illegible] *det per singulos nostrorum statera meritorum atq; exiguu, vel boni operis, vel degeneris flagitij momentis huc atq; illuc sæpe inclinatur. si mala vergant, time. si bona, præsto est venia. Nemo n. à peccato immunis, sed vbi propendunt bona, [illegible] aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum tanquam molari depressos lapide mergent.*

Imo hæ[illegible] os c[illegible]edi[illegible]t, qui n[illegible]gant martyrum merita. Serm. 91. de inuentione corporum S. Geruasij & Prothasij. *Celebritate vestra, quis solent, inuidens. Et quia celebritatem vestram inuidis animis ferre nō possunt, causam celebritatis odere, atq; amentia i[illegible] tantum prodeunt, vt negent Martyrum merita, quorum opera etiam dæmones confitentur. Sed hoc non mirum. Siquidem tanta est incredulorum perfidia, vt tolerabilior sit Diaboli confessio. Dicebat enim Diabolus. Iesu fili Dei viui quid venisti ante tempus torquere nos? Et cum hæc audirent Iudæi, ipsi tamen filium Dei denegabant. Et nunc audistis clamantes dæmones & confitentes Martyribus quod pœnas ferre non possint, & dicentes: Quid venistis, vt ante tempus nos tam grauiter torqueatis: Et Arriani dicunt: Non sunt isti Martyres, nec torquere Diabolū possunt, nec aliquem liberare, cum tormenta dæmonū ipsorum voce probentur, & beneficia Martyrum, remedijs cæcarum & absolutorum tadijs declarentur.* Et deinde. *Sed quæro qui non credunt, vtrum à Martyribus possint aliqui visitari, hoc est, Christo non credere, ipse enim dixit:* Et maiora his facietis: *an ab istis Martyribus quorum merita tam dudū vigent, corpora dudum aperta sunt. Quæro hic vtrum mihi an Sanctis Martyribus inuideant? si mihi. nunquid à me aliqua virtutes fiunt: Nunquid meo opere, meo nomine? Cur igitur mihi inuident quod meum non est: Si Martyribus restat enim, vt si mihi nō inuident, Martyribus inuidere videantur, ostendunt alterius fidei fuisse Martyres, quam ipsi credunt. Neque enim aliter eorum operibus inuiderent, nisi fidem in his fuisse eam quam isti non habent, iudicarent, fidem illam maiorum traditione firmatam, quam dæmones ipsi non possunt, sed Arriani negant.*

Hæretici negāt martyrum merita.

Martyribus inuident, qui martyrum fidem nō habent.

In locum Arrianorum succedunt Caluiniani ne desint qui contra Martyres & Sanctos, causam Iudæorum & dæmonum propug[illegible]ent.

VERSVS 24. & 25.

[S]pe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus speramus per patientiam ex[s]pectamus.

QVÆSTIO I.

Quomodo spe salui simus?

§. 1. RAtio[illegible] reddit, cur dixerit filios nos esse & [h]æredes exspectare tamen [illegible]do[illegible]tione, hoc est, redem[illegible]ptio[illegible]é corporis n[illegible]stri Nam spe s[al]ui facti [s]umus [illegible] est, adop[illegible] integrā nō[illegible] ne[illegible]us. T[illegible] in adoptione [illegible]ibus te[illegible]poribus respondentia. Electio & prædesti[n]atio, qua nos ab æterno filios [ele]git; [v]ocatio & iustificatio, qua nos [illegible] tu[illegible] & [illegible] omnium ac societa[illegible] hæ[illegible]es adsc[illegible]. [Glori]ficati[o] qu[illegible] hær[illegible] æternum [illegible]. [illegible] inquit. [Ele]ctos & præde[stin]a[illegible] os esse [illegible] q[ui]dem no[illegible] s, sed [illegible] iusti [illegible] per[s]euerantia, glo[r]ia[illegible], nō [illegible] illa videmus,

Ordo nostra vocationis & salutis.

[illegible]patientiam ex[illegible] [illegible]quedi[illegible]os belli labor[illegible] spe animum solatur, & [illegible] in media discrimina co[illegible] *videtur non est spes*, pro re sperata [illegible]

§. 2. Hinc apparet quā insani[illegible] se elec[t]os iudi[c]ant, & per[illegible] Apostolus [illegible]am salute[m] nost[illegible] quæ metum non excludit om[illegible] titudinem [illegible] habet, quæ cu[illegible] dubitatione non d[e]bemus. Ob[illegible] spe dicimur salui facti, n[on] excl[u]di [illegible] Christi meritum, Dei misericord[ia]m. [illegible] nec doc[tri]nê esse scripturæ, quæ nunc [illegible] alterum ponit. Sic dicitur: omnis qui cre[dit] est ex Deo, & omnis qui diligit natus est ex [Deo]. Aug. l. de fid[e] & operibus c. [illegible] *Ideo aliquando al[illegible] sine altera. sine illud, sine illud, pro plena Doctrina in[illegible]tur Scriptura commemorare, vt etiam hoc modo intell[igi]tur alterum sine altero esse non posse: Quia & cred[it] debet facere quod præcipit Deus: & qui propterea facit, præcipit Deus. necesse est, vt credat Deo.*

Et c. 23. & 25. & [illegible]. 28. de natura & gratia. A[illegible] ex professo eos refutat, qui vni fidei ita salut[em tri]buunt, vt opera excludant. Nam cum fides [illegible] per caritatem operans ponitur, cæte[r]arum v[irtutum] comitatus tanquam inseparabi[li]s adesse [illegible]tur. Chrysostomū hoc loco fœde Cal[u]ini[an]u[s in]terpres corrupit. Verba Chrysosto[mi] p. 164. [illegible] [Greek: illegible] Quæ ita [illegible] *Quid enim magnum à te Deus postulat, qui ex [illegible] tibi largitus est dona? Vnum à te po[st]ulat solum, fide[m] habeas & tu aliquid, quod ad tuam conferas salutem.*

Vbi cum sit expresse in G[ræ]c[o] [illegible] etiam Ar[illegible] exemplari ἐλπίδα, ille vetus, *si[illegible]* quamu[is] falsitat s in margine *spem* aliq[uis] [illegible] oluit [illegible] falsarium illum Pareus c[illegible] Sp[illegible] fide distinguit, ordine & ob[ie]ct[o] [illegible] *[illegible] generat spes fide generatur & nitit[u]r.* A[illegible] conueniunt obiecto, *differunt* [illegible] *Quod fides ampl[e]ctatur bona prom[issa] [illegible] vt futura,* Non ergo deb[illegible] Chrysostomi [illegible] pies. [illegible] ergo [illegible] speramus, non præsentem, [illegible] opus est [p]atientia. Insigne prui[illegible]us documen[tum illegible] C[yprianus] Episcop[us] & m[ar]tyris l. de patientia. *Tolerand[illegible] fratres d[ilectis]simi, vt ad spem veritatis & liber[tatis illegible] admissi, ad veritatem & libertatem ipsam peru[enire] possimus quia hoc ipsum quo[d] Christiani sumus fi[illegible] des & spes res est, vt autem spes & fides ad [fructum] possint peruenire, patientia opus est. Non enim [præ]sentem gloriam sequimur, sed futuram, quod Paul[us] Apostolus monet dicens: spe saluati sumus, spes [au]tem quæ videtur non est spes quod enim vid[et] q[uis] quid sperat? si autem quod non videmus speramus p[er] patientiam exspectamus propterea exspectatio [pa]tientia necessaria est, vt id quod esse cœpimus [illegible] mus: & quod credimus & speramus, Deo p[illegible] an[illegible] piamus. Denique alio in loco idem Apostolu[s illegible] rantes, & diuini [illegible] incremento cœlestes the[sauros] sibi recondentes vt patientes quoque sint, instru[illegible] doces dicens: Ergo dum tempus habemus, operemu[r] bonum est ad omnes, maxime vero ad domesticos fi[dei. Bo]num autem facientes non deficiamus: tempore e[nim] metemus Admonet ne quis impatiens in operatione [illegible] ne quis tentationibus aut ano a[illegible] [illegible] du & gloriæ itinere desisti[illegible] perrant pr[illegible] cœperant, desinunt esse perfecta. Sicut [illegible] pt[illegible] est*

iustis non liberabit eum in quacunque die transgressus fuerit. Et iterum: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Qua vox adhortatur patienter & fortiter perseuerare, vt qui ad coronam laude tam proxima utitur, durante patientia coronetur.

VERSVS 26.

Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram: nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitib9 inenarrabilibus.

QVAESTIO I.

Quid hic Spiritus est? quæ adoptio?

§. 1. SPiritus inquit iuuat similiter ὡσαύτως, vt spes, & patientia. Chrysostomus interpretatur donum precum, de quo est Zachariæ 12. *Patientia, inquit, enim pars altera tua quidem sit, altera autem ad spiritus ipsius suppeditationē, vt qui te ad spem componat, exerceatq; & per eandem item spem labores tuos leuet.*

Dandum ergo censet spiritum precum, quo quisque edoctus & incensus profunderet Ecclesiæ preces. Idem tamen Chrysostomus, etiam Spiritum Sanctum interpretatur, vt Origenes, Theodoretus, Nazianzenus. Orat. 5. Ambrosius Epist. 25. ad Honoratum. Facilius autem est dictorum conciliatio: Nam *ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram*, seu vt Græcus loquitur, συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, *excipit & fulcit infirmitates nostras*, suis alioqui virib9 inualidas. Hoc autē efficit, perpetuo adiutorio, quo gratiā precum confert, vt Deo semper nitamur. Hæc est perfecta victoria quæ precib9 obtinetur. Quocirca etiam Dominus monet Apostolos; *Orate ne intretis in tentationem.* Itaq; extra rem est, quod de angelo custode accipit Lyranus. Hinc coniungunt Græca Scholia, & spiritum & gratiam. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα φροντίσει σου, ὅτι τὸ πνευματικὸν χάρισμα. *Similiter vero & spiritus curam tui habebit*, scilicet, spiritualis gratia & paulo ante dixit. καὶ μὴ νομίζῃς φησίν, ὑπὲρ ὑπομονῆς κάμνειν, οὐκ ἐᾶσαι σε τὸ πνεῦμα κάμνειν, ἀλλὰ ἀντιλήψεται σου πρὸς τὴν ἀσθένειαν ... καὶ οὐδὲ ... Ἐθῆναι ... πνεύματος βοηθείας. *Et ne existimes, dicet, in patientia te laboraturum, non sinet spiritus te laborare, sed adiuuabit ad eam. Infirmi enim sumus, nec patientiam recte exhibere possumus absque eius adiutorio.* Quin & Ambrosius l. 3. c. 12. de spiritu disputans, hic pro gratia spiritali interpretatur, atque ita respondet facili, & vsitato modo pneumatomachis, ex quo constat, eam tum expositionem in Ecclesia notam fuisse.

§. 2. Infirmitates nostræ sunt, ignorantia, hæsitatio, pronitas in malum, morbi, persecutiones, perturbationes, quibus tota vita est perturbatissima.

§. 3. Hunc porro versum valere ad probandam Spiritus Sancti diuinitatem facile apparet: nam fulcire, subleuare personæ subsistētis est, sicut nosse docere, mittere: vt Theologi dicent. Quod vero Franciscus Dauidis aliique Seruetiani, Spiritui S. ista tribui fingunt quod Deus per eum facit, & sua dona distribuat, friuolum est; nam actiones personæ intelligentis illi tribuuntur à Scriptura, docere, præcipere, arguere, mittere, ponere Episcopos, ex quo consequitur, esse personam subsistentem, non sola dona Dei, vt multis libro 5. contra Eunomiū docet Basil us. Nazianzen. Orat. 4. de Theologia. Verum plura in alia quæstione dicam.

§. 4. Verbum adiuuare, fulcire, συναντιλαμβάνεσθαι etiam probat, in spiritalibus liberum arbitrium gratia adiutum agere, nec trunci instar tantummodo moueri. Qui enim adiuuatur, ipse etiam agit, vt Bellarminus l. 6. c. 10. de gratia & libero arbitrio docet. Cui Pareus cum respondere conatur, plures errores inuoluit. Primo concedit: liberum arbitrium actum à Spiritu Sancto agere, & ipsum operari opera, sine coactione, necessitate, physica determinatione bruta, in conuersione id non fieri: quia voluntates mortuæ in peccatis gratiæ cooperari nequeunt. Deinde ægros, & infantes iuuari à matribus, & medicis, nec agere tamen sed pati. Denique hic spiritum non dici iuuare orantes; (licet & hoc verum) sed subleuare orare nescientes.

Resp. Recte ipsum facere, quod in renatis agnoscat liberum arbitrium, quæ sententiis suos damnat, illi enim necessitatem, & quidem nouo verbo irresistibilem voluntatibus piorum imponunt. De necessitate enim illa ita sentiunt, vt à fato Stoico nihil abesse possint. Piscator vol. 1. disp. de prouid. the. 105. Prouidentiam Dei, ait, omnib9 rebus creatis necessitatem imponere. & the. 109. Omnia infallibili, & immutabili necessitate fieri. Ita cæteri rigidi Caluiniani, & qui anno 161. iubilauit Ioannes Scharpius. Huic tam horrēdæ opinioni repugnant non modo Catholici, sed Lutherani etiam, & molliores Caluinistæ. Et Lutherani omnino hanc ob causam Stoicismi illos accusant, Iacobus Reineccius de ortu, cursu, exitu Caluinistarū. Vide & Haidelbergenses contra Tubingenses pag. 120. & Tubingenses cōtra Haidelbergenses continuat. examinis pag. 125. Multo infestius pugnant inter se Belgæ. Cōstanter Nicolaus Greuinchouius in abstersione calumniarum Adriani Smoutij pag. 91. Nostros Patres Caluinum, aliosq; Stoicos vocat, & Adriano querenti, quod istorum pudenda non potius silentio tegat, quam communibus hostibus spectanda, & ridēda publicè propinet, ipse respondet, id se quoque malle: sed nec iam secreta esse, & necessario refutanda. Verum illum audiamus pro nobis inter nubila canentē. Aut ergo p. 92. tu Caluinum, Bezam, &c. ab illa Stoicorum Secta, cæterorumque affinitate vindica si potes, aut nos saltem patere, eam ab Ecclesiæ Refor. ceruicibus arcere: sin Stomachari pergis, cogita Amesij tui aduersus nos iudicium prius istu collationi inter vos & Stoicos, &c. occasionem dedisse, quando vix ouum ouo similius esse pronunciabat, quam dogma Pelagianum, & Arminianum nostrum.

Quod vero in conuersione ipsa negat voluntatē quicquā agere, falsum est. Nam in ipsa cōuersione vult amare, amat, pœnitet, quæ est actio vera & libera. Ita n. mortuæ peccatis sunt voluntates, nō vt velle nihil possint, nam etiā sic mortuæ velle bonū naturale & morale possunt, sed vt sine gratiæ adiutorio bonū supernaturale saluti sufficiens velle nequaquā possint, hoc adiutoriū in ipsa conuersione datur. & ei cooperatur volūtas eius qui cōuertitur.

Falsum etiam ægros & infantes iuuari, non agere. Nam cum pharmaco natura facultate qua ægri noxios humores expellunt. Nec enim mortuis datur medicina, & iudicio omnium medicorum τὸ φάρμακον ἐστι τῆς φύσεως ἀντίληψις. *Medicamentum est naturæ auxilium.* Pueri etiam adminiculis, & fulcris vtuntur, iis communibus tamen viribus destituuntur. Quin Pareus licet interpretatus in cōmentario Epistolæ ad Romanos. συναντιλαμβάνεται, vetus interpres, *adiuuat.* Beza; *subleuat* inquit, id est, *quasi vacillātes à ruina suffulcit, & sustentat.* Metaphora à pueris vel ægris vacillantibus hinc inde quos necesse est fulcro sustentari ne cadant, at vacillantes agunt.

Stoica necessitas.

Voluntas iuuatur & agit.

Ægri cum iuuantur agunt.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

non sunt mortui, sed infirmi, & melius Vetus interpres: *adiuuat*: quam Beza, *subleuat*, non enim particulas ἀντὶ & σὺν expressit Beza: Nam συναντιλαμβάνεσθαι, requirit cooperationem eius qui iuuatur. Hinc cæteri etiam Sectarij iuuandi significationem retinuerunt. Bullingerus, *auxiliatur*. & Cornerus: *Adest nobis, iuuat nos, & succurrit infirmitati nostræ, ne in ea fracti animo sub cruce succumbamus.* Oclimus, *spiritus subuenit, ne maiora aduersa ducamus viribus nostris.* Qui autem alteri succurrit, & in partem laboris venit, Græcis ἀντιλήπτωρ dicitur, hic vero vt omnino coadiutor indicetur, nominandus est συναντιλήπτωρ. Quam porro illud ridiculum: Hic non dicitur spiritus adiuuare orantes, (licet & hoc verum) sed subleuare, orare nescientes. Non dicitur subleuare orare nescientes, sed adiuuare infirmitatem. Et idem tamen spiritus fatente aduersario, iuuat orantes, ergo infirmi aliquid agunt, & orantes, non tantum aguntur.

QVÆSTIO II.

An nesciamus quid sit orandum?

Latina versio defensa.

§. 1. OBscurius est in Græco τὸ γὰρ τί, propter τὸ, quod additur particulæ τί, quid, sed iam olim Budæus monuit elegantiæ causa Græcos sic loqui etsi nullum sit ἀντιχώρημα. Erasmus vertit, *siquidem hoc ipsum, quid oraturi sumus*, quasi scriptum sit, τοῦτο γὰρ αὐτό. Verum peritiores etiam Sectariorum, & Syrus interpres nostram lectionem retinent: nam τὸ γὰρ τί aliud non est, quam τί γὰρ, quid enim? itaque in particulis illis difficultas nulla est.

§. 2. Mirum sane videtur, quomodo nesciamus quid petamus cum orationem docuerit Christus, & singulatim explicuerit, quid sit petendum?

Quidam restringũt ad rerum temporalium petitionem. Ita Scholia Græca. ἐστὶ γὰρ ὅτι ἀσυμβόλως αἰτοῦμεν, *est cum inconuenientia petimus.* Augustinus eodem modo Epist. 121. c. 14. ad probam, disertissime exponit. *Sed adhuc est fortasse quod quæras, cur Apostolus dixerit: Quid enim oremus sicut oportet nescimus. Neque enim vllo modo credendum est vel ipsum, vel quibus ista dicebat, dominicam nescisse orationem. Cur ergo putamus hoc eum dixisse, nec temere potuit, nec mendaciter dicere, nisi quia molestiæ tribulationesque temporales plerumque prosunt, vel ad sanandum tumorem superbiæ, vel ad probandam exercendamque patientiam, cui probatæ & exercitatæ clarior merces vberiorque seruatur, vel ad quæcunque flagellanda, & abolenda peccata: tamen nos nescientes quid ista prosint, ab omni tribulatione optamus liberari. ab hac ignorantia nec seipsum Apostolus ostendit alienum, nisi forte quid oraret sicut oportet sciebat, quando ne reuelationum magnitudine extolleretur datus est illi stimulus carnis angelus Satanæ, qui eum colaphizaret: propter quod ter Dominum rogauit, vt eum auferret ab eo, vtique sicut oportet nesciens quid oraret. Denique Dei responsum cur non fieret quod vir tantus orabat, & quare fieri non expediret, audiuit: sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. In his ergo tribulationibus quæ possunt & prodesse & nocere quid oremus sicut oportet nescimus, & tamen quia dura, quia molesta, quia contra sensum nostræ infirmitatis sunt, vniuersali humana voluntate, vt à nobis hæc auferantur, oramus. Sed hoc deuotionis debemus Domino Deo nostro, vt si ea non abstulerit, non ideo nos ab eo negligi existimemus, sed potius pia patientia malorum, bona speremus ampliora. Sic enim virtus in infirmitate perficitur. Nonnullis quippe impatientibus Dominus Deus quod petebant concessit iratus, sicut contra Apostolo negauit propitius. Nam legimus Israelitas quid & quomodo rogauerint & acceperint, sed expleta concupiscentia, impatientia est grauiter castigata. Dedit & regem petentibus secundum cor eorum, sicut scriptum est, non secundum cor suum, dedit etiã quod Diabolus postulauit, vt probandus eius famulus tentaretur. Exaudiuit rogantes & immundos spiritus, vt in multos sues legio Dæmonum mitteretur. Hæc scripta sunt, ne forte se quisque magnipendat si fuerit exauditus cum aliquid impatienter petit quod non impetrare plus prosit: aut se abijciat, & de diuina ergo se miseratione desperet, si non exauditur cum forte aliquid petit quo accipiendo affligatur atrocius, vel à se prosperitate corruptus penitus euertatur. In talibus ergo quid oremus sicut oportet, nescimus.*

Nescientes temporalia petunt.

Cyrillus l. 3. c. 12. in Ioannem. Nescimus orare ac petere vt decet, quare ipse nobis porrigit quæ ad salutem conducunt. Chrysost. Homil. 79. de Oratione. *Non nosti vtilia ô homo, frequenter damnosa petis, & periculosa: sed ille magnã curã tuam gerens salutis, non tuam intuetur postulationem, sed antequã petas, quid tibi conferat, prouidet.* Probat hoc exemplo patrum filios diligentium, qui non omnia tamen optata illis concedunt. Iterumque Augustinus in Psal. 5. *Elongasti à me, &c. Contigerunt & contingunt omnia hæc in membris corporis Christi, & auertit Deus ab orantibus faciem, non exaudiendo ad id, quod volunt, quando sibi nesciunt, non expedire quod petunt.* Et in Psal. 144. *Quando non dat, ideo non dat, ne obsit quod das.* Crebro id monet Aug. & certo & conciudit. *Desiderauit aliquid nõ cõcessum est ad voluntatẽ,* vt concederetur ad sanitatẽ.

§. 3. Vera est horum patrum interpretatio, nam in multis noxia multi petunt, & salutaria nescientes omittunt. Addendum tamen est non modo id fieri in rebus adiaphoris & temporalijs, verum etiã in spiritalibus, nec in re petita, sed etiam in ratione & affectu precandi. Nec modo dicit τὸ τί αἰτοῦμεν, *quid precemur*, sed etiam καθὸ δεῖ, *quemadmodum oportet.* Nam sine singularissima S. Spiritus gratia, & nutu, sancti recte orare non possunt. Syrus habet ܟܕ *vale*, oportet, vel sane *vt valeat* oratio, à Latino sumptum arbitror, vt plurima similia vocabula.

Omnes itaque bonæ orationis conditiones intelligi non dubito. Vt nempe sit intenta precatio. τίς γὰρ. inquit Iustinus in dialogo cum Tryphone: οὐκ ἐπίσταται ὑμῶν ὅτι μάλιστα μετ' εὐχῆς ἰσχυρὰ μάλιστα ἱλάσκεται τὸν θεὸν, καὶ ἣ ἐν κλαυθμοῦ κατανύξει, καὶ γονάτων ἐκλάσεως τινός. *Quis enim vestrum ignorat, omnes precationes, quæ cum dolore & lachrymis coniunctæ sunt, quæque submisso in terram vultu, & flexis humi genibus funduntur Deum maxime demulceant?* Verum de oratione sæpius dictum, & alibi dicetur.

QVÆSTIO III.

Quomodo spiritus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus?

§. 1. MAgna fuit Arrianorũ temporib᷑ de isto loco concertatio. Arius n. & Macedonius sententia Pauli ad diuinitatem Spiritus S. impugnandam abusi sunt. Deus n. non intercedit, nõ postulat, οὐχ ὑπερεντυγχάνει, multo minus gẽibus inenarrabilibus, siue vt Tertullianus loquitur, *ineloquis.* Postulatio est enim ad maiorem: gemitus est doloris, cum iuuandi robur deficit, indicium. Videatur Sermo S. Leonis in Pentecoste. Augustinus Epistola 121. c. 15. Breuiter hæresin refutat, & locum exponit. *Est ergo in nobis quadam, vt ita dicam docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuuat infirmitatẽ nostram. Nam cum dixisset Apostolus: si autẽ quod*

non

nō videmus speramus, per patientiam exspectamus. Ibi subiecit similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Quod enim oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum Deum interpellat pro sanctis. Quod non sic est intelligendū, vt existimemus Sanctum Spiritum Dei (qui in Trinitate immutabilis Deus est, & cum patre & filio vnus Deus) tanquam aliquem qui non sit quod Deus est, interpellare pro sanctis, dictum quippe est: interpellat pro sanctis, quia interpellare sanctos facit, sicut dictum est: tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum, hoc est vt scire vos faciat. Interpellare vtiq, sanctos facit gemitibus inenarrabilibus, inspirans eis desiderium etiam adhuc incognitæ tantæ rei, quam per patientiam exspectamus. Quomodo enim narratur, quando desideratur quod ignoratur? Nam vtiq, si omnimodo ignoretur, non desideraretur: & rursus si videretur non desideraretur, nec gemitibus quæreretur.

Consule eundem tract. 6. in Ioan. Ambrosius Deum ait improprie gemere, sicut irascitur dolet, sed consolatur. Chrysostomus & Scholia hic de gratia interpretantur, vt supra dixi.

Hilarius in Psalmum 54. aliam etiam causam adiungit: quod nempe ideo exaudiamur, quia Spiritus Sancti sunt verba, aut affectus quibus oramus, non enim quia noster, sed quia à S. Spiritu venit oratio, exauditur. *Paulus*, inquit, *beatus neminem hominum qualiter orare oporteat scire docet dicens: Quod enim quid oremus, qualiter oportet nescimus. Non est ergo infirmitatis humanæ exaudiri orationem suam postulare: cum Doctor gentium post constitutam lectam à Domino formam orandi, quid & qualiter oret, ignoret. Sed cum ista fiducia est, qui solus patrem videt, qui solus patrem scit, qui solus potest orare pernoctans. Secundum Euangelium enim Dominus pernoctauit orans: qui per speculum verborum formans ipsam occultissimi Sacramenti sub communibus verbis, dum oraremus ostendit. Et qui orationem suā poposcit audiri, vt peculiare hoc fiducia suæ doceret esse, subiecit: Inaures verba oris mei. Et quisquam hoc humanæ fiduciæ esse existimabit, vt verba oris sui velit audire.*

Deus docet, quid sit orandum.

Wigandus Lutheranus periculose loquitur. Non tantum nos ad orationem exsuscitat, atque accendit, sed etiam orat simul pro nobis. Gemitus … etiam per anthropopathiam interpretatur. Sed … re, est duriuscula locutio, si tamen sensit de … diuinitate. Tenenda hic Doctrina … 6. in Ioan. *Non ergo Spi. S. in semetipso, apud … m, in illa Trinitate, in illa beatitudine, in illa aterni … substantia gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos … Si misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater.* Vide Aug. l. 1. contra maximin.

§ 2. Non prætereundum etiam, quod Oecolampadius, deinde Goulterus, tandem Pareus hoc ex loco Catholicis obijcit. *Spiritus postulat, non ergo sancti.* Respondeo. Nullum sanctum postulare pro nobis eo modo quo spiritus; nam spiritus effector est primarius, & excitator orationis, sancti Deum & Dominum, adeoque ipsum S. Sanctum pro nobis orant. Quod si spiritus postulatio aliorum pro alijs factus preces excludit, cur non & pro se murmuro viuentium? Verum hæc non modo friuola sunt, verum etiam impia. Fundamentum enim argutiolæ est, aut esse debet. Eandem esse Sanctorum, & Spiritus Sancti postulationem, seu intercessionem, si enim valde diuersa ista sint, nulla est ne in speciem quidem consecutio.

* * *

VERSVS 27.

Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.

QVÆSTIO I.

Quomodo scit Deus quid desideret Spiritus, nonne ipse Spiritus est Deus?

§. 1. SYrus vertit; *quæ sit intentio spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.* Græce est, τὸ φρόνημα, *quis sensus? quæ mens?* vti & Latini loqui solent: *sensum illius pulchre calleo.* Augustinus Epist. 121. c. 15. *Quid sapiat?* Anselmus; *quid approbet?* Chrysostomus ait, *orare hominem, non vt Dominum doceat, quæ non scit, sed quia non scit, desiderium suum ostendat.* Quod additur secundum Deum Origenes interpretatur, *secundum diuinitatem*, alij *secundum diuinam voluntatem.* Itaq; cum homo orat aliquando non profuturum, id negatur, & spiritus orat quod est profuturum.

§. 3. Nec ideo tamen spiritus non est Deus, vt Macedonius blasphemabat. Num Deus secundum Deum postulat, hoc est, postulare facit: cum ille spiritus, sit scrutator cordium & renum, cum omnia scrutetur, non potest non esse Deus.

§. 3. Hinc Pareus: *quoties orationem Dominicam dicimus exaudimur, aut cum suspiria perturbata profundimus, nam sunt verba spiritus Dei, hæc exaudiuntur, ergo fiduciam habemus.* Recte si constaret certo esse verba spiritus, non carnis, aut nostra, nunc id scit ille qui scrutatur corda, & videt hypocritarum corda similibus motibus agitari, vnde & suspiria & lachrymæ, nec tum approbat. Hoc ostendo: quia spiritus gemitus placent, quia sunt secundum Dei placitum, id nouit ille, nobis ignotum est placitum Dei ergo nec scire possumus, an sit secundum Dei voluntatem. *Nemo certus est fide se bene orare.*

Pergit ille tamen attexere Pareus; *sumus filij, iustificati sanctificati spiritu, ergo gemitus nostri placent Deo, non quia sancti sumus sed quia sancte gemimus.*

Resp. Palinodiam ergo canit, *non quia sancti sumus*, vt dixerat, *sed quia sancte gemimus.* At ego sic argumentor. Vel illud, *quia* indicat solam conditionem, & vera est, quia sanctitas est conditio sine qua Deus non audit. Nam in quibus non est spiritus Christi, hi non eius, hi sunt peccatores, legaliter & Euangelice, ergo eos Deus non audit, nisi resipiscentes. Vel est causa: & sic ipsum sancte gemere, quod etsi in eo habeat primas spiritus Dei, tamen est opus nostrum facit aliquid ad salutem; operatur enim efficaciter & placet Deo quia sancte fit, non ergo peccatum mortale est, quod sancte fit 2. sicut placet, opus sic placet persona, sed opus hoc placet quia sancte fit, ergo persona quia sancte se habet, aut quia sancte facit. Alias autem ducet opera ex se esse peccata, sed placere, quia persona placet. *Opus sancte factum Deo placet.*

§. 3. *Obserua*, inquit, *in scripturis vocari non sanctos defunctos Apostolos, Martyres cælites, quos venerantur hypocritæ, Pontificij, sed fideles spiritu Dei sanctificatos, & vitam sanctam agentes. vt Cor. 1. 7. vocatis sanctis.*

Resp. Tu contra obserua, non modo hos, sed & illos quorum reliquias Caluinistæ sacrilega manu disijciunt vocari sanctos: Nam si de re agitur illi profecto sanctificati sunt, & gloriosi. Caluinistæ, in *Sancti dicuntur etiā defuncti.*

flagitijs agunt vitam sanctam, dumodo paululum obiiciant cupiditatibus: nonne scriptura docet? cum Deo esse Sanctorum millia. & defunctos similes angelis. Tob. 2. 12. *Filij Sanctorum*, & 8. 5. filij Sanctorum an non illi defuncti? & 52. 18. Senior ita loquitur, 6. 20. & Psal. 78. 2. *Carnes Sanctorum tuorum*. Psal. 88. 19. Et sancti Israel regis nostri. Ps. 115. 5. *Mors Sanctorum eius*. Sap. 3. *Inter Sanctos*. Dan. 1. & 7. Zach. 14. 5. Matt. 7. 17. Luc. 1. *Per os Sanctorum*. 1. Pet. 3. 5. *Sanctæ mulieres*. 2. Pet. 1. 21. 2. Pet. 3. 2. *A Sanctis Prophetis*. Iudæ 3. 4. *Sanctis millibus*. Apoc. 16. 7. 1[?] 17. 7. *Mulier ebria de sanguine Sanctorum*, ecce frontem meretricis, Lupæ, Hæreseos. Sancti etiam mortui dicuntur, quorum mors fuit pretiosa in conspectu Domini.

VERSVS 28.

Scimus autem quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositũ vocati sunt sancti.

QVÆSTIO I.

An diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum?

§. 1. VOcati Sancti est in Latinis, Græca habent tantummodo κλητοῖς οὖσι. ita videtur noster interpres vel additum legisse ἁγίοις, vel pro οὖσι id habuisse in veteri. Verbum συνεργεῖ cooperantur, potest referri ad πάντα omnia. Vt, omnia cooperantur, vel ad πνεῦμα, spiritus cooperatur omnia: quem sensum nemo alicuius notæ præter Erasmum secutus est: male, συνεργεῖν enim actiuum non est, vt habeat post se accusatiuum, πάντα.

Non autẽ de quouis diligente Deum loquitur, sed de illis qui vocati sunt κατὰ πρόθεσιν secundum propositum. Syrus, *quos ante posuit, vt essent vocati*, seu præordinauit, vt essent vocati.

§. 2. Apostolo propositum est, occurrere iteratæ obiectioni. Si spiritus pro nobis intercedit, vnde tanta malorum congeries filijs Dei incumbit? Respondet, hæc omnia verti electis in bonum: his suos Deum exercere, idque & æterna prouidentia. Summa diligentia locum hunc Chrysostomus exposuit *Scimus enim*, inquit, *quod ijs qui diligunt Deum, omnia simul adiumento sunt in bonum, quum autem dicit, omnia, & ea item quæ molesta esse videntur, dicit: Nam vt afflictio, vt inopia, vt carcer, vt fames, vt mors, vt quoduis aliud ingruat: potest Deus hæc omnia in contrarium commutare, quandoquidem & hoc immensa potentia eius est, quæ grauia esse videntur, ea nobis lenia reddere & ad auxilium nostri conuertere. Quapropter non ait, quod ijs qui Deum diligunt, nulla accedit res, quæ aduersa sit, sed quod adiumento est ad bonum. Hoc est, Deus malis, aduersisque rebus vtitur ad eorum existimationẽ probationemq; quibus insidiæ struuntur: quod multo maius est, quam si prohibeas aduersa ne accedant, aut ubi accesserint, tollas. Hoc igitur & in Babylonica fornace præstitit. Neque enim prohibuit quominus in illam sancti inciderent, neque illis quum incidissent, flammam restrinxit, sed ardere sinens, per hanc ipsam admirabiliores illos effecit.*

Interpretã urnu[?] ctores ista de materia subiecta, nempe aduersitatibus, & sane ad consolationẽ tes tota pertinet. Consule Ambrosiũ l. 6. c. 8. Hexem. Augustinus de gratia & lib. arbitrio c. 17. *Vt ergo velimus, sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur. tamẽ sine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo vt velimus,* (Deus cooperatur volentibus.) *dictum est, Deus est enim qui operatur in vobis & velle. [...] cooperante illo cum iam volumus, & volendo facimus, scimus inquit quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur ad bonum. Quid est omnia, nisi & ipsos terribiles sæuasque passiones: sarcina quippe illa quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati: Talibus enim Dominus dixit esse suam sarcinam leuem: qualis Petro fuit quando passus est pro Christo, non qualis fuit, quando negauit Christum.*

§. 2. Id. in Augustinus l. 2. c. 9. contra duas Epistolas Pelagianorum, diligenter refutat eorum sententiam, qui illa verba: *secundum propositum*, de hominis proposito intellexerunt, quod prius esse, deinde gratiã subsequi docebant: cum ipsum propositum bonum in homine sine gratia esse nõ possit. Hic autem de æterno Dei proposito agit, verum præstat audire ipsum Augustinum. (Bonũ propositum est a Deo.) *Hoc quippe ita dicunt, velut homo à se ipso siue adiutorio Dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito præcedente dignus sit adiuuari Dei gratia subsequente. Putant enim fortasse ita dixisse Apostolum, scimus, quia diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt. Vt propositũ hominis vellet intelligi, quod propositum tanquam bonum meritum sequatur misericordiã vocantis Dei: ignorantes ideo dictũ esse, qui secundũ propositum vocati sunt, vt Dei non hominis propositum intelligatur, quo eos quos præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes vocati, secundum propositum sunt vocati, quoniam multi vocati, Pauci electi. Ipsi ergo secundum propositum vocati, qui electi ante constitutionem mundi: De hoc proposito Dei dictum est & illud, quod iam commemoraui de geminis Esau & Iacob, vt secundum electionem propositũ Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, maior seruiet minori. Hoc propositum Dei & illo commemoratur loco, vbi ad Timotheum scribens ait, Collabora Euangelio secundum virtutem Dei saluos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundũ suum propositum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante sæcula æterna, manifestata autẽ nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositum Dei vnde dicitur, omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt. Hominis autem propositum bonũ adiuuat quidem subsequens gratia sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studium quoq; hominis quod dicitur bonũ, quamuis cum esse cœperit adiuuetur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus. Gratias autem Deo qui dedit idem studium pro vobis in corde Titi. Si studium quisque vt pro alijs habeat Deus dat vt pro seipso habeat, quis alius est daturus*

Dei igitur proposito vocati sunt, & ad mala tolerandam in hac vita vocati: interdũ illa auertit interdum non prohibet. Mirabilis in protectione, mirabilior in constantia Sanctorum. Sancte & Theologice prosper cecinit.

Sæpe quidem Dominus, sis cuncta aduersa repellit,
Vt nullo attingi vulnere possit homo.
Sed mirabilior tunc est manus omnipotentis,
Illæsa afflictum cum mala non superant.

Hieronymus in c. 6. ad Galat. etiã latius extendit. *Siue ægrotamus* (7. 6. p. 352.) *siue sani sumus, humiles vel potentes, pauperes diuites, ignobiles honorati, esurientes siue vescentes, omnia in nomine Domini cũ patientia & æquanimitate faciamus, & implebitur in nobis illud quod scriptũ est, diligentibus autẽ Dominum omnia cooperantur in bonum. Ira ipsa & libido, & iniuria, quæ desiderant vltionem, si me refrenem si propter Deum taceam, si per sin[?]ulos commotiantis aculeos, & incentiua vitiorum, Dei de[?] per me videntis recorder fiunt mihi occasio triumphorum* (Mala in bonum cooperantur.)

Cœtera quæ de hoc proposito p. 1. q. [?]5. [?]logi disputant in præsens omitto. Hoc solum moneo,

meo, non absq; ratione eos, qui negant electionem ex præuisis operibus, aut fide hunc locū adhibere: nam vocatis iam seu prædestinatis secundum æternum propositum cooperantur omnia in salutem.

§. 3. Vel inconsiderate, vel certe vi veritatis conuictus Pareus multa pro Catholica veritate contra suos dicit. *Omnia*, inquit, *oportet seruire electorum saluti. De secundis est manifestum. Impij perdunt abusu, pijs cooperantur ad salutem: quia hi vt donis vtantur ad Dei gloriam: nec abutuntur saltem finaliter. Mala, ait, natura sua cedere bonum, sed Dei bonitate cedere in bonum, non per se. Cooperantur non per se operantur, sed cum causa operante piorum salutem concurrunt, vt causa cooperans. Quæ est illa? Deus aduersa suis immittens. Vtitur* Opera causæ salutis. *igitur Deus cruce, vt medio promouendæ salutis. Sane crux frenat carnis lasciuiam: adducit ad pænitentiam, &c.*

Hæc cum dicat cooperari, & Deo cooperari, vt media, aut causam, non est, quod virtutes & bona opera, mortificationem, pœnitentiam, aliaq; negent esse media, & causas Deo cooperātes: cur enim dolor corporis, fames, & sitis medium salutis sit, & causa cooperans, non etiam constantia, sobrietas, caritas qua mala illa propter Deum non modo tolerantur, sed etiam amantur?

VERSVS 29. & 30.

Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

QVÆSTIO I.

Quis Paulinus ordo in salute hominum?

§. 1. ORdo notissimus, 1. *præsciuit*, προέγνω. 2. *prædestinauit*, προώρισε. 3. ἐκάλεσε, *vocauit*, 4. ἐδικαίωσε, *iustificauit*, 5. ἐδόξασε *glorificauit*, vbi de tribus posterioribus, quæ ad executionem pertinent, non magna est difficultas, in prioribus propter summi mysterij altitudinem pene inexhausta est.

De ordine in causa prædestinationis & glorificationis quædam in coronide omnium Iubilorum annotaui c. 34. quæ ad hunc locum declarandum magnopere conferunt.

Prædestinationis definitio. Prædestinatio est ratio mediorum in Deo, quibus præuidet creaturam rationalem in vitam æternam producendam & volūtas eum ordinem prosequendi. In se itaque complectitur actum intellectus media cognoscentis, & voluntatis eadem volentis. Effectus prædestinationis sunt non modo supernaturalia dona, sed multa naturalia, occasiones recte agendi, aduersitates, &c.

Prædestinatio libera. Nos de prædestinatione in hunc modum docemus. Primo prædestinatio actus est liber, itaque necessarium est, vt actus aliquis necessarius eum antecedat, actus enim voluntatis liber requirit scientiam præcedentem naturalem.

Secundo. Ad prædestinationem requiritur præscientia conditionata.

Ratio est. Prædestinatio est certa præfinitio per media infallibilia hominem libero arbitrio cooperante in vitam æternam deducendi, sed hæc media decernere voluntas non potest, nisi cognitum sit esse talia, ergo necessario ante cognouit Si talia media conferat fore vt perueniat, nam futura esse videt post decretum.

Tertio. Quicunque saluandi sunt, illi singulatim electi sunt, & prædestinati. Neque enim Dei præscientia neque decretum in confuso accipitur. Deinde certarum personarum in indiuiduo est electio. Denique singulis præfiniti sunt certi gradus donorum & gratiæ.

Quarto. Media igitur omnia singulatim & distincte sunt præparata. Quod si inter ea sint actus à peccato dependentes, eos præuiso peccato præordinat, vt pœnitentiam.

Quinto. Non est ex nostris meritis, sed Dei misericordia. Cuius vult miseretur. Non ex operibus quæ facimus nos.

Sexto. Actus bonus moralis, non est necessaria dispositio ad gratiam, si sit naturalis. Nam Arausicana Synodus damnauit eos qui dicunt, *voluntates nostras à Deo exspectari, vt à peccato purgemur*, loquitur autem conc. de *voluntate naturaliter constituta*, non diuinitus excitata, hanc enim Deus exspe- Voluntas
ctat. Si autem dispositio naturalis esset neces- naturalis
saria, esset etiam exspectanda. Secundo neque ex non est di-
rei natura, neque ex lege Dei est necessaria, er- spositio ad
go nullo modo, cum natura sit inferior, & scri- iustitiam.
pturæ illam Dei legem potius negent. Tertio cur naturalem exspectet Deus, cum potius omnia melius possit voluntas per supernaturalem efficere? Quarto ex statibus peccatorum id est manifestum, non enim exspectat infidelem, nam præuenit vtriusque voluntatem.

Septimo. Actus moralis bonus naturalis nunquam est dispositio sufficiens ad iustificationem impij, nec ad primam gratiam. Quia requiritur fides infusa quæ est supernaturalis.

Octauo. Reprobatio non prædestinationi sed approbationi opponitur, hæc sequitur prædestinationem, qua Deus statuit illi dare media talia, quibus fiat vita æterna dignus, quem prædestinat, tum eum sic consideratum approbat dignum vita æterna; & ita reprobatio nihil aliud est, quam iudicium quo quis ob præuisa peccata iudicatur indignus vita æterna. Prædestinationi contradictorie opponitur non prædestinatio.

§. 2. Apostolus Paulus in eo versatur, vt ostendat, Deum diligentibus omnia cooperari in bonum, illis inquam qui vocati sunt, secundum propositum. Hoc enim in omnibus subaudiendum est. Hoc autem propositum est decretum Dei æternum πρὸ τῆς καταβολῆς κόσμου, *ante mundum conditum*. Proposuit enim quosdam vocare ex solo suo beneplacito. De quo latius Rom. 9. 11. vt propositum Dei secundum electionem Dei firmum maneret. Omnia itaque huic Dei proposito seruiunt, directe vel indirectè, quæ ipsi aduersa, & dona dilectis imponit. Hoc vt clarius elucescat particulatim exponit ordinem quo ad salutem electi prouehuntur. Nam quos vocare in gloriam Ordo ele-
suam proposuit, eos etiam præsciuit, & eos & om- ctionis.
nia illis euentura, itaque multa illis incommoda probationis, castigationis, humiliationis causa & ipse intulit, & inferri permisit, quæ tamen ad finem conducunt: Deinde eos esse voluit Christo conformes, qui totam vitam in aduersis, mortem in cruce peregit, voluit autem eadem conditione cohæredes adoptare, qua fuisset & hæres naturalis, vt Christo omnia aspera ad augendam eius gloriam profuerunt, ita & electis.

Quos vero eo modo prædestinauit, eos etiam efficaciter, interno spiritus adiutorio, vocauit, & vt sequerentur traxit, siue per aduersa, siue per secunda. Eosdem iustificauit, & demum glorificauit. Cum ergo immutabiliter connexa sint propositum, & glorificatio, etiam intermedia ita ordinata sunt, vt omnia in bonum cooperentur; Nulla enim tam dira calamitas obruere electum potest, vt non ex illa ad salutem eluctetur.

§. 3. *Quos præsciuit, προέγνω.* Anselmus ita coniungit. Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui. Caietanus de scientia quæ ante decretum voluntatis est, interpretatur. Rectius tamen de scientia approbationis Pererius alijq; interpretantur. Quos ergo æterna prouidentia ac dilectione præcognouit, & approbauit filios suos esse, eo hæredes Christi facere: eos etiam ad hoc prædestinauit, vt fierent Christo conformes. Syrus paulo aliter: ומן לוקדם ירע, *& à principio nouit:* vel ab ante nouit, compositionem enim verborum nesciunt: id mirum quod pro οὓς, *quos*; *posuerit &.* Accipitur hic hæc præcognitio non pro scientia Dei latissime sumpta, neq; pro generali præscientia eorum quæ facturus, aut permissurus est, verum strictè, de præscientia & approbatione curaq; paterna erga electos in vitam æternã dirigendos. Itaq; hic præscientia quidem intelligentiæ opus est, sed tamen affectũ simul voluntatis indicat. Sic & prædestinatio est pars prouidentiæ, Græci προγνώσιν sic vsurpant.

Præscientia Dei.

§. 4. Præcognitos prædestinauit, vt fierent conformes imagini filij sui. προώρισεν *prædefiniuit,* prædestinatio aliquando pro tota πρόθεσιν, seu proposito ponitur, hic ordinationem mediorum designat. Simili modo Eph. 1. 5. & 1. 11. Act. 13. quamuis & finẽ ista includunt. Syrus habet רשם *Reschă*, obsignauit, vnde רושומא *Reschuma*, *delineatio.* Conformitas cum Christo qua in re consistat, solet quæri: Græce est συμμόρφους τῆς εἰκόνος, *conformes imagini.* Syrus: בדמותא דצורתא דבנה, *bidmutha, dezuretha, dabbeneh. In similitudine imaginis filij eius.* Scholia Græca interpretantur συμμόρφους, quasi sit ἰσομόρφους, *æquiformes.* Quod Christus est, inquiunt, *secundum naturã*, ἐν ἐνανθρωπήσει *in inhumanatione*, seu *incarnatione* (nempe sanctus, & sine peccato) hoc & *ipsi facti sunt per gratiam.* εἰκόνα δὲ υἱοῦ τὴν οἰκονομίαν καλεῖ, καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐτοῦ σῶμα. *Imaginem vero vocat eius Oeconomiam*, id est, incarnationem, *& quod inde est corpus.* Theodoretus corpori eius glorioso. Philip. 3. *Saluatorem expectamus.* Pseudo-Ambrosius. *Gloriosius.* Athan. Ep. ad Serapionem. *Spiritum Sanctum.* Idem Cyrill lib. 13. Catech. cap. 1. *Nam Spiritum Sanctum velut esse imaginem filij.* Caiet. *Conformes fieri ratione imaginis, vel similitudinis, vt sit sensus, erimus illi conformes, quia sicut portauimus imaginem terreni, ita nunc cælestis feremus.*

Hæc etiã est Sancti Basilij. εἰκὼν τοῦ θεοῦ τίς ἂν νοοῖτο σαφηνεῖ λέγων αὐτός. ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, τουτέστι τὴν ἐν ἁγιασμῷ ζωήν. τὴν πρὸς πάντα σῶν ἀμώμητον πολιτείαν. ὥσπερ γὰρ τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, τουτέστι τοῦ Ἀδάμ, τὴν ἐν παραβάσει τε καὶ ἁμαρτίαις ζωὴν εἶναι φαμὲν οὕτως καὶ εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου τουτέστι χριστοῦ, τὸν ἁγιασμόν, τὴν δικαιοσύνην, τὴν ὑπακοήν. *Imago Dei quænam intelligatur declarabit ipse dicens. Quemadmodum enim tulimus imaginem terreni, feramus & imaginem cælestis, hoc est, eam quæ in sanctificatione est, vitam, in omni immaculata conuersatione. Veluti imaginem terreni, hoc est, Adam; eam quæ est in præuaricatione & peccatis esse dicimus, sic & cælestis, hoc est, Christi, sanctificationẽ, iustitiam, obedientiã.*

Pererius noster conformitatem in ratione filiationis collocat; sequitur enim, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹, filius autem, qua filius est, imago patris est. Sicut ob hanc conformitatem ipse habet prærogatiuam vt sit primogenitus, igitur & nos vt secundogeniti simus. Huic expositioni adiungendum censeo; non modo conformes nos esse vt simus filij, sed etiam vt tales filij, qualis est primogenitus, non æqualitate, sed vtcũq; similitudine. Atq; ita omnes interpretationes in vnũ coniungendas arbitror vt in omnibus in rebus sit, quantum infirmitas nostra patitur, quædam fraternitas.

Filio Dei conformes adoptione euadimus.

§. 5. Arriani inde Christi diuinitatem impugnarunt; nam primogenitum in multis fratribus sunt interpretati, primum inter creaturas: Cum hoc loco aperte de humana Christi natura agatur.

Melanchthon etiam Stoicam necessitatẽ asseruit, omnia nimirũ absoluta necessitate fieri, quæ à Dei proposito, nulla ergo libertate. Et voluntatem nostram tantum eo ferri, quo à Deo impellitur. Et concludit. Credamus tantum reatum mortis ex iudicis voluntate pendere. Eum magna turba hæreticorum secuta est: præsertim Caluiniani rigidi, de quibus Nicolaus Greuinchouius contra Amesium pag. 48. ita scribit: *Sed quis te alter audacior homo, qui mihi vestras ipsorum blasphemias tam confidenter impingis? Vestras tu quam, neq; enim has aliunde, quam ex vestris principijs eduxi, nec alio quam vestra ipsorũ confessione probaui. Hic tu satis scio, ad tabulas prouocabis, atq; ex ijs blasphemias nostras recitari postulabis: Non recuso; si prius id concedas, quod negare non potes, diuersitatem verborum omnem, non tollere diuersitatem sensus, & per æquipollentiam ea affirmari posse, quæ verbo negantur. Deus igitur authore Marlorato, Piscatore, Gomaro, Triglandio, te Smoutio, &c. ex illis destinat, & ad damnationem creat, quoslibet; non propter vllam dignitatem, aut infidelitatem, aut alia peccata, sed ex mera voluntate & beneplacito suo: Eosdem porro vt ad damnationem, sic etiam ad causas damnationis ita ordinat, vt non peccare non possint; & postquam peccauerint scilicet tam facile conuerti possint, quam cælum digito attingere; siue per naturam, siue per gratiam, nempe quia Deus non vult ipsos conuerti, sed aduersus oblatam qualemcunque gratiæ vmbram pertinaces esse; & quamuis facerent omnia opera Sanctorum, non possent tamen saluari: Et hos tamen electionis suæ certas esse iubet, (tenetur enim quisque credere se electum esse etiam reprobus) &, quamuis verbum suum non destinat in istorum correctionem, sed maiorem condemnationem, tamen à peccatis dehortatur serio, vocat, inuitat, obsecratur, ac nullis non blanditijs allicit ad conuersionem; quin & iuramento addicit, se nolle exitium ipsorum, sed vt conuertantur & viuant; atque hoc idem obsignat Sacramentis suis; interim.*

Dei propositum non tollit voluntatem liberam.

Blasphemia Caluinistarum.

Deus Caluinistarum ex eorum testimonio.

Astutam rapido seruans sub pectore vulpem eosdem vult offendere ac labi, quos recta iubet incedere; non vult autem secundum electionem, quam sibi reseruat, illis qui non sunt electi baptismum prodesse, neque per orationes ab Ecclesia pro ipsis factas, benedictionem quam Christus Ecclesiæ suæ meruit, impetrari.

Nunc tu, si hic admissis Deum istum neque hypocritam, neque Tyrannum, neq; personatum histrionem, &c. agnascis, hoc est, si tu Isodynamiam in istis nullam vides; tum ego ingenue profiteor, me nescire, quid sit Tyrannum, quid hypocritam agere? Quid instar pardi, homines odoris gratia allectos inuadere atque occidere, si hoc non est? non possum profecto; quin hic probem candorem D. VVitbakeri. Is igitur lib. 8. cont. Duræum, sect. 1. Si Caluinus (inquit) aut Martyr, aut Philippus, aut quisquam nostrum affirmet, Deum esse autorem & causam peccati, non repugno, quin sint omnes horrenda blasphemia scelerisque rei, &c.

Caluinistæ blasphemæ.

Ego.

Ego vero, nisi tam horrenda blasphemia assertores indicauero, ipse blasphemus, vt audiam, non recuso.

Zvinglius de proui d. c. 6. *Factum, puta adulterium, aut homicidium est Dei autoris, motoris, impulsoris opus.*

Sententia Caluinistarum. Beza contra Castell. aphorism. 1.6.7. *Deus efficaciter agit seu efficit, & sua ipsius efficacitate peragit omnia, sine vlla prorsus quantulacunque exceptione.*

Musculus l. 1 de desperatione: *desperationis, quam finalem & incurabilem vocamus, occulta causa est reprobatio, sicut vera spei occulta causa est electio.*

Martyr in 1 Sam. 2. *Deus videtur posse causa non tantum humanarum actionum verum etiam defectuum atque priuationum, quae ipsis inhaerent.*

Sturmius de praedest. Thes. 16. *Deus efficit ea quae peccata sunt.*

Piscator resp. ad apolog. Bertij. p. 116. *Sicut fides oritur ex decreto electionis, ita è contrario incredulitas ex decreto reprobationis oriatur necesse est.* Psal. 143.

Quando homo alterius hominis procurat adulterium, maledicta, mendacia, ille peccat, cum vero Deus idem facit, sancte agit.

Idem resp. ad Tauffr. p. 65. *Omnes peccatores & flagitiosi, vt voluntates Dei faciunt, quidquid faciunt.*

Quid vis amplius? Certe ad istos ne VVitakero quidem repugnante horrenda blasphemia conuincendum, quid desiderari possit amplius, non video. Sed nec nos aequum est, ista tam inique ferre; cum & vobis & alijs in isthoc genere eadem reponere soleatis.

§. 6. Quod praeterito Apostolus vtitur, duobus modis interpretantur. Nempe glorificasse hactenus Deum, quos secundum propositum cognouit & vocauit, eosdem glorificasse, sermonem vero esse de sanctis, qui vixerint. Vel ob certitudinē praedestinationis pro futuro poni praeteritum, vt in Prophetijs assolet; & loqui Apostolum etiam de illis, qui nondum in gloria sunt. Augustin. tract. 26. in Ioan. *Primum iam factum est, id est, praedestinatio, secundum & tertium factum est, fit, & fiet, id est, vocatio, & iustificatio. Quartum autem nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio.*

Ordo salutis certus, an in illo simus incertum. Occurrunt hic haeretici. Omnia ergo certa sunt. Nam vocatos nos certo scimus; deinde quorsum ista dicuntur, nisi vt ex certitudine praedestinationis consolutionem habeamus?

Respon. His quidem verbis describi ordinem, quem in suorum salute Deus obseruat. Non tamen esse eum nobis patefactum. Propositum Domini, & praedestinatio in altissimo diuinitatis arcano latent. Vocatio maxime exterior in propatulo est, non tamen constat, an sit vocatio secundum propositum. *Multi enim vocati, pauci electi.* Interna vocatio, tum nobis incerta est, quam iustificatio, & perseuerantia. Neque ideo ista dicuntur, vt securos reddant, sed vt in tribulationibus ne fatiscant fideles, memores per ista omnia diuino consilio aut constituta aut permissa ad gloriam tendere.

VERSVS 31.

Quid ergo dicemus ad haec? si Deus pro nobis, quis contra nos?

QVAESTIO I.

An hinc certitudo salutis colligatur?

§. 1. Spem nostrā Apostolus confirmat, in medijs malis agebat, & ipse & Christiani, insurgebant Iudaei, insaniebant gentes, daemon toto regno pietatem oppugnabat, mundi iudicio miserrimi habebantur, contra ista omnia Paulus ad spem exhortatur. *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* quis Deo resistere potest, qui vincere defensorem omnipotentem? Haec est victoria & triumphus noster in Deo fortes esse, in Deo stare. Mens ergo Apostoli est, in tentationibus omnibus in carceribus, sub gladio, in rogo nullum hostem timere, vel potentia magnum, vel saeuitie horribilem, omnia illa Dei nutu dissipari posse: omnia illa, modo nos perseuerantiam teneamus in bonum cooperatura. Illam ipsam perseuerantiam à Deo nos sperare, & postulare. Non autem hoc monet, vt certi simus nullo nos vnquam tempore lapsuros: cum certandum multorum ruinae pluquam certum faciant, omnia futura incerta: licet multa nobis indicia salutis suppetant, nunquam tamen desunt causae timendi. *In aduersis ad constantiam hortatur.*

§. 2. Praeclare Hieronymus l. 2. c. 9. contra Pelagianos. *Vnde datur consilium per eundem Prophetam: Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus quaerat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Nunquid dixit habere aequalitatem Dei, & non hoc quod maximum est, solicitum ambulare, cum Deo tuo? vt nunquam securus sis, vt omni obseruantia custodias cor tuum, vt consideres, quoniam in medio laqueorum ambules, & sub murorum ruinis ingrediaris, vt illud quotidie mediteris: iuxta semitam scandalum posuerunt mihi. Superbis enim resistit Deus, humilibus autem dat gratiam. Qui cautus & timidus est potest ad tempus vitare peccata: Qui securus est, de iustitia sua, repugnat Deo, eiusque auxilio destitutus, insidijs hostium patet. Computrescant dicit Habacuc, ossa mea, & subter me vermes scateant: tantum vt requiescam in die angustiae, vt ascendam ad populum fortem meum. His tribulationes, & angustias, afflictionemque animi deprecatur, vt in futuro virorum iam cum Christo regnantium numero sociatur. Ex quo perspicuum est, hic pugnam atque certamen, & in futuro esse victoriam.*

Et in Psal. 105. Neque iustus debet esse securus, neque peccator desperare debet de sua salute in vtroq; enim eorum, & timor est, & spes. Et in c. 30. Ezech. Nullus enim intrepidus, incertusq; de sententia, absque pauore iudicem praestolatur. Et in 1. Nahum. *Diem tribulationis secundum anagogen, diem intelligamus iudicij: de quo scripsit Isaias: Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris & irae: ponere orbem terrae desertum, & peccatores perdere, in eo. Speremus in Domino, & per patientiam eius exspectemus aduentum, & cum venerit, bonum eum, non iudicem sentiamus, & cognoscat, vel sperantes vel timentes se, scit enim Dominus eos, qui eius sunt.*

VERSVS 32.

Qui etiam proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?

QVAESTIO I.

An omnium donatio faciat nos de fide certos?

§. 1. Fillio suo, In Graecis Syris & quibusdā Latinis nō est pronomen *Suo*, Romani tamē Correctores reliquerunt. Graeca etiam exemplaria admodum variant, in altero verbo, alia habent *ἐχα-*

ρίσηται, alii χαρίσεται, nostram lectionem Chrysostomus, Theodoretus, Ambrosius, l. 1. de pœnit. Augustinus l. 4. de doctrina Christiana retinet. Argumento firmat spem nostram in Deo collocandam: Nec enim mirum est tanta nobis ab immensa Dei, bonitate collata esse, cum filiũ suum, quo nihil, aut maius, aut patri carius, nobis donarit, eaq; causa donarit, vt omnia cætera stabiliret. Summa ergo Dei in nos est caritas, nec quicquã desperandum est, quamuis magnum & supra naturam nostram sit. Nam si filium millenis mundis millies præstantiorem donauit, cur non & reliqua etiam χαρίσεται. *gratis donabit?* omnia enim quæcunque dat magnus ille Dominus gratis dat, cum ipsa nostra merita sint gratuita dona, quibus ex sola liberalitate sua debitorem se fecit. Chrysostomus cum hyperbolen hic nominat, non hoc vult dicere: In sermone Apostoli esse figuram hyperbolen, qua in maius extollatur, quod minus est, sed immensam esse, & supereminentem Dei caritatem, quæ omnem hominum atq; angelorum cogitationem excedat. *Ac enim, inquit, hyperbole, multaque feruitate dictiones vsurpat, vt illius declaret charitatem. Quomodo ergo nos destituet, pro quibus proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit? Considera enim quanta id fuit bonitatis, ne proprio quidem parcere filio, sed illum dedere, & pro omnibus dedere, & vilibus, & ingratis, & inimicis. Qui igitur fiere potest, vt non cum eodem omnia nobis donet? Quod porro ait, sensum hunc habet: si filium suum largitus est, nec simpliciter largitus, sed cadit eadidit, quid iam super aliis rebus addubitas, Dominum quum acceperis? quid hæsitas super possessionibus, herum quum habeas? nam qui quod maius erat inimicis dedit: quo fiet, vt quæ minora sunt, amicis non det?*

Sperare nos non certos esse iubet.

§. 2. Ex his apparet nihil de certitudine salutis eum docere, sed eos qui credunt, iubere sperare, cum tantam Dei sint misericordiam consecuti: modo ipsi quod sui est officij perseueranter præstent. *Frustra,* inquit Hieronymus in c. 2. Ieremiæ, *noua ex veteri heresi suspicatur, hic perfectam esse victoriam, vbi pugna est, atq; certamen, & incertus exitus multorum.* Et Augustinus de corrept. & gratia, cap. 7. *Multi vocati: & non in eis de quibus dictum est, pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt & baptizantur & secundum Deum viuunt? Plane dicuntur electi à nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseuerantiam, quæ ad beatam vitam perducit electos, sicque illos ita stare, vt præscierit esse casuros.*

VERSVS 33. & 34.

Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui resurrexit, qui est ad dexteram Dei. Qui etiam interpellat pro nobis.

QVÆSTIO L.

An hinc certitudo electionis confirmetur?

§. 1. PRimo verba singula examinanda sunt, atque eorum pronunciatio. Augustinus hunc in modum legit: Quis accusabit aduersus electos Dei. Deinde subdit responsionem noua interrogatione vim negationis habente expressam. Deus qui iustificat? verba Augustini, l. 3. c. 3. de doctrina Christiana. *Nisi enim fides reuocet, qua credimus Deum non accusaturum aduersus electos suos, & Christum non condemnaturum electos suos, potest illud sic pronunciari, quis accusabit aduersus electos Dei? vt hanc interrogationem quasi responsio subsequatur, Deus qui iustificat. Et iterum interrogetur, quis est qui condemnat? & respondeatur, Christus Iesus qui mortuus est. Quod credere quia dementissimum est, ita pronunciabitur, vt præcedat percontatio, sequatur interrogatio. Inter percontationem autem & interrogationem, hoc veteres interesse dixerunt, quod ad percontationem multa responderi possint: ad interrogationem vero, aut non, aut etiam. Pronunciabitur ergo ita, vt post percontationem qua dicimus. Quis accusabit aduersus electos Dei? illud quod sequitur sono interrogantis enuncietur, Deus qui iustificat? vt tacite respondeatur non. Et item percontemur, quis est qui condemnat? rursusque interrogemus, Christus Iesus qui mortuus est: magis autem qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis? vt vbique tacite respondeatur, non.* eodem modo Primasius, & multi recentiores.

Verborum connexio.

Alia lectio est. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est, qui condemnet? Christus Iesus &c. ita Origenes, Theophylactus, & imprimis Chrysostomus, qui secundam partem non legunt per interrogationem, sed affirmationem, qua plus respondetur, quã quæritur. Etenim sensus est. Quis accusabit? respondetur. Deus est, qui iustificat, quis igitur accusare audebit, contra diuinum iudicium? Quis condemnet? Christus iudex, mortuus est, & resurrexit, & interpellat pro nobis. Cum ille ergo ad dextram Dei stet patron⁹, quomodo iudex damnabit? ex iudice enim factus est aduocatus. In hac lectione nonnulli sic connectunt verba, vt ad primam percunctationem non respondeatur, singulatim. Sed ita legamus. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deinde sequentia iungantur. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? ita Chrysostomus, & ex eo Schol. Græca. Chrysostomi verba sunt. *Hic aduersus eos qui dicunt, fidem nihil prodesse: quique densa ac cumulatæ mutationi diffidunt. ac vide vt illis repente os obstruat, ab illius dignitate, qui elegit. Nec dixit quis incusabit crimina aduersus seruos Dei, neque aduersus fideles Dei: sed aduersus electos Dei. Nam electio virtutis signum est. Si enim posteaquam equorum domitor equos elegit ad cursum idoneos, nullus est qui insimulare possit, sed ridiculus haberetur quisquis vitio id verterit: multo magis quam Deus animas elegerit, maxime ridiculi fuerint qui electionem eam incusauerint.*

Dei electio inculpata.

Nonnulli etiam recentiores id secuti sunt. Syrus vtitur participiis, vt מצדיק, *mezodach, iustificans.*

§. 2. In vtraque lectione vnus atq; idem sensus est. Paulo ante Spiritum Sanctũ interpellare dixit, nunc Deum affirmat iustificare, Christum interpellare. Tota igitur trinitas salutẽ nobis decreuit, totum iudicium est electorum Dei, accusator mutatus est & intercessor factus, iudex mutatus in patrẽ, ita etiã Græca Scholia. αὕτη γὰρ ἡ τριὰς ἐδικαίωσε, τίς ὁ κατακρίνων; *Quæ ipsa trinitas iustificauit, quis cõdemnet?* multis eadẽ apud Oecumeniũ reperies. Hinc concluditur, electos Dei non condemnandos, sed saluandos esse. Ideoq; illis sperandum, quia signa electionis in sese reperiunt. Non autem hoc asserit, quod fiduciarij somniant: nos esse de electione certos peccata non obstare. Etsi nos Satanas accuset, vt Apoc. 12. 10. & Lex etiam, Ioan. 5. 45. Imo & conscientia propria condemnet. nõ tamen timendam esse tristiorẽ à Deo sententiã. Omnia enim in futurum seruantur incerta. Nihil vero ob futura

peccata

[illegible] hæreticus fuit. Ambrosius [illegible] *Quid si quod asserunt [Catholici] aduersari baptizatos intendere non debere virtutis disciplinæ, nihil illis obesse comessationes, nihil rerum affluentiam, insipientes esse eos qui iis careant.*

§. 3. Obiectio hæreticorum interpretum. Ele[ctum] [n]ominat, sed ita, vt se quoque in eorum numero esse non dubitet. Pauli ergo exemplo fidelium quisque credere se debere electum esse & nullum fore qui accuset, aut condemnet. Tripliciter respondeo. Primo quid in diuersam plane Pauli atque aliorum rationem, illi enim prædestinatio reuelata fuit, specialissima dignatione, ab vtero enim segregatus se nouerat, & vas electionis à Domino appellatur: cum ergo de electorum felicitate disputat, se merito in eorum numero recenset. Nam etiam Dominus illi ostendit, quanta eum pati pro Christi nomine oporteat, ut quo sine dubio fuit supremi agonis, hoc est, martyrij reuelatio. Nemo igitur hoc in genere se Paulo æquare potest, nisi eadem à Deo promissa acceperit, quæ Paulus.

Secundo respondeo. Paulum loqui de certitudine spei, cui timor adiunctus est, non autem de certitudine fidei, quæ reuelatione niti debet. Supra autem de triplici certitudine disserui.

Deniq; in aduersarios argumentum violenter retorqueo, cum dicit. *Electos nos, & quis nos separabit?* Non certo fidei assensu, verum iudicio caritatis electos iudicat Romanos. nihil enim de Romanis illi, nisi ex morali certitudine constabat. Ergo cum dicit. Quis accusabit aduersum nos, aut separabit? non potest esse sensus. Certa fide credo futurum vt nemo nos accuset, aut condemnet, sed hoc dicit: Quia electos nos ex signis multis conijcio, etiam spero futurum, vt quod omnibus electis euenit, etiam nobis contingat. Alioqui sensus esset. De me certus sum, de vobis incertus. Vocati erant à Deo Romani, fides eorū toto orbe celebrabatur, orabant, bonis operibus abundabant. Non dubitabat ergo inter eos multos esse electos, de singulis dicere non poterat. Vere Gregorius Magnus in Li. regum c. 16. *Quia iudicium omnipotentis Dei inperscrutabile est, vnde veniat, & quo vadat homo nescit: quia sciri non potest, an quis in gratia quam recipit perseuerare in perpetuum debeat.*

Et hom. 38. in Euangel. *Multi sunt vocati, pauci vero electi; Tremendum est valde fratres Charissimi, quod audiuimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad cœlestis regni nuptias venimus, incarnationis eius mysteriū & credimus & confitemur, diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicij rex intraturus est. Quia vocati sumus, nouimus, si sumus electi nescimus. Tanto ergo necesse est, vt vnusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si electus est ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis quæ inceperunt, minime persistunt.*

Qvæstio II.

An iustificare sit hic absoluere à peccato an vere iustum facere?

§. 1. CAluinus, Beza, imprimis Pareus, ex huius loci corrupto sensu probare nituntur: iustificare non esse aliud, quam pronunciare iustum, non imputare peccatum. Ratio. quia iustificationem opponit accusationi & condemnationi, quæ est imputatio reatus. Igitur est à positione vnius contrariæ ad remotionem alterius, quod valet in immediatis, Dubiu 12. eadem repetit.

Respondeo. Accusationem & damnationem, ne eodem modo opp[illegible] [iusti]ficatio propriè opponitur defensioni [illegible] est. Iustificationi etiam, opponitur da[mnatio] [illegible] est, sententia iudicis reatum imp[utantis], quæ [illegible] opponitur defensioni. Ea porro duplex est: [illegible] cum pronunciat: Fecit, vidi, [illegible] aliam pœnam [im]ponit, altera, cum reatum imputat, & pœnam [imp]onit, vt cum dicit Titius cædem fecit, gladio feriatur. Iustificatio quæ à Deo procedit, his omnibus opponitur: quem admodum innocentia. [Ac]cusationi quidem: nam Deus iustum pronunciat, quē iustū fecit: damnationi; nulli enim innocenti & iusto pœna imponitur damnationis, nec imputatur reatus. Pareus fatetur iustificationē non opponi propriè cōdemnationē, sed in eo errat, quod omnia pure contraria esse putet, quod falsum [e]ostendit, nam accusatio & defensio propriè pugnāt, cæteris latius opponuntur. In Dei iudicio, nemo iustus pronunciatur, nisi iustus factus sit, impium est de Deo sentire, quasi iniustum absoluat, iustum damnet. Hic igitur locus valet ad impiam iustificationem refellendā, cum garriunt, Deū iustificare impium, manentem impium. Absit ab æterno tribunali incommutabilis iustitiæ, vt impium in impietate perseuerantem iustum esse pronunciet, nō est eius, qui iudicat vniuersam terram. Pauli ratiocinatio maior est, quam vt ad grammaticorum argutias sit astringenda. Quis accusabit? quis condemnabit? Deus ipse non modo iustos pronunciat, sed sanguine filij sui lauit, iustos fecit Christus morte sua ex iustitia satis fecit, vt ipse Pareus fassus est. Mortem Christi dicit, opponi omnibus terroribus, eam expiasse peccata, resurrectione iustitiam peperisse. Euectione ad dextram spiritū effudisse. Intercessione meritum efficaciter applicuisse, non libet ista examinare, hoc solum noto. Peccati expiationem morti, iustitiam resurrectioni tribuere, iustitiam ergo resurrectio vt docet peperit, cum iam ante expiatum esset morte peccatum. At cum iustitia paritur homini, homo iustificatur. Non posse accusari aut damnari dicit: quia Deus iustum fecit. Virtus, innocentia, caritas per Christum infusa irritum fecit conatum accusatoris. Potuit hoc à Sancto Chrysostomo Pareus discere. *Est enim Deus pro nobis, idq; demonstrauit per ea quæ edidit opera: neq; magis formidare Iudæicas debemus, etenim & elegit nos & iustificauit, & quod admirandum est, vel per filij cædem iustificauit. Quis igitur nos condemnabit, quem Deus coronet? quem propter nos Christus cæsus fit? nec cæsus tantum, sed cum idem ille postea pro nobis intercedat?*

Iustificatio est cum iniustus fit, & pronunciatur.

Qvæstio III.

Quomodo pro nobis Christus intercedat?

§. 1. DIfficultas in eo versatur, vt sciamus quale genus sit intercessionis Sic n. verba Apostoli hæretici impugnant. Si post mortē adhuc opus precibus ad salutem electorū, non ergo debetur illi Christo ex iustitia, & merito, cur enim D[eus] vult quotidie rogari pro eo vt det, quod ex iustitia debet? Deinde quod precibus datur gratis datur, nostra salus Christi precibus datur gratis ergo datur etiam Christo. quod gratis illi datur, non datur ex merito. 2. Præter Christi mortem op[u]s est alio ad salutem adminiculo, non illa ergo sufficiens, nam post sacrificium, opus est intercessione. Neque responsio sufficit, qua di[cunt] ex

parte

patre nostra req[illegible] iones aut media ordinat, vt nobis appl[illegible] merita sacrificij crucis, nn[illegible] n magnitus de eo quod Christus agere debet, ille orare cogitur, si seruare vult suos, non modo vt seruet. [illegible] vt illa applicet, denique ipsam met [illegible] crificij non salutem mudo, sed omnium [illegible] applicationem meruit.

Chrysostomus intercessionem aliud non esse docet, quam quod ea ratione, qua nos diligit pergat tute. *Si enim ipse vita cum sit, & fons bonorum omnium, & parem cum patre auctoritatem obtineat, mortuos suscitans ac viuificans, omniaque alia faciens. Quomodo intercessionis eget vt nobis adiumento sit? desperatos & condemnatos, propria autoritate, ab illa condemnatione liberauit & iustos & filios fecit, & ad honores supremos subuexit. & quae nunquam sperata fuerant, ea ad opus deduxit: n quo tandem modo post omnia à se perfecta, post naturam nostram in thrsno regio ostensam & collocatam, ad ea quae facilora sunt, intercessionis indigeat? Vides vt vndique ostendat, se alia nulla de causa id verbi intercedit, dixisse, quam vt feruorem ac vigorem illum erga nos charitatis declaret? Quando & pater item videtur homines adhortari, vt si reconcilientur, pro Christo enim, ait, legati sumus, tanquam Deo exhortante per nos.*

Chrysostomum sequitur catena Græca, non egere eum patre: sed ostendere velle Paulum *διάπυρον ἀγάπην, igneam caritatem.* Cyrillus ait eum hæc vt hominem facere, quia Sacerdos sit. Photius ad orationem Christi refert, qua viuens cum Apostolis patrem interpellabat. ἡ γὰρ τότε ἐνθέου εὐχὴ, [illegible] ἔχει [illegible], ὥστε δὲ πάντως ἰσχύειν [illegible]. *Oratio enim illi dicta vim illam habet, vt semper sit efficax.*

Intercedit Christus amando.

Theodoretus vere petere existimat. *Quid his maius, quæso? Dominus Christus pro nobis est mortuus, & è mortuis suscitatus patri assidet, & ne sic quidem nostri curam gerere desijt, sed quas à nobis accepit primitias patri ostendens, & eas esse ab omni reprehensione alienas patri demonstrans, per illas nobis salutem petit. Et hoc quidem quantum ad humanitatem posuit. Vt Deus enim, non petit, sed suppeditat. Quod si etiam quantum ad diuinitatem, hoc filium facere dixerint Hæretici, ne sic quidem eius gloriam minorem esse ostendent. Demus enim duos reges esse honore æquales, & eadem potestate præditos, esse autem vtrisque aliquem præfectum seu legatum, & alterum eorum, precibus ab eo qui offendit primus auditis, petere à regni consorte vt ei reconcilietur, hoc ne de eius qui petit dignitate detrahit? Nequaquam, sed ne id quidem hic licet dicere. Quæ enim patri placent, etiam placent filio, & vna est vtriusque voluntas. figurata est ergo ab Apostolo oratio volentis ostendere insignem quam nostri gerit curam.*

Postulat rogando vt homo, non vt Deus.

§. 2. Intercessio Christi varie accipi potest. Primo vt in gloria sua patri assistens, secundum humanam naturam pro nobis oret, vti in hoc mundo orauit: Deinde apparatione in Dei cōspectu, Heb. 9. 24. Tertio. Intercessio potest tribui sacrificio cruento, quod in cruce patri obtulit. Hebr. 10. 12. & 14. 3. *Sanguis eius melius clamabat, quam sanguis Abel.* Hic vindictam, ille misericordiam postulat. Denique sola voluntate, & amore, quem pater intuitus approbat. Sola prima ratio difficultatem habere videtur. Si tamen scripturam proprie intelligamus: dicere licebit. Christum secundum humanitatem nunc etiam orare, & ex iustitia exaudiri. Dari merito eius quod petit: non dari gratis, quod suo iure postulat, nec cogi ad precandum quod Deus iustus daturus erat sine flagitatione filij, & aduocati, hoc ille mente, & quia homo est, etiam voce petit. Debitam pro [illegible] que mercedem, de qua dictum: *postula a me, & dabo gentes hæreditatem tuam.* Nec me-

Varij modi intercessionis.

rito magis obstat [illegible] quam ante mortem. Nec alio est adminiculo opus ad salutem, præter Christi meritum [illegible] te perfectum, sed alia esse voluit, Deus ad fidem, spem, caritatem nostram augendam: non enim sola necessitate largitatem suam Deus definiuit sed abundantia bonitatis suæ nos ditari voluit. Morte sola liberare nos potuit, morte contumeliæ, alapæ flagellatio, coronatio ad cumulum addita fuit.

§. 3. Lubet hic audire, quid Sectarij responde ant. Pareus cum obiecisset sibi Post quod opus est alio adminiculo ad salutem, id non est sufficiens ad salutem. Post sacrificium crucis opus est alio adminiculo ad salutē, non ergo illud est sufficiens.

Respondet. Christum intercedere non salutem promerendo, vel meritum supplendo. Sed salutem nobis plenissime promeritam conseruando, & applicando. Addit: *Sicut itaque alia media interna, & externa, quibus Christus salutem sacrificio suo promeritam nobis donat, & applicat, vt sunt verbum, vocatio, Spiritus Sanctus, fides, iustificatio, regeneratio, &c. imperfectionem meriti non arguunt, sed perfectionem eius confirmant, quandoquidem omnia ea suo merito peperit: sic etiam intercessio.*

Hæc non satis rem explicant. Nam crucis morte etiam conseruationem suorum beneficiorum, applicationem, & perseuerantiæ donum meruit illis, quibuscunque dedit, aut daturus est. Quod tamen sacrificio crucis nihil decedit, si aliud addatur, conseruando, & applicando merito Christi, cur Ecclesiæ sacrificium incruentorum insequuntur, cum illo applicatio & conseruatio salutis nostræ peragatur, cur Sacramentorum gratiam, & effectum calumniantur, aut inficiantur? Illa dignitatem meritorum Christi augent potius, quam minuant. Quemadmodum miræ creaturarum operationes, & arcanæ virtutes non arguunt in Deo imbecillitatem, quod non solus omnia sua virtute perficiat, sed potentiam, quod etiam creaturis intelligendi & agendi industriam sit largitus. Ita tanto præstantiora sunt Christi merita, quanto maiora & meliora pepererunt, inter quæ etiam nostra sunt merita: quæ sine illis nulla essent.

Meri[illegible] per[illegible] [illegible]

Quod vero Pareus, Gualterus, alijque de sanctis obijciunt; ex dictis eius vanitas apparet. Christus suo iure ac merito, tanquam redemptor postulat sancti vt serui pro conseruis, quib⁹ nihil debetur, quorum humilis oratio, non magis obstat dignitati intercessoris Christi, quam nostræ, alterius pro altero precationes.

VERSVS 35. 36. & 37.

Quis ergo nos seperabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicuti oues occisionis) sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos.

QVAESTIO I.

Vnde coniunctionis cum Christo firmitas?

§. 1. D-

§. 1. **D**Vplex explicatio, vel enim ostendit stabilem esse dilectionem Domini in nos, & nostram erga Deum, cum nemo accusare audeat, nec Deus damnet. Vel adhortatio est ad charitatem, cum tam eximia Deus beneficia dederit, non est à charitate eius recedendum, quicquid euenat, à charitate Dei. Athan. Basil. Orig. Chrys. Theod. Anselm. Pseudo-Ambr. Cyprian. Hiero. accipiunt de charitate, qua à nobis diligitur Deus, non qua diligit ille nos. Toletus atque alij etiam, imprimis omnes nouatores, de charitate qua nos ille diligit. Cyprianus sane etsi bis illam, qua diligimus, intelligit tamē Epist. 8. amicitiam vtrunque, qua diligimur, & qua diligimus, interpretatur. *Pater, inquit, nos & tergit & tuetur, stantes tamen in fide, & in pressuris atque in angustijs, & Christo eius firmiter adhærentes, sicut scriptum est, quis nos, &c.* Nihil horum potest separare credentes, nihil potest auellere corpori eius, & sanguini inhærentes. Itaque quia non amat nisi & redamemus, aut sane amatores, opus est vtroque nodo alternatim astringente.

...tas Dei ...gentis, ...nostra.

Enumerat 6. præcipua aduersitatum genera. *Tribulatio*, θλίψις de qua dictum cap. 2. vt & de *angustia* στενοχωρία, tribulatio hæc, à tentationibus, angustia à fratribus falsis, & tristitia ex lapsibus, *persecutio, hostes, fames, nuditas* tandem *gladius* omnia malorum genera enumerat denique.

§. 2. *Quæ propter te mortificamur tota die, facti sumus sicut oues occisionis*, Græcè ὅτι, *quod propter te*, Psal. 43. 23. tua causa, amore tui, tota die θανατούμεθα, *affligimur*. & sumus quasi destinati ad victimam, nulla habetur vitæ nostræ ratio, nam de victimis mactandis iam deliberatum est, tempus, occasio, locus, quæritur vt rite scelus peragatur, ita hodie videm⁹ nulla fide agi, sed tantum quæri occasionem, & potentiam. Hoc loco ostendunt Martyres, causam afflictionum, Christi amorem; non enim patiuntur, vt homicidæ, aut fures, aut latrones.

§. 3. *Sed in his omnibus superamus*, ὑπερνικῶμεν, *admodum vincimus* propter eum qui dilexit nos. διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος. Syrus: *per manum*, & ostendit, quo auxilio vincamus, ita Orig. Chrys. Aug. Cyprianus tentum de exhort. ad martyr. cap 6. lib. 3. ad Quirin. Propter eum propterea quod dilexit nos, ideo enim adiuuat. Hieron. in Psal. 118. & lib. 3. ad Eph. cap. 6. Bas. lib. de spirit. cap 8. Non includitur hic tantum caritas Dei diligentis, sed etiam nostra diligentium vicissim, *nam ideo*, inquit Chrysost ὑπερνικῶμεν, hoc est, *omni facilitate vincimus*; sed quia & ille amet & nos vicissim, est enim fortis vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio.

lectione ... & no... vinci-mu.

Porro de lectione huius loci ita Brugensis: *Latini Vulgatæ editionis codices, vnanimiter hunc ad modum legunt, propter eum, similiterq; Ambrosio adscripta commentaria, Author Scholiorum, quæ in Hieronymi operibus extant, Primasius, Haymo, Anselmus, posterioresq; omnes Latinæ editionis enarratores. Græci libri cōstanter scribunt,* ἀλλ᾽ ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. *id quod Syrus interpres, posterioresque Latini, & Græcus Scriptor D. Basilius, cap. 8. libri de Spiritu Sancto, per eum qui dilexit nos interpretati sunt.* διὰ *enim, Græca propositio, gemino iuncta, per significat, accusatiuo, propter: id quod huius capitis 20. 25. versibus videre licuit, per legit S. Augustinus libri 4 De doctrina Christiana cap. 20. & libri de ciuitate Dei 22. 23. capite: Græcamque sententiam optime explicans, in his omnibus, habet superuincimus, per eum qui dilexit nos Per legit & prosper, libri 2. de vocatione gentium. cap. fine, iuxta nouam distinctionem, 15. Vulgatæ editionis Author, aut accusandi casu* διὰ τὸν ἀγαπήσαντα, *legit, aut* διὰ *gignendi casus propositum, etiam propter verti posse sensit; præsertim, cum propter, hoc loco, ita vt per accipi possit; propter eum, propter eius auxilium, quæ & D. Thomæ est explicatio.*

VERSVS 38 & 39.

Certus sum enim, quia neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

QVÆSTIO I.

Quæ lectio probatior?

§. 5. **N**Otatam ipse varius: sed diligentissime id præstitit Franciscus Lucas. *Neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia Hunc admodum scripti libri complures impressique omnes legunt: quibus adstipulantur enarratores, Haymo, Anselmus, Author Glossa, Carensis, Lombardus, Lyranus, Aquinas, Gorran, Bruno, Ribelius, aliique posteriores. Tres scripti libri, pl. ang. Ret. C. pro neque virtutes, habent neq; potestates; quinque pl. m. l Torr. Atr. S. & Leodiensis; verum hic ex posteriore emendatione, verumque habent, hoc ordine: Neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque virtutes. Arbitror, ex altera primum versione, vel ex similium locorum memoria, pro virtutes scriptum potestates (quod enim est Græce* οὔτε δυνάμεις, *neque virtutes, alij, nominatim Origenis interpres, 3. periarchōn 2. cap. neque potestates transferunt: frequenterque Apostolus principatibus* ἐξουσίας. *quas potestates editio nostra reddit. subiungit) ac dein, quæ in diuersis erant codicibus, coniuncta, vt paria bis essent, sicuti in antecedentibus & subsequentibus. Nam & hanc ob causam, in angusto Plantini scripto, quod, loco, virtutes, habet potestates. additum reor neque archangeli: neque angeli, neque principatus, neque potestates. Notandum porro est, S. Augustinum, libri de moribus Ecclesiæ Catholicæ cap. 11. & Authorem commentariorum, quæ Ambrosio tribuuntur, duo solum hic membra legere, neque angelus, neque virtus, omittere, neque principatus, non tantum contra Latinos hodie codices, verum etiam contra Græcos, & Syros, qui tria hæc membra legunt.* οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, *Neque angeli, neque principatus, neque virtutes. Cæterum, omittunt Græci, Syrique Codices, nec non Chrysostomi. Theodoreti, Theophylacti, & Oecumenij enarrationes, tum illo Augustini loco, & Ambrosio adscriptis commentarijs, id quod postea Latinis in libris sequitur nec habet ad quod respondeat, neque fortitudo: quibus, vnum, ex Latinis nostris manuscriptis, M. littera notatum, conforme est. Hieronymus ad Algasiam, quæstione nona, legit quidem tramisisse hanc partem, neque fortitudo: sed aufert tamen quæ præcedit, neque virtutes. Cui Augustinianum ex Sacris Litteris speculum, & maius Malmundariensis Cœnobij exemplar, concinunt, tametsi hinc altera manu supra scriptum sit: Neque virtutes, vt sunt huiusmodi pene omnia in antiquis exemplaribus, ad vulgarem postea legendi modum immutata. Continet & Primasius enarrator quamquam apud eum, multitudinis numero neque fortitudines legatur. Adstipulantur etiam ea, quæ apud D. Hieronymum.*

Lectionis varietas.

in S.

in S. Pauli Epistolas exstant Scholia, quæ Primasius, hoc loco, vt multa alia, sequutus est. Scriptum vetustissimum, M. N. Hunnot, T. littera signatum, loco huius, neque fortitudo scribit, neque virtus, tollitque similiter, quod dictum est, neque virtutes: eius, Augustini lectio, libri de doctrina Christiana quarti cap. 20. & expositio, eo libello, quo huius Epistolæ quasdam propositiones exponit, per omnia consonat. Videri ex his possit, alterum superfluere, vel neque virtutes, vel neque fortitudo, siue vt alias legitur, neque virtus; & quidem diuersas has esse, eiusdem partis, aliter atque aliter lecta, translationes. Quod enim Græce est οὔτε δυνάμεις, quod est neque virtutes, exstimarim, singulari numero ab alijs οὔτε δυνάμις lectum, & à quibusdam versum, neque virtus; quo modo, Augustinus libro de moribus Ecclesiæ Catholicæ, & Ambrosio attributa commentaria, habent, eo loco, quo nos cum Græcis & Syris neque virtutes; à quibusdam neque fortitudo. Porro, neque virtus, clarum satis videtur fieri non esse nostræ editionis, eoque magis, quod, scriptum illud. T. alteram editionem nonnunquam sequi, comperterimus. Post hoc, neque fortitudo, cedere debere videtur. τῷ neque virtutes. Hoc enim vno, eoque longe aptissimo, legitur loco: illud, varijs erras locis, ijsque minus conuenientibus. Vt plurimum, legitur post futura, ante altitudo: Neque in. neque fortitudo, neque alt. Manuscriptum H. notatum scribit post neque virtutes. neque fortitudo. Duo manuscripta, C. & Sc. ru. medium habent inter instantia & futura: Neque insta. neque fortitudo, neque fut. Apud Origenem in tertio περὶ ἀρχῶν, primum legitur neque potestates, postea additur neque virtus, sed vltimo loco: Neque alt. neque profund. neque virtus, neque alia vlla creatura. Primo & quarto locus, ab affinibus separatum, solitarium incommodè ponitur; Tertio, etiam diximus quæ manifestum est combinanda. Secundo, optime congruat. quo, positum id fuisse, existimat Dominicus Segobiensis, si; quod credit; Apostolicum verbum est. Cæterum, cum, vel hoc, vel alterum, non leuibus argumentis superesse videatur, minusque hoc, τὸ neque fortitudo, fundatum in nostra editione appareat, videtur adulterinum id esse. Verum enimuero antiquissimum tractatorem Origenem, vel interpretem eius Hieronymum (is enim Origenis commentario sua non pauca adiecit) id legisse atque eo quo in latinis plerumque codicibus legitur loco, post neque futura, nec præterijsse quod antecedit: neque virtutes, ex explanatione in hanc epistolam, vere colligi videtur, tametsi neque virtutes scriptum sit, posteriori, vt priori loco.

QVÆSTIO II.

Quæ vera singularum partium explicatio?

§. 1. HOstium magnas copias recenset, quas negat in hoc valituras, vt ipsos à Christo separent.

Primum est *mors*, caritas enim in tot martyribus mortem vicit. Fortior enim est morte dilectio. Alterum est *vita*: Quæ variè accipitur, alij vitam præsentem & omnes vitæ iucunditates interpretantur, alij omnia quæ aspera in vita occurrunt. Prior sententia verior propter oppositionem, qua cum morte iungit. Nec minus est à prosperis periculi, quam ab aduersis.

Nihil separare nos potest à Christo. Tertium *Angeli*. Chrysostomus bonos intelligit; non quod illi, incitatores sint ad vitia: sed caritatis semore dictum interpretatur, vt ostenderet πόθον θερμὸν εἰς θεόν. Desiderium seruens in Deum. ac si dicat: Etiam si angelus de cœlo me separare à Christo vellet, non obtemperarem. Ita & Græca Scholia aliqui bonos & malos interpretantur, vt etiam Lucas Lossius. Qu[illegible] dicat & [illegible] petium dicere, hæc per hyperbolen dic[illegible] Imo posterior hyperbolas concedit. quod si verum [illegible] non est illa quam fingunt certissima fiducia, [illegible] alia non sine metu. Quod enim dicitur certi[illegible]mum per hyperbolen, id non est certissimum. Si ergo Paulus certum se dicit, non sine hyperbol[illegible], simpliciter non est certus. Angelos malos seu apostatas dicere malo.

Quartum, *principatus*, ἀρχαί. Angelos esse qui principatus dicuntur plerique censent. Alij addunt, etiam tyrannos, persecutores & reges vt plerique hæretici Lossius, Corretus, Pareus. Verum iam supra de his satis multa dixit: cum gladium, persecutionem, aliaque nominaret, iam ad maiora progreditur. Nam pugna illa prior erat cum carne & sanguine, hæc contra principatus, potestates, tanto periculosior, quanto hostis versutior, potentior. Principatus hunc in modum describit Dionysius l. de cœlesti Hierarch. cap. 9. *Declarat enim nomen cælestium principatuum diuinitatis instar præesse, principatumque obtinere cum sacro Ordine qui principatuum virtutibus, sit dignissimus: atque ad summum principatum, & eos omnino conuersos esse [illegible] alijs pro dignitate principatus duces se (ad hanc conuersionem) præbere: & illum ipsum principatum, qui principatus auctor est, pro virili parte exprimere: enunciareque superessentialem eius in omnem ordinem principatum, pulchra virtutem qua principatum obtinet dispositione.* Principatus.

Ex quo apparet, ideo Paulum angelis sub e[illegible] principatus, qui à Deo desciuerunt; nam vt i[illegible] in gratia persliterunt, se alijs duces præstitere vt ad Deum conuerterentur, ita horum studium [illegible] eo sit, vt principatum in hominibus tentandis, atque à Deo auertendis teneant.

Quintum, Δυνάμεις *virtutes*: quod de ordine angelorum etiam intelligo, qui sunt in media Hierarchia: inquit Dionysius c. 8. *Sanctorum autem virtutum nomen significare puto, virilem quandam inuictamque fortitudinem ad diuina omnia obeunda munera quæ eos attingunt, quæ ad nullam diuinam illustrationem earum, quæ eis offeruntur, & quasi inferuntur, percipiendam imbecilla est, quæ magnis viribus ad diuinitatis imitationem nititur, nec diuino motu atque impulsu ignauia sua deest, sed magna contentione cælestem illam virtutisque effectricem virtutem intuetur, & illius, quo ad eius fieri potest, simulacrum virtutis speciem præferens efficitur, ita vt & ad eam, quasi virtutis principium, pro virili parte conuersa sit, ad ea vero quæ secundum locum tenent, virtutis dandæ causa diuinaque similitudinis instar prodeat.* Virtutes.

Alij potestates nominant, sed de verbis litigare non lubet. Virtutes igitur illæ ad destructionem pietatis sunt efficaces, mutata in prauum voluntate, & naturali sagacitate, ac viribus ad hoc nondum exertis. Theodoretus e[illegible]iam exercitus vo[illegible]. παρ' Ἕλλησι τὰ στρατιωτικὰ τάγματα δυνάμεις καλοῦνται. *Apud Græcos militares cohortes vocantur δυνάμεις, virtutes.*

Sextum, *Instantia*, ἐνεστῶτα, pericula quæ [illegible]cumstant. Syrus vocat דְּקָימִין. *dekiman*, quasi dicat: *Stantia*, quæ nunc scilicet, ingent, & tument mala. In[illegible]

Septimum, *Futura*: nam trepida mens semper asperiora timet futura. Contra hunc insultum [illegible] iam se firmatum asserit. Futura.

Octauum est in Latino *Fortitudo*, quod nec in Græco est, nec Syro. Hier[o]nymus, leg[illegible] [illegible] sim omnium δυνάμεις, *virtutes*. In emendatis l[i]bris etiam relictum est. Argumentum, quo v[illegible]tur, For[illegible]

qui

qui Latinam lectionem reijciunt, leue est; causam enim dicunt, quod non sit membrum, quod illi respondeat, cum cętera bina membra ponantur. Sed quis eas leges spiritui Apostolico ponat? Deinde tres Angelorum ordines recenset, non binos, denique in fine concludit, neq; alia creatura, cui non respondet, nec respondere aliud membrum debet. Fortitudinis nomen generatim intelligo omnium eorum quæ enumerata sunt, vires, efficientiam, potentiam.

Altitudo. Nonum, *altitudo* ὕψωμα, cui opponitur.

Profundū. Decimum, *profundum* βάθος. Variæ interpretationes. Scholia Græca. *Cælum, infernum*, nec spe cœlorum, nec gehennæ timore, Dei caritas mouetur. Vel [Greek], vel [Greek]. valde *splendida*, vel *abiecta*.

Eodem modo, [Greek], *læta, tristia, bona, mala*. Sapientiam grandem, & vanam hæreticorum, hypocrisin & furores populi. Suspensio in cruce, submersio, vel præcipitatio. Elementa supera, infera. Nihil horum improbo: omnia potius complector. Sensumque esse puto, nihil supra, nihil infra esse, quod seperare nos possit, à caritate Christi.

Creatura. Deniq; vltimum: *Nulla creatura*, id potest, Tertullianus, Nulla conditio: hoc est, res condita.

QVÆSTIO III.

Quæ sit hoc loco Caritas?

§. 1. SEctarij fere omnes de Caritate, qua nos Deus amat, non de illa qua Deum nos diligimus interpretantur, ne felicitatem nostram videantur ex caritate & bonis operibus suspendere. Hyperius tamen & alij nonnulli de nostra dilectione & constantia sunt interpretati. De Dei quidem caritate potest accipi, sed tamen vt nostra vicissim includatur, probat eum nos in omnibus persecutionibus [Greek] superuincere, per Deum qui dilexit nos, quia à caritate Dei nihil nos separare potest, victoria autem illa tam est nostræ quam diuinæ caritatis, diuinæ donantis, nostræ cooperantis. Cum enim prius amorem Dei erga nos explicuisset, deinde nostrum amorem vicissim describit, firmum, contra omnes ictus inuolutum, omnia obstantia perrumpentem. Prosper de vocatione gentium l. 1. c. 24. de caritate Christi, qua nos diligit, & inseparabiles facit, interpretatur, versum 36. & 37. Verum l. 2. c. 15. de nostra caritate loquitur. *Fremebant gentes irascebantur populi, sæuiebant reges, & potestates contradicebant, superstitiones & totius mundi reluctabantur errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentibus, populum suum Christus augebat, & per vincula ac supplicia, mortesque Sanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, perque vniuersum mundum dominici agri segetu multiplicabatur vbertas. Tanta omnibus desuper præbebatur constantia fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantiæ, vt ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus Sanctus accenderat, nullo modo ab opprimentibus posset extingui: tum & qui cruciabantur, vehementius inardescerent & qui sæuiebant eandem quam persequebantur, flammam sæpe conciperent.*

Victoria [illegible] *Christianorum.*

Vtraque caritate vincimus.

Imo etiam v. 36. & 37. simul intelligit nostram caritatem, sed à Deo diligente collatam. l. contra Collatorem.

Nec mirum est Prosperum ita docuisse, præiuit enim Augustinus l. de gratia & lib. arb. c. 17. *De cooperante illo tum iam volumus, & volendo facimus, fernus, inquit, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Quid est omnia, nisi & ipsas terribiles sæuasque passiones? sarcina quippe illa quæ infirmitati grauis est, leuis efficitur charitati. talibus enim Dominus dixit esse, nam sarcinam lenem. Qualis Petro fuit quando passus est pro Christo, non qualis fuit, quando negauit Christum. Istam charitatem, id est, diuino amore ardentissimam voluntatem commendans Apostolus, dixit, quis nos separabit à charitate Christi.*

Et de moribus Ecclesiæ c. 11. Omnibus illis tam grauibus hostium insultibus caritatem opponit: vbi etiam singula accurate exponit, *Item si nulla res ab eius charitate nos separat, quid esse non solum melius, sed etiam certius, hoc* [illegible] *potest? sed singula breuiter attendamus. Nemo* [illegible] *separat, minando mortem. Idipsum enim quod diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum tum mors ipsa sit non diligere Deū, quod nihil est aliud, quam ei quicquam in diligendo atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam. Nemo enim ab ipso fonte separat, pollicendo aquam. Non separat Angelus, cum inhæremus Deo, nostra mente potentior. Non separat virtus: nam si virtus hic illa monita est, quæ aliquam potestatem in hoc mundo habet, toto mundo est omnino sublimior mens inhærens Deo. Sin virtus illa dicta est, quæ ipsius animi nostri rectissima affectio est: sin in alio est, fauet vt coniungamur Deo: sin in nobis est, ipsa coniungit. Non separant instantes molestiæ: hoc enim leuiores eas sentimus, quo et iude nos separare moliuntur, arctius inhæremus. Non separat promissio futurorum: nam & quidquid boni futurum est, certius promittit Deus: & nihil est ipso Deo melius, qui iam profecto bene sibi inhærentibus præsens est. Non separat altitudo neque profundum.*

Tantum porro abfuit, vt caritas cederet duris, vt illis potius cresceret, & mitesceret, recte Iustinus p. 119. [Greek]. *Anima, dum cibis & potionibus male tractatur fit melior: & Christiani, dum quotidie supplicijs multantur, magis multiplicantur.* *Aduersis crescunt Christiani.*

Tota enim Ecclesia ostendit exemplo horribilia illa diligentibus Deum incrementa ac robur conferre, & fructibus cœlo inferendos, quemadmodum vitis putata roboratur, & vuis grauatur, sibi relicta inani pampinorum, & foliorum luxuria exhausta arescit.

Ita B. Nilus hom. 2. de ascensione. *O religionem omnibus regibus potentiorem, magis regiam: quæ enim reges armis excitabant, hæc absque armis dissoluebat.*

Quæ isti mactando prohibebant: Hæc dum mactaretur, excitabat, & suorum cædibus trophæa contra mactantes erigebat.

Succidebantur Ecclesiæ palmites: & fidei fructus augescebat: & florem non marcescentem proferebat. E radice enim illa hi palmites nati sunt, quæ verissime dixit: Ego vitis mundum: Ego sum vitis, vos palmites.

Stephanus tanquam ramus excidebatur; & alius martyrum palmes pullulabat.

Iacobus & Petrus resecabantur: & alius rursus martyr exoriebatur, & hoc resecto, alius rursus multifer palmes è radice hac emittebatur.

Vindemiabatur Paulus & alius martyrij racemus maturescens Thomas apparebat: & vndique radix vindemiata, copiam vberiorem, præ eo quod isti vindemiarant, ac germen durabilius efferebat. Et quidem isti excisores breui marcescentes exterminati sunt: Hæc vero semper grauata fructibus terræ fines suis germinibus complexa est.

De caritate igitur Dei suos perpetuo auxilio protegentis. De caritate etiam fidelium electorum istis dici statuamus, vt etiam Sanctus Cyprianus l. 3. ad Quirinum, vbi exhortationis esse verba ostendit.

Gg QVÆ-

QVÆSTIO IV.

Qualis describatur hoc loco certitudo?

§. 1. FIdei certitudinem Acatholici fere, spei firmitatem Catholici interpretantur. Fidei certitudo nullam dubitationem admittit, spes non sine metu est, quamuis adeo firma aliquando sit, vt actum timoris excludat, sua tamen natura eum admittit. Non omnes tamen Sectarij fidei certitudinem hoc agnoscunt. Nam Bullingerus in hunc locum, certitudinem & firmitatem spei credentium indicare Apostolum docet. Atque in ea sententia sunt omnes Arminiani, qui fidei certitudinem de salute, vt somnium rident. Vide P. Bertium de apostasia Sanctorum. Veram esse Catholicorum interpretationem & analogia fidei docet, quæ securitatem illam condemnat, quam nouitas carnalis induxit; & patrum auctoritas atque adeo verbum ipsum & contextus. Verbum ipsum expendamus, quod est πέπεισμαι, proprie *persuasus*, vt hunc locum vertit Tertullianus contra Gnosticos cap. 13. Hieronymus ad Algasiam q. 9. & plerique Sectarij. Beza, Pareus, alij; licet Zvinglius ipse, Latinæ versionis verbum retineat. Syrum verbum מפיס *mephas*, *persuasum* significat, *contentum*, *acquiescentem*. πείθομαι sane est persuaderi, siue vere, siue falso, siue ex demonstratione certissima, siue ex probabilibus. Apostolus 15. 14. *Certus sum fratres mei, quod & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia.* & 2. Timothei 1. 5. *Certus sum quod & in te.* Luc. 20. *Certi sunt enim Ioannem Prophetam esse.* Hebr. 6. *Confidimus de vobis meliora.* Vbi persuasionē & spem ex signis collectam, non fidei certitudinem significat. Falsum ergo est ex eo quod Apostolus certum se dicit consequi, omnes fideles de sua gratia, & perseuerantia certissime persuasos, certitudine fidei: vt lib. 3. c. 9. Pareus comminiscitur. Fatetur quidem verbum πέπεισμαι etiam coniecturalem significare fidentiam & persuasionem, non sequi tamen. Alicubi ita significat; igitur & hic. Hoc ille argumentū Bellarmino impingit per calumniam, vt soluat. Non dixit hoc Bellarminus. Illorum ratiocinatio erat: Paulus ait πέπεισμαι, hoc est, certitudine fidei, testimonio verbi Dei se certum esse. Ergo omnes itae certi sunt de salute. Negat Bellarminus eam esse significationem verbi πέπεισμαι: nō enim ita arctari, sed late omnem persuasionem, siue falsam, quæ significare, vndecunq; sit illa πεῖθω. Ideo argumentum non concludere, quod est verissimum. Ex quo apparet eum paralogismum esse aduersariorum. Nam sic argumentantur: πέπεισμαι persuasus sum, aliquando indicat certitudinem fidei, ergo & hoc loco, quod est à particulari ad particulare. Perinde est ac si hunc in modum delirant. Spiritus in Scriptura significat ventum, ergo cum dicitur. v. 26. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, significat: ventus adiuuat, &c.

Spes metū non excludit.

πέπεισμαι non certitudinem fidei significat semper.

§. 2 Ridiculam ratiocinationem tamen Pareus fuco ubique retinetur. l. 3 c 9. Quoties Scriptura tribuit nobis πεποίθησιν salutis, vel fidei, vel causæ propriæ, tunc significat πληροφορίαν fidei certissimam infallibilem.

Error Parei.

Audio sane, sed hoc ipsum est κρινόμενον. Nos negamus, videamus igitur quomodo illud probat. Primo adducit verba ex c. 14. v 14. *Noui, & persuasum habeo, per Dominum Iesum, nihil esse impurum per se.* Hic locus impudentem imperitiam hominis prodit. Nam credere nihil esse impurum in se, nullam escam, aut potum inquinare, non est habere fiduciam salutis, certū est. sibi remissa omnia delicta, se perseueraturum. Quorsum ergo ista adseruntur? Quid agninæ, aut vitulinæ, cum perseuerantia, & πληροφορία Caluiniana? Deinde non est hic πεποίθησις seu fiducia, sed vera fides, generalis fides, quæ absque fiducia esse potest: nam & illi, qui cum scandalo fratrum edebant idolothyta, credebant nihil per se impurum esse. Accedit, quod eo loci duo verba Apostolus vsurpat, οἶδα καὶ πέπεισμαι, non sequitur autem, si duo illa verba iuncta fidem significant, etiam πέπεισμαι separatim significare. & Pareus eo loco docet, per periphrasin describi verbum πιστεύειν. Imo addit Paulus. ἐν κυρίῳ ἰησοῦ, *in Domino*, hoc est, Pareo interprete: *per Dominum*, seu *per gratiam datam*, fiduciæ enim auctorem indicari dicit. Quis vero non videt πέπεισμαι & οἶδα, & in Domino plus esse quam simplex & seorsum positum πέπεισμαι; nec sequi: Illa tria iuncta per periphrasin significant credere, ergo hoc verbum solum positum significat? Confidere certitudine fidei se electum esse? &c.

Deprauat mira Scriptura.

Chrysostomus certe discrimen facit. *Deinde ne incredulorum quispiam dicat: & quid ad nos, quod tu persuasus es? Neque enim ita fide dignus es, vt contra tantam Dei legem, atque oracula diuinitus allata tibi credatur, subiungit in Domino, hoc est, ab illo doctus sum, ab illo certus factus sum. Non est igitur humanæ cogitationis ista sententia.*

Nihil ergo locus ille obstat veritati, cum de fide Catholica non de fiducia agatur.

§. 3. Alter locus est. 2. Cor. 10. 7. *Si quis confidit sibi, Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse est Christi ita & nos.*

Resp. iterum. Non sequi: etsi ille locus agat de certa fide, etiam hunc agere, ex lege Pareanâ *Si alicubi, igitur & hic*. Deinde prorsus nego locum illum, quo dicitur: *πέποιθεν ἑαυτῷ confidit sibi*, vel vt Syrus על נפשה, *super*, vel *in animo suo*, significare certissimam fidem gratiæ, perseuerátiæ, electionis. Nusquam Paulus dicit; Eos qui in fraudem inducti erant, nam ἠπατημένους vocat Chrysost. additq; non leue crimen esse eorum, qui ea, quæ secundum faciem sunt vident. Eadem etiam Beza mouet. Vnde autem probat eos deceptos, externam speciem spectantes à Paulo alienos, habuisse certam fidē se electos, se illos, cum de tanto Apostolo id non cogitarent? Andreas Hyperius Caluinianus: *Infert facta collatione, se nemine esse inferiorem, neque quisquam alios posse de se iactare de potestate vel alia re, ad laudem, vel gloriam, quod non multo verissime sibi competat*, non ergo ille de fiducia tione præsumptuosa intelligit. Plenam huius loci expositionem suo commentario reseruo. Addam tamen quæ Osiander notat, vt plane appareat, eum nō interpretari de certitudine salutis. *Si quis, inquit, inter vestros vel Doctores, vel auditores me contemnit, & confidit, & placet sibi, eo nomine, Christi se esse, & ad Christū se pertinere. Is hoc cogitet iterū apud se, quia (pro, quod) sicut ipse Christi est seruus aut membrum; (si tamen est) ita & nos Deest, Christi sumus. Nihilo certe ipsis inferiores reperiemur, qui nos superciliose, vel factiose contemnunt. Semper ergo in Ecclesia extiterunt, qui fideles Christi seruos apud Ecclesiam in contemptū adducere sunt conati.* Ecce an tales ille putat, veram habere certitudinem, cum dicat: (si tamen est) Nihil ergo hic locus ad calumniam securitatem facit.

Alterius loci deprauatio.

§. 4. Multo minus huc facit locus ad Philippos c. 1. v. 25 *Et hoc confidens scio, quia manebo, & permanebo*

omni-

omnibus vobis, ad profectum vestrum, & gaudium fidei. πεποιθὼς οἶδα, *confisus scio.* Primo quidem aliud est, tantum esse πεποιθότα, *confidentem*, aliud πεποιθότα εἰδέναι, *confidentem scire.* Neque enim verbum ista frustra additum. Neq; sequitur illa duo coniuncta faciunt certitudinem: ergo πεποιθὼς solitarie positum idem significat. Deinde nihil monstrosius, quam ea eo quod Apostolus dicit: *Confidentem se scire mansurum adhuc se & permansurum cum illis deducere.* Participium πεποιθὼς significare salutis certitudinem. Deniq; Insanientis est, ea eo quod Apostolus ea speciali Dei reuelatione didicerat, vitam sibi ad aliorum salutem prorogandam, concludere, omnibus de sua salute certitudinem datam esse. Nec hactenus vllum auctorum hanc scientiam πληροφορίαν interpretatus est.

Locus Timoth. 2. c. 1. 12. *Certus sum, quia potens est, depositum meum seruare in illum diem.* Sed neque hic ad rem facit. Nam certus est, ὅτι δυνατός ἐστι, *quia potens est*: cuius certi sunt complures. Deinde contra aduersarium facit plurimum. Nam ante de fide locutus est, *scio cui credidi.* Quale vero illud est argumentum. Paulus certus est Deum potentem esse seruare depositum, omnes ergo Christiani certi sunt, sibi esse apud Deum in cœlo aliquod depositum. quod sunt recepturi. Explicatio vberior suo loco dabitur.

§. 5. Rationem reddit cur de se quisque non de alio certus sit, suam enim fidem videt: alterius non videt.

... in suā ... natu- ... non ... om- Respondeo. Suam fidem videre vnumquemq; aliquo modo, quia sentit se assentiri, sperare, amare, an vero ea supernaturali gratia non satis videt. Verum hæc etiam ratio futilis est: nametsi fidem videret, perseuerantiam tamen non videt. Nondum enim est. Magis in alio fidem, quam in se fidei constantiam videt. Nec video quid respondere Paulo valeat, cuius textum corrumpit, perniciosa ea positione. Apostolus enim non de se duntaxat, verum de alijs etiam loquitur. Non potest nos separare, hoc est, me, & vos. Quamuis ergo de se reuelatione certus fuisse potuerit, certe de alijs nihil nisi ex signis probabilibus statuere licuit. Nam vt dicit Augustinus l. 13. c. 2. de Trinit. *In altero autem credit esse eam* (fidem) *non videt, & tanto firmius credit, quanto fructus eius magis nouit, quos operari solet fides per dilectionem.* Et paulo ante: *Fides cordis res est, non corporis, nec foris est à nobis. sed in intimis nostris; nec eam quisquam hominum videt in alio, sed vnusquisque in semetipso, denique potest & simulatione confingi, & putari esse, in quo non est.* Cum ergo dicit Apostolus, certus sum quia neque mors, &c. nos, hoc est, me & vos separabit à caritate Dei, non potest de fide infallabili tantummodo dici: cum non nisi coniectura de alijs certus esset, nec aliter de se posset esse certus, nisi à Spiritu Sancto singulariter oraculum accepisset.

§. 6. Quæ argumenta Pareus hoc loco congerit ad certitudinem fidei nequaquam sufficiunt. 1. Nam immutabile Dei propositum de singulis seruandis ignotum est. 2. Promissiones dei sunt infallibiles, sed in nobis conditionem obedientiæ requirunt; non aliter igitur singulis applicari possunt, quam si caritas & ... bono ... ent obedientiam expletam. Atque ... modis certissimum est, nullam creaturam tantum pollere, vt à Christo nos separet, nisi sponte à summo bono desciscamus. Voluntas nostra toto mundo, cunctisque spiritibus apostaticis diuellere conantibus, per gratiam Dei Christo indissolubili nexu caritatis adhæret, scindi in frusta corpus, vrique potest, amoris nexus rumpi non potest, sola anima seipsa soluere, & abalienare potest. Quod si faciat, tam mortis Christi, & meritorum eius se facit exortem. Ne tali animæ Spiritus Sanctus hæreditatem promittit. Nec tamen ideo nulla est hoc loco consolatio: cum ea vel max ma ... non posse perire quenquam nisi velit. Nolenti Christum extorqueri non posse. Hic autem præcipue à caritate salutem pendere ostenditur. Tanta est autem certitudo salutis, quanta est caritatis præsentis, & perseueraturæ, docet autem Pareus dub. 15. hoc loco caritatis confidentiam ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, vt plurimum non fallere. Consule etiam de hoc loco Staplet. l. 8. c. 24. & lib. 9. c. 13. Nos ergo de perseuerantiæ certitudine sequimur doctrinam Augustini. de correpr. & gratia. c. 7. *Nullo autem dubitante, quisquis à Domino vt in bono perseueret precatur. donum eius esse talem perseuerantiam confitetur. Quæ cum ita sint, corripimus tamen eos, iusteque corripimus, qui cum bene viuerent, non in eo perseuerarunt. Ex bona quippe in malam vitam sua voluntate mutati sunt, & ideo corripiuntur: & si nihil eis correptio profuerit. sed in vita perdita vsque ad mortem perseuerauerint, etiam diuina in æternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt quare corripimur: ita tunc, quare damnamur, quandoquidem vt ex bono reuerteremur ad malum, perseuerantiam non accepimus, qua permaneremus in bono? nullo modo hac excusatione à iusta damnatione se liberabunt. Si enim sicut veritas loquitur, nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem.* Nolentem nihil à Christo separat.

Et c. 13. *Quis enim ex multitudine fidelium quamdiu in hac mortalitate viuitur in numero prædestinatorum se esse præsumat, quia id occultari opus est in hoc loco, vbi sic cauenda est elatio, vt etiam per Satanæ angelum ne extolleretur, tamen Colaphizaretur Apostolus? Hinc & Apostolis dicebatur, si manseritis in me. dicente illo, qui illos vtiq; sciebat esse mansuros. Et per Prophetam, si volueritis & audieritis me; cum sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dicuntur propter huius vtilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes etiam qui bene currunt, timeant. dum occultum est quo perueniant. Propter huius ergo vtilitatem secreti credendum est quosdam de filijs perditionis non accepto dono perseuerandi vsque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur incipere viuere. & aliquandiu fideliter ac iuste viuere, & postea cadere, neque de hac vita prius quam hoc eis contingat auferri. Quod si nemini contigisset, tandiu haberent homines istum saluberrimum timorem quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam, qua pie viuitur peruenirent, deinceps iam securi nunquam se ab illo esse casuros. Quæ præsumptio in isto tentationum loco non expedit, vbi tanta est infirmitas, vt superbiam possit generare securitas.* Perseuerantia incerta.

* *
*

CAPVT NONVM.

VERITATEM dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israëlitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Secundum hoc tempus veniam: & erit Saræ filius. Non solum autem illa: sed & Rebecca ex vno concubitu habens, Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus: nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit: Miserebor cuius misereor: & misericordiam præstabo cuius miserebor. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Dicis itaque mihi. Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit: in loco, vbi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. Isaias autem clamat pro Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel tanquã arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram: & sicut prædixit Isaias: Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quòd gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem, quæ ex fide est. Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui credit in eum, non confundetur.

IN CAPVT NONVM

ARGVMENTVM.

GRAVISSIMAM de Iudæorum reiectione, gentium electione disputationem c. 8. 10. 11. perficit, quæ illo tempore noua & Iudæis maxime inuisa fuit. Hinc ad tremendum electionis æternæ, & reprobationis mysterium procedit: Nam nusquam in Scripturâ tam accuratè actum est de prædestinatione, quam hoc loco. Erant tum in Ecclesia hac de re quæstiones excitatæ, & nunc impiè Sectarijs illa doctrina laceratur, & ad Dei contumeliam corrumpitur. Capite nono Iudæorum reprobationem ostendit: & curiosam disputantium audaciam magis reprimit, & ius Dei defendit, quam respondeat, licet id quoque faciat, præsertim circa capitis finem: capite 10. satisfacit quæstioni, c. vndecimo Iudæos consolatur, quod in fine sæculi multi ad veritatem conuertendi sint. Connectuntur ista idonee præcedentibus: demonstrauerat, iustificatos ex fide sine operibus legis eos qui credunt. Sequebatur, vt responderet: cur alij iustificarentur, alij in peccatis permanerent? Causam discriminis non in vlla personarum merita, sed in electionem Dei refert. Qui cum alios eligit, alios præterit, non est tamen acceptor personarum, vt qui nulli quippiam debeat. Grauis erat in Ecclesia gentium offensio, orta ex Israelitarum contumaciâ, quod viderent ex populo electo tantam multitudinem resistere Euangelio, tantam persecutionem, cum interim exigua pars, & illa quoque cæremonijs suis affecta, verbum Dei reciperet: Apostolus ne ea res quenquam à fide auerteret, à Prophetis iam olim prædictum hoc ipsum multis testimonijs probat.

A versu 6. ad 22. vsque in Syro titulus notatus est. רסוב רח רזבריא. hoc est, *Euangelium Zachariæ.* Et glossa habet של בשורה זבריה, *Schel besurath Zecharia, Euangelium Zachariæ.*

A ỿ. 22. ad 29. est קבינא רכבניא, *Keriana dachsenaia, lectio peregrinorum*: non dubium est à Græco ξένος esse, nam ר est regiminis, & א addititium, vt in alijs pluribus, multis enim Latinis, & Græcis, imo Germanicis præponunt א Syri. Itaque אכסן vel אכסני *Achsan,* vel *Achsani* est ξένος, *hospes*, Gen 47. in Thargum Ierosolymitano, & Psalmo 146. vocant etiam à Latino nomine אושפיזא. *ospiza, hospes.*

Hinc ad finem, *de introitu Domini in templum*, & de Prophetis, & Apostolis, vsque versum 5. capitis sequentis.

VERSVS I.

Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto.

QVÆSTIO I.

Quorsum & quomodo Apostolus iureiurando vtatur.

§. 1. IVramentorum legitima ratio in veritate, reuerentia numinis & rei grauitate, ac necessitate consistit. Paulus illa omnia serio perpendit & in re necessaria veritatem iureiurando confirmat. Suspectum Iudæis illum fecerat præ cæteris doctrinæ veritas, & ardor, gentium multitudo quæ implebat Euangelium, multæ contra eorum contumaciam prædictiones, itaque eum alieno à ciuibus animo, velut legum violatorem, & transfugam existimabant. Vulgatum est enim, odisse quam fugeris rempublicam, & male loqui de castris quæ deserueris; dedecus enim transfugij nisi ex vitio desertorum excusationem non habet. Suspiciones itaque Israelitarum, quasi maleuolentia, & Ψυχομαχία eorum infelicitati & cæcitati insultaret, iureiurando auertere conatur, vt fidem paret, & patienter sermo audiatur. Vere enim dictum est:

Paulus suspectus Iudæis.

Ἀ πειθὼ φιλίας εὐδοξίμου θυγάτηρ.

Persuasio amicitiæ probatæ est filia. Et illud:

Nota fidem meruit virtus, animosque trahebat
Notus amor patriæ.

Amorem ergo ardentissimum, qua potuit ratione, cognatis approbare voluit: vt Christo eos lucrifaceret: Quo & secuturis animarum pastoribus demonstraret, qua cura oporteret ad laborare, vt ouibus suis placeant in bono.

Pastor placere ouibus debet.

§. 2. *Veritatem in Christo se dicere confirmat*, & addit more Hebræo: *Non mentior*: nam remotione contrarij fortius affirmare solent. Quanquam veritatem quis dicere potest, & mentiri. Si falsum esse putat, quod tanquam verũ narrat. Verũ prior expositio commodior: sic Ioan. 1. *Confessus est, & non negauit.* Quod dicit: *In Christo*: Triplicem habet expositionem. Vel enim est Hebraismus, & Syrismus, vt sit idem κατὰ τὸν χριστὸν, *per Christum.* Nam ב *Be*, in iureiurando Hebræis vsitatum est, vt Gen. 22. 16. Iosue 2. 12. & ne plura Sectemur. Heb. 6. 13. cum dicitur, Deum non habentem, per quem iuraret, se maiorem, per semetipsum iurasse. Syriace est בה, *in quo*, & בנפשה. *in anima sua*, hoc est, *per animam suam*, seu *per semetipsum.* Non ergo video cur non & hoc loco במשיחא *bamschicho*, sit *per Christum.* Quando autem non modo fidelibus, sed Iudæis etiam constabat, quanti Paulus Christum faceret, pro quo laboraret, & pateretur extrema, magnam habebat auctoritatem iuramenti religio. Nemo enim crederet, velle Paulum periurio in Christum peccare.

Altera expositio est, *secundum Christum* se loqui eo modo, quo Christi seruum, & intimum cultorem, Apostolumq; deceat, cui fidem tot miracula Christi virtute facta astruerent. Verum est, Paulum nihil protulisse, quod Apostolum non deceret, sed argumẽtum hoc vt in Ecclesia robur suũ habebat, ita apud Iudæos nullius erat momenti, qui Apostolum impium esse putabant, quem fas non esset viuere. Perinde ac si inter Christianos Turca affirmaret, se id asserere ea fide, quam habere deceat verum Machometis cultorem: nemo enim illud hominum nescit perfidiosissimum, & periurissimum. Licet per Machometem aliquando peierare vereantur: quod plus valeat superstitio, quam cura virtutis ad vitij fugam. Eodem est ratio tertiæ expositionis. Non enim Iudæi eo magis crederent, si inspiratore & moderatore Christo se veritatem dicere testaretur. Dixit ista sane Deo inspirante, sed potius omnia eo referri puto, vt iuramento amorem in populares confirmet.

§ 3. Iuramenti vim auget, cum adiungit. Testimonium mihi perhibente conscientia mea. συμμαρτυρούσης quod vel indicat conscientiam absolute testari, vel simul alijs iungi testimonijs. Syrus habet: *Testante mea*, עלי ghalai, *super me*, nec quouis modo, sed in Spiritu Sancto, vel per Spiritum Sanctum. Quamuis per S. Spiritum potest esse repetitio eiusdem iuramenti, vt non modo per filium, sed etiam Spiritum Sanctum dicta sanciat. Hier. ad Hedibiam q. 10. & Algasiam quæst. 9. *Testem facio conscientia mea Spiritum Sanctum.* Photius: *Testis & mihi mea conscientia cum Spiritu Sancto.*

QVÆSTIO II.

An hinc probetur iusiurandum esse licitum?

§. 1. ANabaptistæ cum omnia loca quæ de iuramento sunt peruertere soleant, hic maxime hærent. Nam Apostolus rem prope incredibilem dicturus, non modo iurat se veritatem dicere, sed in spiritu id fieri asseuerat, non errore humano, in impetu. Origenes agnoscit quodammodo Trinitatis testimonium. *Sed & hoc dicit, testimonium mihi perhibente conscientia in Spiritu Sancto, similem mihi habere videtur intelligentiam. Reddit enim testimonium conscientia etiam gentibus secundum quod in superioribus idem Apostolus ait: Testimonium reddente eis conscientia, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. In illis ergo in quibus cogitationes sua habent aliquid quod accusent, & conscientia ad testi-*

In Spiritu iurat.

monium venit, nō potest dici pro quot malis actibus in Spiritu Sancto conscientia testimonium reddat. In Apostolo vero vbi iam cognatio non habet quod accenset, recta conscientia in Spiritu Sancto testimonium reddit. Vide tamen magnitudinem pectoris Apostolici, à Dei charitate non potest separari. Quod loquor in Christo loquor: quod in conscientia habet in Spiritu Sancto continetur. Qui quaeso cœli, qui Throni, quæ amplissimæ virtutum cœlestium mentes, tam amplis sedibus tetam potuerunt capere trinitatem?

Crebra sunt in Scripturis iuramenta Matth. 5. Ioan. 8 Ezech. 33 Ps. 132 Deut. 10. Heb. 6 Iuramentis autem hominum fœdera, & iudiciorum ratio constituitur. Est enim iuramentum species inuocationis Dei, quia in testem rei abditæ vocatur, & in perfidiæ vltorem, si fallamus. Consuli potest Augustinus Serm. 30 de verbis Apostoli.

Iurandū Dei inuocatio.

§ 2. Quidam Sectarij per creaturam iurare negant licitum, quia Paulus hic per Christū iurauit. Et iuramentum est inuocatio nominis diuini, itaq; *per sanctos iurare*, ait Pareus, *esse horribilem diuinæ maiestatis læsionem*. Deinde occultæ rei nemo potest esse testis nisi Deus, qui est καρδιογνώστης: cordium cognitor. Hac de quæstione satis apud Matthæum diximus, cum exponerem illa verba. *Neque per cœlum &c* Omne iuramentum etiam per creaturam per Deum esse dicitur. Vt cum per caput, per animam iuratur, Deus inuocatur, vt hæc perdat, si fallimus, vt fatè, Deum testem vocamus, qui nobis ista dedit, & conseruat. Cum per Euangelia iuramus, Deum inuocamus testem propter promissionem fidelibus datam, testamurq; eius nos iudicium, & conscientiam inuocare, qui tantorum nobis bonorum causa factus est. Cum per sanctos iurantus, Deum etiā in causam trahimus; nam hoc agimus, vt illi apud Deum causam agant, vt ille sit veritatis testis. Nec sancti omnia ignorant, & facile neo in quo sint omnia, ipso donante videre possunt: Augustinus serm. 30. de verbis Apostoli iuramentum per creaturas non reprehendit. Et in primitiua Ecclesia per salutem cæsaris fictiorum, per genium iurare illicitum c. 32. docet Tertullianus in apolog. *Sed & iuramus, sicut non per genios Cæsarum ita per salutem eorum quæ est augustior omnibus genijs Nescitis genios dæmonas dici, & inde diminutiua voce dæmonia? nos iudicium Dei suspicimus in Imperatoribus, qui gentibus illos præfecit. Id in eis scimus esse, quod Deus voluit, ideoque & saluum volumus esse quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus Cæterum dæmonas, id est genios adiurare consueuimus vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorem diuinitatis conferamus.*

Per creaturam iurans per Deum iurat.

Mirum sane est Pareum & alios negare, cum Danæus, l. 2. Ethicæ Christianæ cum distinctione concedat. Non licere per creaturas velut numina iurare; sed tamen licere eas appellationis nostræ, inuocationisq; de Deo testes facere. Sic Moses appellat cœlum & terram testes. Deut. 30. v. 19. Isa. 1. v. 1. Michææ 1. Deinde concedit imprecationes, & anathematizationes, vt *in caput meum Deus fausat*. Tertullianum mala fide citat. memorat cum doceret, non esse iurandum per genium principis. Tacet, quod ait Christianos per salutem principis iurare.

Quod vero Iosephus per salutem Pharaonis iurauerit excidisse dicit quod longa cōsuetudine cum idololatris, aliquid de eorum moribus & consuetudine haoserit. Verum hoc impie dicitur. Iosephō in castitate tam fortē, pessimā idololatriā peccasse, quæ grauior est adulterio. Nec quidem in fratrum conspectu & alloquio publice abstinuisse, adeoq; iam consuetudine eo delapsum, vt passim horribilem læsionem gloriæ Dei, & manifestam idololatriam, vt vocat Pareus, committeret. Certe Iosephus illo modo non iustior, sed cunctis fratribus nocentior futurus erat. Nemo enim ex illis idola coluisse dicitur. Sensus igitur Iosephi iuramenti est. Testem inuoco Deum, tam vera esse, quæ asseto, quam cupio saluum & incolumem esse Pharaonem. Verum de his alibi plura.

Iosephus Patriarcha defensus.

VERSVS 2.

Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

QVAESTIO I.

Vnde dolor?

§. 1. MAgna se tristitia affligi pronunciat λύπην vocat, molestiam non ex opinione sola mali imminentis aut præsentis, verum certa fide, atq; experientia. Causa autem grauis fratrum interitus. Deinde ὀδύνην ἀδιάλειπτον dolor acutissimus & tamen continuus, qui sine intermissione cruciat; vtatque, hoc enim Græca verba indicant, & exprimit Syrus לא שׁלא *non cessat*. Solatium in doloribus esse solet, quod dicitur; si longus, leuis: Si magnus breuis. Hic dolor est magnus & longus. Doloris fons amor suæ gentis, inimicæ nationis. Amor magnus, morte, & inferis fortior, cum frustratur, cum amantissimorum supplicia spectat, aut iter ad rogum, non minus quam si ipse ea subiret, cruciatur. Imitatur Christi caritatem & lachrymas Christi seruus: & cunctis Pastorib⁹ exemplo præit. Nyssenus Hom. 15. in cantica. *Nam si Deus ille in altissimis, qui est in sinu patris, declarandæ in homines beneuolentiæ causa sanguini & carni miscetur, vt in terra pax nostra nasceretur: planum est illum, qui ad hanc beneuolentiam conformauit suam pulchritudinem proclaris operibus suis Christum imitari: quippe quo alijs hoc sit quod Christus humano generi fuit; quemadmodum & Paulus imitator illi Christi faciebat, seipsum à vita velut exterminans vt cum calamitate sua salutem Israelis commutaret. Sic enim ait: optarim anathema esse à Christo, pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem. Eaque de causa dici ad eum non inepte posset, quod hic ad sponsam dicitur: Talis est animi tui pulchritudo: Qualis fuit Domini erga nos beneuolentia:*

Pastor Christi caritatem emitetur.

§. 2. Non est verus Pastor, aut Princeps ad legis Christianæ normam, nisi mansuetudine, caritateq; subditos regat, eorum salutem tanquam filiorum & amet, & procuret. Deum imitantur qui ad eum modum præsunt, a Deo omnis vera in creaturas dilectio, & ab eo mutuus hominum inter se nexus. Summum hoc Fastigium, vnde caritas in ima descendit, intento digito Dionysius Areopagita ostendit, l. de diuinis nom. p 199. *Audendum est etiam hoc pro veritate dicere, ipsum quoque rerum omnium auctorem honesto bonoque omnium amore ductum pro singulari bonitate amatoria, extra se fieri rerum omnium procuratione, & quasi bonitate charitateque & amore deliniri, atque ex statu, quod supera omnia, & ab omnibus secretum est, ad eum quo in omnibus est demittitur ea vi essentiam superante qua illum extra se capit, nec interim à seipso discedit. Itaque ζηλωτὴν, id est, æmulum, ipsum ij qui multum in diuinis exercitati sunt, appellant, vt magno ac benigno in ea quæ sunt amore præditum, excitantemque ad studium amatorij ipsius desiderij, atque vt singulari amore captum seipsum præstantem, cui etiam quæ expetuntur summo amore digna sunt, & quod ea quibus consulit & prouidet, summo amore prosequatur.*

Nunc vero si minima offensio sit, itæ cruentæ

oriuo-

orinntur, si damna rerum nunciencur deflerur lachrymis amissa pecunia veris. Animarum excidia, fere ignorantur: & ne laborare cogantur, alij fere in alios eam curam reijciunt, magno dæmonis artificio, vt cum ad omnes pertineat, à nemine suscipiatur. Omnes monent, nemo facit.

Animarum cura negligitur.

VERSUS 3.

Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem.

QVÆSTIO I.

Quale hoc votum, & an legitimum?

§. 1. Optabam ηὐχόμην, quod intelligendum est δυνητικῶς, ηὐχόμην ἄν, Optabam. Ita Scholia Græca cæterique interpretantur. Sic Act. 25. 22. ἐβουλόμην, pro ἐβουλόμην ἄν. Sic etiam Latini interdum imperfectis præteritis vtuntur. Syrus, participio vtitur הוית מצלא, *mee*[illegible] *haui*, optans fui. Alioqui cum imperfecto careant, pro eo solent vti perfecto.

Anathema si vim & vsum nominis spectes, duo significat. Id quod implum est, & execrabile; vel quod velut preciosum donum Deo sepositum est, quamuis sæpius tum per η vocalem longam scribi soleat, ἀνάθημα, vtraque significatio est ab ἀνατίθεσθαι, quod est χωρίζεσθαι, ἀνατιθέναι *separare, suspendere*. Nam homines deuoti dijs, καθάρματα, sacri, intestabiles, quasi humano consortio indigni separabantur: nam quod Budæus nomina eorum cippis inscripta putat, friuolum est, neq; enim id moris erat, aut apud paucos & raro. Donaria etiam hominum vsibus adempta ac separata, in templo suspendebantur, vt ille ait.

Anathemata.

— Si qua meis venatibus auxi,
Suspendiue tholo. —

Si Homerus delectamenta conuiuis adhibita vocat ἀναθήματα δαιτός. Anathema ergo esse optat pro fratribus qui sunt secundum carnem cognati. Syrus אחי דבבשר, *vacbuans, fratrales mei*, late accipit, qui ex fratribus orti.

§. 2. Votum Pauli non est, vt sit ἀνάθημα, seu donarium præstans Christo oblatum, reconditumque κειμήλιον. Omnino enim instituto repugnat: amor enim animum non ostendit, si opes honores, delicias pro eo suscipias. Duris amor probatur, ipsas beluas amare sobolem tum demum videmus, cum in ignem, & in ferrum pro foetibus ruunt. Secunda tantum, aduersa probant amicos. Magno itaque suo incommodo, eorum, quos tam caros habebat, salutem redimere se profitebatur.

Non optat preciosum donum esse pro fratribus.

Deinde etiam verba satis hoc indicant. Non dicit: Velle se ἀνάθημα esse τῷ χριστῷ, *insigne donum Christo datum*, sed ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, *à Christo*, quod separationem, non autem coniunctionem significat. Quale autem anathema seu donarium hoc fuerit, vt etiam à Christo bonoris causa separaretur? Itaq; illud: ἀπὸ, separationis & pœnæ signum est.

Quamuis autem Græcum verbum in vtramque partem accipi possit, vt tam significet, quod sacrosanctum est, separandumque, ne hominum vsu polluatur, quam quod ita execrabile est, ac pollutum, vt merito omnes ne contaminentur abhorreat, nō tamen duplex significatio est in Hebræo חרם, aut Syro חרמא, *cherem & cherma*: ad quas voces Paulus alludit, & quarum posterior est, textu Syro hoc loco. חרם *cherem* vertunt 72. Deut. 7. 26 βδέλυγμα *quod nauseam parat, abominatio*. Deut. 7. 2. ἀφανισμὸς, *ablatio è medio* & 1. Regum 15. 21. ἐξολόθρευμα, *Exitium* Malach. 4. 6. ἄρδην, & c. quod funditus exstirpatur. Non ignoro Leuitici c. 27. v. 28. & 29. ἀνάθημα vocari ἅγιον τῶν ἁγίων τῷ κυρίῳ. *Sanctum Sanctorum Domino*. Ideo & donum videri. Verum considerandū est, ἀνάθημα eo loco dici, quod donum quidem Deo erat, sed quod nec vendi, nec redimi poterat, sed perdendum erat. *Omne*, inquit Scriptura *quod Domino cōsecratur, siue homo fuerit siue animal siue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum Sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur.*

Anathema donum.

Locus ergo ille agit de anathemate, quale fieri Paulus desiderat, de quo dicitur θανάτῳ θανατωθήσεται, *morte morietur*. Itaq; fallit hoc loco Beza cum חרם, ab excidendo & delendo dictū putat, quod si quis in suum peculiatē vsum acceperit. *Sacrato*, inquit, *deuoteq; eius capite, qui eam rem ta suam peculiarem vsum cōuertisset*. Non dicitur חרם, ab aliena excisione, aut corruptione, sed à sua propria. Ita Iericho aliæque vrbes. Sic erant holocaustum non quod alius, sed quod ipsum sacrificium caureretur totum.

§ 3. Omnium itaque fere sententia est. Anathema hic accipi in malam partem, vt Paulus esse velit pro fratribus suis à Christo separatus, execrabilis, & quasi piaculum, seu κάθαρμα. Qua in re difficultas præcipua versatur, cum ante protestatus sit, nihil posse separare se à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu, quomodo nunc sponte sese ipse separari exoptat? Deinde imprudens videtur hoc votum. *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur animæ vero sua detrimentum patiatur?* Quin & impium, votum enim damnationis non pœnas modo, sed fremitum etiam contra vindicem Dei iustitiam, & blasphemias, atque imprimis odium contra Deum continet.

§. 4. Hinc variæ expositiones, vt fieri solet, cum nulla omnibus satis idonea videtur.

Prima est Gualteri: non opus disputatione, an recte fecerit; nam zelo gloriæ diuinæ, & amore suæ gentis fecisse. Verum quid. m & hunc Paulo scopum propositum fuisse; nec tamen est ambiguum in zelo nimio & amore posse votum non probandum excedere. Hinc eorum sententia multis visa est tolerabilis, qui Paulum turbato affectu abreptum inconsideratione aliqua in dictum tam graue aiunt prorupisse. Ita aliqui Sectarij apud Pareum. Non est tamen accusandus flagitij, cum sensum commodum verba non repudient, deinde cum ait se veritatem in Christo dicere per Spiritum Sanctum, siue in spiritu, nihil hic est inconsideratum, aut turbationis. Nec impetu inconsulto, sed de constanti, prudenti, quæque sit secundum rectam rationem caritate sermo est. Nec causa erat, cur tam graui iuramento fidem faceret, si affectum illum turbatior aliquando sensit, deinde cum contra diuinam legem, & conscientiam esse iudicauit, vera sapientia, & ordinata caritate repressit. Nam vtcunque virtutis opus esse dicatur, verum tamen illud:

Pauli votum est bonum.

- - - Virtus vicina furori est
Illaudatus amor. - - -

Ac proinde nec virtus, cuius omnis pulchritudo deflorescit, nisi prudentiæ normā conseruetur.

Secunda sententia refert ad priora tempora. Nec addit, vt subaudiat particulã ἄν, sed ηὐχόμην interpretatur, *optarã*, vel πάλαι ηὐχόμην, *olim optabam* anathema esse à Christo, cum essem in Iudaismo, & Ecclesiam Dei persequerer. Nam vt in veteri religione & patrijs cæremonijs gentem meam conseruarem, optabam à Christo & Christianis persecutor, tyrannus, abominat⁹ censeri. Imo Christi & Christianorum à me alienationem mihi laudi ducebã. Hæc si tunc arcans, & veritatis hostis amore gentis meæ feci, quanto magis nunc cognita Dei gratia, acceptaq; fide pro salute gentis meæ totum impendere debeo? Ita Scholia Hieronymiana & Toletus. Hic tamen nec iusiurandum erat necessarium, nec tes conuenit. Qualis enim olim fuerit, nemo ignorabat. Doloris causam non dicit, verus peccatum, quod iam lauacro baptismi expiatum, & vitæ insequentis actis abolitum erat, sed fratrum interitum, qui erant à Deo reiecti, & facti anathemata, in quorum ipsum locum vicarius substitui exoptat. Quid vero magnum præfert, cum olim optasse se dicit, esse anathema à Christo crucifixo, quem oderat, quem ferro & igne persequens, cogebat etiam alios in blasphemias, & abnegationem? quẽ iure summo supplicio affectũ credebat? Eodẽ pertinet, quod alij adferunt. Dolor est mihi, quod fratres meos plus dilexerim, quã Christum.

Votũ Pauli in Iudaismo.

Tertia expositio, quam refert Pareus audisse se anno 1568. à quodam Caluinismi postea desertore. Christum non intelligi Christum seruatorem, sed Pontificem vnctum, idq; ex Eusebio l. 8. c. 2. demõstrat: qui Dan. 9. *Vsque ad Christum ducem* non intelligit Christum seruatorem, sed Hyrcanum vnctum Pontificem & ducem den ersten Pfaffenkönig der Juden. Ita vt sensus sit. Testor Deum me optare vt sim anathema à Sacerdotib⁹, modo possim meis fratribus prodesse. Nihil habet probabilitatis, aut coloris tam inmane figmentum. Nam Eusebiana interpretatio falsa est, & vt vera esset, certum tamẽ est in nouo testamento Christum absolute positum, Saluatorẽ significare: quod huic loco est necessarium; nam v. 1. & 5. eodem modo Christus nominatur, nisi insanire libet, & dicere: *Ex quibus est Christus secundum carnem*, hoc est: Hyrcanus Pontifex vnctus & dux. Quid vero magni est, si optat anathema esse à Sacerdotibus, qui multos iam annus fraude, calumnijs, vi armata eum oppugnabant. Hoc cur optare se iuraret, & doloris causam esse diceret, causam non habebat.

Anathema à Sacerdotibus Iudæis.

Quarta expositio Græcorum quorundam apud Oecumenium. Optare Paulum se non conuersum ad tempus fuisse, aut à gratia reiectum, mox rediturum. Hoc cum stultum sit, & impium Paulo non est tribuendum. Non conuerti, manere Christi inimicum, gratiam amittere, natura malum est, ideo vt non faciendum est, vt eueniant bona, ita nec optandum. Quod enim facere, & velle est nefas, ne optare quidem licet, vt fiat.

Non optauit esse inimicus Christi.

Quinta expositio euanida est. Anathemata esse separationem à Christo, intelligi vero illã, quæ fit vita diuturniore, quæ à beatitudine sanctos detinet, & Christi conspectum moratur, cum dissolutio, seu mors Christi præsentiam conciliet. Paulus vero etsi cuperet dissolui, & esse cum Christo, pro fratrum tamen salute mortem differri optabat. Hic multa desidero: duo oppono. Nunquã anathema longiorem vitam significat; nunquam hoc amoris indicium Iudæi credidissent, sed naturale, aut etiam vitiosum longæuitatis desiderium. Auctor huius opinionis Photius.

Anathema non est vita longior.

Sexta expositio. Hieron. Epist. 151. q. 9. ad Algasiam, quã ipsius auctoris verbis propono. *Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis: mercenarius autem, cum viderit Lupum venientem, fugit, quia non sunt eius oues. Et hoc ipsum est dicere, optabam anathema esse à Christo: &, dele me de libro, quem scripsisti. Qui enim delentur de libro viuentium, & cum iustis non scribuntur, anathema sunt à Domino. Simulque cerne apostolum, quanta caritatis in Christum sit; ut pro illo cupiat mori & solus perire, dummodo omne in illum credat hominum genus; perire autem non in perpetuum, sed in præsentiarum. Qui enim perdiderit animam suam pro Christo, saluam eam facit. Vnde & de quadragesimo tertio Psalmo assumit exemplum. Quoniam propter te mortificamur tota die, reputati sumus, vt oues occisionis. Vult ergo Apostolus perire in carne, vt alij saluentur in spiritu: suum sanguinem fundere, ut multorum animæ conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis veteris instrumenti testimonijs probari potest.*

Anathema mors temporaria.

Septima expositio est Chrysostomi, qui eam quam Hieronymus secutus est, suo tempore fuisse fatetur, sed vehementer oppugnat. Sic enim, inquit, *quidam Pauli appellationem ne digni quidem sunt qui audeant, suntque ab illius vehementia, tam longe tamque procul distantes, vt illum sentiant, hac de temporaria morte dicere, quos equidem tantundem Paulum ignorare dixerim, quantum cæcos radium solarem seu verius duam, multo etiam plus. Qui enim per dies singulos moreretur, ac periculorum velati grandinibus suppositus dixisset: Quis nos separabit à dilectione Dei, num afflictio? num angustia? num fames? num persecutio? nec contentus sæculi huius rebus, sed supergressus cælum, & cælum cæli, & Angelos & Archangelos & omnia superiora circumcurrens, tam comprehendens simul præsentia, futura, ea quæ videri, ea quæ cogitari possunt, itemque & molestia & iucunda & quæ in vtrisque, vtraque prorsus omittens, ac nec sic quidem satiatus, sed & aliam talem ac tantam creaturam non existentem supponens: is, obsecro, quo tandem modo, tanquam magnum quiddam post illa omnia proficiens, mortem temporariam mentionem faceret? non est ita, non est ita, quin potius lumbricorum in fimo lutoque iacentium opinio fuerit. nam si id diceret, quomodo anathema seipsum à Christo esse precaretur? nos enim eiusmodi illum magis Choro ei coniungebat, cooptabatque, quo Christum circumdat, tam efficiebat, vt gloria illa perfrueretur.*

§. 5. Vtraque expositio Hieronymi & Chrysostomi probabilis est. Magnus vtriusq; auctor, Hieronymũ credo legisse Chrysostomianã. Vtrunq; multi sequuntur. Considerare rationes vtriusque licet. Hieronymus clare suas proposuit; Chrysostomus eum oppugnat, quod minor sit caritas, quæ morte temporaria solum pro amicis defungatur. Deinde illa morte non separatur à Christo, sed iungitur, atqui hic dicitur: ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, à Christo. Illæ rationes non admodum obstant sententiæ Hieronymi, quam ille sumpsisse videtur ex Origene, aut si mauis Nazianzeno, ηὐχόμην, inquit, ἐγὼ ἀναθεματισθῆναι πρῶτος ἀπὸ χριστοῦ, μόνον οὗτοι σώζωνται. *Optarem ego primus à Christo anathematizari, modo illi seruarentur.* Paulo forte leue videbatur mori, qui indies moriebatur: In Scriptura tamen minime id leue censetur. *Maiorem caritatem nemo habet, quam vt animam quis ponat pro amicis suis.* Itaque ponere etiam salutem æternam pro amici salute, aut non est caritas, aut maior eã caritas, qua Christus dixit nõ esse maiorẽ. Christus vt Isaias scribit capite quinquagesimo primo, *à Deo percussus, afflictus est, maledictus factus est pro nobis: maledictus à Deo propter peccata nostra.* Satis

Hieronymus de morte, Chrysostomus, de inferno interpretatur.

Mori pro fratribus magna caritas.

est

est discipulo, si Dominum imitetur, non præcedat. Anathema autem esse cupit, nō simplici morte, sed longo cruciatu, etsi omnia in se diaboli tormenta ruant, idq; volente, & permittente Christo; non ergo exigua caritas, pro fratrum salute exquisitos multo tempore supplicijs se offerre: nec aliud Deus requirit. Est vero hoc desiderium de damnatione, etsi in speciem feruentius, reipsa tamen minus, cum sit rei impossibilis, quæq; sciatur, esse talis. Nemo autem sperat, aut efficaciter optat, quæ nouit esse ἀδύνατα. Minor est ergo illa de dānationis exitio optatio, hoc ipso quod cunctis notum est, fieri non posse vt fiat: Facileque est sub conditione promittere, quam dari non posse constat: ἀδύνατα θηρεῖς, ἐπαγγέλλεις: *Impossibilia veracis pollicetur*. Paulinæ sapientiæ conformior voluntas illa videtur, quæ modum tenet, ideoque plus fidei, & efficaciæ habet.

Optare impossibilia.

Nec vero necesse est, cum dicitur esse ἀνάθεμα ἀπὸ τοῦ χριστοῦ, vt separationē vel æternam, vel temporariam per fidei aut caritatis interpolationem fingamus. Sit separatus à Christo, sicut Christus dicitur derelictus à patre: nō inflicta damnatione, sed subtracta in doloribus consolatione. Hoc est, ἀνάθεμα esse à Christo, tanquam hominem sceleratum permitti manibus hostium, vt per ea quæ in natura sunt tristissima diu torqueatur, & patientia eius exploretur, vt S. Iobi Nec vero præposito ἀπὸ semper separationis significationem habet; Eleganter dicunt Græci, ἀπὸ νηῶν, ἀπὸ τειχῶν μάχεσθαι, è nauibus, è muris pugnare. ἀφ' ἑαυτοῦ χρήσιμος, ex sese vtilis. ἀπ' ἐχθρῶν ἀπώλοντο. *ab hostibus perditi sunt.* & Hom. Iliad. θ. τόξα ἀπὸ κρατεροῦ *fortis ab arcu*, seu per arcum perierunt. Sic intelligi etiā potest, quod Paulus habet, ἀνάθεμα ἀπὸ χριστοῦ, quod ab eo ad labores, & tormenta ferenda ordinatus sit, cum dixit: *Ego ostendam illi, quantum pro nomine meo oportet illum pati.* Quamuis autē multa passus fuerit, multa passurus erat, non tamen pro salute Iudæorum duntaxat, sed omnium tolerabat, tantumdem, & multo plura paratus ferre à Christo pro salute fratrum.

VERSVS 4.

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio & obsequium: & promissa:

QVAESTIO I.

Quæ Iudæorum priuilegia?

§. 1. PRimum eos commendat à genere, non quod nobilitas apud eum valeat, qui omnes fecit ex eodem luto, sed quod pater eorū Iacob amicus Deo fuerit, & semen eius electū, quod in eo fuerint victores Dei. Gen. 32. 28. Quod Dei iussu pater illis benedixit, Gen. 28 Israelitarum autem nomen est dignitatis, & Iacobo inditum, cum luctatus est cum angelo. Sed ab illa nobilitate iam degeneres Israelitæ, vere senserunt patres suos non vixisse in gloriam nepotum, & quod ante eos fuit, eorum non fuisse: suis quemque bonis censeri.

Nobilitas Iudæorum.

§. 2. Horum est υἱοθεσία, *filiorum adoptio.* Exodi 4. *Filium meum primogenitum Israel.* Deut. 14. *Filij estote.* Matth. 15. *Non est bonum accipere panem filiorum.* Vide Ierem. 31. Verum adoptio fuit, vt in Ecclesia essent, & in illis esset Ecclesia, non omnes tamen hæredes vitæ æternæ, qualis est. Ephes. 1. 5. Qui enim sic adoptati sunt, ita Deo ordinante viuunt, vt à virtute non excidant, aut si exciderent, redeant, certissimoque hæreditatem adeant. Iudæi magnam partem non omnes tamen ex ideiuot, licet in peculium à Deo selecti. Multi enim sunt vocati, pauci electi.

Adoptati non omnes hæredes.

§. 3. Israelitarum est *gloria.* Deus enim gloriose eos eduxit ex Ægypto, aliud in deserto spectante toto mundo, per annos quadraginta, ne quisquam ignorare posset, dedit illis terram Chanaan, reduxit ex captiuitate. Gloriam illam alij vocant arcam fœderis, ex 1. reg. 14. Ps. 56. Dicuntur & *Cherubim gloria.* Cyprianus l. 2. contra Iudæos appellat *claritatem.* Chrysostomus & Anselmus quod essent Dei peculium. Theodoretus gloriā illis datam ob miracula, reuelationes, omnia ista quæ gloriosa sane erant contineri hic puto, prophetias etiam, & doctrinæ maiestatem, ipsum tabernaculum & templum, eruditionem, & cognitionem Dei.

Gloria arca fœderis.

Gloria diuina beneficia continet.

§. 4. Testamentum vnum fuit, fœdus cum Abrahamo initum, & iureiurando firmatum, Græcè est, διαθῆκαι testamenta, quod cum posteris sæpe numero renouatum, & confirmatum fuerit, quod initio institutum est fœdus. Nonnulli fœdera dici arbitrantur quod duæ sint tabulæ legis. Hinc veteres refutant Sectarios, qui antiquum testamentum & prophetas culpabant.

§. 5. Legislatio νομοθεσία. Syrus tantummodo habet *nomusa*, lex. Cæteris enim gentibus Deus iudicia sua non manifestauit, Ps. 147. Soli filij Israel veram, iustam, immaculatam legem habuerunt: gentium aliarum etsi multæ leges iustæ, tamen aliquæ semper iniustæ fuerunt, aut virtutem prohibendo, aut flagitia imperando. Iudæi à solo Deo legem acceperunt, qui gentibus alijs leges dederunt, mendacio ad Deos referre illas voluerunt, vt superstitione obnoxios redderent. Deut. 4. 18. Hoc Deus prædicat, & sine dubio magnum erat beneficium, de eo dictom. c. 2.

Iudæorum sola lex immaculata.

§. 6. Cultus, *obsequium* λατρεία. Cyprianus, Famulatus. Quo complectitur verum veri Dei cultum, cum omnibus sacrificijs & cærimonijs.

Cultus.

§. 7. Promissiones, quæ etsi factæ sunt etiam gentibus, primario tamē ad Iudæos pertinuerunt; imo promissiones de vocatione gentium, per prophetas Israelitas ipsis Israelitis reuelatæ sunt.

Promissio.

§. 8. Augustinus l. 12. c. 3. 4. 5. Ex hoc loco contra Faustum Manichæum auctoritatem veteris testamenti approbat. *Per eum, inquit, Apostolum, cuius auctoritate superborum istorum colla franguntur. Quid potest, inquit, abundātius dici, quid expressius declarari, quid sanctius commendari? quæ est enim adoptio Israelitarum, nisi per filium Dei? vnde ad Galatas dicit, cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Et quæ gloria eorum nisi præcipua illa, de qua idem Apostolus ad eosdem Romanos dicit, quid ergo amplius est Iudæo, aut quæ vtilitas circumcisionis? multum per omnem modum. Primum quidem, quia credita sunt illis eloquia Dei. Quærant isti quæ sunt eloquia Dei credita Iudæis, & ostendant nobis alia præter Hebræorum prophetarum. Iam vero testamenta cur dixit ad Israelitas præcipue pertinere, nisi quia & vetus testamentum illis datum est, & nouum in vetere figuratum? legis autem constitutionem quæ Israelitis data est, nō intelligentes eius dispensationem, quia iam non vult nos Deus esse sub lege, sed sub gratia, reprehendere isti solent imperitia furiosa. Cedant ergo authoritati apostolicæ quæ laudans atque commendans Israelitarum excellentiam, etiam hoc enumerauit, quod eorum sit legis* con-

constitutio. Quæ si mala [illegible]*, non vtique in eorum laudem poneretur.*

Verum testamentum: Christus. Et cap. [illegible]. *Habemus Christum verum atque veracem, prædictum à Prophetis, prædicatum ab Apostolis, prædicationis suæ testimonia ex Lege & Prophetis adhibentibus, sicut innumerabilibus locis ostendunt. Quod Paulus breuissime verissimeque complexus est, dicens: Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est testificata per Legem & Prophetas. Quos Prophetas nisi Israelitas? Quorum esse apertissime dixit & testamenta & legis constitutionem & promissiones. De quo promissiones nisi de Christo? quod breuiter alio loco determinat, cum de Christo loquitur, dicens, quotquot enim sunt promissiones Dei, in illo, etiam. Dicit nobis Paulus Israelitarum esse legis constitutionem. Dicit etiam, finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti.*

Et l. 2. c. 2. contra aduersarium Legis & Prophetarum. *Veritatem se dicere clamat Apostolus in capite huiusce sententia, & hoc in Christo, qui est ipsa veritas, contestante sibi conscientia sua in Spiritu Sancto, eamque sententiam per Amen concludit in fine. Et dicit iste, non sunt verba quæ hic Apostolus loquitur, sed e infirmos qui non possunt capere veritatem, paruulos vanitatibus lactat, & esurientibus filijs Diabolico cum mendaciorum virus infundit, vt nutriat. O portentum non solum à Christianorum auribus, verum etiam à finibus Christiani orbis arcendum. Hæc ergo adoptio, hæc gloria, hæc testamenta, hæc legis constitutio, hoc obsequium, hæ promissiones, hi patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, fabulæ sunt aniles?*

VERSVS 5.

Quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula amen.

QVÆSTIO I.

An hinc Christi diuinitas probetur?

§. 1. Inter priuilegia numerantur etiam patres, fide & virtute Deo cari: nō omnes quidem; multi enim inter illos peccatores & reprobi. Nobilitas autem facit, vt durius sit illos reijcere, & eorum tāto inexcusabilior degeneratio, & à Deo defectio, quanto loco celsiore à Deo positi erant. Dare autem aliquid familiæ videtur, quod & illi in fœdere essent. Verum tales erant filij, & corū merito parentes puderet. Ignobilis animus infra sortem suam subsidit, decorū diuinorum nec æstimator, nec dignus. Melior Abraham in quo gloriari possent, & parentes, quam Sedecias, qui tot regum diademata sceleribus fœdauit, exoculatione, & vinculis terminauit. Ita hi quoque nobilitatem suam vitio suo corrupetunt, ex tanto lumine natæ tenebræ. In eos vere conuenit, quo fatua & ignaua nobilitas ridetur.

Nobilitas patrum.

Tumes alto Drusorum Abrahami sanguine, tanquam Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses.

Latini codices correcti habent particulam, *&*, nempe. *& ex quibus*, à quibusdam abest. Sed recte illi ex Græcis & Syris correcti sunt. Syris etiam versus distinguitur. Nam pater collocat in fine v. 4. quintum inchoat ab his verbis: *Ex quibus Christus*.

§. 2. Nobilis hæc est contra Arrianos sententia, verum multis modis agitata, & deprauata: & postremo ab Erasmo, qui dum ex veterum reprehensione nomen captat, securitis Arriani patrocinatus est.

Distinctio diuersos sensus efficit. Vel enim omnia in vnum coniunguntur. *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui* (nempe Christus) *est super omnia Deus benedictus in sæcula.*

Distinctio Arrianorum. Altera distinctio, post dictionem *omnia*, colon ponit: *qui est super omnia. Deus benedictus in sæcula*, in qua lectione Christus quidem dicitur super omnia esse, Deus tamen non dicitur: nec hoc loco satis Deus esse probaretur, cum quasi altera pars adiungatur, cui benedictio tribuitur: quasi nec Deus sit Christus, nec benedictus in sæcula. Nam quod dicitur ἐπὶ πάντων Christus etiam quoad humanitatem est super omnia.

Tertia minus etiam Christo tribuit. Nam post verbum, *Carnem*, facit colon. Hoc modo *Ex quibus est Christus secundum carnem. Qui est super omnia Deus, benedictus in sæcula* nimirum esto vel sit. Hac distinctione Christo nec eminentia super omnia, nec diuinitas tribuitur. Atq; hæ sunt distinctiones, quas Erasmus commentus est.

Erasmum magno consensu oppugnant omnes orthodoxi, etiam hæretici, vt Beza, alijque quibuscunque; Christi diuinitatem confiteri & propugnare constitutum est, non quod hoc duntaxat loco nitatur, sed quod non sit permittendum, vt locus ille de manibus ab infidelibus extorqueatur.

§ 3. Ἐπὶ πάντων verti posset etiam, *in omnibus*. Tertullianus vero c. 15. contra Praxean, Nouatianus c. 13. & 30. de Trinitate. Amb. l. 1. de Spiritu Sancto, Pseudo-Ambr. & Hilarius vertunt. *Per omnia.* Wilhelmus Estius illis ait suffragari Syriacum textum, sed fallitur; in eo est דעל כל. *deghal cul, qui super omne.* Apud Irenæū l. 3. c. 18. & Aug. *super omnes.* Verùm ad verū sensum inuestigandū reuertamur.

§. 4. Erasmi distinctio, & quæ ex illa est deprauatio falsa est. Omnia enim Græca & Latina exemplaria nostram, & vsitatam distinctionem habent, quare non fuit nouitati locus. Syrus interpres ita vertit, vt non possit Erasmianum commentum admittere. Ex quibus, inquit, אתחזי *apparuit, Meschicha in carne*, דאיתוהי, *qui est Deus*, דעל כל *qui super omne.* דלה, *cui sunt laudes & benedictiones in sæcula sæculorum amen.* Excusat tamen errorem Erasmus, apud Chrys. hanc se distinctionem reperisse dicit, καὶ ἐξ ὧν ὁ χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, hic interposito colo sequitur, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς, hinc addita hypostigme sequitur, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. *Verum vitiasum exemplar fuisse potuit*, vel ex eo cognoscere, quod omissum sit ἀμήν, quod in omnibus est. Deinde editio Palatina, exemplar Augustinum, Bauarum, editio Ethonensis, omnes denique correctæ editiones nostram distinctionem habent. Addit Erasmus, *Etiam Chrysostomus nullam dat significationem se legisse hoc loco, Deus*, quæ vox potuit adiecta esse à studioso quopiam, &c. Hoc etiam iudicium est, vel maleuolentiæ, vel negligentiæ. Nam Chrysostomus in scopum Pauli intentus in expositione non attigit illa verba. Ex quibus est Christus, Pari ergo modo totum illud Periodi membrum suspectum reddit: nec enim significationem dat se hoc legisse.

Verùm cum nominasset beneficia data Iudæis adoptionem, &c. Illa verba, & patres, & ex quibus est Christus omittit, verba eius. *Etenim ipsa adoptio ab eadem gratia manauit, & gloria, & promissiones & lex. Quæ ipsa omnia dum excogitasset, secum reputasset, quale quantumque Deus vna cum filio suo studium pro illorum salute impendisset, inclamauit magnum, ac dixit, qui est benedictus in sæcula*

saeculorum, amen: Vnigenito Dei filio referens pro omnibus gratiarum actionem.

In Graeco est: ὅς ἐστιν εὐλογητός, & sane indicat Deo laudes datas, hoc est, vnigenito Dei filio.

Deinde veteres legerunt, & Christi diuinitatem ex eo probarunt. Tertull. l. contra Praxean. c. 15. *Hunc & Paulus conspexit, nec tamen patrem vidit, nonne, inquit, vidi Iesum? Christum autem & ipsum Deum cognominauit, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est per omnia Deus benedictus in aeuum, ostendit & ipse visibilem Dei filium, id est, sermonem Dei, quia qui caro factus est, Christus dictus est.*

Et cap. 13. *Solum autem Christum potero Deum dicere sicut idem Apostolus. Ex quibus Christus, qui est, inquit, Deus super omnia benedictus in aeuum omne, nam & radium solis seorsum solem vocabo, solem autem nominans cuius est radius, non statim & radium solem apellabo, nam etsi soles duos faciam, tamen & solem & radium eius tam duas res, & duas species vnius & indiuisa substantiae numerabo, quam Deum & sermonem eius, quam patrem & filium.*

Vbi *solum* idem est, quod seorsum, vt notat Pamelius. Nec tamen haec omnia plane conueniunt, nam sol causa luminis est, in Deo causae numen nisi improprie non debet, imo nec improprie vsurpari. Nouatianus de Trinit. c. 13. & c. 30. Cyprian. l. 2. aduersus Iudaeos c. 6. Titulum habet: *Quod Christus sit Deus*; ex quo apparet, vitio scribarum nomen *Deus* omissum esse sicut & apud Hilarium in Ps. 122. *Nusquam enim genere plurali, nec Deos, neque Dominos sermo propheticus nuncupauit patrem & filium, sed vnumquemque suo ordine. Genesis namque ait: Et pluit sulphur & ignem Dominus à Domino. Et Propheta vnxit te Deus, Deus tuus. Et rursum dixit Dominus Domino meo. Et Euangelia: & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et Apostolus: Vnus Deus à quo omnia, & vnus Dominus Iesus per quem omnia, & non in ipsum. Et rursum: Ex quibus Christus, qui est super omnia benedictus. Hoc ergo propter Dominum dictum est: vt intelligeremus, per id quod vnus innascibilis Deus est, non adimi vnigenito Deo posse quod Deus est. Deus enim vterque vnus est, non quod vnus diuisus in duos sit, aut vterque ipse sit, vt nuncupatio sola fecerit patrem & filium, non natura gignendi: sed idcirco Deus vnus, quia neque duo innascibiles, neque vnigeniti duo, sed vnus ex vno, & ambo vnum, non dissimili scilicet aut differenti à se substantia diuinitatem in vtroque.*

Vbi cum velit probare filium & patrem esse vnum Deum, adferatque loca, quibus Christus vocatur Deus, facile apparet vitio librariorum omissum Dei nomen. Athanasius ex hoc loco duas in Christo naturas esse, eum secundum carnem, non secundum deitatem passum docet. *Sed forte dicunt*, p. 261. *quomodo igitur Apostolus inquit, ex quibus Christus est secundum carnem. Dic Christum passum, & eodem recurret nomen carnis. Qui dicit Deum, sermonem, essentiam simplicem designat: qui vero Christum dicit: in duarum coniunctionem naturarum declarat: Atque hoc nomine dextre explicari hac loquendi formula potest. Christus est passus: quia praedicatio haec vtrumque simul significet, & impatibilem sermonem, & patibilem carnem, qua & mortem gustauit. Vnde nec Paulus ait, ex quibus nudus Deus, sed ex quibus Christus secundum carnem: vt ostendat eum, cuius meminit, secundum quidem carnem ex Israelitis, secundum Deitatem vero ex aeterno esse patre. Non dixit: ex quibus Deus carne. Idem vero & tu dic, & de tua mihi sententia persuadebis passus est Christus secundum carnem. Si vero Deum carne passum esse dicis: erudita me velim dilucide vtrum idem sint, Deus & caro secundum naturam, an aliquid aliud atque aliud. Si idem sunt; passus est Deus in seipso. Nam quod idem cum Deo sit, carnem dicit.*

Similiter Paulus. Quorum sunt patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus in saecula. Totus ergo propter voluntariam illam & à sola beneuolentia profectam vnitionem dicitur & Deus & homo. Nam si quisquis agglutinatus est Domino, vnus Spiritus est, multo magis si Dominus dicitur & creditur factus fuisse homo non deperdita Deitate, idem est Deus & homo: Deus quidem natura, homo vero propterea, quod naturam humanam, quoniam et sic placuit, participauit.

Vbi perperam Latinus interpres omisit particulam εὐλογητός. Dicendum igitur Erasmo, quod est in Scholijs Graecorum. ἐν τούτῳ λαμπρῶς τὸν Θεὸν τὸν Χριστὸν ὀνομάζει ὁ ἀπόστολος· αἰσχυνέσθω τοίνυν Ἄρειος ἀκούων αὐτοῦ τὸν Παῦλον δοξολογοῦντα τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινόν. *Hic clarissime Deum dicit Apostolus Christum. Erubesce miserrime Ari, audiens à Paulo glorificari Christum Deum verum.* Cum ergo veteres ita legerint, scripserint, in Ecclesia praedicarint, haereticos ea lectione refutarint, non erat causa cur nouis corruptionibus, eo periculosioribus, quo in speciem facilioribus, nouum Scripturae sensum affingamus. Vtinam quod huc loco vsurpat argumentum contra Erasmum Pareus, ipse in alijs sequeretur. Omnes omnium temporum Christiani interpretes de Christo intellexerunt hoc elogium: quod congruit alijs similibus. Hic est verus Deus, &c. Ita sane praeter eos quos attuli sunt plures. Augustin. l. 2. de Trinit. cap. 13. & l. 3. contra Faustum, cap. 3. & 6. Gregorius Homil. 8. in Ezech. Cyrillus l. 1. Thesauri cap. 5. Idacius Clarus l. contra Varimad. Fulgentius l. 3. ad Thrasimundum. Et hoc quoque veritatem confirmat, neminem ante Erasmum aliter interpretatum esse. Consentaneum sane erat instituto Pauli, vt cum ex Israelitis esse Christum secundum carnem diceret, adderet etiam Deum esse, vt explicat Athanasius.

§. 4. Erasmi coniecturae iam euanuerunt, non omittenda tamen quaedam alia, quae in rem suam fingit. Si illa coniungentur, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός, articulus propemodum superest, inquit, & mollior tamen futura lectio est, si legeretur ὅς ὤν. Nihil hic superest, nihil mutatione mollius efficitur, eleganter Graeci dicunt, Χριστὲ ὁ ὢν Θεὲ, pro Χριστὲ, ὃς εἶ Θεός. itaque haec obiectio ex linguae ignoratione ortum habet.

§. 5. Eniedenus, & Socinus contra Wiekum, alijque recentes Arriani eludere conati sunt verba Apostoli. Nam etsi Christus dicatur Deus, non est tamen summus ille Deus. Deinde super omnia est gratia non natura, & tertio, non est super Deum ipsum. Denique est tantum super omnes homines non plane omnia.

Respondeo ista se mutuo elidere. Christus dicitur hic non quocunque modo Deus, sed Deus super omnia, siue omnes; benedictus in saecula, hoc vero summo Deo tribui solet. Hoc fatentur Arriani, & Eniedenus. Sic Luc. 1. 68. Benedictus Dominus Deus Israel. Rom. 1. 25. Creator est benedictus. Ad eum modum, & Christus Matth. 21. 9. dicitur *benedictus*. Hic autem patris nulla mentio est. *Christus super omnia.*

Secundo, super omnia est ex dono secundum humanam, super omnia autem Deus est natura. Nam cum hic Apostolus dicat, ex Israelitis esse secundum carnem, seu secundum humanitatem, deinde addat, esse Deum super omnia benedictum in saecula. Non potest hoc referri ad naturam humanam, vt illa dicatur Deus, de vera igitur deitate agitur. Nec ideo super seipsum

est

est. sicut nec pater super seipsum est, sed Deus est, cui subest, quicquid Deus non est. Latissime vero hic dicitur esse super omnia: non omnes tantum homines, & angelos; quamuis etiam sic esset super omnia: nam illæ sunt creaturarum omnium nobilissimæ & supremæ.

VERSVS 6.

Non autem quod exciderit verbum Dei: non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ.

QVÆSTIO I.

Cur verbum Dei non exciderit Israelis reprobatione?

§. 1. GRæca locutio difficultatem attulit. οὐχ οἷον δὲ ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. *non quod exciderit verbum Dei.* Beza. Fieri non potest vt exciderit verbū Dei: qua de re magna fuit illi cum Castalione contentio. Nam perinde vertit ac si scriptum esset, οὐχ οἷόν τε ἐκπεπτωκέναι. nam οἷόν τε non οἷον pro δυνατὸν ponitur. Deinde post se infinitiuum habet, non ὅτι cum indicatiuo. Beza se tuetur testimonio Budæi οἷον poni pro οἷόν τε. Verum ad alterum, quod cum ὅτι cōstruatur, respondet in apologia ad defensiones, & reprehensiones Castellionis, id ex Hebraismo fieri. Verum Hebræi, sicut & Latini dicerent: Non potest fieri vt excidat, aut si malis; non est possibile vt exciderit. De singulari Græci verbi constructione quæstio est. vetus interpres οἷον ornatus causa positum putauit, quasi dicat. Non est tale aliquid vt exciderit.

Græca lectio à Beza nō seruata.

Syrus ad verbum: לא איך גיר מפל נפלת, non enim cadendo excidit, vel fuit cadens cadendo. Certe Photius non est interpretatus quasi esset οἷόν τε, hoc est, δυνατόν: sed pro ποῖον accepit. οὐχ οἷον, ὁμοῖον, φησὶν, οὐχ ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ οἷον ἐκπέπτωκεν. Non solum, dicit, non excidit verbum Dei, sed ne quasi quidem excidit. οἷον ἀλλ' οὐδὲ ἐγγὺς γέγονε τοῦ ἐκπεσεῖν, ἢ δοκεῖν ἐκπεπτωκέναι. οἷον. *sed neque prope contigit, vt excideret, aut videretur excidisse.*

Caluinus etiam Bezanam expositionem reijcit, oportere enim dicere, οἷόν τε γίνεσθαι.

§. 2 Cum Iudæorum contumaciam Paulus reprehenderet, continuo in se eum magno studio insurgebant. Sibi à Deo salutem promissam, non posse se excidere, nisi Dei verbum irritum reddatur. Pauli argumentum non magis esse in electam gentem, contumeliosum, quam Dei constantiam, & veritatem in dubium vocare. En plane modo Caluiniani, cum solliciti de salute esse, & securitatem arrogantem ponere iubentur, furiose, sed incassum ad promissiones Euangelicas recurrunt, quasi Domini bonitas deficiat, si ipsi scelere suo pereant.

Facta est promissio Abrahæ, & Israeli & semini eius. Verum non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel. Hoc est, filij promissionis: Promissio facta est Israelis semini indefinite, non singulis: nam multi nati sunt ex Israel, qui fide non acceperunt promissiones, aut postquam crediderunt, vel in perfidiam relapsi sunt, vt Reges Iuda, alijque, vel sceleribus se indignos effecerunt. Alioqui verbum Dei non potest excidere. Quod frustra cauillatur

Promissio non facta singulis.

Castellio. Quamuis & Beza falsa vertat. *Fieri non potest,* non enim hoc dicit: licet fieri non possit, vt excidat verbum. Nam sensus est. Non autem hoc dico, quod exciderit verbum Dei. Ita Chrysostomus: ταῦτα εἴρηκα, φησί. ταῦτα εἶπον οὐχ οἷον ὅτι ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ἐκπέπτωκεν. ἀλλ' ἵνα δείξω τὸ περὶ τὴν χάριν φίλτρον καὶ γὰρ εἰ οὕτως τὰ πράγματα ἐκβέβηκε, οὐκ ἀποροῦμεν τῶν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ λόγων φησὶ καὶ τὸ δεῖξαι, ὅτι ἔστηκεν ἡ ἐπαγγελία. *Has dixi, non scilicet quod sermo Dei exciderit, sed vt ostendam amorem erga Deum. Est enim quum sic res euenerint, Dubij nobis non sunt, aut sermonesq. qui de Deo circumferuntur, nec hæsitamus ostendere quod ipsa Dei promissio firma est.*

Manet ergo immotum Dei fœdus quod solemni iureiurando pactum est. Validum est hoc contra minas tyrannorum scutum, non enim interibit vnquam vniuersa Ecclesia. Si late perfidia, idololatria, scelera q; dominentur, non tamen deerunt, qui in cultu vnius Dei pie persistant, nec aliorum apostasia moueantur. Hic etiam Gualterus Caluinianus multos à fide deficere fatetur.

[illegible] perpetuo manet.

§. 3. Inanissimam iactantiam acriter retundit. Nam ad vos ait promissiones nihil pertinent, non estis enim Israelitæ; nati quidem de Israele, carnis inde portionem trahitis, hæreditatis, & promissionum exortes, atque ita rem habere docet vestra in infidelitate, & vitijs peruicacia. Hoc radio omnes fumosæ nobilitatis nebulæ detergentur, & euanescunt. Si enim natos ex Israele, negat Israelitas, degenere vita abdicatos, quid cæteris fiet, quorum omnis est inanis splendor, nullum nisi in mortuis decus. Soli Israelitæ sunt, qui vita, non ortu censentur. Si sancti parentes, quibus etiam facta est à Deo promissio, non nisi imitatoribus nobilitatem suam tradunt, quanta vanitas est, maiorum forte non bonorum factis gloriari? Nobilitatis initia sæpius virtutum nomine palliata vitia, quam virtutes ipsæ dederunt. At nullo titulo vere apud Deum nobilis est, nisi vera nobilitas virtus. Lactantius l. 1. de vera religione, stultissime nobilitatem æstimasse Græcos docet, quæ etiam quosdam ob cædes bestiarum in Deos retulit. *Sed hæc,* inquit, p. 58. *Græcorum fortasse culpa qui res leuissimas pro maximis semper habuerunt. Quid nostri? num sapientiores? qui athleticam quidem virtutem condemnunt, quia nihil obest: sed regiam, quia late solet nocere sic admirantur, vt fortes & bellicosos duces in Deorum cætum locari arbitrentur: non esse vllam aliam ad immortalitatem viam, quam exercitus ducere, aliena vastare, vrbes delere, oppida excindere, liberos populos aut trucidare, aut subijcere seruituti: videlicet quo plures homines afflixerint, expoliauerint, occiderint, eò se nobiliores, & clariores putant, & inani gloria specie capti, sceleribus suis nomen virtutis imponunt. Iam mallem vt à ferarum cædibus Deos sibi fingerent, quam immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis vnum hominem iugulauerit, pro contaminato ac nefario habetur: nec ad terrenum hoc domicilium Deorum admitti eum fas putant. Ille autem, qui infinita hominum millia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modo in templum, sed etiam in cœlum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus.*

Vana nobilitas.

Si fas cadendo cœlestia scandere cuiquam est:
Mi soli cœli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. O quantis in tenebris Africane versatus es: vel potius, ô poeta qui per cædes & sanguinem patere hominibus in cœlum ascensum putaueris? cui vanitati & Cicero assensit. Est vero, inquit, Africane: nam & Herculi eadem ista porta patuit. Tanquam ipse plane, cum id fieret, ianitor

tor fuerit in cælo. Equidem statuere non possum dolendum ne potius, an ridendum putem, cum videam & graues & doctos, & vt sibi videntur sapientes viros in tam miserando errorum fluctibus volutari. Si hæc est virtus, quæ nos immortales facit: mori equidem malim, quam exitio esse quamplurimis. Si aliter immortalitas parari non potest, nisi per sanguinem: Quid fiet, si omnes in concordiam consenserint? Quod certe fieri potest, si pernicioso & impio furore protecto, innocenter esse ac iusti velint. Num igitur nemo erit cælo dignus? num peribit virtus? Quia hominibus in homines sæuire non dabitur?

Hæc sæpe solent iactare, qui nobilitatem affectant, quod iniusto bello, ad innocentium defensionem cōtra improbos claruerint, laudandi sunt. verum dedecus est, non gloria, nisi in posteris maiorum virtutes vt in imagine reluceant. Nam vt viri præstantissimi, qui corporis animique virtutibus claruerint, imaginem rudem deformem, euanido colore mutilam non sine indignatione conspicimus: ita magis viuam eius imaginem patri iam dissimilem detestamur.

VERSVS 7. 8. & 9.

Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine, promissionis enim verbum hoc est: secundum hoc tempus veniam; & erit Saræ filius.

QVÆSTIO I.

Qui sint filij Abrahæ?

§. 1. Latina correcta habent. *Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij.* Multa exemplaria habent, *quia* pro *qui.* Pseudo-Amb. Primasius, Heruæus, multi legunt, *quia*, Erasmus putat nostrum legisse ὅτι pro ὅτι. Sed cum addat εἰσὶ *sunt*, legendum fuisset ὄντες. Græca constanter habent ὅτι quia, & Syrus דבלא, quod propterea significat, vt verisimile sit, addita littera Latinum textum corrigendum.

Hoc igitur ostendit fœdus Dei non esse alligatum carnali prosapiæ, sed optimi parentis esse & bonos, & malos filios, electos & reprobos. Filios Abrahæ vocat eos, qui etiam ex promissione sunt, non modo ex Patriarcha prognati. Eosdem vocat filios Dei, eos dici æstimari in semine. Hoc est, pro veris hæredibus censeri, quibus diuina benedictio tribuatur. Probat hoc testimonio luculento in quo habebat omnes Israelitas plausum consentientes. Nam Abrahæ dictum est, *sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Hoc est, ille hæres erit, illi benedictio concedetur, Ismael enim foras ejicietur. Itaq; cum Iudæi nullo modo concederent, Ismaelitas esse in fœdere, & promissione, etiam concludere facile poterant, nec omnes alios ex Abrahamo ortos, secundum carnem, esse etiam filios Abrahæ secundum spiritum ac proinde filios Dei. Isaac igitur ex promissione genitus est. filios autem Dei oportet, nasci eo modo, quo natus est Isaac, vt Chrysostomus ait, κατὰ νόμον φύσεως οὐδὲ κατὰ δύναμιν σαρκός, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐπαγγελίας. *Non secundum*

legem naturæ, neque secundum potestatem carnis, sed secundum potestatem promissionis. Nam in Isaac propagabitur populus electus, ex quo oriturus est, in quo omnes benedicentur.

§. 2. Atque hunc in modum superbam gentis Israeliticæ querelam excipit. Quamuis enim Iesus Saluator totam gentem non redemerit efficaciter, verum maior pars in perfidia perseuerarit, non ideo tamen diuina promissio irrita fuit, vt fœdus violatum. Nam Abrahamo quidem promissum fuit semen benedictum, sed tamen illa promissio in paucis effectum habuit. Ismael & filij Ceturæ extra fœdus erant, & magna eorum posteritas; deinde Esau filius Isaac etiam abdicatus est, pari modo filij post in Iacob non omnes filij Dei, non omnes ex promissione. Hoc igitur cunctis inculcatum esse decet fidelibus. Patrum pietate non beati filios, nec impietate damnari. Optimorum parentum improbissimos liberos sæpe videmus, & Scriptura demonstrat. Dauidis erit Ammon, Absalom, Saulis Ionath in Alternantillæ vices. Ezechias filius erat Achaz, Ezechia Manasses, huius Ammon, illius Iosias qui omnes ceteros reges impios habuit. Cur Deus veteri amicissimorum filios excludit regno filium pessimorum progeniem sua bonitate dignatur? Misericordiæ & gratiæ suæ esse docet, non sanguinis aut affinitatis electionem. Non vult piorum parentum sobolem fidere de gratia parentum, non angi infidelium liberos de maiorum delictis, verum omnes Dei misericordia pendere. *Bonorum parentum mali filij, & malorū boni.*

§. 3. Promissionis verbum ait esse, quod dictum est Abrahamo. *Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.* Nempe filius promissionis, filius benedictionis, hæres. Filius Dei, potius miraculo natus, quam filius carnis. Gen. 18. 10. vbi additur *secundum tempus vitæ*, noster: *vita comite.* Optime Chrysostomus τῆς ἐπαγγελίας ἰσχὺς ἔτεκε τὸ παιδίον. *Promissionis robur puerum genuit. Sic & nos per ... generamur per verba Dei, nam in ipso aquarum lauacro verba Dei sunt, quæ nos generant atque effingunt. In patris enim nomen, & filij, & Spiritus Sancti baptizati generamur. Hæc porro non naturæ generatio, sed promissionis Dei. Quemadmodum enim Isaac generationem tum prædixit, tum ipsam expleuit: sic & nostram multis ante temporibus prædixit per Prophetas omnes, ac postea ad opus eduxit.* *Verbo Dei generamur.*

VERSVS 10.

Non solum autem illa: sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri.

QVÆSTIO I.

Quæ vera lectio?

§. 1. Latini libri habent. *Non autem illa, sed & Rebecca habens ex vno concubitu Isaac patris nostri.*

Orationem ellipticam, noster suppleuit, addita particula, *illa.* Et sensus est. Non solum discrimen filiorum, qui secundum carnem, & qui ex promissione gignuntur Sara ostendit, seu exhibuit, sed etiam Rebecca experta est. Alij addunt: Non hoc solum, alij: Non autem hic solum. Etiam intelligi sic potest. Non autem solum illud dicta sunt Saræ sed etiam Rebecca de suis liberis simile oraculum accepit.

Quod noster vertit: Ex vno concubitu habens. In Græcis constanter est: ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Ex vno, scilicet marito, κοίτην Hebraica phrasi, cubationem, hoc est, semen habens, nam κοίτη etiam torus, & cubile est. Itaque Erasmus vertit, concubitum habens, sic enim in Latino veteri lectum putat: & Estius aliique probant. Syrus: cum illi cum vno patre nostro Isaac fuisset consociatio. Veruntamen quamuis vnius literæ additu possit Græcus & Latinus textus conciliari, non ausim tamen vitiosum dicere. Nam quid si noster legit, non, ἐξ ἑνὸς κοίτης, vt Beza somniat, sed ἐξ ἑνὸς κοίτου, nam τὸ κοῖτον, & ὁ κοῖτος, idem prorsus est, quod ἡ κοίτη. Ita Poeta κοίτοιο μέδοντο. Non video itaque cur non potuerit esse in Græco ἐξ ἑνὸς κοίτου, & facile erat, vt η pro ου poneretur. Hoc cur suspicer, rationem habeo conuenientem. Nam eo modo video legisse Origenem. *Nam & Rebecca, inquit, non solum secundum carnalis natiuitatis ordinem protulit partum. Cum enim ex vno concubitu Isaac geminos concepisset, nondum partu editi neque vllis actibus puerorum boni malique inter homines habiti, erga Iacob diuina habetur dilectio, & dicitur quia maior seruiet minori. & Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

Lectionis Latinæ ratio.

Nec obijci potest Origenis interpretem lapsum. Nam eum dicit: cum enim ex vno concubitu Isaac geminos concepisset; non potuit legisse κοίτην: sed κοίτου. Sed legit etiam eo modo Iren. l. 3. contra hæreses. Augustinus Epistola ad Sixtum 55. *Qui enim sunt isti qui respondeant Deo, quando quidem ille Rebeccæ habenti geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, vt secundum electionem propositum eius maneret, electionē scilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos facit ipse, non inuenit, non ex operibus, sed ex vocante dixit minorem seruiturum esse maiori.*

Videt Augustinum Erasmus & alios, & ante ipsum fecerat Laurentius. Quid enim ad rem, vno, aut repetito amplexu geminos conceperit? Respondet Liberius ad Simplicianum. *Vigilantissime ait ex vno concubitu gemini cum concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, si quisquam forte diceret, ideo talis natus est filius, quia pater erat sic affectus illo tempore cum seuit in vtero matris, aut erat ita mater affecta cum illum concepit. simul enim ambo sunt vno tempore concepti, neque medici audiendi qui negant vno congressu geminos concipi, Iuda & Thamaris exemplum aliud docet. Certe melius non potuerunt esse omnia paria inter gemellos, nisi & parentum dum conciperentur, par esset affectio, & status. Quare non video, cur locus ille inter manifeste corruptos recenseri debeat.* Eodem argumento Bell. vtitur l. 2. c. 10. de gratia, & libero arbitrio. Et Pareus eodem loco aphorismo 4. sine cauillo locum Bellarmini citat, & probat. Pares fuisse demonstrat Apostolus, ex eorum ortu, qui orti ex eisdem parentibus, & eodem concubitu generati, eodemq; partu editi, ne forte diceretur, vni profuisse merita parentum, alteri non profuisse. At de paritate parentum non constaret, nisi vno concubitu essent concepti. Poterat enim Esau ab illis, quando alter amboue in peccato erant, Iacob cum pœnitentia iustificati essent, concipi, ideoque huic prodesse parentum iustitia, illi obesse culpa.

Erasmus fallitur.

Vno concubitu, vt omnia paria essent.

VERSVS 11. 12. & 13.

Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali (vt secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruiet minori sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

QVAESTIO I.

Quodnam oraculum datum Rebeccæ?

§. 1. ORaculo Deus respondit, cum nondum nati essent, nondum boni aliquid, aut mali fecissent. Idque vt secundum electionē propositum Dei maneret. Quod Syrus ita vertit. *Ante cognita fuit electio Dei, vt ipsa permaneret.* v. 12. pro, *dictum est ei*; habet Syrus: *dictum est enim ei.* Nempe matri Rebeccæ Deum consulenti.

Verba oraculi sunt Gen. c. 25. v. 23. *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori.*

Paulus postremam particulam retulit: *maior seruiet minori*, ὁ μείζων τῷ ἐλάττονι. maiorem Esau dicit ætate, is enim primogenitus: ideoque & populus illius natu maximus. In Genesi est רב & צעיר, tzahir & rab, *maior & minor* quod ad dignitatem, vires, corporis staturam, ætatem pertinet, quæ omnia in Esau humano iudicio ampliora videbantur, in Iacobo minora. Syrus textum ad solam ætatem retulisse videtur. Habet enim קשישא *kaschischa, senior.*

Oraculum datum Rebeccæ.

§. 2. Paulus tamen maius aliquid ea in historia, diuini Spiritus magisterio edoctus, intuetur, nempe seruitutem populi maioris, typum esse miseræ conditionis qua Tyrannidem peccati & dæmonis tolerauturus erat. Imperium minoris libertatem & principatum filiorum Dei præsignare. Ad hæc Israëlitas Dei eligentis bene volentia sine meritis vocatos, Idumæos sine actuali sua culpa, Dei relinquentis iustitia desertos.

Mysterium geminorum.

§. 3. Aliud etiam ea collisione paruulorum in vtero mysterium Augustinus colligit. Serm. 78. de tempore nempe in Ecclesia simul esse probos, & improbos, hos semper illis infestos. Et Nazianz. in Apologia semper malorum esse numerosiorem exercitum. Quamquam magnus fuit ab initio numerus Edumæorum; nam Esau diu ante Iacobum duas iam vxores duxerat, & ad magnam potentiam opesque peruenerat, vt multo esset, quam Iacob maior. Non tamen puto, Idumæos in reliquum temp' multitudine superasse Israëlitas præsertim tempore Dauidis. Nam & mons Seir multo minoribus terminis concludebatur quam terra Israelis, & fertilitate cedebat. Origenes hom. 12. in Genes. non indecora tropologia, duas in nobis gentes, hominem veterem & nouum interpretatur.

QVÆSTIO II.

Quis sensus Prophetiæ Malachianæ?

§. 1. QVinque versibus describitur initio Malachiæ zonus De. *Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis in quo dilexisti nos. nonne frater erat Esau Iacob Iacob dilexi, Esau autem odio habui* [illegible]

in solitudinem, & Hæreditatem eius in Dracones deserti. Quod si dixerit Idumæa: destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: Hæc dicit Dominus exercituum: isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus vsque in æternum. Quæ verba Diuus Hieronymus hunc in modum interpretatus est. *Ex quo apparet odium illud in sensu à Propheta indicatum, & à Iudæis intellectum esse, vt non ad fratrum personas proprie, sed ad posteros pertineat; deque regionum fertilitate, & pœna qua vtriusque populi scelera vindicarentur, locutum esse.* Hoc Dei iudicium fuit, vt Iudæi quidam post annorum multorum captiuitatem liberarentur, Idumæi vero exscinderentur. Nam Iudæorum populus benedicendus erat in semine, in quo benedicendæ erant omnes nationes terræ, in quibus nationibus etiam erant Idumæorum magnis cladibus superstites reliquiæ.

Prophetia ad populos pertinet.

§. 2. Oraculi igitur sensus literalis non loquitur de electione Iacobi ad vitam æternam, vel reprobatione Esaui ab æterna felicitate, sed populorum duorum res prædicit: Nam maior populus Idumæorum seruijt minori Israelitarum, non seruijt maior frater minori. 2. Reg. 8. v. 14. posuit in Idumæa custodes, statuit præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid, & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcumq; profectus est.

Deinde post captiuitatem Babylonicam à Iuda Machabæo afflicti sunt, ab Hircano domiti: Iosephus lib. 12. cap. 17. antiquitat. Demum interierunt varijs confecti cladibus, vt ne nomen quidem supersit, vti neque Moabitarum aut Ammonitarum. Quare ridiculi sunt Rabbini dum Iulium ex Idumæa ortum fabulantur, & Romanos interpretantur Idumæos. Quid enim Romuli nepotibus cum Idumæis?

Idumæi perierunt.

§. 3. Augustinus lib. 16. cap. 35. de ciuit. Dei. Quæ de temporali seruitute, regionum diuersitate ac vastitate dicta sunt, accommodat ad populum Iudæorum, qui seruiat seruit populo Christiano iuniori. Imo ait vere neminem Christianorum aliter intellexisse. *Quod autem dictum est: maior seruiet minori: nemo fere nostrorum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudæorum, minori populo Christiano seruiturum.* Et reuera quamuis in gente Idumæorum, quæ nata est de maiore, cui duo nomina erant, nam & Esau vocabatur, & Edom, vnde Idumæi, hoc videri possit impletum: quia postea superanda fuerat à populo, qui ortus est ex minore, id est, ex Israelitico, eique fuerat subjicienda, tamen in aliquid maius intentam fuisse istam prophetiam, qua dictum est: populus populum superabit, & maior seruiet minori: conuenientius creditur. Et quid hoc, nisi quod in Iudæis & Christianis euidenter impletur?

Modum seruituris exponit Serm. 78. de tempore, quod sacros libros nobiscum habeant, & toto mundo circumferant ad omnium gentium instructionem. Quod etiam sequitur Rupertus lib. 7. cap. 54. & sane Christianorum capsarij sunt Iudæi, qui scripturas circumferunt, illisque sua calamitate testimonium perhibent, nec fruuntur tamen, sed magis magisque excæcantur, donec intrarit plenitudo gentium, & ipsi demum conuertantur & saluentur.

⁂

QVÆSTIO III.

An Paulus prophetias ad electionem recte accommodet?

§. 1. Si itaque prophetiæ in sensu historico accipiantur, constat, nec agi de personis gemellorũ: nec de prædestinatione, aut reprobatione. Neque enim Esau Iacobo seruiuit, nec Iacob amœnioris terræ possessionẽ accepit. In Chanaan enim Ægypto peregrinus fuit, nec pedem illum possidendum Deus illi dedit, sed ei [illegible] semini [illegible] promisit. Esau autem iam tunc cum Iacob in Ægyptum proficisceretur potens erat, & [illegible] partem in suam redegerat potestatem. Quæ ea non magis ad prædestinationem, aut reprobationem facit, quã quod hic sine suo peccato nascitur in tugurio, ille in regia. Hic ad labores & vitæ incommoda, ille ad delicias, & sæculi lubricam quidem, sed quæ multis magna videtur, fœlicitatem.

Constat sane Matri Rebeccæ non aliter oraculum intellectum. Nihil tum illa de reiectione spirituali, sed de prærogatiua tantum externa cogitauit. Quantus enim dolor matri inureretur, si nondum nati filij damnatio reuelaretur, aut ex posteritate partis vnius reiectio? Quomodo enim illa vel marito hoc non indicaret aut ille filium à Deo reprobatum, plusquam electum diligeret? pari omnium sententia Malachiæ Prophetia concluditur, vbi odium in Esau, & dilectio in Iacobum, non alio modo, quam de posteris, & regionibus, externisque pœnis, & clementia exponitur.

De damnatione liberorum sensus non est.

§. 2. Temerarius tamen est si quis oracula quæ in Genesi & Malachia sunt, de sola tẽporali felicitate, dominatu seruitute incommodis interpretetur. Nam Paulus Apostolico spiritu, & authoritate ostendit, sensum spiritualem, vt dixi, latere. Erasmus in diatribe pro libero arbitrio, contra Lutherum eo refugit, vt de externa tantum prærogatiua agi existimaret, qua in re bonã causam male agendo apud imperitos afflixit, quasi cum electione non posset voluntatis libertas stare, sed erat ille tenui Theologiæ cognitione instructus, & vltra vires opus aggressus est, in grauia lapsus, quod patres, quos magistros habere debuerat, censere maluit. Hic enim de electione & reiectione quæstionem, textus adeo clare docet, vt nec Augustinus, nec vllus veterum dubitarit. Nam in hunc locum sic commentatur. *Quod autem, ait, nondum enim nascentium, neque agentium aliquid boni aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus. Sed ex vocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Nonnullos mouet, vt putent Apostolum Paulum abstulisse liberum voluntatis arbitrium, quo promeremur Deum bono pietatis, vel malo impietatis offendimus. Dicunt enim, quod ante opera aliqua seu bona seu mala, duorum necdum nascentium Deus vnum dilexerit, & alterum odio habuerit. Sed respondemus, præscientia Dei factum esse, qua nouit etiam de nondum natis qualis quis futurus sit. Sed ne quis dicat, opera elegit Deus in eo quam dilexit, quæ quamquam nondum erant, quæ erant futura præsciebat. Quod si opera elegit, quomodo dicit Apostolus, non ex operibus factam electionem? propterea ergo intelligendum est, opera bona per dilectionem fieri,

De Electione [illegible] est.

Augustini expositio, de qua ille ipse postea latus.

dilectionem autem esse in nobis per donum Spiritus Sancti, sicut idem Apostolus dicit, charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Non ergo quisquam gloriari debet ex operibus tanquam suis, quæ per donum Dei habet, cum ipsa dilectio in eo bonum operatur. Quid ergo elegit Deus? si enim cui vult donat Spiritum Sanctum per quem dilectio operatur bonum, quomodo elegit cui donet? si enim nullo merito, non est electio, æquales enim omnes sunt ante meritum, nec potest in rebus omnino æqualibus electio nominari. Sed quoniam Spiritus Sanctus non datur nisi credentibus, non quidem Deus elegit opera quæ ipse largitur, cum dat Spiritum Sanctum, vt per charitatem bona operemur, sed tamen elegit fidem. Quapropter nisi quis credat in eum & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id est, Spiritum Sanctum, per quem infusa charitate bonum possit operari. Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia, vt quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit cui Spiritum Sanctum daret, vt bona operando etiam vitam æternam consequeretur. Dicit enim idem Apostolus, idem Deus qui operatur omnia, & in omnibus. Nusquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Quod ergo credimus, nostrum est; quod autem bonum operamur, illius est qui credentibus in se dat Spiritum Sanctum. Hoc autem exemplum quibusdam Iudæis obiectum est, qui Christo crediderant, & de operibus ante gratiam gloriabantur & dicebant se Euangelij gratiam per sua bona opera præcedentia meruisse, cum bona opera in nullo esse possint, nisi qui acceperit gratiam. Est autem gratia, vt vocatio peccatoris prorogetur cum eius merita nulla nisi ad damnationem præcesserint: quod si vocatus vocantem secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur, & Spiritum Sanctum per quem bona possit operari, in quo permanens, quod nihilominus est in libero arbitrio, merebitur etiam vitam æternam, quæ nulla possit labe corrumpi. Illi ergo etiam errore suo docebant, de vitæ æternæ mysterijs Paulum tractare. Quam indignum vero Paulum tanto dolore confici, vt anathema optet esse pro fratribus suis, si de agellis, vineis, & sæculi honoribus, quæ omnia vt stercora æstimabat sermo esset, de vocatione, de iustificatione, glorificatione agebatur ab illis Iudæos reiectos esse docebat: non esse filios promissionis, non filios Dei, sed filios carnis, nec mirum hoc esse exemplo & typo veterum demonstrat. Iacobum dilectum, Esauum odio habitum, vt secundum electionem propositum Dei maneret, de quo supra capite octauo, versiculo vigesimooctauo, dixerat. Deinde omnia quæ sequuntur, vt induratio, miseratio, Pharaonis excitatio, gentium vocatio, vasa in honorem, & vasa in contumeliam huc pertinent, vt fratrum & posterorum status electorum fœlicitatem, & defectionem reproborum exprimat. Quod vero Genesis capite vigesimoseptimo, versiculo quadragesimo, dictum est Esau, fratri tuo seruies, etiam de posteritate accipi potest. Itaque Hunnus, Huberus, alijque Lutherani non recte Malachiam sunt interpretati, de sola largitione & priuatione terræ promissæ. Nam blasphemant, qui putant Apostolum vim facere vaticinijs vetustis. Terra palestina typus erat vitæ æternæ, & annexam habebat gratiam vocationis, non in omnibus, sed indefinite in populo.

Qværstio IV.

An Esau damnatus?

§. 1. SEntentiæ sunt in vtramque partem pari fere scriptorum authoritate & rationum momentis dictæ. Quidam certo damnatũ censent, alij dubiam eius faciunt salutem. Seuerior sententia has causas adfert.

Seruitus Esau, & odium Dei in illum merita eius antecessit, non quouis modo, sed, vt, ait, Apostolus, *vt secundum electionem propositum Dei maneret*, at vero Apostolus electionem & propositum, hac in epistola spiritaliter accipit, de spiritali igitur electione, & reiectione agitur, qua sola Iacobus fratre superior fuit, alioquin multis conflictatus externis, & domesticis malis. *Esau felicior in hac vita Iacobo.*

Deinde Iacobum electum fuisse nemo dubitat, quia eum Deus dilexit, vt secundum electionem Dei propositum maneret, quod constat de spiritali electione intelligendum, nec quisquam alio modo intellexit; cur non igitur odium Dei etiam in Esauum spiritali modo interpretemur? ideoque damnatum dicimus: Non enim idonea videtur esse oppositio, Iacobum dilexi, imperium terram fertilem, vitam æternam illi decernendo, Esau odio habui, seruitute & asperiore solo eum coercens. Quantulum enim hoc est si ad vitam æternam nihilominus est electus? Quin & illud in confesso est; Iacobum hoc loco patrem esse, & Typum omnium filiorum Dei, omnium Israelitarum, qui sunt filij promissionis, siue filij Dei. Vt vero liceat de quouis prædestinato ad vitam dicere: hic est verus Israel; natus ex promissione: Esauus è contrario filius quidem est Isaaci, sed non promissionis; itaque Typus est reproborum vndecunque, siue ex se se, siue ex fratre, atque aliunde natorum. Quomodo autem ille, qui typus est omnium impiorum, & reproborum, ipse est electus? ipse etiam dilectus, vt secundum electionem Dei propositum maneret?

Respondent nonnulli posse electos esse Typum reproborum, posse & reprobos esse Typos electorum. Nam Esaui posteritas odio habita, omnes reprobos designat: & tamen nonnulli in ea fuerunt electi: Israelitæ vero filios Dei significabant, nec tamen in pluribus eorum complacuit Deo. Christus etiam qui peccatum non fecit, peccatorum in se personam suscepit; & Salomon Christum figurabat certissimo Scripturæ elogio; dubia tamen salute. Cyrus etiam Rex Persarum Christo assimilatus est, sed eum non cognouit, & si historiæ credimus, in publico latrocinio, hoc est, bello contra Thomyrin iniusto cecidit, & damnatus est. Nec tamen illa

folutio mihi satisfacit: Esau posteritatem odio habuit, quæ typum gessit reprobotum, sed indefinite, vt gentes dicitur deseruisse, ex quibus tamen multi pietatem sectabantur, ideo nō omnes odit, sicut nec omnes diliexit Israelitas, cum vero nemo ex Esauitis sit typus reprobotum, nisi & ipse reprobus, nec ex Israele typus electorum, nisi & ipse electus: satis constare videtur, typos reproborum reprobos, electorum electos fuisse. Paulus tamen non de sola posteritate loquitur: sed de ipsis fratribus gemellis: cum dicit, cum nondum nati essent, aut quicquam mali aut boni egissent, quod ad ipsos pertinet, ergo & Dei amor, odium que ad ipsos geminos referri etiam debet. Hic enim diuinorum iudiciorum abyssus cernitur, quod illos ipsos natura pares, sua prædestinatione tam fecit impares.

Quorsum enim tam serio parentes, vnum concubitum, aliaque memoraret, vt ostenderet, nihil vnum præ altero habuisse, quo eminetet, si inter ipsos nō esset futura summa status diuersitas? Nam de posteritate dici poterat, diuersam eorum fore cōditionem, vel nascendi vel viuendi. Imo vero si tantum fortunæ bonis in tanta paritate discrepabant, argumentum validissime contra Paulum retorqueri potuit. Hæreditatem cœlestem vtrique paratam ex promissione sterisse: tam Esauum quā Iacobum cœlo destinatum, cœlo illatum; amorem Dei erga Iacobum, & odium in Esauum intra glebas & pecorum adipes constitisse. Nec ergo se à Deo reiectos, cum ille quem pro exemplo reiectionis adducit, sit beatus. Nec dissimulandum tamen Esaui vitam, potentia opibus, delicijs honoribus, fuisse laboriosissimis Iacobi ærumnis potiorem, si externa spectemus; verum etiam posteritatis. Nam seruitutem multo difficiliorem Israelitæ in Ægypto seruierunt, quam illa fuerit, quam Idumæis Dauid impoſuit, addo laborem in deserto, sub iudicibus & regibus varias seruitutes.

Esau damnatio probabilior.

Certe Esauus profanus à Paulo nominatus legitur. Reconciliatus est fratri, socius paterni funeris legitur fuisse, pacem cum fratre coluit, Deus posteritatem eius seruauit, sed non sunt signa ista certa prædestinationis. Quare dubia admodum est Esaui salus, & probabilior damnatio. Augustinus lib. 1. de baptis. contra Donatistas, *Esauum à Deo reprobum dicit. Qui autem pacifice diligunt legitimam patris sui coniugem, cuius legitima sunt generati sunt, similes sunt filij Iacob, quamuis de ancillis nati, sed tamen eandem Hæreditatem sumentibus. Qui autē de vtero ipsius matris iniuste in vnitate nati, negligunt gratiam, quam acceperunt, similes sunt Esau, filio Isaac, qui reprobatus est, Deo attestante & dicente Domino, Iacob dilexi: Esau autem odio habui. Cum ambo ex vno concubitu concepti, ex vno vtero nati sint.*

Sed etiam indicat explicatio serm. 77. de tempore. Concepit ergo corporaliter de beata Isaac Rebecca, quia concepit vera spiritaliter de Christo Ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebantur, sic in vtero Ecclesiæ duo sibi populi inuicem aduersantur. Si enim aut soli mali, aut soli boni essent, vnus populus esset: quia vero in Ecclesia, & boni inueniuntur, & mali tanquam in ventre spiritalis Rebeccæ duo populi collidunntur, humiles scilicet & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni enim lucrari volunt malos, mali vero extinguere cupiunt bonos, bonorum desiderium est, vt qui mali sunt, corrigantur: malorum studium est, vt qui boni sunt consumantur. Vnum est genus piorum, aliud impiorum. Genus piorum ad cœlum erigitur per humilitatem: genus impiorum ad infernum demergitur per elatio-num. Omnes enim qui in Ecclesia Catholica terrena sapiunt, terram diligunt, terram concupiscunt, & omnem spem suam in terram constituunt: ad Esau pertinent. Quicunque ideo Deo seruire capeat, vt honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, & ipse ad Esau, id est, ad terrenam felicitatem pertinere cognoscitur. In Esau enim carnales intelliguntur, in Iacob vero spiritales. Isti enim duo populi sicut beatus Apostolus euidenter assignat, cum carnales demonstrat & spiritales insinuat. Sic enim ait: manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixa, dissensiones Secta, inuidia, ebrietates, comessationes. Ecce fructus populi pertinentis ad Esau.

§. 2. Cyrus quidē Christi typus fuit, sed nō vitæ sanctitate, verum populi Iudaici, ea captiuitate Babylonica liberatione, si electionis typus fuisset, etiam electus esset, vt fuit Christus secundum humanam naturam. Hic plane alia ratio est. Esau fuit reprobationis exemplar, itaque non alia re quam propria reprobatione; sicut Cyrus liberatione. Rahab meretrix Typus fuit Ecclesiæ gentium, quæ postquam fornicata est, cum amatoribus multis ad Dominum deducta est. Quomodo vero Typus? non peccando, sed credendo, *fide enim abscondit exploratores*. Christus etiam typus peccatorum, sed pœnitentium, nempe omnium in se culpas recipiendo, si ergo Esauus eo modo etiam reprobos præfigurabat, videtur etiam esse obiectū reprobationis. Nec satis est dicere: priuatione & exilio terræ sanctæ figurasse reprobationem improborum, propter causas ante expositas: Grauiore malo tantum malum indicari oportuit, nec Iudæi Apostolicis lachrymis deflendi essent, nisi atrocia pertinacibus imminerent, sed nec mouerentur, si Esauum saluum esse scirent, hominem in hac vita copiosum, honoratum, longæuum, potentem, filiorum & nepotum ingenti & opulenta turba circumuallatum.

Cyrus typus Christi liberando.

Quæstio V.

An hoc loco de sola electione ad gratiam, an de ea quæ est ad gloriam agatur?

§. 1. Qui defendunt electionem ad gloriam ex præuisis meritis, vt multi Catholici, aut ea fide præuisa, vt multi Lutherani, & in Belgio Arminiani, hunc locum de electione ad gratiam interpretantur: ad gratiam inquam efficacem, qua te ipsa conuertuntur, quicunque eam accipiunt. Nam etiam reprobis gratia datur sufficiens.

Nec caret illa suis rationibus sententia. Apostolus enim hoc loco agit de vocatione gentium, qua ita & trahuntur, vt veniant, credant Euangelio, faciāt fructus dignos pœnitentiæ. Ingens enim gentium multitudo acceperat verbum Dei, in qua abundantius gratia Dei, in signis & virtutibus relucebat. Agit autem de Iudæorum cæcitate qua obtenebrati lucem quæ apparuit illis accipere non voluerunt, quia redemptorem accipere renuerunt. Quod etiam Stephanus illis obiecit, semper eos *Spiritui Sancto resistere, sicut & patres eorum.*

De vocatione & gratia cur agi videatur.

Huc pertinet exemplum Pharaonis, quem indurauit Dominus, non infundendo gratiam. Indurationi enim, ea quæ per gratiam fit mollitio, non glorificatio opponitur. Induratur peccator

cum cor eius carneum roboratur, & sensim in silicem vertitur, cum sibi relinquitur, & occasionem habet delinquendi, gratia vero mollescit, & teneritudine sua sigillum viuifici spiritus recipit, vt obsignatus filius Dei efficiatur. Augustinus de prædestinatione c. 15. Ita sensisse quibusdam videtur. Recentiores certe non pauci eam interpretationem sequuntur. Nam ita Deus neminem à suo regno sine culpa præuissa reiecisse videtur. Gratiam autem nemini debet.

Agit de electione ad gloriam.

§. 2. Dicendum omnino est Paulum non modo agere de electione quæ est ad gratiam, verum etiam de ea quæ est ad gloriam. De vtraque nimirum quæ est ad gratiam efficacem & perseuerantem vsque ad finem. Neque enim de gratia quacunque vocationis, iustificationisque agitur, quam sæpe reprobi accipiunt, sed de ea quæ est cum perseuerantia iustitiæ, siue aliquando interrumpatur, siue manens eadem perseueret.

Caussa est, quia agit de electione absolute, quæ non vnum tantum effectum, sed omnes continet. Nam supra dixit vocatos secundum propositum, etiam glorificatos, non igitur præcipuum effectum omittere debuit. Cur enim ad vnum medium elegisse diceret, eoque sententiam restringeret, cum ante filios promissionis vocarit & filios Dei, ac consequenter Hæredes? Electos igitur hic nominat eos, qui ad gratiam, Hæreditatem, gloriam prædestinati sunt. Electio autem illa est cum amore, *Iacob enim dilexi*, hoc est, vt D. Thomas exponit, *vitam illi æternam volui.* Hæc etiam electio est ad hoc, vt sint vasa in gloriam, à gloria ergo separari non debet electio. Vide Bellarminum lib. 2. cap. 15. de gratia & libero arbitrio, qui fusius contrariam opinionem refellit. Augustinus de peccato originali contra Pelag. & Cœlestium lib. 2. cap. 31. ad Simplicianum, lib. 1. q. 2. licet de gratia agat, gloriam tamen iungit. Ad hoc tempus veniam, & erit. Saræ filius: qui vtique nullis operibus promeruerat Deū vt nasciturus promitteretur, vt in Isaac, vocaretur semen Abrahæ: id est, illi pertinerent ad sortem Sanctorum quæ in Christo est, qui se intelligerent filios promissionis, non superbientes de meritis suis, de gratia vocationis

Iacobum ad gloriam electum hic locus docet.

deputantes quod cohæredes essent Christi. Cum enim promissum est, vt essent, nihil vtique meruerant qui nondum erant: sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri. Vigilantissime ait, ex vno concubitu: gemini enim conceperant, ne vel paternis meritis tribuerentur, si quisquam forte diceret, ideo talis natus est filius, quia pater ita erat affectus illo tempore, quo eum seuit in vtero matris: aut ita erat mater affecta cùm eum concepit. Simul enim ambos vno tempore ille seuit, eodem tempore illa concepit. Ad hoc commendandum ait, ex vno concubitu: vt nec astrologis daret locum, vel eis potius quos Genethliacos appellauerunt, qui de natalibus nascentium mores & euenta coniectant. Quid enim dicant, cur vna conceptione, sub vno vtique temporis puncto, eadem dispositione cœli & syderum vt diuersa singulis annotari omnino non posset, tanta in illis geminis diuersitas fuerit, prorsus non inueniunt: & facile animaduertunt si volunt, ea spon falla quæ miseris vendunt, nullius arte eap sitione, sed fortuita suspicione proferri. Sed videte quæ agimus potius loquamur, ad frangendam atque deijciendam superbiam hominum ingratorum gratiæ Dei, & audientium gloriari de meritis suis ista commemorantur.

Et Epistola 105. ad Sixtum. De morte & vita æterna, de paruulorum damnatione, & saluatione, atque adeo fine vltimo singulorum agi declarat. Prædestinatos ille nominat, qui ad vitam æternam electi sunt, eos gratia non ea medius prædestinatos, ità & hic de Iacob & Esau loquitur. Et l. 1. contra Donatistas, c. 8.

QVÆSTIO VI.

An Esau sit reprobatus sine præuisione operum.

§. 1. CAluini & Bezæ, recentiorum etiam vt Piscatoris, Gummari, aliorum horrida & blasphema opinio à nostris varijs tractatibus est refutata. Defendunt illi absolutum electionis, & reprobationis decretum, vocantur illi rigidi, prorsus contendunt, nihil superius Dei bonitate in salute iustorum, in reproborum exitio, nihil superius iusta eius seueritate. Itaque suum Deo ius distribuere se putant, atque eiusdem vsum iuris. Quem recte negat Pareus. Etenim si summa potentia id decernit nec vllam habet rationem in suo decreto mer totum, non est actus ille iustitiæ sed solius potentiæ. Nam si creaturam suam Deus perpetuo miserrimam esse summo suo iure, suapotentia vellet absque omni culpa etiam eam cuius in ipsum constat fides & caritas: Verbi gratia, si primos parentes, iustos, integros, sanctos, perdere statuisset, eorum innocentia perseuerante, non haberet certe illa reprobatio rationem iustitiæ nec supplicium miserorum rationem pœnæ, cum solam pœna culpam sequatur. Nec odium, aut ira Dei in illis locum inueniret, cum nihil odio aut ira dignum gessissent. Nec enim creaturam suam, nec eius bona odisse potest summa bonitas. Cum vero aliud Dei ius in Scriptura reuelatum non sit, quam id quod merentibus supplicia irrogat, non est etiam à nobis fingendum, Ecclesia & Patribus in contrarium affirmantibus, Deum & iustum esse, & misericordem. Etsi enim sine creaturæ merito salutem conferat, non tamen etiam sine culpa damnat.

Hæretici Deo tus dando auferunt.

§ 2. Veterum nonnulli vt Duran. in 1. distinct. 41. q. 2. num. 14. Gregor. quæst. 1. art. 2. conc. 4. & 5. Marsil. in quæst. 41 art. 2. conclus. Driedo 1. quæst. de concordia lib. arb. & prædestinat. cap. 3. Ferrar en. 3. contra gentes, cap. 161. in hanc sententiam citantur. & omnium falsissime S. Thomas, verum nullo modo illorum doctrina affinis est Caluinisticis erroribus. Multi ex illis de electione & reprobatione comparata sermonem faciunt. Cur omnes reprobari potuerint, aliqui reuera reprobati fuerint, causam dicunt peccatum originale. Cur vero ille liberatus fuerit, ille desertus, id ex solo Dei beneplacito pendere de quo consuli possunt. Ioannes Bononiensis Carthusianus. Et D. Thom. ita sensit. Nam illius discriminis causa non est, etsi sit reprobationis. Alij intelligendi sunt, de reprobatione à gratia, alij decretum peccati permittendi esse aiunt, alij que denique gnum cœnegatum, seu non admissionem ad regnum cœlorum.

Veteres defensi.

§. 3. Pa-

§. 3. Pareus l. 2. cap. 16. de grat. & lib. arb. Balninum excusat. Etsi autem Caluinus Apostolum secutus prædestinationem præuisione peccati priorem facit. Non tamen inde concludi potest, non facere iniustam reprobationem, cum Deo ius absolutum tribuat. Interim fatendum est mysterium reprobationis tutius explicari loquendo de eo secundum ius ordinatum, in lege patefactum, ita vt decretum reprobandi reprobos peccatum eorum supponat, ita & dubio 8. & admonitione Neustad. c. 3. de libro concordiæ dicimus, contra Lutheranos. Deprauant nostram doctrinam, cum fingunt nos dicere, Deum sine respectu peccati, nuda & absoluta sua voluntate, & decreto, aliquos ad damnationem ordinasse; nos vero cum Apostolo docemus, Deum in damnatione reproborum velle suam iustitiam declarare; non igitur quemquam damnationi addixisse, nisi propter peccatum, ac ne quidem damnationem velle, quatenus damnationem, sed quatenus iusta pœna, non autem habet locum pœna, nisi vbi antecedit delictum.

Deum neminem pœnæ addixisse nisi propter peccatum.

§. 4. Reprobatio siue ipsius Esaui, siue quorum ille typum gessit, sine vllis operum meritis præuisis ab æterno. Non modo à gratia perseuerante fuit, sed etiam à gloria: non tamen ad pœnam. Vera est igitur Bellarmini sententia l. 2. cap. 16. de gratia & libero arbitrio. Nona propositio: *Reprobatio, quam S. Augustinus prædestinationem ad interitum vocat, duos actus comprehendit, alteram negatiuum, cuius nulla est causa ex parte hominum, alterum positiuum, cuius causa est peccati originalis, actualisque præuisio.*

Reprobatio negatiua sine operibus.

Hic obseruandum est, actum negatiuum non esse sine positiuo, vt cum non habuit actum, vt Esau diligeret, simul tamen habuit actum, quo decreuit non diligere, decreuit non dare regnum. Nam vt in prima parte optime probat noster Vasquez, quandocunque Deo adest negatio voluntatis quippiam faciendi, simul adest positiua voluntas quo decernit, id non facere, v. g. habuit Deus voluntatem huius in quo viuimus mundi creandi, cum eum conderet: non habuit vnquam voluntatem alterius creandi: seu positiuam voluntatem non creandi. Hinc soluitur quod crebro Hæretici obijciunt: *Deum eo instanti, seu momento rationis, quo prædestinauit electos, non habuisse se mere negatiuè aut incerta inæquè suspendisse voluntatem suam circa reprobos, sed eos reprobasse. Quemadmodum in eo signo rationis, quo Iacob dilexit, Esau odio habuit, ergo signo eodem omnia opera antecedente voluntate, quo Iacobum ad gloriam elegit, Esauum ad pœnas prædestinauit, & fecit vas in contumeliam.* Respondeo eodem rationis signo, quo Iacobum efficaciter dilexit, Esauum odio non habuit, quo electos prædestinauit, reprobos non reprobauit, sed negatiue, hoc est, non elegit, actum tamen habuit positiuum, in instanti durationis seu æternitatis nolo hunc ad hanc gloriam actu eligere, sed volo hunc relinquere, imo volo eius peccata permittere, quæ video illum si hoc vel illo statu crearetur, facturum, idque certissimo futurum, non vi permissionis, sed quia scientia mea falli non potest, quæ certo videt rei futuræ euentum. Et hoc etiam Bellarminus notauit cum exponit actus negatiuos. Vbi tamen obseruandum est, vocabula illa, quæ sonant aliquid positiuum, vt odio habere, & indurare, accipienda esse pro negatione: nam odio habere, hoc loco est, non velle diligere; & indurare, est, non velle misereri, vt Augustinus docet Epist. 105. & tract. 53. in Ioannem. & in lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. vbi dicit, *nihil esse aliud indurare, nisi nolle misereri.* Vide Zuare. l. 2. de concursu ad Act. c. 5. ad 3.

Reprobare nolle eligere.

Qui vero ita sentiunt, non modo de reprobatione hominum, vbi peccati originalis est ratio aliqua à multis habita, sed etiam de angelorum reprobatione facile rem expediunt. Deo enim liberum est, ad bonum supernaturale, bonum indebitum, pro suo arbitrio aliquos admittere, quam in re nec contra misericordiam, nec iustitiam quicquam agit. Eadem ratione soluitur communis obiectio. Deus ante præscientiam peccatorum damnationem reproborum prædefiniuit, ergo & peccata, quibus illam mererentur. Nam sine peccato non damnantur. Ideo dicit: *antequam quisquam boni aut mali egisset, &c.*

Respondeo vt Bellarm. Suarez lib. 2. de concursu. Reprobationem negatiuam seu non electionem ad vitam, omnia opera mala præcedere. Hæc autem cum pœna non sit, sed tantum modo beneficij gratuiti negatio, non necessario prærequirit peccatum. Damnatio ad pœnam non fit sine præuisis peccatis. Augustinus locum S. Pauli exponit de illis, qui sunt in massa damnata ob peccatum originale, multique alij.

§ 5. Suarez, lib. 2. de concursu Dei, c. 5. sic exponit. Sed obijciet aliquis voluntas diuina nunquam est suspensa, & quasi neutra circa aliquod obiectum, sed aut vult, aut non vult, seu vult non facere: quia hoc pertinet ad perfectam eius determinationem; verbi gratia; cum primum voluit creare hos Angelos, non intelligitur Deus mansisse suspensus circa alios, quos non creauit, sed habuisse positiuum decretum non creandi alios: sed in illo primo signo, quo aliquos homines elegit ad regnum, non elegit alios: ergo tunc non mansit voluntas eius suspensa & neutra circa illos: ergo habuit positiuum decretum non admittendi illos ad regnum. Respondetur imprimis, priorem propositionem assumptam veram esse de instanti durationis seu æternitatis: non oportere autem, quod in omnibus signis rationis, quæ mente præscindimus, similiter procedat: quia ratio nostra præintelligit voluntatem diuinam, vt nihil extra se volentem, & postea libere se determinantem. Intelligit etiam illam voluntatem in quodam signo volentem voluntate antecedente, omnes homines non mori, & nondum efficaciter volentem, vt mortales vel immortales crearentur, donec præuidit Adæ peccatum: Sic ergo in præsenti pro instanti æternitatis verum est, Deum voluisse positiua voluntate excludere à regno, quem non elegit, non tamen in illo primo signo ante præuisa opera, in quo neutram partem admittendi se licet, vel excludendi illum voluntate efficaci statuit.

Deinde addendum est; in primo signo habuisse Deum, circa non electos, aliquos actus positiuos voluntatis & prouidentiæ suæ. Vnus est simplicis voluntatis, qua voluit illos saluari, & beatitudinem consequi, quantum est ex parte ipsius Dei iuxta illud: Deus omnes homines vult saluos fieri. Et hoc eodem actu, vel alio secundum rationem, voluit ijsdem prouidere sufficientia media, quibus salutem consequi possent, quod quidem propositum, sub hoc

generali ratione explicatum, circa omnes habuit, quamuis pro suo arbitrio potuerit varia auxilia cõferre, & quibusdam minora, alijs maiora, licet prouideret, non fuisse habitura effectum, & si essent sufficientissima; & interdum vberiora, quam necessaria sint. Denique habuit etiam voluntatem permittendi eos peccare; Nam cum sit voluntas antecedens in primo signo rationis communius omnibus in eo signo quo efficax fuit alios eligendi, iuuandi, peccata non permittendi, in eodem fuit, etiam efficax non eligendi, deserendi, peccata permittendi. Deinde dicit pag. 150. Tertio denique, quia hæc non electio non est pœna, vt culpam prærequirat, sed est solum quædam negatio gratuiti beneficij, quod Deus vt supremus Dominus negare potest.

Si illa non electio non prærequirit culpam, & est negatio gratuiti beneficij, quod Deus negare potest, vt supremus Dominus. Etiam positiua voluntas negandi gratuiti beneficij non prærequirit culpam. Nam positiuo actu ante opera præuisa decernit negare gratiam congruam & perseuerantiam, ideoque & regnum, vt Bellarminus loco citato pag 8.35. & c.17. Deus enim quia non vult eum saluare, punit tali desertione peccatum eius præcedens, quod non faceret, si eum saluare decerneret; atque ita Apostolus ad voluntatem Dei recurrit, cum ait cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat; nec tamen vlla est in hac re iniquitas, quoniam non tenetur Deus peccatorem liberare, aut eum emollire, atque conuertere. Ita Deus angelos, qui ceciderunt, voluit non prædestinare. Et consentaneum est Apostolo, qui dilexisse & odisse dicit. Vbi odisse est, nolle dare Esauo, quod Iacobo dare voluit. Sed neque Augustinus in illo non elegisse negat esse voluntatem, qua positiue non velit illum ad gloriam assumere, cum sit positiua voluntas qua decernit non dare gratiam efficacem, aut perseuerantiam. Si non nolens sed volens peccatum permittit, cur non volens etiam excidere à gloria permittit. Pluribus ex Scoto hoc ipsum probat, lib. 5. in 1. p. c. 4. de reprobat. pag. 332. a. a.

Illo ergo modo facile intelligimus, quomodo antequam quicquam boni vel mali fecerint, dictum sit: maior seruiet minori; *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, odium autem illud est: non illi bonum, quod fratri, voluisse, aut vt de reprobis omnibus accipiatur; non eligere, & velle non eligere.

Iustitia sine peccato non punit. §. 6. Actus positiuus autem damnandi, puniendi & æternis cruciatibus addicendi causam habet præuisionem contumaciæ vsque ad mortem in peccato mortifero perdurantis, vt omnes Catholici, & plerique Hæretici exceptis Libertinis & Caluinistis rigidis, adeoque ipsa fides docet. Nam damnatio illa actus est iustitiæ, quo non potest vel infligere pœnam nisi sontibus, vel decernere infligendam, nisi ob peccatum: ita Matth. 25. redditur causa damnationis. *Ite in ignem, &c.* Esuriui enim & non dedistis mihi manducare. Augustinus lib. 3. contra Iulian. c. 18. pag. 837. de grat. & lib. arb. *Bonus est Deus, iustus est Deus, potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est.* Item in Epist. 106. ad Paulinum: *Hæc massa si esset ita media, vt quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, vt ex ea fierent vasa in contumeliam, cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem vniuersa defluxerit, procul dubio quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius iustitia, qua gratiam nullam præcessit, sed Dei misericordia; quod vero in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ absit vt sit apud Deum, sed iudicio deputandum est.* Valentinum concilium sub Lothar. cap. 3. Fulgentius lib. 1. ad Monimum, c. 13. Rationem reddit Damascenus l. 2. de fide cap. 29. Deus enim ex se malum non infert vlli, nec decernit; Et Sap. 1. *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuentium.*

QVÆSTIO VII.

An electio ad gloriam sit ex præuisis meritis, aut saltem præuisa fide & operibus?

§. 1. OBseruandũ est, actuum diuinorum nullam dari causam, vt sunt essentia diuina. Quæstio ergo est, an detur causa omnium effectuum prædestinationis, quæ non sit ipse effectus, an sit nimirum aliquid propter quod velit esse effectus. Varij hac in re errores & opiniones. Manichæus negato arbitrio totam causam prædestinationis in corporis temperatura, & siderum positu collocabat: contra quem Aug. alijque multi. idem error Mathematicorum. Origenes ex *μετεμψυχώσει* prædestinationis causam esse opera in alia vita bene vel male peracta. 3. Pelagius ex meritis proprij arbitrij. Id in paruulos qui baptismum consequi non potuerunt, esse damnatos ob præuisa eorum si adolescerent peccata. 4 Ockam Gabriel quosdam eximie prædestinatos sine meritis, reliquos ex meritis. 5. Durandus totius prædestinationis non esse meritoriam, sed causam finalem, scilicet gloriam. 6. Bonauentura & Iauellus, dari causam merentem de congruo non de condigno. 7. Alexander, esse causam bonum vsum gratiæ futurum. 8. Henricus & alij esse nostrum arbitrium causam sine qua non. 9. Semipelagiani esse laborem cui deinde gratia subiungeretur. His consentire Scotum multi putant, qui requirit aliquam dispositionem ad iustificationem siue propinquam, siue vt Richardus, remotam, quâ impetret homo auxilium gratiæ. Scotus tamen ait. Vix mereri nomẽ dispositionis, cum se habeat vt siccitas in ligno. Imo & illi, qui hanc veram putant: *facienti quod in se est, ex viribus naturæ, Deus non denegat gratiam.* *De electione variæ sententiæ.*

§. 2. Non est illa Pelagiana sententia. Nam illi ideo electos dicebant, quia tales præsciebat fore ex liberi arbitrij naturalibus operibus. Semipelagiani docebant, posse hominem cum salus illi per fidem, & doctrinam offertur, suo libero arbitrio acceptare fidem, & eius merito perseuerare, gloriam adipisci. Itaque & illi erant gratiæ inimici. Quod vero Pateus Stapletonum, & qui eum sequuntur, inter Semipelagianos recenset, impudentis est imperitiæ. Prosper Epistola ad Augustinum his verbis eorum sententiam exponit. *Quidam vero horum in tantum à Pelagianis semitis non declinant, vt cum ad confitendam eam Christi gratiam, quæ omnia præueniat merita humana cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nominetur: ad conditionem hanc velint vniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratia creatoris instituat, vt per discretionem boni & mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum eius possit suam dirigere voluntatem: atque ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, peruenire per naturalem scilicet* *Qui fidem præuisam aut opera agnoscunt, non sunt Pelagiani.*

licet

bet facultatem, petendo, quærendo, pulsando: vt ideo accipias, ideo inuenias, ideo intrones, quia bono naturæ bene vsus, vt ad istam saluantem gratiam, initialis gratiæ ope merueris peruenire. Propositum autem vocantis gratiæ in hoc omnino definiunt, quod Deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per Sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines vniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per Euangelicam prædicationem vocari: vt & qui voluerint, fiant filij Dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse voluerint. Et Hilarius ad eundem modum exponit.

Qua ex re apparet quantum à Pelagianis dissideant, siue Catholici, siue Arminiani, qui fidem & opera bona ex fide facta ad electionem requirunt. De gratia enim & operibus & gratia factis loquuntur; non autem de naturalibus, quibus electionem mererentur. Quare aut imperitia, aut malitia peccant, qui huic sententiæ Pelagianismum impingunt; quod plerique faciunt suo more hæretici.

Pelagianorum & Catholicorum diuersitas.

Esse vero probabilem eam sententiam, nec vllo modo Semipelagianorum dogmati affinem in confesso est. Illi enim principium ex nobis esse voluerunt, quod omnes nostri negant. Et hoc Augustinus præcipue ostendere conatur. Nam ex Dei speciali amore, & prouidentia erga electos dare constituit. Auxilia enim efficacia: vt sunt efficacia dare decreuit non propter auxilia data, sed ex beneuolentia.

§. 3. De præuisa fide, extat disputatio seu collatio Caluinistarum Delphis habita, præcipue à pag. 62. vbi argumenta rigidioris Caluinismi proponuntur. Deinde à pag. 66. explicantur pro fide præuisa rationes, & à pag. 74. solutiones argumentorum quæ rigidi proposuerunt, adferuntur. De quibus etiam apud Lutheranos extant tomi plures, non tamen illi ex meritis sed ex fide electionem esse dicunt.

Electio sine præuisis meritis.

§. 4. Electio ad gloriam est facta sine respectu bonorum operum, vel præteritorum, vel præsentium, vel futurorum. Nondum enim quicquam boni fecerant, cum dictum est: *Iacob dilexi.* Et Apostolus facile respondisset, si de futuris voluisset dicere. Ideo dilexit quia bonum futurum virum sciebat, multis modis illam opinionem Augustinus refutat. Ille quidem de prædestinatione Sanctorum toto opere hoc argumentum pertractat, & non modo post alia scripta, sed etiam post libros retractationum saltem magna parte perfectos. Quocirca in illis libris nihil retractauit, libro primo, capite decimoseptimo. *Intelligamus ergo vocationem qua fiunt electi, non qui eliguntur vt credant. Hanc enim & Dominus ipse satis aperit, vbi dicit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Nam si propterea electi erant, quoniam crediderant, ipsi eum prius vtique elegerant credendo in eum, vt eligi mererentur. Aufert autem hoc omnino, qui dicit non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Et ipsi quidem procul dubio elegerunt eum, quando crediderunt in eum. Vnde non ob aliud dicit, non vos me elegistis, sed ego vos elegi: nisi quia non elegerunt eum, vt eligeret eos, sed vt eligerent eum elegit eos: quia misericordia eum præuenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret in carne, sed iam electos in seipso ante mundi constitutionem.* Et libro secundo, capite octauo, qui est de bono perseuerantiæ. *Non itaque simus ingrati, quod secundum placitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione, vt si inde neminem liberaret, non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem, non iniustitia iudicati sunt, filij ira, sed iustitia. Qui ergo liberatur, gratiam diligat. qui non liberatur, debitum agnoscat. Si in remittendo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud Deum iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, non solum in paruulorum, verum etiam in geminorum, vna atque eadem causa, tam diuersum iudicium? Nonne similis quæstio est? cur in diuersa causa idem iudicium. Recolamus igitur illos operarios in vinea qui tota die laborauerunt, & eos qui hora vna: nempe causa diuersa est impensi laboris, & tamen idem iudicium in redditione mercedis. Nunquid & hic audierunt murmurantes à patrefamilias, nisi hoc volo? Ita quippe eius erga alios fuit largitas, vt erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem vtrique in bonis sunt: Verumtamen quantum ad iustitiam spectat & gratiam, potest & de reo qui liberatur, recte dici, volo: potest & de eo qui damnatur, tolle quod tuum est, & vade: huic autem volo, quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Hic ille si dicat, cur non & mihi? merito audiet, ô homo tu qui es qui respondeas Deo? Quem certe in vno vestrum benignissimum largitorem, in te vero exactorem iustissimum, in nullo tamen cernis iniustum.*

Et adultos pares facit paruulis, quo ad prædestinationem ad regnum.

Gregorij Valentiani sententia.

§. 5. Vera tamen est sententia nostri Gregorij Valentiani disp. 1. quæst. 23. p. 4. Quamuis neque cooperatio prædestinati, neque aliquod omnino opus ipsius, sit ratio, seu conditio, seu causa vllo modo meritoria totius prædestinationis, tamen Deus neminem adultum ordinario modo prædestinat nisi cum respectu quodam diuinæ suæ præscientiæ, ad cooperationem perseuerantem ipsius prædestinati, vt est ex gratiæ auxilio & libero arbitrio, tanquam ad vnum quendam effectum & medium prædestinationis, cum quo reliqui omnes prædestinationis effectus sunt connexi: Ita quidem, vt quamuis verum non sit, Deum ideo prædestinare aliquos, quia præscit ab æterno eos diuinæ gratiæ cum perseuerantia finali cooperaturos, quasi hæc cooperatio sit totius prædestinationis ratio seu conditio seu causa; verissimum tamen sit Deum eos adultos omnes & solos ordinarie prædestinare, quos ab æterno præscit diuinæ gratiæ cooperaturos cum perseuerantia finalem. Illam ipse exponit, & probat eo loco, ad quem lectorem remitto.

Electio autem ad gloriam, finis est omnium meritorum bonorum operum, & fidei, Deus igitur, cum illa media donat, etiam voluntatem expressam ad salutem conferendam ostendit, simul enim ista omnia donare decreuit, hoc est, eodem actu, & simplici mentis diuinæ intuitu. Atque hoc demonstrant verba Matth. 24. *Propter electos breuiabuntur dies illi.* Et Marci 13.

Suarez sententia.

§. 6. Suarez negat patres quicquam contra Augustinum sensisse libro tertio, de auxilijs capite 18. sed sicut verum est, eos non declarasse in particulari quæstionem hanc de prædestinatione vel de electione ad gloriam ante præuisa merita, ita etiam est verum; eos nusquam negasse, elegisse Deum prædestinatos absque eorum meritis, neque aliquid docuisse doctrinæ Augustin. expresse contrarium. Vnde sæpe Augustin. eos in suam sententiam adducere & interpretari conatur, vide lib. 4. contra duas epist. Pelag. cap. 11. & lib. de natura & gratia cap. 61. & seq. & libro de prædest. sanct. capit. 14. & præsertim libro de bono perseue-

seue: cap. 19. vbi addocit Cyprianum, Gregorium, Nazianz. & Ambrosium, cuius optima sunt illa verba super Lucam in principio: *Quem Deus instituatur & vocat.* Et illa Luc. 9. *Deus quos dignatur vocat: & quem vult religiosum facit.* Nam in his satis significat Ambrosius electionem Dei gratuitam, seu voluntatem dandi fidem, pœnitentiam aut gloriam, esse radicem omnis boni supernaturalis, quod Deus operatur in homine. Quum ergo hi patres significant, Deum neminem voluisse saluare, nisi ex præscientia meritorum, vel loquuntur solum de electione, quæ est per modum executionis, quam statim declarabo, vel certe solum significant, Deum neminem elegisse saluandum, nisi per merita, non quod merita sint causa electionis, sed salutis: & ipsa met cadant sub eandem electionem. Nam, quem Deus gratis eligit ad gloriam, gratis etiam eligit ad merita, quæ coronari possint per gloriæ consecutionem. Atque in hoc sensu, electio ad gloriam consequendam per merita supponit præscientiam meritorum, non absolutam sed conditionatam: per quam non cognoscuntur, vt causa vel ratio electionis, cum nondum præcognoscantur vt absolute futura, sed proponuntur tantum vt beneficia, quæ Deus potest, cui voluerit conferre, tanquam media ad gloriam obtinendam, vel tanquam finis proximus alicuius congruæ vocationis, quam Deus prænouit, infallibilem habituram effectum, si conferatur. Et libro 2. in prima parte de prædestinatione Chrysostomum & Græcos excusat.

Electio ad gratiam perseuerantem ab alijs dicitur, esse sine præuisis meritis, at illa includit etiam gloriam, huius intentio est etiam gloriæ intentio. Qui enim homines eligit ad gratiam in qua perseuerant vsque ad finem, in qua moriuntur, iam ad gloriam elegit, sunt apud Augustinum ista unnexa sunt. Quod etiam cognouerunt, quibus alia sententia placuit. Nam non audent affirmare perseuerantiam vsque ad finem vitæ à gloria distingui in diuina electione. Sed Deum decreuisse auxilia dare, quibus perseuerarent ad finem, vt illis cooperando salutem consequantur. Et in hoc decreto consistere specialem Dei amorem, quo prædestinatos diligit præ alijs. Verum illa voluntas omnium auxiliorum dandorum, quæ ad perseuerantiam & gloriam faciunt infallibiliter consequendam, non est sine expressa gloriæ intentione, quæ iam est illis constituta. Nam cui datur perseuerantia nisi posito termino ad quem pertingant?

§. 7. Obijciunt voluntatem Dei antecedentem, qua Deus, Tim. 2. *Omnes homines vult saluos fieri, non esse efficacem in omnibus, ideo opus esse alia, qua præuisis operibus efficaciter eligat.*

Efficax electio ex vocante est.

Respondeo. Alia speciali voluntate & beneuolentia quosdam eligi efficaciter, illisque rationes & vias disponi, quibus ad gloriam perueniant: non tamen hunc singularem Dei amorem esse ex operibus nostris, sed ex vocante.

§. 8. Non absistunt tamen vrgere propositum. Regio decreto certantibus præmium proponitur à Deo etiam bene viuentibus hanc vitam temporalem, pro mercede vita æterna promissa est. Quemadmodum igitur regium decretum mutatur, si quid statutum est laborantibus, dandum decertatui sine vllo respectu certaminis aut Dei prius decretum posteriore irritum sit. Respondeo hac ratione vel maxime nostram sententiam explicari. Lex æterna est principis nostri, Dei optimi maximi. Regnum non [illegible] præmium, operibus conferendum. Nec legem suam refigit, eum ea singulari amore Paulo regnum dare decreuit, etiam adhuc sæuienti in pios: vt enim hoc velit gratuiti amoris est. Non tamen vult regnum ab eo sine meritis obtineri, quod est iustitiæ. Quod vero in exemplo principis multum lucis suæ sententiæ accedere existimant, dilucide probabo illud à nobis stare. Nam Æneas certamen instituit præmia in medio ponit, inter certatores est etiam Iulus, pater carissimus, illum præmia tollere pre cunctis optat, omnia illi auxilia quæ potest ad victoriam expedit, vt mereri id queat, quod paterna illi caritate Æneas decus consequi desiderat, sed non sine meritis obtinere iam ante decreuit, nec tamen Iulus amorem patrium meruit, merè enim gratuitus est.

Deus ad [illegible]

Hinc facile soluitur quod obijci solet. Deus ita ab æterno homines præordinauit ad vitam æternam, sicut in tempore ad eam deducit, sed id facit, per fidem operaque bona, saltem in adultis, ergo eodem modo præordinauit seu elegit. Nam si gratis dare voluit, deinde non nisi per opera dedit, consilium mutauit. Pugnant enim gratuitum decretum, & meritorum exactio, vt si parens filium amore gratuito ad Hæreditatem, successione autem temporis, ad eam, non nisi laborum & obedientiæ conditione interposita, admittat. In adoptionibus hominis multo clarius est. Qui primus vestrum ô iuuenes murum hostium ascenderit, inquit Rex orbis, meus Hæres, & Rex esto, præmium ponit publicum: nullum excludit, vni tamen ea illis præ omnibus fauet, gratuito amore, non ob eius aliquod meritum, sed libera voluntate, ei omnia auxilia confert, vt primus esse possit atque sua conditione impleta Heredem non adoptabit. Hic apparet in eum amor gratuitus, qualis erga cæteros non habet, & tamen sine pugna & periculo nostræ factum est legem. Hoc ergo facile exemplo soluitur. Nam gratuito amore eligit, sed dare non nisi obedientibus Deus Hæreditatem vult; aliud porro est eligere ad vitam æternam, vt electio sit gratuita: aliud est eligere, vt gratis detur vita: Nam non pugnant gratis eligere ad vitam æternam, & gratis dare non velle. Potest enim eligere electione gratuita per bona opera in tempore dandam: Sicut Æneas prædestinat solo præmium gratuito amore, sed victoria parandum.

§. 9. Nec dubia est Augustini sententia Ep. 105. *Qui tu ergo sunt isti, qui respondeant Deo, quandoquidem ille Rebecca habente geminos ex vno concubitu Isaac patris nostri, cum illi nondum nati nihil egissent boni, vel mali, vt secundum electionem qua propositum eius maneret, electionem scilicet gratiæ, non debiti, electionem qua illegendos facit ipse, non inuenit, non ex operibus, sed ex vocante dicit minorem seruiturum esse maiorem. In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium Prophetæ longè posterioris assumpsit, Iacob dilexi. Esau autem odio habui: vt intelligeretur hoc apertum postea per Prophetam, quod antequam illi nascerentur, erat in Dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob antequam natus aliquid fecisset boni, nisi gratuitum misericordiæ suæ donū? Et quid oderat in Esau antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat; neq; in isto odisset naturā quam bonam ipse fecerat.* De prædestinatione Sanctorum c. 12. & 15. de perseuerantia c. 9. 10. 11.

Augustinus quidem ad Simplicianum l. 1. q. 2. videtur fauere opinioni eorum qui ex operib⁹ electionem esse putant. *Non quia inuenit Deus opera bona*

tu bonis

in omnibus, qua eligat, ideo manet propositum iustificationis ipsius, sed quia illud manet, vt iustificet credentes, ideo inuenit opera, qua iam eligat ad regnum cælorum, &c. Ista tamen mutauit iam senio de prædestinatione Sanctorum. Et Epist. ad Sixtum. Nec obstat quod ad Simplicianum Episcopus scripserit, nam diu in Episcopatu fuit. Clericus & Episcopus fuit annos quadraginta, vt non mirum sit eum profecisse. Prosper testimonium dixit contra Pareum, qui & Bellarminum & Augustinum calumniatur. Nam initio ad excepta Genuensium fatetur, de eis Augustinum loqui, qui dicebant primo conuersionis suæ tempore eum meliora sensisse, quando æstimabat quod fides, qua Christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, sed ex ipso homine, & arbitrij libertate.

Verba Augustini sunt, lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 4. *Posterior in hoc libro quæstio est ab eo loco vbi ait. Non solum autem, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri vsque ad illud vbi ait: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. In cuius quæstionis solutione elaboratum est pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia. Nec nisi ad illud potuit perueniri, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? quod volens etiam Martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens: In nullo gloriandum quando nihil nostrum est.* Vere Prosper responsione ad tria dubia eum defendit, & docet fidem etiam esse donum Dei. Mira sane est cæcitas, Pareus dubio 6. citat Prosperi & Hilarij Epistolam, & eam sententiam, quæ electionem dicit, esse ex fide præuisa, ait esse quorundam Pseudo-Lutheranorum: cum sententia Lutheranorum, & Arminianorum toto cœlo distet ab opinione Massiliensium, & Semipelagianorum: qui omnia etiam ipsa boni principia in gratiam Dei referant.

§. 10. At quomodo prudens est & exacta ratione Dei electio. Si nulla est inter eligendos disparitas, si non eligit meliores. Respondeo eadem in creatione quæstio pulsat animum. *Cur Deus tot, quot potuit angelos hominesque creare, non fecit, isoc quos forge malos præsciuit, facere voluit? Nonne quia sic illis facere placitum est, iudicio semper iusto, nobis ignoto? In eligendis autem alia ratio est ipse enim eligendo facit, non inuenit disparitatem. Omnes enim homines pariter erant mali, & angelos quos elegit bonos, eligendo fecit constanter bonos, cum daret auxilium, quo in gratia perseuerarent.* Sic Augustinus ad Sixtum Epistol. 105. *Qui enim sunt isti qui respondent Deo, quandoquidem illa Rebecca habens geminos ex vno concubitu patris nostri Isaac, cum illi nondum nati nihil egissent boni vel mali, vt secundum electionem propositum eius maneret, electionem scilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos facit ipse, non inuenit non ex operibus, sed ex vocante dicit minorem seruiturum esse maiorem. In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium Prophetæ longe posterioris assumpsit.* Iacob dilexi, Esau autem odio habui: *vt intelligeretur hoc apertum postea per Prophetam, quod antequam illi nascerentur erat in Dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat, neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse perfecerat.* Et Epist. 106. *Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Non quia bona opera ista pia cogitatione frustrantur, cum Deus reddat vnicuique secundum opera eius, sitque gloria & honor, & pax omni operanti bonum. sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia. quoniam fides, qua per dilectionem operatur, nihil operaretur, nisi ipsa dilectio Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi Deus vnicuique partiretur mensuram fidei.*

Cum obijcerent ij qui electionem ex operibus probabant. Deum non reprobare sine malis meritis, ergo nec eligere sine bonis meritis. Respondet Bellarminus lib. 2. c. 15. de gratia & libero arbitrio. Reprobat Deus ante præuisionem operum, quatenus non vult aliquem ex massa peccati liberare. Et hoc modo, qui non est reprobus, hoc ipso est prædestinatus ante præuisionem operum; reprobat tamen post operum præuisionē, quatenus vult aliquem cōdemnare, neq; est eadem ratio electionis & reprobationis hoc modo posteriore consideratæ, quoniam electio est opus gratiæ, reprobatio opus iustitiæ, vt copiosius ostendemus in capite sequenti. Itaque quos reprobat, iuste reprobat, quia peccatum ipsorum id meretur; quos prædestinat ad vitam misericorditer prædestinat, quia natura peccato originali infecta, pœnam non gloriam merebatur. Hanc rationem etiam & sententiam probat ipse Pareus, Bellarmini calumniator.

Alia prædestinationis, & reprobationis ratio.

§. 11. Sectarij merita Sanctorum tollere ex electione conantur: Nec animaduertunt sium se argumento viam sternere Socinianis & Arrianis, vt eadem insania Christi Saluatoris merita, gratiamque & mortis precium, hoc est, omnem salutis spem incautis abscindant. Vrgent enim, si gloria ex electione debetur, non ergo ex meritis datur. Respondeo datur ex prædestinatione ius ad gloriam, sed ita vt per merita acquiratur. Occurrit Pareus libro secundo, capite decimoquinto de gratia & libero arbitrio. Nec titulo prædestinationis, nec titulo mercedis est debita gloria, quia χάρισμα Θεοῦ, *donum Dei.* Omittit quod toties Augustinus & Prosper, alijque monent, debitam esse, quia promissa est. Debitam non operibus quatenus opera, sed quatenus operibus promissa est. Postquam igitur gratis promissa est gloria, & constituta prædestinatione gratuita, iure iam debetur. Nec enim Deus mutare sententiam aut decretum irritum facere potest. Nec prædestinationi obstat Christi meritum, imo Christus sine dubio prædestinatus est, vt c. 1. v. 1. habetur, ille tamen suam exaltationem meruit. Non igitur meritis repugnat prædestinatio.

Electio non repugnat merito.

§. 12. Alio etiam argumento Pareus imperitiam prodit. *Bellarminus opera dixerat esse viam perueniendi ad gloriam capite decimotertio, libro secundo, de gratia, & libero arbitrio. Hic ille, at per viam non vt per meritum, sed vt per medium sine quo non, terminus via acquiritur.*

Respondeo. Mirum esse hominem alioqui imperitum magis, quam veritatis amantem, non agnoscere viam non modo medium esse, sed etiam rationem causamque moralem finis. Hebrææ linguæ id proprium esse, nemo interpretum non obseruauit. Via etiam pro medio, ratione veniendi, & merito peruenitur. Iud. cum 2. 17. Via est vita bona. *Non deseruerunt adinuentiones suas, & viam durissimam, per quam ambulare consueuerunt.* Quid aliud Dauid libro 2. Reg. cap. 18. 21. & 22. *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam*

Via est causa.

iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Promissio autem tam multis locis, tum 3. reg. 2. v. 4. *Vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: si custodierint filij tui vias suas & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel* & cap. 8. ver. 14 25 26. præsertim v. 39. *Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum)* & 2 par. 6. 23 *Vt reddat iniquo viam suam,* non [illegible] viam eorum &c. & v. 30. *Vnicuique secundum vias suas.* & cap 17 [illegible]. Et fuit Dominus cum Iosaphat, quare autem? *quia ambulauit in via Dauid patris sui.* & v. 6. *Cumque sumpsisset cor eius audaciam propter vias Domini etiam excelsa & lucos, de Iuda abstulit,* Nomine beatus vir qui in via peccatorum non stetit. De quibus Prouerb. 1. 10. 31 *Comedent igitur fructus viæ suæ.* Prouerb. 10. 29. *Fortitudo simplicis via Domini.* Denique Ieremiæ 17. 10. *Ego Dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam.* Quod vero nugitur. *Si ex meritis non ergo donum.* *Prosper refutauit.* Et sæpius ostensum est, merita nostra esse Dei dona.

De Parei Caluiniani Sententia digressio.

§. 1. NOta est Caluini, Bezæ, & aliorum horrenda & blasphema de absoluta reprobatione opinio, quam primum Catholici, deinde Lutherani, tandem Caluiniatiorum pars moderatior Arminiani animosissime ad exitium vsque & cædes impugnarunt: & ante eos multi in Heluetia, & Gallia, imprimis Sebastianus Castellio. Pareus Caluino addictus, ab eius tamen sententia recedit, & suos conciliare incassum nititur. Eius sententiam ex huius loci commentatio adducere, & declarare statui, vt videant Caluiniani frustra se Caluinum sequi, cum Pareus cuius viuentis fuit summa apud ipsos auctoritas, qui multorum ex eo grege oraculum est habitus, ab isto penè ad Catholicos discesserit. Sunt autem illius ista dogmata.

1. Quæstio ardua & difficilis explicatu. p. 907. Nam in his nexis hæserunt multi, etiam pij, & docti viri, non videntes quomodo se, vel alios commode expediant.

Verissima confessio hæsit Augustinus, Genuenses, Massilienses, atque multi. Vbi est ergo illa Scripturæ decantatissima claritas, solis instar se animis intelligendam inferens, nullius interpretationis indiga? De electione, Dei proposito, reprobatione multas Scriptura loquitur, nec perspicua tamen est [illegible]ius sententia, sed animos torquet, tenetque in tricis. De re autem grauissima agi, quæque ad salutem pertinet, luce clarius est.

Difficilis Scriptura.

§. 2. Scriptura de iudiciis Dei, causaque reprobationis, & damnationis solet loqui dupliciter. Aliquando secundum ius absolutum Dei in homines, & omnes creaturas: & sic causam in mero Dei beneplacito statuit. Aliquando vero secundum ius Dei ordinatum ad regulam iustitiæ distributiuæ [illegible] verbo legis & Euangelij reuelatam, cui Deus sese quasi submisit, & secundum quod nos vult sentire de suis iudicijs, & sic causa partim ad Dei voluntatem, partim & proxime ad hominum peccata refert Scriptura. Iuris absoluti exempla producit. Isaiæ 45. 7. Ps. 113. 3. Exodi 34. [illegible]. Iob. 12. 10. Luc. 12. 5. Ephes. 1. 11.

Hoc Dei ius absolutum [illegible] quidem Scripturæ tribuit, sed alterum [illegible] regula [illegible] secundum hoc sententiam tulit. De absoluto [illegible] cere noluit. Etsi enim per potentiam [illegible] in omnem æternitatem cruciare homines [illegible] tentes, cum tamen tormentis innocentium iustitia Dei non eluceat, repugnabit [illegible] lux seueritas sine causa torquentis. Textus [illegible] tum quos citat, non asserunt Deo ius absolutum, sed ordinatum in lege. Nam Isaias c. 45. [illegible] cum dicit Deum creare lucem & tenebras, &c. Non significat Deum iure absoluto in his operibus [illegible], sed adducere Cyrum, gloriosos terræ humiliate, idque propter Ierusalem & prop[illegible] ge[illegible] scelera, præcipue idololatriam, quæ [illegible] c. 44. & 45. & quæ connexa [illegible], legentis.

Apo[illegible] Dei.

Psalmo 113. Non nominat absolutum ius Dei, cum canit: *Deus noster in cælo, omnia quæcunque voluit fecit.* Nam agit de voluntate ordinata ad normam iustitiæ: præcedit enim: *super misericordia tua, & veritate tua &c.* Certe quod eduxit domum Iacob de populo Barbaro, quod signa illa fecit, ma[illegible] nit, actus misericordiæ erga Iudæos, iustitiæ vero contra Ægyptios fuisse Scriptura [illegible].

Exodi 34. 6. nulla [illegible] absoluti, [illegible] mentio est. *Quo transeunte coram eo, ait. Dominator Domini Deus misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax.*

Multo vehementius Iob. 12. 10. de potentia Dei, sed iuste agentis disputat, cum enim [illegible] Naamathites Dei potentiam demonstrasset, & præcipue in exitio impiorum c. 11. [illegible]0. Respondet Iob nec ista se ignorare, omnia esse in manu eius, apud ipsum esse fortitudinem & sapientiam, [illegible] nosse decipientem, & eum qui decipitur [illegible] iusta eius iudicia, non absoluta iura recenset.

Christus Dominus Luc 12. [illegible]. Cum [illegible] tunc timete, qui potest animam mittere in gehennam, de eo loquitur, qui iure merito punit, non qui potentia opprimit.

Et Ephes. 1. 11. Omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, non iure absoluto pro[illegible] perdens, sed misericorditer liberans.

Non igitur Dei ius absolutum in æterno [illegible] xiorum cruciatu exercendo, sine iustitiæ manifestatione, & misericordia probauit. Quare l[illegible] de grat. & lib. arb. *Interim fatendum est, inquit, mysterium reprobationis tutius explicari loquendo de eo secundum ius ordinatum in lege patefactum ita vt decretum damnandi reprobos, peccatum eorum supponat, vt in comm. nostro ad Rom. 9. dub. 8. prolixius declarauimus.*

§ 3. Pareus parum sibi constat in hoc iure absoluto explicando. Nam dubio 8. pag. 91[illegible]. negat Deum illo iure vti. *Hoc enim vult*, inquit, *Deum vt maxime vteretur iure suo absoluto, in hominibus seruandis, & damnandis, non magis fore iniquum, quam si figulus suo arbitratu fingens, &c.* Attamen eo non vti, quia etiam in hominibus materiam exercendi iram, hoc est, reprobandi & damnandi eos inueniat.

Deus illo iure non vtitur.

Paulo post addit, *quod ad ius absolutum Dei in sola eius voluntate causam aquo reprobationis atque electionis quærendam: sicut enim potuit non creare, & in nihilum redigere.* Idem l. 2. c. 16. de gratia, & libero arbit. *Quid si isthos inquit iustitia sugillatores pro hominibus boues & asinos creasset.* Denique Apostolum ait, *vrgere ius absolutum Dei vsque ad versum 22. quod ita esse possit, & debeat, ad humana rationis argutias refellendas.* Sed reuera ista nec ad institutum Apostoli faciunt, nec vera sunt omnia. Apostolus [illegible] dit, mirum nemini videri debeat Iudæos contuma[illegible]

... obsistere Euangelio, & proinde salute excidere, quæ sine fide nulla sperari potest. Ratio est, quod non omnes nati ex carne, sint ex promissione: Id exemplo Ismaelis & Isaac, Esau & Iacob demonstrat. Hic non dicit se iure absoluto posse vti, sed nolle; nam sequeretur posse quidem eo iure Israelitas excludi regno cælorum, non tamen eo iure excludendos, hic autem ius illud ponit, quo Deus vsus est: Nam ex sententia Parei Ismael & Esau damnati sunt, quod rationibus astruere nititur, dubio 4. De iure ergo Apostolus loquitur, quo Deus vsus est, non eo, quo vti noluit.

Deinde certum est Deum potuisse sine iniuria non creasse quos condidit, & in nihilum redigere creatos. Nec tamen consectarium est, etiam creatos æterno summoque supplicio innocentes afficere potuisse, cum id summæ iustitiæ, misericordiæque repugnet. Aliud vero est creaturam non esse, aliud in æternum miserrimam esse.

Cum autem quærit: *Quid si ISti iustitia sugillatores pro hominibus boues aut asinos creasset?* Respondeo: Bouis aut asini quæstionem esse. Si enim boues & asinos creasset, non essent iam isti. Non magis, quam Asinus aureus erat Titius consul. An tu putas posse à Deo creari bouem, aut asinum, quæ sit Pareus? non potest id fieri. Et tamen aliud est asinum aut damnatum esse.

§. 4. Hac iuris absoluti & ordinati distinctione suorum repugnantiam conciliare nititur, cum alij reprobationem ad solum Dei arbitrium referunt;

Caluinistæ conciliari nō possunt. alij in reprobationis & damnationis decreto peccatum interuenisse sentiunt. Hoc postetina dicit esse in admonitione Neostadiana, c. 3. p. 123. Prius à Caluino, Bucero, Zanchio dici. Hos reprobationem secundum ius absolutum, illos secundum ius ordinatum æstimasse. Hic Pareo ipsi secum est contentio. Nam negat ille Deum vti iure absoluto, Bucerus, Caluinus, alij vehementer vrgent, vt docet Bellarminus l. 2. & 3. de amiss. gratiæ: & explicui in eorundem librorum defensione, & plurima testimonia attuli. Nec modo Deum sine respectu peccati reprobasse, & damnasse, contendunt, sed illi tam horribili decreto, aliud subiecisse, vt ad peccandum prædestinaret.

Testimonia sunt in Caluino l. 3. c. 23. §. 1. 2. & 5. & c. 21. §. 7. & de æterna Dei prædestinatione, Beza ait, id est, contra Castell. Deum prius exitio destinasse, deinde odisse. Itaque Esauum odi, idem esse, ac odisse decreui. Imo ratiocinando in eam insaniam delabitur, vt neget potuisse Deum decreti causas in hominibus statuere, alioqui vel non deliberasse, vel consilium mutasse. Non ergo vti potoit iure ordinato, si Bezæ credimus.

Pergit dicere Deum decreto suo iustas causas substernere.

§. 5. De reprobatione ille ita sentit. Eam continere in se duos actus, negatiuum: nolle misereri, affirmatiuum, velle damnare. à Perkinso vocari propositum deserendi, & ordinationem ad pœnam. Armin. p. 2. 26. 27. Diuidit etiam eam in reprobationem in se, & comparate definitam, vel indefinitam. Deinde sententiam quatuor propositionibus exponit.

Reprobatio non mere absoluta. Propositio. 1. Reprobatio simplex definite vel indefinite considerata, non est dicenda mere absoluta, quoad causas impulsiuas & finales: quia partim in diuina voluntate, partim in hominum peccatis fundatur. Hæc propositio sequentibus explicanda, vt hic ponitur, orthodoxa est, Buceri, Caluini, Bezæ blasphemijs opposita.

Propositio 2. Cur Deus aliquos reprobauerit, & non omnes. quo ad vtrumque actum: causa impulsiua non fuit peccatum aliquorum præuisum. Sed mera Dei εὐδοκία (beneplacitum) huius autem εὐδοκίας causa mouens, & finalis fuit declaratio diuitis gloriæ in vasa misericordiæ.

Hæc propositio est trimembris, vt ille dicit. Est etiam de reprobatione comparata, nempe cur hos potius quam illos reprobarit.

Primum membrum est, peccatum aliquorum *Reprobatio* præuisum non est causa cur hos potius quam illos *comparata.* reprobarit. Nam in omnibus erat peccatum, omnes ergo reprobandi fuissent.

Hinc sequitur secundum membrum ex Dei εὐδοκίᾳ mera factum.

Tertium membrum eius εὐδοκίας causam mouente & finalem fuisse declarationem gloriæ.

Hæc etiam propositio de comparatione alibi disputata est, & sunt nonnulli qui verba Pauli comparate exponant. De fine etiam ante dictum est.

Propositio 3. Cur Deus indefinite aliquos, vel definite hos reprobauerit actu negatiuo à gratia: causa est sola eius εὐδοκία: cur à gloria, causa est tum Dei εὐδοκία tum reproborum prauitas. Cur etiam actu affirmatiuo, indurare, & damnare voluerit, partim iusta Dei voluntas, partim eorum peccata.

Hanc propositionem etiam trimembrem facit. Nullum vero continet errorem, imo multo plus dat, quam à Caluiniano posset exigi.

Partem primam, reprobationem à gratia, non pendere ex hominum meritis, sed ex Dei εὐδοκίᾳ, probat ex v. 11. *Esau fuit reprobatus à gratia nullo suo merito, solo Dei proposito.* Deinde, ex v. 18. Quem vult indurat. Indurationis autem pars est negatio gratiæ. Sicut enim reprobatio est nolle misereri, ita obduratio Dei est, non misereri. Ita Lomb ab eo citatus l. 1. distinct. 41. cap. 1. Tertio, vocat ad gratiam quos vult, dat media salutis, verbum & sacramenta quibus vult: ergo etiam non vocat, quos non vult vocare, & non dat, quibus non vult dare. Non voluit Paulum prædicare in Bythinia. Act. 16. 7. Matth. 13. 11. & 25. Nobis annunciat gratiam, Turcas, Barbaros reprobat à gratia, quia vult. Sicut autem nunc mera εὐδοκία reprobat à gratia; ita etiam ab æterno ab ea reprobare decreuit.

Secundam probat. Actus negatiuus reprobationis à gloria fundatur in hominum prauitate. Ratio, propter quod aliquos reprobat in tempore, propter id etiam ab ea ab æterno reprobare decreuit, sed ob impietatem eorū reprobat eos in tempore, ergo ab æterno decreuit. Ephes. 5. 6. propter hoc venit ira Dei in filios diffidentiæ. Hoc probauit. 5. argumentis Stapl. quæ sunt 1. Apostolus reprobationem vocat odium, Deus autem solum peccatum in homine odit, ergo hoc odium includit peccatum. 2. Nemo induratur, nisi in quo iam erat mala voluntas. 3. Pertulit in multa patientia. Hoc ad solos peccatores pertinet. 4. Volens iram ostendere, &c. ea non est nisi in peccatores. 5. Apostolus causam confert in vanam Iudæorum gloriationem, itaque iam pro nobis omnia illa loca explicantur.

Actus affirmatiuus reprobationis ad pœnam indurationis & damnationis ex iusta est εὐδοκίᾳ. Exodi 17. 18. 21. dein ex malitia hominum. Ad iustam pœnam nemo ordinatur, nisi propter peccatum, sed donorum priuatio, induratio est iusta pœna peccatorum præcedentium, damnatio omnisi. Ergo ad eam reprobi ordinati sunt propter sua

peccata. Maiorem probat ex regula iustitiæ, *anima quæ peccauit, ipsa morietur.* Minorem ex v. 27. cap. 1. Rom. *Tradidit eos in sensum reprobum.* & 1. Samuel. 15. Deinde ira & odium, quatenus pœna, non sunt, nisi propter peccatum.

Hæc propositio non modo refellit Caluinianorum horridam opinionem, sed etiam verba Pauli, cùm dicit, *Iacob dilexi, Esau odio habui* interpretatur de repulsu à gratia: non à gloria: & vtitur eorũ argumento qui electionem ex meritis esse aiunt. Nam Esau decreuit reprobare à gloria, ob ea propter quæ in tempore reprobauit. Non sunt ista consentanea alijs quæ hic & alibi docet. Verum nobis satis est, tam considerate eum Caluinismum damnasse, & inexcusabiles eos fecisse, qui adhuc in tam impio errore contumaces hærent.

Comparata reprobatio ex beneplacito. Propositio 4. Reprobationis comparatæ seu cur Deus potius, quam illos, hunc potius quam illum reprobauerit actu negatiuo & affirmatiuo, causa nulla est ex parte hominum: sed sola Dei *eudoxia*: quia sic voluit. Patet ex v. 11. Antequam quicquã &c. & v. 18. & 21. Atque huc pertinent propriè quatuor argumenta, quibus supra reprobatio absoluta fuisse asserta. Aug. Ep. 105. ad Sixtum. l. 1. q. 2. ad Simplicianum. De bono perseuerantiæ c. 11. Ambros. de vocatione gentium. Hæc etiam quorundam est aliorũ sententia de qua alias. Eam dicit probari quatuor rationibus, quæ sunt §. *Sententia affirmans.* Ratio 1. Apostolus sicut à dilectione Iacob bona opera, ita ab odio Esau mala opera excludit. Hoc ergo de comparata electione intelligit, cur hunc potius, quam illum. 2. Deus miseretur quorum vult, quos vult indurat. 3. Figulus est Deus habens potestatem, &c. 4. Causa erat omnibus communis, nempe peccatum.

VERSVS 14. & 15.

Quid igitur dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? absit. Moysi enim dicit; miserebor cuius misereor: & misericordiam præstabo cuius misereor.

QVÆSTIO I.

Quomodo Apostolus Deum ab iniustitia excusat?

§. 1. NOn Iudæis modo ad discendum tardis, ad calumniandum pronis, sed cuique etiam fideli suggerere ratio solet, quid sit: cur hunc nihil boni promeritum Deus amet, illum nullius facti prauitate inuisum oderit. Oritur illa mentis conturbatio, quod iniquum videatur odisse immerentem, crudele affligere insontem. Tyrannicum videtur, dare

Insons puniri non debet.

—— *innoxia pectora leta.* nam

Quæ pœna immeritas pressit, iniqua fuit.

Minime autem diuinæ iustitiæ consentaneum perdere iustos. Cogitationum istarum impetus etiam pios interdum pulsat, qui eas tamen repudiant, & de Deo rectè sentiunt, libenterque doctrinã admittunt. Quærit igitur atq; anteoccupat Paulus. Quid igitur dicemus? Nunquid iniquitas apud Deum? absit. Detestatione nefariæ consequentiæ negat, quod & malis sæpe, & bonis aliquando occurrit. Absit, inquit, Syrus חס *chas, miserere*: n. scilicet ista tam impia in Deum, tam aduersa rationi dicamus.

Vitatissimum autem est hominibus, iudicio diuino obstrepere: & veritatem sophismatis eiusmodi lacessere. At vero Apostolus ex ipsa Scriptura probat, id iniquum non esse. Nec enim ad Dei iustitiã defendendam alio opus est, quam Dei ipsius testimonio. Nam Deus, inquit, hoc sibi ius vindicat, cum dicit Exodi 33. 19 *Miserebor cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius misereor.* In Hebræo omnia in futuro ponuntur וחנתי את אשר אחן *gratiam dabo, cui gratiam dabo.* 70. ἐλεήσω, ὃν ἂν ἐλεῶ. *Miserebor, cuius miserebor.* Hoc est cuius voluero misereri, & constanter hoc faciam. Deinde habet ורחמתי את אשר ארחם, *ex intimis visceribus miserebor, cuius ex intimis visceribus miserebor.* Nam רחם est misereri, & amare eo modo quo matres solent prolẽ. Syrus ordinẽ inuertit. Nam ארחם præponit אחן postponit. Verba ergo indicãt, Deum id quod dat, summa libertate donare, hoc est enim חנן. gratis dare, & summo affectu dare quid est רחם Neque mirum est tam præclare Apostolũ pro Deo pugnare. Cum nihil sit magis Deo proprium, quam Dominum esse creaturarum suarũ, nulli ex suis figmentis debere quicquam. Velle autem ex aduerso contra Deum contendere, perinde sit, atq; si quis Deum indignetur esse Dominum, sese subiectum. Velle de throno iudicem deturbare, finalem velle esse altissimo. Mosis auctoritatẽ apud Iudæos magnã, amicitiam cum Deo familiarem fuisse cõstat: Eum tamen ignorare Dominus voluit, quid facturus esset illis, qui vitulum adorarunt. Eorum quosdam occidi, & perire voluit, alios viuere ad pœnitentiam. Quanquam & eorum, quos gladius Leuitarum deuorauit, nonnullos pœnitentiam egisse veram, sit probabile. Chrysostomus ita interpretatus est. *Dixit Deus,* inquit. *maior seruiet minori, ante ipsum partũ. Quid igitur? num iniustus Deus? nequaquam, igitur audi & quæ deinceps sequuntur. Illic nec cum virtus, neque vitium res discrimen fecerent: Hic autem vnũ erat peccatum cunctorum Iudæorum, peccatum inquam vituli facti, & tamen alij quidem puniti, alij autem non puniti sunt. Itaque dixit: miserebor cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque commiseror. neque enim tuum est scire, ô Moses. quis potiùs meã gratiã sit benignitate, sed mihi hoc concedito. Quod si Mosis non erat scire, multo minus nostrum fuerit. Propterea enim simpliciter, non posuit quod dictum est, sed ad quem verba faceret, meminit: ait enim, Mosi dicit, vt ipsa personæ dignitate contradicentem pudefaciat.*

Misericordia Dei est libera.

§. 2. Hoc ergo argumento & suam quisque cohibere sententiam, & aduersum gratuitæ electionis aduersarios vti debet. & dicere cum Augustino l. 1. q. 2. ad Simplicianum. *Sit hoc fixum atque immobile, in mente sobria pietate atque stabili fide quod nulla est iniquitas apud Deum, atque ita tenacissime firmissimeque credatur idipsum, quod Deus cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: hoc est cuius vult miseretur, & cuius vult non miseretur. esse alicuius occulta, atq; ab humano modulo inuestigabilis æquitatis, quæ & in ipsis rebus humanis terrenisque contractibus animaduertenda est, in quibus nisi supremæ iustitiæ quædam impressa vestigia teneremus, nunquam in ipsum cubile ac penetrale sanctissimum atque castissimum spiritualium præceptorum, nostræ infirmitatis suspiceret atque inhiaret intentio.*

Nec enim ex norma nostræ rationis de arbitraria Dei electione, vel reprobatione sentiendum, quasi ex lege iustitiæ distributiuæ velut consul aliquis dona sua distribuere cogeretur. Nemini debitor est, nemo dicere potest, quod iam impie quam eleganter orauit exul ille.

—— *Non indebita posco*

Regna meis fatis. ——

Nih

Nihil cuiquam debitum, nullum cuiusquam est factum, nisi quod Deus voluit, si tamen nomine fati nemo offenditur.

§. 3. *Miserebor*, inquit, miseri ergo erant, & quos amauit, & quos odit, miseri non essent, si essent innocentes. Atque hoc Augustinus monet. q. 2. ad Simpl. l. 1. *Non igitur odit Deus Esau hominem, sed odit Deus Esau peccatorem.* Et Epist. 105. p. 98. *Quid enim diligebat in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiæ donum? Et quid oderat in Esau antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? nam neque in illo diligeret iustitiam, quam nullam ille fecerat: neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse perfecerat.*

Deus odit peccatum odio positiuo.

Quamuis enim peccatum originale adæquata reprobationis causa non sit, iusta tamen est odij causa, & causa cur eum non liberarit, cum fratrem liberarit. Idem Augustinus in Enchiridio cap. 98. *Quis nisi insipiens Deum iniquum putet, siue iudicium pœnale ingerat digno, siue misericordiam præstet indigno.*

De prædestinatione itaque & reiectione loquitur, quæ facta est, præuiso peccato originali. Qui autem ex sola misericordia liberatur, nihil debitum illi tribuitur, & qui ex eadem misericordia non liberatur, accusare iustitiam non debet. Iacobo, & quibusdam Israelitis in deserto non fecit secundum peccata, quæ contraxerunt, vel fecerunt, Esauo & alijs Israelitis reddidit iniquitates in caput eorum, vt iusti sibi de misericordia Dei gratularentur, non meritis suis gloriarentur, iniusti suas sibi pœnas imputarent; quid enim peccator obtendere contra iudicem potest? An tuo arbitrio te peccare posse putas, Deo non esse libertatem puniendi, cum teneri ad efficacia auxilia danda? Indignus est gratia Dei, qui contemptu Dei maiestatem sibi famulam esse oportere imaginatur, nec in gratia conferenda, aut neganda liberam adorat. Quid mancipium ferat, si post necem Domino intentatam deprehensum, crudelitatis herum accuset, quod veniam eo quo vult modo non largiatur? sibi in parricidio licentiam arbitrariam esse voluit, Domino ius pœnæ negat. Hoc ipso indignus est venia, dum ignoscentiam impudenter postulat.

Nemo Deũ accusare potest.

§. 4. Pelagiana hæresis est, cum Faustus Regiensis Episcopus interpretatur verba Mosis. Ita hæc locutio intelligenda est. *Miserebor, quem iustum esse cognouero, cuius fidem promptam videro, quem præceptis obedire perspexero, quem meam perspexero facere voluntatem.*

Orthodoxe Augustinus in Enchirid. cap. 98. *Qua in re si futura opera vel bona huius vel mala illius (quæ Deus vtique præsciebat) vellet intelligi, nequaquam diceret, non ex operibus, sed diceret ex futuris operibus, eoque modo istam solueret quæstionem imo nullam quam solui opus esset, faceret quæstionem. Nunc vero cum respondisset, absit, id est absit vt sit iniquitas apud Deum.*

Crebro vero inculcat, nec propter futura bona elegisse, nec ob ea reiecisse: licet pœnam designarit indignis & peccatori.

Hinc etiam apparet, si electio sit ex præuisis meritis, non esse locum quæstioni, nisi de sola vocatione ad gratiam accipiatur.

Qui vero sine præuisa fide, operibus, meritis electionem gloriam factam existimant, priorem partem facile interpretantur, at posteriorem de Esau, necessario de reprobatione negatiua, seu non electione, voluntaria tamen, vt supra expositum est. Deus ergo cuius vult miseretur, & quem eligendo mis[er]atur & miserando eligit, constanter ad regnum deducit. An Pilato dicere licuit, quod scripsi, scripsi, nec mutat, quamuis flagitarent principes, Deo non erit eadem in miserando libertas?

§. 5. Alteram partem de reprobatione Beza & Caluinus blaspheme exponunt Beza sic: *Neque aliud hoc dicendi genere, quam Deum seruandi electis causam intermediam statuisse, misericordiam & eam quidem gratuitam, itaque libera sua voluntate eligit Deus nullo qualitatis eorum quos eligit respectu, tum quia non nisi per misericordiam sanat, quos elegit, in Christo iustificatos & sanctificatos, per fidem, nulla est in eo iniustitia species; Item tum inter reprobandi propositum, quod & ipsum Deus in semetipso posuit, & damnationem impiorum interfit induratio, quæ vitiosam hominis qualitatem ponit, cui merito infensus est Deus, hic quoque Deus est extra omnem perditionis reproborum culpam, vtpote quæ in secundis causis, vtpote hominem Diabolo & homini corrupto tota inhæret.*

Respondeo illam hæresin à seipsa elidi. Si enim in executione damnationis, non est iniustitia, quia intercedit culpa damnati, quæ sola facit, vt iudicis sententia pœnam inferentis iusta sit; sola etiam culpa damnandi efficiet, vt Dei decretum, de damnatione non sit iniustum; Tam enim iniustum est innocentis decernere, quam facere cædem. Itaque decretum Dei de reprobis æterno igni addicendis, si ex semetipso tantum fuit, siue omni operum respectu, iustum esse non potuit. Nec enim iusta pœna est, cui culpa aditum non fecit: nec iustum decretum puniendi esse potest, quod solum arbitrium, non culpa dictauit. Quod vero temporum successu culpa ipsa etiam in secundis causis inhæreat, etsi vtcunque executionem facere iustam videri possit, de quo non disputo, decretum sane nihilo iustius efficit: & si Caluinisticos commentarios sequamur multo facit crudelius. Decretum enim damnandi puniendique absolutum commenti sunt, quo ex se solo Deus decreuerit damnare & odisse: nulla habita ratione futuræ culpæ, perinde ac si nulla esset. Quare culpa quæ postea aduenit, ad decretum non pertinet, nisi quod ignorantes decretum antecedens, ex sola culpa esse putare possent. Si enim Tiberius occidere Seianum solo arbitrio & odio decreuit, nullà eius culpà, sed odio hominis, voluntas illa absoluta non est iusta reddita, quod deinde regnum ille affectarit: nam etiam innocenti percundum erat, si Tiberius & posset, & decretum mutare nollet.

Pœnam innocenti decernere est iniustum.

Crudelem Deum hic Beza facit; nam ideo fingit decretum iniustum non esse, quod culpam illi Deus substernat. Nempe ne iustus pereat, decreuit, vt peccare cogatur, peccata vitare non possit, vt peccata sint reprobationis effectus. Tiberiano exemplo ista dicuntur. Virginem vestalem ille viuam defodi voluit, nullius culpæ conuictam, solà libidine sæuiendi, ne autem virgo & innocens periret diceretur, prius à carnifice voluit eam constuprari, vt rea pœnas legibus dedisse videretur, vt nouem liberi orphani Arminij in præfatione paterni libri explicant. Hanc itaque sententiam Lutherani, Arminiani, Castellio, Pareus, & illi Caluiniani damnant, qui à Libertinis abhorrent. In quo illud Parei recte dicitur. *Ad iustam pœnam nemo ordinatur nisi propter peccatum.* Et, *propter quod in tempore aliquos reprobat, eos ab æterno reprobare decreuit: sed ob peccata reprobauit in tempore, ergo ab æterno decreuit.*

QVÆSTIO II.

An misericordia proprie sit in Deo?

Misericordiæ effectus in Deo non affectus. §. 1. SAnct. Thomas q. 21. art. 3. & 4. misericordiam in Deo negat esse quoad affectum, quod effectum concedit. Nam quoad affectum, tristitia est, quæ cor miserum efficit, quod Deo repugnat, vt qui per essentiam est sua felicitas, & gaudium. Quoad effectum vero alienæ miseriæ succurrit, eamque subleuat. Recte illa de affectu tristitiæ dicuntur, voluntas tamen in Deo est, malis alienis medendi, miserias tollendi. Hanc Deo Augustinus tribuit. l. 9. c. 5. de ciuitate. Et Damascenus l. 2. de fide c. 8. Richardus, Scotus, Durandus, in 4. distinct. 4. Suarez, Valentin. Molina in 1. p. q. 21. De hac Dei voluntate plena est Scriptura, & omnia opera eius. Nam etiam in impijs citra condignum puniendis misericordia elucet. Hæc diuinæ naturæ consentanea est. Præclare Nazianzen. *Agedum fratres omnes adoremus & procidamus, & ploremus coram Domino, qui fecit nos pro ætatum ac generũ ratione distincti communẽ planctũ instituamus. Pro inuiso ipsi clamore hunc ad aures Domini Sabbaoth eueh amus: iram illius in confessione præoccupemus: ipsum denique, vt iratum, ita etiam mutatum & sedatum intueri velimus. Quis scit inquit ille, an conuertetur, & pœnitentia ducatur, ac benedictione relinquet? Ego vero id plane scio: ego diuinæ misericordiæ sponsor. Nam certe missa facta ira, quæ ipsius naturæ repugnat, ad misericordiam, quæ ipsius naturæ consentanea est, se confert. Ad illud enim à nobis vi adigitur: ad hoc autem suapte natura fertur. Quod si vi adid adactus percutit, quid afferre potest, quam bonus natura viens, indulgentem se nobis præbiturus sit? tantum nos ipsi commiseretur, nisi patrnis visceribus viam aperientes. In lachrymis seminemus vt in exultatione metamus.*

Hæc ergo diuinæ est naturæ in gubernatione creaturarum ratio, vt liberrima voluntate omnia constituat, ex se ad benefaciendum promptus, ex aliorum meritis aliquando seuerus, nunquam iniustus.

§. 2. Nuper admodum Socinus l. 1. c. 1. & l. 3. c. 3. Misericordiam Dei non in natura, sed effectuo solum agnoscit. Idq; ex hoc loco. *Nam miseretur cuius vult*, ergo eius misericordia non est aliud, quam affectus liber. Deinde misericordia nun semper vtitur, sed libere non ergo naturaliter: nam aliquando iustitiam exercet. Verum ille ignoratione veræ, sed difficilis tamen doctrinæ in eundem venit errorem. Nam pari modo amor Dei erga creaturas non esset in Deo, cum liber sit. Misericordiam in Deo vel per modũ potentiæ, vel per modum actus concipimus, vt illa sit pœna ad alienas miserias sublenãdas voluntas, hic vero ipsa miseratio, quare ipsa ærumnosis subuenit. Prior semper in Deo est, altera

Misericordia in Deo. libere exercetur, eo modo quo de alijs actibus voluntatis dici solet; est autem res difficilima. Quam in quæstionibus Theologicis sic explicui. Dicendum 1. Deum vere ac proprie velle, amare, misereri, quæ poterat non velle, non amare, quemadmodum etiam scit, quæ poterat non scire, scit mundum esse facturum, poterat non scire idipsum, si autem non fecisset.

Dicendum 2. Deus, vult, amat, miseretur, creaturas actu increato reali suæ voluntatis, qui non est distinctus ab essentia, non enim per aliquid fictum id agit, quia nouit per veram creaturas scientiam cognoscit, ergo vera volitione amat.

Dicendum 3. Deus omnia quæ vult siue libero siue necessario actu voluntatis, omnia eodem indiuisibili simplicissimo actu voluntatis vult. Ita D. Tho. Scot. omnes. Modus vix à nobis intelligi potest, ratio sic explicatur.

Actus voluntatis diuinæ in genere entis, & in genere appetitus est simpliciter infinitus non per modum actus vel potentiæ inchoatæ sed per modum actus omnium perfectissimi, ergo ex vi suæ entitatis simplicissimæ, quam totam necessario habet, sufficiens est vt attingat omnia nobilia, secundum cuiusque capacitatem, aliud necessario vt Deum, alia libere vt creaturas; hinc necessarius est in Deo amor sui, quia hoc exigit eius bonitas, liber amor creaturam, quia hoc non exigit aliæ tes earum bonitas.

Hic actus secundum suam realitatem semper in Deo totus est non tamen confert totum effectum formalem adæquatum ad obiecta externa, sed est in potestate habentis, vt tendat in obiecta, vel non, si tendat, dicitur amare, si non tendat, non dicitur amare, nihil amplius habet, amans, quam non amans. Hoc in humana voluntate fieri non potest: actus enim totum effectum confert formalem, nam actu quo vult, non potest non velle, & cum actum habet, essentialiter tendit in obiectum, actus vero diuinæ voluntatis cum non sit informans, sed eminentissimus, ita Deum constituens volentem obiecta secundaria, vt eodem quo vult possit non velle. Ratio diuersitatis est, quia velle creatum totum ordinatum ad obiectum ab eo speciem sumens, itaque in potentia esse non potest, nisi illam inclinet ad obiectum, & constituit actu volentem aut nolentem determinate obiectum. Velle autem increatum non habet vllam realem habitudinem ad obiecta creata, neq; ab illis sumit speciem, sed modo eminentissimo illa attingit sua extrinseca obiecta, cum vero attingit, est libera determinatio ad illa non per aliud additum sed seipso. Hoc modo intelligi potest, quod multi auctores dicunt, Deũ per suum velle obiecta creata attingere, addere illis nouum respectum rationis, sed quia modo eminenti est volens, quem nos aliter explicare nõ possumus nisi per relationem rationis. Explicari potest proportione quæ est inter actum creatum & increatum liberum, nam libera facultas creata quę actiua est, ad hunc vel illum actum se determinat, neque ad hoc aliare indiget præter seipsam, ita increata voluntas nullo alio indiget, vt se determinet ad obiectum creatum præter seipsam. Discrimen tamen in eo est, quod potentia creata libera cum est in actu primo, indiget actu secundo quo formaliter feratur in obiectum, increata seipsa fertur in obiectum, quia est summa actualitas continens perfectissime omnem volendi actualitatem, & proinde liberum velle continet, quo creato obiecto libere coniungitur. Alterum discrimen est, amor liber in creatura, aut liberum velle, est liberũ quoad esse, non quoad terminari, quia ita est sua causa, vt possit non esse, si tamen est, necessario terminatur ad suum obiectum, quod entitati eius est adæquatum. E contrario diuinum non est liberum quoad esse, sed quo ad terminari, habet enim indifferentiam ad obiecta creata.

N. 1. Cum dicitur velle, vel non velle, non significatur potentia actiua, vel passiua, sed tantum indifferentia eiusdem actus, vt possit vel non possit ad hoc vel illud obiectum terminari.

Itaque respondendum est Socino. Naturalem Dei propensionem non eodem semper modo, nec ad eadem obiecta referri, vt iam explicatum est.

QVÆSTIO III.

An Dei in nos misericordia sine Christi satisfactione, & merito dimanat?

§. 1. Diuersa est hęc à superioribꝰ quęstio. Non enim cōtrouertitur, an ex prævisis Christi meritis electi simus: aut totam ipse prædestinationem meruerit, sed an effectus, vocationem similiaq; meruerit, & nobis non detur, nisi per eum vlla gratia? Nam Socinus Ostorodius, & noui Samosateniani, libera, & liberal Dei misericordia omnia donari nobis affirmant, nullo respectu satisfactionis, & meritorum Christi: quæ omnino sublata cupiunt. Vtuntur hoc loco præcipue. Miseretur Deus quorum vult, peccata ergo remittit mera voluntate, etiam sine respectu ad Christum. Verum aberrant, cum totiea Scriptura nobis indicet peccata quidem Dei absoluta voluntate, non tamen sine Christo remitti. Nec re; ugnant illa. Dei voluntate libera, & ob Christi passionem peccata remitti, salutem dari. Nam Christum ipsum mera voluntate dedit Scriptura idem docet. Matth. 1. 21. Luc. 1. 68. Matth 20. 28. Ioan. 1. 29. & 10. 9. & 14. 6. Act. 4. 12. *Non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.*

Libere Deus miseretur, sed non nisi per Christum.

Act. 15. 11. *Credimus saluari quemadmodum & illi.* 2. Cor. 5. 15. & 19. *Aliaque in numera id testimonia doceri potest.*

Inanis igitur argutia est Socini, & vnius rei plures fiunt causæ. Occasionem nouæ blasphemiæ, seu veteris renouatæ ex doctrina Caluinianorum sumpsit, quod rationi aetua ostendunt.

Socini errores.

Deus, inquit, gratis remittit peccata, nec quicquam aliud resipiscentiam requirit, & innocentiam, meritum igitur Christi hinc exulat. Deinde fide placemus Deo, ergo absque Christi satisfactione, olim Deus fidem & pœnitentiam requisiuit duntaxat. Deinq; Ita. 31. Nsa recordaturum amplius, nea ergo in Christo fuisset, non esset liberalis, si satisfactionem exigeret.

Hæc similiaque argumenta sunt ex Lacunis Sectariorum hausta, qui ex eo quod vni causę tribuatur effectus, alias causas negant. Plane eo modo soli fidei fiduciarij iustificationē tribuunt, sic merita Sanctorum excludunt, cum tamen illa omnia concurrant, & concurrant in Christo; nam propter Christum & in Christo, credentibus, amantibus peccata remittuntur. Summa autem liberalitas fuit, dare filium satisfactorem, vt iure liberaretur. Præcipua vero origo tam detestandi erroris fuit ex aliis erroris oppugnatione. Nam Caluinistæ, & hoc loco Pareus, defendunt Deum non posse peccatum in se admissum condonare, sed necessario punire, ne se abneget, ne peccet contra suam veritatem, ideo nec posse de iure suo remittere. Quod omnino diuinæ libertati repugnat, vt l. de Caluinistarum crudelitate demonstraui. Sequeretur enim nec partem posse remittere iuris, nec punire posse citra condignum. Nec tuentur eum errorem Arminiani, nec possunt Caluiniani; nam alium satisfactorem offensæ, quasi reum subdere, est de iure remittere: Ius enim Dei est, vt non modo peccatum puniatur, sed in eo qui peccauit,

Deus de suo iure remittit.

qui alium punit, iam multum remisit. Quin ipsi docent, in admittenda Christi satisfactione gratuitam intercessisse acceptationem, quam mera beneuolentia Deus præstiterit. Illa autem est iuris remissio. Quin hoc ipsum est ius Dei: vt nemo absolute possit vel pro se, vel pro alio facere satis, nisi hoc Deus de suo iure cedens ratum habeat.

§. 2. Præcipuum tamen Socini & Ostorodij argumentum est ex blasphemo Caluini dogmate, de Christi damnatione. Christum subiisse mortem æternam angorum immensitate, fuisse pondere æqualem morti æternæ illam Christi mortem temporariam, mortem corporis saluti non sufficisse, debere liberatorem à morte æterna etiam subire mortem æternam, si non duratione, at certè angorum immensitate, vt Pareus in cap. 3. dub. 10. ad instantiam 10.

Socinus ex Caluino venenum famit.

Hoc fundamento posito, & altero, quod Deus de Iure suo remittere non possit, validam ratiocinationem conficit Socinus.

Non potest de iure suo remittere Deus, quin se ipse & veritatem abneget, vt docent Caluiniani, at cum alterius pœnam in alium transfert, & satisfactionem quam peccator præstare non potuit, à filio acceptat, iam multum remisit: Deinde quia remittere de suo iure non potuit, non satis fuit filium Dei mori, sed æternā insuper mortem subire oportuit, saltem agonum immensitate. Ius enim Dei est, vt morte æterna puniat inimicos, quo cedere ille non potest. Ex quo & illud sequitur debuisse in morte æterna manere Dei filium, vt suum ius Deo constaret. Nam vt necessaria fuit ad Dei sernandum mors æterna quoad cruciatum magnitudinem, ita etiam temporis perpetuitas requiritur. Non enim multum duntaxat, sed totum penè de suo iure remittit, qui pœnam æternam mutat in temporariam, quamuis æternæ parem magnitudine doloris. Quid enim dies vnus ad infinitissimam æternitatem? Si autem perpetuitatem dolorum Deus remisit, atque ita cessit de iure, cur non etiam ipsam damnatorum pœnam remisit? si illud potuit, cur non & istud? An qui æternum exigere noluit gratiam temporariæ facere non potuit?

VERSVS 16.

Igitur non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei.

QVÆSTIO I.

Quid non sit volentis & currentis.

§. 1. Non dubium est ad sollicitam matris & Iacobi curam alludi, nec non ad Esaui venationem, diuersæ sunt tamen etiam huius loci interpretationes. Nam vel dici potest: Habere vel primam gratiam, vel perseuerantiam, vel prædestinationem, non esse volentis, & currentis, sed miserentis Dei. Origenes & Hieronymus verba aliorum esse existimant, Paulo obijcientium, quæ ex eius doctrina viderentur sequi absurda. Chrysostomus augeri quæstionis difficultatem arbitratur, his verbis, non solui.

Photij interpretatio est οὐ τῷ θέλοντι μόνον, οὐδὲ τῷ τρέχοντι μόνον, ἀλλὰ δεῖ καὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐλέους συμμαχίας. *Non volentis solum, nec currentis solum, sed misericordia quæ à Deo, & quod inde auxilium venit.* Non enim negat nos velle & currere, sed nisi

adiuncto misericordiæ adiutorio, non velle, nec currere, vt oportet.

Strigelius non tolli actionem voluntatis, sed meritum. Simili modo Gualteri non esse homines truncos, sed trahi volentes: mitius illi, quam eorum collegæ hæreseos eiusdem defensores.

Hieronymus in c. 9. Ecclesiastæ, ad illa verba: *Conuerti me & vidi sub sole, quoniam non est velocium cursus, nec fortium prælium; nec sapientium panis nec prudentium diuitiæ: nec scientium gratia: quoniam tempus & euentus occurret omnibus illis.* Citato etiam hoc loco ostendit sine Dei gratia humanæ nihil posse. Idem in caput 2 Ephes. ad gratiam refert. *Ideo* (pag. 378.) inquit, *abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate in superuenturis seculis ostensurum est: quia gratia salui facti estis, per fidem, non per opera. Et hoc ipsa fides non est ex vobis, sed ex eo qui vocauit vos. Hoc autem ideo ne forsitan vobis cogitatio occulta subreperet: si per opera nostra saluati non sumus, certe vel per fidem saluati sumus, & alio genere nostrum est quod saluamur. Addidit itaque & dixit, fidem quoque ipsam non nostræ voluntatis esse, sed Dei muneris. Non quod liberum hominis tollatur arbitrium, sed secundum illud Apostoli ad Romanos, non sit currentis neque volentis, sed miserentis Dei: Verum quod arbitrij ipsa libertas Deum habeat auctorem, & ad illius beneficium cuncta referantur, cum etiam bonum nos velle ipse permiserit. Hoc autem totum propterea: ne quis glorietur à semetipso & non à Deo se esse saluatum.*

§. 2. Non esse currentis & volentis, sed Dei miserentis, ad omnia referri debet. Primum gratiæ est, quod volumus, quod currimus, deinde quod perseueramus; & saluamur, nemo primam gratiam, nemo perseuerantiam meretur, multo minus prædestinationem ad illa bona. Nec admittenda est expositio Photiana, quam Augustinus luculenter refellit, & solide, in Enchiridio cap. 32. *Iterumne, ne quisquam etsi non de operibus, de ipso glorietur libero arbitrio voluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanquam debitum reddatur præmium bene operandi ipsa libertas, audiat eundem gratiæ præconem dicentem, Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Et alio loco, igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Cum procul dubio si homo eius ætatis est, vt ratione iam vtatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi velit, nec peruenire ad palmam supernæ vocationis Dei, nisi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, nisi quia & ipsa voluntas, sicut scriptum est, à Deo præparatur? Alioquin si propterea dictum est, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei: quia ex vtroque fit, id est, ex voluntate hominis & misericordia Dei: vt sic dictum accipiamus, non volentis neque currentis, sed miserentis Dei est: tanquam diceretur, non sufficit sola voluntas hominis, si non fit etiam misericordia Dei. Non ergo sufficit sola misericordia Dei, si non fit etiam voluntas hominis: ac per hoc si recte dictum est, non volentis hominis, sed miserentis Dei, quia id voluntas hominis non implet, cur non & è contrario recte dicitur, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, quia id misericordia Dei sola non implet? porro si nullus Christianus dicere audebit, non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, ne Apostolo apertissime contradicat: restat vt propterea recte dictum intelligatur, non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, vt totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adiuuandam & adiuuat præparatam. Præcedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia: quæ autem non præcedit ipsa, in eis est & ipsa. Nam vtrumque legitur in sanctis eloquiis: Et misericordia eius præueniet me & misericordia eius subsequetur me. Nolentē præuenit vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit.*

Gratiæ est initium, medium, & finis.

Et cap. 98. *Ambo itaque gemini natura filij iræ nascebantur, nullis quidem operibus proprijs, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti, sed qui dixit, miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero: Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per iudicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnouit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem causa idem supplicium non incurrerit, sed de diuinæ gratiæ largitate, quia non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Altissimo quippe ac saluberrimo Sacramento vniuersa facies atque vt ita dixerim, vultus sanctarum Scripturarum bene intuentes id admonere inuenitur, vt qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Eadem est sententia Bellarmini l. 2. de gratia & libero arbitrio c. 12. Vbi eum calumniose traducit Pareus: *Vbi ponuntur duo falsa. Vnum quod aliqui velint, currant, credant, bene operentur sine misericordia Dei. Alterum quod aliqui volentes, currentes, credentes, bene operantes, bravium non consequantur.* *Calumnia contra Catholicos.*

Prius quod Bellarmino imponit, Pelagianum est, quod eodem loco Bellarminus refutat, & disertissimis verbis docet non posse credere & operari nisi gratiam habeant. Sic Bellarminus: Altera ratio dueitur à dono perseuerantiæ, hoc modo, fine perseuerantia nemo saluari potest, qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matth. 10. Apocalyp. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: At perseuerantia donum est Dei, quod non datur ex meritis, sed ex gratia, & quamuis omnes iusti perseuerare possint, si velint, tamen soli illi perseuerant, qui habent hoc donum perseuerandi vsque in finem, ac per hoc salus & prædestinatio ad salutem ex voluntate Dei simpliciter pendet.

Probatur assumptio huius argumenti. Primum enim Dominus Ioan. 13. cum dixisset: si hæc scitis beati eritis, si feceritis ea, subiungit nō de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, vbi satis indicauit, non omnibus dari, vt perseuerantes faciant, sed solum electis. & copijs, loquens istis quos elegerat Ego posui vos, inquit, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quod est idem ac si dixisset ego dabo vobis bene operari, & perseuerare in bono opere vsque in finem. Et Apostolus ad Rom. 9. Non volentis neque currentis sed miserentis Dei est. Vbi ponit homines velle & currere, id est credere & operari, ac per hoc habuisse gratiam credendi & operandi, & tamen quia videbat non peruenturos ad brauium, nisi eos, qui ex peculiari misericordia haberent perseuerantiam, ideo dixit: Non volentis, neque currentis sed miserentis est Dei.

Et certe si solum ex Dei misericordia diceretur pendere perseuerantia, quia sine Dei auxilio, non posset homo perseuerare, non autem quia faceret hominem ipsa misericordia infallibiliter perseuerare, alioqui non perseueraturum: sicut dicitur: non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ita contra dici posset, non miserentis Dei, sed volentis & currentis est hominis.

Hoc ergo dicit Bellarminus. Sine Dei gratia & misericordia neminem velle, aut currere posse: sed tamen non omnes qui ea, quando volunt, & currunt præueniente, comitante, adiuuante gratia, habere etiam illam singularem misericordiam vt perseuerent Itaque in sanctis quidem, volentibus, currentibus, credentibus, operantibus semper adest misericordia qua perseuerent ad finem. Quod omnium multi multorum casus non edocent, vt mo- *Non omnes currentes perseuerāt.*

rito cum tremore salutam operari oporteat. Promissiones autem dantur perseueraturis. Hæresis autem est fiduciariorum, qui putant omnes qui crediderunt, nullo obstante flagitio perseueraturos. Aliud Augustinus docet de perseuerantia. c. 8. *Ex duobus* p. 274. *autem pijs cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi autem non donetur: inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Et paulo post: *Deum potuisse eos tollere è vita cum præsciret lapsuros.* Et c. 13. *Ipsos quoque regeneratos, alios perseuerantes vsque in finem hinc ire: alios quousque decidant, hic teneri, qui vtique non decidissent, si antequam laberentur hinc issent, &c.*

§. 3. Quod Augustinus alijque patrum, contra Pelagianos & eorum reliquias vsurpant, hoc hæretici contra liberum arbitriũ, & merita detorquent. Illi à voluntate nostra pendere iustitiam, aut sane initium iustitiæ, prædicabant, seu velle iustitiam, at

Gratia non tollit arbitrium.

Paulus electionem ait esse Dei miserentis, non hominis vel sine gratia, vel cum gratia volẽtis, & currentis. Volentis nomine omnem bonam voluntatem, currentis vero omnia opera significat. Itaque in impijs, & nondum regenitis, non est arbitrium liberum causa, quæ bonum inchoat sed gratia præueniens, & bonum ex malo faciens caritas, non tollit tamen hic liberum arbitrium, nec pure passiue se habere conficitur dub. 14. Pareus. Et ex Augustino clarissime ante ostensum est.

Currens autem & volens Deo miserente etiam meretur Deo promittente, qui voluntatem, & cursum efficit, atque coronat.

Chemnitius stolide admodũ argutatur; nos in prima conuersione nihil agere. At non dicit Apostolus, nullam esse nobis actionem sed non esse ex viribus nostris, non esse ex nobis, nec esse poterat ex nobis, cum vero voluntatem excitat gratia, illa etiam gratiæ cooperatur. Nostrum est credere, & velle bene operari, hoc enim non fit nisi volentibus nobis, vt Augustinus c. 3. de prædestinat. Sanctorum: Velle ergo cum sit actio nostra, & eum gratia efficiat, nõ tamen naturaliter desinit esse etiam effectus voluntatis, moraliter tamen soli Deo tribuitur, quemadmodum eum Deus claudum erigit, qui surgere non poterat, nititur tamen vt potest, & cooperatur, ita voluntas ex mala in bonam

Homo operatur & gratia.

conuersa Deo consentiendo aliquid agit, nam cõsentire agere est. Primo autem voluntatem mouet Deus, nobis nullam dantibus causam. In actibus intellectus id facilius cernitur. Mentem Prophetarum Deus illuminat, vt recondita mysteria, futura etiam cognoscant, in prima illa cognitione, & quæ eius causa est, illustratione, non habet se tunc instar intellectus, sed veram, & vitalem actionem elicit, vero & propria actione agit: intelligit enim; nec ideo tamen, Prophetarum intelligentia & cognitio partim Deo, partim homini tribuitur, sed Deo in solidum accepta refertur, quia sine Deo nihil poterat, quia ille donauit, licet Physice agendo etiam ratio sit operata. Nec dicere fas est, Prophetiam esse hominis intelligentis, sed Dei illustrantis. Cum virga Aaronis, quæ iam dudum comas, & brachia sarto posuerat, gemmas, flores, fructum produceret, Dei in solidum opus erat, & vires tamen surculo indidit, vt ipsum quoque ageret.

VERSVS 17. & 18.

Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annunciatur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

QVÆSTIO I.

Quomodo Pharaonem Deus excitarit?

§. 1. NOn esse electionem, aut gratiam volentis, aut currentis, sed Dei miserentis ex Scriptura probat. Deus enim Pharaonem excitauit in hoc, vt ostenderet in eo virtutẽ suam, & annunciaretur nomen eius in vniuersa terra. Itaque quod Pharao conuersus non est, ratio est, quia misereri eius noluit Deus, vt daret efficacem gratiam qua reipsa conuerteretur, licet daret sufficientem, qua conuerti posset. *Pharao nõ electus.* Porro eligere ad regnum cœleste noluit, sola voluntate, ad quod si elegisset, etiam vocasset vt sequeretur, & secutus perseueraret. Multo magis hoc rationi aduersari videtur, quod Deus reprobet, sine malis meritis, quam quod eligat sine bonis, sed tamen Apostolus hic Pharaonem statuit exemplum eorum, qui à Deo deseruntur, non electi. Nam de electione negatiua, seu non electione hæc sunt intelligenda.

§. 2. Hebræus textus ita habet: ואולם בעבור זאת העמדתיך הראתך את כחי ולמען ספר שמי בכל הארץ.

Septuaginta vertunt. καὶ ἕνεκα τούτου διετηρήθης, ἵνα ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Gen. 9. 16. Primum stare te feci, seu excitauĩ, quod intelligi potest, trib' modis. Primo regem de feci, & ad tantam potentiam extuli. Deinde vt 70. διετηρήθης in hoc seruatus es, non continuo cum Deo repugnares punitus es, sed stare permissus, & in regno firmatus. Tertio, ad hunc finem induratus es in peccatis. Hic posterior sensus est triplex. *Pharao quomodo induratus.* Vel indurauí te ad crimen excitando, impellendo, vt vitare illud non posses, hic modus falsus est. Vel, indurani, & excitaui permittendo te tuo arbitrio, gratiam efficacem non dando, nec tui misertus sum, vt eligerem ad vitã æternam. Vel indurani te, & excitaui, potentiam meam erga filios Israel exerendo, beneficio illos augendo, vnde occasionem tu accepisti magis sæuiendi. Quod in 70. est ἕνεκα τούτου, eius gratia, Paulus εἰς τοῦτο In hoc ipsum. Quod in Hebræo est ואולם *verumtamen*, 70. omiserunt, noster vertit. *Quia*, & in Græco textu Pauli est ὅτι. Alij minus commode, *profecto.*

§. 3. Cum vlcerum plaga iam desisset, Deusque iam septimam denunciaret Pharaoni, grandinis videlicet, exprobrat illi stultam arrogantiam, & affirmat, regem cum tota potentia, tyrannideque sua in manu esse, nec apparatum illum exercitus, pompam, conatum, factum, aliud fore quam diuinæ vindictæ per orbem terrarum exemplum: & ne nunc quidem eum quicquam posse, nisi nutu Dei permissum, à Deo ipsum in illum thronum euectum, è quo nunc in auctorẽ suum bella decernat. *Pharao exemplum vindictæ.*

§. 4. Altera expositio eodem pertinet, nec difficultatem habet, de cæteris itaque dicendum est, quomodo fuerit induratus. Ac primo quidem non habuit Deus ex se, & suo arbitrio hunc finem, vt Pharaonem ad exitium crearet, aut in regnũ eueheret, sine culpa Pharaonis. Sed demonstrat Deum suo arbitrio eligere ad gratiam vel non eligere, non esse currentis, non volentis, sed miserentis, quod enim Pharaonem indurauit, arbitrij diuini fuit, & partim culpæ regis. *Deus Pharaonem excitauit.* Quia autem à Deo excitatus est, ad eum finem vt in eo perdendo potentiam Deus ostenderet, ex eo non colligitur, absoluto

Dei decreto destinatũ supplicijs, sed tantũ Deum in primo illo signo eius non misertum, non elegisse, deinde sicut ob perpetrata scelera æternæ pœnæ addixit, ita ab eadem præuisa eam decreuisse. Finem porro perditionis gloriã suam esse pronunciat. Hoc quoq; in Dei contumeliam vertunt Caluiniani. Nam Deum aiunt, iustissimo fine, hoc est, propter suam gloriam tyrannos exitio destinasse, non modo spectatis eorum sceleribus, sed iure absoluto. Pareus fatetur, si quis aliũ à somno excitat, vt cum eo confligat, eumque perdat, si tyrann' iubeat vt se aliosque trucident vel præcipitent id iniquum fore, in Deo minime hoc iniustum esse, qui sit Dominus omnium, cuius honori cuncta cedere debeant, totiusque mundi interitum seruire si ita vellet, in reprobis tamen etiam esse causam perdendi, cum mali sint.

Verum iis illud absolutum misericordię & bonitati, adeoque Dei promissionibus repugnat. Nec in Pharaone vsus est Deus, sed actu affirmatiuo ad exitium illum non nisi ob præuisa peccata prædestinauit alioqui Pharaonem iustissimo iudicio non decreuisset perdere, sed sola potentia. Quare ior e non ostenderet mansuetudinem. Verissimum autem est, quod habent Scholia Græca ὁ Φαραὼ, διὰ τὴν οἰκείαν κακίαν ἔπαθεν, ἅπερ ἔπαθεν, ἀλλ' ὅγε Θεὸς σῶσαι αὐτὸν ἤθελε. *Pharao propter malitiam propriam passus est, qua passus est. Nam Deus saluare eum voluit.* Hoc ex eo probat; quod idcirco longanimis fuerit dans locum pœnitentiæ, finis igitur Pharaonis excitati videtur esse perditio, *propter hoc excitaui te*, בַּעֲבוּר, ἵνεκα τούτου, vt videre te faciam potentiam meam. Hinc autem male colligunt, hunc tyrannum à Deo creatum vt potenter illum perderet. Non enim perdere decreuit nisi induratum.

Pharao nõ addictus pœnæ nisi induratus.

§. 5. Non modo Laici, sed etiam Clerici docebant cur iniquitas Pharaoni imputatur, cum Dominus cor illius obdurasse dicatur? Manichęi hinc veterem Scripturam reijciebant, quasi autorem peccatorum Deum faceret. Primum autem indurationis genus est permissio Non solent indurari peccatores, nisi iam ante duri, quo sensu Græca Scholia dicunt. τὸν σκληρὸν καὶ ἄπειθῆ, σκληρὸν εἶναι συγχωρεῖ. *Durum & incredulum durum esse finit.* Beza etiam de prædestinatione, docet derelictionem Dei sequi indurationem. Hunc in modum sæpe Sanct. Augustinus interpretatur de prædestinatione & gratia, capite quarto, sed non ita intelligendum est, quasi Deus in homine ipsam, quæ non esset duritiam cordis operetur. Quid enim aliud est duritia, quam Dei obuiare mandatis? & deinde. Indurare enim Deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excæcare dicitur eum, quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum, quem vocare noluerit. Quos enim prædestinauit illos & vocauit; & quos vocauit, illos iustificauit. Ipse enim dedit vt simus, ipse vt boni esse possimus.

Induratio sequitur derelictionem.

Probat autem capite septimo Exodi. Sic enim dicit: Ego autem indurabo cor Pharaonis, ne dimittat populum. Hinc iam per aperta se iactans calumniator astutus, iustitiam Dei ad suum liberum arbitrium, & quanta potest vociferatione respondeat, si cuius vult miseretur, & quem vult indurat, *quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit?* Huius elationi Apostolus dicat. *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* Qui autem pie quærens aliquid desiderat inuenire, illum locum eiusdem Scripturæ relegat, vbi primo Moysi in rubo ignis apparuit, atque ita cor eius ardore diuinæ charitatis igniuit, vt in conspectu regum sicut Dauid dicit, testimonia eius sine confusione loqueretur & ibi inueniet totum hoc, quod indurasse Deus cor Pharaonis præmittit, non ad operationem Dei, sed ad præscientiam pertinere, loquens enim Dominus de rubo, sic dicit. Ego autem scio quod non dimittet vos Pharao Rex Ægypti, nisi per manum magnam. Sed extendens manum meam percutiam Ægyptios in omnibus mirabilibus quæ faciam, & postea dimittet vos Pharao Rex Ægypti. Hæc prima vox Dei est, qua futuram voluntatem Pharaonis sicut præuiderat, indicabat. Postea iam inter ipsos miraculorum imbres dixisse legitur. *Ego autem indurabo cor Pharaonis, ut dimittat populum.* Vbi iam aperte intelligitur primam iterasse sententiam. Quid est enim, *indurabo cor*, nisi non molliam: Apparet enim in alios manente iustitia in alios gratia profluente, Scripturæ illius sententiam fuisse completam: quia dixit Deus Pharaoni, in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Vtente enim Deo bene etiam malis, indurationem Pharaonis, flagellis Ægypti, ac tot ac tantis in illa gente miraculis pariter acerbatimque peractis, quid aliud gestum est, quam vt Dei virtus apud se magna, in se plena, ad humani generis, notitiam perueniret non Deo sed ipsis relegentibus & credentibus profutura? Pharaonem non esse mutandum, & illam omnem gentem, quæ post tot verbera vix sibi erutum populum Dei, armis etiam insectari conabatur & bello, alia illa Deus prouidentiæ suæ luce præsciuit. Sed periturorum interitum prædestinatis à se vasis misericordiæ, salutis voluit esse argumentum, & aliorum perditione ad salutem vsus est aliorum, quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa aliud quidem vas in honorem aliud vero in contumeliam facere. Et libro primo, ad Simplicianum quęstione secunda. Deum non facere, vt fiant deteriores. Vnde admonemur, nec ipsis operibus misericordiæ quemquam oportere gloriari & extolli, quod eis quasi suis Deum promeruerit: quandoquidem vt haberet ipsam misericordiam ille præstitit, qui misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Et de essentia diuinitatis pag. 234. obliuisci dicitur Deus cum quibusdam impij & peccatoribus non miseretur, quod vtique non facit per crudelitatem, quæ in Deo non est; sed per occultum iustumque iudicium suum. Indurare dicitur Deus quorundam malorum corda, sicut de Pharaone rege Ægypti scriptum est: non quod omnipotens Deus per potentiam suam corda eorum induret, quod est impium ita credere: sed exigentibus eorum culpis, cum duritiam cordis, quam ipsi sibi mala perpetrando nutriunt, non aufert: quasi ipse eos induret, quia iusto iudicio indurari sinit. Indurationem Nyssenus sic interpretatur. τὸ ἐσκληρύνθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν Αἰγύπτιον τύραννον, οὐχ ὡς τὴν ἀντιτυπίαν ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ τῆς θείας βουλήσεως ἐντιθείσης νοητέον. *Quod indurari à Deo dicatur Ægyptium Tyrannum, non sic accipiendum, quasi diuina voluntas animo eius illam contumaciam imposuerit.*

Indurare non mollire.

Induratio ergo ipsa est, quæ repellit verbum Dei, deinde quotidiano pulsu magis duratur.

Iam ergo erat Pharao malus cum eius vti malitia Deus voluit.

Autem

Aurea sententia Prosperi ad capitula Gallorum. *Si Deus hominem sibi obedientem à pietate deturbat, & bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & iniuste punit, quod vt fiat, impellit. Quid tam peruersum, quid tam insanum dici, aut cogitari potest?* Sed in talem sensum trahuntur, qui putant in omnibus hoc esse præscientiam Dei, *quod & voluntatem: cum voluntas eius nunquam velit nisi bona, præscientia autem & bona nosset & mala: sed bona quæ aut ipsa faciat, aut etiam vt nos faciamus, imperat: mala autem, quæ omnino ipse non fecit, neque fieri suasit, aut impulit. Viret itaque obedientia non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinauit: sed quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit, ideo eum non prædestinauit.*

§. 6. Hanc indurationem Beza l. de prædestinatione oppugnat; verum patres concedunt, & omnes non modo Lutherani minus imperiti, sed etiam Arminiani. Beza fatetur Theologos Græcos ad *συγχώρησιν permissionem* confugere. Nec obstinationem à Deo tanquam causa oriri dissérit, libro de prædestinatione. In eo grauiter errat, quod permissione auferri Dei fingit prouidentiam, eumque otiosum constitui rerum spectatorem, cum permissio peccati non sit sine voluntate permittendi; vt ex Augustino omnes docent Theologi. Vrget Beza contra Castellionem, & Pareus, si permisit, vtique volens permisit, cur non impediit, cum posset? Non minus impie agit, qui mentem non tenet, quam qui præcipitat.

Respondeo hoc aperte falsum esse; Nam Deus suo hominem sibi relinquit arbitrio, quo si sponte se præcipitare voluerit, non tenetur ipse impedire, vt si præcipitet, non ille qui aliena vi elliditur, sed qui sua potentia proruit in culpa est. Quis vero nescit Deum eo ipso quod hominem relinquere voluit in mano consilij sui, non teneri omnia eius mala impedire: restantur ipsimet omnes Caluiniani, alioqui non posset vllum vllius creaturæ esse peccatum, nisi etiam neglectæ custodiæ accusaretur creator. Cur autem non possit, non faciat, nouit infinita eius sapientia, quam nostra inscitia scrutari non debet.

§. 7. Permissioni similis est desertio, Augustinus sermone 88. de tempore. *Primo hoc fideliter & firmiter credat dilectio vestra, quia nunquam Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur.* Et quæstione decimaoctaua, super Ioanne. *Confortatum dicit cor per Dominum, quod diuino, altoque iudicio iuste fieri minime dubitandum est, cum deserit Deus & possidet inimicus. Itaque dicere solent, indurans, esse idem quod non emolliens.* Beza tribus hoc argumentis impugnat. Primo. Mollire est ex duro molle efficere. ergo indurare ex duro durius facere. 2. Ex eo quod Deus non emollit sequitur induratio, aliud ergo est: nam quod consequens est aliud est. 3. Sic quæstio eadem manet: cur decreuit non emollire?

Deus prior non deserit.

Respondeo. Augustini est illa interpretatio, vt & illa, odisse est non misereri. Indurare est non mollifacere eum qui durus est ex quo consequitur, vt dum gratia mollificante caret sæpe peccet, & sese induret. Sic non pascere est fame necare. Sequitur induratio desertionem illam fateor, ideoque tribuitur Deo non mollefacienti, cur id non faciat, Respondeo cum Paulo: *O homo quis es tu qui respondeas Deo?*

§. 8. Multorum est etiam sententia Deum indurare non potentia, infundendo deteriorem mentem, vt Beza in libro de prædestinatione loquitur, sed per indulgentiam. Secutus est hoc Oecumenius, potentiam enim interpretatur longaminitatem. *δύναμις θεοῦ ἡ μακροθυμία καὶ δύναμις μεγίστη.* Et Basilius sic induratum dicit per longamminitatem Dei. *Ἐσκλήρυνεν ὁ θεὸς τὸν Φαραὼ τῇ μακροθυμίᾳ καὶ τῇ τῆς τιμωρίας ἀναβολῇ, ἐπιτείνων αὐτοῦ τὴν κακίαν, ἵνα τὸν ἔσχατον ὅρον ἀναδράμῃ αὐτοῦ τῆς πονηρίας τὸ δίκαιον ἐπ' αὐτῷ τῆς θείας κρίσεως διαφανῇ. Indurauit Deus Pharaonem longanimitate, & pœnæ dilatione, intendens malitiam eius, vt cum ad supremum fastigium creuisset nequitia iustitiam diuini iudicij in eo ostenderet.*

Potentia Dei longanimitas, & potentia maxima.

Et iterum Oecumenius, *ὅτι εἰς τοῦτο σε συγκεχώρηκα βασιλεῦσαι, ὅπως φανῶ μακρόθυμος. Quia ad hoc te regnare permisi vt appaream longanimis.* Non fieri potentia sed indulgentia. Augustinus etiam sermone octuagesimooctauo. *Ista enim testimonia Scripturarum ideo charitati vestræ insinuare volui, vt intelligatis quia & obduratio non Dei potentia compellente perficitur, sed Dei remissione vel indulgentia generatur: ac sic Pharaonem non diuina potentia, sed diuina patientia credenda est obdurasse. Denique quotiens eum Dei plaga percussit, afflictus pœnituit. At vbi ei remissio diuina indulgentiam dedit, iterum se in superbiam elatus erexit. Hoc ergo definitissime credite fratres, & hoc intelligite, quia quotiens Dominus dixit, Ego indurabo cor Pharaonis: non aliud intelligi voluit, nisi ego, inquit, suspendo plagas meas & flagella, vnde eum per indulgentiam meam contra me obdurari permitto.* Et paulo post. *Nemo ergo cum Paganis aut Manichæis Dei iustitiam reprehendere aut culpare præsumat: sed certissime credat quod Pharaonem non Dei violentia, sed propria iniquitas & indomabilis superbia contra Dei præcepta totiens fecerit obdurari. Quid est autem quod dixit, Ego indurabo cor eius, nisi, cum abfuerit gratia mea, obduret illum nequitia sua? Et vt hoc euidentius possit agnosci, aliquam similitudinem de rebus visibilibus charitati vestræ proponimus. Sicut enim quotiens nimio frigore aqua constringitur, solis calore superueniente resoluitur & discedente eodem sole iterum obduratur: ita nimirum peccatorum frigore refrigescit charitas multorum, & velut glacies obdurantur: & cum eis iterum calor diuinæ misericordiæ superuenerit, resoluantur: Ille vtique calor de quo scriptum est, non est qui se abscondat à calore eius. Quod etiam erga Pharaonem impletum esse cognoscimus, à quo quotiens flagella remota sunt, contra Deum se obduratus erexit. Quotiens vero afflictus est, humiliter supplicauit.*

Indulgentia Dei Pharao induratus.

Et: *Vnde sicut iam superius suggessi de Pharaone, hoc sine aliqua dubitatione credamus, quod eum non tam Dei potentia quam Dei patientia fecerit obdurari. Quam rem etiam ipso confitente euidenter agnoscimus. Sic enim ipse cum castigaretur, iustitia compellente professus est, Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Indulgentiam similitudine exponit. Quam rem etiam circa vernaculos nostros exercere consueuimus, quos nimis delicate aut satis remisse nutrimus, vel quibus frequenter peccantibus indulgemus. Cum enim peiores de ipsa remissione redduntur: solemus his exprobrantes dicere. Ego te talem feci, ego tibi parcendo proteruiam tuam negligentiamque nutriui. Et hæc non dicimus, quod ex voluntate nostra in tantam sint superbiam deuoluti, sed quia magis de bonitate vel indulgentia nostra fuerint indurati. Ita & Deus de* Phara-

Pharaonem fuisse dinoscitur, dum ab illo pro ineffabili bonitate plagas suspendit, ille obdurato corde, contra Deum superbus erigitur. Hæc cum tanti viri tradant, ideoque experientia doceat, benignitate Dei multos abuti, insignem petulantiam ipse suam Beza prodidit cum libello de prædestinatione p. 425. cum ait. Pighyum impurissimum nostra memoria Sophistam esse, qui eam sententiam docuerit.

Occasio à Deo datur obdurationis.

§. 9. Ex occasionibus autem mouere Deus cor dicitur, eo modo quo Augustinus exposuit l. 2. qq. in Exod. q. 18. Assidue Deus dicit, indurabo cor Pharaonis: & velut causam infert cur hoc faciat, & implebo signa mea, & portenta mea in Ægypto: tanquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, vt signa Dei multiplicarentur vel implerentur in Ægypto. Vtitur ergo Deus bene cordibus malis ad id, quod vult ostendere bonis, vel quid facturus est bonis. Et quamuis vniuscuiusque cordis in malicia qualitas, id est, quale cor habeat ad malum, suo fiat vitio, quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: & tamen qualitate mala vt huc vel illuc moueatur, cum siue huc, siue illuc male moueatur causis fit quibus animus pellitur: quæ causæ vt existant, vel non existant, non est in hominis potestate, sed veniunt ex occulta prouidentia, iustissima sane & sapientissima, vniuersum quod creauit disponentis & administrantis Dei: vt ergò tale cor haberet Pharao quod patientia Dei non moueretur ad pietatem, sed potius ad impietatem, vitij proprij fuit: Quod vero facta sunt ea quibus cor suo vitio tam malignum resisteret iussionibus Dei, (hoc est enim quod dicitur induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat) dispensationis fuit diuinæ, qua tali cordi non solum iusta, sed euidenter iusta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigerentur. Proposito quippe lucro, verbi gratia propter quod homicidium committatur, aliter auarus aliter pecuniæ contemptor mouentur: ille scilicet ad facinus perpetrandum, ille ad cauendum: ipsius tamen lucri propositio in alicuius illorum non fuit potestate. Ita causæ veniunt hominibus malis, quæ non sunt quidem in eorum potestate, sed libe de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos proprijs vitijs ea præterita voluntate. Videndum sane est, vtrum etiam sic accipi possit, ego indurabo: tanquam diceret, quam durum sit demonstrabo. Et at. interea refert etiam mirac. ... incantatorum, licet illis deficientibus perduraret. Huc omnia flagella quibus impij exasperantur, prophetiæ, aliaque referenda sunt. Atque hæ rationes indurationis aliquando omnes concurrunt. Tantum illa vnica in Manichæis Borboritis & Caluinianis rigidis damnata est. Cum Deus dicitur impertiri, infundere duritiam, aut erogare aliquid quo fiant duri. Quod adeo verum est, vt ipsi etiam rigidi Caluiniani interdum id verecundia negent, vt ex Beza iam citato patet. Et Pareus in hunc locum, cum omnes quos ipse probat indurationis modos exponit, Manichæum illum & Borborticum omisit. De quo plura in libro secundo, & tertio, de amissione peccati & status gratiæ, & coronide Iubilæum egi.

❧S(❧S❧

VERSUS 19.

Dices mihi: Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit?

QVÆSTIO I.

Quodnam argumentum humanæ rationis contra Deum?

§. 1. AVgustinus sermone supra citato, non à plebe duntaxat, sed etiam à clericis interdum solere proponi rationem illam fatetur. Et sane grauis est; Si enim Deus indurat, quos vult, idq; multo potentior induratis, quomodo *in ipsos ..., queritur, reprehendit pœnas minatur*: Nam voluntati eius omnipotentissimæ quomodo fragile lutum resistere posset? An lutum reprehenditur si in solis ardore, & fornace latericia durescit? Quod Dei fit immutabili decreto, quod ineuitabile est, non est culpæ deputandum. Itaq; non iam hic agere se disputator dicit de iure Dei eligentis, vel reijcientis, sed iniquitatem irascentis illi, quem fecit, vt si magistratus vinctũ excæcet, & indignetur quod non videat. In Scholijs Græcis dilemmate ad hoc argumentum responderetur. Si Dei voluntati nemo resistit, vt quid tu contra Deum disertus disputas? & facta eius voluntatemq; impugnas? Nam illa disputatio ... consentanea, ... contra Deum insurgentis. Si autem nemo resistit, ne nunc quidem queri de Deo oportet. Cessat igitur quæstio. Melanchthon *atque*, inquit *ad hanc quæstionem respondetur. est autem mysteriũ inexplicabile; Nempe quod Deus & velit peccata, & tamẽ ea odio habeat.*

Deo nemo potest resistere.

Non est illud mysteriũ, sed inexplicabilis blasphemia, Deum velle peccata: cum Scriptura disertissime dicat: *Non Deus volens iniquitatem tu es*. Caluinus inuidiose quæstionem format. *Quid habet causæ Deus qui tales nos formauerit? quid aliud nos perdiano, quam opus suum in nobis vlciscitur?* Sic optime illi ex argumentis Caluinianis infremunt. Nam si Deus destinata voluntate prædefinit, vera actione, imperio, efficaciaq; efficit indurationem, nõ nisi opus suum vlcisceretur, cuius blasphemiæ vel ipsum dæmonem pudet. Existimat ille Apostolum ista nequaquam negare, sed confirmare. *Nõ negat*, inquit, *Apostolus, imo sua responsione confirmat, Deum qua visum est de hominibus statuere frustra tamen ac furiose insurgere homines ad litigandum quia figulus Deus quamcunque voluerit sortem iure suo assignat.* Sors ergò hæc ex Caluino damnandorum, cogeris delinquere, quia iam ante delictum præuisum tibi assignaui sortem damnatorum, eo ibis, ideo gratiam subtraho, induro, Diabolo imperaui, vt te vincat efficacia tentationum. Tyrannũ ex Deo facit: Nõn enim Deus formauit malos, neq; formauit vt essent mali, nec suum in illis opus, sed illorum adinuentiones pessimas, & Satanæ opera vlciscitur, nec imperat, quod vetat, nec sortem illam damnationis pereuntibus ea mero arbitrio, sed iusto iudicio statuit, merentibus id peccatis.

Deus non vult peccata.

§. 2. Hoc igitur statuendum est; Nunquam Deum præfinire scelera hominum, nunquam velle, nunquam facere, nec ad ea impellere. Ita omnes docent Orthodoxi. Concilium Arausicanum cau. 23. *Suam voluntatem homines faciunt, non Dei quando id agunt, quod Deo displicet.*

Et Valentinum cap. 3. Fatemur prædestinatione ea tantum Deum statuisse, quæ ipse vel gratuita sua misericordia, vel iusto iudicio facturus erat: a malis vero ipsorum malitiam præsciuisse, quæ

ipsi

ipsis est, non prædestinasse, quia ex illo non est. Et infra, aliquos ad malum prædestinatos esse diuina potestate, non solum non credimus, sed etiam, si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione, sicut Arausica Synodus, illis anathema dicimus. Vide Suarez de concursu Dei p. 139. & 140. Bellar. l. 2. de amiss. gratiæ & statu peccati.

VERSVS 20. & 21.

O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus, luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.

QVAESTIO I.

Quid ad quæstionem sit respondendum?

§. 1. APostolus primo temerariam rationis humanæ obiectionem graui increpatione retundit, quod Deo, quem adorare debeat, responset.

Μενοῦνγε dicit Græcus textus, *quasi vero, imo vero*, solet interdum interiectionis vice poni, quasi minantis aut indignantis. Vetus vertit. *O homo.* Syrus, אר בר נשא, ô fili hominis, sed huic præponit alia verba. אנת חביל מן אנת. *Tu igitur quis tu?* Erasmus vertit: *Atqui.* O homo, inquit, mortalis, ignorans, figmentum Dei, quomodo infinitam sapientiam arguere audebis? Reprimit curiosam audaciam, ac temeritatem, antithesi Dei & hominis, figuli & luti, accommodatissime ad primam hominis creationem.

Qui respondeas, *ἀνταποκρινόμενος, ex aduerso respondeas*, seu *contra stans respondeas*. Syrus: Responsum, *rationem, dans Deo* ta. Nam מפנינא, etiam sententiam, aliaque significat. Odiosum erat autem nomen responsatoris serui, qui obloquendo dominorum imperia, & iura violabant, qua re aliud non consequebantur, quam vt sæuitiam eorum experirentur, quos ad puniendum prouocauerant. Tantum porro aberat vt seueris & magnatibus obloqui auderent, vt etiam colloquentium omne murmur flagello compesceretur, non tussis, non screatus, non alia fortuita essent impunita.

Qui se finxit, τῷ πλάσαντι particulam *se* non est in Græco. Vetus tamen Græcæ lucutionis exprimendæ necessario addidit, sicut & Syrus גבלה, *gableh, qui ipsum finxit.*

§. 2. Hæretici nonnulli apud Augustinum l. 83. q. 68. fingebant non posse quæstionem à Paulo solui, ideo sic eum auertere interrogantium importunitatem. *Cum videatur Apostolus corripuisse curiosos, dicendo: ô homo tu quis es qui respondeas Deo? de hoc ipso illi quæstionem mouent & in ea sententia non desinunt esse curiosi, qua obiurgata est ipsa curiositas: & impij quidem cum contumelia, vt dicant Apostolum in soluenda quæstione defecisse & obiurgasse quærentes, quia non poterat quod quærebatur exponere. Nonnulli autem Hæretici qui non decipiunt nisi cum scientiam quam non exhibent pollicentur, & aduersantes legi & prophetis, quæcunque de illis Apostolus sermoni suo inseraat, falsa & à corruptoribus immissa esse criminantur, etiam hæc inter ipsa quæ interpolata dicunt, numerare maluerunt, & negare Paulum dixisse, ô homo, tu qui es qui respondeas Deo? Quoniam si ipsis dicatur ad decipiendos homines calumniantibus procul dubio tacebunt, nec audebunt vllam de voluntate omnipotentis Dei imperitis quos decipere cupiunt sententiam polliceri. Quidam autem bona & pia mente Scripturas legentes, quærunt quid hic possit vel maledicentibus vel calumniantibus responderi.* Monet vero Augustinus non prohiberi sanctos à quærendo. Itaq; illa non sanctificato spiritui, sed carnali luto dici. oportere prius à Deo in amicitiam recipi, quam velle nosse eius consilium.

§ 3. Respondendum igitur est pie quærentibus, vt illi respondere possint impie flagitantib⁹, vel etiam calumniantibus Deum tanquam iniuste peccatoribus irascentem. Respondendum etiam est prauis dæmonum suggestionibus, qui talibus cogitationibus piorum sæpe animos torquet, dum causam peccati in Deum transcribere conatur, & licet mentem piam non trahat vsq; ad consensum blasphemiæ, scrupulum tamen inijcit anxiæ, vt de bonitate creatoris quasi dubitare sibi videatur, & de ipsa dubitatione cum gemitu dubitet, in tanta re sibi ipsi suspecta. Et Caluini quidem ac grega- Caluini blasphemia.
lium eius impia doctrina fugienda est, quam etsi verbis à Libertinis diuersam ostendere conentur, nihil tamen ab illa distat, vt in coronide omnium Iubilorum demonstraui. Nam peccatorum auctorem Deum faciunt. Caluinus de æterna prædest. p. 944. *Hinc certe iam colligere promptū est*, inquit, *quā inane & fluxum sit, illud diuinæ iustitiæ patrocinium, quo mala fiant, non eius voluntate, sed permissu duntaxat fieri, equidem quatenus mala sunt, quæ male animo perpetrant homines, vt statim planius exponam, Deo minime placere fateor, sed quod otiosum ea permittere fingunt, quæ scriptura non tantum eo volente, sed autore fieri pronuntiat, nimis friuolum est effugium.*

Et. *Summa autem huc redit. Quamuis homines, vt indomita bestia, nullisque vinculis coercita lasciuiant: arcano tamen fræno gubernari, vt ne digitum quidem mouere queant, nisi ad exsequendum Dei magis quam suum opus.*

Et: *Disertis inquit verbis hoc extare negant, decretum fuisse à Deo, vt sua defectione periret Adam, quasi vero idem ille Deus, quem Scriptura prædicat facere quæcunque vult ambiguo fine condiderit nobilissimam ex suis creaturis.* Et paulo post. *Decretum, quidem, inquit, horribile fateor: inficiari tamen nemo potest, quin præsciuerit Deus, quem exitum habiturus homo, antequam ipsum conderet, & ideo præsciuerit, quia decreto suo sic ordinauerat.*

Nec excusant recte Deum qui tanta mala cum bona intentione & fine facere comminiscuntur. Non desinunt esse mala, etsi in bonum finem referantur, quia inseparabilis est in illis malitia. Explicuit illud præclare noster Richeomus l. 3. c. 15. de Idolol. Hugonotica. *Ergo si certa intentio neque prauam volantatem, neque malam actionem eximit à culpa, negare non possunt, quin Deum semper authorem peccati constituant: tametsi dicant eum non nisi æquissima intentione, velle, ac iubere peccatum. Hic mihi quæso respondeant: Quomodo potest Deus optimus velle, ordinare, ac præcipere recta intentione & bonum ad finem Idololatriam, Hæresin, odium Dei, Atheismum & alia scelera, quæ diuinis suis legibus decretisque plane aduersantur? Quæ criminum genera, ex se adeo sunt abominanda, vt malitia illis naturaliter ingenita, nulla possit rectæ intentionis circumstantia, aut alia externa qualitate mutari? fieri ne potest, vt Deus velit, decernat, & præcipiat cuiquam, suam vt dignitatem violet? nomini ignominiæ labem aspergat? blasphemiis vocibus proscindat? Maiestatem infamet? suis altaribus altaria Baalis opponat? quæcunq; deniq; ipse prohibet ac detestatur contra ipsum scelerati concipiant, & exsequantur: vt inde*

demonstranda, exercendaque rationem, & causam elitiat? Num potest ipso nisi iniustitiam admutat, equum se, atque iustum ostendere? Quid? bonitatem vt suam perdat, seque ipsum destruat, dum ea studiose curat, & præcipit quæ ipse non vult, & vnde nihil præter dedecus & probrum consequatur? sibine Deus eadem volens, & nolens, probans, & improbans aduersabitur? suumque dabit proterendum honorem, vt eum deinde recipiat? At regnum euertendum, vt restauret? Idne facturus est, quod nullus vnquam mortalium principum inconsultissimus faceret, vel cogitaret? Quod si vult, decernit, imperat peccata, quo pacto iustus haberi potest, æternis vindicando suppliciis eos, qui suapte voluntate, ordinatione, ac iussu in omnem culpam prolabuntur? Bipedum nequissime, vstulata, & in æternum vstulanda fornacis infernalis tabula, nunquid ipsis dæmonibus peiores euasistis, cum è pectoribus Idololatria veneno infectis adeo execrandarum Hæreseon, & blasphemiarum fumum, ac fœtorem exhalatis?

§. 4. Pareus esti Caluinum interdum defendere, interdum damnare soleat, hoc loco tamen eius sententia silentio præterita Catholicam expositionem probare videtur, licet non rectè sese explicet in solutione quæstionis. Argumentum format in hunc modum: qui Dei voluntate indurantur, iis Deus immerito succenset. Pharao & reprobi Dei voluntate indurentur, ergo. Maiorem veram esse ait, de voluntate signi seu mandati: Minorem de voluntate beneplaciti, seu decreti, de hac maiorem falsam esse.

Errat, & suum ipse errorem euertit. Non enim irasci potest Deus illi, qui facit, quod ipse decreuit voluntate beneplaciti. Beneplacitum enim & ira in idem factum conuenire non possunt. Si dicat, Deum beneplacito velle vt pœnam, peccatorem facere vt peccatū: Hoc iam olim euersum est; nam vt facit, & vult peccator, ita decreuit. Nam quando ille decreuit, vt peccet Pharao, seu voluit absolute, non voluit Pharaonem bona intentione facere opus malum: sed vt malum est ab eo effici voluit, vt pœna dignus redderetur. Deinde errorem euertit. Non posse Deum illi succensere fatetur, si quem voluntate mandati indurauit, hoc est iussit esse durum. Ille enim durescédo Deo obtemperat, idenque non peccat. Nam peccatum à Deo imperatum desinet esse peccatum. Quid ergo Caluinus respondebit, qui Deum dicit mandare Satanæ, vt reprobos in peccata impellat: certe diabolus malum quod agit, voluntate signi facit. At reuera Deus mandare non potest, quod ex se malum est, odium Dei, perfidiam, aliaque ita bonitati & iustitiæ diuinæ repugnant, vt imperare à summa iustitia non possint. Cur autem iubere scelera Deus non potest? Nimirum quia velle non potest. Si enim velle potest, si voluntate beneplaciti decernere potest, etiam mandare potest. Imperium est enim voluntatis effectus, Deo autem nemo obsistere potest, quo minus imperet, quod voluit.

Deus non irascitur ei quod vult fieri.

§. 5. In eo etiam errat, quod dicat Deum necessitatem indurationis hominibus imponere, quam vitare non possunt, ideo tamen homines innocentes non esse, quia voluntariè non inuiti parent necessitati.

Falsum etiam est, eam necessitatem reprobis imponi, & non excusari, quia velint. Nam hoc ipsum necessitas adfert, vt velint. Si quis præcipitetur ab alio, & velit ipse præcipitari, voluntate & consensu peccat, non autem ruendo: nam lapsus alienæ violentiæ opus est, quod solo consensu suū ille facit. At si alter etiam immutabili necessitate voluntatem constringit, vt cogatur velle suum præcipitium, non possit vel aliud velle, vel cohibere volendi actum, non minus excusatur necessitas voluntatis in malum inclinantis, quam casus ruentis. Toto impetu in pastum, in libidines proruunt bestiæ, nec possunt obsistere naturalibus affectibus, ita quoque reprobos ille fingit, non posse non sponte velle, quod volunt, & quod in pecudibus facit naturæ proritatio, suo impetu ruentis, hoc in voluntate facit voluntas beneplaciti diuini, efficaciter voluntatem, non solum permittendo, mouentis, non vt inuitata trahatur in facinus, sed vt sponte feratur. Non ergo se Deus Caluinianus habet instar aurigæ, qui loris & calcaribus vrget equos, vt agiles currum rapiant, sed velut proriga, qui admissarium caballum per equarum illecebras lasciuire cogit, qui si iumento irascatur, insanissimus merito censeri debet. Hac de causa omnes consensu, & Catholici, & Lutherani, imo & Caluiniani, Deum illum Caluini idolum nefarium, siue ipsum cacodæmonem appellant.

Deus Caluinianorum.

§. 6. Hæc Pareus ad incrustandum Caluini blasphemiam. Qui tamen in proxima expositione veram sequitur sententiam. Hunc enim in modum scribit. *At Spiritus Sanctus nunquam deficit, imo indignas iudicat argutias iam crassas, quas argute retundat: satis habet Apostolica auctoritate, compescere audaciam humanam, ita tamen vt grauissimas simul exponat rationes.* Agnoscit ergo rationes dari, quibus Deus ab omni iniquitatis criminatione vindicetur.

Deinde dub. 17. Multo simplicius massam hanc de natura corrupta accipere. Quia humanum genus est ex corrupta natura propagatum, & hæc massa damnata est obiectum electionis, & reprobationis, misericordiæ & iræ. Quia sic iustitia Dei & misericordia fit luculentior. Ad Simplicianum l. 1. q. 2. pene tota, vbi varias difficultates dissoluit.

Omnes ergo Pareus cum dicit vasa iræ non nisi ob culpam reiecta sentit cum Catholicis. *Considerat ergo, inquit, Deus reprobos in destinatione ad iram hoc est, ad pœnam, non simpliciter vt vasa, sed vt vasa iræ, hoc est merentia iram & pœnas æternas suo peccatis, ordinans igitur eos ad pœnas propter peccata, non magis iniustus est, quam cum eis pœnas infligit propter peccata. Infligere autem impiis pœnas propter peccata est iustissimum. Ergo etiam ordinare impios ad pœnas propter peccata est iustissimum. Propter quod enim pœnas infligit, propter idem eos ad pœnas olim ordinauit.* Hæc ille contra suorum horribiles blasphemias.

Pare. Catholicis fauorat.

§. 7. Ad quæstionem igitur respondendum est, non oportere hominem obloqui Deo, aut respon-sare, dum pro arbitrio eligit hos, non eligit illos, his dat gratiam, illos deserit: nam Dominus est, qui his indebitam misericordiam præstat, ab his debitum exposcit, aut non donat, quod non debet. Non tamen vllum pœnæ destinat, aut punit, nisi ob præuisa eius, vel præcedentia peccata, pœnam merentia. Hæc constans & S. Augustini, & Orthodoxorum sententia. Non enim Deus ad damnationem sine præuisis peccatis creauit, licet præuiderit peccaturos. Prosper vere explicat, sententiâ 13. *Item qui dicit, quod quidam homines non ad hoc à Deo creati sunt, vt vitam adipiscerentur æternam, sed vt habitum tantummodo sæculi præsentis ornarent, & ad vtilitatem nascerentur aliorum: melius loqueretur dicens, quod Deus qui creator est omnium, non frustra etiam eos condat, quos præuidit vita æterna non participes futuros: quia etiam in malis hominibus bonum Dei opus est ipsa natura & laudabilis est in impiorum damnatione iustitia. Non potest autem merito reprehendi qui dicit, quod etiam*

tudinem conditione mundum ornetur: & quod qui, qui sibi sua iniquitate nocituri sunt, ad vtilitatem nascantur aliorum: neque enim quamlibet innumerabilis multitudo impiorum indecora est mundo, aut inutilis Dei regno: cum, etiam per ipsorum veniat propagationem regeneranda generatio, & in eis tolerandis ac diligendis populus Dei fiat illustrior, discens bonitatem & patientiam ab illo, qui pluit super iustos & iniustos: & solem suum oriri facit super bonos & malos.

Eodem modo negat vllos ad peccatum à Deo compelli, responso ad obiectionem. 11. *Nullus Catholicorum dixit aut dicit, quod Deus homines pie recteque viuentes, per potentiam in peccata compellat, & innocentia humana, potestas diuina vim faciat, vt eam à proposito bonæ conuersationis excutiat. Non sunt Dei opera ista, sed Diaboli: cuius gaudium est ruina Sanctorum: sed alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos: quibus dat pœnitentiam vt resipiscant à Diaboli laqueis à quo capti tenebantur ad ipsius voluntatem. Cum vero aliquos à Deo aut traditos desiderijs suis, aut obduratos legimus aut relictos, magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur: quia talia eorum crimina præcesserunt vt ipsi sibi pœnas debuerint, quæ eis etiam supplicium verterent in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deserit meritos deseri: & misericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari.*

Et Augustinus Epistola 105. *Propter illud quod inconcussum tenetur, non esse apud Deum iniquitatem, neminem obdurare, nisi merito nouerimus, quamuis nullum iustificet nisi sine meritis præcedentibus.*

Et Epistola 106. *Quamuis peccata non fecerit, naturas ipsas, quæ per se ipsas sine dubio bonæ sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum & in multis talia quibus esset æterna pœna reddenda, quis nisi Deus creauit? Quare? nisi quia voluit, quare autem voluerit, ô homo quis es tu vt respondeas Deo, &c. eos ergo quos futuros vidit impios voluit tamen gloriam suam creare.* Vide & Bell. de amissione gratiæ, & statu peccati, l. 2. c. 12.

Quin etiam Pareus fatetur, non posse figulum ollæ succensere, si talis maneat, qualis à figulo facta est, at si ex se vel aliunde fœtere incipiat meritum eam odisse. Sic Deum hominibus à se bene factis, per peccata deprauatis succensere.

VERSVS 22. & 23.

Quod si Deus volens ostendere iram & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

QVÆSTIO I.

Vnde vasa apta sunt in interitum?

§. 1. DVo illi versus perfectum sensum non faciunt, nihil enim coniunctioni conditionali respondet, sed reticentiæ figura est. Varia supplementa eodem tendentia referuntur. Apertissima sententia est. *Quod si Deus sustinuit vasa, &c.* non ideo est iniustus, aut, si ista facit, quis es tu qui respondeas Deo? sicut Erasmus vertit: *Siquidem,* Origenes & Augustinus orationem concisam amor.

Sustinuit, *ἤνεγκεν tulit*, Græca dictio, & sustinere, & adferre significat: Syrus אַיְתִי, adduxit. Sic & Augustinus alibi.

§. 2. Vasa dicit *κατηρτισμένα* apta in interitum, Augustinus *perfecta*. Pseudo-Ambrosius, *præparata, absoluta, coagmentata*. Syrus vocat גְמִירִין, *genutura ge-* moar, quod est *perficere, dolare*, vnd & gamar holocaustum quod perfectum sit sacrificium. *Vasa apta ad interitum.*

Dicendum est vasa ista aptata esse in interitum non à Deo, sed à seipsis. Deus enim illa creauit, conseruauit, non ad hoc vt perirent, sed postquam ipsa se vasa aptarunt ad interitum, in ea voluit ostendere iram, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Non autem à Deo præparata esse, vel hoc est documento, quod ea in longanimitate sustinuit. Ita Scholia Græca. Quia vero Caluinus, Beza, rigidique Caluiniani vasa à Deo destinata, factaque in interitum blasphemant, eos eorum posteri aperte refutarunt. Inter quos Pareus: *quia vult ostendere iram, id est, iustam vindictam in vasis iræ iuste puniendis, propter sua peccata.*

§. 3. Possunt tamen in vasis multa considerari. Primo vt sunt à figulo facta & creata. Deinde vt sunt à figulo facta in certum finem, & vsum. Creata sunt à Deo voluntate antecedente, & communi ad salutem. Deinde voluntate efficaci, non sunt electa ad salutem, nec decus gratiæ illis destinatum est. Sunt etiam aptata ad interitum, sed non nisi post peccata, vt Augustinus l. 1. c. 20. contra duas Epistolas Pelagianorum. *Deus est enim qui operatur in vobis & velle. Nunquid homines Dei qui hæc scripserunt, imo ipse Spiritus Dei, quo authore per eos ista conscripta sunt, oppugnauit liberum hominis arbitrium? absit. sed omnipotentis in omnibus & iudicium iustissimum & auxilium Dei misericordissimum commendauit, sufficit enim scire hominem, quod non est iniquitas apud Deum.* Et de ciuit. Dei c. 2. l. 15. De prædestinat. & gratia c. 16. Atq; hæc causa est cur ad Deum assurgit, alio enim modo reus à Iudice, alio à se, à locis, à Satana aptatos ad interitum. Nam à iudice vt sunt vasa iræ, hoc est, digni ira, seu iram merentia, vt etiam Pareus interpretatur, nec decretum dicit, præcedere sed subsequi peccatorum præuisionem. Propter quod enim pœnas infligit, ab hoc etiam decreuit, aptantur autem dum sese deformant; nam perditio tua ex te Israel. Deus autem fecit vasa iræ secundum meritum, non nudo arbitrio. Quia autem l. 2. c. 12. de amissione gratiæ, & statu peccati plura ea de re dixi, eo lectorem remitto.

VERSVS 24. & 25.

Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam in gentibus. Sic vt in Osea dicit: vocabo non plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

QVÆSTIO I.

Quæ plebs Domini, quæ non plebs?

§. 1. GEneratim de electione & vocatione egerat, nunc ad hypothesin redit, & quod Deo liberum esse dixit, nunc etiam factum esse ex Scriptura docet. Vocatos non solum ex Iu-

dæis, sed etiam ex gentibus, & quidem multos ex Iudæis esse reiectos.

Quos & vocauit, inquit, quod vocatio non satis vasis conueniret, genus mutauit, & rei significatæ rationem habuit. Syrus habet: *Nam non sumus vocati nempe filij Abrahæ non carnali generatione, sed secundum fidem filij Abrahæ, vocati secundum propositum*. Elegit ex gentibus plures, & Israelitis pauciores, secundum arbitrium voluntatis suæ. Electionem gentium probat ex vocatione efficacissima, qua fieri videbant, vt plurimi gentiles crederent, sanctissime viuerent, pro Christo morerentur, miraculis clarerent.

§. 2. Signanter dicit, non Iudæos, & gentes, sed ex Iudæis & gentibus: nam respicit ad id quod supra dixit, non genere, sed electione censeri filios Israelis. Itaque vasa ex vtroque luto Palæstiniano & Barbaro. Vasa quos vocauit, σκεύη ὅυς, vt illud: *scelus qui me perdidit*. Augustinus l. 1. quæst. 2. ad Simplicianum, nec omnes gentes, nec omnes Iudæos, sed quosdam ex vtrisq; collectos. Prophetæ sensum, non verba producit. Hebræa sic habent. וזר עתיה לי בארץ ורחמתי את לא רחמה ואמרתי ללא עמי עמי אתה והוא יומר אלהי *Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius quæ fuit absque misericordia, & dicam, non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet, Deus meus es tu*, vbi 70. & nostri verbum substantiuum addiderunt. Nec mouere quemquam debet, quod 70. verterint, ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην, *diligam non dilectam*, nam

Deus miseratur & amat. רחם, est idem quod, miseratus est, & dilexit, seu potius vehementer amauit, itaque indifferenter significat amare & misereri, & sane miseros non modo iuuare, sed etiam amare maximæ misericordiæ est. Eum amorem omnes electos fouentem Deus per Isaiam expressit c. 46. 3. Audite, &c. qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua, Hebraice רחם, hoc mirū videri solet, hic duo poni ἠγαπημένην, & οὐκ ἠγαπημένην, & ἠλεημένην, & οὐκ ἠλεημένην, cum in Propheta vnicū tantū sit רחמה Ruchama & Lo-ruchama. Erasmus variam lectionem fu sse fatetur, Titelm. in textum irrepsisse putat. Miserendi verbum magis probo, quod eo vsus est ad hunc locum alludens Petrus 1 c. 2. v. 10. οὐκ ἠλεημένοι ἐλεηθέντες. Itaque alterum verbum, *dilectam* potius additum videri possit. Deniq; hic singulatim de misericordia agitur. Franciscus Brugensis hunc in modum disputat de lectione. Antiqui E. Panotthoræ, & antiqui Zegeri codices auferunt *& non dilectam, dilectam*. Idem auferūt antiqui nostri, Brug. Iob. Leod. Mal. ma. mi. O. p. h. Græci libri tollunt illud: *Et non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam*: illud legunt: *Et non dilectam, dilectam*. καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην ἠγαπημένην. His

Varia lectio. enarratores multi consentiunt, Origenes, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, & Author commentariorum apud Ambrosium; S. Augustinus etiam sub finem lib. 1. ad Simplicianum, & lib. contra Faustum vicesimi secundi cap. 89. Antiquis Latinorum codicibus, suffragatur D. Hieronymi lectio, scribentis in primū Oseæ caput, & Haymonis Halberstatensis, atque Anselmi Cantuariensis, commentarij; Scholia adhæc quantum colligere possum, quæ in 8. Pauli Epistolas exstant, in Hieronymi operibus. Syri vnum duntaxat legunt, id quod huiusmodi est, vt, vtrumque complectatur, vtrumque significet; eandem ad modum ipse Propheta: eadem enim cum Propheta Syri vsi sunt voce, quæ, & diligere, & misereri, significat.

(Eo enim Apostolus hac parte respexit) id quod nostra editio, in calce secundi capitis prophetæ Oseæ, vertit, *Et miserebor eius quæ fuit absque misericordia*, vertit etiam potest. *Et diligam eam quæ fuit non dilecta*, siue, ad verbum. *Et diligam non dilectam*. Erat diuinitus impositum nomen filiæ, quam Osee genuerat לא רחמה, quod est, *non dilecta*, vel, *non misericordiam consecuta, siue absque misericordia*: quemadmodum filio impositum fuit nomen, לא עמי. *Non populus meus*, siue, *non plebs mea*. Manet itum igitur euadit, non vtrumque illud apud Apostolum legendum esse, vt vulgus codicem & Glossematicorum Latinorum legit, sed alterum, vt ex altera versione additum, resecandum. Porro, si Græcis illud genuinum, *&, non dilectam, dilectam*: nostræ editionis Germana Scriptura est, *& non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam*. Cui adiectum est illud, *& non dil. dil.* ex Græcis, opinor, libris, & in plerisq; quidem exemplaribus præpositum, atque in complnribus frustra grauatum pronomine meam, (*Et non dilectam meam, dil. meam*,) in quibus vero postpositum legit; verisimile est, Interpres noster, Græcè pro ἠγαπημένην, ἠλεημένην, quo modo iuxta septuaginta duorum interpretationem, in Osee est. Testatur Osee enarratur Hieronymus, in caput scribens primum, quædam illic exemplaria ἠγαπημένην legisse: sed veriora censet, quæ habent ἠλεημένην, quia, ad distinctionem Israelis, cui non miseretur, infert Deus: domui autem Iuda miserebor. Certa proinde videtur editionis septuaginta duorum lectio ἠλεημένην, quia, sequentia omnia, quæ ad priora respiciunt per ἐλεεῖν translata sint: Videtque nque possit, ἠγαπημένην, eo, ex Apostolo admissum esse. Cæterum poterant sequentia omnia per ἀγαπᾶν verti, est q; congrua lectio eorum quæ præcedunt ἠγαπημένην, nam quod diximus qua voce semper Propheta vtitur ad ἐλεεῖν & ἀγαπᾶν, ad misereri & diligere, commune est.

Ireneus l. 4. c. 37. legit ἠλεημένην, *misericordiam consecuta*. Eodem pertinet quod Oseæ. c. 1. v. 10. habetur.

VERSVS 27.

Isaias autem clamat pro Israel si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient.

QVÆSTIO I.

Quæ reliquiæ apud Isa am?

§. 1. Gentes conuertendas ex Oseâ probarat, quod videlicet in loco vbi dictū est: *Non populus meus, dicendum esset: filij Dei viuentis*. Hoc Paulus de gentibus interpretatur; sed obsistere Iudæi poterant, & oraculum ad se se trahere, idenim sententia integra requirere videtur. *Et erit numerus*, inquit, *filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum enim consummans, & breuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram*.

Pauli sane temporibus Italia, Asia, Ægyptus, Babylonia plena Iudæis erant, & inter eos multi vni pij, certe Deum cognoscebant. Sed tamen Paulus negat multitudinem illam de Israelitis secundum carnem accipi: idque probat ex Isaia, capite 10. 23. Ille, inquit, audet, & clamat, securus irarum

ium & offensiunum, docetque non omnes filios Israel etiam si sint vt Arena maris fieri saluos, sed tantum reliquias, ergo multitudo illa quæ est vt Arena maris quæque saluatur, non est solis Iudæis, sed ex Iudæorum reliquijs, & gentium electis composita. Hebræus שאר ישוב בו. *Residuum conuertetur in eo.* Hic igitur vt monet Augustinus ostendit parem suam, & Isaiæ causam; nam quod ille fore prædixit, hoc Paulus repræsentari protestatur. Possent quidem illa omnia ad historiam Babylonicæ captiuitatis referri, & aliarum cladium, nam ex infinita multitudine paucissimi redierunt. Verum de Messia, & conuersione spiritali agi docet v. 20. & 21. & ita tum Iudæis intellexisse satis constat. Eusebius l. 2. de demonstratione Euangelica cap. 40. Hebræos dicit comparari stellis, propter electos, arenæ propter reprobos. 70. καταλειφθῆν, κατάλειμμα, ὑπόλειμμα habent, quo exigua portio ex infinita multitudine designatur.

QVÆSTIO II.

Quæ sint hoc loco corruptelæ hæreticorum?

§. 1. DVæ præcipuæ. Nam quod Paulus v. 24. dicit: *Quos & vocauit non non solum, &c.* Pareus aliique concludunt, cuique suam electionem esse certam ex vocatione. *Vocatus sum, electus igitur.* Altera ex eo sumitur, quod Scripturas citet. Ex quo concludunt falsum esse de auctoritate Scripturarum non constare, nisi ex auctoritate Ecclesiæ. Nam auctoritatem Scripturarum ex Scripturis asseri. Ad priorem paralogismum respondeo. Non constare cuiquam de vocatione secundum propositum, nisi ex reuelatione. Deinde si ita concludere fas est; Vocauit nos ex Iudæis, & gentibus, certi igitur sumus nos vocatos & electos, ergo de se quisque certus, etiam de alijs certi esse alij possent, de illis enim certi sunt, quos vocauit, de illis ergo certus erit quisque, non de se duntaxat. Ad alterum respondeo. Scripturæ auctoritatem in se semper esse certissimam, nobis non reddi certam nisi proposito Ecclesiæ testimonio. quis enim Euangelio fidem adhibuit, antequam disceret, eo dicente illum esse sanctum, veracem, opus Spiritus S. Imo vero quis sensum Scripturæ quam Paulus allegat, eum esse certo cognoscere posset, nisi ita Paulus doceret? nam de temporali captiuitate Iudæi sunt interpretati, nec conuinci ex Scriptura ipsa potuerunt, ad electionem æternam pertinere, licet valde consentaneum videretur, & quamuis id concederent, ad Chaldaica tamen & Persica tempora referre poterant, non ad Messiam. Nisi enim illa interpretatio tum recepta fuisset, non satis firmo argumento si Iudæos spectemus, & quoad euidentiam sensus fuisset visus. Non enim aliquid in Scriptura est, quod necessario conuincat ad Christi tempora esse referenda quæ dicuntur.

Vocati non omnes salui.

VERSVS 28.

Verbum enim consummans & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.

QVÆSTIO I.

Quod verbum breuiatum?

§. 1. SI verba spectes, alia sunt apud Isaiam c. 10. 22. Si sensum, idem est. *Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Consummationem enim & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.* 70. vertunt λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ὁ Κύριος ποιήσει ἐπὶ τῆς γῆς.

Hebraicè כליון חרוץ. hoc est, consummationem abbreuiam, concidens, præcidens, hoc enim indicat חרוץ charatz, 70. vertunt συντέμνων, priorem dictionem συντελῶν, ex qua constat aliter legisse quam hodie scriptum in Hebræo habeatur, aut sensum reddere voluerunt, ideo addiderunt λόγον verbum, quod Hebraice, rem aliquam significat. Deinde שוטף צדקה. *Inundabit iustitiam,* proprie, *inundans iustitiam.* Causam reddit, qui consummationem & abbreuiationem faciet in terra, alij *consummationem & quidem præcisam faciet Dominus exercituum in terra.* Quæ duo verba 70. & Apostoli vno verbo Græco expresserunt συντετμημένον, *concisum præcisum.* Sensus igitur est, fore vt præcise, & compendio agat Dominus. Nec audiendus Beza qui locum à Græcis negligenter versum fingit, & eorum negligentia vsum Paulum, retinuisse versionem, quia nota erat. Nam sensum satis expresserunt; vt illis dedit Spiritus Sanctus, & Paulus instinctu eiusdem spiritus ea verba retinuit, & auctoritatem 70. interpretum firmauit, dum testimonio vtitur non ex fonte Hebræo, verum 70. interpretibus.

70. interpretes recte verterunt.

§. 2. Hæc sententia duplici ratione intelligi potest; Primo, vt propheta misericordiam Dei prædicet, qui non omnes perdiderit, sed consumptionem, seu consummationem abbreuiant, præciderit, ne ad omnes vsq; se extenderet, sed reliquiæ seruarentur, sicut Christus dicat, dies tribulationum breuiatas propter electos. Atque eo pertinet alterum testimonium; nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Nam in Sodomis fecit Dominus consumptionem non abbreuiationem, omnes n. perdidit, etiam infantes, Lot enim Sodomorum inquilinus non ciuis erat. Altera expositio probari magnam à Domino imminere vastitatem, atq; adeo plurimorum exitia; nam Dominum facturum consummationem celerem, & præcisam secundum ἀποτομίαν & seueritatem, vt plerique peccatores pereant. Itaq; sensum putant multi, Dominum perditurum improbos & celeriter perditurum, inopinatoq; venturum, quod sæpe Scriptura admonet. Pari ratione illa verba, inundans iustitiam seu ἐν δικαιοσύνῃ. Duplicem sensum admittunt. Nempe si de misericordia loquamur parcente reliquijs; fore, vt eas insigni gratia iustificet, & magnis donis torrentis instar obruat. Si de seueritate in reprobos, iustitiam Dei vindicem quasi diluuium vniuersos deleturum vt hinc inde tantum reliquiæ maneant.

§. 3. Vterque sensus bonus est, & suos habet auctores. Mihi eatenus videntur iungendi, vt iustitia quidem insinuetur, sed tamen verbum συντέμνων, & חרוץ significet, præcisionem mali ne ad omnes pertingat. Ita Chaldæus est interpretatus. *Quia si fuerit populus tuus domus Israel, multus sicut arena maris, illæ reliquiæ quæ non peccauerant, & quæ conuersæ sunt à peccato, sicut magnalia, quæ præualebunt, & ducentur in iustitia. Quia consummationem, &c.* Deinde Paulus vocat verbum συντετμημένον, quod est verbum præcisum præfectum. Sic & Syrus פסק quod est amputauit. Hunc sensum esse contextus docet ipse, non modo verba. Continuo enim subdit oraculum eiusdem Prophetæ, quo demonstrat abbreuiationem, & concisionem de misericordia pœnarum cursum, quasi inciso iustitiæ alueo, celeriter abrumpendo. *Et sicut prædixit Isaias, nisi Dominus, &c.*

Pœna præcisa.

Hoc est Dominus consumptionem fecit, & consumptionis præcisionem fecit eo modo, quo prius dixit Isaias, nempe ne essemus sicut Sodoma, & Gomorrha, sed reliquit semen, quod vrbibus illis negauit. Hic ergo inundationem interposito aggere aut muro abscidit, & reliquias seruauit. Isaias in scelere Sodomæis & Gomorrhæis Israelitas æquauit, cap. 1. 4. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? omne caput languidum & omne cor mærens. A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ.*

Alibi eadem est comparatio. Apud Ezechielem vero Iudæa deterior ee. fectur. c. 16. 45. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerunt viros suos, & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus. Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. Sed nec in vijs earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: pene sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis. Viuo ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ.

Ecce præcisionem misericordissime factam in Iudæa cum flammeus imber totam Sodomam, & filias eas inundarit. Grauior hic culpa, pœna clementior. Sic etiam Hieronymus interpretatus est cum saluandi promissionem agnoscit: in Isa. c. 10. *Et quia dixerat reliquias esse saluandas, transit ad posteriora tempora: & plenam saluationem futuram dicit esse sub Christo: Quod & Apostolus Paulus intelligens scribit ad Romanos: Esaias autem clamat pro Israel: si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verba enim consummans, & breuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram:*

Et sicut dixit Esaias: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & Gomorrhæ similes fuissemus. Vbi ergo tanti viri præcedit auctoritas: ex stet alia omnis interpretatio. Et reuera si legamus Iosephum, & quanta hominum in Hierusalem & in Iudæa fuerit multitudo quando passus est Dominus: intelligemus, vix paucos in Apostolis & in Apostolicis viris ex Iudæis fuisse saluatos.

§. 4. Aliæ etiam sunt expositiones, verum morales potius, quam literales: Talis apud Hieronymũ est in Esaiam, cum sermonem abbreuiatum vocat Euangelium. Abbreuiatus autem atque perfectus sermo euangelicus est, qui pro cunctis laciniosę legis cæremonijs, dedit præceptum breuissimũ dilectionis, & fidei: vt, quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & Dominus in Euangelio: *Sermo breuiatus Euangelium.* in his, inquit, duobus mandatis pendet omnis Lex & Prophetę. Nonnulli hoc capitulum ad illa tempora referunt, quãdo sub Zorobabel filio Salathiel, & Iesu filio Iosedech, & Ezdra, & Neemia quædã pars populi reuersa est in Iudæam. Quibus respondebimus: non eos seruare ordinem historiæ, maxime cum ea quæ sequuntur, non aduersum Babylonios, quorũ Rex Nabuchodonosor fuit, sed aduersum Sennacherib regem dicantur Assyriorum.

Eadem expositio est Eusebij l. 2. c. 4. de præparatione Euangelica. Aug. l. 1. c. 2. ad Simpl. Theod. Origenes initium dedisse videtur, & sane vsitata in Ecclesia fuit Tertullian. l. 4. contra Marcionem c. 1. *Et rursus: Audite me, audite me populus meus, & reges auribus intendite in me, quoniã lex prodibit à me, & iudiciũ meum in lucem nationum, quo iudicauerat atq; decreuerat nationes quoq; illuminandas per Euangelij legem atq; sermonẽ. Hæc erit lex apud Dauid immaculabilis, quia perfecta, cõuertens animas, vtiq; ab Idolis ad Deum. Hic erit & sermo de quo idẽ Esaias: quoniam, inquit decisum sermonẽ faciet Dominus in terra. Compendiatum est enim nouum testamentum, & à legis laciniosis oneribus expeditum.*

Et cap. 16. *Satis ergo iam tunc me docuit ea facere alijs, quæ mihi velim fieri, proinde denuncians, non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit ne faciam alijs quæ fieri mihi nolim: & ideo ipsius erit præceptum in Euangelio, qui illud retro & prastruxit & distinxit, & ad arbitrium disciplinæ suæ disposuit: & merito iam compendio substrinxit, quoniam & alias recisum sermonem facturus in terris Dominus, id est Christus prædicabatur.*

Arrogaoter hanc Beza ineptissimã vocat Nam tenera accommodata est sensui mystico, & Toletus ita exponit, vt etiam literæ quadret; nam ideo Iudæorum paucas reliquias saluandas docet, quod Deus legem consummauerit, & ad breuitatem Euangelij redegerit, idque in iustitia, Iudæos incredulos repellet. Hinc & Augustinus Euangelium appellat verbum illud. tract. 16. in Ioannem, non tamen illi nostram expositionem neglexerunt, sed pro suo instituto quisque etiam aliam est secutus. Nam Hieronymus vtramq; vsurpat. Photius consummatũ verbum, quod non sit alia lex Euangeliũ secutura. Quod in Isaiam etiam sequitur Procopius. & Ambrosius præfat. ad Galatas, *consummans verbum, finiens legem.* Basilius in Isaiam, *qui simplex Euangelium.* Quos illos etiam secutus est Melanchthon.

§. 5. Institutum itaq; Apostoli est, ostendere Dei bonitatis esse horum aliquos eligere, illorum plures perdere. Recte paraphrasis Chaldæa. *Nisi excellens Dei bonitas reliquisset nobis redemptionem in miserationibus suis ea sunt in nobis peccata, ob quæ, sicut Sodoma & Gomorrha perire deberemus.*

Semen in Isaia, *superstites tantillos*, seu *superstitem vt parum*, vt breui, valde modicas reliquias, quæ essent in semen gentis, non funditus excisæ sicut Sodoma & Gomorrha. Sicut pauci ex captiuitate Babylonica, sic pauci ad Christum conuertentur, mirum ergo non debent, si id nunc contingere videant.

Quare 70. reliquerunt. Et Beza quoq; se retinere profitetur. Nõ religione sed quod à Iudęis vt religionem ita voces quoq; Græci acceperant, & ab illis Romani. Calumniã tamẽ appingit, nempe *negligentia supina Episcoporũ factũ esse & crassa quod [illegible] & similia in Ecclesia retenta sint, cũ tamen serio Apostolus monuisset, ne voces peregrinæ in Ecclesia vsurparentur, vnde illud secutũ sit, vt in vocabulis potissimũ peregrinis religio posita fuerit, & in magiã mutatus sit Christianismus.* Hæc scil. dicũtur vanissime & credũtur stultissime. Scilicet Episcopi, & martyres cõtra præceptũ Apostoli egerũt, imo & Apostol⁹ contra conscientiam, cũ in Græca, aut Latina lingua Hebræas, aut in *Voces peregrinæ in Ecclesia.* una Græcas voces vsurpant. Noster accusatio, po[illegible]

ſtupor, quaſi voces peregrinæ iam auribus tritæ, & menti cognitæ, non valeant idem quod vernaculæ. In Eccleſia quis ignorat, quid ſit *κύριε ἐλέησον*, & ſi quis ignorat, diu ignorare non poteſt, cum toties caponatur. Quis porro turbam fidelem cogat abſtinere Græca dictione, vſurpare Latinam? Religionem in vocibus nemo ſanus ponit, nemo magiam in peregrinis dictionibus collocat eruditus in Eccleſia Chriſtiana. Præſtigias Zoroaſtræis relinquimus. Scimus autem multa peregrina nomina ita in linguis vernaculis inualuiſſe, vt ne vernacula quidem vlla ſint. Epiſcopos, Diaconos, Subdiaconos, Satrapas, aliaq; vſurpamus, & Dæmonas, & Diabolos, ac Satanam ex Græca, & Hebræa lingua nominamus. Ipſi ſe prædicantes *συμμύστας* vocitare ſolent, & tamen videri nolunt magiam eſſe *συμμυξιν* ſuam. Quid igitur illis fiet, qui identidem ad oſtentationem, Deum non Deum, ſed Iehouam, & Iouam indigitant, aut Colchicum aliquid, aut Ægyptium in ſyllabis eſſe credunt?

VERSVS 30. 31. & 32.

Quid ergo dicemus? Quod gentes, quæ non Sectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam: iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Iſrael vero Sectando legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non fide ſed quaſi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offenſionis.

QVAESTIO I.

Cur gentes non Iudæi ad iuſtitiam non peruenerint?

§. 1. BReuiſſime cauſam reddit, ex ante dictis Apoſtolus. Iuſtitia non ex operibus legis eſt, ſed ex fide. Iudæi eam Sectati ſunt ex operibus legis, ideo nõ recta via ingreſſi ſunt; gentes ex fide eam quæſierunt, quæ ad iuſtitiam ducit. Plane ſimilis quæſtioni huic eſt alia, in vita ciuili vſurpata. Cur hic ad mare deuenit: ille vero ad mare non peruenit? Nempe hic ſecũdo ille aduerſo flumine nauigauit. Syrus: *Gentes quæ non currebant poſt iuſtitiã.*

§. 2. Controuertitur hoc loco, quibus ex operibus Iudęi ſibi quæſierint, quam fidem deſerendo à via aberrarint, qua fide gentes ad eam peruenerint. Quæ quidem omnia facile ex cap. 3. & 4. diſſolui poſſunt, quia hunc ſibi locum ſpeciali corruptela ſibi deprauandum hæreſis delegit, perſpicue res explicanda eſt. *Terrere* inquit Caluinus, *merito debet hoc Iudæorum exemplum, omnes, qui ad regnum Dei per opera obtinendum contendunt.* Merito ſane, nec hic ambigendi locus: id hic quærunt, quæ opera excludantur, quæ vero ad regnum cœlorum poſtulentur. Simile autem paradoxo apparet; Iudæos ſub pondere ſibi datæ legis, & cærimoniarum oneribus tanta cura laborantes, iuſtitiam cui vni ſtudebant, non attigiſſe, gentes vero, quæ legem Dei in iniuſtitia detinebant, quæ varijs ſeſe ſceleribus polluebant, etiam nomen iuſtitiæ exoſæ, iam ad iuſtitiam perueniſſe. Hoc inquam mirum videri fatetur, & tamen ita factum affirmat; Iſraelis curſus fuit irritus, & in medio ſtadio ante defecit quam metam attingeret, & brauium tolleret. Gentium torpor, ignoratio, rebellio in curſum mutata eſt, quo præmia tollerent; eſt enim metaphora

Cur Iudæi exciderint?

ſumpta à curſoribus, inter quos inopinato ſæpe caſu metam medius, vel vltimus ad primos honores peruenit.

§. 3. Beza Græcos patres calumniatur, quod particulam *ὡς quaſi* interpretati ſint, quaſi Iudæorum opera non fuerint vera opera legis. Iudęis etiam Iniuriam facere Eraſmum, quod eos exiſtimet ſalutem acceptam tuliſſe ſuis operibus excluſa gratia. *Nam contra ex Phariſæi illius oratione apparet, Iudæos de merito, & gratia non aliter ſenſiſſe, quam nunc faciunt Sophiſtæ, qui liberi arbitrij cum gratia, & fidei cum operibus concurſum ſtatuunt.* Hæc Beza. Reſpondeo. Non eſſe hominis vel ſani, vel pudentis omnium patrũ Græcorum ſe iudicem conſtituere. Deinde Gręcorum nota ſatis eſt interpretatio. Chryſoſtomus. *ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως. ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου ἠθέλησαν δικαιωθῆναι, καὶ οὐκ εἶπεν. ἐξ ἔργων, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου, δεικνὺς ὅτι οὐδὲ ταύτην ἔσχον τὴν δικαιοσύνην.* Quod nõ ex fide, ſed ex operibus legis voluerunt iuſtificari, & non dixit: ex operibus, ſed quaſi ex operibus legis, oſtendens neque iſtam eos habuiſſe iuſtitiam. Veriſſima ſententia. Dederat illis Moſes legem, & nemo eorum ſeruabat legem, & videri tamen iuſti volebant, & viuere ſe putabant ſecundum legem. Ita ante Chryſoſtomus dixerat. *σὺ μὲν γὰρ* p. 199. *ὦ Ἰουδαῖε φησὶ, οὐδὲ τὴν ἐκ τοῦ νόμου δικαιοσύνην εὗρες. παρέβης γὰρ αὐτὸν, καὶ ὑπεύθυνος γέγονας τῇ ἀρᾷ.* Tu ſi quidem, *ô Iudæe, ait, ne eam quidem iuſtitiam quæ ex lege eſſet, inueniſti: legem enim & tranſgreſſus, & execrationi factus es obnoxius.*

Græcorum patrum defenſio.

Gentes aliam viam ingreſſas maiorem ait inueniſſe iuſtitiam. Hanc veram iuſtitiam dicit, Photius aliam quæ eſt ex lege falſam. Opera quædam legis faciebant, ſed fide & caritate vacua, vt teſtatus eſt de ſui temporis Iſraelitis Iſaias c. 1. & de ſecuturis tempore Chriſti prophetauit; non enim ſine cauſa Chriſtus vocat *ſepulchra dealbata.*

Nec Eraſmus Iudęis iniuriam facit, cum gratiam Dei ignoraſſe dicit; Phariſæi enim, Saducæi, & vulgus ſibi iſtam operum iuſtitiam tribuerunt. Ita Auguſtinus Serm. 15. de verbis Apoſtoli. *Quare? quia non ex fide, quid eſt, quia non ex fide? Non ſperauit in Deũ, non illum petiuit à Deo, non credidit in eum, qui iuſtificat impium, non fuit ſimilis publicano oculos in terram deijcienti, ſed ſimilis Phariſæo, de ſuis operibus glorianti.*

Et l. de litera & ſpiritu c. 29. accuratiſſime diſputat de Iudæorum hac in re errore. *Sic enim gentes quæ non Sectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam. Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt, impetrando eam ex Deo, non ex ſemetipſis præſumendo. Iſrael vero perſequens legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, ſed tanquã ex operibus, id eſt tanquam eam per ſemetipſos operantes, nõ in ſe credentes operari Deum. Deus n. qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate, ac per hoc offenderunt in lapidẽ offenſionis, nam quid dixerit, quia non ex fide, ſed tanquam ex operibus: apertiſſime expoſuit dicens, ignorantes enim Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti.* Et adhuc dubitamus quæ ſint opera legis, quibus homo non iuſtificatur, ſi ea tanquam ſua crediderit ſine adiutorio & dono Dei, quod eſt ex fide Ieſu Chriſti: & circumciſionem cæteraque talia ſuſpicamur, quia etiam de his Sacramentis alijs in locis talia quædam leguntur: ſed hic vtique non circumciſionem tanquam ſuam iuſtitiam volebant conſtituere, quia & ipſam Deus præcipiendo conſtituit. Nec de illis operibus hoc intelligi poteſt, de quibus Dominus eis dicit; Reijcitis mandatum Dei, vt traditione veſtras

[illegible]: Quia persequens, inquit legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit Israel. Non dixit, persequens traditiones suas: id est consectans. Hęc ergo illa distantia est, quia ipsum non concupisces, & cætera mandata eius sancta & bona sibi tribuebant. Quæ vt possit homo facere, Deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam, omni credenti: id est per spiritum incorporatus, factusque membrum eius, potest quisque illo incrementum intrinsecus dante operari iustitiam: de cuius operibus etiam ipse dixit, quia sine me nihil potestis facere.

Ita vero esse nemo dubitare potest, si considerет, Iudæos partim Stoicen, partim Epicurismum secutos, plerosque vero de sua sanctitate gloriatos, quod vero Pharisæus Deo de sanctitate sua gratias agat, non conuincitur agnouisse aliam, quam naturalem gratiam, & vsum bonum liberi arbitrij, quod & Pelagiani faciebant. Hinc operibus gloriabantur, seipsi iustificabant, & vt ait Augustinus sibi tribuebant, licet etiam gratiam Dei agnoscerent, sed eo modo quo postea Pelagius fecit in Synodo Palæstinâ.

§. 5. Hunc in modum explicuit Bellarminus lib. 1. de iustificatione c. 19. Hanc iustitiam tanquam inutilem B. Paulus reijcit, & opponit iustitiæ fidei, hoc est operibus bonis, quæ fiunt ex gratia & fide. Eandem iustitiam ex lege vocat Apostolus ad Romanos 10. Iustitiam propriam, & opposuit iustitiæ Dei: Ignorantes, inquit, Dei iustitiam & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Et cap. 9. Gentes, quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, Iustitiam autem, quæ ex fide est. Israel autem Sectando legem iustitiæ in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Hoc est Israelitæ quærentes implere legem iustitiæ, reuera legem iustitiæ implere non potuerunt; quoniam viribus proprijs non ex gratia Dei, quam fides impetrat, legem iustitiæ facere præsumpserunt. Putant, inquit, Augustinus lib. 3. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 7. se arbitrij sui viribus implere legem iubentem, & ista implicati superbia, ad gratiam non conuertuntur iuuantem. Ac per hoc miro quodam modo, sed tamen vero, iustitiam legis non implet iustitia, quæ in lege est, vel ex lege, sed quæ in spiritu gratiæ. Iustitia quippe legis impletur in eis, sicut scriptum est, qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Secundum iustitiam vero quæ in lege est, se fuisse sine querela in carne, nō in spiritu, dicit Apostolus, &c. *Iudæi Pelagiani ambulant.*

Hanc expositionē Pareus ita sequitur, vt quamuis se contradictionibus implicet, tamen magistros suos oppugnet. *Non laudari dicit ignauiam, & deprimi superbiam & commendari gratiam. Iudæi inquit iustitiam conati sunt absque fide assequi, contempta doctrina de Christi gratia.* Et: *Iudæi fidem abijcientes, etiam remissionem peccatorum abiecerunt, & ita iustitiam non sunt consecuti.*

Addit: *Quia Sectando legem iustitiæ, quasi possent operum meritis iustificari, viam inuiam ingressi sunt.* Denique, quia voluntaria cæcitate Christum cum sua iustitia abijciunt, & oppugnant. Hæc qui considerat, ignorare non potest; nullam esse inter Iudæorum errores, & orthodoxorum veritatem similitudinem. Operibus illi suis, siue sui arbitrij contempta gratia, abiecta fide, calcata Messia iustitiam suam tribuebant, & meritis se iustificari somniabant. Nos docemus, omnes egere remissione peccatorum: iustificari suis meritis neminem posse. Quid enim mereatur iniustus, vt fiat iustus? Omnibus opus esse ad omne opus bonum gratia Dei supernaturali, & adiutorio, sine Christo nullum saluari. Non tamen inde sequitur non esse dispositiones ad iustitiam in nobis, à gratia præueniente & adiuuante voluntates nostras, misericorditer donatas. Multo minus verum est, iustos iam & sanctos non posse operibus suis quæ in illis Spiritus Sanctus operatur, mereri ea quæ bene laborantibus Deus iureiurando tanquam mercedem promisit. Versum 33. apud Lucam & Isaiam exposui.

CAPVT DECIMVM.

FRATRES, *voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere: Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim Scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur: sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico: Numquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico: Numquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam.*

Isaias

Isaias autem audet, & dicit: Inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui ijs, qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

IN CAPVT DECIMVM

ARGVMENTVM.



ISPVTATIONEM capite præcedente inceptam prosequitur. Nempe quomodo iustitiam ex operibus assecuti non sint Iudæi, & gentes iustitiam fidei apprehenderint, quæ ne odio gentis suæ dixisse videatur, iterum de suo in eos amore & orationibus Deo oblatis protestatur. Deinde necessitatem iustitiæ ex fide, & fidei in Christum demonstrat, sine qua nulla salus. Huius etiam professionem commendat, & prædicationem, & concludit excusari eos non posse, qui audito Euangelio non obediunt.

In Ecclesia Syriaca à vers. 5. ad finem legitur in medio Pentecostes, hoc est in medio octauæ. nam illud est מצעתא *metzghathi*.

VERSVS 1.

Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.

QVAESTIO I.

Quomodo oret pro reiectis à Deo?

§. 1. VOluntas cordis mei, inquit, deprecatio est pro illis in salutem. Nam Græce non est γίνεται sed ἐστὶν, eadem plane sensu. εὐδοκίαν Chrysostomus vocat τὴν σφοδρὰν ἐπιθυμίαν, *vehementi desiderium.*

Non bene propensionem Castalio, nec alij affectum, hoc est ὁρμὴν seu πάθος appellant; agitur enim hic de iudicio deliberato, & amore spirituali, qui proprie tribuitur voluntati, cuius est εὐδοκεῖν. Syrus etiam צבינא, *zebina* appellat, quod de voluntate quæ rationis est propriè dicitur. Amorem *Amor Pauli in fratres.* perfectum & plusquam fraternum demonstrat, dolore de exitio, oratione pro salute. Hæc enim peculiaris est amicitiæ Sanctorum, quæ in orationibus mutuis, precibusque consistit, qua ad vera bona promouent, cætera humanitatis officia, & auxilia necessitudinum, quamuis non omittant, in secundis tamen habent. Idcirco illa coniunctio virtutis incremento etiam augetur.

Verissimum est illud τὴν ἐξ ἀρετῶν φιλίαν αἰώνιον, τὴν ἐξ ἡδονῶν ἀνεμιαίαν γεγονέναι. *Amicitiam quæ ex virtutibus orta est, æternam; quæ ex voluptatibus ebullit, ad auram facile corrumpi.*

Amicitia vera.

Delige perpetuum censu virtutis amicum,
Sola animos iungit virtus.

Hæc enim à Deo caritas est, vt optime Dionysius de Eccl. Hierarchiâ c. 2. *Vt enim clarißimus præceptor noster dixit, prima quidem mentis ad diuina motio & consentio, Dei est charitas, sancta autem charitatis ad diuina perficienda præcepta prima omnino progreßio, est illa ineffabilis operatio qua diuina habemus. Si enim diuinus status diuino ortu, & vt ita dicam, generatione efficitur, profecto qui statum diuinum non accepit, is nihil vnquam eorum, quæ à Deo tradita sunt, sciet & operabitur.*

§. 2. Insigne & necessarium omnibus animarum pastoribus documentum, & suos diligant, & amorem suum sollicitudine, labore, alijsque modis ostendant. Ita enim comparatus est animus audientium, vt quamuis vera & fida docentem, non audiat, si de beneuolentia suspectum habeat: Non *Pastor suis placere studeat.* amatur etiam ipsa virtus cuius suasor exosus est, monita dura, imo & verbera amantis ferunt, humanitatem & munera suspecti auersantur: orator quem oderunt, verba non profutura fundit. Quocirca Paulus tantopere laborat, ne aspera & molesta dicturus, magis commotos alienet, & Euangelio reddat infestiores. Ita tamen hominum beneuolentiam quæremus, ne contentionem ad honesta ducendi languescere sinamus, neque vitia assentatione, vel conniuentia nutriamus.

§. 3. Orare se pro eorum salute assidue protestatur; quod non omnes à Deo reiectos intelligeret; qui autem ex illis qui errabant, credituri, qui in obstinatione essent morituri, ignorabat. Quæ etiam nobis est tenenda ratio, multi sunt enim nobiscum paulo post abituri, multi nos persequuntur, breui nobiscum passuri. Ita orationes Ecclesiæ ex Sancto Paulo impetrarunt, vt Augustinus docet Homil. 6. *Forte qui hodie est amicus tuus, talia peccata facturus est, vt in vita æterna tecum esse non poßit. Non enim scis quid pariat crastinus dies. Et è contra qui inimicus tuus erat, forte sic ad pœnitentiam conuertetur, vt in illa cœlesti Hierusalem conciuis tuus esse mereatur. & forte etiam maior efficiatur. Non vobis hoc difficile videatur. Interrogemus Scripturas, & in ipsis hoc euidentius agnoscere poterimus. Paulus Apostolus prius scleratus erat inimicus Christianorum, rapiebat, vastabat, sæuiebat. Vbi? quando lapidatus est Martyr Stephanus, parum illi erant manus suæ, manibus omnium lapidabat: quia vt illi non impedirentur vestimentis suis, sed liberis manibus saxa proijcerent, omnium vestimenta seruauit, ac sic in omnium manibus illud scelus operabatur. Videte istum virum vna voce Domini ex persecutore factum prædicatorem. Præcißit eos quos oderat: illi enim omnes Christiani quos insequebatur, tales non erant, qualis ipse factus est. Non enim omnes illi Apostoli erant, quod ipse factus est.* *Pro omnibus orandum est.*

Accurate quæstionem explicuit l. 21. de ciuit. c. 24. *Alioqui nulla causa est, cur non etiam nunc pro Diabolo & Angelis eius oret Ecclesia, quam Magister Deus pro inimicis suis iußit orare. Hæc igitur causa, qua fit, vt nunc Ecclesia non oret pro malis Angelis, quos suos esse nouit inimicos: eadem ipsa causa est, qua fiet, vt in illo tunc iudicio etiam pro hominibus æterno igne cruciandis, quamuis perfecta sit sanctitate, non oret. Nunc enim propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est pœnitentiæ fructuosæ. Nam quid maxime pro eis orat, nisi vt det illis Deus, sicut dicit Apostolus, pœnitentiam, & resipiscant de Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem? Denique si de aliquibus ita Eccle-*

 sia

sia certa esset, vt qui sunt illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen prædestinati sunt in æternum ignem cum Diabolo: tam pro eis non oret, quam nec prospiciat, sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus.

VERSVS 2.

Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

QVÆSTIO I.

Quis Zelus Iudæorum?

§. 1. Zelum Dei. E asmus Castellio *studium*, minus recte; Zelus enim studium & æmulatio vehemens est. à ζέω quod de aqua bulliente dicitur, August. interdum æmulationem dicit, zelum sæpius retinet, ita Phinees *zelaui zelum Dei*, & Paulus 2. Cor. 11 ζηλῶ ὑμᾶς τῷ θεῷ ζήλῳ. Helias ζήλῳ *zelat pro Domino exercituum.* Filij Saruiæ pro Dauid, accipitur autem in bonam & malam partem, in bonam est hoc loco zelus Dei indignatio ob læsam Dei maiestatem. Ita zelus Mathathiæ cap. 2 24. Mac. *Et vidit Mathathias & doluit, & contremuerunt renes eius, & accensus est furor eius secundum iudicium legis:* at hic pro vitioso accipitur. Zelus verus.

§. 2. In superiore versu aposiopesis fuit, quę hoc vel simili modo supplenda est. Voluntas quidem cordis mei & oratio fit pro illis in salutem, non tamen omittenda est veritas, sed vltro illis inculcanda, & monendi sunt, quamuis dura oratio videatur. In hoc versu vox causalis addita vel indicat redditionem dicti, cur pro illis oret, vel tacitæ cogitationis, cur moneat errantes, & increpet. Qui non in ea malitia, sed zelo diuini honoris errante, peccant misericordia digniores censere solemus. Quis enim ignorantibus irasci potest, si peccent, quam alte lateat veritas? quam ardoum sit omnia cognoscere? ἐπειδὴ ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν *non est facilis veritas.* Vel sane causa redditur cur iudices non dissimulandum errorem, tegendamque veritatem, habent enim zelum sed errantem, currunt sed extra viam, laborant, sed in cassum, non ignauia sed imperitia delinquunt. Error duplex legem adhuc necessariam, eamque iustificationis sufficientem causam putabant. Gratiam Christi oppugnabant, & si quando veniret Messias, eius beneficia gentibus communia fore pernegabant. Primum ex ante dictis constat; de lege enim magnifice gloriabantur. Iosephus l. 7. antiq. c. 3. solitos eos τὰ ἀσεβεῖν τῷ πατρίῳ νόμῳ μέγα φρονεῖν. *Superbire quasi patriam legem accuratè seruarent:* & multis ex locis id manifestum est, vt Actorum 10. 45. & 11. 3. Quamuis proselytos admitterent, non putabant tamen sine obseruatione Mosaici cultus posse illas saluari. Zelus errans.

§. 3. Si ergo zelum Dei habent, si pro gloria sui legislatoris excubant, cur ad iustitiam non perueniunt? An parua pietatis pars est, pium esse velle? Quid de istis qui nō suam sed Dei gloriam quærunt? nam zelum non rerum creaturarum, nec sui commodi habent, sed Dei, ille vnde esse potest nisi à Deo? Paulus recte summe præposterum zelum esse docet, quod non sit secundum scientiam κατ᾽ ἐπίγνωσιν, Syrus, non in scientia. Itaque cum veræ doctrinæ cognitione, & sano de Dei cultu carerent iudicio non minus quam in suis superstitionibus gentes peccabant. Insigne hic documentum est, quantum sit malum zelus religionis præposterus, superstitionibus, & contumaciæ armatus, omnem humanitatem exoit, seu etiam arbitratur virtutem, orthodoxos insequitur, pro animi sui concepta opinione, & deliratione tanquam pro aris & focis, imo tanquam pro Deo pugnat: Inimicos Dei existimant, si quis eorum somnia auerserit. Exemplū Iudæ præbebant, Christum à Deo esse negabant, qui ægros etiam sabbato curaret. Quotidiana sunt illa nostris temporibus. Qui iam moliti ad sacræ imaginis conspectum exardescunt, falso suspicati auro honorem impendi? & illi tamen parentum & principum memoriam imagine colunt. Eiusmodi zelo Arriani orbem errore primum deinde crudelitate pene perdiderunt, cum Christi diuinitatem negarent, ne plures Deos colere, & gentium idola reuocare viderentur. Præposterus zelus religionis.

§. 4. Zelus ergo ille scelus est, non simplex error verissime Chrysostomus dixit. ἐκ φιλονεικίας ἢ φιλαρχίας μᾶλλον, ἢ ἐξ ἀγνοίας ἠπατήκασιν. *Ex contentione, & principatus amore potius, quam ex ignorantia peccarunt.* Zelus autem vt Deo sit gratus, ista habeat, necesse est. Primum est, vt res quam facturus, Deo gratam esse iudicamus, vere talis sit, & quam damnamus, impiam, vere sit impia, non enim vt Ægyptij indicabant, impium erat felem, aut canem occidere, quamuis iustissimo zelo & plebs in eos sæuiret, & occisores nullum supplicium recusarent, cum hominis cædem negligerent. Zeli veri conditio.

Deinde opus est, vt quæ contra nostram sententiam geruntur veram contineant diuinæ maiestatis offensionem. Qua in re multi superstitiosi peccant, dum noua peccata, nouos inseros decernunt, vbi nihil delicti est. Multi sane magno zelo nugas persequuntur, quorum viuum exemplum est in Pharisæis. Deoique seruanda est in omnibus moderatio, vt one in magnis peccatis languescat, nec extra orbitam feruide rapiatur. Maior est superstitionis, quam veræ religionis ardor: ille enim impetu suo ruit, hic à prudentia gubernatur. Nunquam sæli impij plores mondus vidit, inter Christianos, & tristiores effectus, quam hæreses impune grassantium licentiam. Imagines odicrant, templa incendebant. Vo a castitans abominabantur, virgines Deo dicatas vi stuprabant, violentas suas libidines aliena castitate potiores, & Deo gratiores arbitrati, se enim ista patrantes esse iustos, illas esse impias iudicabant, non criminis alicuius conuictas, sed pro crimine erat castitatis votum professio, quæ si mortem merebatur, certe illa o per vim stupro pœnas dare non debuit. Tales sunt quos Lactantius l. 5. c. 20. de iustitia reprehendit. *Discant igitur & suarum & aliarum interfectores animarum, quam inexpiabile facinus admittant. Primum quod seipsos iugulant perditis simis dæmonibus seruiendo, quos Deus in æterna supplicia damnauit. Deinde quod nec ab alijs Deum colipatiuntur, sed auertere homines admorissera sacra contendunt: nituntur que summa diligentia, ne qua sit anima incolumis in terra quæ salno statu spectet cœlum. Quid aliud dicam quam miseros qui prædonum suorum instigationibus parent, quos Deos esse putant? quorum neque conditionem, neque originem, neque nomina, neque rationem sciunt: sed inhærentes persuasioni vulgari libenter errant, & stultitiæ suæ fauent. A quibus si persuasionis eius rationem requiras, nullam possunt reddere. sed ad maiorum iudicia confugiunt, quod ij sapientes fuerint, illi probauerint, illi scierint, quid esset optimum:* Impiorum zelus.

... seque ipsos sensibus spoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credunt, sic implicitis rerũ omnium ignorantia nec se, nec Deos suos norunt. Atque vtinã soli errare, soli desipere vellent. Alios etiam in consortium mali sui rapiunt, quasi habituri solatium de perditione multorum. Sed hæc ipsa ignoratio efficit, vt in persequendis sapiẽtibus, tam mali sint, fingantq; se illis consulere, illos ad bonã mentem velle reuocare. Num igitur hoc sermone, aut aliqua ratione reddita facere nituntur? Minime: sed vi atq; tormẽtis. O miram & cæcam dementiam: in ijs putatur mala mens esse, qui fidem seruare conantur, in carnificibus autem bona, in ijs ne mala mens est, qui contra ius humanitatis, contra fas omne lacerantur. an potius in ijs, qui ea faciunt in corporibus innocentum, quæ nec sæuißimi latrones, nec iratißimi hostes, nec immanißimi Barbari, aliquando fecerunt? adeo ne etiam sibi mentiuntur, vt vicißim boni ac mali nomina transferant & immutent? quid ergo non diem, noctem vocant? solem tenebras? Tam tetri causas erroris idem exposuit Lactantius l. 6. c. 7. de vero cultu. Quod via erroris est species sapientiæ. Iam illi omnes, qui per aliorum confessam stultitiam sapientes existimantur, specie virtutis inducti, vmbras & imagines apprehendunt, nihil verum, quod ea fit ratione: quoniam via illa mendax, quæ fert ad occasum, multos tramites habet, propter studiorũ & disciplinarum varietatem, quæ sunt in vita hominis dissimiles atq; diuersæ. Nam sicut via illa sapientiæ habet aliquid simul stultitiæ, quod libro præcedente monstrauimus: ita hæc quam sit tota stultitiæ, habet aliquid simile sapientiæ quod arripiunt ij qui stultitiam publicam intelligunt: & vt habet vitia manifesta, sic habet aliquid quod simile esse videatur virtuti: vt habet apertum scelus, sic imaginem quandam speciemque iustitiæ. Quomodo enim præcursor eius viæ, cuius vis ac potestas omnis in fallendo est, vniuersos in fraudem posset inducere, nisi verisimilia hominibus ostentaret.

VERSVS 3.

Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

QVÆSTIO I.

Quomodo ignorarint Dei iustitiam Iudæi?

§. 1. GRæce repetitur δικαιοσύνην, vt etiam in Syro: forte è margine in textum irrepsit. Repetitionem omittunt Irenæus l. 3. contra gentes, Auctor de singularitate Clericorum, Hieronymus Epist. ad Augustinum, cuius initium est: *Tres Epistolæ.* Augustinus l. 3. contra duas Epistolas Pelagianorum, & Epistola 144.

Ignorabant verò Dei iustitiam, quam solam ipse approbabat: præcipue iustitiam fidei, quæ sola in diuino tribunali secura est. Quod nonnulli de accurato Dei iudicio, non modo corporis ministerium, sed etiam animi integritatem & affectum postulantis accipiunt, ignorabant illam quidem studiores sed non omnes, vt nec iustitiam vindicatricem, nam contra Saduceos hoc loco non disputat suam ἰδίαν propriam vocat, quæ est iustitia seclusa fide in Christum & eius gratiam, nam si in eum non credebant, quomodo ab eius gratia pendebant? Oecum. Theodor. quia lex cessarat, propriam vocat, quæ ne legis quidem iam erat Augustin. Tract. 26. in Ioan. quam suis se viribus habere [margin: Propria iustitia.]

putabant. Chrysosto. quis erat laboris & sudoris, hæc fidei, gratis ideo Dei iustitia, alij quã ex suis traditionibus habere se putabant, neglectis Dei mandatis. Vera sententia Aug. nam hæc iustitia propria hominum & apud homines, apud Deum iniquitas est.

§. 2. Depravant hunc locum fiduciarii Caluinus: *Obserua Dei iustitiam cum nostra opponi, velut cum re contraria sibi: & quæ simul stare nequeant;* Iustitia Dei quæ nobis imputatur coram Deo, ideo dicitur, quia ipsius est, & ab ipso, & rursum propria hominum quam petunt à seipsis. Iustitiam hominis recte definit, Dei non item. Nam est quæ à Deo nobis gratuito donatur, nõ solum imputatur. Verum diligenter notandum Iudæos hoc loco non ideo reprehẽdi, quod crederent se per gratiã Christi realiter non solum imputatiue iustificari, & pretio sanguinis sanctificari, sed quia (pauci verba) *volebant videri Zelotypi pro gloria Dei cõtra Christum.* Qui nec legem, nec Christum norunt, sed insectantur. [margin: Iudæorum Zelus.] 2. errabant circa voluntatem Dei, & gloriam, quã putabant consistere in perpetua obseruatione cæremoniarum, & cultuum legalium.

Suam igitur iustitiam στῆσαι statuere, erigere & firmare voluerunt, sumptus est ab infantibus & infirmis tropus qui defectu virium nequaquam erigere se, aut consistere possunt, nisi alicuio robore subleuentur ac fulciantur. Quod si adiuuantium auxilia respuant, atque insuper in eos sint contumeliosi, non est mirum si penitus destituantur ac pereant. Talis est Iudæorum ex propriis viribus cum gratiæ Christi contemptu misera & iniqua iustitia, humi repens, sola superbia & iactatione sui se se efferens, vt grauius illidatur. Hinc intelligitur cur iustitiæ Dei non sint subiecti. Nam toto pectore incumbebant, ad Christianam iustitiam cum nomine ipso extinguendam. Quod gesta contra Dominum & Apostolos, & Christianos in hodiernum vsque diem abunde docent. Nam reuera quamdiu in perfidia perseuerant, stare non possunt.

Subiecti ergo diuinæ iustitiæ nõ sunt, quia subiici noluerunt. Eorum enim verba sunt: *Nolumus regnare hunc super nos:* se enim sibi sufficientes putabant. Ita Scholia Græca: ἀπιστοῦσι τῷ σώζειν δυναμένῳ Χριστῷ. *Non credunt Christo qui saluare potest.* Et Photius ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ βίβλῳ κατὰ Ἰουλιανοῦ οὕτως κεῖται. ὅτι τὸ τέλος καὶ οἷον συναίρεσις τοῦ νόμου καὶ πλήρωσις ὁ Χριστός. Πῶς δὲ τέλος νόμου Χριστὸς ὅτι ἐδικαίωσε. *In libro 71. contra Iulianum, quod finis, & quasi consummatio legis, & impletio est Christus? Quomodo vero finis legis est Christus? Quia iustificauit.* Non ergo vlla fingi debet iustitia sine Christo.

Atq; hæc ex Chrysostomo cuius illa etiam sunt. *Hanc vero iustitiam Dei vocat: nimirum quæ ex fide est, propterea quod omnino ex ea superna gratia fit, nec laboribus, sed Dei dono iustificamur. Verum quoniam illi perpetuo Spiritu sancto resistentes, per legem iustificari contendebant, ad fidem non accedebant. Ad fidem vero non accedentes, neque iustitiam quæ ex illa est, apprehendentes, deinde per legem etiam iustificari non valentes, vndique exciderunt.*

Propriam vero iustitiam illam vocat, vel ob id quod lex antiquata amplius non vigeat, vel quod laborum esset ac sudorum.

Theodoretus vero *suam iustitiam* intempestiuã legis obseruationem appellauit. Studebant enim eã seruare, quæ iam cessauit. Dei autem iustitiam, eam, quæ secundum gratiam per fidem facta est, nominauit.

§. 5. Plenu-

§. 5 Pseudo-Ambrosium Sectarij obijciunt: *Ignorantes quod Deus ex sola fide iustificat, & iusto se ex legis operibus, quam non custodierunt, esse putantes noluerunt se remissioni subijcere peccatorum, ne peccatores viderentur.*

Commentary Ambrosio falso tribuit. Respondeo auctorem commentarij illius esse Pelagianum vt alias ostendi: quare eius auctoritate pr⟨a⟩emi veritas non debet. Deinde idem ille auctor ab operibus ex fide factis meritum vitæ æternæ tribuit. *Quidam, inquit, ex hoc loco putant Iudaeos sanctum vitam præsentem ex operibus meruisse, quod verum non esse Domini verba declarant, quando vita interroganti æterna, mandata legis opponit dicens, si vis ad vitam: vnde intelligimus quod qui suo tempore legem seruauit vitam habuit æternam.*

Ex superioribus autem constat auctorem illum per legem intelligere Iudaicas Cærimonias, & per fidem, non quamlibet, sed ex caritate operantem designare, ouare ergo vllo modo hæresibus nostrorum temporum fauere putandus est. Suam iustitiam Cyprianus seu auctor *de singularitate Clericorum*, aliter sane interpretatur, quam hæretici. *Hoc ergo liberum quodcunque fuerit à Deo intimatum: & hoc Deo dignum quod ipse Deus voluntatis sua fatetur acceptum, vt exerceat per omnia dominatum. Alioqui nec nos serui adscriberemur, nec ipse Dominus haberetur; si secundū voluntatem nostram permitteremur impēdere seruitutem, & arbitrio nostro non Dei eligeremus exercitamenta iustitia. Tales Paulus Apostolus vanificat dicens: Ignorantes, inquit, Dei iustitiam, & suam volentes statuere, iustitia Dei non sunt subiecti: Tollantur nunc è medio ambagis istæ tam vana & querimonia inaniter calumniosa? Ad spiritualem aliis cum feminis, Deo iuuante, non metuimus aduuari, qui per Dei iussionem iustitiam nos credimus operari, ex qua nobis firma munimenta suppone. Priuatim vero continentibus quam plurimum Clericis & Virginibus, hospitia separanda sunt: quia quod Deus iniquum iudicat, iustum esse non potest.*

§. 5. Caluinus multo ineptius instiriam habitualem expugnari arbitrabatur pronuntians, *suam. Nam hæc vna est, inquit, iustitia quæ a te est, at habitualis in te est, illa ergo iustitia Dei non est subiecta.*

Iustitia habitualis. Respondeo iustitiam habitualem esse quæ in nobis inhæret, dici hanc & nostram & Dei. Nostram non eo sensu, quo suam Iudæi statuebant, nempe ex nostris viribus, meritis sine gratia Christi acceptam, sed quam ex Christi meritis, ex mera gratia Spiritus Sanctus infudit, ad quam efficiendam nos operam non contulimus. Dei autem est iustitia, quia Dei donum est gratuitum. Hoc sane modo iustitiam suam non statuebant Iudæi, sed eo quem ante explicui modo. Nec ideo minus Deo omnia accepta ferimus, quia & in nobis est eius donum. cum etiam aduersariorum sententia, virtutes infusæ sint in animis nostris, & tamen sint munera Dei.

Nec potest quicquam fingi absurdius, quam iustitiam Iudæos suam statuisse illam, quæ erat sanctificatio seu habitus ex Christi gratia infusus. Non enim illum habitum Iudæi conabantur statuere, nam si illum statuissent iam etiam iusti fuissent. Nam sine iustitiæ imputatione nunquam est iustitia habitualis. De errore Iudæorum fidelior est testis Augustinus serm. 13 de verbis Apostoli. *Commendat autem hoc assidue, commendans fidem gratuitus, qua fide impetrant adiutorium vt impleant legem, non per legem, sed vires implendi impetrantes per fidem: ad hoc assidue dicit & commendat ista Apostolus, propter Iudaeos, qui de lege gloriabantur, & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur, at per hoc quia libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur, ignorantes Dei iustitiam, id est, ex fide iustitiam, datam à Domino, & suam volentes statuere, quasi suis viribus impletam, non dante fide impetratam, iustitiæ Dei (sicut dixit) non sunt subiecti.* *Iustitia Iudæorum Pelagiana.*

Imo Iudaeos etiam Apostolus reprehendit quia suis etiam meritis inchoare iustitiam dicebant. Proinde Augustinus in Ps. 49. circa finem, *illos Iudaeos de opere suo gloriantes, sic arguit idem Apostolus, vt eos diceret ad gratiam non pertinere, qui meritis & operibus suis mercedem deberi arbitrantur. Qui ergo ad gratiam se scit pertinere, quod est Christus, & quod est Christi nouit quia indiget gratia. Si ergo gratia vocatur, gratis datur, si gratis datur nulla merita tua præcesserunt vt detur. Nam si præcesserunt merita tua merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si ergo dicis præcessisse merita, te vis laudari, non Deum: ideo non agnoscis Christum, qui venit cum gratia Dei: Conuerte ergo te ad merita tua, vide illa mala fuisse, vt non tibi deberetur nisi supplicium, non præmium. Et cum videris quid tibi per meritum debeatur, agnosces quid per gratiam donetur, & sacrificio laudis glorificas Deum, ibi est enim via, in qua noueris Christum salutare Dei.*

Et l. 1. ad Simplicianum q. 2. Quare falso Caluinistæ Iudæos negant Pelagianos.

Epistola vero 200. ad Aselicum, cum dixisset. *Verum hoc fit non lege qua hoc imperat, sed fide qua hoc impetrat: non littera qua iubetur, sed spiritu quo donatur. Non ergo meritis operantis hominis, sed largientis gratia Saluatoris. Vtilitas itaque legis est, vt hominem de sua infirmitate conuincat, & gratiam diuinam quæ in Christo est, implorare compellat.* Postea Iudæos & Pelagianos comparat. Quæ cum ita sint, qui se Israelitas esse carnaliter gaudent, & præter gratiam Christi in lege gloriantur, ij sunt de quibus idem Apostolus ait, quod ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Dei quippe dixit iustitiam, quæ homini ex Deo est: suā vero, quam putant sibi sufficere ad facienda mandata sine adiutorio & dono eius, qui legem dedit. His autem similes sunt, qui cum profiteantur se esse Christianos, ipsi gratiæ Christi, sic aduersantur, vt se humanis viribus diuina existiment implere mandata: ac sic etiam ipsi ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, non quidem nomine, sed tantum errore Iudaizantes. Hoc genus hominum capita sibi inuenerat Pelagium & Cœlestium impietatis huius assertores acerrimos: qui recenti iudicio Dei per diligentes & fideles seruos eius etiam Catholica communione priuati sunt. Hæc ideo testimonia citaui, vt ostenderem Parcum aliosque hæreticos imperite facere, quod Iudæos ab errore Pelagiano eximere conentur. Hi tales iustitiæ Dei non sunt subiecti οὐχ ὑπετάγησαν nō regūtur ab ea, nō militant sub illa. Syr. significanter vertit אשתעבדו Eschthagbadu, in Hithpael, *non subiecerunt sese* Propria dicitur, ratione formæ & subiecti, cui inhæret, non ratione principij à quo producitur. Nostra iustitia Dei est iustitia, quia solo Deo, Iudæorum erat propria, quia naturæ viribus gratiam merentibus. Alioqui & iustitiam vocat nostram Augustinus, Sine voluntate tua non erit in te iustitia Dei. Voluntas quidem non est nisi tua, iustitia non est nisi Dei. Esse potest iustitia Dei sine voluntate tua, sed in te esse non potest nisi per voluntatem tuam. Illa igitur seu propria iustitia est, quæ naturalium est viriū, & legū opere nō interiri a caritate obseruata.

§. 6. Tertullianus l. 5. c. 14. contra Marcionem, ex illa iustitia probat eundem esse, qui legem tulit,

tulit & Euangelium dedit. *Salio & hic amplissime abruptum intercisa Scriptura, sed apprehendo testimonium perhibentem Apostolum Israeli quod zelum Dei habeant, sed vtique, non tamen per scientiam. Deum enim, inquit, ignorantes, & suam iustitiam sistere quærentes, non subiecerunt se iustitiæ Dei. Finis enim legis Christus in iustitiam omni credenti.*

Hæc erit argumentatio Hæretici, quasi Deum superiorem ignorauerint Iudæi, qui aduersum eum iustitiam suam, id est legis suæ constituerint non recipientes Christum finem legis. Cur ergo & zelo eorum erga Deum propriam testimoniam perhibet, si non & inscientiam erga eundem Deum eis exprobat? quod zelo quidem Dei agerentur, sed non per scientiam, ignorantes scilicet eum, dum dispositiones eius in Christo ignorant consummationem legis statuturo, atque ita suam iustitiam tuentur aduersus illum. Atque adeo ipse creator & ignorantiam erga se eorum contestatur, Israel me non agnouit, & populus meus me non intellexit: & quod iustitiam suam magis sisterent, docentes doctrinas præcepta hominum, nec non & coagregati essent aduersus Dominum & aduersus Christum ipsius, ex inscientia scilicet. Nihil igitur potest in alium Deum exponi quod competit in creatorem, quia & alias immerito Apostolus Iudæos de ignorantia suggillasset, erga Deum ignotum. Quid enim deliquerant, si iustitiam Dei sui aduersus eum sistebant quam ignorabant.

QVÆSTIO II.

An nullo modo Caluiniana imputatio hic possit inueniri?

§. 1. NVllo modo. Dei enim iustitiam tam profana & mendax imputatio plane euertit. Fingunt enim illi Deum alienam hominibus iustitiam imputare, nullam dare, ideo manere hominem iniustum, & impium, à Deo tamen iudicari iustum & pium. Donum igitur Dei imputatio non euertit: nam sola sine fundamento fingitur. Nec hoc negant Sectarij, sed confirmant. Nam & prætor inquit Pareus, dum reum absoluit, & iustum pronunciat, innocentiam illi non infundit, (iure an iniuria nihil est.)

Respondeo: Nodum illa stringit, non laxat illa, quæ videtur esse solutio. Prætoris enim qua reum iustum esse pronunciat, sententia vera est, si reus est iustus; falsa, si iniustus. At sententia Dei peccatorem absoluentis & iustum pronunciantis, cum æterna veritas sit, falsa esse non potest, iustum ergo esse, vel fieri eum necesse est, quem iustum dicit. Iustus autem esse sine iustitia non potest, quam eum à se non habeat, à iudice accepit, oportet, vt sententia vera iustus pronunciari possit. Si iudex dum latronem absoluit, absoluendo iustitiam illi infundere posset, reuera iustus fieret ex iniusto, nec mendax esset iudicis sententia. Turpem vero esse illam sententiam vel ex eo perspicitur. Quod impius manet in se, quem Deus iustum pronunciat. Hoc fatetur Pareus, sed arte euadere conatur. Absoluta iustitia carere, relatam habere, iustos esse in Christo, etsi in se sint iniusti. Non videt tam futili argutia rerum naturas euerti, & Deum ipsum pollui. Iustus in Christo est quem Deus ex Christi meritis, gratia sua iustum facit, cui iustitiam quam dedit imputat, non qui impius manet, & propter Christum iustus censetur. Si enim homini iniusto, impio, Deum odienti, Christum persequenti, iustitiam Deus imputat, vt sit iustus in Christo, qui est iniustus in Christum, cur non eodem modo parricidis, adulteris, blasphæmis latet ipsas facinorum actiones caritatem, castitatem, pietatem imputat? vt non tales censeantur, quales sunt?

Deus iniustum non pronunciat iustum.

§. 2. Nec sanctificatio aut regeneratio ad rem facit: nam fatetur Pare⁹ adhuc esse impium. Quod si regeneratio facit, vt in se non sit iustus, iam ergo regeneratione, hoc est dono aliquo iustificatur. Si non tollit regeneratio iniustitiam, manet iniustus in se, & falso illi imputatur iustitia. Inhærens sane regeneratio, vt illi fabulantur, posterior est iustificatione.

Dari etiam iustitiam imputatam & fide accipi dicit: & dari esse idem quod imputari; quod pari modo de regeneratione dici posset.

Nihil vero regenerationem ad iustitiam facere ex eorum sententia certissimum est; nam omnem infusam iustitiam seu qualitatem, stercoream iustitiam, damna, & detrimenta appellant, notoria in Spiritus Sancti dona blasphemia. Nam iustificatum adhuc manere impium affirmant.

§. 3. At cur assidue fidem vrget, si in censum etiam opera veniunt?

Respondeo: fides nimirum basis est, & fundamendum sine quo ædificium non nisi quo ædificium non nisi ruina est, radix est sine qua non vegetatur, nedum fructum ferunt arbores spiritales. Alioqui natura ipsa requirit, vt de Deo, de virtute, de vitijs, rectam sententiam teneamus, quo eum colamus, illas Sectemur.

§. 4. Pareus impudentissime calumniatur omne hominum genus. Nam opinionem propriæ iustitiæ in Iudæis, philosophis, Politicis, Monachis, Iesuitis similibus ortum habere dicit, ex crassa cæcitate, quod sibi negotium putent, non cum Deo iustissimo, qui sit ignis consumens, sed cum puppa, vel cum Ioue Homerico, qui vel non videat hominũ scelera, vel non adeo illis offendatur, quum facile hominum satisfactiunculis sibi patiatur imponi, quod ipse Iupiter sit sceleratus adulter, quod si ἀκρίβειαν perfectionis Dei, & atrocitatem iræ eius aduersus peccata satis agnoscerent, cristas facile coram eo demissuros deinde id fieri ex superbia, quod videri noluit tam improbi. *Calumnia Parei.*

Respondeo atrocem esse calumniam. Ne vnus quidem ex Catholicis vllo loco hoc docet. Ille vero *ἀνὴρ μοχθηρὸς ὑπέρβολος, vir improbus Hyperbolus*, causam se posse tenere desperat, nisi atroci calumnia premat innoxios. Iram Dei in peccatores grauem, æternumque supplicium imminere non pœnitentibus nemo est, qui ignorat. Omnia nosse Deum, etiam cordium cogitationes, & cogitationum radices, Christianos fides docet, nullis meritis, nulla satisfactione peccata remitti conspicuum est, sed sola Dei misericordia, quæ precium debiti quod indissolubile est à filio vnigenito accepit. Quisquis vero rem ex æquo perpendere voluerit, facile deprehendet, suum errorem Caluinianos nobis imponere. Deum illi aliquando Satana deteriorem, aliquando in remissione peccatorum motionem faciunt, aut puerum triennem. Deus enim illorum postquam semel pessimo cuiq; scelera nõ imputauit sua, perpetuo deinde tenore, quæcunque libidine inquinentur, crudelitate sæuiant, iustitiam illis, etiam in ipso scelerum æstu imputare pergit, certosq; reddit, sibi flagitia noxæ non fore, modo credant iustitiã sibi imputari, nec eam esse delebilem. Hoc illi sibi persuadere possent, si Deum mali facti vindicem esse crederent? Hoc ergo mutato nomine de Caluinianis dicitur. Nam Deum suum faciunt stolidam puellam, quæ *Caluinistarum Deus meretrix.*

Calui-

Caluinistas instar pupæ tractet. Puellæ enim improuida ætas, pupæ suæ vitam, sensum cum sit lignum aridum imputat, cibum offert, ornat, componit in somnum, alloquitur, consolatur. Deus Caluinianus tutiatus illis, superbis, auaris, rapientibus, adulterantibus cæde grassantibus, blasphemantibus in scelere mortuis, imputat modestiam liberalitatem, Iustitiam, Castitatem, clementiam, pietatem; an hæc ille faceret, si puellæ etiam fatuæ prudentiam haberet, & non potius esset, Iupiter lapis, truncoque simillimus Hermæ? Ideoque & Deus ipse pupus est Caluinistarum, quem ita describunt, vt qualiscunque sit in gubernatione vniuersi certe in eorum peccatis, aut stolidus aut ἀναίσθητος, & prouidentiæ exors esse cogatur.

VERSVS 4.

Finis enim legis, Christus, ad iustitiam omni credenti.

QVAESTIO I.

Quomodo Christus est finis legis?

§. 1. CHristus finis legis multis modis dici potest. Nam & legem Mosaicam abrogauit. deinde, legem impleuit, seu perfecit, quod lex imperauit. Tertio. Scopus est ad quem lex deducit, quo ipsa tendit. Scopus autem legis varius est, fugà vitij coercitatio virtutis, salus obseruatoris, honor legislatoris, qui supremus est finis, finis finium. Strigelius Lutheranus ex Homerico Scholiaste aliam addit significatiunculam; nam τέλος etiam vectigal est, seu portorium, quod lege penditur. *Itaque*, inquit *Christus persoluit vectigal legi debitum.* Hoc admodum recte. Vectigal principi, res bona de bonis soluuntur: Christus soluit debitum, & ipse satisfactor est & precium, Sacerdos & victima, non pars bonorum nostrorum principi nostro Deo debitorum. Verum ista omitto. Epicureum est, quod subiungit. *Et nobis ἀτέλειαν, id est, immunitatem, seu leuationem onerum legis donauit, ipse obedientiam & pœnam pro nobis persoluit. Sumus autem ἀτελεῖς, id est.* Zollfrey. Impia est illa doctrina: Christus enim legem impleuit, non vt nobis libera sit præuaricatio, sed vt sequamur vestigia eius, non enim venit soluere. Hæc interpretatio Libertinorum examina nobis produxit.

§. 2. Finem legis dicunt Christum multi tradiderunt, quod legem abrogando finem illi imposuerit: nam cæremonialem, & iudicialem penitus refixit, moralem retinuit, non qua lata est à Mose, sed qua obligat à natura, etiam ante Mosen docet Augustinus l. contra aduersarium legis & Prophetarum, Gregorius in 16. Ezechielis. Christus igitur est abolitio cærimoniarum, vt mors dicitur vltima linea rerum. Vmbræ enim typi, & lex propter Christum, quæ omnia cedere iam præsenti veritati debuerunt. Eodem modo interpretatus est Nouatianus dum de cibis Iudaicis agit, probat eorum delectum non esse necessarium Christianis. Hæc expositio verbis Apostoli hunc in modum accommodari debet. Christus veteris legis est abrogator, non zelator, vt ex fide, non ex lege iustificaret omnem credentem. Lex enim abrogata non est actionum amplius directrix aut præuaricationum correctrix, vbi enim non est lex, ibi nec est præuaricatio, non igitur ex ea lege iustitia est. Hanc igitur iustitiam dum statuere quærunt Iudæi, non sunt iustitiæ Dei subiecti.

Legem Mosis Christus abrogauit.

§. 3. Altera expositio: Christus esse legis perfectionem, qui solus legem omnibus numeris impleuit, nulli parti illius obnoxius, liber à peccato. Ab eo ergo iustitia nostra oriri debet, sine eo nulla enim esse potest iustitia. Legem enim non seruauimus, totam perfecte, & sine Christi gratia, seruare non potuimus. Hoc significat τέλος seu τέλειον perfectum. Iustitiam itaque non ex lege, sed à Christo quærere oportet.

Christus legem perfecte solus impleuit.

§. 4. Tertia expositio huic loco propria est: Christum finem esse legis, quem vocant finem οὗ ἕνεκα, vel Cui, Christo enim lex seruiit tota, data est, vt peccata monstraret, minis terreret, atque metu pœnarum exterritos, spe erigeret & ad Christum manuduceret, illique sanandos offerret. Hunc sensum Syrus expressit, cum finem appellat סכה sacca, à סכא sacha, quod est *contemplari, speculari, scopum intueri*, quæ expositio duas præcedentes quodammodo complexa est. Dum enim ad scopum seu metam ventum est, cursus legis finem suum, perfectionemque habet. Grauis igitur error Iudæorum, corpus legis, & cadauer zelantium, animam vero vitamque negligentium, gratiam enim Christi prorsus abdicabant. Augustinus l. de Spiritu & litera c. 29 *Israel vero persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare quia non ex fide, sed tanquam ex operibus, id est, tanquam eam per semet ipsos operantes, non in se credentes operari Deum. Deus est enim qui operatur in nobis, & velle & operari pro bona voluntate, at per hoc offenderunt in lapidem offensionis, nam quod dixerit, quia non ex fide, sed tanquam ex operibus: apertissime exposuit dicens ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti: Et adhuc dubitamus quæ sunt opera legis, quibus homo non iustificatur, si ea tanquam sua crediderit sine adiutorio & dono Dei, quod est ex fide Iesu Christi: & circumcisionem cæteraque talia suspicamur. quia etiam de his Sacramentis alijs in locis talia quædam leguntur: sed hic vtique non circumcisionem tanquam suam iustitiam volebant constituere, quia & ipsam Deus præcipiendo constituit. Nec de illis operibus hoc intelligi potest, de quibus Dominus eis dicit.* Reijcitis mandatum Dei, vt traditiones vestras statuatis: *Quia persequens, inquit, legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit Israel. Non dixit, persequens traditiones suas, id est consectans. Hæc ergo sola distantia est quia ipsum non concupisces, & cætera mandata eius sancta & bona sibi tribuebant. Quæ vt possit homo facere, Deus operatur in homine per fidem Iesu Christi, qui finis est ad iustitiam omni credenti: id est per spiritum incorporatus factusque membrum eius, potest quisque illo incrementum intrinsecus dante operari iustitiam: de cuius operibus etiam ipse dixit. quia sine me nihil potestis facere. Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam, viuet in illa: vt cum quisque infirmitatem suam cognouerit, non per suas vires, neque per literam ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians iustificatorem, perueniat, & faciat, & viuat in ea.*

§. 4. *Conuenientissima est illa explicatio. Iudæorum enim Christo repugnantium, atque etiam hodie est ista oratio. Legem à Deo accepimus, eam seruamus, facimus quod iubemur scimus Deum Mosi locutum. tu abducis à lege, à Mose. Christo credere iubes, non habet istum lex nostra. Sic & gentium multi apud Augustinum. Suades vt fiam Christianus? cur illud? vt bene viuas, at iam bene viuo. Huic errori tam specioso, quam vulgato respondet Apostolus. Quicunque quacunque gente. [illegible] Secta ex lege suis viribus legem explere se putant, vt sine fide in Christum iustitiam*

Error Iudæorum & gentium.

sequ-

se assequi sibi persuadeant, iustitiæ Dei non sunt subiecti, sed ab ea penitus alieni. Ratio est, qui legis finem, quem lex ipsis iustificatorem proponit, & in quem iubet credere, reiiciunt, per legem iustitiam quærit, Dei iustitiæ non est subiectus. Hoc Iudæi faciunt: Christum enim abnegant, blasphemant, ad quem lex quasi manu iniecta ducit: at Christus soli & omni credenti salutem adfert, non est enim aliud nomen datum, in quo nos saluos fieri oporteat. Imo ne impleri quidem lex potest, nisi Christi adiutorio. Simili rem explico. Dauid Rex iam senior Salomonem suo loco regem constituit procerum multis in Adoniam inclinantibus. Dauid vt gratiam nouam regi conciliaret, certamen equestre indicit, eius fore præsidem & brabeutam Salomonem pronunciat, qui victoribus regia magnificentia præmia donaturus sit, modo leges certaminis obseruent, & Salomonem regem suum, ac Dominum agnoscant, confiteantur, & ab eo velut subditi decretos honores accipere velint: Hic multi qui Adoniæ clam partibus fauent, legitime certant, decurrunt, præcurrunt, & metam ante alios attingunt, præmia poscunt: Salomonem tamen agnoscere respuunt. Certauimus, inquiunt, vicimus, præcurrimus, de brauia regem Dauidem appellamus, filium eius non agnoscimus. His non modo præmia sed è contrario supplicia rex decernit. Legum enim equestrium caput erat, Salomonem agnoscere Dominumque ac regem amplecti: Salomon scopus erat & certaminis & legum, in capite enim libri scriptum de eo fuit. Merito autem perduelles censebantur, qui tam pertinaciter regiæ voluntati obsistebant, vt ne à Salomone quidem beneficium accipere dignarentur, & sua se virtute præmia meritos fingerent. Plane eo modo lex, omniaque à Deo instituta sunt, vt filium omnes honorent, qui filium abiicit, nec patrem habet, in morte manet, currere sine Christo potest, virtutis speciem ostentare, metam attingere non potest. Nam Christus finis est ad iustitiam omni credenti, nullum est certamen legitimum cui finis ille propositus non est. Vnum hic discrimen; sine Christi gratia nemo legem facit, sine adiutorio Salomonis illi procurrunt.

§. 5. Caluinus solam iustitiam imputatiuam hic indicari existimat. Indicat præposterum legis interpretem, qui per opera velit iustificari, quoniam in hoc lex data est, vt in aliam iustitiam nos manuduceret. Respondeo. Fallit omnino idem male Iudæi, quia per opera, sed quia per opera sine fide, & lex non adducit ad aliam imputatiuam iustitiam, sed ad Christum vt eius gratia iustificemur, & sic legem seruemus.

Constat ad iustitiam quidem imputatiuam nos à lege deduci, sed non falso imputatam, sed quæ reuera cum imputatione iustitiæ, adferat homini innocentiam, (Ochinus iustitiam hoc loco vocat *innocentiam*) ita vt reuera Deus quem iustum reputat etiam iustum faciat, quod Chrysostomus hoc loco vocat *δίκαιον ποιεῖν*, *iustum facere*, nec iustum modo faciat, verum ita & gratia infusa, adiutorioque suo roboret vt legem seruare possit, & seruet, non quidem sine delictis quotidianis, sed sine peccatis mortalibus, sine criminibus. Optime Augustinus l. de Spiritu & litera c. 28. *Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod qui fecerit eam viuet in ea: vt cum quisque suam infirmitatem cognouerit, non per suas vires, neque per literam ipsius legis (quod fieri non potest) sed per fidem concilians iustificatorem, perueniat, & faciat, & viuat in ea.*

Per opera nequaquam prima iustitia datur, non tamen augmentum iustitiæ per opera fieri negandum est. Nec lex nos ad iustitiam ducit, quæ falsa imputatione iustos censeri velit, sed vera iniquitate criminosos sinat. Pareus hic duplicem iustitiam fingit, imputatiuam & inhærentem, non contrarias, sed disparatas. Martyr illas distinguit vt differentiam & propriam. Quæ non possunt non absurdissime dici. Nam imputatio in mente diuina est, inhærens iustitia in corde iusti, vtraque simul iuncta est, inde sequuntur opera iusta. *Deo*, inquit Fulgentius ad Monimum p. 5. *autem misericordiam & iudicium cantat Ecclesia, cuius hoc opus est in homine, vt occulto voluntatis suæ, non tamen iniusto, consilio, aut gratuitam misericordiam præroget misero, aut debitam iustitiam rependat iniusto. Imo autem misericorditer debitori donet, quod si vellet, iuste posset exigere: aut iuste cum vsuris quod suum est exigat, & iniquo debitori, quod debetur iniquitatibus reddat. Ac sic aut iustum prorsus indignum misericordia præueniet, at illum ira dignum inueniat. Ipse enim donat gratis indigno gratiam, qua iustificatus impius inluminetur munere bonæ voluntatis, & facultate bonæ operationis, vt præueniente misericordia bonum velle incipiat, & subsequente misericordia bonum quod vult facere, valeat. Vtrumque autem prædestinando Deus præparauit in illa incommutabili voluntate, in qua sic futurum effectum hominis renouando disposuit, vt eius voluntas in opere nouo, noua esse non possit. Donat etiam gratiam digno, in retributione mercedis æternæ, vt scilicet, sicut eum impium pie iustificat, iustus: quia de ipso Apostolus dicit: vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu: sic eum iustum iuste glorificat, pius. Quia quos iustificauit, illos & glorificauit. Eadem fit operatio gratiæ qua meritum hominis bonum, & initiat ad iustitiam & consummat ad gloriam. Primo inchoans in homine voluntatem bonam, deinde eandem voluntatem adiuuans inchoatam, vt eadem voluntas, & diuino bona bona sit, & diuino adiutorio malam superare concupiscentiam possit, & Deo perficiente talis postmodum voluntas ipsa fit, vt malam concupiscentiam habere non possit. Ac sic in præsenti vita gratiæ adiutorio infirmitati non cedat, in futura autem, gloriæ beneficio, infirmitatem non habeat. Et nunc recreetur continuo iuuamine medicaminis, tunc vero fruatur æterna plenitudine sanitatis.*

Duplex iustitia.

Chrysostomus eodem modo, *ostendit vnam esse iustitiam, illamque in ista consummari, & quod qui istam acceperit, quæ per fidem est, illam quoque impleuerit: qui vero eam repudiauerit, quod is ab vtraque exciderit. Si enim legis finis est Christus, sequitur, quod qui Christum non habet, etiamsi legis iustitiam habere videatur, eam tamen non habeat: qui vero Christum habeat, etiamsi legem non præstiterit, totum tamen acceperit. Etenim medicinæ finis est sanitas. Quemadmodum igitur qui sanum facere potest, etiamsi medendi artem non habuerit, totum tamen habet. Qui vero curare non nouit, etiamsi videatur artem exercere, prorsus tamen excidit, ita quoque in negotio legis habet & fidei: fidem enim si quis habet, is etiam legis finem habet. Extra fidem si quis fuerit, vtrique alienus est. Quid enim lex vult? hominem iustum facere, sed non potest, nemo siquidem illam impleuit. Hic itaque legis quidem erat finis, atque huc respiciebant omnia, ad hoc omnia fiebant, siue solennitates festiuæ, siue mandata, siue oblationes, & si quæ sunt reliqua, vt homo iustus redderetur: sed hunc finem Christus magis per fidem assecutus est. Non est itaque quod timeas, inquit, velut legis transgressor, posteaquam ad fidem accessisti. Tunc enim legem transgrederis, quando Christo propter illam non credis. Quod si illi credideris, & hanc impleSti, & multo plura quam ea præceperat: multo siquidem maiorem iam accepisti iustitiam.*

Vbi expresse dicit: *δίκαιον ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον*, Iustum facere hominem. Qui autem fide viua in Christum credit, etsi legem non seruarit, iustus est, quia sanatus est, vt ille docet, at non est ille sanatus, quem morbis scatentem vano elogio sanum alij pronunciant. Consule & Anselmum, & Photium apud Oecumenium.

VERSVS 5. & 6.

Moses enim scripsit, quoniam iustitiam, quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit. Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere?

QVÆSTIO I.

Quæ sit iustitia ex lege, & ex fide?

§. 1. LEctionis est aliqua, verum sensum non varians diuersitas, eam accurate persecutus est Brugensis. c. 10. v. 5. inquit. *Moyses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea.* Hæc Latinorum librorum, quos nos vidimus, multique alij ante nos, constans est lectio: Quam enarrat ex antiquis, Origenes, vel eius interpres. Græci libri scribunt. *μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Moses enim scribit iustitiam quæ ex lege est, quoniam qui fecerit ea, homo, viuet in eis.* Quibus suffragantur, Syrica exemplaria, Græcique Tractatores Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumeni⁹. Conijciunt quidam, Latinam lectionem, scribarum temeritate deprauatam: pro quibus facere possit, quod Haymo, in quibusdam codicib⁹ haberi testetur, *viuet in eis*, nescio an de Græcis vel alterius versionis Latinis codicibus loquatur. Conijciunt alij, Græcam lectionē, quanquam Mosis verba propius referat, (*Custodite leges meas atq; iudicia, quæ faciet ea homo, & viuet in eis.* Leuit. 18. a. 5.) ex tertio ad Galatas capite immutatam, vbi similis est locus. *ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς, pro quo nos habemus: lex autem nō est ex fide: sed, qui fecerit ea viuet in illis*; porro, hoc ad Romanos loco, legisse interpretem *ὅτι τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου ὁ ποιήσας ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν αὐτῇ.* Verum quod bene se habet, vtraq; lectio, in idem recidit. Syrus interposuit participium, *dicens*: Difficultas quæstionis ex hoc argumento facile intelligitur.

Lectio diuersa.

§. 2. Iustitia quæ ex lege est iubet facere ea quæ in lege sunt, ait Moses & Apostolus, sed hoc impossibile. Primo quia Iudæi quærentes statuere hanc iustitiam, non sunt Dei iustitiæ subiecti, ergo si Iudæis impossibilis, & nobis: nec responderi potest, agi hic de operibus sine fide. Non n. ita intelligendus est locus Mosis, qui sine fide & gratia fecerit, sed qui cum vera fide & gratia fecerit iudicia mea, viuet in illis; sed eo sensu citat Apostolus legem Moisis, quo ille protulit, ergo & hoc loco & ad Galat. 3. hic sensus qui fide per charitatem operante fecerit legem, viuet in ea, & eius iustitiam consequetur, ergo hanc iustitiam opponit Apostolus iustitiæ, quæ est ex fide, quæ scilicet nobis imputatur.

Respondeo. Quamuis hoc maxime loco glorientur, & inhærentem iustitiam tolli putent, nihil tamen ad eorum nugas faciunt, vel Mosis vel Apostoli verba: duplex enim est solutio, quarum vtraq; figmentum solius imputationis euertit. Prior expositio est Augustini. Iustitiam ex lege esse, cum homo externo opere legi obtemperat, vt mortem temporariam euadat: & timore pœnæ non amore iustitiæ, iusta facit. Iustitiam ex fide, cum iusta iuste facit, ex fide per caritatem operante, quæ in iustificatione prima gratuito infunditur, & exercitio augetur. Lex enim suis seruatoribus longam vitam, violatoribus mortem ante oculos ponit. Vmbra igitur iustitiæ est, sine interno affectu gratiæ, solo timore legis bene agere. Nam si vere rem pensemus, coram Deo mala voluntas facti crimen habet. Satis etiam virtuti est, si

Augustini expositio.

Perstat mente vigor, rectoque affixa voluntas,

licet defecto robore cesserint vires. Sententia Augustini de gratia & libero arbitrio c. 12. *Quotquot ergo adiuncto solo adiutorio legis sine adiutorio gratiæ, confidentes in virtute sua, suo spiritu aguntur, non sunt filij Dei. Tales sunt de quibus idem dicit Apostolus, quod ignorantes Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. De Iudæis hoc dixit, qui de se præsumentes gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant. Suam vero iustitiam dicit eos volentes constituere, quæ iustitia est ex lege, non quia lex ab ipsis constituta, sed in lege quæ ex Deo est suam iustitiam constituerunt; quando eandem legem suis viribus se implere posse credebant, ignorantes Dei iustitiam, non qua iustitia Deus iustus est, sed quæ iustitia est hominis ex Deo. Et vt sciatis hanc illum eorum dixisse iustitiam, quæ est ex lege, hanc autem Dei, quæ hominis est ex Deo, audite quid alio loco dicat, cum de Christo loqueretur, propter quem omnia, inquit, non solum detrimenta esse credidi, verum etiam vt stercora existimaui esse vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidē Christi, quæ est ex Deo. Quid est non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, cum sua non esset lex ipsa, sed Dei nisi quia suam dixit iustitiam, quamuis ex lege esset, quia sua voluntate legem se posse putabant implere sine adiutorio gratiæ, quæ est per fidem Christi? Ideo cum dixisset, non habens meam iustitiam quæ ex lege est: secutus adiunxit, sed eam quæ est per fidem Christi, quæ est ex Deo. Hanc ignorabant, de quibus ait, ignorantes Dei iustitiam, id est, quæ ex Deo est: Hanc enim dat non littera occidens, sed viuificans spiritus. Et suam volentes constituere, quam dixit ipse ex lege iustitiam, cum diceret nō habens meam iustitiam, quæ ex lege est: iustitiæ Dei non sunt subiecti, hoc est, gratiæ Dei non sunt subiecti: sub lege n. erant, non sub gratia: & ideo eis dominabatur peccatum, à quo non fit homo liber lege, sed gratia, propter quod alibi dicit, peccatum enim vobis nō dominabitur, non enim estis sub lege, sed sub gratia: non quia lex mala est, sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat, vt legis quisque sit factor sine qua gratia sub lege positus tantummodo erit legis auditor. Talibus itaque dicit, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.*

Iustitiam nisi ex gratia.

Et toto libro de gratia Christi tota pene præfatione in Psal. 31. & in Ps. 32. & l. de natura & gratia c. 1. Dei iustitiam non esse in præcepto, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ. *Veruntamen, timeo ne illis potius suffragetur, qui zelum Dei habens, sed nō secundum scientiam. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Quæ sit autem iustitia Dei, de qua hic loquitur, consequenter aperit adiungens, finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hanc itaque iustitiam Dei, non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi ad quam solam vtiliter legis velut pædagogi timor ducit, constitutam esse qui intelligit ipse intelligit quare sit Christianus. Nam si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est: si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam.*

Sermone 15. de verbis Apostoli explicat cur iustitiam quę ex lege est, detrimenta & stercora dixerit. *Lege Dei proposita: ipsa enim dixit, non concupisces: lege ergo Dei proposita, exceptis illis carnalibus Sacramētis quæ fuerunt vmbra futurorū, lege Dei proposita quisquis inueniri*

& sim

& sua viribus eā implere se posse putauerit, & fecerit quod lex iubet, non amando iustitiam, sed timendo pœnam, fuit quidem secundum iustitiam, quæ ex lege est homo sine querela non furatur, non adulterat, non dicit falsum testimonium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui: potest hoc, potest fortasse. Vnde? timore pœnæ, quanquā quis timore pœnæ non cōcupiscit, puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorum atq; telorum, & circumdantium fortasse multitudine vel obuiam euntium, etiam leo reuocatur à præda: & tamen leo venit, leo redit, prædam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc iustitia tua est, quæ iustitia ubi consulis ne torquearis.

Timor pœnæ non est iustitia.

Sensus est igitur, ea sententia Augustini. Qui legem suis viribus, timore pœnæ, vel etiam naturali quodam honesti motu, eatenus opere compleuerit, viuet in eis, non morietur, non dabit legi pœnas quam non violauit. Itaq; negandum est, quod in argumento assumitur, his agi de iustitiæ completione, quæ ex caritate & vita æterna; nam de ea agit Paulus quam Iudæi legis impletionem putabant. Non quid lex alia non requireret, vt internā caritatem & affectum, sed quod eo iam prauitatis Iudæi venissent, vt externum opus satis esse putarent: erant n. sepulchra dealbata: vt multæ Christi reprehensiones ostendunt. Itaq; concessum est. Dicitis vitam promitti illis, qui legē seruarint, & id facere vos iactatis, & facere vestro arbitrio, sine Christi gratia, ideoq; iustos esse. Sint ista, inquit Apostolus, nam vere dictū est, *qui facit ea viuet in eis*. Hoc Moses dixit, *iustitia quæ ex lege est, viuet in ea*. At vos iustitiam illam vestram, sine gratia asseritis, Moses autem non illam modo sed aliam addidit, quæ ex fide est, quæ ea gratia.

Oecolampadius ab Augustino non multum abit, *nam præcepta*, inquit, *non facimus, nisi affectum operibus addamus. Non esse distinctionem inter diuitem & pauperem plurium externis bonis operibus vel non, in interius autem distinguit.* Clarissime vero Bullingerus has iustitias distinguit. *Has de legali iustitia ex ipso legislatore Mose profert. His in Leuitico, custodite, inquit, leges meas, atq; iudicia, quæ qui fecerit homo viuet in illis. At lex ipsa duplice ratione fit. Primo æqua quadā ac iusta præcipit, nempe, ne falsum dicamus testimonium, ne rapiamus, ne adulteremus, aut quem quam occidamus, quæ quidem faciunt, qui externo opere legem non violant, etsi ab affectibus non fiant liberi. Tales per legem viuunt: non enim occiduntur, aut puniuntur, sed lege etiam nomen iustorum sibi cōparant. Et hæc quidem legalis dicitur iustitia, quæ interim apud Deum non est iustitia.* Vere ergo legulem iustitiā describit quam etiam August. Caluinus ita legem distinguit: *Legem accipi bifariam, primo significat vniuersum Mosis ministerium, 2. illam partem, quæ præceptis, præmijs pœnis continetur. Ad primā pertinet pœnitentiam fidem promissiones gratuitas prædicare, itaq; oportuit esse Euangelij præconem. Ad 2. præmia ad pœnas proponere, hoc modo enim lex accipitur, cum Paulus dicit, Quoniam, &c. Itaq; quod hic de iustitia legis dicitur referre conuenit non ad totam Mosis functionem, sed ad partem, &c. Qui ergo præcepta legis fecerit non occides, &c. Euadet pœnas, habebit præmia, si fecerit non eo modo, quo Moses præco Euangelij fuit, sed quo præmia pœnasq; proposuit temporales, hoc est naturalibus viribus.*

§. 2. Altera expositio est, etiam Mosen loqui, de vita æterna, quod Christus in eum sensum verba citet. Nec tamen sensus est: Qui legem facit interno affectu, fidei & caritatis etiam Dei iustitiæ non est subiectus. Hoc enim ne Satanas quidem dicere auderet. Sed longe alia mens Apostoli, quam perspicue explicabo.

Probare instituerat Christum esse finem legis, sine eo nullam esse iustitiam. Argumētum hoc est. Iustitiam quæ a lege est describit Moses, *quod qui eam fecerit viuet in ea*. Nimirum temporali, vita æterna. Lex vero imperat actum externum legis & internum: non furaberis, non concupisces, Deum diliges, verumtamen iustitia ea lege sola esse non potest, secluso fine legis Christo. Nam neq; sine gratia Christi seruari lex potest, neque gratia sine fide datur. Opus est ergo vt iustitia legis impleatur, accedere iustitiam fidei. Iustitia ergo legis, vel quæ ex lege est, accipitur præcise pro ea, quam lex mandat, vt lex est, quam falso Iudæi putabant se præstare sine Christo. Versu deinde 6. & sequentibus probat, verbum fidei prope esse in ore & in corde. Sine fide in Christum non posse salutem obtineri; Mosen enim qui legem custodiendam dedit, per ipsam legem & in lege Christum finem habere proposuit, vt per eum iustificationē dari ostendat.

§. 3. Deum ergo calumniantur, qui contendūt ex lege salutem promitti ex conditione impossibili. Nam etsi proprijs viribus, aut quouis facto sine fide lex non impletur, quæ fidem etiam imperat, gratia tamen Christi impleri potest. Hoc quidem modo in hac vita non impletur absolute secundū omnem perfectionem graduū, sed partium, vt alibi fatetur Pareus. Et alias exposui.

§. 4. Iustitiam, qua lex impletur, aiunt perpetuā anxietatem conscientiæ parere, ideo veram non esse, cum dubitationes gignat.

Respondeo rationem illam falsam esse, & ipsis sectarijs contrariam. Falsa est. Doctrina enim quæ sperare iubet, & timere à Spiritu sancto est. Quæ securitatem inculcat, & nos iustos esse indelebili fide & iustitia, quamuis grauissimis criminibus obnoxios, doctrina est dæmoniorum.

Contra ipsos facit. Nam de iustitia se certos esse pleriq; negant, nisi ab effectis, quod opera nimirum fidei & caritatis habere se videant.

Hinc etiam apparet quantum Zuinglius in expositione fidei aberret, dum Herculem, Theseum, Socratem alios sanctis Dei adiungit, quam hæresin apologia sua Gualterus firmare conatus est. Sed omnes cœteri merito exsibilant.

QVÆSTIO II.

Quis sensus verborum Mosis?

§. 1. HÆreticorum multorum ista est expositio. *Iustitia ex fide, hoc est fiducia specialis de propria salute: ita Pareus hoc loco.*

Ne dixeris ne de salute tua dubites. Hoc est Christum deducere, nempe è gloria & throno maiestatis sua detrahere. Tam enim certus esto Hæreditatem cœlestem aditurum, quam certum est Christum adisse.

Ne dixeris quis descendet in abyssum? ne time, ne forte mortem corporis mors animæ sequatur. Hoc est enim mortem Christi negare.

Plurima hoc loco reprehēdenda veniunt. Nam iustitiam ex fide, non potest fiduciam facere, tum illam ipsam dicant esse fidem, quam semper proponunt, nunquam intelligunt. Hic est autem iustitia quæ oritur ex fide, vt alia illa ex lege. Quod si esset fiducia specialis inhæreret homini, quod ipsi negant.

Iustitia hic non est fiducia.

Deinde quam peregrino sensu verba & Pauli & Mosis trahuntur. Ne dixeris, quis ascendit in cœlum, id est, ne dubites de salute. Moses enim & Paulus agunt de facilitate seruandi mandata per gratiam, non de certitudine fictitia.

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

Denique ad faciendam legem omnia referuntur, vt facias ea. Itaque nec Paulus à facienda lege abducit.

Ridiculum itaque est, ex eo quod Paulus negat opus esse arduo, & difficili inquisitione, vt iustitiam consequamur, velle concludere, certo constare nobis salutis nostræ prædestinationem.

§. 2. *Deducere* καταγαγεῖν, multi *ex alto deducere* alij *deuocare*. Huic opponitur ἀναγαγεῖν, *reuocare in sublime*, Syrus ita vertit. *Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum & Christum deduxit? Quis descendit in abyssum inferni & Christum eduxit de domo mortuorum?* Deut. 30. 11. ita legitur. *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum.* 12. *Nec in cælo situm, vt possis dicere, quis nostrum debet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus atque opere compleamus.* 13. *Neque trans mare positum vt causeris & dicas, quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire & facere quod præceptum est.* 14. *Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Nota: *supra* ὑπέρογκον· לא נפלאת *Lo niphleth non occultatum.* Dixeris aut dicere possis λέγων in 72. Hæc verba partim recitat, partim mutat, & videtur omnino in alium sensum trahere.

§ 3. Sensus Apostoli hic est. Iustitia quæ est ex fide ita loquitur. *Ne dixeris quis ascendet in cœlum?* Ne existimes lege Dei salutem esse impossibilem aut difficilem, quasi nullum in terra adiutorium sit, quo seruari possit. Nam facilitatem Moses verbis citatis manifeste declarauit. Quia ita loqui, est Christum è cœlo deducere, quasi nondum incarnatus sit, nondum naturam nostram sua gratia reformauerit, quasi adhuc exspectaretur incarnandus.

Verba Mosis exposita.

Aut quis descendet? Moses, mare: neque dixeris esse hanc perfectionem difficilem, vt sunt itinera transmarina, ab hoc tabaneo tempore Iudæi à mari seruierant in Ægypto, nec vspiam nauigarant, itaque mediterranei erant; Nam hoc est, inquit, Christum à mortuis reuocare ἀναγαγεῖν, hoc est, scilicet Christi resurrectionem negare, & in eam esse iniurium, nam vt hoc cap. mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et cap. 8. Vt iustificatio legis impleretur, cum ergo resurrexit, atque ideo nos viuificauerit, gratiam dederit, admodum facile possumus iustificari in Christo. Non ergo illa legis vox audienda quæ vitam promittit facienti legem vtramque, se Christi per gratiam incarnationis mortis, resurrectionis, hoc efficientis, vt sit lex scripta in cordibus nostris.

§. 4. Hilarius lib. 11. cap. 10. de ascensu Christi ad cœlos interpretatus p. 93. Certe Apostolus non relinquit, vt ambigi dicique liceat. Christus natus, passus, mortuus, resurgens: quo modo qua virtute, qua diuisione, quibus partibus, quis lachrymans est, quis gaudens, quis conquerens, quis descendens: sed fidei in hoc meritum, per confessionem incumbentis tantum religionis ostendens, ait: Ex fide autem iustitia. Sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum? Hoc est Christum deducere: vel quis descendit in abyssum, hoc est Christum à mortuis reducere. Omitto quorundam hæreticorum glossas. Ochinus *mare tranare, aut esse legem seruare velle.* Osiander *Dei essentialem in nos transfundi iustitiam.* Lucas Lossius, dubitare de pœna, non de culpa remissa fas esse dicit.

(?)

VERSVS 8.

Sed quid dicit Scriptura: prope est verbum in ore tuo & in corde tuo: hoc est verbum fidei quam prædicamus.

QVAESTIO I.

Quid sit verbum prope esse in ore, & in corde: Et ne dixeris? &c.

§. 1. SEd quid dicit? Ad Mosen potest, & ad Scripturam referri, vel potius ad vtrumque. Moses enim per Scripturam ista locutus est. Manifestissime sermo est, de facili obseruatione legis per gratiam. Moses, inquit Caluinus, facilitatem illis ostendit perficiendæ Dei voluntatis, ex eo quod iam illis occulta non est, nec longe dissita, sed sub aspectu posita.

Cognitio autem sola non est ratio cur facile obseruari possint, verum addenda est gratia, quæ non modo necessaria est, vt facile, sed etiam vt absolute seruari mandata possint. Caritati quippe omnia facilia sunt, & iucunda, etiam tristia. Septuaginta addunt ἐν χερσί, vt demonstrent opere complendam esse iustitiam. Quare fallitur Caluinus cum dicit: *Etiam post regenerationem non esse verbum proprium ore nostro.* Quia perfectionem lex requirit, à qua fideles quoque ipsi longe absunt. Refutat eum Psalmus 80. 14. Rom. 8. 4. & 12. 2. Gal. 5. 4. De perfectione loquor quæ huius vitæ est, in qua nunquam desunt imperfectiones. Itaque Iosue 11. 15. Moses vniuersa mandata Dei compleuit. Et 3. Reg. 4. 8. Idem præstitit Dauid & cap. 15. 5. Psalm. 118. 10. & Ioann. 5. 3. Verissime Cyrillus l. 3. contra Iulianum. *Verbum Dei yangeatum reformans hominis naturam in suam originem abolenit quidem peccatum in carne factum homo, & transtulit nos in nouitatem vitæ, & reposuit are iussit primam naturæ dignitatem in quam iterum placetur admirabili gloria. Ea propter, inquit, dictum est antiquis: non mœchaberis: ego autem dico vobis non concupisces. Quamuis vis fit, vt opinor, ad quam pertingi nequeat, vtpote incomprehensibilis, & quomodo super naturam, sed sic sapere non sinit. Quod enim impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem Deus misso filio suo in similitudine peccati mortis, & de peccato condemnauit peccatum in carne, vt impletio legis impleatur in nobis, qui secundum carnem non incedunt sed secundum spiritum.*

Sola cognitio non sufficit ad mandata custodienda.

Augustinus de natura & gratia ca. 43. *Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet & facere quod possis, & petere quod non possis. Iam nunc videamus vnde possit, vnde non possit. Iste dicit, voluntate non est, quod natura potest. Ego dico voluntate quidem non est homo iustus si natura potest, sed medicina poterit quod vitio non potest.*

Et cap. 69. *Valde autem bona sunt præcepta si legitime his vtamur. Eo quippe ipso quo firmissime creditur Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere, Hinc admonemur & in facilibus quid agamus. Et in difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, aut ea vna est sarcina ipsa quæ leuis est, secundum hoc dictum est. Et præcepta eius grauia non sunt, vt cui grauia sunt, consideret non potuisse diuinitus dici, grauia non sunt: nisi quia potest esse cordis affectus cui grauia non sunt, & petat quo destituitur, vt impleat quod iubetur. Et quod dicitur ad Israel in Deuteronomio si pie, si sancte si spiritaliter intelligatur, hoc idem significat: quia vtique, cum hoc testimonium commemorasset Apostolus*

salus: prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in manibus tuis: in corde enim sunt spirituales manus. Hoc est, inquit, verbum fidei quod prædicamus. Conuersus ergo quisque sicut ibi præcipitur, ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua mandatum Dei non habebit graue. Quomodo est enim graue, cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quisq; non diligit, & inde graue est; aut diligit, & graue esse non potest.

Eadem Leo primus sermone 5. de Epiph. Gregorius Magnus hom. 17. in Ezechielem.

Hoc denique notandum non vetari inuestigationem veritatis quæ in Scriptura est, sed ostendi, promptam esse cuilibet doctrinam ecclesiæ, vt ætate nisi volentes non possint.

§. 2. Pareus prope esse verbum, interpretatur, *bene cognitum promissum Dei.* Falsa glossa est. Nā prope est, vt facias illud, mandatum prope est. Credere saluum se, & parere mandato diuersa sunt. Non est autem in sola cognitione mandati propinquitas, quis enim non videt meliora probatque, deteriora sequitur? sed prope est, quia cognitioni addita est gratia, caritas mandatis diffusa in cordibus cognoscentium, vt quod intelligunt faciendum, ament facere.

Propinquitas est in gratia.

Traditiones etiam reijci clamant, quia Moses citatur, non traditio. Scriptura dicit non traditio. Hoc etiam stolidum est: cur enim Scripturæ citatio est traditionum damnatio? Nonne traditione vtitur Paulus eum dicit: Mosen ita loqui, cum dicit iustitia quæ ex fide est, dicere? Vbi vero scriptum in Mose id eum dicere? Paulus ita Mosen citat, ut verbis alligari nolit, & citat Mosen contra Iudæos, & Iudaizantes, quos solis verbis sine traditione vlitatæ interpretationis vincere clare non potuit. Qua vero fronte Caluiniani ex his verbis suam κενοδοξίαν seu inanem fiduciam, vel in Mosis vel Pauli verbis collucant? Non habent verba, non habent illam traditio. Neque nos eum Manichæis dicimus, Apostolus alia docuisse, alia scripsisse, eadem vox & calamus fuit, ex vno spiritu linguam & manum dirigente. Quædam tamen scripti, ferunt, quæ non prædicauerunt. Quæ Ptolemæo scripsit, non prædicauit Paulus, de libris & membranis, alijs sermonem in Ecclesia nō habuit. Multa prædicauit quæ nō scripsit, sero scripsit, multi Apostolorum nihil scripserunt, & ante scripta Apostolica constabat Ecclesia.

Traditionem scriptura non excludit.

§. 3. Hinc animos ueciderte eos calumniatur, qui peccatores ad opera legis remittunt, nam viam impossibilem ostendunt: inquit, neque proficiunt, cum ex operibus ex fide factis id promittunt, nam vel se implicant, cum fides iam iustificationem obtineat, vel inanem fidem fingunt, quæ non iustificat.

R. spondeo. In Christum & Apostolos illa calumnia recidit: si vis ad vitam ingredi serua mandata. Per bona opera vocationem certam facere iubet Petrus: cum fide aliqua bona opera iustificationem antecedunt, non ipsam merentur iustitiam, sed dispositiones sunt, fides quæ est in iustificatis inanis non est, sed fundamentum iustitiæ. Fundamentum etsi non arcet frigus, pluuias & ventos, non tamen ociosum est. Et radix licet, nec flore nitescat, nec fructu grauetur, succum tamen in ramos spargit, vt fæcundi sint. Fides etiam iustorū credendo meretur, vt cantas amando, benefaciendo.

§. 4. Veterem interpretē in Deuteronomio culpant, quod vertit in Mose. *Supra te*, in Hebræo, aiūt esse *absconditum*, sed exeusant eū 72. qui ὑπέρογκον, quod est, supereminens, apprehendi difficile, quæ illa sunt eminentia, & alta. Suidas opponit ἐυχερὲς quod est facile, supra nos esse dicimus, illa quæ capere humana humilitas & fragilitas non potest. Defendunt & Hebræi, qui aduersariorum imperitiam imprudētiam traducunt. Hebræū est נפלא *niphleth*, quod ardua, grauia mitāda significat פלא *phale*, quod celsius & difficilius, qua vi ab homine præstari possit, & quasi miraculum sit, si id homo præstet. Vbi 72. Vertunt ἀδύνατον impossibilia. * de & Gen. 18. Luc. 1.

VERSVS 9.

Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris.

QVÆSTIO I.

An ex confessione fidei salus.

§. 1. Obseruandum in primis, salutem tribui confessioni, non soli; nā fide etiam & caritate acquiritur, ex eadem deinde analogia dicendum est, non ea nos sola iustificari aut saluari, etsi aliquando illi iustitia aut salus adscribatur. Illa enim principium est, & dux ad salutem quam comitatur cæterarum virtutum, & gratiæ omnes accipiunt, quicunque saluantur: Hic fidei confessio coniungitur, ne quis sufficere solam arbitretur.

§. 2. Hic vnicum fidei & confessionis obiectum proponit, confiteri Christum Dominum nostrum, & credere eius resurrectionem. Quo nomine alia omnia intelligit, quæ ad Christum, & fidem Christianam pertinent. Plane contra sententiam Pauli Caluinus ista deprauat. Paulum ait tranquillam reddere velle conscientiam, & statuere remissionē peccatorum citra exactam legis obedientiam intetim non excludere reliquas partes, & quidē præcepta ipsa. Facessat Libertissimus ille. Ne verbo quidem Apostolus promittit flagitioso, & credenti salutem: sed credenti & confitenti, & cuius in ore & corde est mandatum vt faciat illud. Faciat illud ne mortalibus illud peccatis violet, etsi infirmitate labatur, non in crimina, sed venialibus delicta. Si credideris quod Deus illū suscitauit à mortuis, non quod scelera tua tibi omnia futura sint impunita: Fidem hic Paulus verbum non promissionis, sed facti, & rei gestæ appellat, fides est resurrectionis, Paulus verbum fidei prope in corde & ore esse dicit, de quo verbo Moses dixit, vt facias illud, non vt tantummodo credas, sed vt credendo eo peruenias, vt spe expectes, & caritate facias.

Fides hic non est fiducia.

§. 3. Pareus lib. 2. ca. 4. de iustificatione, fidem quæ creditur fingit duplicem, primam qua omnes credunt, omnibus & singulis fidelibus promitti remissionem peccatorum: specialem aliam qua credunt singuli sibi promitti remissionem peccatorum, vt si tu credideris in corde tuo, quod Deus Iesum suscitarit à mortuis, tu seruaberis. Magnam illa distinctio imperitiam prodit. Nam illa specialis sub illa generali continetur. Omnes credentes saluabuntur ergo & tu si credideris. Omnis homo est visibilis, ergo & tu, si homo. Deinde ipse fidem illam generalem in intellectu collocat, specialem in voluntate, quam salu ficam esse putat. Sed non est de Hypothetica propositione quæstio, sed de minore, tu legitimo more, fide viua perseueratura credis.

§. 4. Idem lib. 1. cap. 10. *Fadam calumniam iterat. Cum in toto papatu doceatur, credere in Christum nihil esse aliud quam credere Iesum Christum esse mortuum, esse suscitatum, quod etiam dæmones credunt. Papistas igitur non aliter credere in Christum, quam dæmones credunt, hoc est, in Christum omnino non credere.*

Respondeo dæmonis illud esse conuitium, nisi si forte eum illius pudeat. Credere in Christū Paulus hic exponit, credere Iesum Christum resuscitatum à mortuis, id nos credimus, credunt & dæmones. Sed aliter nos, aliter dæmones. Nos credimus fide à Deo infusa, credimus Deo reuelante & per suos doctores nobis proponenti; pio affectu mentem nostram ad rei obscuræ assensum inclinante; dæmones credunt rerum euidentia coacti, & suæ damnationis certi contremiscunt. Nulla in illis fides supernaturalis, nullum donum. Nos Deo credimus reuelanti, dæmon non credit, nisi demonstranti. Nostra fides ad spem animos erigit, ad caritatem accendit, dæmonum fides desperationē auget, odium exasperat. Tremunt & fremunt ad nomen Christi. Hoc tamē docemus: si spes & charitas à fide absint, si in sceleribus tecti credens volutetur fidem illam solitariā saluare non posse, meritoq; tales contremiscere oportere, nō enim fides liberat ab interitu, cum facta Deum negantia non quidem fidei essentiam, sed effectum impediunt. Caluiniana fides dæmonū fides est, non quia contremiscunt, quod faciunt dæmones, Dei iustitiam experti, sed quia contumacissime præfidunt, sibi nulla peccata imputari, aut imputatū iri; tanto dæmonibus deteriores quanto nequior est reus, qui flagitiis suis superbus, iudicem sui criminis socium magis, quam vindicem exspectat, qui tribunal nō horrescit, sed contemnit. Hæc dæmonum non iustitia, sed iniquitatis colluvies larua iustitiæ contecta. Caluinus l. 3. inst. 2. §. 10. & 11. eadem de sua suorūq; iustitia habet. Hęc iustitia illos omnia turpia, omnia immania ausos, corā Deo, vt præfidunt, iustos cōstituit, modo ipsi iustos se credere audeā; Neminem ea miserrima Angelorum damnatorū ... esse arbitror, qui non sceleratum sese agnoscat: at Patriarchæ illi hæreseon cum os obdurauerunt, non erubescunt, sceleratissimum quemq; iustum pronunciare, Christi iustitia contextū. Quasi vero Dei filius tegendis, non tollēdis peccatis mortuus sit. An is qui corporum sanabat morbos, non poterit sanare vitia animorum, qui claudis ambulandi, cæcis videndi, multis loquendi facultates dedit, aut reddidit, voluntati prauæ non redderet suam rectitudinem, infirmæ non restitueret robur, iniustæ iustitiam? Itaq; fides eorum, & iustitia larua infernalis, idolum est, iniustitia deterior quam sit dæmonum. Quod noster Richeomus probat euidenter de idololatria Hugonotica l. 4. c. 16.

Fides nostra, non est fides dæmonum.

Caluinistica fides est dæmonum.

§. 4. *Quod ore confiteris, inquit Pareus, incertum non est: nec coniectura aliter, sed certo nouisti. Solus ergo cuique certa est.*

Verissima est propositio, fidei enim est certissima confessio: quam tot mortibus firmatam à pijs hominibus videmus. Falsissima est conclusio. Non enim confitentur fideles, se in recondito S. Trinitatis concilio sedisse, & de sua prædestinatione decretum audisse, neq; ab vllo exigimus illam fidem vt profiteatur se iustum, & licet innumera flagitia committat, in iustitia permansurum, sed Iesum Christum excitatum à mortuis, cuius misericordia saluandos se sperant, si tamen manserint in fide & caritate. Ita Bernardus serm. 2. in octaua paschæ. *Nouit Dominus qui sunt eius, & solus ipse scit quos elegerit à principio. Quis vero scit hominum, si sit dignus amore vel odio? Quod si vt certum est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tanto delectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possimus inuenire.*

Confessio fidei non est certitudo salutis.

Et Sermon. 1. de Septuag. *Quis potest dicere ego de electis sum: ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum? Quis hæc inquam, dicere potest, reclamante scriptura: Nescit homo, si sit dignus amore, an odio: Certitudinem vtiq; nō habemus, sed spei fiducia consolatur nos ne dubitationis huius anxietate penitus cruciemur.*

Et ad sororem l. c. 20. *Soror charissima audi D. Hieron. dicentem. Non quæruntur in Christianis initia vel exordio, sed finis & perseuerantia. Paulus Apostolus male cœpit sed bene finiuit. Iudas vero Scharioth bene cœpit, sed male finiuit. Laudatur initiū Iudæ, sed finis vita illius condemnatur. Vnde D. Gregor. Virtus boni operis perseuerantia est. Incassum bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur.*

VERSVS 10.

Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

QVÆSTIO I.

An ore fiat confessio ad salutem?

§. 1. PRior pars; corde credi ad iustitiam, controuersia non est, & quod disputat ... in antecedentibus expositum est. Syrus: *Cor enim quod credit in eum, iustificatur, & os quod confitetur in eum, seruatur.* Expolitio est præcedentis argumenti, *si credideris saluus eris nam corde creditur ad iustitiam,* hoc est, *credendo* sincere ex animo peruenitur ad iustitiam; *ore fit confessio ad salutem*, non sola fides saluat, nec solo in ore salus, sed qui fide viua iustificatur debet adiungere confessionem ne iustitiam amittat. Matth. 10. Luc. 9. *Qui erubuerit, &c.*

Non solum fides ... confessio ... sufficit.

§. 2. Caluinus non ignarus suam illis verbis hæresin euerti, præstruere conatur. *Mirum videri queat cur nunc salutis nostra portionem fidei confessioni ascribat, toties testatur nos sola fide saluari. Sed ex eo colligi non debet confessionem salutis nostræ causam esse, sed tantum significare quomodo salutem nostram Deus perficiat. Neque enim quis corde credere potest, nisi ore confiteatur & necessitas est quidem perpetua consequentia, non quo salutem cōfessioni ascribat.* Cæterum viderint *quid respondeant Paulo, qui nobis hodie imaginariam fidem quandam fastuose iactant, qua secreto cordis contenta, confessione oris veluti re superuacanea & inani super sederat, nimis enim nugatorium asserere ignem esse vbi nihil sit flammæ neque caloris.*

Respondeo in cassum isti contra veritatem disseri. Quemadmodum iustificatio fidei, ita salus adscribitur confessioni, idem est verborum tenor, eadem sententia. Si huic non vt causæ, nec ergo illi, Si illi vt causæ, ergo & huic. Non dicit corde creditur ad iustitiam, vt confessio fit causa iustitiæ ore fit confessio ad salutem, vt confessio tamen non sit causa. Distinctio illa nouitium inuentum est: Spiritus sanctus æquat vtrumque quoad finem iustum: quod argutia humana addit, adscititium est. Quamuis plerique Caluiniani iam fidem negant esse causam, tantum correlatiuum esse aiunt. Certe etiam confessio quæ fit ad salutem relationem ad salutem habet.

Confessio causa salutis non.

Si confessio se habet ad fidem, vt flamma & calor semper ergo signum est fidei, tale vt si desit, non

sit fi-

ce fides, vbi ergo confessio supprimitur, fides extinguitur. Ergo Petrus confessione fidei abiecta, professione infidelitatis toties iterata fidem amisit. Vbi ergo fides indelebilis? nonne multi credunt, qui non confitentur. Ioan. 12. 41. Denique confessio illa non est propriæ fiduciæ, sed fidei Christianæ. Pareus ait, confessioni tribuere salutem, non quod non e iam fidei debeatur, sed quia fide iustificati, confessione, hoc est, inuocatione & obedientia fidei salutem, hoc est, regenerationem obtinemus. Nam per confessionem proprie intelligit inuocationem nominis Iesu. Per salutem intelligit omnes salutis gradus præter primum. Creditur resurrectio.

Respondeo iam hoc insaniæ esse simile eos qui iam sunt iustificati, confessione seu inuocatione, & obedientia primum regenerati; hoc enim si verum est, iam tempus inter iustificationem & regenerationem intercedit, quod negant illi, sed in eodem Physico momento fieri volunt, licet iustificationem natura priorem dicant. Quod si confessione salutem obtinemus, non est causa cur soli fidei tribuatur. Nam hoc modo fides intus latens non sola est mendica manus, sed etiam confessio foris sonans: obtinet autem confessio salutem, non sola inuocatione, sed fidei latentis professione. Nam confiteri Christum non est proprie inuocare, sed coram hominibus eius maiestatem diuinam & humanam naturam cognoscere, prædicare, vt ex Euangelio satis constat.

Noua est, & stolida Corneri expositio. Ore fit confessio ad salutem non impetrandam, sed iam impetratam declarandam. Quasi de hominum opinione, non de salute coram Deo agatur.

§. 3. Pareus hoc loco suos secutus magistros confessionem necessariæ cum fide iungi testatur p. 1020. *Confessio*, inquit, *fit ad salutem obtinendam nempe in Christo.* Et deinde, *Vbi igitur non est confessio ibi nec fides est, sicut vbi nec calor, nec lux est, ignis non est.* At l. 1. c. 15. de iustificatione p. 243. *Posse sine confessione fidem esse concedit. Duo vero illa*, inquit, *quod dicuntur metu excommunicationis Christum non confessi, non magis dilectionis, quam fidei eorum derogant. Docent quidem fidem illorum non fuisse vegetam, validam, de qua dicitur, corde creditur ad iustitiam: ore fit confessio ad salutem: non docent vero fidem eorum fuisse nullam vel euanidam, & mortuam: sed fuisse ægram infirmam, inualidam, vt eam vocat, Cyrillus, quæ nihilominus vera esse potuit, exponit similitudine hominis ægri.* Verum confessio enim ita res exigit omittenda non est, & paratus esse quisque debet, cum ita Dei gloria postulat, certam fidem confiteri. Vigilius martyr l. 2. Nihil corde prodest credere ad iustitiam, nisi & ore fiat confessio ad salutem. Vnde Propheta ait, *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuam dixi.* Et propter sentent. 183. *Veritas & credenda est. & loquenda.* Quare non immerito damnantur Libertini, qui confiteri & inficiari pro temporum ratione fidem sibi permittunt.

Reuiuiscentium defensores.

QVÆSTIO II.

An fides sit in voluntate, quia est in corde?

§. 1. *Fides in corde est, non ergo in solo cerebro seu intellectu*, inquit Pareus l. 1. c. 4. de iustific. & hoc loco. *Cor enim non solam mentem significat.*

Respōdeo. Cor id quod est in anima principale designat aliquando, ita scribit Tertull. l. de anima c. 15. *Si enim scrutatorem & dispectorem cordis Dei legimus; si etiā Prophetes eius occulta cordis traducendo probatur; si Deus ipse recogitatus cordis in populo præuenit, quid cogitatis in cordibus vestris nequam? Si & Dauid: Cor mundum crea in me Deus. Et Paulus, Corde ait creditur in iustitiam. Et Ioan. Corde, ait suo vnum quemque reprehendi. Si postremo, qui viderit fœmininam ad concupiscendum, iam adulterauit in corde: simul vtrumque dilucet, & esse principale in anima, quod intentio diuina conueniat, id est vim sapientialem atque vitalem: quod n. sapit, viuidum est.*

Cor principale in homine.

Hinc & Kemnitius in voluntate locat, & ea fide fiduciam fabricatur. Hoc quidem loco credere intelligentiæ solius est. Nam creditur Christi resurrectio, quæ ad spem aut fiduciam non pertinet. Non enim speram' Christum à Deo resuscitatum, sed credimus assentiendo. Quin & illud: *ne dixeris in corde tuo*, ad mentem pertinet. Nam cor, pectus, & similia aliquando pro tota anima, aliquando pro solo intellectu, aliquando pro voluntate accipitur. Pro intellectu seu sapientia Prouerb. 15. 32. Hinc excors, vecors, hinc rude & sine pectore corpus, hoc est sine mente dicitur. Sapientiam enim, & ingenium in corde prisci constituerunt. Ita לב *leb*, interpretantur eo loco Rabbini, certe 3. Regum 12. Deus dedit Salomoni *cor sapiens & intelligens*, חכם ונבון לב. Non tamen sapientia & intelligentia est in voluntate, quia est in corde, & c. 4. 29. Dedit Deus Salomoni sapientiam, & intelligentiam, & latitudinem cordis; similia adeo sunt multa, vt mirum sit hominem qui scripturam aliquando aspexit, hunc in modum argutari.

Cor hic ad mentem pertinet.

VERSVS 11.

Dicit enim Scriptura: omnis, qui credit in illum, non confundetur.

QVÆSTIO I.

An quia Scriptura dicit: sit sufficiens iudex omnium controuersiarum?

§. 1. QVæstionem excitat Pareus. *Scriptura dicit: non ergo mutata est, sed viuum Dei & loquens verbum: omnes ergo controuersias iudicat. Dicit quæ omnibus. Tu erras, tu verum dicis, ergo sola dogmatum norma est. Traditiones sunt incerta, fallibiles, mutabiles, multa impia.*

Respondeo cōsequentiam falsam esse, etsi enim muta non est, non omnia tamen loquitur. Quædam expressis verbis, quædam obscuris pronunciat, quædam ex illa per consequentiam, quædam per expositionem deducuntur. Pareo interdum expresse contradicit, vt cum ille dicit. *Hoc est figura corporis mei*, cum Scriptura dicat: *hoc est corpus meum.* Non eadem perspicuitate omnia alia definit, nusquam dicit: Scriptura est iudex omnium controuersiarum. Non in omnibus clare dicit, tu erras, tu verum dicis? Hinc variæ sunt ex obscuritate sententiæ.

Scriptura non omnia dicit.

Verba Scripturæ non solo sono sapiunt, sed sensu: sensus sæpe in abdito est, & mente indicandus: quod illa facere non potest, nisi aliunde edocta. Nonne & leges ciuiles loquuntur? & cum omnium iudicum auribus insonent eadem verba, non tamen animis etiam eadem sedet sententia. Hic pro Caio, ille pro Titio legem putat loqui.

Verissime Ambrosius in Psalm 118. serm. 8. Multa obscuritas in Scripturis Propheticis: sed si manu quadam mentis tuæ Scripturarum ianuam pulses, & ea quæ sunt occulta, diligenter examines: paulatim incipies ratiocinationem colligere dictorum, & aperietur tibi non ab alio, sed à Dei verbo de quo legisti in Apocalypsi, quod agnus librum signatum aperuit, quem nullus ante aperire poterat: quia solus Dominus Iesus in Euangelio suo Propheticarum ænigmata & legis mysteria reuelauit. Solus scientiæ clauim detulit, & dedit aperire nobis, dicunt se Iudæi habere clauim scientiæ, sed non habent: nam si haberent, ipsi ingrederentur, ipsi agnoscerent penetralia Scripturarum: Nunc autem væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui abstulistis clauim scientiæ, & ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. Quomodo enim clauim potestis habere scientiæ, qui scientiam ignoratis auctorem? Non excludit Ambrosius Ecclesiæ doctrinam atque interpretationem, vt cui clauis data sit, verum ne aliunde sensum Scripturarum petamus.

Obscuritas Scripturarum.

QVÆSTIO II.

An nemo credens in illum confundatur?

§. 1. GRæce est καταισχυνθήσεται, Erasmus, Castillo, alij, fidit, Beza retinet veterem versionem, & merito. Nam probat eum iustificari qui credit Iesum Christum à mortuis suscitatum, quod ad spem non pertinet, sed consensum intellectus. Porro hæc omnia eo modo intelligenda sunt, quo alia eius generis, nempe qui credit cum vera caritate & perseuerantia. In Hebræo est, non festinabit: Paulus sequitur 70. interpretes. Festinatio autem est causa confusionis, perperam agit, qui præpropere agit. Mohet autem Propheta, ne ea quæ prædicit, iam iam implenda existimet, nec si mora intercesserit, offendatur, tales enim confunduntur, cum spe frustrati videntur. Itaque Syrus etiam Hebræum יחיש, *iachisch*, festinabit expressit verbo נבהת, *nebhath*, confundetur. Imitatus 70. & Paulum, verba sunt Isai. 28. v. 16. Vbi Hieronymus super hunc lapidem qui alio nomine appellatur petra, Christus ædificauit Ecclesiam, & firmo iuxta Hebraicum, fundatur fundamine, in quo qui crediderit, non confundetur, siue iuxta Hebraicum, non festinet, ne videlicet tardus ei Christi videatur aduentus. Si enim tardauerit iuxta Habacuc, nemo desperet, quia veniens veniet, & sua promissa complebit, promittit quoque Deus ponere se in eo iudicium ponderis: neque enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium tradidit filio. Et iustitiam, siue misericordiam in mensura vt reddat vnicuique secundum opera sua, & iustitiam, ac misericordiam alterutro temperet iuxta illud quod & in Psalmis legimus: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi iustitia & pax deosculatæ sunt se.

Fidem oportere coniunctam habere caritatem, etiam monet Tertull. l. 1. c. 12. contra Marcionem. Nam et si credunt plerique in illum, non statim ratione credunt, non habentes Dei pignus, opera eius Deo digna. Itaque hoc nomine cessationis & defectionis operum, & impudentiæ & malignitatis adscis est: impudentiæ qua fidem non debitam sibi captat, cui præstruendæ nihil profecit: malignitatis qua plures in tre dulitatis reos fecit, nihil fidei prouocando.

VERSVS 12. & 13.

Non enim est distinctio Iudæi & Græci nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

QVÆSTIO I.

An omnis qui inuocat nomen Domini saluus erit?

§. 1. EXplicat, quod ex Isaia citauit, non modo Iudæi qui credunt in illum, sed etiam gentes saluabuntur. Nam Deus est omnium gubernator, diues in omnes, qui inuocant eum. Multi diuites sunt, sed illiberales, Deus & diues est, & beneficus, ex omni ordine qui inuocant eum admittit. Intelligenda sunt ista, si inuocatio legitima sit, cum fide, spe, caritate, deuotione. Sic Iustinus dialogo cum Tryphone. τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν ... ἐπ' ... *Quis enim vestrum ignorat, quam ea precationes, quæ cum dolore & lacrymis coniunctæ sunt, quæ ue submisso in terram vultu, & flexu humi genibus funduntur, Deum maxime demulceant?*

Orationis gestus.

Eiusmodi orationem Tertullianus describit l. de orat. c. 12. *Irreuerens est assidere sub conspectu contraq; conspectum eius, quem cum maxime reuereantur ac veneretur: quanto magis sub conspectu Dei viui ang lo adhuc orationis astante factum istud religiosissimum est, nisi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit. Atqui cum modestia & humilitate adorantis magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate ac probe elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam ille publicanus, qui non tantum prece, sed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, iustificatior Pharisæo procacissimo discessit.*

§. 2. An & hic dicendum solam orationē ad salutem sufficere? Bellarminus de iustificatione lib. 1. c. 13. & 17. Inuocationis est causa fides, inuocatio salutis, nam fides per inuocationem eam impetrat. Verba sunt Ioel. 2. 31. ימלט *immalet euadet*. Nempe mala quæ imminebant. Pareus fatetur posse inuocationem dici causam salutis. l. 1. c. 16. p. 297. de iustificatione. Si fides impetrat, accipit, non ergo solum relatiue iustificat. Si inuocatio est etiā causa salutis & iustificationis, non ergo sola fides, cui n. causa additur, non & solum causa, & c. 22. fatetur, salutis organa præter fidem esse plura alia. Nemo hoc loco ineptior Oecolampadio fuit, qui *inuocare nomen Domini*, interpretatus est, *credere*. Nullus enim inuocat qui nō credit. Qui tamē paulo post gradū à fide distinctū facit inuocationem. Vtiū ne non solū fidei salus tribuatur, alia omnia in fidem mutare maluit, q̄ pati vt error det. imentū pateretur.

Inuocatio causa salutis.

VERSVS 14. & 15.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est: quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, & Euangelizantium bona.

QVÆ-

QVAESTIO I.

Quomodo missionem esse necessariam probas?

§. 1. GRadatio Pauli est accurata, qua eo pertinere conatur, vt doceat salutem à Deo esse miserante, & non ex nobis. Nam salus nulli contingit absque inuocatione, & confessione, ac in vniuersum cultu Dei, & Christi Domini filij Dei, qui & ipse Deus est, inuocatio non potest esse sine fide, nec sine auditione doctorum fides, auditio non est, nisi sonet prædicatio, prædicatio non est, nisi mittantur à Deo legati, qui eius nomine salutem denuncient. Eo vero pertinet ista gradatio: vt exemplo quod oculis cerni possit, Iudæos conuincat, & probet, totam salutis Oeconomiam à Deo pendere, cuius causæ omnes à prima vsque ab eo dependent, agit vero de causis externis, vt negare non possent, quod sensibus percipiebant. Mitti enim Apostolos videbant, & nó tamen ad omnes.

Opus missionis est legatio. §. 2. Missio omnino necessaria est, ad prædicationem Ierem. 23. Falsi Prophetæ reprehenduntur quod currerent, & non mitterentur. Legationem enim obeunt pro Deo, & quæ ab illo mandata acceperunt, ad homines deferunt, pacis sunt internuntij & mediatores, quorum suscipi nihil potest, nisi à Deo agendi sit, & dicédi potestas. Quidquid enim agunt sine potestate Domini sui, totum in irritum recidit.

Agnoscit & vocationis necessitatem Caluinus: documentum ait esse diuinæ dilectionis significat, vbi gentem aliquam Euangelij sui prædicatione dignatur, neque vllum eius esse præconem, quem non peculiari sua prouidentia substituerit. Quia autem hic nequaquam de legitima cuiusque vocatione agit Apostolus superuacaneum foret, longiorem de ea re sermonem habere.

§. 3. Erat vero quod non putet agi hic de vocatione, hoc enim vel maxime viget non audiendos esse, nisi qui à Deo missi sunt, & quos ille mittit in salutem gentium, magna cura audiendos; ne in illis contemptis diuina maiestas spernatur. Ideo & pulchros eorum pedes pronunciat. Nam si quis prædicet nó missus, perinde actiones irritas faciet, vt qui legatum Principis se fingit, nec Principis mandata, sed sua commenta profert. Tales erant Ierem. 23. 21. qui currebant, & non mittebat illos Deus. Dei Legatos nemo nisi Deus mittit, nec Regis Legatos nisi Rex. Alios quidem extra ordinem, & per se immediate, alios mediate per alios.

Caluinistarum missio. §. 4. Caluinus suorum furorem, qui primum orthodoxos, deinde Lutheranos, calumnijs, arte, armis pepulerunt, ad missionem extraordinariam retulit. à Deo enim suscitatos asserit, vt ista facerent. Nihil enim inter illa initia erat, quod vocationis speciem aliquam exhiberet, contra veterem fidem prædicabant, à nullo mittebantur, solum ab improbis & stolidis audiebantur. Deinde illis seductis discipulos trahebant, & cum Sectam fecissent, vocatos se iactabant, cum ipsi potius plebem vocassent.

Missionis tamen extraordinariæ nullum signum producere possunt, quæ enim miracula noui illi à se lecti Pastores fecerunt? Eadem ex Caluino Pareus repetit.

§. 5. Laborant vehementer Sectarij, vt missionis suæ documenta proferant. Melanchthon eos missos à Christo dicit, qui Christum pure annunciant, sine vanæ gloriæ & quæstus cupiditate.

Magnum quidem hoc est, & gloriam & lucrum contemnere: non tamen signum missionis certum est. Nam errore aliquo & zelo non secundum scientiam potest, sine illis affectibus annunciare Christum, qui missus non est.

Deinde frustra missionis criteria dabuntur, vt veri Pastores ab illegitimis discernantur, affectuum occultissimi. Nam superbia in aperto gloriæ contemptu, etiam modestiæ laudem captat.

Missionem magistratui Angli tribuunt. §. 5. Sacellanus regia Angliæ pro sua in regem propensione, totum hoc ius ad magistratum detulit. Cur enim exosos merito rex habeat Puritanos, causam reddit: quod ius regium Presbyterio assignent. Hinc Britanni Episcopi Gallicanos Hugonottas negant habere veros ministros Ecclesiarum, & Hugonottæ Episcopos Anglicanos esse Antichristianos pronunciant.

§. 6. Alij à Presbyterio vocari & mitti suos prædicantes comminiscuntur. Nec tamen illi rem explicare possunt; Presbyteria ex prædicantibus nata sunt, nó ergo illa patres suos genuerunt. Non ergo vera illorum vocatio fuit. Quod si illi veri Pastores non fuerunt nec constituendi presbyterij potestatem habuerunt. Vnde autem illa presbyteriorum potestas? Euertit illam penitus Adrianus Sarania disputatione contra Bezam de varijs ministeriorum gradibus, & ad Archiepiscopos & Episcopos reducit, ad normam Ecclesiæ antiquæ, sed alibi de his abunde egi.

QVÆSTIO II.

Quis sensus verborum Isaiæ?

§. 1. IN Isaiæ cap. 52. 7. Ita habetur. *Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion regnauit Deus tuus.* Eadem sunt in Hebræo; at 70. admodum variant. πάρειμι ὡς ὥρα ἐπὶ τῶν ὀρέων, ὡς πόδες εὐαγγελιζομένου ἀκοὴν εἰρήνης, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά, ὅτι ἀκουστὴν ποιήσω τὴν σωτηρίαν σου, λέγων, Σιὼν βασιλεύσει ὁ θεός σου. *Adsum vt pulchritudo super montes, vt pedes Euangelizantis auditum pacis, & Euangelizantis bona, quia audire faciam salutem tuam, dicens. Sion regnabit Rex tuus.* Romana editio habet πόδες εὐαγγελιζομένων, & rectius secundo, ὡς εὐαγγελιζόμενος.

Hæc etiam in Hebræo facili mutatione inueniuntur. Hodierna Hebræa habent in præcedenti. n. 6. in fine הנני hinneni, *Ecce ego.* Quod 70. ad initium versus 7. applicuerunt & verterunt optime πάρειμι adsum. Deinde מה ma etiam est, vt, sicut, in Latino, *qualis adsum: qualis pulchritudo?*

Varia interpretatio. Pulchræ sunt, desiderabiles sunt, deinde cum dicunt: ὡς πόδες מה נאוו ma Sion καινῇ rep. tunt. pro מלך verterunt βασιλεύσει ad sensum Prophetæ non verba attenti. Paulus partim Hebræum textum, partim 70 sequitur, nam מה ma vertit. ὡς, quam, vt. Pro ὥρα ponit ὡραῖοι. Tertull. *tempestiuos* vertit, nó satis accommodate ad Hebræū verbum. Ambros. *tanquam maturitas.* Hieronymus, *vt pulchritudo.*

In expositione etiam variant aut potius omnes aliquid vtile adiecerunt; Origenes. Cyrill. ad Christum, reliqui ad Apostolos, recte ad vtrosque alij referunt. Euseb. l. 3. de demonst. Euang. interpretatur, *veloces* ex Pf. 147. *Velociter currit sermo eius*, sane breui illi duodecim plures conuerterunt, quam omnes philosophi gentium audierint. Ambros. in Pf. 118. speciosos ob progressum & concursionem, a. alij fortes Pf. 17. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum*, recte ex effectu causa, nam velocitati necessaria

saria

saria est fortitudo, & vigor par motrici facultati, atque adeo neruorum & musculorum, hinc velociores qui optima complexione, alij, quia conuersatione & amore trahebant.

§. Missionem itaque necessariam fuisse iam olim docet, eamq; oraculo prophetico pronúciatam de solis Prophetis nō agitur, sed regno Christi, ideo & Apostolos comprehendit: prophetæ etiam Christū nunciabant, sed Apostoli, iam præsentem ostendebant, & regni eius munera distribuebant.

§. 3. Pareus damnari fastum Papæ, quod pedes ornatos soccis aureis reddat speciosos, detque osculandos regibus: cum Apostoli nudis & fessis pedibus plerumque prædicarint.

Respondeo. Apostolos magna paupertate, laboribusq; Euangelium prędicasse. Deinde eosdem à Christianis viris etiam magno in honore habitos, & subsidia viuendi, etiam ab Ecclesijs accepisse, alios magnos illis ministrasse. Philemoni viro nobili scribit Paulus vinctus se eius seruum Onesimum retinere, vt pro se sibi seruiret in vinculis. Honorem Pontifici & Episcopis deberi nemo ignorat, inter quos est maximus, eorum osculari pedes, quod non tanquam priuato, sed Christi vicario tribuitur, cum Regum, aut Principum purpuram, vestemq; soleant osculari etiam proceres.

VERSVS 16.

Sed non omnes obediunt Euangelio, Isaias enim dicit; Domine quis credit auditui nostro?

QVÆSTIO I.

Qui non obedierint auditui?

§. 1. Υπήκουσαν, vt referatur ad Iudæos, *obedierunt*, Castalio præsens retinet: Syrus vititur prętérito, non habet participium, sensus tamen idem; nam sępe significatio est actu manens, & hoc Paulus dicere voluisse videtur; nam Iudæi Prophetis non obtemperantes, Typus erant eorum, qui Christi & Apostolorum spernebant doctrinam.

Vetus interpres defensus. Ex Isaia. c. 53. Sumptus versus. Grauiter & acerbe, sed pueriliter accusant nostrum interpretem, quod dixerit barbare & obscure, *auditui nostro*, pro *verbis*, vel *orationi nostræ*, ita enim vertunt Eras. & nouatores, alij tantum, *auditui nostro*. Verum iniqua accusatio. Hieron. August. Amb. Origenis interpres, Hilar. lib. 5. de Trinit. imo & Tertull. aduersus praxeam, eo modo legunt & citant, vt noster, 2. eos excusat Erasmus, quia se accommodarunt ad animos imperitæ multitudinis. Quid ergo culpant, si & interpres id egit. Nam quod eos parum Latinos ait, puerile est. 3. Versu sequente etiam auditum nominat, vt sit ergo plena gradatio, opus vti verbo accomodato. Est vero auditus sermo fama ab audiente perceptus, Syrus Hebræam phrasim imitatus est, dicit vero, *filiam vocis nostræ*, ita enim vocat auditum. 4. Reprehendunt Paulum, hoc est, Spiritum Sanctum, qui dixit non τῷ λόγῳ, sed τῇ ἀκοῇ, *auditui*. Imo Latinis auditus est sæpe rumor, & fama, ἀκοὴ Græcis non ita eleganter accipitur, licet apud Platonem in Timæo sit παλαιὰ ἀκοὴ, & apud Thucydidem l. 1. ἀκοὴ τῶν προγεγενημένων, *auditus vetus* seu *narratio olim accepta & tradita*; non satis explicatur nomine orationis, sermonis, nam Apostolo & Isaias, hoc queruntur: auditum hoc est sermonem à Deo, & maioribus acceptum apud improbos fidem non habere, *quis credidit auditui nostro, aut brachium Dei cui reuelatum est?* Pulchre explicat Chrysostomus. Nam si inquiunt tam pulchri pedes seu felix aduentus Euangelij, & pax bona, cur tanta illa pace fruentium paucitas? totum mundum pacis & bonorum præcones oportebat amplecti. Imo vero vel inde apparet veritas, vnde vobis suspicio fraudis. Nam hoc Isaiæ contigit, & futurum prædixit, post prius enim testimonium hoc sequitur. Nam pauci omnino quibus brachium Domini reuelatum est, quia non sola vox prædicantis sonuit, sed trahit gratia efficaciter vocantis, signum ergo hoc veritas habet. *Pauci verbum amplexi.*

Consolantur sua se paucitate hoc loco primo Lutherani, magis Caluinistæ, maxime Anabaptistæ, olim Donatistæ tempore D. Augustini, qui in sola Africa putabant superesse Ecclesiam. Quasi omnis paucitas sit signum veræ fidei, pauci fuere olim Marcionitæ, Montanistæ, Hussitæ in sola Bohemia, nec tota: de paucitate Iudæorum loquitur Propheta, multitudinem gentium admittit, & Apostolus gloriatur se ab Asia vsque ad Illyricum omnia impleuisse Euangelio, deinde fore vt intret plenitudo gentium.

Non hinc excluduntur infantes, vt Anabaptistæ, nec muti aut surdi, si alia ratione ad fidem perueniant.

§. 2. Paulus vocat obedientiam fidei, non à clara notitia, in fide: ita Bellar. l. 1. cap. 7. de iustificatione.

Respondet Pareus; non esse brutum assensum, quasi id diceret Bellarminus. Nam apprehensionem rerum requirit, non ex euidentia rationis perspectarum, sed ex auctoritate proponentis obscure cognitarum. fides ex auditu est, non ex auditu etiam statim fides. Multi audiunt, pauci credunt, qui sunt præordinati in vitam æternam. Non omnibus brachium Domini reuelatum est, multi crucis humilitate & molestijs offenduntur.

VERSVS 17.

Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.

QVÆSTIO I.

An ex solo auditu fides?

§. 1. FIdes *inquit ex auditu est, auditus autem per verbum Dei.* Castalio inepta affectatione, *ex diuina oratione.* In Græcis est Θεοῦ. Ita Chrysostomus, Theophylactus, alij. Interpres tamen Origenes, per verbum Christi, quod ex consensu codicum retinuerunt Romani, & ita exemplaria apud Bezam ita habere recensentur.

Primo quidem ex antecedentibus deducit, Euangelij & salutis cognitionem, non esse ex ingenio, aut naturali, vel sagacitate vel studio, sed doctorum institutione, & Dei gratia.

§. 2. Nihil hoc loco apertum calumniæ vel Hæresi videbatur, inuenit tamen Pareus quod contra veritatem intorqueret. *Male ergo*, inquit, *statuit Gregorius Magnus, vt imagines & statuæ in Ecclesia essent libri laicorum.* Argumentum ex verbis Pauli paululum accommodatus, fides est ex solo auditu per verbum Dei non ergo ex alijs. Nam Deus solum auditum voluit in Ecclesia esse non ergo aspectum statuarum.

Respon-

Respondeo. Fidem esse ex auditu, sed non ita solo, vt omnes animi facultates excludat, aut sensus, alioqui etiam lectionem excluderet, quæ tacitis labijs, solis oculis fieri sæpe solet. Nam illa instructio per aspectum est. Quin vero organum Caluino non fuit, aut Zvinglio auditio, sed lectio per quam venenatam doctrinam hauserunt. Quin illi Sacramentis etiam vim excitandæ fidei tribuunt, vt Symbolis, cur non ergo & imagines Symbola esse possunt? quam sit autem vana illa obiectio, docet versus sequens, vbi mundo vocem tribuit Dauid.

Non solum auditu est ad fidem via.

§. 3. Negari multis media sufficientia ad salutem Caluiniani docent. Nam prædicatio, & missio ad necessaria auxilia salutis pertinent, non tamen ad omnes gentes missi sunt, certe non omni tempore, qui viam salutis docerent.

Respondet Bellarminus l. 2. c. 8. de gratia & libero arbitrio. Non omnibus adesse immediatum cõuersionis auxilium, sed adesse mediatum. Nam per creaturas possunt in aliquam creatoris cognitionem peruenire, & gratia excitantur ad credendum, orandũ, bene operandum, vt tandem Deus per Angelos vel homines maius lumen illis conferat. Tum vero prædicatio vocabitur, illa quocunq; mediatore facta instructio. Abrahamum certe non per homines, sed per seipsum vocauit Deus. Itaque falsum est Deum nunquam vllos velle, nisi per prædicationem hominum seruare. Nec creaturarum librum dico sufficere, sed ad verbum reuelatum adducere. Quod vero dicitur Epuloni; *habent Mosen & Prophetas audiant illos*, ad scripturam potius quam ad prædicationem obligare videtur.

Auxilium mediatum adest.

VERSVS 18.

Sed dico: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ.

QVAESTIO I.

An recte Apostolus verba Psalmi citet?

§. 1. PSalmu 18. 3. 4. *Non sunt loquelæ, &c.* Verum Psalmus ille de Apostolorum prædicatione non agit, sed mundo. Nam magnus liber est orbis vniuersus, toto corpore clamat; *ipse fecit nos, & non ipsi nos.*

Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Hoc indicat, cum dicit. *Dies diei eructat verbum.* Quidam diei esse genitiuum, vt sit series temporũ, continuata vicissitudo, velut ex perenni fonte scaturit verbum agnitionis, laudationis diuinæ, נבע *nabach*, enim fontium, scaturiginem indicat, sensus non malus, sed Heb. יום ליום. & 72. ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ in dandi casu, ita partes omnes: itaque dies diem docet Dei potentiam, dies præteritus est magister subsequentis, & nox noctis eruditrix, dies subsequens dicit, ille indicat de præcedente, & scrupulus aliorum, qui quærunt quando dies diei loquitur? an dies audit & discit? & quomodo loquitur? Ipse dies, seu omnia tempora omnes dies & noctes sunt documento omni diei, omni ætati, omnibus qui in tempore versantur.

§. 2. Apostolus tamen optime de sensu mystico ad Ecclesiæ Apostolos, & Ecclesiæ Doctores accommodat, quorum doctrina orbem totum complectitur. Psalmus enim de Christo loquitur, vt cuius titulus sit למנצח *in finem*, seu victori, & triumphatori. Quare hæc verba Apostolus ad Christi ministros refert, ostenditque non solam in Scriptura literam, sed etiam sententiam esse spectandam. Nec veretur Iudæorum obiectionem, ista de cœlis, non de Apostolis prolata. Chaldæus etiam ad homines retulit, sed non sine errore. *Qui suspiciunt cœlos enarrant gloriam Domini, & opera manuum eius annunciant, qui speculantur in aera.*

§. 3. Difficultas est in dictione, Sonus, nam in Heb. est קום *kauam, linea, extremitas regula eorum.* Chald. extensio, prospectus eorum: Bellar. קולם legit interposita dictione ו id probat Beza, improbat Pareus. Verum 72. verterunt φθόγγον sonum, Sym. ἦχον quod est idem. Quod Pareus θόλον putat, nimis longe abit, nec illa lectione iuuatur, 2. par. 4. 2. vertitur κύκλωμα, sed nec adducit hoc Pareus, nec Tholus est κύκλωμα, est vero proprie קוה *cauâ cum desiderio exspectare* apud Propb. קו לקו, *exspecta, re exspecta*, congregatio, spes maxime hinc pertinet cætus, grex, cum sonitu enim semper est. Hieronymus etiam sonum vertit. Dicendum ergo, cum Symmachus, Hieron. 72. interpretes, Paulus vertat sonum, hoc significare, etsi aliquis Scripturæ locus non idem significet; sunt enim multa *πολύσημα*. Et præcessit קולם, nec timendi Physici, quasi cœlis detur Harmonia, cũ dẽtur illis מליהם *verba eorum*. Ad קו *cau*, quod attinet Is. 28. 10. verterunt 72. θλίψιν ἐπὶ θλίψιν, *προσδέχου ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι*, *alij instructio ad instructionem*, duplex enim interpretatio, quasi rudes sensim docendi sint vt pueri: 2. quasi sint verba Iudæorum subsannãtium.

Cœlorum ordo, pulchritudo, vestitus, prudentiam, bonitatem, potentiam loquuntur, est enim cœlorum liber omnium rudium. *nam inuisibilia Dei, &c.* eodem modo firmamẽtum רקיע expansio, nam *cœlum extendit sicut pellem*, adeo facile, itaq; hoc quod cœlum, aërem, nubes suspendit, ostendunt quid manus illius possint, ne quis glorietur in suis.

QVÆSTIO II.

An in omnem terram exierit sonus Apostolorum?

§. 1. SEntentiæ aliorũ variæ. Hilari⁹ in 25. Matth. Chrysostomus, Ethymius, Theophylactus super Matth. 1. ante captam Hierosolymam in omni orbe prędicatum Euangelium. Nam consummationem, cuius ibi mentio, à Tito illatam Iudæis captiuitatem existimant. Hinc Coloss. cap. 2. toto *mundo dicitur fructificare Euangelium.* Quin Paulus ab Hierosolymis ad Illyricũ impleuit Euangelium. Quid igitur alius fecisse credendum est? denique præceptum *euntes in vniuersum mundum*, non sinit eos partem aliquam relinquere intactam. Hilarius & D. Thomas de fama Euangelij potius, quam de prædicatione intelligit. Origenes, & Augustinus suis temporibus negant vbique prædicatum fuisse. Origenes in Matth. 28. Augustinus Ep. 8. ad Hesychiũ. Eos sequuntur Anselmus, Pererius. Nec dubiũ esse potest, idcirco quod nulla memoria, nulla vestigia Christianæ religionis in illis locis vnquam fuerint. Itaque nec Chinis, nec Iaponijs, nec Americanis prædicatum est Euangelium ab Apostolis.

§. 2. Cum igitur dicit exisse sonũ in totum mundum, vel de orbe habitabili & noto intelligendus est, vel de futuro loquitur in præterito, nec hoc mirum, quia citat verba Prophetæ. Qui spiritaliter de Apostolis non nisi de futuris loqui potuit.

Apostoli quomodo toti [illegible] de prædicarunt.

Pareri sententia omnium est absurdissima, nam in noto orbe prædicatum putet, Indias Occidentales & Iaponiam aquis obrutas fuisse: postea

vers

vero detectas & habitamus. Hac opinione nihil pofidius: tantam terrarum partem aquis obrutam fuisse, interea detectam. Quo tanta aquarum moles deuoluta est? Nam sunt illis locis etiam montes altissimi.

Ridiculus etiam est Lossius, qui ideo in quibusdam Insulis Euangelium non esse prædicatum quod eorum maiores in ædificatione vrbis Babel peccarint.

VERSVS 19.

Sed dico. Nunquid Israel non cognouit? primus Moses dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem in gentem insipientem, in iram vos mittam.

QVÆSTIO I.

Quid dicit Israelem cognouisse?

§. 1. QVo probare videtur: Iudæos scilicet cognouisse gentium ad Euangelij Doctrinam vocationem, & suam repudiationem. Vel Iudæos sufficienter Euangelij prædicationé agnouisse. Nam Scripturæ quas allegat, vtrumque conuincunt. Quærit ergo primo, an ergo iam Israel turbatur, quasi nouum & inusitatum sit, cum dico gentes ad fidem vocatas? Non ego primus istam rem profero, primus Moses ista dicit, primus ille legislator, primus tempore, & Dei amicitia, hunc ergo primum citat, secundum Isaiam. Aliqui ea causa primum dictum putant.

§. 2. Probat ex Deut. 32. 21. *In æmulationem vos adducam.* παραζηλώσω, alij, *ad æmulationem prouocabo.* Hebræus, אקניאם, *inuidere faciam.* Vindictæ genus demonstrat. Irritabo vos & efficiam vt inuideatis non genti, quam assumam; vtitur artificio Moses amatorio eorum qui zelotypia tanguntur, sicut enim me inquit irritauerunt in non dijs, in Idolis, cum impij debitum honorem dæmonibus impenderent, ita pœna talionis eos plectam, mea beneficia conferendo alteri genti, atque ita exacerbabo eos in non gente; nam videbunt æmulos in honore suo. Eo modo matres filiolos solent incitare vel alijs ea beneficia etiam temporaria tribuim, sic Ægyptios olim Iudæi exacerbabat, illos augendo, ita Hilar. l. 5. de Trinitate. Vident Christianos suis libris vti, seque ex illis confutari, vident patrem appellare Deum suum, ita accenduntur in iram, & zelum, & hoc toties mactandis pueris Christianorum ostenderunt, imo & olim capta Ierosolyma, cum emerent mancipia Christiana solum, vt cruciarent. Hebræum verbum duobus modis verterunt 72. nam v. 16. vbi idem est in Hebræo quod, v. 21. verterunt παρώξυναν *exacerbarunt.*

Visum est se Deum de Iudæis.

Iudæorum ira.

In Hebræo est סורר, *sorer, peruersum.* ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα. His enim duobus expresserunt 72. Hebræum verbum. Nam significat insignem proteruiam, & contemptum. Psal. 65. παραπικραίνειν, *exacerbare,* Psal. 77. 10. Is. 30. 1. ἀποστάται. Zach. 7. 11. παραφρονεῖν. νῶτον παραφρονοῦντα. Osee. 4. 16. ὡς δάμαλις παροιστρῶσα παροίστρησεν, *sicut lasciuiens declinauit,* iugum excutit, aut œstro percellitur, talis ergo Israel & Iudas. addit: *qui graditur via non bona post cogitationes suas,* 72. ἁμαρτίας vocant cogitationes. Ne Deo imputetur ecce, inquit, omnia à me facta sunt, vt Mater expandi manus in amplexum paratus infelicium filiorum, sed illi vt œstro percussi declinarunt, abierunt retrorsum, Iudæi igitur reiecti.

VERSVS 20.

Isaias autem audet, & dicit: inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui ijs, qui me non interrogabant.

QVÆSTIO I.

Quid ex Isaia probat?

§. 1. ISaias c. 65. audet & dicit: *Quæsierunt me qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me, dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum.*

Nouo itaque testimonio illos, qui maxime Iudæos amabat probat gentium vocationem. Nam illæ Deos alios quærebant, Deum Iudæorum contemnebant. Immensa Dei bonitas, in gentium vocatione, quas omnia alia agentes, ad regnum cœleste, tam magnis donis euocauit, qua de re agam cap. 11.

Nunc Prosperi sententiam adscribere visum est lib. 2. c. 18. de vocatione gentium. *Nunquid hoc mysterium etiam Prophetis incognitum fuit? & illi per quos Spiritus Sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis fiebant denunciationes, nesciebant? Non ita plane intelligendum puto, sed, ipsis gentibus absconditum fuisse mysterium, quod Dominus quando voluit, & quibus voluit, reuelauit. Nam de vocatione gentium, quæ non erant populus Dei, & quibus prius non misertus est, nunc autem miseretur, in Deuter. ita dicitur:* Et vidit Dominus & zelatus est, & iratus est propter iram filiorum suorum & filiarum, & dixit: auertam faciem meam ab eis, & ostendam quid erit in nouissimo, quia generatio peruersa est filijs, in quibus non est fides in illis. Ipsi in zelum compulerunt me in hoc quod non est Deus, irritauerunt me in Idolis suis & ego in zelum incitabo eos in eis qui non erant gens, in gente insipiente irritabo eos. *Et Dauid hæc de adoraturis Deum omnibus gentibus præcinit:* omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. *Et iterum idem:* Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. *Et iterum:* benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum. *Esaias quoque similia annunciat dicens.* Quoniam erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in cacumine montium, & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes. *Et iterum idem:* Et faciet (*inquit*) Dominus Sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibent in iucunditate vinum, vngentur vnguento in monte isto, trade hæc omnia gentibus: Hoc enim consilium super omnes gentes. *Et iterum idem:* Et reuelabit Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes gentes terræ salutem quæ à Domino est. *Et iterum:* Ecce aduenæ ad te per me accedent, & ad te fugient. *Et infra:* Gentes quæ te non cognouerunt, inuocabunt te: & populi qui te nesciunt, ad te confugient. *Osee quoque paria prophetat dicens:* Et erit in loco in quo dictum est eis. Non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei viui, & congregabuntur filij Iudæ, & filij Israel in idipsum. *Et iterum:* Miserebor non dilectæ, &

Gentium vocatio.

dicam

dicam non populo meo, populus meus es tu: & Ipse dicet, Deus meus es tu. *Sub Apostolis vero, cum hi qui in Christum ex circumcisione crediderant, eos qui gentiles erant, dicebantur quæ præputium, iustificationum gratia arbitrarentur participes esse non posse, docet Beatus Apost. Petrus quam indifferens apud Deum vterque sit populus, si in vnitatem fidei ambo conueniunt.* Cum autem (*inquit*) cœpissem loqui, decidit Spiritus Sanctus super eos, sicut & in nos initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidimus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum? *His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes*: Ergo & gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit. *Iacobus quoque Apostolus de hac vocatione gentium dicit*: viri fratres audite me, Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo; *& huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est*: post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta eius ædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes super quos inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc, notum à sæculo est Domino opus suum. *Symeon quoque, ille cui responsum erat a Spiritu Sancto, non eum visurum mortem prius quam videret Christum Domini, de salute omnium gentium qua in Christo reuelabatur, hac dixit*: Nunc dimitte seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel. *His & aliis testimoniis Scripturarum non dubie demonstratur, istam ditissimam potentiam benignissimam gratiam, qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocantur, prioribus seculis in occulto Dei absconditam fuisse consilio.*

Vocandas autem docet quæ nondum vocatæ sunt. c. 17. *Quod si forte quemadmodum quasdam gentes, quod ante non accidit in consortium filiorum Dei nouimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Saluatoris illuxit: non ambigimus, etiam circa illas occulto iudicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Euangelium quod nondum viderunt, audiant atque suscipiant. Quibus tamen illa mensura generalis auxilij, quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quamuis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, vt ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili iudicio Deus iustus & bonus, non ita præteritis seculis quemadmodum in nouissimis diebus effudit. Vnde & Beatus Apostolus Paulus scribens Colossensibus, ait*: Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius gentibus, quod est Christus in nobis.

Hoc sane fieri in vtraque India, & Africæ Asiæque extremis videmus.

VERSVS 21.

Ad Israel autem dicit: tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

QVÆSTIO I.

Quomodo probat Israelis abiectionem?

§. 1. ISaias 65. 2. *Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, post cogitationes suas.*

In veteribus additum erat mihi, sed Græcus, Syrus, correctio Romana omisit.

Quod dicit non credentem. Syrus habet, *contentiosum*, & pro *contradicentem*, non *acquiescentem*.

Quomodo hoc loco probatur Dei misericordia, omnium misereoris, & gratiam sufficientem omnibus certa ratione tribuentis in ipso Propheta exposui. Hoc loco Prosper sententia l. 2. c. 25. de vocatione gentium. *Sint igitur nouissima contemplentur secula, seu prima seu media, rationabiliter & pie creditur, omnes homines saluos fieri Deum velle, semperque voluisse: Et hoc non aliunde monstratur, quam de ijs beneficijs eaque prouidentia Dei, quam vniuersis generationibus communiter atque indifferenter impendit, fuerunt enim & sunt huiusmodi dona ita generalia, vt per ipsorum testimonia ad quærendum verum Deum possent homines adiuuari: quibus donis auctorem suum per omnia secula protestantibus, specialis gratia largitas superfusa est. Qua licet copiosius nunc quam ante præstetur, causas tamen distributionum suarum, Dominus apud scientiam suam tenuit, & intra secretum potentissimæ voluntatis occuluit: quasi omnes vniformiter affluerent, non laterent. Et quamuis nulla est ambiguitas de benignitate generali, tam de profusa misericordia nihil quod stupendum esset existeret, ac proinde illa esset gratia, ista non esset. Deo autem placuit & hanc multis tribuere & illam à nemine submouere, vt ex vtraque appareat non negatum vniuersitati, quod collatum est portioni, sed in aliquibus præualuisse gratiam in aliquibus refiliisse naturam.*

§. 2. Fidei vnum obiectum nominat, cum tamen multa alia credenda sunt. Fides autem hic assensus est, nullo modo fiducia specialis. Credere enim iubet quod Deus Christum suscitauerit à mortuis, & hoc confiteri ore Iesum Christum, non quod tibi quamuis flagitioso constet certa salus.

Caluinus quidem de fiducia hoc loco somniat, sed ne verbo quidem vno hoc insinuat, contrarium docet, nempe legem seruatu facilem esse credenti, gratiam nacto. Ex Isaia itaque reiectio illa probatur: ita tamen, vt negetur gratia sufficiens data reiectis.

CAPVT VNDECIMVM.

DIco ergo: Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. An nescitis in Elia quod dicit Scriptura: quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel? Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt; & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt: sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo: Numquid sic offenderunt vt caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur. Quòd si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum? Vobis enim dico Gentibus: Quamdiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. Dices ergo: Fracti sunt rami vt ego insererer. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis ij, qui secundum naturam inserentur suæ oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc: (vt non sitis vobisipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptū est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum: cum abstulero peccata eorum. Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula, Amen.

IN CAPVT VNDECIMVM

ARGVMENTVM.

IVDÆOS ob infidelitatē reiectos, gentes vero misericorditer à Deo assumptas esse demonstrauit. Ne miseris in tenebris & ærumna iacentibus insultarent illi qui in eorum locum substituti erant, eos non ita abiectos esse probat, vt non multi saluentur; denique etiam eorum magnam multitudinem conuertendam ex Prophetiæ dono prædicit. Gentes etiam modestiæ admonet, vt quas par cadendi periculum circumstet. Mysterij ergo altitudine, & diuinorum iudiciorum inscrutabili profunditate attonitus, in vocem laudis erumpit. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. Crebra huius capitis lectio, & consideratio, duo nobis præcipue inculcat. Cautionem, & diligentiam in vocatione, & fide tuenda: & deinde consolationem ex multitudine gentium collata ad Iudæorum paucitatem. Constat namque tum ex hac Epistola, tum vero alijs Scripturæ locis, adeoque historia & experientia. Gentium quæ ad fidem venerunt ingentem esse multitudinem, si cum Iudæis conferatur, adeo vt plenitudo vocetur. Iudæorum etiam multa millia saluata per multa retro secula, hodieque

varijs

varijs occasionibus multi conuertuntur. Hinc concludo illam solam esse veram Ecclesiam gentium, in qua est insignis multitudo multis modis Iudæorum fidelium paucitatem exuperans. At neque Lutheranorum neque Caluinianorum multitudines tantæ sunt, vt exuperent, imo ne adæquent quidem, nullo igitur illæ sunt veræ Ecclesiæ. Non incommode subducet rationem, si quis vnius, alteriusue nationis vnum sæculum, idque sectiunculis sese mutuo damnantibus distractum cum tot annorum centurijs comparet, præsertim cum Caluinus de suis fateatur, *vix decimum quemque esse sincerum.*

In Syriaca Ecclesia legitur hoc caput feria tertia passionis.

VERSVS I.

Dico ergo: Nunquid Deus repulit populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin.

QVÆSTIO I.

An Deus reiecerit populum suum?

§. 1. AMara est & vehemens Iudæorum in perfidia contumacium obiectio, qua Apostolicæ reprehensioni occurrunt: An ergo Deus populum suum, hæreditatē suam, peculium suum abdicauit? an oracula toties repetita in cassum ceciderunt? an Deus immemor promissionum suarum pactis non stabit? Quamuis peccatores sint; non tamen desinunt esse populus Dei.

Respondet Apostolus. *Absit*, μὴ γένοιτο, חס *propitius sis, miserere*, ne scilicet ista dicam. Quamuis Hebræi & alio modo loquuntur, 3. Regum 21. 3. חָלִילָה לִּי מֵיְהוָה. *Absit mihi hoc à Domino*, 70. μή μοι γένοιτο παρὰ κυρίου. *Quasi dicat, prohibeat hoc Dominus, seu nefas est hoc coram Domino.* Varias rationes adducit, vt hoc ostendat, quarum tamen vis in eo est, vt nõ omnem populum, electum, sed nec omnem reiectum demonstret. Me enim cum sim Israelita, non reiecit, Syrus dicit est מן ישראל *men Israel, de Israel* imo Apostolum & Doctorem constituit, vt & vos si credere velitis recipiamini. Patet vestræ salutis illa ianua fidei, qua ingressus ad Apostolatum sum ego. Non enim tota gens reiecta est, sed in ea multi electi. *Non tota gens reiecta.*

§. 2. Quidam probant promissiones & minas cæteroaliis propositas non pertinere ad singulos, sed ad omnes in genere. Promissiones ad electos, minas ad reprobos, & ad electos, vt ne socordes fiant, sententiam Apostoli peruertunt. Promittitur vita omnibus, vt omnes alliciantur & beneficium agnoscant. Minæ quoque mortis omnibus intentantur, & singulis, vt causam mortis, peccata deuitent, quod faciunt electi, faciunt interdum, sed non perseueranter reprobi: Porro quod Caluiniani quidam electis admoueri minas arbitrantur, ne socordes fiant, verum quidem est, sed doctrinæ eorum falsæ contrarium. Ridet enim electus Caluinianus omnes minas, quia salutis certissimus, damnationem non timet. Minarum auctoritas solus timentes exhibet. Nemo malum metuit qui securus est. Beatis in cœlo Angelis, si quis ruinam minatur, insanit. Electi etiam Caluiniani contra minas sua se fiducia erigunt. *Caluinianus non metuit.*

Hieronymus in orationem Ieremiæ cum illa verba exponit, *Quare in perpetuum obliuisceris nostri*, ad repulsam accommodat. Quod autem, 7. 4. pag. 726 dicit: *Innoua dies nostros sicut à principio:*

Hoc postulare videtur: vt sicut à principio primos Patriarchas eorum Abraham, Isaac, & Iacob plena fide, & dilectione sibi esse fecit deuotos: ita & ipsos eodem munere sibi fideles, ac deuotos facere dignetur. Quod in aduentu Heliæ per Malachiam Prophetam illis promissum esse plerique arbitrantur, vbi dicitur: Ecce ego mittam vobis Heliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: & conuertet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

QVÆSTIO II.

An omnes certi sint, se non esse reiectos?

§. 1. PAulus, inquiunt fiduciarij, se inter eos, quos Deus non reiecit, censet, sciebat ergo se prædestinatum. Omnes ergo fideles eadem certitudine gaudent. Eadem est eorum, quæ & Pauli fides.

Respondeo: fide vera & indubitata se credidit à Deo ad fidem & Apostolatum esse vocatum. Hoc enim Deus illi reuelaret, & crebro hoc inculcat. Eadem reuelatione cognouerat, se esse vas electionis; Multa passurum pro Christi nomine. *Imo quanta*, quæ passurus esset, Deus illi ostendit, inter qua & mors seu martyrium, quod prædestinationis certissimum erat argumentum. Quare imperitiam & proteruiam produnt Hæretici cum vnam eandemque suam & Pauli fidem fingunt. Vna est fides Pauli & fidelium, vnum donum, quo omnibus à Deo reuelatis assentimur. Vnum etiam hic quidem obiectum: nam & Paulum fuisse Apostolum, & prædestinatum credere tenemur. Non tamen de nobis idem quod de Paulo credim⁹. Non enim de nobis id nobis oraculum diuinum aperuit, quod Paulo de se, & nobis de Paulo reuelauit. Non tenemur credere Apostolos nos esse, aut Martyres futuros esse, quæ de se Paulus, & nos de illo credimus. Non enim Deus de nobis reuelauit; cur ergo prædestinationem nostram credamus nobis non reuelatam, eo quod suam Paulus crediderit sibi reuelatam? *Paulo prædestinatio reuelata est?*

Contra pestilentem illam præsumptionem salutaris est doctrina, Tertullian. scorpiaco cap. 6. *Prospexerat & alias Deus imbecillitates conditionis humanæ, aduersarij insidias, rerum fallacias, seculi retia, etiam post lauacrum periclitaturam fidem, perituros plerosque rursum post salutem, qui vestitum obsoletassent nuptialem, qui faculis oleum non præparassent, qui requirendi per montes, & saltus, & humeris essent reportandi, posuit igitur secunda solatia & extrema præsidia dimicationem Martyrij, & lauacrum sanguinis exinde securum.*

VERSVS 2.

Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit: an nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel.

QVÆSTIO I.

Quis est populus quem non repulit?

§. 1. NOn omnem intelligit, sed ὃν προέγνω, *quem præsciuit*, οὐχ ἁπλῶς, non simpliciter dicit Chrysostomus, sed quem præsciuit. Vane hæc aduersarij religionis calumniantur. Primo enim προγινώσκειν, *præcognoscere* vertendum censent, non præscire. Nam præscientiam aiunt esse tantum speculatiuam, præcognitionem vero cum effectu & approbatione. Deinde ea præscientiæ verbo ortam sententiam de præuisione fidei, & operum, denique idque ferre verbum Hebræum ידע *iadagh*, & Græcum προγινώσκειν præscire, non simplicem sed practicam cum approbatione cognitionem significare. Ideo Apostolum non vti verbo προειδεῖν prouidere in hac materia. Respondeo. His in disputationibus eos aut studio aut imperitia fallere. Nam scire & præscire, non modo speculatiuam, sed practicam etiam cognitionem designat. Ita Scripturarum interpretes & Patres vsurpant. Nam & scientia donum est Spiritus Sancti, & scire dicimur quæ prosunt ad salutem. Hic Augustinus: *Omnia scit, qui scit caritatem* T. 8. 193. *& scientia plenitudo caritas*. & T. 1. 116. exponit quid sit, *Deum scire, scire Deum felicitas est*. Veteres Latini scire & nescire pro iudicio practico, pro affectu ponunt. *Stare loco nescit, cedere nescimus, & conscia virtus*. Et non de sola speculatione Regina loquuta est, quæ dixit: *neque enim nescimus & vrbem & genus*. Si verbum Hebræum consideremus, à septuaginta interpretibus plus quadragies vertitur ἐπίστασθαι, *scire*, plus ducenties εἰδέναι, *scire*. Vtrumque tam de scientia speculatiua, quam approbatione. Quin & εἰδῶ sic vsurpat Scriptura. Genes. 18. 19. Exod. 3. Videt Deus τὸν κάκωσιν vt auferat. Iosue 22. 3. Reg. 8. 29. Matth. 6. 8. *scit Pater οἶδε, quid opus sit*. Luc. 12. 30. Ioan. 13. 18. οἶδα, *scio quos elegerim*. 2. Cor. 11. 31. Apoc. 22. 9. 13. οἶδα τὰ ἔργα. *Scio opera*.

Scire practicum.

Verbum præsciendi retinet, Oecolampadius, Bullingerus, Wigandus, alij plurimi Hæretici, vt magis contemnenda sit eorum nouitas, qui veterem corrupere interpretem.

Quod Castalio hic προέγνω decretum immutabile, πρόγνωσιν, ineuitabile, γνῶσιν vnius ab alio discretionem esse dicit, nihil fundamenti habet in Scriptura.

§. 2. Errant Sectarij, quod Pelagianum esse existiment, dicere, Deum præuidere omnem comparationem gratiæ, & vsum, cum Pelagiani liberum arbitrium causam meritorum, non Deo sed bono voluntatis motui tribuant.

Præscientia Origeni, Chrysostomo, Theophylacto videtur hic esse ratio electionis: eo modo, quod c. 9. expositum est. Alij rectius id negant.

§. 3 Præscientia hoc loco prædestinatio est, vt docet in modo de prædestinatione Gregorius de Valentia. pagina 452. Itaque & repulsa est proprie à gratia. Alioqui præscitos magis vsitate de reprobis dicere solent Theologi, quos & præscitos appellant. Verùm multis docet Augustinus præscire esse hoc loco prædestinare. libro secundo, de bono perseuerantiæ. *Hoc quod ait, præsciuit, non potest intelligi, nisi prædestinauit.* Non ergo hoc loco conditionatam scientiam, sed absolutam designat, quæ decretum voluntatis consequitur, licet & includat actum voluntatis; nec ab Latinæ linguæ vsu abhorret: dicimus enim: *Populus sciuit, probauit, decreuit* In Syro est: קדים ידע, *kedim iadagh, ante vel olim sciuit.* Promissio quidem ad omnes non solos electos pertinet, in quo errat Oecolampadius, Gualterus, Wigandus; effectus tamen in solis electis apparuit, cæteri sua voluntate exciderunt. Quare Chrysostomus, & Græca Scholia. οὐκ ἀπώσθητε ὑπὸ θεοῦ, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀπώσατε. *Non estis repulsi à Deo, sed vos ipsi repulistis*: quod de peccatis, & contumacia, qua gratiæ oblatæ restiterunt, non de reprobatione negatiua intelligendum est. Nam de reprobatione ad pœnam recte dici potest, sibi eos fuisse causam interitus, qui suis sceleribus aditum sibi ad gloriam præcluserunt, & pœnas attraxerunt. Interim Apostolus loquitur quasi de eisdem, quia in eadem gente, cui eædem promissiones, & minæ à Deo denunciatæ sunt. Obseruauit hoc Prosper libro primo, capite decimo, de vocatione gentium. *Apud Apostolum quoque quod in parte populi agitur, sub totius populi nuncupatione narratur, & in reliquis plenitudo censetur. Cum enim de Iudæorum obcæcatione dissereret, & quosdam ex ipsis gratia saluos fieri demonstraret, dico ergo, inquit, nunquid repulit Deus populum suum? absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham de tribu Beniamin, nō repulit Deus plebem suam quam præsciuit. Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo iustificati sunt. Et quod de omni Israele dici videtur, in his tantum quos sibi gratia electio reliquos fecit ostenditur, sicut sequentia Apostolici sermonis enarrant. Adiungit enim, & dicit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel.*

§. 4. Multos esse fideles ex Iudæis & Deo caros, exemplo probat; Nam tempore Eliæ regnante Achab, sæuiente Iezabele, decem tribus reiectæ videbantur, in Idololatriam dimersæ, solum se putat Elias. 3. Reg. 19. adhuc superesse, *septem millia* respondet Deus, *qui non curuauerunt genua sua ante Baal.*

Nescitis inquit in Elia quid dicit Scriptura? in eius historia, vel quid in eo contigisse dicat; *Interpellat Deum aduersus Israel*, ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ.

Quod Beza vertit, *colloquitur cum Deo*. Syrus קבל *kabel*, *clamauit*, quod noster aduersus Israel in Syro על *ghal*, super, contra, non quærit vindictam, nec ad pœnam incitat: verùm mala Israelis exponit, & zeli sui causam reddit.

Non ergo à Deo petiuit, vt impium populum deleret, vt Ochinus hæreticus illi imponit.

VERSVS 3.

Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

Quæ Elia querela?

§. 1. Quatuor præcipue Deo proponit, Prophetas occisos, altaria suffossa, se solum esse, animam suam ad mortem quæri. Historia describitur 3. Reg. 19. 10. De occisis Prophetis 3. Reg. 18. 40. sine dubio loquitur, alioqui apud Israeluas vsitatum erat, seruos Dei, monitores & Prophetas occidere; Nec enim virtutem ferre possunt impi obi, atque vt effrenatius proterunt possint, longissime abesse morum suorum censores volunt. Pulchre hac de re Lactantius l. 4. c. 11. de v. ra sapientia. *Cum sæpe Iudæi præceptis salutaribus repugnarent, atque a diuina lege desciscerent aberrantes ad impios cultus Deorum: tum Deus iustos & electos viros Spiritu Sancto implebat, Prophetas in media plebe constituens, per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet, & nihilo minus hortaretur ad pœnitentiam sceleris agendam: quam nisi egissent, & abiectis vanitatibus ad Deum suum redissent, fore, vt testamentum suum mutaret, id est, Hæreditatem vitæ immortalis ad exteras conuerteret nationes, aliumque sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Illi autem à Prophetis increpati, non modo verba eorum respuerunt, sed, quod sibi peccata exprobrarentur, offensi, eos ipsos, exquisitis cruciatibus necauerunt: quæ omnia diuinæ literæ signata conseruant. Dicit enim Propheta Hieremias: misi ad vos seruos meos Prophetas ante lucem mittebam & non audiebatis me, neque intendebatis auribus vestris, cum dicerem vobis: conuertatur vnusquisque à via sua mala, & à nequitiis affectionibus vestris, & habitabitis in terra ista, quam dedi vobis & patribus vestris à seculo vsque in seculum. Nolite ambulare post Deos alienos, vt seruiatis eis, & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum, ad disperdendos vos. Esdras etiam Propheta, qui fuit tempore eodem Cyri temporibus, à quo Iudæi sunt restituti, sic loquitur: desciuerunt à te, & abiecerunt legem tuam post corpus suum, & Prophetas tuos interfecerunt, qui obtestabantur eos, vt reuerterentur ad te. Item Helias in libro Βασιλειῶν tertio: æmulans æmulatus sum Domino Deo omnipotenti quia dereliquerunt te filij Israel, & altaria tua demolierunt, & Prophetas tuos interfecerunt gladio, & remansi ego solitarius, & quærunt animam meam auferre à me. Propter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuum, itaq; desijt Prophetas mittere ad eos.*

Prophetas occidunt.

Hæc cum fecissent, & postremo etiam filium interfecissent, merito eos Deus, vt Lactantius loquitur, abdicauit, exclusit, ἀποκήρυξε quasi publico Apostolorum præconio reiecit, & gentes adoptauit. Ita & ἀποκήρυξις c. de patt. put. Vide Alciatum l. 2. c. 28. disputat. Vix quisquam impiorum Regum à Prophetarum sanguine intaminatus reg. auit. Iehu Propheram occidit Ela 3. Regum 16. Manasses Isaiam serra lignea dissecuit, aliosque plures occidit. Ieremias à furente populo in Ægypto veisaxis vel flumine mersus est: nec alia fors Ezechielis, qui in Babylone à Iudæis interfectus est, cum vtrique tamen hostes pepercerint. Amosab Amasiæ filio, Z chari is à Ios, alij ab alijs interfecti sunt. De Isaia dubium est, sed magnitamen auctores tradunt, Origen homil. 1. in Ps. 37. & hom. 1. in Isaiam. Tertull. de patientia: Chrysost. hom. 33. in Matth. Epiphan, Hilarius ad constantium. Ambrosius de Iacob. & in Psalm. 118. atque vtinam Christianorum Regum essent sceptra sine sanguine Sanctorum.

Iudæi Prophetarum interfectores.

§. 2. Altaria tua, inquit, suffoderunt. Vnicum erat duntaxat altare Ierosolymis, verum vt constat ex libris Regum multa erant altaria passim in excelsis, non quidem idololatrica, sed non ex lege tamen, ea etiam Baalitæ destruxerunt, non eo animo, quo Ezechias 4. Regum 18. sed summo Dei veri odio, ne vllus illi cultus tribueretur, ne memoria quidem eius superesset vlla. Quare merito Propheta hoc inter scelera impiorum recenset: Etsi enim non legitime Deus in excelsis colebatur, non tamen hoc illi agebant, vt iusto, sed vt nullo ritu adoraretur. Verum de exc. lsis suo loco.

§. 3. Magnopere Elias orabat in æstim udo electorum numero, seu eorum qui Deum verum colerent, solum se esse asserit, & audit adhuc septem virorum millia. Prophetas Idololatricos occidit 3. Regum 18. 40. Deinde fugit Iezabelem capite decimonono, vbi profi. etur zelo se zelatum pro Domino Deo exercituum. 70. ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ παντοκράτορι. Zelans zelavi pro Domino omnipotente; quia reliquerunt pactum tuum filij Israel, 72. ἐγκατέλιπον, tamen 14. additur, τὴν διαθήκην. Altaria tua d. struxerunt. 72. κατέσκαψαν suffoderunt quærunt animam meam, additur, vt accipiant eam, λαβεῖν auferunt. De tertia querela & quarta dicam vers. 4.

VERSVS 4.

Sed quid dicit illi diuinum responsum: reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

QVÆSTIO I.

Quid Deus respondit?

§. 1. Diuinum responsum χρηματισμὸς Prophetæ redditur, vt errorem agnoscat. Quid sit χρηματίζεσθαι explicui in Matthæo de tribus magis, qui dicuntur χρηματισθέντες. Syrus hoc loco vertit גליונא Ageliana, reuelationem, Apocalypsin. Respondet ergo non esse eum solum, relicta adhuc septem virorum millia, quæ non curuauerunt genua ante Baal, Syrus לבעלא ipsi Baali.

Reliqui præterito tempore, 70. καταλείψω, *relinquam*. Beza vertit: feci vt remanserint, quæ periphrasis in re clara non est necessaria. Immerito reprehendit septuaginta interpretes Beza, quod futuro vtantur. Nam cum in Hebræo sit ו *vau*, quam scribitur והשארתי *vehisarti*, 3. Regum 19. 18. Recte verterunt *relinquam*. Coniunctio enim tempora mutat. Sensus autem est. Non modo iam supersunt 7000. quæ non adorauerunt Bahal, sed etiam ea mihi relinquam, defendendo contra acerbitatem tentationum imminentium. Metuebat Elias ne se mortuo penitus relinquerentur Israelitæ, sed cum Deus consolatur, & futurum statum eius regni reuelat, simul etiam indicat præsentem. Ita enim accipiendum est, quod dicit reliquisse, non conuertisse, aut conseruasse, nihil non curuasse genua asserit, quod ostendit immunes ab Idololatria fuisse, præterito recte etiam vertit, quam Hebræum ambiguum est, multo magis puerile quod Beza ait, *Relinquam*, esse ambiguum, nam *reliqui*

etiam ambiguum, nisi quod sensus vtrumque faciat certum, qui est non deserendos esse, sed serulandos.

§. 2. *Qui non curuauerunt genua ante Baal.* Syrus: *qui non flexerunt genua, nec adorauerunt Baal.* 72. ἑπτὰ χιλιάδας ἀνδρῶν septem millia virorum, hoc est, multa millia fidelium omnium, qui tum erant in regno Israelitico, vniuersitatem significat πάντα τὰ γόνατα ἃ οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῷ Βααλ ita & Hebræus.

Omnia genua quæ non submiserunt se Baal. Paulus relicto Hebraismo claritatis causa ἑπτὰ χιλιάδας ἄνδρας οἵτινες, addit ἐμαυτῷ, *mihi*, vt ostenderet Deo illos seruos seruari; nam in Heb. & 72. *genua* primo pro viris, deinde propriè accipiuntur. Ante Baal, non fuit proprium certi Idoli, sed commune, nam & Sidoniorum erat, & Palestinorum, & Babyloniorum Bel, est בעל *baghal*, *Dominum*, *maritum*, *possessor*, itaque communi vocabulo vocabant idola sua, quasi per excellentiam בעל, id est: *Dominum*, illis se tradebant & mancipabant impij cultores.

Baal communis nomen.

Τῇ Βάαλ dicitur genet. fœminino, nonnulli subaudiunt τῇ εἰκόνι *imagini*. Verum modus ille loquendi Græcis non est vsitatus. Nam cum etiam Deorum suorum nomina imaginibus tribuunt, vtuntur genere masculino, vt cum autem cupidinem χρυσοῦν appellant. τὸν δὲ μὴν ἐγλυψε. *Ionem quidem sculpsit.* Vera causa, quod idolum hoc fœminei sexus, & à Iezabel Sidonij regis filia aduectum esset in Samariam, ei insigne templum dedicatum ab Achab vxorio & impio Rege. Nomen eius celebre erat tota Syria, *Astharte*, Heb. eis עשתרת, 3. Reg. 11. 5. καὶ ἐπορεύθη Σαλωμὼν ὀπίσω τῆς Ἀστάρτης βδελύγματος, primum hoc eius Idololatriæ ponitur. *Sed & colebat Salomon Astharten Deam Sidoniorum.* Eadem Ier. 7. 18. χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, mili iæ cœli. Et 44. 17. 18. 19. 25. quæ dicitur reginacœli. Romana editio multum differt, nam τῇ Ἀστάρτῃ, βδελύγματι τῶν σιδωνίων scilicet ᾠκοδόμησε ὑψηλὸν, *ædificauit excelsum.* Iudicum 2. 13. in plurali לעשתרות *leghastaroth*. R. Kimhi ait forma ouilla fuisse: Alij venerem multimammiam, quæ fecunditatis ergo coleretur, est & vrbis nomen. Gen. 14. 5. Deut. 1. 4. alias gregem significat, & vt explicant fœmelli sexus. An hæc eadem cum cœlesti Carthaginensium alibi dicendum. Additum *& omne os quod non adorauit eum, osculans manum* Hebræus וכל הפה אשר לא נשק לו, *omne os quod non est osculatum ei*; nam in veneratione Idolorum erit genu flexio signum submissionis, osculatio manuum signū amoris, interdum ipsis Idolis figebant oscula. Hinc adorare, id est, manum osculando reuerentiam & amorem ostendere, alijs ritibus etiam coluisse constat ex facto 400. prophetarum Baal.

Baal certi nomen.

Astaroth.

§. 3. Erasmus sane ridiculum se hic exhibet, dum scribit באל non בעל & prefectum, aut idolum interpretatur, ideo vertendum sentit imagini Baal, sic Beelzebub *imaginem Zibub.* cum Dominum significet, non imaginem. Sed Erasmum decepit, vt videtur Cœlius Rodiginus.

QVÆSTIO II.

An hinc probari possit Ecclesiam aspectabilem aliquando defecisse?

§. 1. NOta est Hæreticorum opinione duplicem esse Ecclesiam. Electorum vnam, vocatorum alteram. Hanc interdum redigi in tantam paucitatem, vt omnino obscuretur, nec inueniri possit. Ita factum esse tempore Hussi, Lutheri, Caluini, qui veram doctrinam restituerunt. Itaque Melanchthon in locis communibus. Et Caluinus in institutionibus, Pareus hoc loco, alique ex- mplum Eliæ admodum vrgent. Nulla erat eo tempore aspectabilis Ecclesia, Elias gnarus omnium, neminem præter se fidelem nouerat, ita omnibus latentibus inuisibilis erat Ecclesia. Nam *se solum relictum* ait, μονώτατος ὑπελείφθην, (vbi male Geneuenses & Pareus ὑπολελείφθην) *solissimus relictus sum.*

Non argumentum hoc soluitur, si errasse prophetam dicamus. Nam etsi in facto error fuit; ille tamen ipse error demonstrat, sanctum & Deo carissimum Prophetam iudicasse Ecclesiam visibilem totam posse deficere, contra quam nunc docent Catholici. Si Iudæorum Eccl. sia potuit obscurari tota, igitur & Christianorum, non enim meliores sunt huius quam illius promissiones. Imo si externa spectemus, spectatior est illius quam huius conditio. Iudæis pax, opes terra fertilis promissa est, nobis bellum, miseriæ, cœlum.

Respondeo. Multis modis exemplo Ecclesiæ illius Sectarios abuti. Nam primo cum dicit se solum relictum, non intelligit nullum amplius fidelem, sed Prophetam nullum esse relictum. Sæuiites enim Iezabelis non in omnes, sed Prophetas Domini grassabatur. Ita loquitur Elias 3. Reg. 19. 22. *Ego remansi Propheta Domini solus*; nempe ex omnibus Prophetis, qui publicè contra Iezabelem gloriam Dei tuerer. Nam paulo ante audierat ex Abdia centum fuisse abscondi tos, & Abdias *timebat Dominum valde*. capite decimo octauo, versiculo tertio. Deinde versiculo trigesimonono, vniuersus populus clamat procidens in faciem, *Dominus ipse est Deus*, *Dominus ipse est Deus*, imo Prophetas Bahalin occiderunt, ergo tunc Ecclesia illa erat Deum confessa. Elias ergo fugiens in montem multos reliquit fideles in Israele, quos conuerterat, & qui ante fuerant intaminati ab idololatria, quos omnes ignorare non poterat Elias. Nunquam mirati satis potui eorum oscitantiam, qui ex eo quod falso putarent nullos publice fuisse in Israele fideles, etiam in Iuda Ecclesiam defecisse. Ideoque illo tempore nusquam Ecclesiam fuisse spectabilem: nam vel maxime ex tempore floruit religio in Iudæ regno. Nam Iosaphat Rex Iudæ regnare cœpit anno quatto Achab, post quem annum illa Eliæ fuga accidit. Quin 41. annis regis Asa Iudas Deum coluit, vide paralip. 16. Cum ergo in Israele iam grauis erat persecutio Iosaphat & tribus Iuda ac Beniamin magno studio Deum colebat, eratque tum vicina Ecclesia, Sacerdotium, templum, omniaque Florentissima, quamuis enim vno in loco fideles publice conuenire non possent, in vicinia tamen erat numerosissima Ecclesia.

Elias solus iam Propheta sed non solus.

Miror itaque Ochinum dicentem. Putasse Eliam non esse aliquem amicum Dei in terris, cum non ignoraret pietatem regis Iudæ atque al orum. Hinc etiam retunditur Brentij calumnia: malle nos Euangelium, quam patres nostros damnare, imo discessisse nos à patribus. At Euangelium tenemus, & patres sequimur, eos qui perpetuo in Ecclesia manserunt, non qui ad hæreses defecerunt. Atq; hoc sane pro confesso accipimus, quod faten-

fatentur, Euangelium suum, nō posse sine damnatione patrum suorum probare. Contrarium esse illud patrum scitis, & veteris Ecclesiæ doctrinis. Mirius Gualteri, de patribus nos posse bene sperare, propter principia fidei retenta. Ita plane de patribus bene speramus, quos recte credidisse non dubitamus, de hæreticis spem concipere nullam possumus, quod & nouam doctrinam sint amplexi, & patres suos tristi sententia damnarint. At nos Scripturæ cognitionem & sensum in Ecclesia quærimus, ἐν μόνῃ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ ἀρχαίᾳ ἐκκλησίᾳ ἡ τῷ ὄντι ἀκριβεστάτη γνῶσις, ἡ τῷ ὄντι ἀρίστη αἵρεσις. *quomodo in sola veritate, & veteri Ecclesia accuratissima sit cognitio, & reuera optima secta, seu ratio.*

Ecclesiam qui imperunt à clemente Alex. strom. 7. comparantur illis quos Circe in bestias transformauit.

Causa bonus contra Bellarminum duo hominum genera veritati esse infestissima, quorum alii nouitates & κενοφωνίας inducant, alii studio antiquitatis veritatem oppugnent. Id verissimum est, & ob hæreticis fit vtrunque. Verba enim & doctrinam hæreses hactenus studiose nouerunt, veterum etiam errores variarum hæreseon ab inferis reuocerunt. Nos antiquitatem non quamlibet, sed orthodoxorum patrum, & Ecclesiæ Catholicæ tuemur, quæ est ipsa veritas; nam quod posterius est adscititium est, vt in præscript. Tertull, & libr. 7. Clemens demonstrat: eam antiquitatem tuemur, quam Apostoli & viri Apostolici docuerunt, non quæ ab hæreticis temerata est. Nihil enim docemus, cuius non producamus testes eos, quos aduersarii nostri quoque sanctos & orthodoxos esse coguntur fateri. Magni interest qua nos Ecclesia, qua antiquitate nostram tueamur fidem. Sed reuera demonstramus illa nos niti, quæ omnibus sæculis, martyribus, confessoribus, doctoribus, miraculis, consensu, veritatem comprobauit, & cunctis hominibus ea hibuit. Hanc veram antiquitatem, & antiquam veritatem semper illustrem fuisse, & certaminibus contra errores etiam inclaruisse semper constat.

VERSVS 5.

Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ, saluæ factæ sunt.

QVÆSTIO I.

Quomodo reliquiæ saluæ factæ.

§. 1. IN Græco & Syro omissa est vox, *Saluæ.* Syrus dicit: *ipsum residuum est relictum.* Græcus τὸ λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονε. *Reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.* Idem sensus est, reliquiæ enim opponuntur perditis. Latina lectio expressior est, eam habent Hieron. in Michæam libr. 1. & aliis locis, Ambrosius l. de Noë & arca. Augustinus semper ita legit, & Apostolum respexisse vult ad verba Isaiæ, *Si fuerint filii Israel vt arena maris reliquiæ conuertentur*, cap. 10. 21. ישוב שאר *Iaschub he, conuertentur in eo.* Sic Origenes etiam interpretatur. *Potuit enim dicere, reliquiæ per gratiam saluæ factæ sunt. Sed ostendit per hoc esse gratiam & sine electione, & cum electione. Nam omnes quidem qui per fidem saluantur, sine dubio per gratiam saluantur: qui autem per electionem gratia saluantur, perfectiores anima mihi videntur ostendi. Sicut & Israel dicitur omnis qui descendit de genere Israel: ille autem verus Israel est, qui mente pura, corde syncero videt Deum.*

Nonnulli etiam hæreticorum lectionem nostram, vt clariorem retinuerunt. Quædam exemplaria habent χάριτος τοῦ Θεοῦ *gratiæ Dei*, alia Dei omittunt, absque sententiæ dispendio.

§. 2. Reliquiæ igitur tempore Eliæ, & pari modo tempore Pauli saluæ factæ sunt, non suis meritis, sed per electionem gratiæ, seu electionem gratuitam. Ea ep constat electionem non esse ex meritis, sed ea gratia Augustinus cap. 17. de prædestinat: *Quod Apostolus dicit elegit nos ante mundi constitutionem, si propterea dixit, quia præsciuit Deus credituros non quia futuri erant credentes, contra istam præscientiam (causalem) loquitur filius Dei. Dicens non vos me elegistis, sed ego elegi vos, cum hoc potius præscierit Deus, quod ipsi eum fuerant electuri, vt ab illo mererentur eligi.* Electio non ex meritis.

Et de verbis Domini Sermon. 7. *Despiciis denique reliquiis dixerat propheta Isaias commemorans, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, id est, iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam non est gratia. Si enim de tuo opere præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si autem gratia est, gratis datur.*

Ad simplicianum q. 2. idem Augustinus interpretatur de electione ad gratiam. *Quod hic ait, reliquisset nobis semen: hoc ibi, reliquiæ saluæ fient. Cæteri autem tanquam perditionis vasa debito supplicio perierunt. Et vt non omnes perijssent sicut Sodoma & Gomorra, non meritum eorum fecit, sed gratia Dei relinquentis semen vnde alia messis toto orbe consurgeret. Hoc & paulo post, sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia iam ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt. Consecuta sunt vasa misericordiæ, excæcata sunt vasa iræ: ex eadem tamen conspersione, sicut in plenitudine gentium.*

Similia habet in cap. 9. Quantum vero hæc ad electionem sine præscientia meritorum valeant, cap. 9. satis explicui. Et disputant P. Vasques & Soarez, his in opusculis, ille d. sp. 89.

§. 3. Hieronym. in cap. 3. Michææ de reliquijs in fine mundi saluandis interpretatur. *Cum, inquit, crediderit gentium populus, & omnis orbis ad meam fidem fuerit adductus, & intrauerit gentium plenitudo, tunc etiam reliquiæ Israel saluabuntur: non illa reliquiæ, de quibus est scriptum in regnorum libro: dereliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Et de quibus Paulus: ergo & in isto tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt: de quibus supra hic propheta testatur. Et erit de stilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob. Sed illæ reliquiæ quæ postquam omnes susceptæ fuerint, in fine suscipientur à Deo. Et de quibus nunc dicitur: cum omnibus susceptis suscipiam reliquias Israel: vt iuxta id quod diximus supra, concludens Deus omnes sub peccato omnibus misereatur.*

Eodem modo interpretatur promissionem quę est Ezechielis cap. 36. *Hæc iuxta Historiæ veritatem, & iuxta prophetiæ fidem, quomodo populus Israel restituatur, in antiquum statum, & reliquiæ populi Iudæorum, Apostolo Paulo docente saluæ fiant in Apostolis, & in omnibus qui ex Iudæis in principio crediderunt, & vsque hodie credunt ad Ecclesiam, breuiter dixisse sufficiat.*

§. 3. Caluinus tamen hic audiendus non est, qui

Mm 4 cum

cum nominari audit electionem ex gratia clamat, nulla esse merita. At nos quoq; negamus electionis merita, non merita præmij, & mercedis. Regnum cœlorum non datur sine meritis licet electio non sit ex meritis. Audiat ille magnum defensorem gratiæ Prosperum lib. 2. de vocatione gentium, cap. 35. *Deus ergo ijs quos elegit sine meritis, dat vnde ornentur & meritis.* Electio solius est beneplaciti sed electio illa est ad regnum, est & electio ad ornamenta meritorum, quam ex meritis esse repugnat.

§. 4. Lucas Lossius reliquiarū nomine abutitur contra Ecclesiæ magnitudinem, & multitudinem. Reliquiæ, inquit saluæ fient, nō ergo Ecclesia pontificia est vera Ecclesia, nō enim est in illa reliquiarum paucitas, sed gentium multitudo.

Respondeo Friuolam illam Donatistarum argutiam ab Augustino olim explosam esse. Quin Paulus ipse stolido homini pudorem hoc loco imponit cum non dicit reliquias gentiū, sed Iudæorū gentium autem plenitudinem. Quamuis autem longe lateque sit diffusa Ecclesia, quæ tamen hinc ab infidelibus populis, inde ab hæreticis infestatur, quorum magnus est numerus, minor est ipsa quam omnes pij vellent, & qui in ipsa sunt, non omnes saluantur; etsi enim recte credant, non tamen viuunt, vt viuendum credunt Plura de hac re dicam cum plenitudinem gentium exponam. Vide si Castor Michææ c. 4. 1. *Et erit: in nouissimo dierū erit mons domus Domini præparatus in vertice montium & sublimis super colles: & fluent ad eum populi.*

Testimonio sunt omnes veteres Euſ. Cæsar. de demonst. Euang. lib. 4. c. 19. de præparatione l. 1. c. 3. Cyril. Hieros. Catech. 18. Cypr. de vnitate Ecclesiæ Pacianus Epist. 3. alijq; innumeri, qui agnoscunt, non vrbium, sed populorum ingentium examina. Augustior fuit olim, nunc latior est, ita enim Deus promisit. Procopius Gazeus in Exodum fol. 30. *Cæterum illud vide vt Ecclesia nunc angustior & arctior demonstretur sub typo tabernaculi: nunc vero iterum amplietur & dilatetur sub typo atrij, secundum Isaiæ prolequium: dilata locum tabernaculi tui & aulæorum tuorum fige, ne peperceris: præterea in dextras & sinistras partes expande. Nam Ecclesia initio quasi in vnam orbis partem coniecta, tempore succedente in vniuersum diffusa est orbem.*

VERSVS 6.

Si autem gratia iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.

QVAESTIO I.

An gratia & opera omnino pugnent?

§. 1. SI *autem gratia* χάριτι Latinis an ferendi casu, non ergo ex operibus reliquiæ saluæ factæ sunt. Addunt Græca exemplaria, εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις, ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. *Si vero ex operibus non iam est gratia, quia opus non iam est opus.* Beza concedit eam partem addendam. Valla & Erasmus negant. Theophylactus, & Syrus habet, Origenes omisit, in Heidelb. & Anglicana Chrysostomi editione habetur in textu, sed in expositione nulla est mentio. In Scholiis Græcis vtrunque legitur & exponitur, idque duobus locis. Photius itaque qui citatur ibidem legit. Verum cum omnes Latini veteres omiserint, etiam in exemplaribus veteribus Chrysostomi desit, ad sensum non necessarium sit, nec recte per omnia cohæreat. Admitti videtur, tam in Græcis, quam Aldina & Hispaniensi editione. Verum autem habere sensum potest. Si ex operibus reliquiæ factæ sunt, non sunt factæ ex gratia; nam si ex gratia & operibus, iam opus non esset opus cui addita est gratia: Hoc est, non esset meritorium. Sic enim opus hoc locu omnes interpretantur.

§. 2. Hæretici contra merita iustorum, nos contra merita Pelagianorum Pauli verba vsurpamus. Hæreticorum argumentum est Si iustificatio aut salus est ex operibus quibuscunq; nō est ea gratia. Sed est ex gratia; ergo ex nullis operibus. Quia omnia opera, omni gratiæ opponuntur. Nam vt dicit Augustinus *gratia non est vllo modo, si non est gratia omni modo.* Caluinus. *Ex comparatione contrariorum sic enim habent inter se gratia Dei, & meritum operum, vt qui alterum statuat alterum euertat Porro si nulla operum consideratio in electione admitti potest, quæ non obscuret gratuitam Dei bonitatem, quam nobis tantopere in ea commendatam voluit, viderint Scholastici, (in illa editione phrenetici) quid Paulo respondeant, qui causam electionis faciunt quam in nobis dignitatem Deus prauidet.*

Hinc argumento facile respondetur. Primo loqui Apostolum de electione ad gratiam, qua septē millia virorum seruati sunt, ne genua flecterent idolis: quæ est omnino gratuita, atq; ita pugnat operibus, vt cum eorū merito consistere non possit. Nullum enim opus meritorium esse potest absque gratia, si opus meritorium esset ante gratiam, iam gratia non esset gratia: sed esset vt Chrysostom. & Photius alijq; dicunt ἀντιμισθία *merces reddita operi.* Nam naturali arbitrij facultate opus bonum fieret, vt cui debita esset gratia, ideo fundamentum salutis non esset gratia, sed humana industria. De humanarum igitur viriium operibus intelligendū est, cum gratiæ opera opponuntur, vt recte olim in Panoplia exposuit Renatus. Sic interpretatur Augustinus sermon. 2. de verbis Domini.

Et sermon. 15. de verbis Apostoli confirmat gratiam & meritum, sed meritum ex gratia. *Iustificatio tua, circumcisio tua, non est ex te. Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus ne forte dicas, promerui & ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse, qui non promereres nisi accepisses. Gratia præcessit meritum tuum, non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisti non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies eos. Quid est, pro nihilo saluos facies? Nihil in eis inuenis vnde salues, & tamen saluas. Gratis das, gratis saluas. Omnia merita præcedis, vt dona tua consequantur merita tua. Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis vnde salues & multum inuenis vnde damnes.*

Et ad Laurentium capit. 107. *Gratia ergo nisi gratis sit gratia non est Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera quibus cum vita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur.*

Constanter Augustinus sic exponit, vt neget solum liberum arbitrium posse sine gratia, & opera arbitrij meritoria gratiæ apponat. Ita lib. 1. cap. 24. de gratia contra Pelagium & Cœlestium. *Sed hoc tam magnum adiutorium sicut iste desipit, tunc meremur cum sine vllo adiutorio non nisi de arbitrij libertate ad Dominum currimus, ab eo nos regi cupimus voluntatem nostram ex eius voluntate suspēdimus, eiq; adhærendo vnus spiritus cum illo efficimur spiritum. Hoc scilicet tam ingentia bona, non nisi de arbitrij secundum istum efficimus libertate, vt his præcedentibus meritis sic eius gratiā consequamur,* Opera gratia non opponuntur gratia.

vt cor

vt cor nostrum quod voluerit ipse declinet. Quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? Quomodo est gratia si ex debito redditur? Quomodo verum dicit Apostolus, non ex nobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et iterum, si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quomodo, inquam, hoc verum est, si opera tanta præcedunt quæ nobis adipiscendæ gratiæ meritum faciant, quo nobis non donetur gratuita, sed reddatur ex debito? Ergo ne vt perueniatur ad adiutorium Dei, ad Deum curritur sine adiutorio Dei? Et vt Deo adhærentes adiuuemur à Deo, non adiuti non adhærebimus Deo? Quid homini maius, quidue tale poterit gratia ipsa præstare, si iam sine illa vnus cum Domino spiritus effici potuit, non nisi de arbitrij libertate.

Porro quòd Augustini verba citant: gratiam nõ esse gratiam vllo modo, nisi sit gratia omni modo. Intelligendum est de gratia, si eam præcessit meritum ex naturali arbitrio solo natũ, cui gratia sit debita. Hanc esse mentem Augustini verba non mutilata demonstrant. De peccato origin. Contra Pelagium, &c. cap. 18.

Hinc ergo probare nititur, merita non præcedere gratiam, sed sequi; non enim negat merita, sed negat merita, quæ sine ope gratiæ mereantur gratiam, hæc enim gratia merces esset, non gratia. At cum spiritus facit merita per gratiam, cui redditur gratia, illa est omni modo gratia; nam quod in ea debitum est, debitum est ex mera gratia; nã & meritum est gratia, ex gratia: ideo hoc opus non est opus, hoc est, non est opus meritorium suis viribus, sine gratia, sine gratuita promissione. Hinc apparet, quantum à vero sensu recedant, quia duplicia illa opera, naturæ scilicet, & gratiæ negant, vt Lossius alijq;. Quique concurrentiam & necessitatem operum ad salutem negant, vt Wigandus.

Et ne dubium sit, addit. χάρις ἐςὶ τὸ πᾶν καὶ ἐν χάριτι ἔργων εἰς τὸ πιςεῦσαι. *Gratia est omnia, nec opus est operibus ad credendum.*

Caluinus aliam suggerit ipsemet solutionẽ nempe agi de comparatiua electione. *Non hic de nostra cum Deo reconciliatione disputat Paulus, nec de medijs, vel propinquis nostræ salutis causis, sed altius conscendit, cum Deus ante conditum mundum quosdam elegerit alijs præteritis.*

Quod Beza argutatur: meremur salutẽ; ergo electionem ad salutem, iam supra refutatum est. Potest enim Deus velle dare salutem, sed per merita obtinendum. Vt Regis exemplo c. 9. declaraui. Interim Bezæ argumentũ retorqueo. Si n. necessaria est connexio. Electi merẽtur salutem, ergo electionem. ἀπὸ ἴσου concludam. Reprobi merentur damnationem, ergo merentur destinationem ad damnationem. At Bezae mauit esse absolutam, omnemq; respectum operũ antegredi. Monet etiam Chrysost. voluntatis libertatem non tolli gratia. καὶ οἱ χάριτι φησὶ δέ τὸ μὴ πάντας σώζεσθαι: ὅτι μὴ βούλονται. ἡ δὲ χάρις πὰν χάρις ᾖ, τοὺς ἐθέλοντας σώζει, οὐ τοὺς μὴ βουλομένους, ἀποςρεφομένους αὐτὴν διὰ παντὸς, καὶ ἐναντιουμένους. *Nam & ipsum ostendentis est, quod potiorem partem ad salutem attulerit ipse. At dices si ex gratia salui est, cur non omnes saluamur? Quia noluistis, gratia siquidem, licet gratuita sit, volentes tamen tantũmodo saluat, non eos qui nolunt qui continuo auersantur qui cõtradicunt.* Culpam ergo, cur per gratiam non omnes seruentur, in voluntatem refert.

§. 2. Hinc etiam elatum est, quam imperite Pareus Bellarminum calumnietur. l. 1. c. 21. de Iustificatione. Nam ad iustificationem negat dispositiones pertinere, merita de congruo prorsus excludit. Fundamentum eius est, *Ex gratia non potest proficisci meritum. Ex gratia non proficisci nisi gratia.* Augustinũ etiam culpat, & falsissimum ait, *merita ex gratia prouenientia, non pugnare cum gratia.* Hæc inquam magno conatu allerit, non probat. Et sane falsissimum est, ex gratia meritum non nasci etiam in rebus humanis. Ex gratia arma & equum rex donat, miles donis illis patriam regemq; defendit, optimeque meretur. Diuinis autem donis, qui ad eius gloriam recte vtuntur, ex promissione merentur. Quamuis enim sola gratia, non pariat meritũ: non n. potest gignere in donatore debitum, iuncta tamen promisso, promeretur promittentem. Nam promissiõ potest debitum parere. Hinc sequitur, merita ex gratia & promisso orta non pugnare cum gratia: sed esse gratiam, & esse merita, vt sæpius in hac ipsa Epistola ostendi. *Ex gratiâ nasci potest meritum.*

VERSVS 7.

Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt.

QVÆSTIO I.

Cur electio, non autem Israel assecutus est?

§. 1. Consecutus esse, seu ἐπιτυχεῖν dicitur, qui rem desideratam accepit, nec voto frustratus est, cui Græci opponunt ἁμαρτάνειν, vt est illud: ἥμαρτες οὐκ ἔτυχες. *Errasti non attigisti scopum destinatũ* scilicet. Electio autẽ consecuta est. Beza maluit dicere, *Electos consecutos.* Syrus, electio eorũ inuenit. Caluinus non improbat lectionem Bezæ, maius tamen aliquid in electione agnoscit. Non video vllã causam, cur Latinũ potius, quã Græcũ textum mutemus: cum n. Spiritus sanctum dixerit. ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, non οἱ ἐκλεκτοὶ ἐπέτυχον, cur non etiam eodem modo cum ipso Latine loquamur? Certe Syrus אשכח *Eschach, inuenit,* singulari numero dixit, solent autem Hebræi & Syri, vti verbo inueniendi in eo, quod quocumq; modo aliquis assecutus est.

Israel ergo vniuersus non est assecutus iustitiã, & fidẽ. Sed electio Dei assecuta est, in omnibus quos Deus elegit. Electio enim causa est, cur in tempore vocati sint, & iustificati. Itaq; non omnis populus reiectus est.

§. 2. Nec durum videri debet, Israelem quærentem, non assecutum, non quod Deus eos qui salutẽ quærunt, salute destituat, sed quia Israel non legitime quæsiuit. Suæ enim industriæ, & laboris, & ingenij, non diuinæ beneficentiæ munus salutẽ esse sunt arbitrati. Quod cum sit arrogantissimæ præsumptionis, non potest non esse grauissimum peccatum. Electionis ergo est beneficium, iustitia, nõ meriti præmium. Vere Prosper respons. ad dub. 4. Genuensium. *Ecce misericordiam & iudicium: misericordia in electione, quæ consecuta est iustitiam Dei: iudiciũ vero in cæteris, qui excæcati sunt: & tamen illi qui voluerunt, crediderunt: illi qui noluerunt, non crediderunt, misericordia igitur & iudiciũ in ipsis voluntatibus facta sunt: electio quippe ista gratia est non vtiq; meritorum. Superius enim dixerat: sic enim in hoc tempore reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Gratia ergo consecuta est quod consecuta est electio. Non præcessit eorum aliquid, quod priores darent, & retribueretur illis. Pro nihilo enim saluos fecit eos.* Hinc recte etiã dixerunt Græci, vt est in Scholijs μάχεται ὁ ἰουδαῖος τὴν δικαιοσύνην, &c. οὐ βούλεται λαβεῖν. *Contendit sciquet Iudæus iustitiam, quam non cupit adipisci.*

§. 3. Cæ-

§. 3. Cæteri autem in quibus electio non est assecuta id, excæcati sunt. Syrus addit בלבהון bleb*hun*, id corde suo. De verbo Græco lis est. *ἐπωρώθησαν* vertunt, *occalluerunt*. πῶρος enim *callum est*. Dioscorides. Λίθοι δὲ πῶς περὶ τὰ ἄρθρα πώρους, *soluit verum quæ circum artus sunt, calla*. Sic Beza contendit, alijq; verum pro antiquo interprete faciūt, Augustinus, Prosper loco citato, qui vertunt: *Excæcati sunt*. Deinde Syrus qui vertit אתעורו Ethghaueru, *obcæcati sunt* Isaiæ 42.19. & Deut. 28. 18. Isa 6. 10. Ioā 12. 40. & 2. Cor. 4. 4. vbi est πώρωσις & *ἀορασία*, *excæcare, cæcitas*. Quin & πωροῦν est *callum obducere*, medicis vero *ferruminare*, ideo Pareus rectius verti putat, *callo obducti sunt*. Lutherus *obdurati sunt*, (ein verstockt) sic oculis interdum callosa pellicula obducitur, quod velamen Iudæorū Paulus appellat. Itaq; verbum excæcandi etiam multi hæreticorum retinent, & merito: nam illis, qui scopū attigerunt, opponuntur, aberrare dicuntur non attingere autem cœcutientium est, melius ergo cæcitatis, quam callositatis metaphora conuenit. Præsertim cum paulo post explicans seipsum Apostolus, dicat datos oculos, vt non videant: Oculos scilicet excæcatos seu callo obductos: Tobiæ oculi corporei ... cæcitate laborā... c. 11. 14. *Et cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana* ... *egredi*. Angelus vocat in Græco τὰ λευκώματα albugines. Et deinde, ὅτι δὲ συνεδήχθησαν, συνέτριψε τὰ ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἐλεπίσθη ἀπὸ τῶν κανθῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τὰ λευκώματα. *Vt vero morsi sunt, eos confricuit, ab angulis oculorum albugines quasi cortices squamæ, tunica detracta sunt*. Est enim λεπίζειν *deglubere, decorticare, desquamare*.

Excæcatio.

Non est autem eo modo intelligenda excæcatio, quasi Deus illam inferat, sed quod in cæcitate ita mentos relinquat, lumine efficaci non pellat tenebras, vt versu sequenti exponetur.

VERSVS 8.

Sicut scriptum est: dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos vt non videant, aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem.

QVÆSTIO I.

Quis Spiritus compunctionis.

§. 1. EX Scripturæ locis vbi verba similia sunt intelligi & hic locus potest. Nusquam autem sunt eadem verba quæ hic Paulus recenset, non ideo tamen audiendus Origenes, qui nusquā scriptum asserit, nec illi qui interitisse scriptum asserūt: nam etsi non totidem verbis, eadem tamen sententia scriptum est. Isaiæ 19. 14 *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis, & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo sicut errat ebrius & vomens*.

Spiritus vertiginis est Spiritus peruersitatū, nam Hebraice est רוח עועים *ruch ghnghuim spiritus peruersitatum*. 70. πνεῦμα πλανήσεως. *Spiritum erroris*, vt errent scilicet in omni opere, sicut בקיאו שכור *Ebrius in vomitu suo*. 70. μεθύων καὶ ἐμῶν ἅμα. *Ebrius & simul vomens*. Circa caput is initium dixerat, ונבקה נבוכה venebka quod alij *euacuabitur* 70. ταραχθήσεται *turbabitur*, Sym. *σχισθήσεται*, *rumpetur*. Theod. *σχισθήσεται scindetur*. Aq. *πλαδαρωθήσεται, humore destaet, vliginem contrahet*, alludere videtur ad naturam Ægypti, quæ nimium efferescente Nilo stagnabat, & cum solito tardius recedi... ret aqua, vligine & madore omnia corrumpebantur. Ad hunc locum negaot multi Paulum alludere, quod de Ægyptiis, Dei inimicis, non electo popolo prophetia sit: sed nec hoc vrgeo: licet Ægyptiorum pœna, populo Iudaico, qui sceleribus Ægyptios superabat, non ineleganter potuerit Iudæis accommodari.

Alter locus est, Isaiæ 29. 10. *Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros prophetas & principes vestros, qui vident visiones, operiet*.

Hebraice dicitur Spiritus stuporis, תרדמה *Thardema*, noster vertit *soporis*: nam thardema est *somnum grauis periculosa*. Et huic similis est tertius. Ps. 59. 5. *Potasti nos vino compunctionis*, quod ope ρ gi... compunctionem. In loco Isaiæ Theodotion κατάνυξις, Aq. καταφορά, in Psal. Aq. καρώσεως, Symm. σάλου: tria illa exponit καταφορὰ, κάρωσις, pro quo explicant Hebræum תרדמה: nempe *grauem somnum, lethargum soporem grauissimum*. Sic & hoc Syrus cōuertit, רוחא מרעיביתא, Spiritum stupiditatis. Est vero κάρος *veternus*, marcor, & incurabilis somni necessitas.

§. 2 *Cutantem* 70. & Paulus illum Spiritū dixerint κατάνυξεως, compunctionis, non nulla quæstio est. Imprimis νύσσειν, νύττειν est percutere, pungere, stimulis agitare, & κατανύσσειν cōpungere, admodū percutere, Spiritus ergo ille est non κατανύξεως, nictationis qualis est dormitantium, aut leuiter sopitorū, vt putat Hesychius, nec meram ἡσυχίαν, quietem, significat. Sed mentem giam malo attonitam, quæ instar bestiæ ista sit, vt ad omnia temedi... stupescat. Nam percutiendi verbo Latini varie vtuntur, vt percussus flore liberi, meus thyrso laudis percussa. Spiritus ergo percussionis, seu compunctionis est, est animus impius, in cupiditates omnino intentus, vt alind oihil in mētem, aut cogitationē admittat. Auctor io otatioo. Dominicam in operibus Cypr. *Insulse sibi placentes & transfunctæ mentis alienatione dementes, Dei præcepta contēnunt medelam vulneris negligunt, agere pænitentiam nolunt, ante admissum facinus improuidi, post facinus obstinati*. S. Cyp. 55. ad Cor. *Denique hinc illa percussa mens, & hebetantur, & sensus alienus est, ira Dei ossi non intelligere delicta, ne sequatur pænitentia sicut scriptum est, & dedit Deus illis spiritum transpunctionis, ne reuertantur scilicet & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus iustis post peccata sanentur*.

Compunctionis Spiritus.

Anselmus: *Stimulis quasi in malum agitatis & furore, quod & illud Cypriani transpunctionis indicat. Talis illa Regina quæ fuit inopia animi, totamq, incensa per vrbē. Et illa qua Alecto stimulis agit vndiq, bacchis, tacitum viuit sub pectore vulnus, qualis coniecta cerua sagetta, quam procul incautam nemora inter cressia fixit pastor agens telis, liquitq, volatile ferrum, nescius illa fuga syluas saltus peragrat, Haret lateri letalis arundo*.

Hic est quędam mobilitas seu inquietudo, quare & σάλον vertit Symmachus, & vetus interpres *vertiginem*: sed hæc eadem est in malo obstinatio, omnium enim incurij sunt, qui illum spiritum habent, similes buiui qui excussit incerta ceruice securim in obuia quæq; ruit. Sic & apud Græcos est οἴνῳ πληγεὶς, *vino percussus*, & οἰνοπλὴξ ... *ob vinū errās*.

Alia interpretatio huic non dissimilis, imo eam confirmans: nempe spiritum compunctionis esse animū iratum, Dei osorem, flecti nescium, durum vt quamuis stimulis pungatur, nō tamen sequatur, sed recalcitret, vt solent, animalia contumacia, aut quæ sunt οἰστροπλῆγες, *oestro percita*, quæ dicuntur οἰστρηλατεῖν, *oestro agi*. Ita hos quoque suis affectibus affixos, vt quamuis stimulis fodiuntur nihil tamen efficiatur: sibi enim fidunt, & suis

suis operibus opinione immutabili. Ita Oecumenius, & Scholia Græca, quasi clauis trabalibus affixi. Vt exponit Chrysostomus. *Illud vero quod dixit*, dedit eis: *non operationem quandam Dei, sed concessionem hoc loco significare putabo. Compunctionem autem hic dixit habitum quendam animæ ad id quod eius est immedicabiliter & immutabiliter se habentem. Quandoquidem & Dauid alibi dicit*, vt psallat tibi gloria mea, & non compungar: *Hoc est, non immutabor, non desistam. Quemadmodum enim is qui in pietate compungitur non facile in aliud transfertur: sic & qui in malitia compunguntur non facile immutatur. Compungi siquidem nihil est aliud, quam quasi incusso clauo ad aliquid infigi solideque compingi. Vt igitur immedicabilem mentis illorum morbum immutabilemque significanter exprimeret, spiritum compunctionis posuit.*

Porro indurationem illam esse voluntariam omnes orthodoxi, etiam Gualtheri Hæreticus pronunciat.

QVÆSTIO II.

An Deus qui dedit spiritum compunctionis sit auctor peccati?

§. 1. IN Psalm. 29. 10. Est ἐπότισε potauit, in Hebræo נסך nasach, *miscuit, fudit, libauit.* Effectus autem est, non videre, non audire, vt Isaiæ 6. 9. *Et dixit vade & dices populo huic; audite audientes, & nolite intelligere, & videte visione & nolite cognoscere.* 72. ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ συνιῆτε καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε. *Excæca cor populi huius, &c.* 72. ἐπαχύνθη, incrassatum est similia Matth. 13. 14. Marci 4. 12. Luc. 8. 10. Ioan. 12. 40. act. 28. 26. Obijcit illis hoc Dominus, vt & Apostolus; nunquam tamen omnia verba annumerant, vel hic, vel illic, sicut & illud, *vsque in hodiernum diem* de suo addit Apostolus. Deuter 29. 4. *Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures qua audire possent, vsque in præsentem diem.*

Caluini blasphemia.

Caluinus quæstionem proponit, & impie soluit, nam ora loco prophetarum fatetur agere de excæcatione Iudæorum, quæ suo illis merito contigit, hunc tum derelictione naturæ deprauatæ à Deo, & quamuis causæ proximæ sint in peccatore, fontem tamen & originem esse à Dei reprobatione, & maledictione, qua fiat, vt nihil nisi malum agere, & iram accumulare possint.

His blasphemijs iam olim occurrit Chrysostomos. τὸ γὰρ ἔδωκεν, ἐνταῦθα μὴ ἐνέργειαν νόμιζε εἶναι, ἀλλὰ συγχώρησιν. *Illud quod ait: Dedit, hic non efficientiam, seu permissionem iudicabo.* Ita & Scholia Græca, quæ addunt. οἷον λαβὼν ἀφῆκε, συνεχώρησεν. *Vt acciperent sinit, permisit.* Et Theodoretus p. 39. *Illud dedit, pro eo quod est, tradidit, id est, permisit. Neque enim Deus perfecit. Vt ipsi non crederent. Quomodo enim fieri posset vt & ipse eis infidelitatem immitteret, & pro ea pœnas de eis sumeret? Hoc autem ipse quoque propheta apertius docuit. Incrassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos suos compresserunt. Non ergo alius eos excæcauit. Sed ipsi oculos suos clauserunt: & lucem intueri noluerunt.*

Accurate Cyprianus Epist. 55. p. 115. Vbi ostendit Spiritum esse impœnitentiæ. *Ira est Dei non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptum est: Et dedit illis Deus Spiritum transpunctionis, ne reuertantur scilicet, & curentur & deprecationibus & satisfactionibus iustis post peccata sanentur. Paulus Apostolus in epistola sua ponit & dicit, dilectum veritatis non habuerunt, vt salui fierent, ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in iniustitia. Primus felicitatis gradus est non delinquere: Secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ seruet, hic succedit medela quæ sanet; quod vtrumque isti offenso Deo perdiderunt, vt & amissa sit gratia, quæ de Baptismi sanctificatione percipitur, & non subueniat pœnitentia, per quam culpa curatur.*

Eodem Wigandus, Lossius, & Lutherani, adeoque Arminiani. Reuera autem omnia isti merebantur flagella. Vt constat ex Isaia. Et verum est, quod Pareus ait, *Neminem deserit, nisi deserentem se, neminem punit, nisi peccantem, & peccata puniri merentem, quin neminem reprobauit ab æterno, nisi peccatorem futurum in tempore.* Vere ista. At quæ subiungit blasphema: *Is peccat, & peccare facit alium, qui non habet ius puniendi cæcitatem cæcitate, & peccata hominum peccatis eorundem.* Deo itaque hoc ius ascribit: nec eum tamen facere dicit, sed tradere diabolo, vt ille id agat.

Deus non est causa excæcationis.

At si reuera Deus operatur, & creatura necessario cooperatur, vtcunque Deum excuset, certe hominem accusare non potest: Deus enim mandat, agit, cogit, penes hominem est necessarium tantummodo obsequium, vt illi docent, nec latum vnguem distant à Libertinis.

VERSVS 9. & 10.

Et Dauid dicit. Fiat mensa eorum, in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.

QVAESTIO I.

Quid prædicit Iudæis Dauid?

§. 1. PRophetia potius est, quam interpretatio: licet illa etiam certo fine & modo sit licita. tria præcipue continet. 1. Mensam futuram in laqueum. 2. Obscurandos oculos. 3. Dorsum incuruandum.

Mensa tria bona.

Mensæ nomine Psa. 68. 23. Omnia bona, iucunda, in quibus acquiescere solent homines significantur in Scholijs Græcis dicuntur τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡ τρυφὴ *bona & voluptas.* Et Chrysostom. p. 223. τουτέστιν ἡ τρυφὴ τὰ ἀγαθὰ πάντα μεταβαλλέσθω, καὶ ἀπολλύσθω. καὶ γινέσθωσαν εὐχείρωτοι.

Hoc est, omnes illorum deliciæ, omniaque bona, immutentur ac perdantur, reddanturque reprehensibiles quibuscunque.

Quidam de cibis in deserto, male sumptis ad sepulchra concupiscentiæ accipiunt, verum hic agitur, de illis qui Dominum occiderunt, in siti potauerunt eum aceto, quorum deinde mensæ, sacrificia, amicitiæ in vacuum ceciderunt, & cladium occasionem dederunt. Ita sane contigit, nam omnia quibus confidebant, in exilium eos dederunt, amicitia Cæsaris, & potentia Romanorum, vt ex flori aduentu, aliorumque constat. Ipsi Zelotæ & defensores eorum grauissime Iudæos excarnificarunt. Atque ita fere docent exitus improborum ab illis, quibus confidebant, esse perditos.

Mensa

Menſa igitur Iudæorum erat: Genus Abraham, & Patriarcharum, electio, legislatio, cultus verus, reſpublica à Deo inſtituta, Chriſti naſcituri, & ſalutis promiſſio. Hæc omnia in verum venenum ac pus conuertit eorum infidelitas, & vt ait Chryſoſtomus, τὸ φιλόνεικον, *contentionis ſtudium*. Menſa ſectariorum noſtrorum: Confidentia de ſua electione & iuſtitia, quamuis ſcelerate viuant. Opinio puri verbi Dei, quamuis tam ſtylo illud mutilent, quam interpretatione adulterent. Vera menſa Domini eſt, menſa fidei, caritatis, ſobrietatis, cum doctrinæ reuelatæ à Deo, & à patribus atque Eccleſia per continuam ſucceſſionem acceptæ adhæremus.

Menſa hæreticorum.

§. 2. Menſa primum vertitur in laqueum. Pſalmus habet. Fiat menſa eorum in conſpectu ipſorum laqueus. Vt eo capiantur, vt ſicut Chriſtum per familiarem, & domeſticum Iudam ſibi proditum occiderunt, ita illi quoque à ſuis ipſi amicis in exitium trahantur, quod contigit, quando tres tyranni Ieroſolymis dominati ſunt; quando per Syriam; Ægyptum, Cyrenen à ciuibus ſuis occiſi ſũt. In pſalmo Hebr. & Græco eſt, coram ipſis quod Paulus omiſit.

In captionem; in pſalmo omittitur, & in Syro. Itaque videtur eſſe expoſitio addita à Paulo. Symmachus habet, εἰς παγίδα, καὶ εἰς τιμωρίαν ὡς συλληφθῆναι. In laqueum, & in punitionem, vt capiantur.

In ſcandalum, Syrus, Retributio eorum pro ſcandalo. Scandalum, eſt etiam in 70. Eſt vero ſcandalum lapis aut lignum cuius oppoſitu vel incurſu currentes læduntur, & cadunt. Græci formant à σκάζω claudicare, &c. σκαμβὸν vocant ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν, *Scambum, lignum eſt nequaquam rectum*. Heſychius lignũ vocat quod eſt ἐν μυάγραις. *In muſcipulis.* Aquila in Pſalmo vocat σκῶλον, *quod eſt impedimentum, ſcandalum, offenſio*. Vocatur etiam σκῶλον *ſudes exacuta, & peruſta qua pro telo eſt.*

Hæc omnia eorum culpæ tribuenda ſignificat, cum ait fore in retributionem, לשלומים *Leſchlomim in retributiones*. Nam vt optime Scholia Græca ἁμαρτιῶν τίνουσι δίκας, *peccatorum luunt pœnas*.

§. 3. De oculorum obſcuratione ante dictum eſt. Supereſt vltimum: dorſum eorum ſemper incurua. Hebraice eſt מתניהם *mothnehem*, *lumbos. Lumborum eſt robur*, vnde elumbis, & delumbare. Nec cauſa eſt, cur vacillare vertamus. Nam lumbi affecti dorſum incuruant. Eſt vero debiliũ antrorſum incuruari, vnde ille incuruus dicebatur non προεστὼς τῇ πόλει, ἀλλὰ προκεκυφώς, nõ præeſſe, nicht vorſtehen/ſed præcuruari, vorbücken. Græce eſt σύγκαμψον, quod grauem incuruationẽ ſignificat Hebræum כפיף idem eſt ac ſi dicat. *Sic curuum.* Eſt aliquando ſupplantari ὑποσκελίζεσθαι Pſal. 36. 33. apud Ezechiel. 29. 7. συνθλᾶν confringere. Non dubium eſt iudicari curuatione dorſi, & lumborum, ſeruitutem, & hoc quidem loco perpetuam. Addit enim διαπαντὸς. Nam alteri ſe inclinare ſeruientis eſt. Iſaiæ 60. 14. 33. 27. Ierem. 27. 8. Eſt & onera ferentium, & ſub faſce curuatorum. Hebræi itaque nunc multorum ſæculorum ſeruitutem, onere legis premuntur, ad Euangelij libertatem reſpicere nun poſſunt, odio excœcati.

Dorſi incuruatio.

Ex his demum ſatis conſtat, de reiectione à gratia ſermonem eſſe.

❧(?)☙

VERSVS 11. & 12.

Dico ergo: nunquid ſic offenderunt vt caderent? abſit. Sed illorum delictum, ſalus eſt Gentibus vt illos æmulentur. Quod ſi delictum illorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum?

QVAESTIO I.

Quomodo Iudæorum caſus diuitiæ ſunt mundi? Et quæ plenitudo?

§. 1. Offendiſſe Iudæos dicit, non tamen vt caderẽt. Aliud enim eſt πταίειν, aliud πίπτειν. Hoc eſt cadere vt iaceas; illud impingere, vt vacilles, titubes. Syrus vtitus verbis חקל & נפל, quorum prius leuius eſt, alterum grauius. Multi Iudæorum impegerunt, vt grauiſſime caderent, nempe ex alto, & colliſi ruina ſemel, æternum damnationis pondus ferunt. Multi vt reſurgerent, ſiue grauiter ceciderint, ſiue leuius impegerint. De tota itaque gente intelligendum eſt, quæ non omnis cecidit, vt in æternum reiecta cenſeatur, ſed pars etiam nunc ſalua manet, & olim magna multitudo recipietur. Chryſoſtomus monet prudentiſſime Paulum agere, qui illa quæ aſperiora ſunt ex prophetis adduxerit, conſolationem ex ſe protulerit. Si ergo paucitas eorum qui ex Iudæis crediderunt, attulit ſalutem mundo, vt toto orbe Euangelium vulgaretur, quid futurum erat, ſi omnes credidiſſent? Verum plurimi in peru caci errore occæcati peruenerunt. Sed illi quidem peccarunt, non tamen ideo illos peccare Deus voluit, vt perderentur. Sed eorum potius delicto vſus eſt in bonum: nam illis cadentibus gentes iacentes erexit, & ſubſtituit. Non quaſi gentium ſalus ex Iudæorum interitu dependeret, vtroſque enim ſeruare potuit; ſed gentium quoq; ſalutem ad vtilitatem Iudæorum referri voluit, vt ad æmulationem eos prouocaret. Non enim pernicie Iudæorum, ſed ſalute gentium Deus delectatur. Nulla ergo ſine fide eſt prærogatiua, nullum generis priuilegium, vbi deeſt gratia Dei.

Cadere.

Gentes in locum Iudæorum ſubſtitutæ.

§. 2. Ridiculũ eſt, quod hoc loco monet Gualteri. Suos iam annos quadraginta amplius in verbi diuini face exultaſſe. Addit vero. *At quales ſumus? Increduli, inobedientes, ingrati, contumaces. Propter nos denique male audit Euangelium. Periculum ergo eſt ne reiectis. Omnino excidamus, & ne nouiſſimi quidem ſimus. Vide Aſiæ & Græciæ Eccleſias.*

Non in face accenſa, ſed in tenebris, quæ nil moderabile ſuadent, exultarunt, & tenebras dixerunt lucem. Quomodo autem exultarunt, ſi non crediderunt, ſi inobedientes, ſi ingrati fuerunt? Propter Caluinianos non quidem apud fideles male audit Euangelium, vt qui ſciant, præter Euãgelij nomen eos nihil ſibi reliqui feciſſe: ſed tamen apud Iudæos & infideles Chriſtianum nomen traducitur, cum eorum impias, etiam naturali rationis lumini contrarias audiunt blaſphemias, dum immenſam ſibi ſcelerum licentiam tribuunt, & peccata Deo inſcribunt. Mirum autem eſt eum

dicere

dicere Asiæ & Græciæ Ecclesias excidisse, cum nulla ex illis unquam Zvingliana fuerit: multæ etiam hodie veterem fidem retineant.

§. 3. Delictum Iudæorum diuitiæ sunt mundi ex occasione: non enim ideo fides perit, si aliquis perit. Delictum παράπτωμα male interpretantur repudium & reiectionem, sed potius lapsum seu peccatum quod causa repudij. Diuitiæ mundi πλοῦτος, vocat celerem Euangelij per orbem cursum, postquam Iudæi se illo indignos ostēderunt. Diminutio ἥττημα Syrus interpres vocat condemnationem, est vero ἥττημα cū quis causa cadit, aut inferiore conditione est, quam alij, non recte ergo vertunt alij inopiam, diminutio autem quia ex illis pauci saluati. Ne gentibus ingrata esset Iudæorum restitutio, timerentque ne si Iudæi restituantur, ipsi excidant, docet Iudæorum reductionem gentium multitudini nihil obfuturam: si iratus Iudæis Deus vocauit gentes, quid illis reconciliatus faciet? & si gentes peccato Iudæorum tantum profecerunt, quid futurum erit cum illos Iudæi suo exemplo prouocati incitabunt? Gentes ergo ex plenitudine Iudæorum plus proficient, quam ex diminutione. Argumentum ex vtriusque populi motibus & propensione, Iudæi inuidi & superbi, gentes à Dei cultu arcebant, gentes Deus elegit, gentes ita erant constitutæ, vt si Iudæos vidissent fidem Messiæ amplecti, magno concursu essent venturæ. Magnum enim incitamentum integræ nationis fides, & de suo Messia multa sane gentibus narratant. Refert Tacitus oraculis Iudæorum tradi ab oriente ventutas qui rerum potirentur, Vespasianum & Titum eas ambages narraste, ea causa ita Herodea timuit. Itaque sicut nunc magnum scandalum erat, ab ijs quorum erant promissiones de Christo, non recipi Christum, nam illa sua oracula intelligere iudicabant gentes, ita erit magni momenti si communi iudicio pontificum receptus fuisset: & tamen quia illi id noluerunt, Deus gentes substituit, quanto magis cum omnes iungentur? Monet ergo ne alijs alij inuideant, sed in mutuam caritatem coalescant. Vocat plenitudinem Iudæorum quia magno numero conuertentur, atque eo tempore florebit etiam inter gentes Ecclesia, nam illas diuitias Euangelii vocat.

Haymo sic interpretatur: *Si paucitas eorum qui ex Iudæis crediderunt attulit salutem, vt toto mundo Euangelium spargeret, quid si omnes conuersi essent?*

Plenitudo Chrysostomo est, πάντες hoc loco, seu σχεδὸν πάντες, *fere omnes.* Theodoretus, *fissimo p 39. Cum plures non crediderint, qui ex eis crediderunt, diuinæ cognitionis diuitias gentibus attulerunt clarum est, quod si omnes credidissent, maiora hominibus bona conciliassent. Omnes enim facilius crederent, si ij non contradicerent, sed veritatem nobiscum prædicarent. Hinc eis adhortationem adhibet qui ex gentibus crediderunt, consulens ne de se nimium magnifice sentiant. Duo simul moliens, vt & eis fastum ac supercilium detrahat, & vt timeant efficiat: & Iudæos ad paterna Hæreditatis societatem conuertat. sic autem incipit, &c.*

Alioqui πληρώματα apud Græcos etiam dicuntur ἐπιβάται, qui nauem ingrediuntur, vt transuehantur, eo modo omnes Ecclesiam ingressi sunt ἐπιβάται. Verùm sic de multitudine agitur, qua impletur Ecclesia, & regnum cœlorum.

VERSVS 13.

Vobis enim dico gentibus: quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum Honorificabo.

QVÆSTIO I.

Quomodo honorificet ministerium suum?

§. 1. QVod in Græco est, ἐφ᾽ ὅσον, ad tempus & ad modum referri potest. Noster interpretatus est, quasi sit ἐφ᾽ ὅσον χρόνον *quamdiu*, atque ita Origenes. Syrus, *qui sum Apostolus.* Erasmus. *In quantum, vel quatenus sum Apostolus.* Beza nostrū interpretem ait errasse, vt Matth. 25. 37. & 45. At reuera error non est, cum Græci sic loquantur, ἐφ᾽ ὅσον, ἐπὶ χρόνον, ἐπὶ μικρόν. Deinde non est sententia ab hoc loco aliena, perinde est, ac si dicam. *Ministerium meum honorificabo, dum sum Apostolus gentium*, quoad Spiritus hos regit artus, officii mei dignitatem tuebor. Nec opus est, vt putat Erasmus, eum sensum fingere, quasi mox dicat se abdicaturum munus Apostolicum: sed potius significat muneris sui perpetuitatem, à quo non possit nisi morte reuelli. Tota ergo vita ministerium suum glorificat gentium plurimis in vitam vocatis. Dico ergo vobis gentibus Iudæorum salutem vestræ non obfuturam, nam cum ego sim gentium Apostolus, & meum ministerium conuersione gentium vel maxime honorare cupiam, tamen tanta caritate opto salutem Iudæorum, non ergo ministerio meo obest. Itaque & vobis idem animus esse debet, erga miseros. Conatur itaque gentes hoc modo inducere ad procurandam Iudæorum salutem, non modo ne de ruina gaudeant, sed sciant, sibi maiores diuitias ex Iudæorum plenitudine, quam diminutione prouenturas.

§. 2. Insigne documentum in quo consistat Ecclesiastici ministerij dignitas: non in opum congestu, & coaceruatione præbendarum, non in pompa & splendore externo, sed doctrina, labore, conuersione animarum, melius honorat vnus Ecclesiam, qui saluos facit aliquos è populo, quam decem millia, qui pompatice ingrediuntur templum Domini, & de Patrimonio Ecclesiæ luxuriantur. Hæc dignitas Ecclesiæ, quæ pompis sine pietate inhæret, fecit hæreses, & nutrit. Honor ergo cleri est, conuersio populi. Nulla hic nimia diligentia est, si summa sit, non tamen par erit magnitudini rerum: Laborandum ergo exemplo, monendo, docendo, scribendo, vt Ecclesia crescat, hoc Christus, hoc officium pastoris exigit: cuius gloria est omnium multitudo, & sanitas. *Ecclesiasticorum dignitas.*

◆§(?)§◆

VERSVS 14. & 15.

Si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?

QVÆSTIO I.

Quomodo saluare aliquos conatur?

§. 1. AD æmulationem prouocando. Magna amoris significatione vocat carnem suam, cognatos, vt ille proijce tela manu sanguis meus. Syrus vocat filios. Connexio hæc est: Honorificabo, deducendo gẽtes ad Christum, meum ministerium, indefatigatus incumbam in salutem vestram, vt hoc modo illos ad æmulationem prouocem, vt cum natura sint Zelotypi, hoc modo saluos aliquos faciam, magnus autem ille honor ministerij est, si tanta fides gentium & multitudo, vt ad æmulationem Iudæos adducat & saluet.

§. 2. Dignitatem & efficaciam ministerij Euangelici commendat Apostolus dum salutis causam illud facit. *Vt seruem aliquos:* At Dei solius est seruare. Recte. Seruat autem per ministerium, & ministris, quod sibi est proprium, communicare dignatur. Vt reuerentiam ministerij atque necessitatem nobis commendet: sic 1. Timoth. 14. 16. *Seruabis teipsum, & eos qui te audiunt*, Iacob 5. 20. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sua, saluam facit animam à morte.* Deus seruat vt salutis auctor, ministri, vt Dei συνεργοί. Hæc ad verbum hoc loco Pareus Caluinista: ideo vero illius verba ponere libuit: vt ostenderem calumniam esse inexcusabilem, cum viris sanctis saluandi ministerium tribuere, aiunt esse diuinæ gloriæ detrahere. Saluat Deus, vt auctor salutis, saluat Paulus, vt prædicator, sanat Mariæ lepram Deus vt auctor supremus, sanat Moses intercedendo. Saluat nos Deus orationes exaudiendo, saluant sancti intercedendo. Neque enim nos ab vllo sancto vitam aut salutem petimus, nisi tanquam à Dei ministro, organo, coadoratore nostro. Quæ ergo insania est, agnoscere in Paulo discrimen caulæ principis, & administræ, in nobis non agnoscere? Itaque distinguendi sunt σωτῆρες, & μεσῖται, saluatores, & mediatores. Quo semel constituto omnia aduersariorum cõtra Sanctorum inuocationem conuitia discutiuntur.

Ministri saluant.

§. 2. Argumentum repetit num. 15. *Si enim eorum amissio, reconciliatio est mundi, quid assumptio nisi vita ex mortuis?* Posterior particula difficultatem habere videtur. Non enim satis apparet ratio consecutionis, si amissio Iudæorum & reconciliatio mundi, ergo assumptio Iudæorum, est vita ex mortuis. Melanchthon inuertit sensum Pauli, nam Ironiam esse putat. Absurdum esse, abiectionem Iudæorum profuisse. Verum aperta est illa Scripturæ deprauatio. Nam sæpius monet Apostolus etiam in sequentibus Iudæorum abiectionem fuisse occasionem reconciliationis mundi, & illos effractos, vt gentes insererentur. Deinde etiam consequens esset Ironicum, nempe assumptionem Iudæorum esse vitam ex mortuis, & plenitudinem Iudæorum esse salutem gentium.

Rationem reddit cur tam studiose ipse in Iudæorum salutem incumbat, & cur gentes salutem eorum ardenter cupere, & precibus exoptare debeant. Nam si malum eorum tam salutare mundo fuit, quanto magis bonum eorum? Si amissio ἀποβολὴ abiectio, vt etiam Syrus habet, est καταλλαγὴ reconciliatio mundi, gentium, quas mundum vocat, quia ingens earum numerus comparatione Iudæorum. Nonne πρόσληψις assumptio, cooptatio, receptio erit vita ex mortuis? Vita ex mortuis vel Iudæorum, vel gentium, vel vtrorumque. Iudæorum quidem hoc sensu. Si eorum abiectio, est reconciliatio mundi, quid erit assumptio, nisi Iudæorum resurrectio à mortuis? Nam assumptio eorum erit reconciliatio cum Deo, quæ est ex morte ad vitam transitus. Hæc vera est, sed ad institutum parum accommodata: nam agit hic de mundi seu gentium vtilitate, quam percepturi erant ex Iudæorum conuersione: ne Iudæorum assumptionem putarent fore suam reiectionem, ideoque minus eam amarent. Itaque vt superioribus ita hic quoque de vita mundi intelligendum est, quæ ex Iudæorum conuersione secutura est. Multæ enim gentes incredulæ, & in peccatis mortuæ, exemplo Iudæorum conuertentur. Qui ad diem iudicij extremum referunt, minus apte accommodant. Ita etiam Chrysostomus interpretatur p. 228. *Si quidem alij ex eorum peccatis lucrum tulerunt, ipsi vero neque ex aliorum benefactis adiuti sunt. Si vero illud quod ex necessitate contigit, illorum esse dicit, non est quod mireris. Vt enim & istos, id quod sæpe numero dixi, contrahat, & illos adhortetur, ad eum modum sermonem format. Quemadmodum enim dicebam, etiamsi in numeris modo re electi fuissent Iudæi: non tamen ideo saluatæ fuissent gentes, nisi fidem suscepissent. Sed ægrotanti parti adsistit, opitulaturque laboranti. Verum vide in quibus gratificetur verbis illos consolans. Nam si reiectio illorum inquit, reconciliatio est mundi. Et quid hoc ad Iudæos: Quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis? Sed neque hoc ad illos, nisi ipsi quoque assumpti fuerint. Quod vero dicit tale est: Si Iudæis iratus, tanta largitus est gentibus: quomodo illis reconciliatus aliquando fuerit, quid non largietur? Sed quemadmodum resurrectio mortuorum non est propter illorum assumptionem, itaque neque salus nostra propter illos est. Electi sunt quidem propter eorum dementiam, nos per nostram fidem cœlestemque gratiam saluati sumus. Horum vero nihil illis prodesse poterit, nisi & ipsi conuenientem fidem ostenderint.*

VERSVS 16.

Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.

QVÆSTIO I.

Quid delibatio & rami, Massa & Radix.

§. 1. DElibatio ἀπαρχὴ, primitiæ, alij, quia ea primum Deo delibabantur, Theophyl. ἀπαρχὴν vocat ζυμὴν & noster 1. Corinth. 5. *Fermentum.* Erasmus per delibationem intelligit frumentum ipsum, quid loco primitia-

ium

rum offerebantur. Delibationem legunt Iren. libro primo, contra Hæreses. Augustin. libro secundo, contra aduers. legis & Prophetarum libro primo, contra Faustum. Num. 15. 19. lex de his habetur duplex omnino sententia. Prima. Delibationem esse id quod primo è frugibus editur. Secūda. Esse id quod primo Domino offertur, quodque præstantissimum, nam τὰ ἀκρόθινα numini offerre solebant. *Et comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino.* 72. ἀφαιρεῖτε ἀφαίρεμα, ἀφαίρεμα κυρίῳ, *separabitis separationem, separationem Domino.* Hebræus ordinarie habet: eleuabitis eleuationem, à more offerendi. Romana edit: ἀπαρχὴν φυράματος ὑμῶν ἄρτον ἀφοριεῖτε ἀφαίρεμα αὐτό, ὡς ἀφαίρεμα ἀπ᾽ ἅλω. *De cibis vestris sicut de area primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiuam Domino.* versiculo vigesimo primo, qui apud Latinos non est. Ita habent 72. ἀπαρχὴν φυραμάτων ὑμῶν, καὶ δώσετε κυρίῳ ἀφαίρεμα εἰς γενεάς. Ad hunc locum Paulum alludere nullum est dubium, nam vocat ἀπαρχὴν *primitias*, & definit ἀφαίρεμα κυρίῳ, massam hic & ibi bis vocat φύραμα, quam Augustinus & alij *conspersionem* vocant. Quod sit farina aqua & fermento conspersa. Illud de pulmentis Hebr. גרן *goren* areæ, & 72. ἅλωνος. Sensus; nunc sicut de area & cibis vestris dabitis Domino primitias, ita & primitias de farina subacta, ex qua delibabant aliquid non comedendo, sed accipiendo, ex eaque parte placentam conficiebant offerendam Domino, quod Heb. חלה *challa* dicit: Hæc primo formabatur, pinsebatur, excoquebatur, eaque oblatione reliqua massa sancta vsusque eius salutaris erat. Itaque Syrus *Rischita, primitia.* Probat itaque Apostolus duabus similitudinibus Iudæos esse in gratiam recipiendos à Deo. Quia sancta gens sunt; nati sanctis parentibus, nam in patribus suis sanctificati sunt, Abraham, Isac, Iacob. Vt primitiæ Deo oblati, totam progeniem sanctificarunt, nam erant in fœdere: Deus seminis tui, sanctitatem enim & benedictionem parentum filij Hæreditario iure adibant. Altera facilior de radice & ramis. Nam si radix viuida, fortis, concoquendis & dulcorandis humoribus & succis, rami qui à radice hauriant etiam eiusmodi naturæ sunt: At Patriarchæ sancti, ergo & posteri: Discrepant tamen, nam rami necessario radicis succum imbibunt, qualis ille est, sed hi rami interdum degenerant, ἐννόησον, inquit Chrysostomus, τὴν πονηρίαν τῶν κλάδων, ὅτι μηδὲ ῥίζαν ἔχοντες γλυκεῖαν μιμοῦνται αὐτήν, καὶ τὴν κακίαν τοῦ φυράματος, ὅτι οὐ μηδὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μεταβέβληται. *Considera malitiam ramorum, quod neque imitentur dulcem, quam habent radicem, & malitiam massæ, quod nec à principio mutatur.*

Delibatio. Primitiæ. Massa.

Ita & Theodoret. p. 39. *Delibationem aut primitias vocat Dominum Christum, quod ad humanam naturam attinet: Radicem autem Patriarcham Abraham, Ramos vero oliuæ Iudæorum populum, vt qui illinc germinauerit. Eos itaque adhortatur, qui ex gentibus crediderunt, ne aduersus non credentes Iudæos efferantur, eos enim nominat ramos fractos. Considerate autem, inquit, quod vos ex alia cognatione profecti, in hanc estis insiti, & pia radicis pinguedinem accepistis.*

Quidam primitias Christum, massam Patriarchas, quos etiam radicem appellant, esse putant. *Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.*

§. 2. Sed neque hæc tam sancta massa sine veneno Caluinistico est. 1. olim parentibus sanctis, etiam liberi erant sancti: ergo & Christianorum liberi sancti, 1. Corinth. 7. *Alioquin liberi vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt:* hinc pertinere ad illos ius ciuitatis Dei, Baptismi, 2. saluari etsi non baptizentur. 3. Baptizandos quia sancti, Turcarum liberos profanos, nec posse baptizari, donec fiant filij Ecclesiæ.

Respondeo. Iudæorum omnes filios in promissionum, quæ patribus factæ sunt, non saluari. Nam Abrahæ, & Isaaci nepotum multi damnati sunt, & illis tamen est facta promissio, ex Israelitis autem maior pars non placuit Deo. Nascebantur illi filii iræ, sicut & nos, egebant circumcisione, aliove sacramento aut Dei cultu, vt nos Baptismo. Promissiones illæ absque conditione non fuerunt. Si Turcarum filij non sunt baptizandi, nec ergo Lutheranorum, Anabaptistarum, Orthodoxorum, non enim sunt in Ecclesia Christiana Caluinistarum, ideo nec promissionem habent, sed hi baptizantur: ergo & illi.

Quod sanctitatem fœderalem à iustitia distinguunt, contra illos ipsos facit. Nam sanctitas fœderalis qua pollebant filij Iudæorum, & Christianorum, non efficit illos iustos, aut electos. At diserte dicit Caluinus: *Sanctitas paruulorum nostrorum per se sine Baptismo sufficit.* Ex quo sequitur veram illam esse iustitiam: nam sine vera iustitia nemo saluatur. Vera autem iustitia ex opinione Caluinianorum est indelebilis, contraque omnium ætatum crimina incontaminata perseuerat, non ergo vnquam eorum filij damnantur: Id vero negat contra Caluinum, Knoxum, aliosque Pareus. Com. in 1. Corinth. 7. 14. Verum ista suo loco.

Hæc Pareus 1. Corinth. 7. 14. de duplici fœdere. Caluinus Epistol. 285. ad Knoxum. Et Epistol. 184. Vbi multa noua adducit contra suorum etiam Sociorum dogmata: Quæ si vera sunt, non est opus Baptismo, non est peccatum originale proprie dictum. Vt Zvinglius, Faius, Beza, Oleuianus, alij perplexe scribunt. Vide Anhaltinos contra Polycarpum. Philippum Nicolai de religione Caluinistarum.

VERSVS 17.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es.

QVAESTIO I.

Quomodo insitus oleaster?

§. 1. F*racti sunt rami*, inquit ἐξεκλάσθησαν, *defracti sunt*: Syrus, *amputatum est. Insertus, Insitus*. ἐνεκεντρίσθης, cum fisso ramo surculus inseritur. Hoc enim ad similitudinem magis facit, quam si inoculationem vertas, non enim in locum rami abscissi sed in gemmam insitio fit, quæ

dicitur inoculatio. Syrus sane vertit בר וביניהון *beinaihun*, quod Glossa vertit במקמין *in locum eorum.* Oleaster ἀγριέλαιος, *Syluestris oliua.* Syrus וזיתא אבת דברא ἀντὶ τοῦ, *in locum illorum*, alij: *pro illis.* Nam quocunque in ramos fractos insertus: alij in ipsa oliua, seu in ipsis ramis sanctis Iudæis, non fractis. *Socius radicis*, Græcus, συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης, simul cum alijs particeps radicis. Sensus versu decimo octauo, absoluitur, noli gloriari aduersus ramos, etiamsi illi fracti sunt, quia oleaster es, seruus es, caninus es, noli insultare miserijs filiorum exhæreditatorum, tantum tibi beneficium collatum, vt merito debeas nemini molestiam exhibere, vel noli aduersus ramos cum quibus es συγκοινωνὸς, eodem cum illis patrimonio externus viueris, eundem patrem appellas, noli illis exprobrare calamitatem fratrum domo eiectorum. Vehementer hæc & gentes continent, & Iudæos affligunt, Chrysostom. Non ait ἐνεφυτεύθης, implantatus es, sed insitus, vt magis gentem suam prouocet ad æmulationem, cum videat gentes stare in arbore sublimes, & ipsi tamen humi repant. Erasmus radicem Abrahamum, oleam Ecclesiam, Christianam existimat. Reprehendit Beza, cæteri sequuntur: hoc notandum, hanc spiritalem insitionem ab illa hortulanorum differre; nam surculus nobilior insitus solet arbori Syluestri, qui succi infœcundi & acerbi tenuitatem in suam dulcedinem commutat, hic vero arbor sua vi stolonis inutilis naturam fœcundam, & boni fructus feracem efficit. Radix ergo Ecclesia prisca filiorum Dei, quæ primo hausit de cœlo salutarem succum, olea ipsa siue truncus Ecclesia, quæ iam altior assurgit, succum magis coquit, & recrementa in corticis scabritiem, & muscum expellit, hæc iam in aperta luce, radix sub terra sub vmbris perpetuis, & promissionibus carnalibus viuebat. Rami Iudæi & Christiani, oleaster gentes qui iustitia politica similes Iudæis, sed steriles gratiæ cœlestis, & degeneres. Nunc tria consecuti eximia. 1. in locum aliorum insiti, à Deo renati, non nostro merito, in nobis non erat magis inseri quam in oleastro. 2. *Particeps radicis*, filij Abrahæ, ius regni, adepti. 3. pinguedinem omnium gratiarum, Sacramentorum, quæ vberrima in Ecclesia sunt omnia. Nec mouere quemquam debet, quod olea ex radice succum haurit, vt patet eodem modo Ecclesiam à Synagogâ haurire, non enim in similitudine necesse est omnia conuenire, nam satis est hic antecessionem temporis indicari, prior enim Synagoga accepit spiritum, quanquam & Ecclesia multa à Synagoga accepit, legem libros sacros, successionem perpetuam.

§. 2. Hinc clarescit falsum esse, quod & olim Ecclesia in Iouiniano damnauit, & quod sequuntur Caluinus libro tertio, institutionum. capite vigesimo quarto. Parens, alij Caluiniani: semper gratiam esse indelebilem. Refutat eos Hieronymus libro secundo, contra Iouinianum, Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum, capite decimo quarto, libro vigesimo secundo, capite octogesimo primo, & octuagesimo octauo, contra Faustum. Nam rami qui defracti sunt in olea fuerunt, in ea creuerunt, & periculum est, ne insiti etiam defringantur, si desinant credere. Iudæi igitur qui in olea erant defracti sunt, vt

Gratia non est indelebilis.

Augostinus Sermone tertio, in Epiphania. *Iam igitur præsignabatur, quod postea ipse Dominus dixit, multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores. Nam magi ab oriente, alij ab occidente venerant. Vnde illi orienti, hoc est nascenti, illi autem occidenti, hoc est, morienti attestabantur Iudæorum Regi, vt cum Abraham & Isaac & Iacob, ex quibus Iudæi ducebant originem, recumberent in regno cælorum, non ex eis propagati per carnem sed eis inserti per fidem, vt ille de quo Apostolus loquitur, oliua inserendus iam præmonstraretur Oleaster, propterea quippe non ex gentium, sed Iudæorum ab eisdem gentibus, vel quærebatur vel cognoscebatur, quia Oleaster ad oliuam, nō ad oleastrum oliua veniebat. Rami tamen frangendi, hoc est infideles Iudæi.*

Pareus ex eo quod Scriptura dicit. *Tu insertus es:* probat eam loqui in singulari, ac proinde esse omnium controuersiarum iudicem. Quod quia stolidum est, & capite decimo, refutatum, hic omitto.

VERSVS 18. 19. 20. 21.

Noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. Dices ergo: fracti sunt rami vt ego inserar. Bene propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time: si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.

QVAESTIO I.

An ramis insitis timendum sit ne excidantur?

§. 1. CONtra vanam atque impiam præsidentiam Sectariorum hoc loco Apostolus fulminat. Itaque mirum in modum eorum hic interpretes desudant, vt persuadeant non esse timendum, cum Apostolus toties inculcet omnibus timendum esse. Omnium nequissime locum istum Pareus inuertit, & vt falsum ostendat, alia congerit, quæ suæ causæ fauere videri possent, quæ tamen & ipsa corrumpit. At multæ vmbræ veritatem corporis non tollunt, nec veritatem. Ἐναντιοφανῆ. Explicuit dilucide & docte in antid. hunc locum Stapletonus p. 725. & Bellarm. lib. 3. de iustif. cap. 12. eos præcipue sibi oppugnando sumpsit Pareus, cui quod ad hæc verba pertinet, ad defensionem veritatis, & Scriptorum Catholicorum respondendum est. Quod tamen ad aliarum Scripturarum expositionem attinet suis fere locis eam reseruabo. Pareus tripartitam facit quæstionem.

An fides sit certa fiducia gratiæ?

An sit indelebilis?

An sit certa de salute?

Vtramque certitudinem, & fidei indelebilem perseuerantiam ait negare Catholicos. Lutheranos vero, non Lutherum ipsum certitudinem gratiæ, & salutis tenere: sed fidem tamen posse penitus deficere, docere. Hoc ait plane ἀσύστατον. *Si enim fides est certa persuasio gratiæ & salu-*

Expositio Parei.

tis pro-

tis præsentis & futuræ: vtique est indelebilis simpliciter. Si autem est delebilis, hoc est, potest amitti penitus, non est certa persuasio gratiæ, nec πληροφορία salutis. Profitetur ergo sibi negocium esse contra Catholicos, & Lutheranos, dissimulat autem nobiscum sentire plurimos Caluinianorum, & vt omnes Arminianos, qui postea suam fidem publice professi sunt: Et Petrus Bertius pro veritate illa scripsit librum de apostasia Sanctorum.

§. 2. Primo quidem cum vetat gloriari aduersus ramos, & causam adiungit minaciter, non tu radicem, sed te radix portat, reprimit noxiam securitatem, ignauiæ & superbiæ matrem. Græce est admodum efficax locutio. κατακαυχᾶσθαι τῶν κλάδων, *contra & supra ramos elatum gloriari*, quasi ramos triumphare, & iacentibus insultare, vt solent victores, cum hostem strauerunt: vt,

Cum timendum ramis.

——Nunc metuendi iace.
Hesperiam metire iacens.——

Est autem καυχᾶσθαι ceruice elata superbe incedere, & voce magna profiteri. Causam adiungit. Si gloriaris id periculosissime facies, non enim tu portas radicem, sed radix te portat, tu à radice pasceris, & vegetaris vt viuas, gemmascas, & fructum feras, ideo & tu potes abscindi, nisi enim periculum sit portatum alieno auxilio posse destitui, ratio illa locum non haberet. Scias ergo te eodem lubrico stare, vnde alij ceciderunt, non à te ipso alteris, sed ab radice. Quin & in radicem contumeliosus est, cuius ramos seu filijs in eorum locum coaptatus insultas: te radix suscepit, non irrisorem pereuntium, sed melius victurum. Vere Theodoretus: *Et illos p. 39. Incredulitas à radice alienos reddidit, & te fides radici coniunxit: & vt eius pinguedinis esses particeps effecit. Oportet ergo te non nimis elate de te sentire, sed timere & contremiscere.*

§. 3. Versu 29 Iubet timere Apostolus. Gentes enim Iudæos esse fractos putabant, vt ipsæ digniores, & legem scriptam habentes in cordibus, insererentur. Hanc excutere arrogantiam Apostolus conatur. Defracti sunt rami propter incredulitatem, tu fide stas, non tuo merito, sed dono Dei; fides enim diuinum munus est, ante quod nullum est vllum meritum. Fractos esse dicis ramos, vt tu insereris, recte dicis, modo intelligas, infidelitatem causam fuisse cur amputarentur, non dignitatem tuam, & virtutem, quia Deus permutus eos tibi locum cedere iusserit? nam tu quoque indignus eras, qui insereris, germen inutile, lignum soli igni idoneum. Stas autem fide qua illi exciderunt.

Hoc ergo dicemur, posse & hos excidere. Ideo addit, *time.* Timere autem debet, ne & ipse excidat. vt postea demonstrabo.

§. 4. Plusquam ferrea est sectariorum præfidentia, quæ tot & tam diserte dictis non cedit. Gentes Paulus alloquitur in vitem Insitas, pinguedinis participes, fide stantes, *pinguedo autem*, inquit Bullingerus, est *gratia Dei, & gloria Sanctorum.*

Quid autem timere iubet? Ne cadat. Ne illi Deus non parcat, *ne & tu excidaris.* Frustra timere iubet, si timere non debent, si timor est scelus. Atque ita patres omnes interpretantur: & textus requirit. Quin ipse Pareus aliquando verum dicere cogitur. *Non ideo quia in alto stas, altum sapere oportet, sed contra timere. Quia ex alto est praeceps ruina.* Quorsum ista iunguntur, nisi ruina timenda sit? Qui in alto est, & scit se non ruiturum, non est quod timeat, quantumuis abruptum præcipitium. Et addit: *Sed time*; nempe lapsum, & Deum. Non iubet fideles trepidare de salutis gratia, sed superbos metuere præcipitium? Imo iubet fideles timere. Nam loquitur illi, qui fide stat. Ille certe fidelis est. Et ille concludit. *Moneat nos exemplum etiam ne infidelitate, aut superbia defractionem nobis attrahamus.* Ergone possunt qui stant fide, defractionem attrahere? *Moneat nos*, inquit, *hoc est, me & alios.* At non potes attrahere defractionem: nam trepidare non potes. In tuto est tua salus: vt tu ex tua, quam putas, fide credis.

§. 5. Quæ obijciunt, fere in eos violenter retorqueri possunt, non modo solui, & quæ ad argumenta respondent, aut friuola sunt, aut blasphema.

Verùm antequam ad singula accedo, disputationem inter Bellarminum, & Pareum, quæ est libro tertio, capite duodecimo, iustificatione proponam, nam in responsione multa largitur Pareus, quæ alij negant, & pene concedit in sententiam Catholicorum. Bellarmini verba sunt. Secundo, Scriptura hortatur omnes fideles ad timorem, cum ait Roman. 11. *Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time, ne forte & tibi non parcat.* Et Philipp. 2. *Cum timore & tremore salutem vestram operamini.* Et Apocalyp. 3. *Tene quod habes, ne forte alius accipiat coronam tuam.* Et in epistol. 2. idem Ioannes: *Videte*, inquit, *ne perdatis, quæ operati estis.* Et in Psal. 2. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.*

Ad hæc & similia respondent Caluinus & Kemnitius hæc dici ad excutiendum torporem, & carnalem securitatem, quæ homines in operibus bonis negligentes faciunt, non quod reuera periculum sit, ne veri fideles excidant à salute. At verum quidem est, nullum esse periculum, ne prædestinati salutem æternam perdant, & terrores illos à Spiritu sancto, per Scripturas sanctas adhiberi, vt electi ad sollicitudinem & diligentiam excitentur, sed hæc omnia locum habent in ijs, qui prædestinationem suam ignorant, non in ijs, qui de illa certissimi sunt. Nam qui certo persuasi sunt, se omnino saluandos, non possunt timere, si id certo credunt certitudine fidei, quomodo credunt Christum esse Deum, nam isto suo timore iniuriam fidei facerent.

Vere timendum est fidelibus.

Proinde si vera esset responsio Hæreticorum, Spiritus sanctus hortaretur electos ad infidelitatem cum ad timorem amittendæ salutis: Quemadmodum enim si quis admoneret fidelem vt timeret, ne forte non sit verum, Christum esse Deum; ad impietatem sine dubio eum impellere videretur. Ita prorsus Spiritus sanctus (quod blasphemum est cogitare) ad impietatem prouocaret electos, dum hortatur vt timeant, ne forte excidantur, ne pereant de via iusta, ne amittant coronam suam. Igitur qui timere iubemur non debemus, nec possumus certo credere certitudine fidei, nos esse de numero saluandorum.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

Respondet Pareus. Qui serviliter timent, vt trepident ex conscientia peccati & metu iudicij diuini, tunc fuga & odio Dei, non esse certos. At in quibus est timor filialis, metus offensæ Dei, studium vitandi lapsus, & securitatem carnalem, cum humilitate, pia solicitudine, & amore, & inuocatione Dei coniunctus, eos esse certos. At profecto etiam pij non modo timent offensam Dei, sed ne excidantur, ne Deus non parcat. Deinde si Caluinianos audiant, offensam Dei non metuent, qua eius gratiam amittant, nec lapsum, quo iustitia excutiatur, nec securitatem carnalem, qua fidem perdant: quorsum igitur dicitur. Sed time? Nonne ne cadas, qui nunc stas, sicut & illi ociderunt, qui te iacente stabant. Tene quod habes ne alius accipiat coronam tuam monet Ioannes Apocalyp. 3. & 12. & Epistol 2. 8. *Videte ne perdatis quæ operati estis.* Timor ergo etiam Filiorum Dei nos sollicitos reddit, ne ab eo æternum separemur. Facillime autem ea communi timoris distinctione sumpta argutia eliditur. Fideles & iusti timere iubentur ea mala, quæ à gratia & gloria excludunt, quæ ad interitum pertrahunt, vt sunt superbia, altum sapere, Deum offendere, labi, carnaliter securum esse. Nam hoc capite de iustification. 12. pag. 807. dicit, *fideles non esse absolute certos, nisi timeant caueant lapsum:* Qui autem timet id, quod causa est mali, etiam malum timet. Nam qui timet ne homicidium, aut adulterium committat, etiam metuit, ne iustitiam, castitatem, gratiam Dei præsentem amittat. Hoc negare nemo potest, nisi idem doceat: posse quempiam metuere, ne in Lemnia vt dici solet, crimina incidat, & tamen certus sit, se etiam ista patratorem in iustitia & gratia perseueraturam. Quin expresse Pareus pag. 810. dicit: *Metus ne excidamus à salute, si simus securi carnaliter non est peccatum, sed est sollicitudo fidelibus præcepta, & necessaria.* Quod est verissimum. Sed inde sequitur nos de perseuerantia non esse certos. Nam in nobis metus est, ne Deum offendamus, ne simus aliquando securi carnaliter, ne ira, odio, parricidio, adulterio peccemus aliquando. Nam posse nos hoc timere docent exempla lapsorum, & in dies cadentium. Hoc si metuere licet, ergo etiam ne excidamus. Breuiter rem concludo.

Quicunque timet ne sit securus carnaliter aliquando, timet exitium.

Iustus timet ne sit aliquando securus carnaliter ergo timet exitium. Maior propositio est Parei. *Nam metus ille præceptus est iustis, & necessarius.* Minor probatur ex eodem p. 804. *Nam metus ne Deum offendamus, &c. est in iustis.*

§. 7. Post hanc ergo solutionem sibi aliam fingit. Timere fideles non dubitando de salute, sed vitando lapsus, & offensas Dei, fugiendo securitatem carnalem. Eodem recidere hanc puto, & certe nihilo melior est priore. Dicendum autem timorem iustorum esse quo non vitant, sed etiam metuunt offensas Dei & lapsus. Nam supra definit filialem timorem metum offensæ Dei, offensa autem Dei etiam lapsus est. At si lapsum timet, etiam de salute timet: cum timores illi duo ex Dei præcepto sint coniuncti fatente aduersario. Nam vt furis pœna est laqueus, ita timor furti aliquando patrandi comitem habeo di metum laquei. Optime Cyprianus de vnitate Ecclesiæ. *Nec quisquam miretur, dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere inde quoque aliquos tam nefanda quam grauia peccare. Neque enim confessio immunem facit ab insidijs diaboli, aut contra tentationes, & pericula, & cursus atque impetus sæculares adhuc in sæculo positum perpetua securitate defendit. Cæterum nunquam in confessoribus fraudes, & stupra, & adulteria postmodum videremus quæ nunc in quibusdam videntes ingemiscimus & dolemus. Quisquis ille confessor est Salomone maior aut melior, aut Deo charior non est: Qui tamen quamdiu in vijs Domini ambulauit, tamdiu gratiam, quam de Domino fuerat consecutus obtinuit postquam dereliquit Domini viam, perdidit & gratiam Domini, sicut scriptum est: & excitauit Dominus Satanam ipsi Salomoni. Et ideo scriptum est: tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod vtique Dominus non minaretur auferri posse coronam iustitiæ, nisi quia recedente iustitia, recedat necesse est corona. Confessio exordium gloriæ est, non meritum iam coronæ: nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cumque scriptum sit, qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit, quidquid ante finem fuerit. Gradus est quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus quo etiam culminis summa teneatur.*

§. 8. Hinc apparet etiam exhortationes adhiberi, non modo ad excutiendum torporem, sed vitandam damnationem. Vrget autem Bellarminus. Terrores illos à Spiritu sancto incoti, ne segnes reddantur prædestinati, sed qui se esse prædestinatos nesciant. Si enim sunt certissimi, non nisi risum mouent. Nam minantis apud securos nulla est auctoritas: Quid enim si quis Michaeli Archangelo, aut Petro Apostolo æternum exilium minaretur? Nonne merito irrideretur, non minus quam si solem aut lunam de cœlo se detracturum iactaret? Respondet Pareus Deum per stimulos exhortationum suos seruare velle ne excidant. At qui securus est stimulum timoris non recipit; omnis acies timoris ad fiduciæ dorsum illisa retunditur, hebetatur, nec continentur timore, qui timere nesciunt, timere non debent. *Minæ securos non terrent.*

Sic argumentatur Bellarminus. *Nam qui certo* (l. 3. cap. 12. de iustificatione) *persuasi sunt, se omnino saluandos, non possunt timere, ne excidant salute, imo nec debent timere si id certo credunt, certitudine fidei, quemodo credunt Christum esse Deum, nam iste suo timore iniuriam fidei facerent.*

Proinde si vera esset responsio Hæreticorum: Spiritus sanctus hortaretur electos ad infidelitatem cum hortatur ad timorem amittendæ salutis: Quemadmodum enim si quis admoneret fidelem vt timeret, ne forte non sit verum, Christum esse Deum, ad impietatem sine dubio eum impellere videretur. Ita prorsus Spiritus (quod blasphemum est cogitare) Ad impietatem prauocaret electos, dum hortatur, vt timeant ne forte excidantur, ne pereant de via iusta, ne amittant coronam suam. Igitur qui timere iubemur, non debemus non possumus, certo credere certitudine fidei, nos esse de numero saluandorum.

Hic Pareus respondet. 1. Neque enim secundum nos fideles semper sunt, & debent esse certissimi salutis suæ, quia semper debent credere articulum fidei. Credo vitam æternam, licet quandoque fides & certitudo ex infirmitate labascat. Quod si non sunt semper certissimi, nec debent, certe non debent dubitare. Nam dubitans de fide infidelis est. At Pareus concedit de Dauide, Paulo, qui erant certissimi de salute eos dubitasse. Ita p. 806, & 807. Hæc & similia exempla docent,

propo-

Fideles timere debent.

propositionem absolute esse falsam; Quod qui certissimi sunt salutis suæ, (siue sciant prædestinationem suam) non debeant vel possint timere, aut solli iti esse de sua salute: Isti enim licet certissimi timuerunt.

Non agam iam quid Dauid timuerit aut Paulus neque quid Christus, n m blasphemiam de Christi dub tatione & desperatione alias refelli. Deinde hinc oppugno ip no Pareum. Dauid, Christus, Paulus de sal te d bitarunt, & tamen in illo dubio fidem, iustitiam retinuerunt non ergo dubitarent f i esset de prædestinatione, & salute: nec infideles sunt, qui de ead .b tant, cur enim maior à nobis, quam à Dauide, Christo, Paulo exigitur certitudo? sed occurrit Pareus, & respondet. Illos dubitando peccasse, ideo nec nos excusari. Verba eius sunt p. 807. Isti Dauid, Christus, Paulus enim lie essent certissimi, timuerunt tamen. Et ratio est: *quia fideles in hac mortalitate semper constant carne & spiritu. Etiamsi igitur spiritus sit promptus: caro tamen infirma est, à qua nihil humani alienum esse potest.*

Respondeo. Impudentiam esse, cuius vel Satanam ipsum pudere debeat. Si enim Christus infirmitate carnis ductus dubitauit, nec Deo Patri, qui salutem it reuelarat, c ed dit, non fuit Pontifex noster sine peccato. Nam dubitatio de propria salute vt eam de cribit Pareus est desperationis offici. a, & barathrum inferni, pesti entissima, & gomentum Antichristi, vestibulum inferni, um fide consistere non potest. Hæ. dubitatio, hic timor, vocatur ab ἐποχή, suspensio assensus. Timor autem non oritur in voluntate, nisi dubitatio præ edat in mente, quod enim certissime norunt non euentu rum, non timent. Timor ergo Dauidis, Christi, Pauli, erat ea carnis infirmitate & peccatum: & erat timor filialis tamen iuxta Pareum. Hinc euidendissime consequitur, non posse nor me nec à Spiritu Sancto, vt timeamus. Nam si timor in Christo est peccatum, ergo & in nobis. Sin Dauide, Christo, Paulo, timor de salute fuit sine peccato. Quis ille ergo tyrannus est, qui in me metum damnat, & infidelitatem vocat, qui in Christo, Prophetis, Apostolis sine suspicione delicti fuit? Paulo de salute sibi à Deo reuelata timere licuit, n b certissima fiducia, seu fide imperatur me de salute mihi non t nel .t. Quid ad I. eum t. Cor. 9. 17 pertinet, alius omnino sensus, de quo in ipsa dixi Epistola.

Effugere ergo non potest, cum dicit p. 808. *Secundo falsum, quod qui salutis suæ certi sunt, non possunt timere ne excidant à salute. Possunt enim hoc timere ex carnis infirmitate.* Nihil hoc ad locum Pauli. Qui dicit *sed time.* Non dicit fore vt fid les defitiant effi. h mines, ne timeant, sed fore vt timeant ex infirmitate carnis sed iubet timere. Non dicit, quomodo infirmitas carnis in credendo Dei promissione trepidet, & labascat timendo. Se dad t morem hortatur. Legem timendi ponit infra. Non hortatur vt id egamus, ad quod carnis infirmitas labitur, sed quod Deus postulat. *Sed time ne & tibi non parcat.* Committit itaque Spiritum S. nctum & Paulum, imo Spiritum Sanctum sibi repugnantem induci: vt qui iubeat esse certissimos, ac Deo diffidant, & ea carnis infirmitate time re, ne excidant. Hortatio illa est impia si aduersariorum opinio est pia. Tam certo enim credere iubent illi, salutem vnumquemque suam, quam certo credunt Christum cœlos ascendisse, sedere ad dextram Patris, at de hoc timere non licet, ne verum non sit, & ad eum timorem hortari, est ad infidelitatem incitare. Tandem vere respondet, & in nostram sententiam concedit. *Est igitur limitanda propositio hoc modo; Non debent, vel possunt timere salutis sua, qui sunt certissimi; nempe si sint certissimi absolute, siue timeant, siue caueant lapsus, siue non timeant, caueant. sed in diem viuant.* Sic vero assumpta erit falsa. *Fideles enim certi sunt salutis, non si in diem viuant, sed si timeant Deum & non deserant peccatum, si caueant lapsus, si in timore & tremore salutem suam operentur.* Optime sane & Catholice, si id faciant, & sciant certo se facere, & faciendo perseueraturos. Nam reuera certissimum est, tales esse saluandos. A conditionalis illa certitudo, non facit abso ute certos: quare p. 809. Recte docet, fideles sic certo credere se electos certitud ne fidei, quomodo credunt Christum esse Deum. Hoc enim in generali quidem de fidelibus qua tales semper verum. In particulari vero de singulis fidelibus non semper verum est. Vere omnino credimus fideles qua fideles, iustos qua iusti sunt perseueranter electos, nullum fidelem qua talis est, excidere in particulari de iustis an ille vel ille sit electus dubitare licet, & non modo ex carnis infirmitate, sed ex præcepto Apostolico timere. Salutaris enim & necessarius est metus damnationis, si viuimus carnaliter, at vero metus ne e damur, etiam sinon filium Dei credamus, & in timore Dei ambulemus, esset peccatum, quia esset metus diffidentiæ. Ita Pareus p. 810. Imo esset metus infidelitatis. Nam si quis dicit: si filium Dei credentes, & in timore Dei (filii) ambulanter excidi, illi anathema Catholici dicunt. Nemo enim metuit ne tales damnentur: licet & alij, & ipsi metuere debeant, ne tales esse aliquando desinant & excidantur non in m vt tales, sed ex talibus valde mutari. Similia respondet in comm. Paulinus ub. 17. p. 191. *Stantibus in fide aut superesse metum non absolute, sed sub conditione, si maneant in fide.* Cond tionem iam tu certam semper enim manere, non superbire. Verum capientia docet, eos aliquando superbire, sed duos hab tibi infigi erroret: Nam e metum seruilem aii com certitudine salutis non cui sistere, & talem fo se in Ca no, nm diceret: Audiui vocem tuam & timui. Hoc enim e ectus Adam, non reprobus Cain dixit. Ecce hoc σφάλμα memoriæ, modo ne animis noxium. Alterum est, quod minas propriè ad hyp critas pertinere fingit, contra quibus loqua ur Apostolus, de quo iam dicam,

§. 9 Stapletoni argumentum, & duodecim instantiar eius eludere conatur, sed omnia pot us confirma. Argumentum Stapletoni est. Vbi homini creditur, & fide stanti superest timor futuri casus, ibi ne esse persuasio illa commentitia, nec indelebilis fides, nec certitudo. At vero Apostolus credenti hur & fide stantibus timorem futuri lapsus incutit, *Time, ne & tu excidaris. Ergo.* Hoc argumentum Stapletoni sumptum est ex Augustini variis locis, & Hieronymo, alijs; de quibus postea dicit. Pareus respondet minore esse falsissim am dupliciter. 1. Quia non incutit metum credentibus. 2. Non incutit metum excidi, sed ad modestiam hortatur. Vtrumque expendendum est. Quod ergo primo dicit, Paulum non minari credentibus, sed ὑποκρίνομαι temporatis, qui vere nō c t dunt. Id repugnat ipsi textui, qui dicit, *in insitus es, particeps pinguedinis factus, fide stas, vide Dei in te benignitatem.* Hæc de credente & stante dicuntur, de assumpto i ó ad hypo risin, sed ad verum fidem. Ita enim gentilis assumptus est. Deinde reiectio Iudæorum & assumptio gentium inter se opponuntur, vt in locum Iudæorum sunt assumptæ gentes, at Iudæi vera gratia, & fide exciderunt, & hunc

Paulus iubet timere.

Pareus fingit metum opponentem de forte.

iacebant, eum ergo illis stantes opponit, & infidelitati fidem, non agit de illis, qui non credunt vere. Tertio, l. 3. cap. 12. de iustificatione ipse fatetur ad credentes pertinere, illud præceptum. *Time, & de timore filiali interpretatur*, itaque sibi confligit ipse. Quarto. Ratio qua probare nititur Paulum minari non credentibus, conuincit eum loqui credentibus verba eius: *Dicit enim alioqui & tu excideris: quasi dicat: si manseris, periculum nullum est: si non manseris, excideris: seu non manebis si altum sapis.* Cui mansuro periculum nullum est, ille bono loco est, ille in fide vera stat: qui enim in hypocrisi mansurus est, eius partem Deus cum hypocritis ponet. Deinde qui altum sapiendo, & superbiendo non manet, sed statione recedit, ille non altum sapiendo, sed timendo manet: loquitur autem illis Paulus quem vetat superbire, iubet manere, iubet timere. Quinto ita patres interpretati sunt. Chrysostomus, ἐν τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ πίστ[εως], καὶ ἀπιστ[ίας], *non natura sed fidei, & infidelitatis est negocium.* Et πιστὸν ἐπαγρύπνον (?) ... εἶναι, *facit credentem sedulum, & actuosum.* Et in Nondicte p. 230. *vides igitur virtutem tuam vt labores tuos, sed Dei bonitatem: ostendens quod vniuersum ex superna sit gratia factum, iustitiensque credentem, vt tremat. Abusus quippe gratia Dei, & tremere facit. Nam olim ipsum, inquit, quod bonum factus est, erga te Dominum, timendum tibi fuerit. Non enim immota tibi bona manebunt, si torpescere volueris, quemadmodum nec illis mala, siquidem immutati fuerint.*

Alios non addo, nemo enim aliter interpretatus est, quin etiam hæretici secuti sunt. Oecolampadius, Bullingerus, Ochinus, Gualteri, Beza, Hyperius. Non est ergo minor falsissima, vt ex dictis patet.

Secundo respondet: non incutere credentibus timorem casus, vel excidij, sed ad timorem Dei hortari qui in modestia & humilitate consistit. Quod ex antithesi patet, opponit enim τὸ ὑψηλοφρονεῖν & τὸ φοβεῖν, altum sapere & timere, vt contraria quorum illud prohibet, hoc præcipit fidelibus, nam τῇ ὑψηλοφροσύνῃ opponitur ἡ ταπεινοφροσύνη, humilitas, itaque hanc præcipit, cum dicit, *sed time nempe Deum.*

Respondeo. Bonum factum: Hæc responsio excludit superiorem. Hic enim fatetur Paulum loqui credentibus, commendat illis quidem modestiam, sed non solam, nec immediate illo verbo. *Time*, sed *ne altum sapias*, cum dicit, *sed time*: causam reddit, cur superbire non debeat, etsi in alto stet. Timor enim cadendi magnus, & sollicitudo continua, animum continet, & stringit, ne lasciuiat: nec timorem opponit superbiæ, vt contrarium immediate pugnans, sed quod latius opponatur. Notat autem Chrysostomus non dixisse ταπεινοῦ, sed φοβοῦ, timor ergo hic timorem modestiæ conciliatorem, superbiæ expulsorem, non ipsam modestiam significat: quod l. 3. cap. 12. de iustificat. Pareus concedit, & docet Beza: Imo & hic cum interpretatur. *Time Deum.* Sed Paulus obiectum timoris ita posuit, vt nulla arte possit obuolui. Nempe *ne & tu excidaris, ne forte & tibi non parcat*; atque ita etiam Pareus explicuit, *timere lapsum.* Aurea Chrysostomi est interpretatio, καὶ ... τὸ ... ἀπολαῦσαι ... *Et tremere facit: nam hypothesis abusus gratia, timere facit, (quia scilicet supponit, & certum statuit abusum gratiæ esse posse) quia autem ergo Dominum, erga te bonum, ideo*

time. Non erunt immota tibi bona tua si negligenter agis, Deum ergo timet, sed Deum vindicem, & gratiæ contemptæ subtractorem. Atque hoc de argumento Stapletoni, nunc responsiones ad instantias videamus.

§. 10. 2. Apostolus hortatur gentes ad submissionem ex natura fidei quæ potest amitti, sicut eam Iudæi amiserunt. Respondet ille fidem fictam posse deficere, non veram. Iudæi nec veram, nec fictam habuisse.

Respondeo. Iam ostensum est de vera fide agere Apostolum, qua stant, quam sint sumpturi, & nunc huius privationem. Iudæi multi veram fidem habuerunt venturi Messiæ, quam cum præsenti credere noluerunt, cito perdiderunt. Fides immortalis est, vt cæteræ virtutes, nisi praua voluntate excutiatur.

Apostolus de vera fide agit.

Hieronymus Epist. 22. Eustochium multis hoc explicat. Et in c. 48. Ezechielis. *Cumque recessimus ab Aquilone vento frigidissimo, transimus ad Meridiem, & post ortum in nobis lumen scientia, Occasum fortitudinum formidamus: nequaquam præterita sed futura considerantes, nec habentes certam virtutis possessionem, sed quotidie in oratione dicentes: Ne inducas nos in tentationem, quam ferre non possumus.*

Et in c. 3. Ecclesiastæ. *Quis scit vtrum sanctus, qui hominis appellatione dignus est, ascendat in cælum, & vir peccator, qui iumentum vocatur, descendat in terram? fieri enim potest vtrumque pro incerto vitæ huius & lubrico statu: vt & iustus concidat & peccator resurgat, & nonnunquam euenit, vt rationabilior & eruditus in Scripturis, id est, homo non circumspectè, & vt scientia sua dignum est, viuat atque deducatur ad inferos; & simplicior quisque & rusticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat & martyrio coronetur, & paradysi sit colonus.*

Instantia secunda est exposita. Tertia ita habet. Omnis timor habet aliquam dubitationem adiunctam in fideli est timor, ergo dubitatione adiuncta. Negat Pareus timorem filialem habere dubitationem. Sed errat: In filiali timore est exspectatio, seu metus mali imminentis, & cautio, quæ est mali, ne accidat auertendi prouidentia est sollicitudo, μέριμνα, ἀγωνία: illa adesse non possunt, si certo constat malum non imminere. Nam reuera essentiale est timori, vt dubitet de malo euenturo. Augustinus de correpti. & gratia c. 6. salubriter monet, vt omnes etiam qui bene currunt, *timeant, dum occultum est, quo perueniant.* Quomodo perfecta caritas foras mittat timorem dicam 1. Ioan. 4. 18. Ad 4. responsum est supra.

Instantia 5. Stapletonus. *Quod non est obiectum fidei, non potest fide haberi: securitas salutis particularis non est obiectum fidei, quia nullo Dei verbo est reuelata ergo.*

Respondet Pareus. Securitatem salutis non esse obiectum fidei, quæ creditur, sed qua creditur. Deinde singulis salus promissa est, si credideris saluaberis. Tertio. Etsi non sit obiectum fidei, est tamen effectus fidei.

Respondeo. Prius dictum monstri aliquid fouet. Quicquid est obiectum fidei, necessario est obiectum fidei, quæ creditur. Verbi gratia. Christus est Deus, obiectum est fidei quæ creditur. Actus quo veritati illi assentior, est fides qua creditur. Ille idem actus, si sit obiectum alterius actus, eius respectu erit fides quæ creditur; nam reflexa intellectione actus ipsos intelligentiæ concipimus, atque ita actus illi sunt obiecta intellectionum quas Theologi vocant reflexas. Itaque si hic actus. Certum salutis meæ, est obiectum alicuius fidei: necessario

Certitudo salutis est obiectum fidei.

fario, ab eo actus cuius obiectum est creditur. Nam si me ad meas cogitationes reflectam, & sic pronunciabo. Hic actus, quo certus sum salutis, est actus fidei, & certus. Itaque hæc propositio: Ego Petrus saluus ero, vt à me credatur tanquam certa de fide, debet esse obiectum fidei quod creditur. Nam illa duo. Christus est electus. Ego sum electus: eodem modo sunt obiecta fidei, si eadem vtrunque certitudine tenendum; ideo vtrunque obiectum est fidei, vtrunq; reuelatum esse debet. Ad 2. respondi e. to. Vera est conditionalis, incerta absoluta propositio. Tertio. Concedit non esse obiectum fidei, sed effectum. Hoc est Caluinismum fidem auertere. Nam si specialis fiducia non est fides, sed fidei effectus. Non ergo fides saluat, sed fidei effectus. An omnia ergo loca quæ de fide seruante loquuntur, non de fide, sed de effectu fidei agunt? At etiam effecta fidei fide habentur, id est, obtinentur, & seruantur, inquit Pareus. Securitas ergo & certitudo salutis effectum est fidei, à fide obtinetur, à fide seruatur, ac proinde non est ipsa fides. Atque hoc est, quod nos quoque dicimus spem firmam seu fiduciam, qua salutem expectamus ex fide esse, fidem eius radicem, & fundamentum esse. Imo omnes virtutes quæ vere sanctum faciunt, sine fide nihil posse. Interim non potest iustitiam soli fidei tribuere, qui eam tribuit fidei effecto, certitudini speciali, quæ fide posterior.

Instantia 6. Stapletonus. Apostolus iubet timere non circa ipsam fidem, vt de illis, quæ fides docet, dubitemus; sed de conseruatione fidei, ne eandem excidamus. Opponit Pareus: Hæc glossa se implicat: nam dubitare de conseruatione fidei est dubitare de eo quod fides docet. Imo est fidem non habere. Conseruatio enim fidei promissa est fidelibus. Ierem. 32. *Dabo timorem in corda eorum, vt non recedant à me.* Hoc est, interprete Augustino. *vt mihi perseueranter adhæreant.*

Respondeo. Aduersarius se ipse implicat. Si enim fides docet sui conseruationem, seu perennitatem, & promissio facta est, de fide speciali, ergo est fides, illa obiectum fidei, & quidem quæ creditur, quod ille concedere non est ausus. Promissio apud Ieremiam generalis est, & vera, dat enim Deus vt non recedant ab illo, quicunque non recedunt. Augustinus datū dicit quibusdam vt perseuerantet Deo adhæreant, non dicit, datum omnibus. Libro 10. c. 12. diserte docet quod Stapletonus, de iustis enim dicit. *Qui licet de suæ perseuerantiæ præmio certi sint, de ipsa tamen sua perseuerantia reperiuntur incerti.* Litem doctissime definit Bernardus Epist. 42. *Loquor ex his fatiu, vt arbitror, non omnes qui habuerint charitatem, habere & perseuerantiam in charitate. Alioquin frustra commoneret discipulos Dominus, manete, inquiens, in dilectione mea. Aut enim si necdum diligebant, non debuerat dicere, manete, sed estote in dilectione mea. Aut si iam diligebant, necesse non erat monere de perseuerantia, qua secundum istos primari non poterant.*

Et Gregorius Hom. 38. in Euangelia. *Multi sunt vocati, pauci vero electi. Tremendum est valde, fratres charissimi, quod audiuimus. Ecce nos omnes iam vocati per fidem ad cœlestis regni nuptias venimus, incarnationis eius mysterium & credimus & confitemur, diuini verbi epulas sumimus, sed futuro die iudicij rex intraturus est. Quia vocati sumus, nouimus: si sumus electi nescimus. Tanto ergo necesse est, vt vnusquisq; nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nonnulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis quæ inceperunt, minime persistunt.*

Instantia 7. Paulus dehortatur à tumore superbiæ & securitatis, per quam amittitur iustitia: at superbia & securitas potest omnibus obrepere. Respondet Pareus: loqui Apostolum de hypocritis, non de credentibus; hos nunquam fide excidere, Deo custodiente.

Refellitur ex ante dictis: Credentibus enim & fide stantibus dicitur. Noli altum sapere. Nam superbia etiam optimis subrepit, non vt fidem, sed vt iustitiam amittunt. Vere Augustinus de corr. & gratia cap. 6. *Si autem iam regeneratus & iustificatus in malam vitam sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere, non accepi, quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio.*

Nimium sunt multa exempla Sanctorum, quorum virtutes superbia euertit, nec in mundo mirandum est ista fieri, in cœlo & paradiso Angelos, & homines superbia ex iustis fecit iniustos.

Instantia 8. Vbi conditio certa domandæ carnis apponitur, non potest esse ex sola fide certitudo. At hæc conditio etiam à Caluino apponitur. Hic distinguit vocem: *Certa*, nam definitam esse ait non infallibilem, nec causam certitudinis, sed effectum. Quia enim certi sunt de salute, ideo certos esse se aiunt, carnem se domare. Quia vero experiuntur, crebro se carni suæ obsequi, addit Pareus: *Infallibiliter igitur ponitur conditio edomandæ carnis in electis ante vitæ exitum.* At hoc non quæritur, quod certissimum est, sed an Caluinianis qui nondum carnem edomant, certum sit, ante extremum vitæ diem id facturos? quod negamus illis esse certum sine reuelatione. Caluinus ait carnem semper in filijs Dei insolescere, ideo Apostolum ad eam domandam nos hortari, non quod fidei derogent. Verum omnes Pauli verba deprauant. Nam cum dicit: Noli *altum sapere*; noli ramis insultare, *sed time*, non aliud monet, quam vt studium domandæ carnis te habere credas, aut etsi nunc quidem omnia tibi indulgeas, & Epicuræo more viuas, satis esse, si te credas carnis domandæ studium ante vitæ exitum habiturum esse, omni nequitiæ ianuā aperit. Quid ni enim dicat Catholico fiduciator quispiam. Esto sint omnia in me scelera, non desinam tamen pergræcari, rapere, adulterari, latrocinari, certus enim sum me electum esse, ac proinde carnis domandæ studium ante finem vitæ habiturum, nunc qua lubeat, curat via. Hoc qui docet, nullum flagitium non docet.

Instantia 9. Apostolus vere fidelibus minatur ruinam nisi perseuerent. Ergo est illis periculum. Respondet Pareus. Conditionatā veram esse, nam vere est periculum fore, nisi perseuerent, at illos perseueraturos. Deinde comminationem dirigi præcipue ad non credentes; nam Apostolum alloqui corpus gentium. Itaque argumentum esse tale. Si cras sol non oriatur, non erit dies, non sequi absolute, non fore diem.

Respondeo. Hic quoque iniuriam facit Apostolo. Nam hominis stolidi est terrere aliquos velle conditione rerum non euenturarum. Ridetur ea comminatio quæ conditionem complectitur impossibilem. *Time ne excidas.* Respondebit fiduciator, non timeo, nam excidi non possum, nisi perseuerantia perdita: eam certus sum me non perditurum. Si mineris cras non fore diē, si sol non orietur; nonne te explodent etiā illi qui nondū æternō lauantur? scimus inquient, sed solem tu morari nō poteris: non efficies vt cœlū ruat. Alterū iam supra testatū est: nempe fidē stare hoc loco ad infideles

perti-

pertinere, quod refutatur quod ad 10. & 11. instantiam nugatur. Loca Scripturæ quæ adferuntur pro fide indelebili, partim exposita sunt à me in Euangelijs & hac Epistola, partim suis locis reseruabuntur, ne omnia vbique dicenda sint.

Quæstio II.

An Augustinus doceat fidem esse indelebilem, nec dari vlli, nisi perseueraturo?

§. 1. PAreus multis Augustini locis congestis probare conatur eum in Caluiniana esse hæresi, addit quædam ex Chrysostomo, & Ambrosio. Itaque singulatim Augustinus à calumnia vindicandus est: nihil enim superare illam potest impudentiam, qua Augustini mentem inuertit.

Primus locus est Ieremiæ 32. 40. *Perseuerantiam promisit, dicens: Timorem dabo in corda eorum vt à me non recedant. Quod quid est aliud, quam talis ac tantus erit timor meus, quem dabo in cor eorum, vt mihi perseueranter adhæreant?*

Respondeo. Illis verbis quæ sunt lib. de bono perseuerantiæ c. 2. August. nom aliud non docere, quam perseuerantiam esse donum. Et timorem talem ac tantum quibusdam dari vt à Deo non recedant, sed illi perseueranter adhæreant, siue id agant continuatione iustitiæ, siue peccati mortalis interruptione, siue post peccatum ad iustitiam reditu. Non autem hoc dicit singulis, quibus datur timor & iustitia, etiam dari perseuerantiam, imo verò penitus contrarium asseuerat. Ita c. 1. *Asserimus ergo donum Dei esse perseuerantiam qua vsque in finem perseueratur in Christo: finem autem dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque vtrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim priusquam moriatur cadat, non perseuerasse vtique dicitur, & verissime dicitur. Quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauerit, accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam, & ab ea decidat atque incontinens fiat, si iustitiam, similiter si patientiam, si ipsam fidem, rectè dicitur habuisse & non habere. Continens enim fuit, vel iustus fuit, vel patiens vel fidelis fuit, quamdiu fuit. Cum vero esse destitit, non est quod fuit: qui vero non perseuerauerit, quomodo perseuerans fuit, cum perseuerando quisque ostendat perseuerantem, quod iste non fecit? sed ne quisquam reluctetur & dicat, si ex quo fidelis quisque factus est, vixit verbi gratia decem annos, & eorum medio tempore à fide lapsus est, nonne quinque annos perseuerauit? Non contendo de verbis, si & illa perseuerantia putatur esse dicenda tanquam temporis sui: Hanc certe de qua nunc agimus perseuerantiam qua in Christo perseueratur vsque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseuerauerit vsque in finem: potiusque hanc habuit vnius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit: quam multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem à fidei stabilitate defecit.*

Non omnibus datur perseuerantia.

§. 2. Eodem cap. *Cur autem perseuerantia ista poscitur à Deo, si non datur à Deo? An & ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur ipsum non dare, sed ipso non donante esse in hominis potestate: sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ob hoc gratiæ aguntur Deo, quod non donauit ipse nec fecit?*

Respondeo. Nihil hic pro certitudine perseuerantiæ. Datur illa à Deo, non ex nobis, an mihi data sit, scire non possum, nisi postquam perseueraui. Hoc sequentia ostendunt. *Legit* (inquit) *eius expositionem in beati Cypriani martyris libro.* Verba Cypriani citat cap. eodem. *Dicimus* inquit *sanctificetur nomen tuum: non quod optemus Deo, vt sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, vt nomen eius sanctificetur in nobis. Cæterum à quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? sed quia ipse dixit, sancti estote, quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseueremus. Et hoc, inquit, sanctificatio vt in nobis permaneat oramus, & quia Dominus, & iudex noster, sanato à se & viuificato comminatur non delinquere, ne quid ei deterius fiat: hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctibus postulamus, vt sanctificatio & viuificatio quæ de Dei gratia sumitur, ipsius protectione seruetur. In sanctificatione igitur perseuerantiam hoc est, vt in sanctificatione perseueremus, nos ab eo petere iste Doctor intelligit, cum sanctificati dicimus, sanctificetur nomen tuum.*

Hæc omnia perseuerantiã ostendunt nobis occultam esse, & Augustinus indicat. c. 3. *Quantalibet enim homines sanctitate præpolleant nondum sunt æquales Angelis Dei: nondum ergo sicut in cœlo, in eis fit voluntas Dei. Quod si ita est, in ea quidem parte, qua optamus vt homines ex infidelibus fiant fideles, non perseuerantia, sed initium videtur optari. In ea verò qua optamus vt homines in faciendâ voluntate Dei æquentur Angelis Dei, cum hoc orant sancti, perseuerantiam demonstrantur orare. Quoniam nemo peruenit ad illam summam, quæ in regno est, beatitudinem, nisi in ea sanctitate, quam sumpsit in terra, perseuerauerit vsque in finem.*

§. 3. Sed nihil impudentius, quam cum ex Augustini 4. 5. 6. capite certitudinem perseuerantiæ probari dicit; nam omnino incertam esse Cyprianus, & eius citator Augustinus asserit. *Ait quippe inter cætera, hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum abstenti & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. Hæc verba sancti hominis Dei, perseuerantiam prorsus à Domino sanctos indicant poscere, quando hac intentione dicunt, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ne à Christi corpore separentur sed in ea sanctitate permaneant, qua nullum quo inde separari mereantur crimen admittant.*

Et cap. 6. *At enim voluntate sua quisque deserit Deum, vt merito deseratur à Deo. Quis hoc negauerit? sed ideo petimus ne inferamur in tentationem, vt hoc non fiat. Et si exaudimur, vtique non fit, quia Deus non permittit vt fiat. Nihil enim fit nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit. Potens ergo est & à malo in bonum flectere voluntates, & in lapsum pronas conuertere ac dirigere in sibi placitum gressum.* Et c. 8. *Adhuc pergat & dicat, cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide, perseuerare vsque in finem non dedit? Cur putas? nisi quia non mentitur qui dicit, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum? Nunquid ergo hominum naturæ duæ sunt? absit. Si duæ naturæ essent, gratia vlla non esset: nulli enim daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Hominibus autem videtur, omnes qui boni apparent fideles, perseuerantiam vsque in finem accipere debuisse. Deus autem melius esse iudicauit, miscere quosdam non perseueraturos certo numero Sanctorum suorum, vt quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possint esse securi: multos enim à perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus, quapropter qui videtur stare, videat ne cadat. Voluntate autem sua cadit, qui cadit: & voluntate Dei stat, qui stat. Potens est enim Deus statuere illum: non ergo ipse seipsum, sed Deus. Veruntamen bonum est non altum sapere, sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisque vel stat.*

Et

Et: *Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perseuerantia vsque in finem, illi autem non donetur: inscrutabiliora sunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Nam si fuissent ex nobis, ait vnus prædestinatorum, qui de pectore Domini bibebat hoc secretum mansissent vtique nobiscum. Quid est quæso, non erant ex nobis, nam si fuissent mansissent, vtique nobiscum? Nonne vtrique à Deo creati, vtrique ex Adam nati, vtrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit, omnem flatum ego feci: vnius eiusdemque naturæ animas acceperant? Nonne postremo vtrique vocati fuerant, & vocantem secuti? vtrique ex impijs iustificati, & per lauacrum regenerationis vtrique renouati? Sed si hoc audiret ille qui sciebat proculdubio quod dicebat: respondere posset & dicere, vera sunt hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, veruntamen secundum aliam quandam discretionem non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Quænam est tandem ista discretio? patent libri Dei, non auertamus aspectum. Clamat Scriptura diuina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant secundum propositum vocati, non erant in Christo electi ante constitutionem mundi: non erant in eo sortem sortiti: non erant prædestinati secundum propositum eius, qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent, ex illis essent, & cum illis sine dubitatione mansissent.*

Et c. 9. Potuisse Deum opus quos sciuit non perseueraturos auferre de vita antequam laberentur. Et cap. 13. *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei: ad quam vocationem pertinet nullus est homo ab hominibus certa affirmatione dicendus, nisi cum de hoc seculo exierit: in hac autem vita humana, quæ tentatio est super terram, qui videtur stare, videat ne cadat. Ideo quippe sicut iam supra diximus, non perseueraturis perseueraturis prouidentissima Dei voluntate miscentur, vt esse discamus, non alta sapientes, sed humilibus consentientes, & cum timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur.*

§. 4. Mutilat etiam verba Augustini de corr. & gratia. cap. 7. Electorum fides quæ per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficit, aut si qui sunt quorum deficiat. (Nempe quoad professionem) reparatur, & deleta, quæ intercurrerat iniquitate, vsque in finem perseuerantia depu[t]atur. Non agit de solo confessionis defectu Augustinus illo loco, sed caritatis & iustitiæ, quæ pariter reparatur. Fidem vero delebilem Augustinus statuit. *Qui vero perseueraturi non sunt, ac sic à fide Christiana & conuersatione lapsuri sunt, vt tales eos vitæ huius finis inueniat, procul dubio nec illo tempore quo bene pieque viuunt, in isto numero computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præscientia Dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secundum propositum vocati, ac per hoc nec electi: sed in eis vocati, de quibus dictum est, pauci vero electi. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt & baptizantur, & secundum Deum viuunt? plane dicuntur electi à nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseuerantiam, quæ ad beatam vitam perducit electos, scitque illos ita stare vt præsciuit esse casuros.*

Et c. 8 *Mirandum est quidem multumque mirandum, quod filijs suis Deus quibusdam quos regenerauit in Christo, quibus fidem spem, dilectionem dedit, non dat perseuerantiam: cum filijs alienis scelera tanta dimittat, atque impertita gratia sua, faciat filios suos. Quis hoc non miretur? Quis hoc non vehementissime stupeat?*

Et c. 9. *Nec nos moueat quod filijs suis quibusdam Deus non dat istam perseuerantiam. Absit enim vt ita esset, si de illis prædestinatis essent, & secundum propositum vocatis, qui vere sunt filij promissionis. Nam isti cum pie viuunt, dicuntur filij Dei, sed quoniam victuri sunt impie, & in eadem impietate morituri, non eos dicit filios Dei præscientia Dei. Sunt enim filij Dei, qui nondum sunt nobis, & sunt iam Deo, de quibus ait Euangelista Ioannes, quia Iesus moriturus erat pro gente: nec tantum pro gente, sed etiam vt filios Dei dispersos congregaret in vnum, quod vtique credendo futuri erant per Euangelij prædicationem, & tamen antequam esset factum, iam filij Dei erant, in memoriali patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam qui filij Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur à nobis, nec sunt tamen Deo: de quibus ait idem Ioannes, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum. Non ait, ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, iam non sunt ex nobis: verum ait, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: hoc est, & quando videbantur, in nobis, non erant ex nobis. Et tanquam ei diceretur, vnde id ostendis? Quod si fuissent, inquit, ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Filiorum Dei vox est: Ioannes loquitur in filijs Dei loco præcipuo constitutus. Cum ergo filij Dei, dicunt de his, qui perseuerantiam non habuerunt, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: & addunt, quod si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum: quid aliud dicunt, nisi, non erant filij etiam quando erant in professione & nomine filiorum? non quia iustitiam simularunt, sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait, nam si fuissent ex nobis, veram non fictam iustitiam tenuissent vtique nobiscum: sed si fuissent, inquit, ex nobis permansissent vtique nobiscum. In bono illos volebat proculdubio permanere. Erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est non vsque in finem perseuerauerunt, non erant, inquit, ex nobis & quando erant nobiscum, hoc est, non erant ex numero filiorum & quando erant in fide filiorum: quoniam qui vere filij sunt, præsciti & prædestinati sunt conformes imaginis filij eius, & secundum propositum vocati sunt, vt electi essent. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum: ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filijs suis prædestinatis Deus perseuerantiam non dedit, haberent enim eam si in eo filiorum numero essent.*

Hæc verba mutilata citauit Pareus: nam integra eius omnino hæresin perimunt. c. 12. Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium, perseuerantiæ datur, sed tale vt eis perseuerantia ipsa donetur, non solum vt sine isto dono perseuerantes esse nõ possint, verum etiam vt per hoc donum non nisi perseuerantes sint. Non solum enim dixit, sine me nihil potestis facere: verum etiam dixit, non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quibus verbis eis non solum iustitiam, verum etiam in illa perseuerantiam se dedisse monstrauit. Christo enim sic eos ponente, vt eant & fructum afferant, fructus eorum maneat, quis audeat dicere forsitan non manebit? sine pœnitentia sunt enim dona & vocatio Dei, sed vocatio eorum qui secundum propositum vocati sunt, pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet vsque in finem, nec eam nisi manentem vitæ huius inueniet finis.

VERSVS 21.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

QVAESTIO I.

Quomodo gentibus terrorem incutit?

§. 1. Caluinus, *validissima*, inquit, *ratio ad omnem præsidentiam retundendam, nunquam enim*

enim Iudaeorum reiectio in memoriam venire debet, quia nos horrore percellat & concutiat, quid enim illos perdidit, nisi quod ex supina securitate eius quā adepti erant dignitatis, contemptum diuini Iudicij induerunt, illis non est parcitum cum essent rami naturales. Quid ergo fiet nobis Syluestribus & extraneis, si vltra modum insolescamus, verum hac cogitatio vt ad diffidentiam nostri nos comparat, ita facit vt fortius Dei bonitati ac tenerius adhaereamus.

Profecto formidandum nobis eorum exemplo, Timendum nobis & Iudaeis. & formidandum singulis, ne nos excidat, sicut & illos excidit. Pari conditione rami sumus nos & illi, nos etiam deteriore, quam illi; Iudaei naturales, nos insitij, firmius haerent naturales. Si ergo illi exciderunt, quómodo nos certi sumus perseueraturi? Quod si nunquam crediderunt illi, quomodo rami naturales, aut quomodo nos insitos vera fide comparat cum hypocritis, qui non crediderunt? Quod si de Iudaeis hypocritis, & gentibus pariter hypocritis sermo est, quorsum ista dicuntur, aut quid ad praedestinationem faciunt? Quid horum fidem hypocriticam opponit aliorum incredulitati, cum vtrinque sit perfidia? Caetera iam sunt exposita.

VERSVS 22. & 23.

Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos.

QVAESTIO I.

Quae Dei seueritas & bonitas?

§. 1. SVperbiam & ἐπιχαιρεκακίαν gentium amplius reprimit. Nam insitae sunt non suo merito, sed sola Dei bonitate, excisi Iudaei sua malitia Dei seueritate, quae seueritas gentibus & gentium cuilibet timenda est, si non manserit in bonitate; nam qui non manserint, excidentur. In bonitate, non de hominis sed Dei benignitate loquitur, χρηστότητι, id est, φιλανθρωπία. Clemens Alex. l. paed. c. 8. in fide Christi. Chrysostomus, *Non ait in fide, sed bonitate, hoc est si digna Dei bonitate feceris, non enim sola fides sufficit.* Alij si in eo loco, in quem te Dei bonitas illuminando euexit.

Seueritatem ἀποτομίαν praecisionem; cum summo iure & breuiter sine vllo clementiae interuentu tandem reus damnatur. Argumentum praecedens confirmatur: Monet eum qui est in bonitate Dei hoc est gratia, vt videat, ne excidat, ait enim *si tamen permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris*: loquitur ergo illis qui in gratia, non hypocritis, illi enim non sunt in bonitate, iubet illos timere excidium, non ergo certa salus. Respondet Pareus: *In bonitate*, praesumere Apostolum qui de Deo recte sentiunt, confitentur: nam Ecclesia de occultis non iudicat, itaque monet eos, qui apparenter sunt in bonitate, iudicio hominum, non Dei.

Haec manifesta est deprauatio verborum Apostoli. *Vide inquit in te bonitatem Dei*; quomodo videre iubet hypocritam? non est ille in bonitate, nisi hominum iudicio. Quid ergo timeo dum magnopere, ne excidatur hominum iudicio? Cur autem Dei ἀποτομίαν ponit veram, & Dei iudicio excidendum, bonitatem apparentem? Si Apostolus se iudicat loqui hypocritis falso errore se iudicantes esse in bonitate, cur dicit illis, vide in te Dei bonitatem, si putat se loqui illis, qui sunt in bonitate, non opus est dicere, *si tamen permanseris in bonitate*, norunt enim se permansuros, nō minus, quam illi qui sunt in coelo. Denique Iudaeos dicit iterum inserendos suae oliuae, non ad speciem sed veritatem, vt succi & vitae participes reddantur, itaq; vt constet & antithesis & comparatio, hos etiam insitos vere oportet.

Beza negare ausus non est, veram insitionem hanc iustorum esse, vt vera est excisio. Sed negat Non agitur de Hypocritis. ad singulos pertinere, verum indefinitè ad Iudaeos & gentes. Sed hoc sibi effugium praeclusit Pareus, cum supra dixit, Scripturam singulis hic loqui, non modo in genere, & hic ita fit. *Tu qui non es insitus, insereris, tu qui insitus es, excidi potes.* Nam quomodo Caluinus hoc loco agnoscit insignem Dei bonitatem in eos, qui ad incredulitatem addiderunt hypocrisin, qua duplo fierent filij gehennae? non est illa bonitas, sed seueritas.

§. 2. V. 23. alio argumento ostendit, non esse contemnendos Iudaeos, nam fieri potest, vt iterum inserantur.

Hoc argumentum, inquit Caluinus, *apud impios minimum valet, potentiam enim vtcunque concedant Deo, ex eo tamen nihil illis probatur, at quia fideles, quoties potentiam Dei nominari audiunt, quasi praesens opus intuentur, hanc rationem satis putant ad percellendas eorum mentes.*

Verùm hoc ipsa Scriptura refutat, & Caluiniani recentiores. Non enim Dei potentiam semper comitatur opus. Ideo additum est, *si non permanserint in incredulitate.* Chrysostomus & Graecorum plerique libertatem arbitrij hinc approbant. Hanc rationem expolit. n. 24. Nam facilior est insitio, quo est surculus arbori similior. Plin. l. 17. c. 14.

VERSVS 25.

Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret.

QVAESTIO I.

Quod mysterium de Iudaeis recensit?

§. 1. HActenus ostendit esse probabilem Iudaeorum insitionem, illa est enim κατὰ φύσιν cum nostra gentium ὑπὸ λόγον φύσιν. Nunc probat eos omnino inserendos, idque probat Scriptura & rationibus. Excitat eos, cum dicit fratres, deinde cum explicaturum secretum & arcanum magnum, quod ipse auctoritate Apostolica sine vlla Scriptura fatentibus haereticis, astruit. Mysterium est à μύω *occludendo & tacendo*, in Scriptura autem rem sensu perceptam quae spiritualis est signum, & Sacramentum, aut sane rem magnam, quam humanus intellectus suis viribus nullo modo potest

test attingere. Chrysost. *μυστήριον ἐνταῦθα ἀγνοούμενον καὶ ἀπόῤῥητον, λέγων, καὶ πολὺ μὲν τὸ θαῦμα, πολὺ δὲ τὸ παράδοξον ἔχον. Mysterium sic incognitum, & arcanum dicens, quod multum admirationis, multum paradoxi habet.*

Secundo id explicaturum se ait ne sint prudentes apud semetipsos φρόνιμοι. Syrus: *ne in cogitatione animæ suæ sint sapientes*, ne sibi placeant, ex dono Dei sed timeant. Mysterium vero est, cæcitatem contigisse in Israël, donec intraret gentium plenitudo. Cæcitas πώρωσις, Syrus: *cæcitas cordis*, *alij, obdurationem, alij callositatem*, vertunt eodem sensu, non æque accommodo. Ex parte, Syrus: *ex leui loco.* Sic enim loquitur, hoc est, *aliquantulum.* Quidam referunt ad multitudinem; nam pars tum defecit, alij ad modum: quodammodo facta est cæcitas, alij ad tempus, nihil autem impedit hæc omnia conuenire, nam non facta est illa cæcitas certo pacto, tempore, modoque super hac cæcitate cordis eorum Marc. 3. *Doluit Dominus*, vbi qui vertunt, *occallu isse*, & interpretem nostrum πηρώσει dicunt legisse, nesciuerunt significationem πωρώσεως, vt supra dictum.

§. 2. Sine causa hæretici fingunt, non conuerti Iudæos ob Idololatriam Catholicorum. Neque enim idololatriam agnoscunt, & olim, atque etiam nunc plures ad Catholicam Ecclesiam Catholicã, quam ad vllam Sectam, conuertuntur: quamuis ad Sectam conuerti est peruerti. Non mira tamen ista sunt, quia prædicta. Tempore Apostolorum pauci conuersi sunt, non idololatriæ scandalo offensi, sed obduratione sua contumaces, accedunt nunc Christianorum Sectæ, dissidia, improbitas, iniuriæ, quibus exacerbantur. Ante finem tamen mundi, conuertentur, vt Augustinus, Prosper, D. Thomas, Sotus, Caietanus, Pererius; cæteri interpretes. Sed an omnes? ita nonnulli arbitrantur; nam partem conuerti non est tantum mysterium.

Magna Iudæorũ multitudo conuertetur.

Verum respondendum est; plurimos fidem accepturos, vt sit magna credentium multitudo. Nam plenitudo gentium nõ de cunctis, sed magna multitudine intelligitur. *Omnis porro Israel saluus fiet*, sicut *Elias restituet omnia*. Matth. 17. *Omnis inquam qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ.* Dan. 12. Magna tamen futura est multitudo, post Antichristum cæsum: cum colligentur superstites. Prosper lib. 1. cap. 14. de vocatione gentium. *Præmissa enim documentis assertio locum dabat multimodæ quæstioni, vt variata per tot populos ac tempora gratiæ Dei causa quæreretur,*

Cur Deus gentes pro Iudæis vocant.

cur scilicet anterioribus sæculis dimissæ essent omnes gentes ingredi vias suas, vno tantum Israële (qui diuinis eloquijs erudiebatur) excepto, & ad cognitionem veritatis electo, cuius infidelitas locum tandẽ saluandis gentibus fecerit, tanquam si vnus populus in fide sui generis permansisset, misericordia Dei cæteris se nationibus præstare non posset. Cur Denique ipsi quorum diminutio salus gentibus est, ab obcæcatione sua non liberentur prius, quam ingrediatur gentium plenitudo, quasi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes facta omnium gentium adeptione saluandi sunt? Aut quomodo omnis Israël sublata obcæcatione saluandus sit, cuius innumerabilis multitudo in sua infidelitate deficiens, ad tempora saluandis promissa non perueniet? Vel quomodo ipsarum gentium (quarum spiritus non est facta vocatio) dicatur nunc ingredi plenitudo, cum tot promiscuæ ætatis & conditionis hominum millia in omnibus nationibus, quæ sunt sub cælo, sine Christi Iustificatione moriantur? Sed horum mysteriorum iudiciorumque causas pius & doctus magister maluit ad altitudinem diuitiarum sapientiæ Dei scientiæque suspendere, quam iustissimæ veritatis, & misericordissimæ bonitatis subtractum ab humana cognitione secretum temerariis inquisitionis discutere nihil omittens de his quæ non oportet ignorari, nihil contrectans de his quæ non licet sciri.

VERSVS 26. & 27.

Et sic omnis Israël saluus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob.

QVÆSTIO L.

Quis sensus Isaiæ c. 59. 20?

§. 1. INtegra loci expositio petenda est ex ipso Propheta, vbi antecedentia & consequentia rem demonstrent, hic quæ ad Pauli institutum faciunt consideranda veniunt. Probat futurum vt Israël totus saluus fiat. Nam dictum est, *veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob.* Græce dicitur ὁ ῥυόμενος, liberator, nempe ille singularis, Messias, Hebraice dicitur גאל *goel*, liberator, vindex, ita & ille qui ducta fratris vxore liberos illi suscitabat, quem 70. solent vocare ἀγχιστεύοντα, ἀγχιστέα, λυτρωτὴν, *propinquum, redemptorem.* Venturus dicitur ex Sion ita 70. ἀπὸ, Paulus ἐκ, ex, in Hebræo est לציון *Sioni, vel in gratiam Sionis*, & quod Paulus à Iacob. Hebræus ביעקב, *in Iacob*, eodem sensu. Hoc oraculum prædictum est, nondum impletum, futurum igitur est. Omnis ergo Israël saluus fiet, interim labuntur tempora, & multi pereunt ex gente infelicissimi, cuius tamen posteri saluabuntur, hoc ad Dei inscrutabilia iudicia pertinet, Vt Prosper libro secundo, capite nono, de vocatione gentium exponit. *His rectè (vt arbitror) quantum Dominus tribuit pertractatis, ad id vnde digressa est disputatio, reuertamur: Ad considerationem scilicet differentiarum, quibus diuinæ gratiæ opera ac dona variata sunt: Altitudo quippe diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cuius inscrutabilia sunt iudicia & inuestigabiles viæ, sic per misericordiam suam & iudicium temperauit, vt secretissima æterni consilij voluntate, noluerit in omnibus super omnes generationes, aut super omnes homines, æquales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos tuuerit, quos ad cognoscendum se, cæli & terræ testimonijs commonebat: aliter illos, quibus non solum Elementorum famulatu, sed etiam doctrina legis, Prophetarum oraculis, miraculorum signis, & Angelorum cooperationibus consulebat: & multo magis aliter misericordiam suam vniuersis hominibus declarauerit, quando filius Dei factus est filius hominis, vt inueniretur ab his qui eum non quærebant, & appareret his qui illum non interrogabant, & non in vno tantum populo Israëlitica stirpe excelleret, sed in omni gente quæ est sub cælo, multiplicatum Abrahæ semen oriretur.*

§. 2. Paulus Prophetico spiritu Iudæorum magnam conuersionem prædicit, & Scriptura etiam probat; Hinc conficiunt hæretici solam Scripturam esse vnicam normam fidei. At rectius inde probamus Scripturam non nisi cum expositione Ecclesiæ & legitimo sensu dogmatibus fidei adhibendam esse. Quid enim Prophetæ verba sine Paulina expositione probarent?

Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob, inquit Propheta. Nonne hoc satis factum est aduentu primo? Quis de vltimis temporibus acciperet nisi Paulum haberet interpretem? Imo

quis legeret cum Apostolo ἐκ Σιών, *ex Sion*, cum in Hebræo sit לְצִיּוֹן *letsion ad Sionem*, vel *Sioni*? itaque Apostolus legendi & intelligendi Scripturas modum præscribit, ne putemus satis esse nuda verba citasse.

§. 3. Multo clarius est hoc in versu 9. c. 27. Isaiæ, quem connectit cum v. 20. capitis 59. *Et hoc illis à me testamentum est*, c. 59. v. 21. & sequitur, *dixit Dominus, Spiritus meus, &c.* At illis verbis relictis, Apostolus addit alia ex c. 27. 9. *cum abstulero peccata eorum*: quæ connexio in Scriptura non est, eam ipse facit, & Scripturæ tribuit spiritu Prophetico. Sed neque hic omnino verba Scripturæ annumerat. Nam 70. sequitur, vt ipse Pareus fatetur, quod trita esset in Ecclesia illa versio. Ita habent 70. Διὰ τοῦτο ἀφαιρεθήσεται ἡ ἀνομία Ἰακώβ, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ εὐλογία αὐτοῦ ὅταν ἀφέλωμαι αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν, ὅταν θῶσι πάντας τοὺς λίθους τῶν βωμῶν κατακεκομμένους ὡς κονίαν λεπτήν, καὶ οὐ μὴ μείνῃ τὰ δένδρα αὐτῶν, καὶ τὰ εἴδωλα αὐτῶν ἐκκεκαυμένα, Romana editio ἐκκεκομμένα ὥσπερ δρυμὸς μακρὰν τὸ κατακείμενον. *Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc est benedictio eius, quando abstulero peccatum eius; quando ponent omnes lapides altarium fractos instar tenuis pulueris, & non manebunt arbores eorum excisa, & idola illorum excisa, sicut saltus qui longe est.* Hæc si cum Hebræis contestantur apparebit non sensum, sed verborum non exigua mutatio. Quæ omnia considerata efficiunt, vt Scripturæ sensum & spiritum Ecclesiæ necessario iungendum videamus.

VERSVS 28.

Secundum Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem charissimi propter Patres.

QVÆSTIO I.

Quomodo inimici & carissimi?

§. 1. Erasmus vertit, *secundum Euangelium, inimicorum, secundum electionem carissimorum*, & connectit cum versu præcedente, *peccata eorum*, sed illa Prophetæ hæc Pauli verba sunt, quare non conuenit illa coniunctio. Beza ne sensus hiaret interposuit, particulam οὖν, *itaque*, quam in vno libro se inuenisse asserit; Verum vt hic non fallat, quod alibi facit, causa non erat, vt vnum librum omnibus Græcis Latinis, & interpretibus anteponeret. Præsertim cum alio modo facile intelligi difficultas possit & explicari; subaudiendum est enim verbum substantiuum *sunt*. Cum namque prædixisset Iudæorum conuersionem, olim futuram, eorundem pertinaciam objiciebant Gentes, propter Messiæ contemptum exosos esse Deo, non ergo in gratiam recipiendos. Respondet Apostolus inimicos esse & carissimos, inimicos secundum Euangelium, carissimos secundum electionem. Duplex est vero interpretatio. Inimicos esse & infestos Euangelio, idq; propter gentes, quas recipere verbum Dei videbant, florere pietate, miraculis. Sed carissimos tamen esse Paulo, & debere diligi à gentibus, propter electionem; nam Deus illos in peculium elegit, & iterum eliget, propter Patres autem sanctos etiam amandi sunt filij. Altera interpretatio vera est. Inimicos esse Deo quoad Euangelium, quos blasphemabant, & persequebantur, Christum verum Deum oderant, & ideo vicissim iram Dei merito sustinebant, gentium vero conuersione, dum eas vident credere, Propheticos libros

Iudæi inimici & carissimi.

legere, intelligere, tantis è cœlo donis honorari, magis magisque odium exasperabatur. Deo tamen erant carissimi propter Patres, secundum electionem: nam quosdam nunc odio furentes elegerat, breui conuersuros, memor pacti sui, quod inierat cum Patribus, magnam vero partem post gentium plenitudinem attracturos erat, itaq; non tota gens reiecta erat, & perdita. Quos Græci ἀγαπητοὺς vocant, solent Latini dicere carissimos. Ita Horat. Carissime Iuli, ita ex consuetudine loquentium sole vetus interpres vertere. Probat igitur Paulus vniuersalem Iudæorum conuersionem, ex fœdere Deus Iudæis promisit redemptorem, גֹּאֵל, *Goel*, quo eos vindicaret sibi iure consanguinitatis, qui non à corporali, sed spirituali seruitute peccati eos eriperet: Hæc promissio non ad Gentes, sed populum Iudæorum pertinet, necdum impleta est Prophetia, certissimo igitur implenda est. Deus enim verax est, nec in paucis tantum, sed magna multitudine, quod enim populo promissum est, in pluribus præstandum est. Quamuis ergo nunc inimici Dei sunt, monet electio immota, & fœdus ictum cum patribus, ideoque populus carissimus, quia electus.

VERSVS 29.

Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.

QVÆSTIO I.

An omnia Dei dona sint perpetua?

§. 1. Dei dona dicit ἀμεταμέλητα Augustinus, *impœnitenda*. Syrus לָא מְהַפֵּךְ, *non mutauit Deus dona sua*. Pœnitentia ad Deum referenda est. Non pœnitet Deum donorum suorum. Duplex vero potest in Deo pœnitentia considerari; Primo, vt vere donasse eum pœniteat, vt velit non donasse, consilium vero donationis improbet & retractet. Hoc modo nullius Dei pœnitet, nec pœnitere potest, cum sit eorum illa pœnitentia, quorum scientia fallitur, Dei autem prouidentia, infinita, sapientia & prouidentia falli non potest. Alter pœnitentiæ modus est, cum id quod donatum est aufertur, vt cum seruo qui vnum talentum acceperat, aufertur & datur illi, qui decem possidet, quamuis consilium non mutetur. Exponit Augustinus l. 15. c. 25. & lib. 17. c. 7. de ciuit. Dei. *In Deo pœnitentia est, cum mutatur euentum, non consilium.* In homine pœnitentia est mutatio consilij, & prioris improbatio Hoc loco de vtraque pœnitentia intelligitur; nam prior in Deo nunquam, altera hac in materia esse nō potest. Probat enim Iudæos esse carissimos propter Patres, secundum electionem, eaq; causa iterum in oleam inserendos, & saluos fore; probatio est firmissime ex constantissima diuini consilij firmitate; nam eius donum & vocatio est immutabilis; carissimi ergo sunt secundum electionem, quæ irrita esse non potest: non modo vt eius Deum pœniteat, sed etiam vt mutet. Hoc autem fœdus ictum est cū Patribus, & tabulæ fœderis apud eosdem Patres depositæ. Monet vero Caluinus non de singulis, sed gēte agi. Non modo externa specie, sed interna etiā infidelitate pene tota recisa fuit gens Iudæorū.

Pœnitentia Dei.

§. 2. Ne vnus quidem Caluinorum hanc sententiam reliquit incorruptam. *Fides, iustitia*, inquiunt, *sunt dona Dei, ergo immutabilia.*

Respondeo. Non modo id quod fingunt illi, nō confici, sed etiam pœnitus contrarium concludi, vtrunque ostendam. Dona Dei sunt sine pœnitentia

tia

tia, hoc est, immutabilia, vt non auferantur, non transferantur in alios, & ita quidem vt Pareus interpretatur, vt nec abijciantur illi qui acceperunt; à Deo enim custodiuntur, vt abijcere nolint. Nisi enim sic firmitatem diuinorum χαρισμάτων explicemus, nō est firmum Apostoli argumentum, quo probat Iudæos iterum inserendos. At vero hinc nō consequitur, singulos esse certos de sua iustitia, electione. Quomodo enim sequitur: Apostolus spiritu Prophetico certo pronunciat, de gente Iudaicâ; quæ nondum credebat, esse aliquando restituendam, eo quod gratia olim illi decreta, atque concessa penitus esse irrita non possit. Ergo qui nunc credit, certus esse potest, dona & vocationem salutis irritam esse non posse? Nam de Iudæorum assumptione oraculum Apostolus citat, & electam esse nouerat gentem illam, idque promissum Patribus, de singulis Caluinistis, aut tota natione nihil sacræ Literæ prædixerunt. Dona Dei & vocatio in electis sunt ita immutabilia, vt quamuis interdum ad tempus excidant, ad ea tamen semper redeant, & ad mortem vsque perseuerent electi. Electio ipsa vero quia in Dei solius voluntate & mente est, nunquam mutatur. Cum ergo dicitur: Dei dona sunt immutabilia: non est intelligendum de omnibus. Multa enim auferuntur quotidie negligentibus, aut male vtentibus. Deinde ita sunt immutabilia, vt quæ ex electione procedunt, quamuis interdum amittantur, interdum minuantur, tamen ante vitæ exitum restituantur. Pareus autem non de omnibus donis intelligit. *Dona*, inquit, *intelligit non quæuis, sed quæ ex electionis gratia fluunt, vt sunt remissio peccatorum, fides, sanctificatio, perseuerantia, & salus.* Vocationem non externam, sed internam. Hinc apparet valde restringi vniuersali dictū & merito, ideoq; tolli, quam commenti sunt, certitudinem. Nam opus est vt singuli iudicent, mihi remissio peccatorum data est, sanctificatus sum ex gratia electionis, vocatus sum non quouis modo, sed secundum propositum. Dona ergo certum neminem faciunt, nisi & hoc nouerint, data esse ex gratia electionis; seu esse effecta electionis. Hoc sane concedimus, si cui notum sit, se vel vnum, etiam minimum donum habere quod fluat ex gratia electionis, eum certum fore de electione. Nam posito effectu, etiam causa ponitur, at nemo hoc nouit, nisi cui reuelatum est. Ita Haimo, Carthusianus, Gagnæus, alijque intelligendi sunt, quos pro sua causa male citat Pareus. Hæc etiam sententia est Prosperi ad obiectiones Vincentianas c. 12. *Prædestinatio Dei, tisi apud nos, dum in præsenti vita periculis versamur, incerta est apud illum tamen, qui fecit, quæ futura sunt, incommutabilis permanet: nec quos illuminauit, obcæcat: nec quæ ædificauit, destruit: nec quæ plātauit, euellit. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei: & firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognouit Dominus qui sunt eius. Nullo igitur modo prædestinatio Dei facit, vt aliqui ex filijs Dei filij sint Diaboli: aut ex templo Sancti Spiritus templa sint Dæmonum: aut ex membris Christi, fiant membra meretricis, sed potius prædestinatio facit, vt ex filijs Diaboli, fiant filij Dei: & ex templa dæmonum, templum sit Spiritus Sancti: & ex membris meretricis, membra sint Christi. Quia ipse alligat fortem, & vasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de quibus dicitur. Ex nobis exierunt sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: voluntate exierunt voluntate ceciderunt. Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati. Essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate ac veritate mansuri. At per hoc prædestinatio Dei, multis est causa standi, nemini est causa labendi.* Facilis ergo responsio χαρίσματα Dei sunt quędam immutabilia, electio, vocatio, secundum propositum, perseuerantia, salus. Quædam sunt immutabilia secundum quid: nam vtcunque in vita aliquando perdantur, ante vitæ tamen exitum redduntur, fides, spes, caritas, cæteræque virtutes, redduntur, inquam, non omnibus, sed quibus ex electione data sunt.

Dona Dei quæ immutabilia.

§. 3. Non modo non obesse Catholicæ veritati Pauli sententiam, sed etiam prodesse dixi: & hoc etiam euidens est. Si enim ex Iudaicæ gentis electione & publica promissione, non poterant singuli Iudæorum de sua præsenti iustitia, & perseuerantia esse certi; multo minus esse possunt Caluinistæ certi: neque enim aliud habent præter generalia Dei promissa: & in eorum applicatione falli possunt. Nam fides non est infallibile signum electionis, cum in multis deficiat. Nam & Pareus ait dub. 19. ad 2. & 3. *Sed iuxta æternum*, inquit, *& immutabile consilium suum, quo præcognitum, definitum, atque statutum habet, quoscunque priuatos, vel totos cœtus infidelitate, securitate, aut petulantia vltronea abijcientes dona, & vocationem diuinam, ijsdem iusto iudicio priuat, &c.* Adducit locum Ierem. 18. *Pœnitebit me boni, &c.* & Apoc. 2. 5. *Mouebo candelabrum tuum è loco tuo nisi resipueris.* Plurima Ecclesiarum candelabra dicit Deum loco mouisse, at illa de qua loquitur primam caritatem reliquerat, habuerat igitur. Nemo igitur securus est, sed in Iudæa & Israele, atque adeo Ecclesijs interruptio illa donorum datur: non ergo in singulis hominibus sine interpolatione esse hic locus conuincit.

Deinde vel agit de externa Dei vocatione, vel interna. Externa incertum signum est electionis. Interna in gente Iudaica interrupta est, quomodo ergo inde probat, non posse interrumpi? Caluinus vero, & Martyr de externa vocatione accipiunt: atque ita nihil probant. Nec sane vllum adeo impudentem puto, qui neget Dauidem fuisse sanctificatum ex electione: & eam sanctitatem adulterio, & homicidio aliquid passam. Nam vel tota mansit, quanta fuit ante peccatum, vel omnino euanuit, vel pars eius sceleri cessit, pars sceleri coniuncta mansit. Si tota mansit, nouum monstrum orbi inducitur, sanctitas adultera, & homicidialis: & ante pœnitentiam, imo in feruore criminis sanctus adulter, & sanctus homicida. Si tota cessit, & deinde rediit, vera & nostra sententia hoc docet. Si partim cessit, partim mansit, ergo saltem pars sanctitatis quæ horrore criminum victa excessit animo peccatoris non erat sine pœnitentia, si aduersarios audimus. Nam quicquid ablatum est, non erat sine pœnitentia. Sed illa sanctitatis parte, cui manenti cum peccatis pulchre conuenit, agamus: An illa nō cederet, si plura adulteria, incestus, parricidia, ἀνθρωποφαγίαι animum contaminarent? Quicquid respōdebitur, superiora regerentur absurda: & vel tota sanctitas tolletur, vel deueniendum ad minimum aliquem eius & insensilem atomum, qui sine pœnitentia esse fingatur. Idem de fide, spe, caritate conuincetur. Atq; hæc expositio Augustini est l. de prædestinatione Sanctorum. Et de correptione & gratia. c. 6. *Si autem iam regeneratus & iustificatus in malam vitā sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere non accepi, quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio. Qui si correptione compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera vel etiam meliora reuertitur, nempe hic apertissime vtilitas correptionis apparet.*

Gregorius Magnus l. 29. moral. c. 9. Multa in tandem sententiam adducit.

VERSVS 30. & 31.

Sicut enim aliquando, & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur.

QVAESTIO I.

Quod vltimum argumentum pro Iudaeorum futura conuersione?

§. 1. NOuum argumentum est, & ad gentes compescendas efficax. Decretum Dei esse dicebant, quo Iudaeorum reiectio firmata esset, ob scelera & contumaciam. Apostolus argumentum ab ipsorum exemplo retundit. Sicut vos aliquando Deo nō credidistis, nunc autem misericordiam consecuti estis, vt crederetis, occasione Iudaicae perfidiae in oleam insiti. Ita & illi nunc non credunt in vestram misericordiam, non vt perpetuo in obstinatione gens tota contabescat, sed vt illi quoq; misericordiam consequantur, cum plenitudo vestra introierit. Cur enim electo populo Dei misericordia in perpetuum negaretur, quę vobis peccatoribus concessa est. Cur gratia vobis sine meritis data, vos non admonet Dei benignitatem in Iudaeos non semper clausam fore.

Vetus interpres defensus. Verbum ἠπειθήσατε nouatores fere vertunt, *non paruerunt*. Ita Beza, Pareus, Gualteri. Verum Oecolampadius, Bullingerus, alijq; veterem lectionem retinent. Syrus מהטפיסין *methtephysin acquiescentes*. Et v. 32. dicit Deum omnia conclusisse, *sub non acquiescentia*. Verbum טפש, tephes, est *credere* & *obedire*, vt etiam ἀπειθεῖν non credere, & non obedire, proprie non persuasum esse, in quo est etiam contumacia. Malo autem hoc loco de fide agi, & incredulitate, quae ponitur ratio inserendi, & excidendi. Deinde quia Augustinus & Latini ita legerunt. Denique Oecumenius, & Photius de infidelitate sunt interpretati. Ipse etiam Chrysostomus. Δεικνὺς ἐν τούτῳ ὅτι τοὺς ἐξ ἐθνῶν πρῶτον ἐκάλεσεν, ὅτε οὐκ ἠθέλησαν, τοὺς Ἰουδαίους ἐκλεγέντας. καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν συμβαίνει μετὰ ταῦτα. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠθέλησαν Ἰουδαῖοι πιστεῦσαι, πάλιν προσήχθη τὰ ἔθνη. *Ostendit hic primum eos qui ex gentibus sunt, vocatos fuisse, deinde quoniam noluerunt credere, Iudaeos electos esse, id quod & ipsum post ista vicissim istis quoque contigerit. Posteaquam enim Iudaei credere noluerunt, rursus adducta conciliataq; sunt gentes.* Maneat ergo tantis auctoribus antiqua versio.

§. 2. Maior est dissensio in lectione, & versione, ac proinde sensu versus 31. Communis lectio habet. οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. *Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur.* Beza aliter distinguit οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι, vt ἠπείθησαν ponatur absolute, deinde post ἐλέει sit comma. Traiectio vero particulae ἵνα, vt. Sensus autem iste sit. *Sic & illi non crediderunt, vt vestra misericordia, (vel per vestram misericordiam) & ipsi misericordiam, consequantur.* Hanc lectionem probare non possum. Nam Hieronymus l. 3. c. 6. in Isaiam, Augustinus, Ambrosian' cōmentarius, caeteri Interpretes, librorum distinctiones, Syrus etiam textus repugnat, & plerique haeretici stant contra Bezam.

Quod noster vertit: *in vestram misericordiam non crediderunt*, idem est ac si diceret; *non crediderunt vestra misericordia*, etsi autem ἀπειθεῖν non habeat illam constructionem, Latina tamen versio bene expressit.

§. 3. Friuolae rationes, sunt Bezae. *Non erit*, inquit, *quod opponatur τῇ τούτων ἀπειθείᾳ. Et hic idem diceret Apostolus, quod non amittunt hae voces; Quemadmodum & ita.* Nam sensum esse putat vulgatae versionis, vel in gratiam Christi, vel in vestram misericordiam, id est, vt inde ad vos veniret misericordia. Quod enim dictum fuerat ὑμεῖς δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, (Vos *misericordiam consecuti estis, propter incredulitatem illorum*) hoc ipsum in diuersa parte repeteret. ἀπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει. *Perinde ac si dicat aliquis. Vt principes ditescunt paupertate populi, ita populi paupertas addit diuitias principibus, quod fuerit ineptissimum.*

Non faciunt ad rem ista omnia. Sensus enim est perspicuus. Sicut vos quondam non credidistis Deo, ita nunc illi non credunt vestrę misericordię, vobis collatae, non credunt misericordiam Dei esse, quod Euangelium receperitis, sed errorem & seductionem. Nunc autem misericordiam consecuti estis à Deo vt credatis, propter illorum incredulitatem, seu occasione illorum incredulitatis. Huic parti illud respondet, *vt & illi misericordiam consequantur*, nec addit; propter vestram misericordiam, seu aemulatione vestrae misericordiae; nam superioribus id satis explicarat, nec opus est. Verba τῷ ἐλέει & τῇ ἀπειθείᾳ sibi mutuo non opus opponi, ne membrum sit sine antithesi, cum quia nimis vrgere eam concinnitatem puerile est, Pauli oratio non est tam anxia. Tum, si haec duo sibi opponas, nihil erit, quod respondeat τῷ θεῷ. Neque Bezae exemplū est ineptissimum, quod proponit, quamuis aptius dari facile possit. Sapiēter dicitur vt principes ditescunt paupertate populi, ita paupertas populi diuitias addit principibus, vt tandem etiam popul' ditescat, seu vt occasione illa ditescat. Nam enim ad egestatem & desperationem adactus est, Spoliatis arma supersunt, & si arma desint, furor arma ministrat, vt ablata reposcant. Cur enim hoc non verissime dicam omnibus historiae Scriptoribus testibus. Quemadmodum nobilitas Romana post reges exactos, vexatione, oppressione, spoliatione, paupertate populi ad magnas opes venit, ita vicissim populi vexatio, oppressio, spoliatio, paupertas, nobilitatis auaritiam opesque expleuit, vt & ipse populus tandem etiam ad magnas diuitias, & honores peruenerit: nam indignari vnam ciuitatis partem ab altera pressam esse, primo, sibi tribunos plebis, deinde magistratus parauere, vt iam nobilibus aequarentur. Occasio certe cur nobilitas cresceret plebis imbecillitas fuit, eadem nimium pressa, & in furorem acta, abita vires sumpsit, & patrinos in ordinem redegit. Nulla ergo hoc in sensu difficultas, sed omnia instituto Pauli sunt consentanea.

VERSVS 32.

Conclusit enim Deus omnia in incredulitate: vt omnium misereatur.

QVAESTIO I.

Cur Deus omnia concluserit sub peccato?

§. 1. Mult

§. 1. MVlti legunt τοὺς πάντας, non τὰ πάντα. Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius. Augustinus l. 21. c. 18. de ciuit. Dei, Hieronymus in cap. 2. Michææ. Syrus כל אנש, *col enosch*, *omnem hominem*. Græcè est εἰς ἀπείθειαν, Galat. 3. 22. sed cõclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi detur credentibus, vbi legitur τὰ πάντα, & non εἰς ἁμαρτίαν, sed ὑπὸ ἁμαρτίαν, *sub peccatũ*. Idem porro sensus est, & efficacior, qui neutro genere vtitur. Latini codices alij habent. *Incredulitatem*, accusandi, alij *incredulitate*, auferendi casu, sensu inuariato.

§. 2. Tam Iudæos misericorditer assumendos, quam gentiles, probat ex paritate. *Omnes enim conclusit in incredulitate*; omnes pares Deus inuenit, συνέκλεισεν in vnum, & pariter conclusit: multum erat discrimen nisi quod fecit misericordia: Factæ sunt gentes fideles, Iudæi manent infideles, sed fieri possunt isti, quod sunt istæ; nam & istæ fuerunt, quod sunt isti. Nolite ergo stantes insultare iacentibus; nam & illi vobis cadentibus surgere possunt. Eadem enim misericordia, per quam vos statis, illis ad surgendum dabitur.

Deus omnes inuenit peccatores.

§. 3. Tria sunt quibus deprauari solet Apostoli sententia. Veteres quidem Origenistæ hinc concludebant etiam dæmones ad salutem peruenturos; Nam omnes ita late capiebant, vt nihil excluderent. Verum satis constat, hic agi de hominibus, & gratia, vt nihil opus sit pluribus respondere.

Duę aliæ deprauationes sunt Sectariorum nostri temporis. Conclusit Deus omnia vel omnes in infidelitate, *omnia ergo opera hominũ sunt peccata*. Nam vinctus peccato, quid aliud agere potest, quam peccare? Deinde. Deus conclusit sub infidelitate, ergo Deus auctor peccati. Ad vtrumq; respondeo. Nego ex eo quod omnes homines sint in peccato, sequi omnia eorum opera esse peccata. Certe non omnia opera increduli, & infidelis, sunt infidelitas. Nec, vinculũ quo in carcere reus detinetur facit, vt omnia opera eius sint vincula, sed vt sint opera vincti. Ita omnia opera eius qui vinctus est peccato, sunt opera peccatoris, nõ peccata tamen. Licet nec Deo placent, nec vitæ æternæ proficiant. Non potest homo ita vinctus salutaria opera perficere, nisi prius à Deo soluatur, non tamen cogitur in omnibus peccare, hac de re c. 7. abunde actum est.

Deus arguit non fecit peccatores.

Nec Deus dum concludit sub peccato, causa est peccati, vt nec iudex est, qui facinorosum in vincula conijcit. Vrgent tamen, vinciri sub peccato, est peccare, ergo vincire est facere, vt peccet. Respondeo. Vincire actiue, & potentia, vt alter cogatur vinciri est peccatum. At eo modo non vincit Deus, sed primo vincit arguendo, & probando, conuincendoq; esse peccatores, vt optime Scholia Græca. ἤλεγξεν ἅπαντας ἀπειθοῦντας. καὶ ΑΛΛΩΣ. τὸ συνέκλεισεν ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, δύο δύναται δηλοῦν. ἢ ὅτι ἀπειθεῖς ἐποίησεν, ὅπερ οὐκ ἔχει χώραν, ἢ ὅτι ἀπειθεῖς ἀπέδειξεν, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀληθές. *Arguit omnes inobedientes, incredulos: & aliter Illud: Deus conclusit omnes in incredulitate, duo potest significare, vel quod incredulos effecerit, quod locum non habet, vel quod incredulos ostenderit, quod & verum est.*

Et Theodoretus: *Conuicit enim & gentes, quæ naturalem discernendi facultatem acceperant, & creationem habuerant diuinæ cognitionis magistram, cum tamen nec hinc nec illinc vtilitatis aliquid acceperint.*

Hæc interpretatio ex Chrysostomo sumpta est, quam cæteri secuti sunt. Conclusit etiam permittendo tentationes, non largiendo gratiam efficacem, & congruam, eo modo quo c. 9. indurauit.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

VERSVS 33.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

QVÆSTIO I.

Quomodo Dei iudicia incomprehensibilia?

§. 1. CVr Iudæi sint iuste à Deo relicti, gentes misericorditer assumptæ, capere nulla creatura potest, hoc ergo totum Deo relinquendum. Abyssum illam tentandam negat. Multa hic præclare Pererius, de præscientiæ diuinæ vndecim prærogatiuis. Omnis hic curiositas, omnis disputatio, imo inuestigatio tollitur: Si enim Paulus in tertium cœlum raptus, mirandaque speculatus, hic deficit, quid nos frustra fatigamur? Syrus assertiue conuertit: *Nemo scrutatus est iudicia eius, & viæ eius sunt inuestigabiles.* Hanc omnes Deo reuerentiam debemus, qui intellectum ab eo accepimus, ne eius opera iudicemus: Qui enim mentem nobis dedit, qua ratiocinari, & iudicare possimus, etiam quod nos iudicaturi simus, ipse præsciuit; nec errauit, vlla in re, cum nobis errores cognoscendi facultatem dederit. Pulchre Athanasius ad solitariam vitam agentes, & orat. 2. contra Arrianos. *Quod si autem curiose inquirant, cur Deus, in cuius potestate est operari, non semper operatus sit? furiosorum est ista audacia. Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quomodo dixerit figmentum ad suum figulum, cur me ita fecisti: sed tamen ne vel tenui ratione suppetente consilescamus, audiant obsecro, quod tametsi Deo possibile fuerit, ab æterno opera facere, non tamen poterint ea, quæ facta sunt, ab æterno fuisse: siquidem ex non entibus emerserunt, nec erant priusquam fierent. Quæ autem non erant antequam fierent, quomodo illa coexistere poterant, cum Deo semper existente? Quapropter ad eorum emolumenta commodaque respiciens Deus, cum intelligeret creaturas subsistere posse, tunc omnes creaturas produxit.*

Iudicia Dei inscrutabilia.

Et ad Serapionem Spiritum Sanctum non esse creaturam. Exclamatio illa actus est obedientiæ & religionis, imo & fidei qua certo credidit illa euentura. Non enim exclamasset, nisi certo fore prænouisset, vt ratiocinatur Chrysostomus.

§. 2. Altitudinem diuitiarum vocat, alij *profunditatem*, vel *profundas diuitias*. Græce βάθος est profunditas, altitudo vtrumq; significat, & quod celsum & quod profundum est. Scholia Græca. ἐπὶ βάθος, ὅθεν ὁ τρόπον δὲ τὸ ποιὸν ἀγνοεῖ πλοῦτον δὲ ὀνομάζει τὴν ἀγαθότητα πλοῦτον καὶ σοφίας. Græce legitur ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως. Quod duplicem habere potest sensum. Primus vt trium rerum altitudinem Apostolus obstupescat, diuitiarũ, quas dedit gentibus. Sapientiæ, qua vius in illas, & scientiæ. Ita Theophyl. interpretatur. Alter est, vt cõiungantur *altitudo & diuitiarum*, vt sensus sit, profundas esse diuitias tum sapientiæ, tum scientiæ. Atq; ille sensus est, quem tenuit vetus interpres, & Patres Latini, qui non legerunt καὶ σοφίας. Sed tantum σοφίας sine coniunctione. Atque hic verus est sensus, non enim Apostolus tam miratur hoc loco gentibus à Deo collata beneficia, quam reconditam eius sapientiam, his donan-

tis,

tis, illos prætereuntis. Syrus coniunctionem retinet, verum, particulam indicem regiminis non apponit sapientiæ, & cognitioni, nam enim habet ורחכמא sed בחכמא, *vechochma.* quasi sit, ô altitudo diuitiarum, & scientia, & cognitio, nisi quis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti; quia positum in dictione præcedente דעותרא *deghuthera, diuitiarum.* Quod sane non est apud Syros vsitatum: Non magis quam in Germanico, O tieffe der Reichthumb/vnd Weißheit/ꝛc. Vbi non iudicatur, nomen Weißheit / regi à nomine Reichthumb. De his diuitijs Ephes. 1. vbi *diuitias gratiæ*, & Eph. 2. *diuitias abundantes* appellat, quæ ex prima & increata opulentia, hoc βάθει πλούτῳ σοφίᾳ proflount.

§. 3. Iudicia Dei vocat ἀνεξερεύνητα: ἐρευνᾶν proprie scrutari est, Hieronymus vocat, inscrutabilia Itaque nullo modo posse mentem humanam Dei iudicia comprehendere pronunciat; cui bone assumat, illum deserat. Vias Dei dicit inuestigabiles, hoc est; Ininuestigabiles, nam inuestigabile etiam id est, quod inuestigari & inueniri potest. Græcè ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοί, *viæ quæ ne tenui quidem vestigio*, & quasi signo inueniri possunt, sumpta à feris metaphora. Sic Esaiæ 11. Non est inuestigatio viæ eius. Quidam legunt. *Inuestigabiles*, Castalio, *abstrusæ rationes.* Nam *inuestigabile etiam affirmatiuam habet significationem.* Verum ita legitur apud Cyprianum, Hieronymum, Augustinum. Et sane etsi inuestigo, vt importo, inuideo, affirmatiua sint, tamen importabile, inuisibile habent negatiuam: sic inuoco, & inuocatus, quorum posterius significat & eum qui vocatus est, & qui vocatus non est. Non tamen contenderim, si quis putet, tam in textu Pauli, quam apud Patres scribentium errore alterum In omissum. Certe Tertullianus l. contra Hermogenem c. 45. ita legit. *Hæc autem sunt inuisibilia eius, quæ secundum Apostolum ab institutione mundi factis eius conspiciuntur, non materia nescio quæ, sed sensualia ipsius. Quis enim cognouit sensum Domini? De quo exclamat, ô profundum diuitiarum & Sophiæ, vt inuenibilia iudicia eius, & ininuestigabiles viæ eius. Quid hæc magis sapiunt, quam vt ex nihilo omnia facta sunt? quæ nec inueniri nec inuestigari nisi soli Deo possent, alioqui inuestigabilia, si ex materia sunt inuestigata & inuenta.*

Et libro secundo, capite secundo, contra Marcionem. *Ipse iam tunc Apostolus prospiciens hæretica corda: Quis*, inquit, *cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut ad quem consultauit, aut viam intellectus & scientiæ quis demonstrauit ei? Cui & Apostolus condicet: O profundum diuitiarum & Sophiæ Dei, vt ininuestigabilia iudicia eius, vtique Dei iudicis: & ininuestigabiles viæ eius, vtique intellectus & scientiæ quas ei nemo monstrauit, nisi forte isti censores diuinitatis, dicentes: sic non debuit Deus: & sic magis debuit: quasi cognoscat aliquis quæ sint in Deo, nisi spiritus Dei.*

Ininuestigabiles viæ Dei.

Eodem modo libro quinto, capite decimoquarto. *Quid enim deliquerant, si iustitiam Dei suis aduersus eum sistebant, quem ignorabant? Atquin exclamat, ô profundum diuitiarum & sapientiæ Dei, & ininuestigabiles viæ eius. Vnde ista eruptio? ex recordatione scilicet Scripturarum quas retro reuoluerat, ex contemplatione Sacramentorum quæ supra disseruerat in fidem Christi, ex lege venientem. Hæc si Marcion de industria erasit, quid Apostolus eius exclamat, nullas inuenens diuitias Dei tam pauperis & egeni, quamquam nihil condidit, nihil prædicauit, nihil denique habuit, vt qui in aliena descendit? sed enim & opes, & diuitiæ creatoris olim absconditæ, nunc reseratæ, sic enim repromiserat: Et dabo illis thesauros occultos inuisibiles aperiam eis. Inde ergo exclamatum est: ô profundum diuitiarum & sapientiæ Dei, cuius iam thesauri patebant.*

Vbi notandum scientiæ vocem ab eo omissam. Quin Pammelius eodem modo putat apud Cyprianum Testim. lib. 3. ad Quirinum, & apud Augustinum legendum esse.

Prudenter Chrysostomus animaduertit, non dixisse δυσνόητα, ἀκατάληπτα, quæ difficulter intelligi, & capi possint, sed ἀνεξερεύνητα, & ἀνεξιχνίαστα, quod scrutari & quærere non oporteat. Omni enim modo à perniciosa diuinarum viarum, hoc gubernationis inquisitione humanam superbiam repellere voluit Apostolus.

§. 4. Pelagianos & Semipelagianos illa ratio conuincit: Nam si ex proprijs cuiusque meritis gratia datur, vel demeritis negatur. Non habet locum ista exclamatio. Ex nobis enim non ex Deo erit salus nostra. Optime Prosper libro primo, capite decimotertio, de vocatione gentium. *Cum ergo hæc diuinorum operum mysteria supra mensuras humanæ intelligentiæ excellentia, quodam mentis suæ profundisset excessu; totam expositionis rationem transtulit ad stuporem, & admirator eorum quæ protulerat, exclamauit & dixit: ô altitudo diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?*

Et ad excerpta Genuens. dub. 4. *Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Inuestigabiles autem sunt viæ ipsius. Inuestigabilis igitur misericordia quæ gratis liberat, & veritas quæ iuste iudicat.*

Prosper ad cap. Gal. capite octauo. *Impossibile est comprehendere, & periculosa curiositatis est quærere: cum tamen, quod nulla sit apud Deum iniquitas, nemini liceat ignorare: nec alia gratia, aut alia fide, quenquam hominum siue ante legem, siue legis tempore iustificatum esse credendum sit, quam hac eadem, per quam Dominus noster Iesus Christus secundum consilium voluntatis suæ, in fine sæculorum venit quærere & saluare quod perierat. Causas vero operum & iudiciorum, Dei quæ ex tota ad humanas voluntates & actiones refert, quas tamen in paruulorum adoptione aut abdicatione non inuenit, & dispensationes Dei ex liberi arbitrij vult mutabilitate variari, profitetur sibi scrutabilia iudicia Dei, & vestigabiles vias eius. Et quod doctor gentium Paulus non audebat attingere, hic se existimat reseratum posse vulgare. Quodque non minoris impietatis est, ipsam gratiam, qua saluamur, aut bonis meritis docet rependi, aut malis adfirmat arceri.*

§. 5. Grauissimis verbis Apostolus, quasi Caluinianos nostros præuidisset, temerariã eorum arrogantiam retundit: cum enim nemo in arcano illo Trinitatis mysterio sederit, cognoscere non potest, quid de se alijsque statutum sit. *Inscrutabilia sunt iudicia eius.* Respondere solent. A priore non posse cognosci, posse à posteriori, hoc est, ab effectis: eos enim qui se credere sciunt, etiam scire se electos. Verum & hoc friuolum est. Nam eum in multis sæpe peccatis hæreant, cum de perseuerantia sint incerti: non potest dari ab effectis certitudo. Quare Apostolus non dicit solum Dei sapientiam, & consilium esse nobis ignotum, à priore scilicet; sed etiam ἀνεξιχνίαστον, hoc est, *imperuestigabile per ἴχνια* signa. Venator feram vestigiorum indicio quærit, hoc certe signorum est indagamen. Vestigia autem effecta sunt. Cum ergo rationes cognoscendæ prædestinationis sint incertæ, ipsum quoque prædestinationis consilium incertum est. Multi enim vere iusti exci-

Dei iudicia incognita.

excidunt. Vt Augustinus docet de gratia, & libero arbitrio, cap. 23. *Ad occulta ergo Dei iudicia reuocate, quando videritis in vna causa quam certe habent omnes paruuli, hereditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri vt baptizetur: illi non subueniri, vt in ipsa obligatione moriatur: illum baptizatum in hac vita relinqui, quem præsciuit Deus impium futurum: istum vero baptizatum rapi ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eius: & nolite in istis dare iniustitiam vel insipientiam Deo apud quem Iustitia fons est & sapientia.*

§. 6. Sic accipiendum est, quod additur. *Quis enim cognouit mentem Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Seu vt Syrus habet, *possessor consilij*. Quod si certo scio me credere, vt putant Caluiniani, & certo scio me perseueraturum, non possum ignorare sensu hoc est, רעינא, *mentem, & consilium, quod de me statuerit.* Hoc enim mihi à sancto Spiritu dictatum cogitare debeo. Chrysostomus totum hoc docet absconditum esse. p. 234. edit. Heidelb. hoc loco.

§. 7. Christi diuinitatem hinc probat Hieronymus in 1. Corinth. cap. 8. Tertullianus vero l. aduersus Hermogenem probat materiam non fuisse æternam, vnicum enim esse. *Vnici Dei status hanc regulam vindicat: non aliter vnici, nisi quia solus: non aliter solus, nisi quia nihil cum illo: sic & primus erit, quia omnia post illum. Sic omnia post illum, quia omnia illo: sic ab illo, quia ex nihilo, vt illi quoque Scriptura ratia consistet, quis cognouit sensum Domini. Aut quis illi consiliarius fuit? Aut quem consultatus? Aut viam intelligentia & scientia quis demonstrauit illi? Quis tradidit, & retribuetur ei? Nemo vtique: quia nulla vis, nulla materia, nulla natura substantia alterius aderat illi. Porro si de aliquo operatus est, necesse est ab ea ipsa acceperit & consilium & tractatum dispositionis, vt viam intelligentia & scientia. Pro qualitate enim rei operari habuit, & secundum ingenium materie, non secundum suum arbitrium: adeo vt & mala pro natura non sua, sed substantia fecerit.*

Et in Scorpiaco Dei opera non inquirenda, positam enim & non intelligendi sententiam. *Verba (Dei,) inquit, cap. 7. non sono solo sapiunt, sed & sensu. Nec auribus tantummodo audienda sunt, sed & mentibus. Crudelem Deum qui non intelligit, credit. Quanquam & non intelligendi posita sententia est, qua temeritatem cohibeat aliter intelligendi.*

VERSVS 35.

Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

QVÆSTIO I.

An nemo Deo prior dederit?

§. 1. BReui interrogatione causam reddit: cur nihil miri aut noui censendum sit: si Deus hunc eligat, illum deserat. Nemini enim quicquam debet. Ad examen expensarum vocari non debet, qui gratuita misericordia subuenit, quibus visum est. Græce valde signanter: *τίς προέδωκε, quis ante dedit? καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, & reddetur in vicem*
Nemo Deo illi. Impium igitur delirium est Pelagianorum, hó-
prior dedit. mines priores Deum demereri deinde illis reddi. Verissime Cyprianus nondum natos illos deuicit sermon. de Baptismo. *Præcipis mihi Domine Deus, vt diligam te; hoc & possum & debeo: & totum me & integrum tibi esse iubes obnoxium; & de proximo iubes vt ad meam eum mensuram complectar. Gratias ago tibi clementissime Deus, quia quod quæris à me, prius ipse donasti: & quomodo tu me dilexeris, si linguis hominum & Angelorum loquar, nec digne possum eloqui, nec vniuersa complecti, quæ mihi gratia tua contulit amplitudo. Iustum est Domine vt diligamus te: quia & ipse nos diligis.*

Et de duplici martyrio. *Quemadmodum & militis virtus, aut serui probitas redundat in gloriam ducis, aut heri: Ita militis ignauia, aut serui nequitia dedecori est duci aut hero, propterea quod horum mores magna ex parte pendent ab illorum moribus, in quorum potestate sunt. Qui etiamsi prorsus absint ab omni culpa, tamen popularis existimatio solet Dominorum mores ex seruorum moribus æstimare.*

De illa datione agitur 1. Paralip. vltimo. Iob. 31. & 35.

§. 2. Sectarij putant meritum non esse posse. Quia non est meritum, nisi detur prius Deo, quod retribuat. Nam vt donet ex debito, necesse est prius esse meritum.

Respondit Augustin. Serm. 16. De verbis Apostoli. *Debitor enim factus est, non aliquid à nobis accipiendo, sed quod ei placuit promittendo. aliter enim dicimus homini, debes mihi, quia dedi tibi: & aliter dicimus debes mihi quia promisisti mihi. Quando dicis, debes mihi quia dedi tibi, à te processit beneficium, sed mutuatum, non donatum: Quando autem dicis, debes mihi, quia promisisti mihi, tu nihil dedisti, & tamen exigis. Bonitas enim eius qui promisit dabit, ne in malitiam fides conuertatur. Qui autem fallit, malus est. Deo igitur quid dicimus? Redde mihi, quia dedi tibi? Quid dedimus Deo, quando totum quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus, non est quemadmodum ista voce exigamus debitorem Deum, maxime dicente nobis Apostolo, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?*

Nemo ergo prior dedit Deo, etsi quispiam mereatur de Deo. Nam vt hoc posset, & faceret, accepit à Deo. Imo vt Deum sibi creatura faceret debitorem non habuit, nisi à Deo. Contra Augustinum disputat Pareus lib. 5. cap. 15. de gratia & libero arbitrio. Nam præmia non dantur gratiæ, sed operibus. Imo dantur operibus ex gratia factis, & dantur ex merito, quia ex debito, ex promisso. At vero lib. 5. de iustificatione cap. 14. Ad Augustinum & Fulgentium prologo ad Monimum, Bernardum de gratia & lib. arb. D. Thom in 1. 2. de quæst. 114. art. 2. Respondet. Deum promisso non obligare se vt ex debito reddat. Patres vero Hyperbolicis phrasibus ad bene operandum excitare voluisse auditores, nec vidisse scandalum, quod sic loquendo hypocritis posuerunt. Probat autem, ex Modestino. *Debitor est is proprie, à quo inuito exigi pecunia potest. Et is proprie debet, qui æs alienum retinet. An vero Deo inuito vita æterna eripi potest?*

Respondeo. Clariora patrum esse verba, quam vt illam glossam admittant, nec debuisse eos ita hortari homines ad bene operandum, vt diuinam maiestatem in ordinem redigerent. Falsum autem est, non posse Deum fieri promisso debitorem. Nam seipsum negare non potest. Nec iuste negare quod promisit. Nam promissio obligationem parit. Et hoc toto prologo Fulgentius docet, cum gratiam indebitam, gloriam debitam esse affirmat. *Deus potest*
Ideo & Bernardus: promissum quidem ex miseri- *fieri debi-*
cordia, sed ex iustitia persoluendum. Quod vero *tor.*
ex Modestino adfertur, plusquam puerile est. De debito pecuniæ, & humanorum contractuum agit. Nos in Deo tale debitum nō agnoscimus, multo minus ab inuito promissam vitam exigimus:

non enim dare potest inuitus, quod lubens volens concessit. Debitor est, qui quocunq; modo vel ex commutatiua, vel distributiua iustitia obligatus est, etiam ex sola fidelitate pacti gratuiti. Nam & fidelitas in promissis ad iustitiam pertinet. Hic debitor nunquam quod debet, præstat inuitus, si iustitiam amat: Deus autē hoc sibi debet, vt promissa soluat, ideoq; vt fœderis donat vitam æternam, & retribuit præmia meritis. Hæc doctrina est Augustini concione 2. in Psal. 32. *Idipsum est enim, Sermone Domini cœli solidati sunt. Dixerat superius, Bene cantate ei in iubilatione, id est: ineffabiliter cantate, quoniam rectum est sermo Domini, & omnia opera eius in fide. Nihil promittit & non reddit, fidelis ille factus est debitor, esto tu auarus exactor. Deinde cum dixisset, Omnia opera eius in fide: adiunxit quare, Diligit misericordiam & iudicium. Qui ergo misericordiam diligit, miseretur. Qui autem miseretur, non potest promittere & non dare, quia posset dare, etiam si non promitteret. Ergo quia diligit misericordiam, oportet vt exhibeat quod promittit. Et quia diligit iudicium oportet vt exigat quod dedit.*

Et enarratione in Psal. 109. *Tempus enim constituit Deus promissis suis, & tempus eis qua promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore Prophetarum vsq; ad Ioānem Baptistam: ab illo autem & deinceps vsq; ad finem, tempus est implendi ea quæ promissa sunt. Fidelis Deus qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio, etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, vt cum ea quæ promisit soluere inciperet, in Scriptura promissorum consideraremus ordinē soluendorum. Tempus itaq; prophetiæ, prædictio erat (vt sæpe iam diximus) promissionum. Promisit salutem æternam & beatam vitam cum Angelis sine fine, & hereditatem immarcessibilem, gloriam sempiternam, dulcedinem vultus sui, domum sanctificationis suæ in cœlis & resurrectionem à mortuis, nullum deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tanquam finale, quo decurrit nostra omnis Intentio, quo cum peruenerimus, nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus.*

Vbi non modo Deum debitorem facit, sed etiā nos exactores, & auaros esse iubet, nihil veritus insanias eorum, qui timent ne Deus mutata voluntate mutuus dare cogatur, quod sponte pollicitus est. Illorum deliria si audiamus, meritum Christi, hoc est, Christianismum totum abnegamus. Non est debitor, inquit, nisi à quo etiam inuito pecunia exigi potest: à Deo inuito vita æterna exigi non potest, non potest ergo esse debitor: nec ergo meritū vllum est. An ergo Deus non fuit debitor Christi homini? An non obligauit eum homo ille, vt sibi homini, seu humanæ naturæ gloriam daret? An illa natura à Deo inuito vitam æternam potuit extorquere. Si vere debitor Christi Deus, & debitor humanæ eius naturæ, potuit ergo creaturæ obligari. Nec obstat, quod Christus etiam Deus est: Deus sibi proprie debitor non est, se sibi non obligat, sed alieni, quorum quo cum pactum inire dignatur. Hæc itaq; Socinianorum fraudibus, & Atheismo viam sternunt.

VERSVS 36.

Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula, Amen.

QVAESTIO I.

Quomodo ex ipso, per ipsum, & in ipso omnia?

§. 1. NEminem priorem dedisse Deo quicquā ex eo probat, quia ex ipso, per ipsum, in ipso sunt omnia: Si igitur quicquid sumus, & habemus ab ipso est, nō potest, quisquam illi quicquam dare, quod non acceperit. *Honor* in Græcis non est, nec *sæculorum*. Sed, *gloria in sæcula*. Syrus: *ipsi sint laudes, & benedictiones in sæcula sæculorum*. Variæ sunt interpretationes veterum, & forte plures addi possunt.

Prima. Ex ipso vt prima causa. Per ipsum gubernantem, & conseruantem, in ipso, vt fine. Vel ex ipso sumus, per ipsum regimur, in ipso erimus perfecti seu beati. Ita D. Thom. Origenes. Alij multi. *In Deo omnia vt gubernatore & fine.*

Alij per ipsum patrem creatorem, per filium operatorem, in Spiritu sancto sanctificatore. Basilius lib. 5. contra Eunomium. Hilarius in Psal. 67. Ambrosius de Spiritu sancto, cap. 10.

Alij ex ipso existunt, per virtutem eius viuunt, & spiritali, & animali vita, in ipso sunt, seu existunt, εἰς αὐτὸν *ad ipsum*, vt in finem reuoluuntur. Ita & Tertullianus lib. contra Hermogenem. *Omnia post illum, quia omnia ex illo.*

Nouatianus de Trinitate c. 3. Sic exponit, *Excessit enim oculorum contemplationem, qui cogitationis vicit magnitudinem. Quoniam, inquit, ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia. Nam & imperio eius omnia, vt ex ipso sint & verbo eius digesta, vt per ipsum sint: & in iudicium eius recidunt vniuersa, vt dum in ipso expectāt libertatem, corruptione deposita in ipsum videantur esse reuocata.*

Theodoretus (41. pag.) *Ipse enim omnia fecit. Ipse omnia quæ facta sunt perpetuo regit. Omnes ad ipsum respicere oportet, pro iis quæ sunt ac subsistunt gratias agentes, eius autem deinceps prouidentiam postulantes: conueniens porro glorificatio ad eum est emittenda. Per hæc autem ostendit diuinus Apostolus se non nosse differētiam præpositionum.* Ex quo & per quem: *& illam quidem, vt quæ aliquid minus doceat.*

Apud Irenæum horribilis deprauatio inuenitur l. 1. c. 1. *Quod autem Saluatorem ex omnibus existentem, omne esse, per hoc responsum, omne masculinum aperiens vuluam, manifestari dicunt. Qui cum omnia sit, aperuit vuluam excogitationis passi Æonis, & separata ea extra pleroma quam etiam secundam Ogdoadem vocant, de qua paulo post dicemus. Et à Paulo autem manifeste propter hoc dictum dicūt, Et ipse est omnia & rursus, Omnia in ipsum, & ex ipso omnia. & iterum In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et illud, Recapitulata esse omnia in Christo per Deum Sic & interpretantur dicta, & quocunq; alia sunt talia. Adhuc etiam de horo suo (quem etiam pluribus nominibus vocant) duas operationes habere eum ostendunt, confirmatiuam & separatiuam, & secundum id quidem quod firmat & constabilit, crucem esse: secundum id quod vero diuidit, Horon.*

§. 2. Sanctissimæ Trinitatis mysterium probari ex hoc loco puto, tum ob similes alibi locutiones, tum auctoritatem tot patrum quibus addo Augustinum lib. de fide & Symbolo c. 9. *Non enim sunt naturaliter dij quicunq; sunt facti atq; conditi ex patre per filium dono Spiritus sancti. Ipsa enim significatur Trinitas cum Apostolus dicit, quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia. Quodcunque ergo de singulis interrogati, respondeamus Deum esse de quo quæritur, siue Patrem, siue filium siue Spiritum sanctum, vt tamen non tres deos et a nobis coli quisquam existimauerit.* *Trinitas.*

Multis vero exponit l. 1. c. 6. de Trinitate. *Nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: quis dubitet eum omnia quæ creata sunt dicere: sicut beatus Ioannes omnia per ipsum facta sunt? Quæro itaq; de quo dicat alio loco. Quoniam ex ipso. & in ipso & per ipsum sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen? Si enim de Patre & Filio & Spiritu sancto, vt singulis personis singula tribuam-*

tribuantur: ex ipso, id est, ex patre: per ipsum, id est, per filium: in ipso, id est in Spiritu sancto: manifestū quod Pater & Filius & Filius & Spiritus S. vnus Deus est, quando singulariter intulit: Ipsi gloria in sæcula sæculorum? Vnde enim capit hunc sensum. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ patris, aut Filij, aut Spiritus sancti: sed sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit mentem Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen. Si autem hoc de Patre tantummodo intelligi volunt, quomodo ergo omnia per Patrem sunt, sicut hic dicitur: & omnia per Filium sicut ad Corinthios vbi ait: Et vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia: & sicut in Euangelio Ioannis. Omnia per ipsum facta sunt? Si enim alia per patrem, alia per filium, iam non omnia per patrem, nec omnia per filium. Si autem omnia per patrem, & omnia per filium, eadem per patrem, quæ per filium æqualis est ergo patri filius, & inseparabilis operatio est patris & filij: quia si vel filium fecit pater quem non fecit ipse filius, non omnia per ipsum facta sunt: at omnia per filium facta sunt. Ipse igitur factus non est, vt cum patre faceret omnia quæ facta sunt.

Quod vero Arrinoi finguot, dici per filium vt organum, falsum est: nam filius est principium de principio, & vtriusq; patris ac filij nexus est Spiritus sanctus. Indicio notem est, quod Ex, Per, In, indifferenter tribus personis tribui solet, vt obseruauit Athanasius orat. de communi essentia diuinitatis. Basilius. Ambros. Augustinus post ipsum. *Per* tribuitur Deo Patri. 1. Tim. 6. 1. & 2. Cor. 1. & Rom. c. 6. Particula *Ex* Christo attribuitur Ephes. 6. Coloss. 1. & 2. Et Spiritui sancto Matth. 1.

§. 3. Apostolus hoc loco non loquitur tantummodo de mundi creatione & conseruatione, sed etiam electione, gratia, reiectione, saluatione, hæc enim omnia ex ipso, & per ipsum sunt, & in ipso. Itaque impie Blandrata alijque Christi negatores, ad solam gratiam referunt, vt tantum instrumentum eius filium esse garriant. Rectius Theologi, hinc concludunt in Deo omnium rerum perfectiones includi, atq; adeo in Christo, qui & Deus ipse est. Si enim ex ipso, & per ipsum, & in ipso, necesse est, vt contineat omnia. Dionysius libr. 5. de diuinis nominibus Clemens Alexand. lib. 1. cap. 9. pædag. Cyrillus Alexand. lib. 1. contra Iulianum. Nazianzenus orat. 2. de Pascha, & commentator eius Elias. Nyssenus de opificio hominis. Vide & Ambrosium lib. 1. Hexam. August. lib. 4. de Trinit. cap. 1. & Theologos in 1. part. quæst. 4.

Hinc consequitur infinitum esse Deum. Omnia enim possibilia continet. Dionys. cap. 9. de diuinis, Concilium Lateranense.

Hinc & probant Theologi Deum esse finem omnium in 1. part. quæst. 44. art. 3. & 4.

§. 4. Caluinus, Lutherus, Melanchthon, Pareus contra libertatem arbitrij hęc verba vsurpant. *Si enim ex Deo omnia, nihil ex libero arbitrio.* Respondeo: Et ex Deo, & libero arbitrio. Deus præuenit, sanat, adiuuat liberū arbitrium, vt per gratiam valeat, quod suis viribus non poterat. Non tollat diuina operatio liberum arbitrium sine quo nec bonum nec malum factum est vllum. Sicut enim generalis Dei concursus Dei creaturis naturales motus relinquit, ita specialis voluntatem ad supernaturalia euehit, vt tamen ipsa libere velit, & nolit. Voluit nos Deus seruire liberaliter, non necessitate, sed voluntate. *Quod liberum arbitrium*, inquit Augustinus disp. 2. contra Fortunatum, *si non dedisset Deus, iudicium puniendi nullum iustum esse potest, nec meritum recte faciēdi, nec præceptum diuinum vt ageretur pœnitentia de peccatis: nec ipsa indulgentia peccatorum, quam nobis Deus per Dominum nostrum Iesum Christum donauit.*

Probat illud Augustinus multis Scripturę locis. lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 2. *Ipse ab initio fecit illum, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris conseruabis mandata, & fidem bonam placiti. Apponit tibi ignem & aquam, ad quodcunque volueris extende manum tuam. In conspectu vita & mors, & quodcunque placuerit dabitur ei. Ecce apertissime videmus expressum liberum humanæ voluntatis arbitrium. Quid illud quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet Deus? Quomodo iubet si non est liberum arbitrium? Quid beatus ille de quo psalmus dicit, quod in lege Domini fuit voluntas eius, nonne satis indicat voluntate sua hominem in lege Dei consistere? Deinde tam multa mandata quæ ipsam quodammodo nominatim conueniunt voluntatem, sicut est, Noli vinci à malo: & alia similia: sicut sunt, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: Et Noli deficere à disciplina Domini: Et, Noli negligere legem: Et, noli abstinere benefacere egenti: Et, noli fabricare in amicum tuum mala: Et, noli intendere fallaci mulieri: Et, noluit intelligere vt bene ageret: Et, noluerunt accipere disciplinam: & innumerabilia talia in veteribus libris diuinorum eloquiorum quid ostendunt, nisi liberum arbitrium voluntatis humanæ? In libris etiam nouis Euangelicis & Apostolicis, quid aliud ostenditur vbi dicitur, Nolite vobis condere thesauros in terra. Et, nolite timere eos qui occidunt corpus: Et, qui vult venire post me, abneget semetipsum: Et, pax in terra hominibus bonæ voluntatis: Et quod dicit Apostolus Paulus, Quod vult faciat, non peccat si nubat: qui autem statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc statuit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. Item dicit. Si autem volens hoc facio, mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij estote iuste, & nolite peccare. Et iterum: Vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi. Et ad Timotheum dicit: Cum enim in delicijs egerint in Christo, nubere volunt. Et alibi: Sed & omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Et ipsi Timotheo: Noli negligere gratiam quæ in te est. Et ad Philemonem. Vt bonum tuum velut ex necessitate esset, sed ex voluntate. Seruos etiam ipsos monet, vt Dominis suis ex animo seruiant cum bona voluntate. Item Iacobus: Nolite itaque errare fratres mei, & nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, & nolite detrahere de alterutro. Item Ioannes in Epistola sua. Nolite diligere mundum: & cætera huiusmodi: Nempe vbi dicitur Noli hoc, & noli illud, & vbi ad aliquid faciendum vel non faciendum, in diuinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium.*

CAPVT DVODECIMVM.

OBSECRO itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes: Honore inuicem præuenientes: Solicitudine non pigri: Spiritu feruentes: Domino seruientes: Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes: Necessitatibus Sanctorum communicantes: Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddentes: prouidentes bona, non tantum coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, scriptum est enim: Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum. si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

IN CAPVT DVODECIMVM

ARGVMENTVM.

POSTQVAM difficilimas quæstiones Apostolus absoluit, ita tamen vt potius admiratione ingenia humana defigere, & compescere, quam scrutari ea voluerit, ad mores componendos, & pietatem instillandam sese conuertit. Reliqua itaque ad finem vsque Epistolæ, licet dogmata interponantur, parænenses sunt, & exhortationes ad virtutem. Sine qua cognitio, fides, contemplatio inania sunt. Opus est fide quæ per caritatem operetur Gal. 5. 6. Quæ est finis præcepti ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Hoc capite primo docet, generatim nos atque omnia nostra velut sacra in Deum referre, mundum deserere, fugere elationem, amplecti vnitatem & caritatem, donis spiritalibus in Ecclesia sollicite, & prudenter vti. Commendat deinde Romanis cœteras virtutes, spem, gaudium, hospitalitatem, aliasque. Legitur apud Syros feria secunda hebdomadis præcedentis ieiunium.

VERSVS I.

Obsecro itaq; vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem rationabile obsequium vestrum.

QVÆSTIO I.

Qualem offerre hostiam præcipit?

§. 1. SIngula verba plena sunt mysterijs, & doctrina. 1. Obsecrat. 2. Obsecrat per misericordiam Dei. 3. Exhibere corpora hostiam rogat. 4. Viuentem. 5. Sanctam. 6. Deo placentem. 6. Rationabile obsequium.

Obsecrat vt frater, non iubet vt Apostolus: vt suauitate rogandi ad virtutem magis alliciat, quam potestate impellat. *Cum sit talis*, inquit Chrysostomus, *rogat tamen*. Optima est ratio docendi & monendi precibus, nō imperio commendare facienda, quæ nunquam bene, nisi voluntarie fiunt, iubentis asperitas sæpe animos generosos à bono, quod sponte facturi erant, reuocat; modestia, preces, blanda suasio etiam aduersos ad honesta ducūt. Non nego frequenter præcepta agendum, etiam terrore legum lasciuiam eorum qui precibus non obsequuntur esse compescendam, sed eo tamen fine, vt dum desistunt coacti male agere, & coguntur bona facere, assuescant sponte mala fugere, & bona bene perficere, hoc est, animo volenti, affectu caritatis. *Rogare melius quam imperare.*

§. 2. Rogat porro per Dei misericordiam, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν per miserationes, ita & Syrus numero plurali habet ברחמוהי *berachamauhi*, In misericordijs. Singulari numero legit Cyprianus lib. 3 Epist. 25. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum. Augustinus, Am-

Ambrosius, Theophylactus: facilis in Græco mutatio vt positum fuerit ω pro ο vel ο pro ω. Efficacius tamen videtur magnitudinem diuinæ bonitatis exprimere numerus multitudinis, & Dauid appellare solet רחמים *rachamim*, *miserationes*. Hæc sane animos alte penetret oratio necesse est, quid enim æquius cogitari potest, quam vt tanta misericordia electi, vocati, iustificati, se ipsos illi traderent, & consecrarent, à quo tam immensa bona receperant. Quia vero totus in contemplatione diuinæ misericordiæ defixus erat, ideo petit eam vt rem sacratissimam precatus, *vt sic viuant, vt fides vitæ, & vita fidei per omnia consonet*, vt ait Photius.

§. 3. Hostiam viuam offerre iubet, ea est oblatio corporum. Sic exponit Chrysostomus. Quomodo autem erunt corpora nostra hostia? Respondet Chrysostomus, *Si oculus mali nihil aspiciat, factus est hostia, si lingua nihil loquatur inhonestum, facta est hostia oblatio προσφορά: Si manus nihil agat iniquum, facta est holocaustum, nec tamen hæc sufficiunt, opus est hostiam nihil habere ἀκάθαρτον immundum: itaque nihil iniqui cum illis communis habebis, nam alteri non membra tradidistis, membra vestra ad terribile bellum præbuistis, vt Deum habeant fessorem ovantes vocant alij, quia ea pax hostes inter statuitur. Verum hic mortificationem induas dum ζωίαν dicit.*

Corpora viua hostia.

Viua igitur ne circumcellionum more trucidanda corpora putemus. Nam hostia & victima à cæde vocantur.

Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur:
Hostibus à victis hostia nomen habet.

Hanc παράστασιν præbere, & sistere iubemur, sponte sacrificium offerendo. Nam proprium hoc est in sacrificijs, & militia verbum: hinc & παραστάτης in bello dicitur manipularis, qui commilitoni assistit. Latinis etiam sisti, & statim ad aras dicitur hostia. Hostia ergo Deo dicatur, sed viuens, ne quis putet corpora mactanda. Non enim corporum interitum sed carnalium concupiscentiarum requirit Deus. Viuit autem, quia Christum, hoc est viuam gerit: ab eo enim vita est hostiæ quæ Deo placet.

§. 4. Sancta etiam sit oportet, ἁγία quasi à terrenis separata, nam Plato in Cratylo ἅγιον dictum putat à particula priuatiua α, & γῆ: sanctitatem animorum Deus præcipuam exigit, quam hostiæ Iudæorum immaculatæ significabant, cæteraenim munerum, quantumuis splendidorum, hac sola dote placent. ἄριστον δὲ τι δῶρον ἐστὶν ὁ νοῦς, *Donorum optimum est animus*. Cicero de natura Deorum sanctitatem & pietatem distinguit, illam definit esse iustitiam aduersus Deos, hanc vero scientiam colendorum Deorum. Plato in Euthyphrone τὸ δίκαιον genus esse docet, τῆς ὁσίας καὶ εὐσεβείας. *Iustitiam esse genus sanctitatis & pietatis*. Sed τὸ εὐσεβὲς ad officia hominibus præstita refert. Trismegistus tamen pietatem Dei notitiam esse dicit. Vt Lactantius docet libro quinto, de iustitia. Quotidianam autem nobis opus esse sanctificatione monet Fulgentius ad Trasimundum. p. 70.

§. 5. Placere etiam Deo debet hostia. Alioqui frustra & labor & sumptus impenditur. Ideo enim sacrificant, vt litent, pereunte. Caini hostia non placuit, Abelis placuit. Cain Infidelis erat, & ex maligno, Abel iustus. Tota viuentis beatitudo est placere Deo: soli autem illi placet sincera virtus, ideo virtute colendus est. Lactant. libro quinto, capite octauo, de iustitia. *Quid vobis inanem iustitiam depingitis, & optatis cadere de cælo, tanquam in aliquo simulacro figuratam? Ecce in conspectu vestro est, suscipite (si potestis) eamque in domicilio vestri pectoris collocate, ne difficile aut alienum à temporibus existimetis. Estote æqui ac boni, & sequetur vos sua sponte iustitia, quam quæritis. Deponite omnem malam cogitationem de cordibus vestris, & statim vobis illud tempus aureum reuertetur: quod aliter consequi non potestis, quam si Deum verum colere cœperitis. Vos aut maximo cultu Deorum, iustitiam desideratis in terra: quod fieri nullo pacto potest sed ne tum quidem potuit cum putatis, quia nondum natis dijs istis quos impie colitis, necesse est vnius Dei fuisse per terram; cum scilicet quis execratur malitiam, exigitque bonitatem cuius templum est non lapides aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat. Quod templum non auro & gemmarum donis corruptibilibus, sed æternis virtutum muneribus ornatur. Discite igitur (si quid vobis reliqua mentis est) homines ideo malos, & iniustos esse, quia dij coluntur: & ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescere, quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est: quia suscepta sunt contra quam fas est, impia vel gionet: postremo, quia ne coli quidem vel à parentis Deum sinitis.*

Quomodo Deo possimus placere.

Summus autem cultus est, Deum ex animo laudare. Lactantius de diuino præmio libro sexto, capite vigesimo quinto. *Nos vero gratias agentes, adoremus. Huius enim sacrificium sola benedictio. Et recte. Verbo enim sacrificari oportet Deo, siquidem Deus verbum est, vt ipse confessus est. Summus igitur colendi Dei ritus est ex ore iusti hominis, ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipsa vt Deo sit accepta, & humilitate, & timore, & deuotione maxima opus est ne quis forte integritatis & innocentia fiduciam gerens, tumoris & arrogantiæ crimen incurrat: eoque facto gratiam virtutis amittat.*

§. 6. Rationabile obsequium. λογικὴν λατρείαν dicitur. Syrus: per ministerium במלילתא *melilitha*, quod verbum sermonem significat. Græca dictio communis rationi, & orationi. Hæc autem hostia rationis est, vt principis, & causæ, orationis vero, vt à ratione procedit. Origenes rationalem cultum vocari dicit, quod eius rationem reddere sit facile, cum multarum cæremoniarum causas ignorarint Israelitæ. Verum poterant illi omnia in Dei voluntatem referre, cuius ratio postulari non debet, reddere tamen probabiles rationes, cur hoc vel illud iniunctum fuerit, quod Christiani iam in Sacramentorum expositione facere solent. Chrysostomus spiritalem cultum non cæremoniarum pompa, sed sanctitate Deo placentem. Alij cultum Deo tecundum φρόνησιν, ne vel in modo colendi, vel diuturnitate laboris limites prudentiæ egrediamur. Scholia Græca λογικὴν λατρείαν vocant τὴν ἀναίμακτον, *incruentum*. Non dubium est in legitimo corporum nostrorum sacrificio ista coniungenda, sanctitatem, prudentiam, morem, vtque nihil sit nimis, nihil desit: omnia prout recta ratio legis diuinæ gnara, fide illustrata dictauit. Mihi videtur Apostolus commendare Christianorum quo Deum venerantur cultum, qui nihil contineret, quod rationi consonum non sit. Cum gentium latria summem scula fuerit, vt obijcit illis Athenagoras in principio apologiæ, & exempla profert. Omnes enim numen aliquid colunt. Nam reuera superstitio quamuis multa suadeat fœda, & immania, à quibusdam tamen sceleribus abduci-

Rationalis cultus.

QVÆ-

Qvæstio II.

An exhortationes sint signa liberi arbitrij.

§. 1. PAreus istam hoc loco quæstionem, & varias contra libertatem liberi arbitrij, sed futiles ratiunculas profert, quas alias dissolui. Quæ propria est huius ab eo leuiter, & sinistre attingitur, & Erasmo à Luthero responsum fingit. Ratio nostra est. Paulus ad pietatem, sanctitatem, aliaq; virtutum officia hortatur omnes. Id non faceret si necessitate ad vnum seu malum, seu bonum essent omnes determinati. Frustra lapidem horrebere, ne deorsum cadit, frustra letaliter saucium ne moriatur, frustra famentem ne esuriat. Si ergo exhortatio adhibetur mouendis animis, non adhærenti vni rei immobiles. Nec hoc Pelagianorum est dogma: Non enim dicimus aut iustos nos adhortatione impellere, vt sine gratiæ adiutorio iuste pergant viuere, aut impios, vt suis viribus resurgant: verum vt cognita sua miseria & Dei misericordia, gratiam oblatam amplexi è vitijs emergant: Impij homines libere peccant, & cum gratia conuersionis illis offertur libere eam repudiant. Alioqui extra culpam essent, in quam nonquam trahit necessitas. Optime id notauit Iustinus apologia ad Antoninum. εἰ μὴ προαιρέσει ἐλευθέρᾳ πρὸς τὸ φεύγειν τὰ αἰσχρὰ καὶ αἱρεῖσθαι τὰ καλὰ δύναμιν ἔχει τὸ ἀνθρώπειον γένος, ἀναίτιόν ἐστι τῶν ὅπως δήποτε πραττομένων. *Nisi genus humanum libero arbitrio & fugere turpia & eligere honesta possit, extra causam culpamue est omnium, quæ quoquo modo aguntur.*

Ostendit ergo in Deo culpam residere, si potentia sua homines ad scelera impellat. Probat hoc ex Platonis lib. 10. de Repub. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum. τοῦτ' αἰνιττόμενος ὁ Πλάτων ἐνδείκνυται διὰ τῶνδε, Ἀρετὴ δὲ ἀδέσποτον, ἣν τιμῶν καὶ ἀτιμάζων πλέον καὶ ἔλαττον ἕκαστος αὐτῆς μεθέξει αἰτία ἑλομένου. θεὸς ἀναίτιος· κακῶν γὰρ ὁ θεὸς οὐκ ἔστιν αἴτιος. *Liberum arbitrium per hæc demonstrat Plato: Virtus non subest alterius Dominio: quam vt quisque honorarit aut despexerit, ita plus minusue eius erit particeps. Culpa eligentis est: Deus culpa vacat. Nunquam enim Deus malorum causa est.*

Hortatio inanis est, nisi sit liberum arbitrium.

Nec vllus fere patrum est, qui ab exhortationibus non probet liberum arbitrium. Augustinus de corrept. & gratia cap. 11.

Ex cap. 14 de vera religione. lib. 1. retract. cap. 13. & 15.

Qvæstio III.

An ideo Christiani non habeant sacrificium proprie dictum, quia offerunt hostiam viuentem?

§. 1. DE sacrificio mouent pleriq; Sectariorum quæstiones, & ventilant argumenta suæ perfidiæ, quibus alio loco responsum est. Nunc solum superest, vt doceamus fideles, à nobis exigi hostiam spiritalem, non carnes hircorum aut boum.

Si qui vero ita insaniat, vt putet vetera sacrificia vera, quia imperantur metaphorica: non esse in missa sacrificium, quia est in corporum oblatione hostia, ille eodem furore, etiam Aaronis oblationes euerteret. Nam & illo tempore spiritales laudum, & obedientiæ victimas, & primario quidem Deus requisiuit: Vitulos labiorum etiam Israelitæ offerebant, & sacrificium laudis. Quod multi veterum docent, & qui contra, Bogomilos, Lollardos, Waldenses, aliosque scripserunt. Qui vero eadem de re veram sententiam intelligere malunt, quam contendere, adeant Irenæum qui libr. 4. capit. 32. postquam ostendit vetera sacrificia sine animi pietate oblata, non placuisse, deinde præcepta sacrificia laudis. Tandem subiungit de sacrificio missæ, *Sed & suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit & gratias egit dicens. Hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura quæ est secundum nos suum sanguinem confessus est, & noui Testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat, primitias suorum munerum in nouo Testamento, de quo in duodecim prophetis Malachias sic præsignificauit, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsque, ad occasum, nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum. Quoniam magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus omnipotens. manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur Deo, & hoc purum, nomen autem eius glorificatur in gentibus.*

Apud Iudæos erant propria & impropria sacrificia.

Nec audienda est Gallasij insania, nec Magdeburgensium hoc in loco deprauando pestilens labor: cum illis repugnent etiam hæreticorum editiones.

Cyprianus Epist. 4. Quando in sacrificijs precem cum pluribus facimus. Similia Epistol. 17. 68. 99. Clemens Alexandrinus lib. 1. & 4 Strum.

Versvs 2.

Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta.

Qvæstio I.

Quomodo non oporteat nos conformari huic sæculo, sed reformari?

§. 1. HOstiam integram, perfectamque describit, quæ pure sistatur ad aras, & Deo placeat. Sit nempe sit dissimilis malis, similis auctori suo, reuocata & expolita ad voluntatem creatoris. *Nolite*, inquit, *conformari huic sæculo*. συσχηματίζεσθαι est eundem habitum, eandem laruam, qua mundus indutus est, sumere: sed *reformamini in nouitate sensus vestri*: noua veste opus est, nouæ mentis indumento, quod Deo placeat, quod sæculo futuro concolor sit. Augustinus: *Perfectio spiritualis in duobus posita est nimirum retrahendo animum ab ijs quibus inficitur, & conuertendo ad ea, quibus perficitur, de prioris dicit Apostolus. Nolite conformari huic sæculo. Iacob. 1. Mundum seruare ab hoc sæculo. 1. Ioan. 1. Nolite diligere. 1. Cor. 7. Figura huius mūdi* χῆμα *schema, habitus.*

Fugiendum sæculum.

Bie-

Breuissime itaque iubet mundum fugere, sectari cœlum. Metaphora è theatris sumpta est, in quibus sumunt diuersa σχήματα, personasque veteres ludicras agunt, omnia mox posituri, sunt vestes illæ comicæ, sunt vestes sæculi huius, momento quo apparet, abituri, nemo vestes eas theatro efferet, risum moueret, qui in templo, aut foro personatus incederet: Nam histrionem ageret extra theatrum, non minus indecorus est animi affectus, cum inter diuina munera, & promissiones æternæ vitæ, Christianus vitiorum & vanitatum cupiditatibus obsitus iacet, omnia autem illa σχήματα schemata, laruæ, vocantur: nihil enim inquit Chrysostomus πηγὰς firmum, sed πάντα πρόσκαιρα διὰ τὸ σχῆμα ἀντὶ πράγματος. *Sed omnia temporaria, quia schema caret substantia.*

Quidam arbitrantur Paulum ducere similitudinem ab astrorum formis quas mutuo respectu efficere solent. Ptolomæus vocat stellarum συσχηματισμοὺς configurationes, conformationes, quas τριγώνους, τετραγώνους vel ab alia figura appellant. Verum non est probabile Paulum populo scribentem à mathematicis imaginationibus sumere tropum, cum è re nota & vulgari sumi debeat similitudo. Cur ergo obscure diceret: Cauendum esse ne cum mundo ita componamur, vt cum eo triangulum, aut sexangulum aliamue figuram formemus? In hac ergo expositione inepta nouitas, non sensus quæsitus est. Longe etiam quæsita ratio est: nec anguli & figuræ quas astra suis coniunctionibus efficiunt, exprimunt mores hominum improbos, quos ex consuetudine, exemplo, & legibus mundi, quibus se accommodant, discere, & tenere solent. Vide Ephes. 4. vers. 18 19. 20. 1. Ioann. 2. 15. Certe Galath. 3. Christum induimus, non ergo mundi mormolycia superinduere decorum est. Non enim cum tetro illo, & diaboli schemate vestis innocentiæ seruari potest.

§. 2. Superest igitur, vt cum nobis schema hoc sit hæreditarium, illo abiecto reformemur. Fœda animi species in quo omnia vitiorum προσωπεῖα seu laruæ, & spectra sedem locarunt, pulchra vbi Christus thronum posuit. Non ait iuxta Chrysostomum: συσχηματίζεσθε τούτῳ ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε, φησίν, ἐν τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. οὐκ εἶπε συσχηματίζεσθε, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε. δεικνὺς ὅτι τὸ μὲν τοῦ κόσμου, σχῆμά ἐστι, τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς, οὐ σχῆμα. ἀλλὰ μορφήν τινα ἀληθινὴν φυσικὸν ἔχουσα κάλλος. *Non dicit transfiguremini: sed transformemini, ostendens, quæ mundi sunt, figuram: quæ vero virtutis, non figuram, sed veram quandam esse formam, naturalem pulchritudinem habentem.*

Atque in hac re cernitur reformatio, Chrysostomus ἥμαρτες σήμερον: ἐπαλαίωσας σου τὴν ψυχήν, μὴ ἀπογνῷς, μηδὲ ἀναπέσῃς ἀλλ' ἀνακαίνισον αὐτὴν μετανοίᾳ καὶ δάκρυσι, καὶ ἐξομολογήσει, καὶ τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐργασίᾳ. *Peccasti hodie, veterem animam fecisti, ne despera, neque iterum cadas, sed illam pœnitentia, lachrymis, confessione & bonorum operum exercitio renouato.*

§. 3. Finis renouationis est cognitio, seu probatio diuinæ voluntatis, bonæ, beneplacentis. Græce dicitur εὐάρεστον, & perfectæ. Dum oculos & mentem mundus fascinat, Dei voluntas non probatur. Alij, considerentis, alij, approbetis. Vide Cyprian. Epistol. 77. Magnum præmium pietatis vnam atq; vnicam Dei voluntatem probare. Deum sequi, quod qui facit extra erroris aleam est.

De posteriore parte erudite scribit Brugensis. *Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.*

Vt probetis pag. 406. quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Hunc ad modum legitur, vt nostris in libris, ita apud D. Cyprianum, libri 3. epistola 25. S. Hieronymum, post medium libri primi aduersus Iouinianum, & Primasium, qui in proprio eum commentario diserte explicat: Bona & beneplacens, & perfecta. Bona, melior, & optima. Beatum Augustinum, Epistola 85. ac libri 10. de ciuitate Dei capit 6. & author enarrationum Ambrosij nomen præferentium, legunt: Vt probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonum, & beneplacitum & perfectum. quo modo, & Author commentariorum quæ in Hieronymi operibus, legisse videtur, quod seorsum posteriorem huius sententiæ partem explicat, hoc modo: hoc est, quod bonum sit, & melius, & optimum. Idque ex Sedulio, qui, cum illa lectione, hanc explicationem, in collectanea sua transtulit, manifestum esse potest. Græcus sermo ad vtramq; lectionem, ambiguus est. εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. Quod nomen voluntas ac subsequentia adiectiua, neutro genere efferat & articulum præponat voci ἀγαθόν. Syriaca, non nisi priorem admittit: qua, cum in latinis libris omnibus, scripta atq; impressis, iam inueniatur, & ab Haymone, Anselmo, Authore Glossæ, posterioribusq; latinis enarratoribus, exponatur, germana nostræ editionis omnino videtur, nostram quam editionem, qua, ex D. Hieronymi castigatione, vtimur. Testatur enim Hieronymus, in Origenis, suoq;, magna ex parte, in epistolam ad Romanos commentario, olim vulgatum legendi modum Latinis fuisse. Quod bonum, & beneplacitum, & perfectum: sed in Græco, ipse alterum haberi docet, Bona & beneplacens, & perfecta sius, quod articulum τὸ ante ἀγαθόν non habuerit, siue quod conformiorem Græco iudicauerit, quem Græcorum commentarij magis probauerint vt eorum quos nos habemus, Chrysostomi, Theophylacti, Oecumenij: Nec dubium quin is proprius Origenis sit commentarius, quo iuxta hanc lectionem locus explicatur (iuxta vtramq; enim explicatur) nisi hunc in locum nihil ipsius Origenis sit, sed totum Hieronymus Interpres addiderit. Multa enim Origenis commentarijs deerant: incertum quo casu: quæ Hieronymus, à se supplata, & in præfatione, & in peroratione testatur. Verba eius, in hunc locum duodecimi ad Romanos capitis, hæc sunt: sciendum est, quod in Græco habet, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacita, & perfecta. Sed nos, quia vnus in vtroque potest sensus videri, consuetudinem sequimur latinorum. Sequitur postea, vbi hæc pars singulariter tractatur, vt probetis, quæ sit voluntas Dei: quod bonum, & beneplacitum, & perfectum: manifestum est autem, quod & præcessisse debuerat, quodque prolixius textum Interpres præcitauerit quam modo habeatur.

VERSVS 3.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei.

QVAESTIO I.

Quid est sapere ad sobrietatem?

§. 1. VT temeraria de prouidentia diuina iudicia compescat, auctoritatem muneris Apostolici interponit, quemadmodum paulo ante obsecrat preces. Modestæ autem nominat non sapientiam, aut officium, sed gratiam: nam ex mera

gratia ad Apostolatum vocatus est. Ita Ephes. 3. Galat. 3. Perinde igitur est, ac si dicat: non mea verba, sed Domini mei verba, vt legatus, refero. Renouamini *vt probetis quæ sit Dei voluntas*: Hoc enim agendum est, in eo summa vestræ salutis vertitur: non enim oportet vos plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Plus autem sapiunt, quam oportet sapere, qui non acquiescunt diuinæ voluntati, sed eam diiudicant, & de eius æquitate disceptant ὑπερφρονεῖν est animo efferri, & altiora se scrutari, adeoque etiam sibi arrogare non arroganda. Qui autem nimium sapit, is haud nimium sapit. Hunc in modum dictum est à Platone in Cratylo. τὸ σωφρονεῖν σώζει τὴν φρόνησιν. *Sobrium esse seruat sapientiam.* Plus illi sapiunt, qui nimis diuinam maiestatem scrutantur. Prouerb. 25. Et Augustinus in Enchirid. capit. 99 Et de Trinitat. libr. 8. cap. 5. Nihil opus est, vt ea cum discrimine definiantur, quæ sine discrimine nesciuntur.

Dei prouidentia adoranda, non iudicanda est.

Σωφροσύνην Chrysostomus omnium bonorum matrem appellat. σώζει γὰρ τὰς φρένας, *seruat enim mentem.* Et definit, νήφειν καὶ ὑγιαίνειν κατὰ διάνοιαν. *Sobrium sanum esse secundum rationem.* Et autem temperantia, moderatio, modestia, qua in omnibus rebus & actionibus consentanea recto mensura tenetur. Cui repugnat τῦφος, ἀλαζονεία, πολυπραγμοσύνη, & quæ hic ponitur ὑπερφρόνησις. Superbia, iactantia, rerum plurium implicatio, supra modum sapientia. Et demum stultitia, ἀπόνοια amentia, de qua hoc loco præclare Chrysostomus. Plurium autem peccatum est, in rerum arduarum, & ad se non pertinentium inuestigatione, censuraque occupari. Præclare Plato in Timæo: τὸ πράττειν καὶ γνῶναι τά τε αὐτοῦ, καὶ ἑαυτὸν, σώφρονι μόνῳ προσήκει. *Facere & nosse sua & seipsum soli sobrio conuenit.* Notauit & illud Seneca dum queritur. *Bonam vitæ partem perire nobis, dum nihil agimus, maiorem autem dum male agimus, multo vero maximam dum aliena agimus.* Atque hæc in culpa solet esse sapientium amentia. Natura stultum nihil habet criminis, superbia stultescere nihil excusationis. Magna vero cautio adhibenda est, vt qui magna quædam & rara siue naturæ, siue gratiæ dona acceperunt, nec alios contemnant, nec Ecclesiam turbent.

Sapientium error.

Qvæstio II.

Quæ mensura fidei?

§. 1. TRaiectio est in verbis: Simplex ordo est. sicut diuisit Deus vnicuique mensuram fidei. Nomine fidei quidam interpretantur fidelitatem qua quisque obligatur ad munus suum in Ecclesia fungendum. 1. Timoth. 4. Matth. 24. 1. Corinth. 2. Origenes interpretatur, dona fidei. Alij fidei cognitionem, alij habitum fidei iustificantis. Non est dubium de fide ipsa accipienda esse verba, sunt etiam vers. 6. Nam ostendit, quid sit non nimium sapere. Nempe ita sapere, *sicut cuique Deus diuisit mensuram fidei*: mensuram quoad obiectum, Nam multis multa, magna, difficilia mysteria reuelat, vt Apostolis, Dionysio Areopagitæ, Ignatio, Cypriano, Augustino. secundum suam illi mensuram & sapiebant, & loquebantur. Quamuis ergo multum saperent, non nimium tamen sapiebant: Sobria erat & prudens eorum sapientia & mensuræ fidei attemperata, quam sibi à Deo diuisam esse cognoscebant, & de talento accepto solliciti ad rationem reddendam patrifamiliæ se accingebant. In alijs minor mensura fidei, sed quæ plebi sufficiat, modo ne æstimatio sui excedat mensuram. Hæc res vna hodie gignit, & seruat hæreses, dum supra omnes sapiunt, qui nihil sapiunt. Nam vt Græci dicere solent: ὑπὲρ τὸ μέτρον φρονοῦσι, *supra mensuram sapiunt.*

§ 2. Pareus imbelle telum hinc depromptum in Christi Vicarium iacit. Deus alijs alia dona diuisit, nulli omnia. Non ergo pontifex accepit omnia: cum autem sibi arrogat omnia, Antichristus est.

Respondeo. Fingi in Pontificem crimen, quod impugnetur. Nemo pontificum sibi arrogat omnia. Omnibus diuisa est sua portio. Maior aut minor, prout placuit patrifamilias. Multi in Ecclesia donis magnis excellunt, pontifice hac parte maiores. Hoc soli pontifici concedimus, vt ita diuino præsidio munitum dicamus, vt falsa docere non possit. Quod diuinæ prouidentiæ est beneficium, non autem humanæ dignitatis indicium. Nec mirum hoc Pontifici datum plus Caluinianis suis fidelibus singulis tribuunt, nempe ita diuina virtute custodiri, vt à fide, & iustitia recedere non possint: quod non iudicio magis, quam perniciosissimum esse contendunt etiam in illis, quos quotidie in flagitiorum cœno volutari videmus. Cur non ergo aliquid pontifici vicario Christi largiamur? Agnouit id Valentinianus Imperator Epistola ad 4. Synodum. Ἵνα ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος, τῆς τῶν ῥωμαίων πόλεως, ᾧ τὴν αὐθεντίαν τῆς ἱερωσύνης ὑπὲρ πάντας ἡ ἀρχαιότης παρέσχεν, χώραν ἔχῃ καὶ ἐξουσίαν περὶ πίστεως καὶ ἱερέων κρίνειν. *Vt beatissimus Episcopus vrbis Romanæ, cui fastigium Sacerdotij super omnes antiquitas dedit, locum, potestatemque habeat, de fide, & Sacerdotibus iudicandi.*

Turpe vero est, & ἀσύστατον, cum aiunt, singulos à fide desciscere non posse, totam Ecclesiam posse. Pareus orat: de strophis Iesuitarum. *Falsum id quoque*, ait, *blasphemum esse, dicere aut credere, totam Ecclesiam inde ab initio, in aliquo errore versatam, imo adeo non est blasphemia vt sit verissimum.* At Ecclesiæ promissa est constantia, singulis minime, sed dictis, vide ne cadas.

VERSVS 4. & 5.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius, membra.

Qvæstio I.

Quæ est corporum & Ecclesiæ similitudo?

§. 1. DIuersitatem gratiæ, & officiorum, simulque caritatem efficaci similitudine exprimit, qua etiam vsus est. 1. Cor. 10 Ecclesia vnum corpus est, cuius caput est Christus, fideles membra. Similitudo in his præcipue consistit. Primo. omnia membra sub vno capite sunt, ab eo vegetantur,

obtemp-

obtemperant. [illegible] nde: Nullum membrum abscissum ab alijs viuit. Tertio. Nullum membrum contra aliud insolescit, aliudue spernit. Quartu omnia se mutuo adiuuant, de mutua salute sunt sollicita omnia. Sexto. Nullum alterius muneri se ingerit. Hæc copiosius Paulus exponit ad Corinth. 10. quó ad locum remitto lectorem. Omnia vero membra corporis vtilitatem spectant, pro illo in periculum dare singula non formidant.

VERSVS 6.

Habentes autem donationes secundū gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundum rationē fidei.

QVÆSTIO I.

Quæ connexio cum reliquis.

§. 1. ERasmus & multi alij connectunt cum præcedentibus, addito verbo, ἐσμὲν, *sumus habentes.* Ita Græci loqui amant. ἦν ἐκβάλλων *erat ejiciens.* ἦν δὲ μαχόμενος, *erat pugnans*, atque in vniuersum elegantiam habent in participiorum cum verbis coniunctione. Ita optime videtur sensus cohærere, sumus membra, habentes diuersa dona. Hūc sensum multi etiam Nouatores sequuntur. Pareus huc etiam Syrum trahit, verum ille clare addit aduersatiuam, & modum locutionis mutat. *Sed sunt nobis dona varia.* איתן אלא *illa sub.* Beza negat eos qui ita verba connectunt, sensum intelligere. Ille ita supplet. Habentes varia dona, siue prophetiam, *prophetemus*, &c. Atque ita in singulis supplendo multa addit. At sane non agit hoc Apostolus vt doceat eos, qui habent prophetiam prophetare, qui diaconi sunt ministrare. Hoc enim satis est notum. Fastum, curiositatem, fratrum contemptum culpat Apostolus: itaque cum nos vnius corporis diuersa membra dixisset, ideoque diuersas accepisse agendi facultates, ex gratia Dei, indicat non oportere nimium sapere, sed sapere ad sobrietatem. Ne quis vero existimet modestiam idiotis, & nullo excellenti dono præditis commendari solum, illis præcipue, qui prophetæ sunt, qui Ecclesiam regunt sobrietatem sapientiæ necessariam pronunciat. Nam in alto stare, non altum sapere, ipsa sapientia maius est. Prophetas itaque qui in Dei consilium, & arcana admissi futura, & occultas cordium cogitationes peruident, iubet intra modestiæ limites se continere. Chrysostomus sane eo tendere Apostolum docet. ἵνα καθέλῃ τοὺς ὑπερηφάνους, vt comprimat superbos, ἵνα μὴ φυσιῶνται, μηδὲ ἐπαίρωνται, vt ne inflentur, aut extollantur.

Modestia pastoribus commendata.

§. [illegible] ucpertinet, quod dicit, χαρίσματα esse secun[illegible] tiam [illegible] δοθεῖσαν.) datam. Quamuis c[illegible] im prius gratia data sit gratuita, deinde eius effectus, & ornamenta sint χαρίσματα. Quamuis etiam in g[illegible] atia illa Dei f[illegible] uor ap[illegible] eat, cum tamen datam d[illegible] cit gratiam, [illegible] liquid esse in eo qui accepit, demō[illegible] rat. Nam est gratia in homine, quod in corpore anima seu vita, quæ per varia membra diuersos effectus producit. Hoc autem [illegible] agnom est, χαρίσματα, dona illa prophetiæ & al[illegible] arum facul[illegible] a[illegible] [illegible] esse secundum gratiam, nempe iustifi[illegible] [illegible] multis illa dantur, in quibus non est gr[illegible] tia.

QVÆSTIO II.

Quid prophetia hoc loco sit?

§. 1. DOna bifariam distinguit, alia enim pertinent ad instructionem aliorum, vt prophetia, doctio, exhortatio. Alia ad gubernationē, & bene agendum. vt cætera, quæ recensentur.

Prophetiam multi stricte accipiunt: nempe scripturarum intelligentiam, & explicandi, atq; ad vsum applicandi facultatem: in hac fere hæretici sola prophetia acquiescunt, vt Gualteri, Pareus, alij. Causa quæ eos ad expositionem illam deducit pessima est. Agere Apostolum aiunt, de muneribus ordinarijs in Ecclesia, & perpetuis. Ecclesiam iam vero prophetiæ donis destitutam.

Verum vt de causa explicationis dicam, falsum illa continet. Prophetia donum est Ecclesiæ, & quidem etsi non semper floreat, perpetuum. Promissum Ecclesiæ per Malachiam. Nec vera est Ecclesia in qua prophetia nulla visitur. Porro in Ecclesia Catholica semper fuerunt in hodiernum vsque diem spiritu prophetiæ insignes, vt cognoscant omnes vbi vera sit religio. Nam testimonium Iesu est Spiritus prophetiæ. Apocalyp. 19. Hac de quæstione videatur Bozius libr. 6. de signis Ecclesiæ cap. 2.

Semper in Ecclesia prophetia est.

§. 2. Prophetiæ itaque dicuntur, non modo qui reuelant arcana Scripturarum, & voluntatem Dei in illis contentam, sed qui futuros euentus à Deo solo aut libero hominum arbitrio pendentes, abdita cordium enunciant. Ita etiam 1. Corinth. 16. 24. 25. & 26. Prophetæ nominantur. Idiotæ enim in terram cadunt, quia occulta cordis manifesta fiunt. Ridicule itaque hoc loco Victorinus Strigelius. Duas facit prophetiæ partes θεωρίαν contemplationem, & αἴσθησιν sensum, seu experientiā. *Hoc est*, inquit, *diligentia, grammatica, & dialectica, & experientia spiritalis. Nam interpres*, inquit, *Scriptura sit diligens grammaticus, in enarrādo genere sermonis, quo prophetæ, & Apostoli vtuntur. Et dialectica methodo distribuat membra diuinarum concionum. Postremo non sit ignarus exercitiorum pœnitentiæ, inuocationis, patientiæ, quæ maxime illustrant doctrinam* Hæc præcepta priora non prophetantium sunt, sed studentium. Prophetæ donum à Deo capiunt, χαρίσματα sunt, non è Grammatica, aut Dialectica hauriunt, spiritum prophetiæ.

Propheta veri.

Sane alia dona quæ hic enumerantur, non sunt è grammaticorum, aut dialecticorum disciplinis, sed dotes diuinæ gratiæ: cur ergo prophetia ad Theorias grammaticas & dialecticas ablegatur. Nouit interpres scripturarum cui donum hoc largitus sit inspirator prophetiæ, quis sermo sit prophetarum, & Apostolorum, non tamen è Grammaticorum arte, sed diuino magisterio.

§. 3. Si prophetia est Scripturæ intelligentia, & explicandæ facultas, nihil agunt Nouatores qui mendacibus suis figmentis Scripturarum vera obtendunt. Non enim nudam Scripturam nobis adferunt, sed interpretationē sua Theoria & experientia vestitam, quod si à Deo, esse comprobatur, iam vicerit, nōn solitaria Scriptura, sed prophetia scripturarum interprete. Fidem hoc loco Caluinus interpretatur, diuinæ volūtatis reuelationem, & eius e[illegible] andæ peritiam [illegible] uæ in Christiana Ecclesia, in qua hodie fere aliud non est, quam recta Scripturarum intelligentia, & singularis illius explicandæ facul-

Prophetia quid?

ras. Falsum hoc est: nam est etiam vt ostendi, vberior mysteriorum euentuum, arcanorumq; alio ó reuelatio. Quod si Donorum fide est recta Scripturæ intelligentia & eius explicandæ facultas, non ergo sola Scriptura est norma rerum credendarum, verum Scriptura per donum sancti Spiritus recte intellecta, recte explicata. Fides nititur non sola lectione, sed expositione Scripturæ. Quorsum enim hoc donum in Ecclesia perpetuum, & ordinarium, si non eget Scriptura expositione. At singulis toties errantibus, aut errori obnoxijs, qui credere possum? Nam quis mihi reuelauit, Caluino aut Luthero Spiritum prophetiæ, & fidem Scripturæ interpretem esse datam? Certe omnibus non datur, sed quibusdam. Quid si igitur in eum incidam, qui dono explicandi careat, & tamen interpretetur, non Dei, sed fanatico spiritu? Cum Paulus legem, & prophetas interpretatur, nó modo verbis testaméti veteris, sed etiam Apostoli explicationi fidem habere debuerunt, non modo Messiam venturú. quod sacræ literæ docebant, sed iam venisse, quod non nisi interpretatione consequebantur. Tam ergo in Ecclesia necessarius est Scripturarum fidus, & certus interpres, quam ipsa Scriptura. Quem cum hæretici habere nó possint, nec hactenus ostenderint, nisi perire velint, ad Ecclesiæ expositionem redeant necesse est. Consule Tertull. de præscript. cap. 20. & 21. & c. 19. *Vbi enim apparuerit esse veritatem disciplinæ & fidei Christianæ, illic erit veritas scripturarum & expositionum, & omnium traditionum Christianarum.*

Et capit. 27. Hæreticos docet deprauare Scripturas, ideo illis credi non posse. *Quid promouebit exercitatissimus Scripturarum, cum si quid defenderis, negetur ex diuerso. si quid negaueris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in contentione; nihil consequeris, nisi bilem de blasphematione.*

Verum illud nunc non vrgeo. Hoc manet immotum. Non sufficere ad diiudicandas omnes in religione lites eam legem, se sola: cum interpretandæ in hunc sensum, quem habet, non in illum, quē habere videri possit, Deus ordinarium, & perpetuum munus in Ecclesia deputauit: cur enim non constituit solis, aut lunæ monstratores, nisi, quia plus videtur, quam dici potest? Lux ipsa clarissima alia luce non eget, vt videatur.

QVÆSTIO IV.

Quomodo prophetia debeat esse secundum rationem fidei?

§. 1. GRæce est secundum analogiam fidei. Syrus vocat משוחתא *mensuram*, nec dicit, fidei absolute, sed הימנותה *haimanutheh fidei sua*: quod admodum diuersum: nam hoc solum indicat, inter prophetiam, & fidem prophetantis esse debere analogiam. Si fides firma, ardens, donum prophetiæ fit illustrius. Cum vero dicitur prophetia esse secundum analogiam fidei absolute, vel potest intelligi esse, in illis quorum magna fides est, maiorem, in alijs minorem. Vel prophetiam esse analogam fidei, hoc est congruentem, consentaneam, quæ nihil contineat, nihil prædicat fidei contrarium, arcanos sacrarum sensus referet, sed conuenienter Symbulo Apostolico, cæterisque Scripturis.

Propheta qui fidei contraria docet, mendax est.

Bellarminus lib. [illegible] cap. 10. Vt nemo vaticinetur contra fidem. Talia Mahometis, Anabaptistarum, aliorumque fanaticorum somnia [illegible] Lutherus. *Conuenienter fidei.* Caluinus o[illegible]is dona sit consentanea primis fidei axiomatis hoc [illegible]steri interpretantur. Decalogo, Symbulo Apostolico, orationi dominicæ, & omni loco Scrip[illegible] manifesto. Martyr & alij, vt doctor nihil pro[illegible] nisi quod Deus suggesserit. Chrysostomus fide[illegible] facit quasi manum, aut vasculum quo charismata excipiuntur; εἰ γὰρ καὶ χάρις ἐστὶν, ἀλλ᾽ οὐχ ἁπλῶς ἐκχεῖται, ἀλλὰ τὰ μέτρα παρὰ τῶν δεχομένων λαμβάνουσα τοσοῦτον ἐπιρρεῖ, ὅσον ἂν εὕρῃ σκεῦος πίστεως αὐτῇ προσενεχθέν. *Tametsi enim gratia sit & ipsa, non tamen simpliciter effunditur, sed mensuram à recipientibus se accipiens tantum influit, quantum inuenerit oblatum sibi fidei vasculum.*

Sic Theophylactus & Haimo. Frustra autem eos carpit Pareus. Solent enim fidei accepta referre dona, *Fides tua te saluum fecit.* Beata quæ credidisti. Secundum fidem fiat, &c.

§. 2. Pareus infert: nihil ergo docendum quod non est in Scripturis. Ad hoc probandum citat Clementem Alexandrinum. οὐδὲν ἄνευ γραφῆς. Et Christum: scrutamini scripturas. Etiam Isaiam: *Ad legem & testimonium, quisquis non dixerit, ad verbum hoc, non erit illi lux matutina.* Denique Hieronymum *Quod de monte Scriptura non descendit, eadem facilitate contemnitur, qua approbatur.*

Concludit, hac impudenti calumnia: No. P[illegible]pam statuere supra Scripturas, & supra Deum in throno. Addit. *Regula & iudex sit analogia fidei. Hoc est, Scriptura consensus, & auctoritas, cuius summa est fidei Apostolica.*

Vidit tamen hæc omnia esse inania. Fatetur [illegible] enim nos iudicem quærere, qui statuat, quid [illegible]logia sit? quid analogiæ consentaneum? Resp[illegible]det. Atqui inter cæcos quidem an sol luceat i[illegible] die, iudice opus erit, inter videntes minime. Sermonem propheticum autem esse lucernam. Hoc tamen etiam præsidio cedit. Esto sane opus sit iudice, propter ignorantiam, vel malitiam multorum. Quid vero tum faciendum? quis dabit, & quis dabitur iudex? *Inuenies*, inquit, *Ecclesia iudices, quos deligat, quique controuersias iuxta analogiam fidei, & Scriptura diiudicent, ita vt satisfaciant conscientijs fidelium priuatim vel publice.*

Respondeo. Ser[illegible]one an ioco ita disceptat, tuo se merito ambigo. Post multa enim contra iudicem controuersiarum dicta, inuenit iudicem: & solide se refutat. Verum singula perpendamus Prophetiam oportet esse analogam fidei: quo nihil aliud probatur: quam falsam esse prophetiam, si vel vni articulo fidei, vel vni Scripturarum apici repugnet: hoc nemo sanus negat, nemo sobrius apud sanum probat. Non au[illegible]m probat, nihil dicendum, quod scriptum non sit, multo minus: scripturam esse vnicam, solamque normam & iudicem.

Iudicium vero Ecclesiæ adhibendum esse in rebus grauissimis omnes semper patres, & doctores indicarunt. Hunc esse sensum Scripturæ ipse Clemens alibi docet lib. 7. cap. 9. Stromatum. *Necesse est enim labi in maximis eos, qui res maximas aggrediuntur, nisi regulam veritatis ab ipsa veritate acceptam, tenuerint. Quomodo ergo si quis ex homine fiat bestia similiter atq; illi, qui Circes venenis fuerant infecti: ita homo Dei esse & Domino fidelis esse perdidit, qui aduersus Ecclesiasticam recalcitrauit Traditionem, & in humanarum h[illegible] sectarum desiliuit opiniones.*

Nec aliud Hieronymus significat lo c. [illegible] M[illegible] agit enim de historia, quam quidem rele[illegible] b[illegible]

quam

quam Ecclesia non probaret. *Alij Zachariam filium Barach adiunt, qui in duodecim prophetis vndecimus est: patrisq; in eo nomen consentit: sed vbi occisus sit inter templum & altare, scriptura non loquitur: maxime cum temporibus eius vix ruinæ templi fuerint. Alij Zachariam patrē Ioannis intelligi volunt: ex quibusdam apocryphorum somnijs approbantes quod propterea occisus sit, quia Saluatoris prædicauerit aduentum. Hoc quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur qua probatur.*

Traditiones vero ab eo probari multis locis cōstat. Vt qui in dial. contra Luciferianos, cap. 7. etiam symbolum Apostolicum ex traditione esse dicat. Et in cap. 1. Ephes. copiose ostendit.

Vbi extra sacra volumina eum nihil dicere iudicat, nisi ex traditione Hebræorum: quo ostendit traditionem esse etiam sacrosanctam. Scrutamur Scripturas, & secundum hoc verbum dicimus, nec solas tamen verbum Dei esse dicimus: Nam post Iesum etiam ea verba sunt tradita, deinde scripta. Nec hominem supra Scripturas, vllum, nec supra Deum ponimus. Sed quem dedit interpretem scripturæ Deus accipimus.

Pareus falsò ait: Analogiam esse Scripturæ consensum & auctoritatem. Nam analogia est inter prophetiam, & fidem proportio, similitudo, congruentia, at Scripturæ cōsensus & auctoritas obiectum est fidei. Si prophetia aliud non est, quam interpretatio Scripturæ, quæ nihil cōtineat, nisi quod est in Scriptura: ergo & ipsa est obiectum fidei. Inanis igitur Apostolus diceret. Prophetiam hoc est Scripturæ interpretationem debere esse secundum fidem, hoc secundum summam Scripturæ.

Grauius aberrat, cum negat Analogiam inter prophetiam & Scripturam esse obscuram: quia videntibus non est opus ostendere solem. Magna est inter solis & analogiæ aspectum diuersitas. Solem vident, quibus oculi sunt. Analogiam & veritatem prophetiæ non omnes, etiam fideles, quia lumen quod singuli acceperunt plenum non est. Variant Scripturæ versiones, interpretationes, ipsæ etiā lectiones, ignoratur à multis Græca lingua, a plerisq; Hebræa, & proinde sensus Spiritus S. proprius: interpretes non modo multiplicem, sed contrariam fidem habēt, ac proinde analogiam. Hic si quis neget esse opus monstratore & duce, non cæcus modo, sed etiam insanus est. Augustinus & pius & doctus hoc agnouit Epist. ad Volusianum. *Tanta est enim Christianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsq; ad decrepitam senectutem maximo otio summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: Non quo ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cū quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteq; nō viuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet, cum consummauerit homo, tunc incipit.*

Analogia obscura.

Tandem etiam Pareus sapit. Et cōcedit opus esse iudice, & eum ab Ecclesia constitui posse, propter ignorantiam multorum, & malitiam. Ita sane est: Codices in manu sunt, verba leguntur, sensus quæritur. *Fides iustificat*, legimus omnes. Sed an fides credens? aut fiducians? fides indelebilis? an æterna? an relatiue iustificet? an ... causa iustitiæ? an ... an habitus iustificet. ... controuersia est. Non enim ... tot ... in ... definit scripturum ... Ecclesia ... *confutant Contra Comment. in Epist. ad Rom.*

... sententiarum pacatores. Hoc iam satis est pro nobis, & contra iudicum repudiatores. Sed tamen quæ Ecclesia quæret, quę inueniet? An Anglicana inter suos Episcopos: an Gallicana inter consistoriales? an Germanica inter superintendentes seu Hyperepiscopos? an forte in Pannonia, & Dacia, Arrianis? Demus inueniri vbiq; locorum iudices: at iudicia conuenientia non erunt. Suam quisq; analogiā ex anteoccupata cōceptione defendet. Nec in vnum conuenient, quis enim conuocabit? Et si quis conuocet (vt nuper simiorum cœtum indixerunt Batauri) quis certus esse poterit, eos non errare? Non ergo Iudex illus esse poterit, quia nemini credere tenentur, qui iudicatur. Adeundus ergo eius successor cui dictum est, *Oraui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Vere Chrysost. hom. 55 in Matthæum. ὁ Χριστὸς ἀνθρώπῳ θνητῷ ... τὴν ἐξουσίαν ἐνεχείρισε τὰς κλεῖς αὐτῷ δούς. *Christus homini mortali omnium quæ in cælo potestatem in manus tradidit, claues ipsi donans.* Nec refert piscatorem fuisse. ... *Et ... piscatorem omni petra firmiorem, omni orbe contrapugnante.*

Iudex opus est de sensu Scripturæ.

VERSVS 7. & 8.

Siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

QVAESTIO I.

Quæ officia hic commendantur?

§. 1. PRimo qui ministerium habet, seu διακονίαν, in ministrando seu in διακονίᾳ sapiat ad sobrietatem. Qui docet in doctrina. & v. 8. qui exhortatur in exhortatione, ne nimium sapiat, sed ad sobrietatem. Scholia Græca subaudiunt. Vel μενέτω ... ἔλαβεν χαρίσματι, ἢ ἀρκείσθω, ἢ ..., *maneat in eo quod natum est dono, vel contentus sit, vel ambulet, vel aliquid tale.*

Habere ministerium seu διακονίαν est habere officium ministrandi in Ecclesia, illos oportet in exercitio ministrandi sapere ad sobrietatem. Diaconiam generalissimè accipit Chrysostomus, vt etiā Apostolatum cōtineat: itaq; de toto ordine ... recte accipietur: cum enim principes & reges sint rerum publicarum & regnorum suorum ministri, multo magis Ecclesiarum principes, quorum non est, dominari in clerum. Quidam nouatores ad solos diaconos referunt, & eorum officium ad eleemosynas colligendas, & expendendas astringunt, quos contra alibi disputaui. Alij diaconos vocant Oeconomos. Vide hic Lossium, Pareum, alios.

§. 2. Siue qui docet in doctrina, sapiat ad sobrietatem. Qui prophetiam de expositione Scripturæ exponunt, docendi munus ab ea non commode distinguunt: at Paulus diuersa dona constituit; Oecolampadius prophetas dicit quibus reuelata sunt arcana Scripturarū, doctores qui dilucide tradunt, quæ prophetæ dixerunt, non enim omnes qui arcana intelligunt, etiam gratiam dilucide docendi habent. Verum iam supra alij Caluiniani & ipse Caluinus prophetas definiūt

qui Scripturas intelligunt & facultatem explicandi habent, quare cum doctoribus confunduntur. Fixa igitur maneat veterum expositio, vt Scripturarum interpretes catechistæ, doctores à prophetis distingui dicamus, quod illis prædicendi, his docendi data sit facultas.

§. 3. Exhortator eandem legem accipit. Verbum Græcum ambiguum est: nam ὁ παρακαλῶν, est exhortator & consolator. Syrus vertit consolatorem. Coniuncta sunt exhortatio & consolatio: consolatio omnis spiritalis continet exhortationem ad propositam nobis spē in cœlis. Omnis exhortatio ad eandem spem inoritat, & licet aliquando terrore suppliciorum hortator terreat, spem tamē semper adiungit. Doctor ergo διδασκαλίαν, Exhortator παράκλησιν exercet, Apostoli his omnibus donis instructi fuerunt. & nunc aliqui plura habent aliqui pauciora. Interim experientia docet, multos excellere explicandis dogmatum obscuritatibus, vt & facultate mouendi non pollere.

§. 4. *Qui tribuit in simplicitate.* Quis sit μεταδιδοὺς, non omnino conueniunt. Multi eum putant, qui distribuendis ex publico Ecclesiæ ærario eleemosynis præfectus erat. Verum rectius de omnibus, qui pauperibus, qui Ecclesijs donabant, nō modo qui aliena dona erogabant, dicitur: habuit enim & Ecclesia illa prima suos thesauros, adeoq; plurimi in eam dona conferebant. Hos iubet dare cum simplicitate, quod Chrysostomus interpretatur μετὰ δαψιλείας, cum largitate seu magnificentia. Ostendit exemplo viduarum quas oleum defecit. Syrus בפשיטותא *bephsitutha*, quod est à פשט *phesibat, effluxit, extendit, nudauit, mundauit, excoriauit*: Hoc ergo agit, vt pure, vno simplicis caritatis proposito donatio fiat, non quæratur bono operi alius finis. Non vana gloria, fauor, retributio, quæstus. Liberalitas sit, non negociatio. Scholia Græca διδόναι μετὰ ἁπλότητος καὶ χαρᾶς, οὐχ ὡς ζημιούμενόν τι, ἀλλὰ μᾶλλον κερδαίνοντα. *Dare enim simplicitate & gaudio, non quasi detrimentum patiens, sed lucrum facias.* Nam vt fœneratores cum gaudio dant, & quæstum arbitrantur, & qui lectis pecunia magnos fundos emunt, cupidissime aurū profundunt, quāto magis eos liberales esse conuenit, quibus pro exigua summa regnum cœlorū redditur. Donationū Christianarum ratio describitur à Iustino. οἱ εὐποροῦντες δὲ καὶ βουλόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, ὃ βούλεται δίδωσι, καὶ τὸ συλλεγόμενον παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται, καὶ αὐτὸς ἐπικουρεῖ ὀρφανοῖς τε καὶ χήραις, καὶ τοῖς διὰ νόσον, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν λειπομένοις, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς οὖσι, καὶ τοῖς παρεπιδήμοις οὖσι ξένοις, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐν χρείᾳ οὖσι κηδεμὼν γίνεται. *Qui locupletes sunt & dare volunt, pro suo quisque arbitrio, quod volunt, donant: & quod colligitur, apud præsidentem reponitur: hic autem opitulatur pupillis & viduis, & ijs qui ob morbum, aut aliam ob causam in egestate sunt: item ijs qui sunt in vinculis & aduenis hospitibus, & omnibus denique, qui quauis inopia laborant, prospicit.*

Eleemosynæ donator.

Liberalitas Christianorum.

Et Tertul. Apologetici c. 39. *Præsident probati quique seniores honorem istum nō pretio, sed testimonio adepti. Neq; enim pretio vlla res Dei constat. Etiam si quod arcæ genus est, non de ordinaria summa, quasi redemptæ religionis congregatur: modicam vnusquisq; stipem menstrua die, vel cum velit & si modo velit & si modo possit, apponit. nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis alendis humandisq; & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, iamq; domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodijs, duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt. Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide inquiunt, vt inuicem se diligant, ipsi enim inuicem oderunt. Et vt pro alterutro mori sint parati. Ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt.*

Itaq; in apologia sua Iustinus merito de Christianorum moribus gloriatur. χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες, καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες. *Pecuniarum vero, & possessionum reditus omni alia re magis amantes (olim) nunc vero & quæ habemus in commune ferentes, & omni egenti communicantes.*

Pareus agnoscit inter suos res male distribui: *Quam recte hodie ærarium Ecclesiæ committatur hominibus illiteratis, politicis, plerunq; superbis, & auaris. Et quā bene ad vsum Ecclesiæ dispensetur, imo quam maligna salaria ab Harpyis plerumq; Ecclesiæ ministris subministrentur, vt minimum capiat Christus, plurimum rapiat fiscus inter Euangelicos nimis prò dolor clamat experientia.* Iustus es Domine, & rectum iudiciū tuum. Primū hæreticis est telum erat, vt Ecclesias Catholicorum spoliarent, dicendo: opū Ecclesiasticarum nugonates allicere ... nuncellorum magna pars eget. Ministris nihil debetur, non magis quam lupo pro custodia ouium. Præstat, vt quod iam olim ablatum est Christo, capiat fiscus, quam Satanas. Ministri enim Christiani lanistæ sunt dæmonū, orcis satellites, quibus proinde stipendium dare nefas est scelestus, non est simplicitatis, modestiæ sed aut summæ malitiæ aut fatuitas, de qua Greg. l. 4. Epist. 31. loquitur. & l. 1. moral. c. 2. *Sunt nonnulli ita simplices, vt quid rectum sit ignorent, sed eo vera simplicitatis innocentiam deserunt, quo ad virtutem rectitudinis non assurgunt, quia dum caute per rectitudinem rem nesciunt, nequaquam innocentes persistere per simplicitatem possunt.* Etsi ergo in donationibus de vita & dignitate petentium non sit immodica ... enda curiosa inquisitio, vt Hieronymus monet, non tamen improbis ad alendam imposturam est præstandum auxilium.

Prædicantium ma- quæ querela.

VERSVS 9. & seq.

Quæ præcepta sequenti parte capitis referuntur?

§ 1. **Q**Vi præest in sollicitudine. ἐν σπουδῇ cum studio, diligenter 1. Tim. 5. & 2. Tim. 4. Ita Paulo incumbebat sollicitudo omniū Ecclesiarum. Magistratuū propria virtus est studium & sollicitudo. Mediocri namq; cura non potest recte administrari respublica vel Ecclesia. Studium est vehemens intentio, & ardor ad id quod suscipitur.

§. 2. *Qui miseretur in hilaritate.* Ita 2. Cor. 9. *Non ex tristitia* Eccl. 4. & 18. Non modo animo læto, festino, sed etiam vultu voce, humanitate munus commendet. Qui tristis dat, sola manu dat, animo retinet. vel quod detectus est, retrahit. Hoc est & inter pueros opprobrio est. Vere Plato in Philebo. ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν ὥσπερ οἱ παῖδες ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. *Nos sane vt pueri solent, dicemus. Quæ recte data sunt, recipere non oportere.* Qui igitur miseretur re, auxilio, nō verbis, id faciat hilari caritate: nō enim potest esse homini maior consolatio, quam alienæ miseriæ ferre alleuamentum.

§. 3. v. 9. *Dilectio sine simulatione*, ἀνυπόκριτος, Syrus, ne sit fraudulenta. Qui enim amorem simulat, quem non habet, proximum decipit. Non est odium perniciosius, quam quod vel humanitatis, & officiorū inuolucris obtegitur. In his com... tiæ mutamenta quædam amoris, cæremoniarum multe-

Sincera debet esse dilectio.

multitudo amica & affectione a fucata sit: vero nihil, omnis fucata. Aliud Deus requirit, & hominum natura. 1. Tim. 1. Ioan 13. 1 Ioan. 3. 18. 1. Cor. 13. Iacobi 2. 2 ... 6. Sed mundus fucum pro vero amore exhibet. Melle litum ferrum multi receperunt, & multam letale.

§. 4. *Odientes malum.* ἀποστυγοῦντες, non de homine loquitur, sed improbitate & malitia. Quamuis & hominem qua malus est odisse fas sit. Ps. 139. 22.

Odium mali. *Perfecto odio, odi sum illos.* Dilectionis veræ proprium est, in bona causa versari. non est verus amicus, si quis malefacta amici aut probat, aut adiuuat, Gell. lib. 1. c. 3. de Pericle. δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεῶν. *Oportet me amicis adesse, sed vsque ad Deos.* ἀποστυγοῦντες plus est, quam μισοῦντες, non enim simplex odium est, sed eam abominatione, & detestatione significat.

§. 5. *Adhærentes bono.* κολλώμενοι, agglutinati bono, honesto, virtuti, Deo ipsi, qui summum bonum. Vehementius expressit Apostolus quod Ps. 34. dictum est; *declina à malo, & fac bonum.* & Isaias 1. 17. Adhærere enim bono magnæ perfectionis. Porro κόλλα gluten est, non modo ex animalium visceribus excoquitur, sed etiam quod ex subacta farina paratur. Aristot. 4. Meteor. κόλλα γίγνεται ... ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἐποίησεν ἐν τοῖς φυσικοῖς ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας, *Gluten fit, vt & Empedocles fecit in Physicis, farinam aqua conglutinans.*

Caritas fraterna. § 6. *Caritate fraternitatis inuicem diligentes* Græce claius τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι. *Caritate fraterna inuicem diligentes.* Multi libri habent caritatem accusandi casu, quos in notis refutat doctissime Brugensis, cuius verba ponerem, nisi iam Romana correctio emendum sustulisset. Tertull. l 5. contra Marcionem, *amore fraternitatis inuicem affectuosi.* Verba sunt omnia emphatica, amorem requirit qualis est fratrum, aut esse debet. Deinde iubet esse φιλοστόργους quæ est caritas consanguineorum. Sedulius *caritate fraternitatis cum be... gui.* Primasius *quasi ex vno nati vtero.* Caussam Haimo reddit *Quia Deus est vnus Pater vester.* Sic Photius. *Si habeatis caritatem fraternam, diligetis omnino inuicem, fratres enim estis.* Itaque nollem cum Beza vertere, *propensi,* minus enim est, quam φιλόστοργοι. Actiones autem præcipiuntur, si vlla præceptae. Thess 4. 9. Hebr. 13. 1. 1 Petri 1. 22. 2. Petri 1. 2. co argumento olim ad concordiam inter Israelitas duos faciendum vsus est Moses. *Fratres enim estis.* Quod vnus pater, & vna mater, sanctum censetur inter fratres amoris vinculum, quanto maius est vt creator, redemptor, sanctificator, adiutor, glorificator, qui nos etiam sibi vnigenito fratres esse voluit.

§ 7. *Honore inuicem præuenientes* προηγούμενοι quasi antecedentes in honorando. priores salutando, est ... προάγειν ... Theoph. προφθάνοντες, non tollit ordinem, sed ambitio ... æquales & impares etiam. Syrus, *præuenite honore alij vnde vnus alium* hinc illa Romanæ ciuilitatis: *Ignosce quod non præuiderim.* Honor est testificatio opinionis nostræ de alterius excellentia, siue dignitatis, siue officij, siue virtutis. Omnibus enim his honor debetur, qui ... verbis, assurgendo, caput nudando: honorem illi, cui debetur non tribuere, non modo est, verum etiam agrestis, opposita ciuilitati, sed iniustitia ex qua omnes tenentur principi cæterisque exhibere honorem. Et honorem sibi debitum velle quisque potest sine ambitione, nam & ἀφιλοτιμία in vitio est.

Honorandus prior. Nonnulli ex medicina similitudinem trahunt; apud quos ... sunt caussæ priores, & antecedentes, opponunturque προκαταρκτικαὶ: etiam sæpe ex- ternoribus, & per accidens, & quasi fortuito aduenientibus. Longius alij deducunt, à planetis, qui post oppositionem sole accedente, ab ima parte Epicycli ascendentes festinent occurrere, & paululum retro ... partem. Nam proprios superstitioni est ille solis occursus, & veneratio, quam vero. Deinde epicyclorum fabricæ admodum dubiæ sunt, multis Mathematicorum eos improbantibus, & vt omnino planetæ in suis epicyclis voluantur, certe res est obscurissima, nec nisi Mathematicis præstantibus nota, vt ab ijs similitudo ad mores deduci non commode possit. Epicyclorum auctor Hipparchus fuit, non est credibile Hebræos aut Romanos, nisi paucissimos, quibus Mathematicæ disciplinæ notæ fuerunt, istas προηγήσεις cognouisse. Recte in Græcis Scholijs; ... φησὶν ἡγεῖται τῆς πρὸς τὸν ἄλλον τιμῆς. *Si vnusquisque præcat alium honorando.*

etiam sæpe infertur.

§. 8. V. 11. *Sollicitudine non pigri,* σπουδῇ ὀκνηρὸς qui grauatim omnia, timidè gelideque ministrat, minus recte *cunctantes* vertit Beza, hoc enim & cauti & circumspecti est, ad caritatem referendum est. Prou. 19. *Nec dicas amico vade & reuertere cras dabo.* hæc inofficiositas & morositas apud Aristotelem testatur. Alij ad omnia opera bona referunt, in quibus aiunt requiri sedulitatem. Quicquid enim oscitanter fit, vitiosè fit.

Sollicitudo.

Græci interpretes sic interpretantur, vt studio magno honorem debitum impendere nos velint proximo. καὶ γὰρ τοῦτο ἀγάπην τίκτει, ὅταν μὴ τιμῶμεν μόνον ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλλόντως σπουδάζομεν. *Hoc enim caritatem gignit, si non honoremus modo, sed & supra modum studeamus honorem deferre.* Contemptim enim honorare est, irridere. Serio suam de aliena dignitate sententiam declaret, necesse est, si quis alium honorat. Malo tamen sollicitudinem ad omne genus officij extendere in quo est opus diligentia. Pigritiæ opponitur, quod subditur.

§ 9. *Spiritu feruentes.* ζέοντες quasi ebullientes, vigilantes, actuosi, vt Apoc. 3. *Sunt illi qui in mandatu suo volunt nimis:* Chrysostomus, comparat Christianos spiritu feruentes tauris ignem dorso gestantibus, qui terribiles sunt. Nec enim bona duntaxat opera facienda sunt, sed cum feruore, & alacritate. Hoc enim modo dæmonibus efficimur formidabiles. Tepidos Deus euomit ex ore suo. Prouerbio apud Græcos dicitur. ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. *feruet olla, viuit amicitia.* Pulchre demonstrat Chrysostomus Apostolum in omnibus quærere feruorem & diligentiam, non contentum esse mediocritate vt tutum ὅρα πῶς πανταχοῦ τὸ ἐπιτεταμένον ζητεῖ. οὐ γὰρ εἶπε, μεταδιδότε μόνον, ἀλλὰ μετ' ἁπλότητος. οὐδὲ προΐστασθε, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς, οὐδὲ ἐλεεῖτε, ἀλλ' ἱλαρῶς, οὐδὲ τιμᾶτε, ἀλλὰ προηγεῖσθε, οὐδὲ ἀγαπᾶτε, ἀλλ' ἀνυπόκριτον, οὐδὲ ἀπέχεσθε τῶν κακῶν, ἀλλὰ μισεῖτε. οὐδὲ ἔχεσθε τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ κολλᾶσθε, οὐδὲ φιλεῖτε, ἀλλὰ φιλοστοργεῖτε, οὐδὲ σπουδάζετε, ἀλλὰ μὴ ὀκνηροὶ ... τὸ πνεῦμα ἔχετε ἀλλὰ ζέετε τῷ πνεύματι, τουτέστιν ἵνα ᾖτε θερμοὶ, καὶ διεγηγερμένοι. *Vide quomodo vbique vehementiam requirat. Non enim dicit, date tantummodo sed date largiter: neque præsidete solum, sed cum sollicitudine: neque simpliciter misereamine, sed cum hilaritate. neque tantum honorate: sed procedite ac præuenite: neque diligite tantummodo, sed sine simulatione: neque simpliciter abstinete à malo sed odio prosequamine: neque adherete solum bono, sed conglutinemini illi: neque tantum diligite, sed propensè amico affectu diligite: neque studete tantummodo, sed non pigro: ita & hic non simpliciter dicit*

Feruor Spiritus.

spiritum habetote, sed feruentem exigit spiritum: hoc est vt sitis feruentes ac excitati.

§. 10. Domino seruientes. Multi legunt: *Tempori seruientes*: καιρῷ δουλεύοντες, ita plerique nouatores. Verum plura exemplaria habent κυρίῳ δουλεύοντες, *Domino seruientes.* Ita legunt Origenes, Chrysostomus, Theophylactus, Scholia Græca, Latini plerique. De lectione dixit in notationibus Brugensis, quicquid necessarium est. Auctor commentariorum quæ in B. Ambrosij sunt operibus, *Tempori seruientes* legit. In Græco, inquit, dicitur hic habere: *Deo seruientes quod nec loco competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius deuotionis, quando singula membra, quæ ad obsequia & seruitia Dei pertinent, memorat? In omnibus enim ijs quæ enumerat, plenum Deo seruitium exhibetur. Nam seruire tempori quid sit, alibi soluit, cum dicit: Redimentes tempus quoniam dies mali sunt &c. Offendisse hunc Authorem videtur, quod hæc totius summa, Domino seruientes, media inter membra legatur. Græci libri, qui hodie in manibus sunt, fere, τῷ καιρῷ δουλεύοντες, quod est tempori seruientes, habent. Cæterum, Regius ex Complutensi, & quinque alij à Parisiensibus notati, δ, ε, θ, ι, ια, τῷ κυρίῳ δουλεύοντες, Domino seruientes, scribunt: quibus consentiunt, Græcorum, Chrysostomi, Theodoreti, Theophylacti, atque Oecumenij, textus & commenta ta, Syricaque editiones; Scholia adhæc Latina, quæ apud B. Hieronymum exstant, & Primasij commentaria, ac Seduly collectanea. Origenis Interpres Hieronymus cum hunc legendi modum explicuisset, scio, addidit, in nonnullis Latinorum exemplaribus haberi, tempori seruientes: quod mihi videtur inconuenienter insertum, nisi quis forte ita dictum putet, vt in alijs idem Apostolus ait: Tempus breue est superest vt qui &c: vel vt illud dictum est: Redimentes tempus, &c. Hodie, in Latinis codicibus, lectio hæc tempori seruientes non reperitur: constanter enim Domino seruientes habent, tametsi Scriptorum antiquissimi, qui librū capitum argumenta præfigunt, huius Epistolæ 48. caput, de tempori seruiendo inscribunt, nimirum quod retinuerint capitum argumenta, ex Latinorum editione, quæ ante nostram fuit, accommodata, quocirca mains Malmundarij exemplar, & eum locum quem proximè tractaturi sumus, iuxta antiquam editionem describit: De communicatione Sanctorum memorijs, etsi legat iuxta nostram: Necessitatibus Sanct. communicantes. Constanter etiam Haymo, Anselmus, & posteriores nostræ editionis enarratores, Domino seruientes, edisserunt: quanquam Author Glossæ, ex Ambrosio, cuius interpretationem addidit, & alij, alterius litteræ tempori seruientes meminerint. Existimo, D. Hieronymi castigationem, hanc legendi rationem Domino seruientes, editioni nostræ dedisse: qui in Epistola ad Marcellam scripta vltima tomi secundi, cum in eos acriter inuectus esset, qui studiosè ei detrahebant, quod in sacris noui Testamenti litteris quædam emendare tentasset, adiecit tandem: Illi legant spe gaudentes, tempori seruientes: Nos legamus spe gaudentes, Domino seruientes. Varietatis occasionem dedit, affinitas Græcarum vocum, κυρίῳ & καιρῷ præsertim cum voces scribæ breuiare soleant.*

Optime vero cohærent hæc præcedentibus: nam tacite redditur ratio, cur oporteat esse spiritu feruentes, non tepidos, quia sint Domino seruientes, non hominibus placentes. Domini in nos non modo magna, sed plane admiranda caritas fuit, quia dedit vnigenitum pro nobis, ardentissimo amori non debet respondere noster tepor, sed feruentissima caritas.

Quod vero obijciunt, dari hic particularium virtutum præcepta, non ergo id quod generale est intermiscendum esse, friuolum est. Nam solent ista generalia, in exhortationibus adiungi, cum ad alia conferunt; & hoc loco dicit, odientes malum, adhærentes bono. Deinde cum dicit Domino seruientes commune suggerit argumentum incitandi feruoris, cum Domino nos seruire cogitamus, Domino omnia spectanti, omnia remuneraturo. Basilius etiam & clemens sic legunt: error ortus est eo, quod καιρῷ, & κυρίῳ Græci in abbreuiationibus soleant scribere κρῷ, vel κῷ, quod diuersi deinde diuerso modo legerunt.

§. 11. V. 12. *Spe gaudentes.* Feruorem animi in virtutum exercitatione vehementer inflammari spe fructus, ratio & experientia docet. Spe torporem excutit: alacritas spei munus est. Οὐδὲν γὰρ οὕτως πρὸς πάντα ποιεῖ πρόθυμον ὡς ἡ ἐλπὶς τῶν καλῶν. *Nihil enim sic ad omnia promptum reddit animum, quam spes præclara.* Spes autem magni boni, & quod quasi certum sit, gaudium parit. Si enim spes meliorum in hoc mundo etiam plurimos alit, quanto magis filios Dei spes hæreditatis æternæ? Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι. *Vir infelix seruabitur spe.* Magna pars hominum in miserijs, & calamitatibus viuit, sola spe labores suos sustentat. Quare Pindarus à Plutarcho laudatur, quod ἐλπίδα vocauerit γηροτρόφον, *spem senectutis altricem.* Vide de repub. l. primo Platonem. — *Spes adhortata bona excitat.*

Hominum miserrimus ex felicissimo habitus est Priamus adeo vt in Prouerbium abierint, *calamitates Priami.* Sed ille tamen spe sese consolatus est, quamuis inani, & auxilium exspectabat ab eo qui honorat Deum, ἀλλ' ἔτι γάρ τις, inquit, καὶ ἐμοῖο θεῶν ὑπερέσχεθε χεῖρα. *Sed adhuc quispiam Deorum manum mihi obtendet.* Nunne Christianos in afflictione tristari, & emollescere turpe esset, si videmus ipsos Gentiles errore suo animosos? itaque Paulus non modo spe nos tolerantes, sed etiam gaudentes esse vult. Ita & ipse Dominus Matth. 5. *Gaudete, quia merces vestra copiosa est in cælis.* & Rom. cap. 5 *Gloriamur in tribulationibus.* Sperandum ergo in Domino, etiam si occiderit. Quamuis enim à veteribus dictum sit, vt est in Bosco apud Theocritum.

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

Spes in viuentibus est, desperati sunt mortui. Hæc tamen quæ vita finitur. ex qua est, nostra quæ in beatam æternitatem sese diffundit, nec morte finitur, nec vitæ malis succumbit, sed illis opponit bona mortis.

§. 12. In *tribulatione patientes.* Effectus ille est lætitiæ spiritualis, cui cedunt omnia temporaria incommoda. Quorum enim animus vera caritate feruescens, in æternitatis thesauro defixus hæret, facile in fame, siti, èculeo persistit, ita enim Græcus habet ὑπομένοντες, *sustinentes.* Hoc omnium martyrum certamina factis ipsis explicarunt. — *Tolerantia.*

§. 13. *Orationi instantes.* προσκαρτεροῦντες, perseuerantes, perdurantes: ne malorum impetu mens deijciatur, orationibus fulcienda est. Nostræ enim vires ad minimos quosque impulsus labascunt. — *Orationis studium.*

Impij igitur Prodicus l. 7. Stromat. apud Clementem. Bogomili. P. gardi Wicleoni, orationis contemptores. Orationem nobis diuina Scriptura commendat. Matth. 6. 6. & 7. 7. Luc 18. 1. & 21. 36. Ioan. 14. 13. Colos. 4. 2. 1. Thes. 5. 7. Iacob. 5. 16. 1. Ioan. 5. 14. Egregia est, hoc loco doctrina Ephrem de oratione, inter quæ & ista. *Quandocunque poteris, genua flecte: quando non potueris, mente Deum inuoca, & vesperi, & mane, & meridie. Quod si orationem operi præmiseris, & surgens è lecto primorum motuum tuorum ini-*

tiā ab

... ab oratione duxerit, editam peccatum in animam non patitur. Oratio temperantiæ est custodia, iracundiæ frænum, animi elati repressio, & ad modestiam reuocatio, odij ob acceptas iniurias medicina, inuidiæ destructio, impietatis correctio. Oratio, corporum robur, rei familiaris administratio, recta iuris legumque constitutio, regni potentia, trophæum atque vexillum belli, tutela pacis. Oratio virginitatis sigillum est, fides nuptiarum, viatorum præsidium, dormientium custos, euigilantium confidentia, agricolarum fertilitas, nauigantium salus. Oratio reorum patrona, vinctorum relaxatio, mærentium consolatio, lætantium iucunditas, lugentium solamen, celebritas festi natalitij, coniugum corona, morientium sepultura. Oratio cum Deo est colloquium, par cum Angelis honor, proborum promotio, ab improbis auersio, & precantium emendatio. Oratio Iona Prophetæ Balænam pro domo concessit. Ezechiam ex portu mortis ad vitam reduxit: ipsisque tribus pueris in Babylone flammam ignis in flatum roris conuertit. Oratione Elias cælum clausit, ne plueret annis tribus, & mensibus sex. Videtis, fratres, quid quantumque valeat oratio? Neque enim est alia in tota vita humana pretiosior oratione possessio: ab hac nunquam vos separari patiamini, ab hac nunquam recesseritis.

Vide Athanas. in vita Antonij. Basilium orat. 2. de precatione: Nyssenum orat. 1. de orat. Dominica. Chrysostomum libris de orando Deum. Nilum Abbatem de oratione. Climacum gradu 28. de oratione virtutum matre. Tertull. de oratione. Guilhelmum Peraldum. de oratione, vt plurimos recentiores taceam, qui de oratione scripserunt.

§. 14. V. 13. *Necessitatibus Sanctorum communicantes.* Ne solis orationibus placere nos Deo putemus, quod olim quidam hæretici docuerunt, caritatem in proximos commendat, vt si Deum in nostris necessitatibus propitium quærimus, fratrum etiam egestati succurramus. Olim quædam exemplaria legerunt, *memorijs*, ita Hilarius Pseudo-Ambrosius, & testis est Origenes in quibusdam esse *μνείαις, memorijs*, pro *χρείαις necessitatibus*. Est vero *χρεία* non magna necessitas, sed communis, & vsus, vt ostendat, non in magnis modo, sed in exiguis etiam succurrere oportere. Tertullianus & Cyprianus obseruarunt dictum esse communicantes, *κοινωνοῦντες*, non enim quouis modo succurrendum esse, sed perinde ac si fratrum indigentia, nostra sit necessitas.

Egentem Dei amicis succurrere fratri oportet.

§. 14. *Hospitalitatem sectantes.* Verbum in Græco vtrunque est emphaticon. Philoxeniam vocat amorem peregrinorum, vel hospitalitatis: & non *ἐργαζόμενοι* dicit, *operantes*, sed *διώκοντες persequentes*. Qualis erat Abraham dum Angelos inuitat. Sic Matth. 25. & Luc. 14. Non enim exspectare nos iubet, dum rogamur, non fastidiose & graui vultu admittere, sed vltro occurrere, excipere, & petendi verecundiam occupare. Hæc in omnes caritas extendenda, sed præcipue in domesticos fidei. Nimium nunc in Ecclesia hospitalitatis benignitas cum caritate refrixit. Olim gentibus curæ fuit: nam peregrinos Deo singulariter caros existimabant. Hom. Odyss. ξ. *πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε. Iouis enim sunt omnes peregrini & pauperes.* Plane Dei sunt, *nam illorum est regnum cælorum.* Quin & nos peregrini sumus super terram. Quare recte Menander admonuit.

Hospitalitas.

Ξένους ξένιζε, καὶ σὺ γὰρ ξένος γ' ἔσῃ.
Peregrinos excipe: nam & tu fors hospes eris.

§. 15. *Benedicite persequentibus vos.* Ostendit quid præstandum amicis, nunc quid persecutoribus & inimicis sit rependendum, ne fortasse illis indignantes patientiæ & charitatis iacturam facerent more Hebræo adiectione contrarij magis inculcat, id quod præcepit. *εὐλογεῖτε*, noster & plures etiam Sectatiorum vertunt *benedicite*, Erasmus bene loquamini, Origenis interpres *bene precamini*. Chrys. *μὴ καταρᾶσθε* ne coquasticemini. *εὐλογεῖν* quidem hæc omnia significat, quia tamen opponitur *καταρᾶσθαι* diris deuouere, in priore significatione accipiendum videtur. Erasmus ad hæresin hoc detorsit, & deinceps Anabaptistæ. Non licere Christianis bellum gerere. *Vbi sunt*, inquit, *qui sanctū putant iugulare hostē?* Respondent orthodoxi. In Ecclesia vera, & Republica esse. Non n. Christiano populo, aut principibus vetita est, vel priuatim inculpata tutela, vel legitima ad securitatem publice sumpta vindicta: iugulare hostem fas est, qui alio modo ab iniuria inferēda non potest arceri. Benedicere tamen, bene precari etiam hosti potest, qui illū iugulat: nam & pius iudex reorum quos in bonum publicum legibus impendit, non modo miseretur. Sed salutem impense procurat, vt extincto corpore anima viuat. Benedicere itaq; imo & bene facere hostibus oportet, quia homines, licet coercendi sint, ne noceant. Maledicere ex perturbatione, ira, odio, inuidia, vindicandi libidine vetamur: nec his perturbationibus miles in acie, nec iudex ad tribunal venit, sed vt iustitiæ administri. Nostros Sectarios iam olim in Fausto Manichæo Augustin. refutauit. Nec bella l. 22. c. 74. *per Moysen gesta miretur aut horreat, quia & in illis diuina secutus imperia, non sæuiens, sed obediens fuit: nec Deus cum iubebat ista, sæuiebat, sed digna dignis retribuebat, dignosq; terrebat. Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur quandoq; morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus atq; implacabilis animus, feritas rebellādi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerumq; vt etiam iure puniantur. Aduersus violentiam resistentium, siue Deo, siue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuste ordo ipse constringit. Alioquin Ioannes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes, & nos quid faciemus? responderet eis, Arma abijcite, militiam istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite neminem.* Pergit in eadem causa probare belli iusti. Ait enim. *Interest enim quibus causis, quibus authoribus, homines gerēda bella suscipiant; ordo tamen ille naturalis, mortalium paci accommodatus hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas atq; consilium penes principem sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutiq; communi. Bellum autem quod gerendum Deo authore suscipitur, recte suscipi dubitare fas non est: vel ad terrendam, vel ad obterendam, vel ad subiugandā mortalium superbiam: quando ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili Deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest: quibus potius ad exercendam patientiam, & humiliandam animam, ferendamq; paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur. Neq; enim habet in eos quisquam vllam potestatem, nisi cui data fuerit desuper. Non est enim potestas nisi à Deo, siue iubente siue sinente. Cum ergo vir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte possit illo iubente bellare, ciuicæ pacis ordinem seruans: cui quod iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi: quanto magis in administratione bellorum innocentissime versatur, qui Deo iubente bella gerat: quem male aliquid iubere non posse, nemo qui ei seruit, ignorat.*

Benedicendum inimicis.

Bellum licitum est.

§ 16. Præ-

§. 16. Præceptumne sit, an vero consilium, *Benedicere persequentibus, & non maledicere*, quæri solet. Calvinus, Lossius, alij carpunt orthodoxos, quod consilium esse asserant, non præceptum. Verum aut calumniantur, aut illi in materia errant grauissime. Docent Catholici benedicere hosti, & persæpe, aliquando esse præcepti, aliquando consilij. Benedicere hosti, seu bene precari illi præceptum est; nam vitam illi æternam, ac proinde illa quæ sunt media ad illam optare, & velle debemus, ab oratione communi non excludere, in extrema necessitate subuenire, nec personas odisse, sed vitia. Benedicere, hoc loco est, alteri precari bene, non bene loqui de altero. Nam opponitur τῷ καταρᾶσθαι, quod est male precari, diris deuouere. Non tamen omni tempore pro illis orare tenemur, sed cum est opportunum. Hoc præceptum esse docent Theologi & D. Thomas 2. 2. q. 25. art. 8.

Præceptum est hosti benedicere.

Respondeo dicendum quod dilectio inimicorum tripliciter potest considerari. Vno quidem modo, vt inimici diligantur, in quantum sunt inimici: & hoc est peruersum & charitati repugnans, quia hoc est diligere malum alterius. Alio modo potest accipi dilectio inimicorum, quantum ad naturam, scilicet in vniuersali. & sic dilectio inimicorum est de necessitate charitatis: vt scilicet aliquis diligens Deum & proximum, ab illa generalitate dilectionis proximi, inimicos suos non excludat. Tertio modo potest considerari dilectio inimicorum in speciali: vt scilicet aliquis in se specialiter moueatur motu dilectionis ad inimicum. Et istud non est de necessitate charitatis absolute: quia nec etiam moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines singulariter est de necessitate charitatis: quia hoc esset impossibile. Est tamen de necessitate charitatis secundum præparationem animi, vt scilicet homo habeat animum paratum ad hoc, quod in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret. Sed quod absque articulo necessitatis homo etiam hoc actu impleat, vt diligat inimicum propter Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis. Cum enim ex charitate diligatur proximus propter Deum, quanto aliquis magis diligit Deum, tanto etiam magis ad proximum dilectionem ostendit nulla inimicitia impediente. Sicut si aliquis multum diligeret aliquem hominem, amore ipsius, filios eius amaret, etiam inimicos sibi. Et secundum hunc modum loquitur Augustinus Enchiridij c. 73. tom. 3.

Hoc de charitate, de signis caritatis idem auctor art. 9. *Respondeo dicendum, quod effectus & signa charitatis ex interiori dilectione procedunt, & ei proportionantur: Dilectio autem interior ad inimicum in communi quidem est de necessitate præcepti absolute: in speciali autem est non absolute, sed secundum præparationem animi, vt supra dictum est. Sic ergo dicendum est de effectu & signo dilectionis exterius exhibendo. Sunt enim quædam signa vel beneficia dilectionis, quæ exhibentur proximis in communi, puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut cum aliquod beneficium impendit aliquis toti communitati. Et talia beneficia vel dilectionis signa inimicis exhibere est de necessitate præcepti. Si enim non exhiberentur inimicis, hoc pertineret ad liuorem vindictæ, contra id quod dicitur Leuitic. 19. Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Alia vero sunt beneficia vel dilectionis signa, quæ quis exhibet particulariter aliquibus personis. Et talia beneficia vel dilectionis signa inimicis exhibere non est de necessitate salutis, nisi secundum præparationem animi, vt scilicet subueniatur eis in articulo necessitatis: secundum illud Prouerb. 25. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da illi potum. Sed quod præter articulum necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat pertinet ad perfectionem charitatis: per quam aliquis non solum cauet vt à malo, quod necessitatis est, sed etiam vult in bono vincere malum, quod est perfectionis: dum scilicet non solum cauet propter iniuriam sibi illatam pertrahi ad odium, sed etiam propter sua beneficia intendit inimicum pertrahere ad suum amorem.*

Signa caritatis inimico exhibenda.

Maledicere & deuouere inimicos non licet; vt D. Thom. art. 8. & 9. & D. Augustinus lib. de doctrina Christiana cap. 22. & tract. 8. in primam Epistolam Ioannis, & alijs Patribus ac Theologis communiter. Nam debemus erga inimicos et amicos sic esse affecti, vt neque vnquam illos odio vero prosequamur, & cum necesse fuerit, actu quoque eos diligamus, eisque ex charitate benefaciamus: sed hoc ipsum est teneri nos ad eos ex charitate diligendos: Ergo tenemur illos ex charitate diligere. Minor patet ex dictis puncto præcedenti in fundamento secundo. Maior quoad priorem partem probatur ex Scriptura Matth. 5. *Audistis quia dictum est antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos, vt sitis filij Patris vestri, &c.* Ex quibus postremis verbis apparet, in ea Christi sententia esse vim præcepti. Nam ex præcepto necessarium est quod est necessarium, vt per gratiam simus Dei filij. Sicut etiam idem præceptum patet ex eo, quod ibidem ait: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum & Scribarum, non intrabitis in regnum cælorum.* Inter cæteras namque peruersas traditiones Pharisæorum erat illa, quam Christus ibi corrigit, inquiens. *Audistis quia dictum est antiquis, dilige amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum &c.* Item patet hoc ipsum ad Rom. 12. *Nulli malum pro malo reddentes.* Et 1. Pet. 3. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis.* Hæc ad eluendam improbam calumniam, qua D. Thomæ & Doctoribus Scholasticis labem aspergere conantur. Quod eo plus habet indignitatis, quo illi in hoc genere sunt liberiores. Lossij expositio est. Primum *Paulus prohibet conuitia, & imprecationes, quæ proficiscuntur ex impatientia, & affectibus inordinatis, ex maleuolentia, odio, cupiditate priuatæ vindictæ, non ex animo beneuolo, & studio emendandi, & reuocandi ad pœnitentiam hostes, &c.* Deinde ait *Prophetas, Christum & D. Paulum sæpe maledicere hostibus, & imprecari ijs cæcitatem, & extremum interitum, quos per Spiritum Sancti suggestionem ex obstinata eorum contumacia intelligunt reiectos esse à Deo. Hos cum execrantur, rectè faciunt, quia testantur se eadem quæ Deus vult, & ab æterno constituit, velle & approbare.* Hæc ille, quæ ostendunt sine causa Catholicos reprehendi, dum benedicendi necessitatem, & non maledicendi præceptum distinguunt. Christianorum caritatem pro persecutoribus orantiũ multa veterum exempla prædicant. Iustinus aduersum Iudæos. *Nam & vos in Synagogis & conuentibus vestris, omnes qui à Christo Christiani appellati sunt, execramini: neque vos tantum, sed & aliæ quoque nationes, quæ nouum etiam execrationis suæ facinus adijciunt, cum illos vel eo solum nomine, quod se fateantur esse Christianos, interimunt: quibus nos omnibus dicimus: Vos fratres nostri estis: Dei veritatem potius agnoscite, cumque nobis, nec illi, nec vos auscultatis, sed ad Christi nomen abnegandum adigitis nos morti præeligimus, & morimur, certi nimirum ijs nos bonis potituros, quæ per Christum suum nobis Deus compromisit. Neque hoc tantummodo agimus sed illum quoque deprecamur, vt à Christo misericordiam consequamini.*

Non licet maledicere inimicis.

Et deinde: *Quæcunque patimur, dum a domesticis nostris e medio tollimur, ea nobis esse euentura Christus prædixit: satis vt appareat, nihil nec in dictis eius esse, nec in factis, quod merito queat reprehendi. Quapropter pro vobis & pro alijs omnibus nobis hostiliter* [illegible]

Fruit [illegible]

preces ad Deum spargimus, quo per resipiscentiam nobis coniuncti, a faciendo in Christum Iesum maledicto, qui & ab operibus & à doctrina & à miraculis ex eius nomine patratis, & à vaticinijs de eo nuncupatis, omnino omnis culpa & reprehensionis expers ostenditur, deinceps abstineant: sed fidem potius ei adiungant, vt in glorioso eius aduentu salutem adipiscantur, non flammas ab eo adiudicentur.

§. 17. V. 15 *Gaudete cum gaudentibus*: nihil tam ad mutuum amorem facit quam συμπάθεια, nam & insignem habet cõsolationem, eorum qui tristantur: & eorum qui gaudent confirmationem. Est gaudium hoc gratulatio, sed cauendum ne cum ijs qui ob mala & turpia lætantur, gaudeamus, nam qui ob temporalia & voluptatum illicitarum instrumenta ablata tristantur cum ijs tristari licitum est, non ob id quod illis dolorem adfert, sed ob errorem, & affectum tam male habentium.

Prudenter Chrysostomus τὸ μὲν γὰρ κλαίειν μετὰ κλαιόντων, καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος, ὃς κλαίοντι μὴ συμπαθεῖν ... τὸ δὲ χαίρειν μετὰ χαιρόντων ... *Illud enim & ipsa natura vltro facit. Nemo siquidem adeo lapideus est, vt eum qui in calamitatibus est non defleat. Illud vero valde generosam mentem requirit, vt non solum non inuideat ei, qui clarus est ac celebris, sed & congaudeat.*

Feliciorem videre magnum est.

§. 18. V. 16 *Idipsum inuicem sentientes, non alta sapientes sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos.* Iterum ad ea quæ concordiam turbabant extirpanda aggreditur, quod fit primo superbiendo; deinde nimium suæ prudentiæ & præoccupatæ opinioni indulgendo. *Alta sapientes*, φρονοῦντες. Origenes interpretatur de consensu, *sed humilibus consentientes* συναπαγόμενοι. Syrus; *adiungentes illis qui humiles sunt*, potest autem ταπεινοῖς vel ad res vel personas referri; vt talibus cæteri ijs veram humilitatem, fundamentum omnium virtutum custodiamus, sine qua ædificium extructum non nisi ruina est. De hac Prouerb. 3. *Ne sis sapiens apud temetipsum.* Pharao sic gloriatur filius sapientum ego, filius regum antiquorum. Origenes dici de illo qui mediocriter sapit, existimat tamen se immaniter sapere. Chrysost. & Theodoret. *Ne putes, te tibi posse sufficere.* Prouerb. 26. *Vidisti hominem, &c.* & Pseudo-Ambrosius: *qui sibi sapit non alijs.* Basilius: *qui sola sua sapientia.* Isaiæ 5. *Væ qui sapientes estis apud vosmetipsos*, hoc mortale, cum quis in periculum peccandi se vel alios conijcit, aut damni causa est, qua re sæpe Iurisconsulti & Medici, & Theologi peccant.

Superbia vitanda.

Veteribus illa præcepta etiam ex Philosophia nota, non tamen seruata fuerunt. Plato Epistola 1. ... *Nec adamas, nec splendens aurum sic ante oculos fulgurat, vt bonorum virorum eadem loquens sententia, seu consensio.*

Nimis vsu & experientia cognitum est illud.

Dominare tumidus, spiritus altos gere.
Sequitur superbos vltor à tergo Deus.

Sensit id etiam Magnus qui teste Strabone illud veteris Thrasonis semper ructabat.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Semper inter primos esse, & præ alijs excellere. Alios præire, non comitari voluit, sensit vltorem Deum, pueri iussu, semiuiri facinore cæsus, in nuda iacuit truncus arena. At vera modestia συναπάγεται, hoc est, vt Hesychius ait συμπεριφέρεται. συνέρχεται humilibus simul graditur, vt illi faciunt, qui cum paruulo iter faciunt, aut fatigatis, non præcurrunt, sed comitum suorum modulo gressus attemperant. Quod significantissime expresserunt Scholia Græca. εἰς τὴν ἐκείνων συγκαταβαίνειν εὐτέλειαν, *ad eorum se vilitatem dimittere.*

§. 19. Quod primo loco positum est, difficilius est. *Idipsum inuicem sentientes.* τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. Nouatores fere nostrum interpretem iocant, decepti ab Erasmo, putant enim solam concordiam præcepti. Vertunt *eodem animo inter vos affecti*, hoc est, *concordes.* Verum non de sola concordia agit, sed amore inimicorum, & vt aliorum malis, & bonis, quasi proprijs afficiantur.

Vetus interpres dedit sensum.

Vetus autem interpres Græca fideliter & ad verbum reddidit: cum ergo anceps putetur sententia, potest Latina versio sensum pati, quid est etiam in Græco. Deinde Græca locutio æquè inusitata est, nec interpretes obscurior est Paulo. Non enim ita loqui solent, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονεῖν. Denique sublimior est Pauli sententia, quam illi suspicati sint. Hoc enim dicit. Idipsum, seu idem ipsum ad inuicem sentientes. Hoc est eodem affectu esto erga fratrem, quo in te ipse es. Et ille talis sit in te, qualis erga se ipse est. Ne tibi ignoscas, illi succenseas, ille vicissim te eo amore complectatur, quo seipse. Fundamentum hoc est concordiæ. Exemplum amoris à se proximum sumere. Gaudes, cum bene est, doles, cum aduersa ingruunt, eodem sensu fratrum bona & mala quo tua prosequere. Peccat in te frater: sic eum habe, vt te haberi velles si in eum tu peccasses. Hæc sententia conuenit verbis, hanc Syrus expressit. *Et hoc quod estis sentientes de vobis ipsis, etiam de fratribus vestris*, subaudi, sentite. Chrysostomus γίνου κατ' ἐκεῖνο τοῦ φρονήματος. *Esto secundum illum sensum.* Et pergit. μὴ μεγάλα λάβῃς ... *Non maiorem propter diuitias tuas animi tumorem concipias. In Christo neque diues, neque pauper est. Ne ergo pudore afficiaris propter externam amicti vilitatem, sed suscipe propter internam fidem.* Atque hæc est digna Paulo, digna Euangelio sententia. Hic est diligere proximum sicut semetipsum.

A se quisque sumat exemplum amoris in proximum.

Facessant ergo Petrus qui criminatur, nec verba, nec mentem Pauli à vetere interprete expressam esse. Vtrunque teste Syro, teste Chrysostomo expressit. Addo & Græca Scholia. οἷον μέγαν σεαυτὸν νομίζεις, τοιοῦτον νόμιζε τὸν ἀδελφὸν, κἂν πένης ᾖ. *Quantum te magnum existimas, tantum & fratrem existima, etsi pauper sit.*

§. 20. V. 17. *Nulli malum pro malo reddentes.* Insigne hoc præceptum, & sæpe inculcatum. Cum enim fideles inter malos, aut sane imperfecte bonos viuant, fieri non potest, quin mala sæpe patiantur. Hæc si malo vicissim compensare velint, mundum perdet bellaodi contumacia. Inimicos beneficio, facere amicos nobilissimum vincendi genus est. Quod vero additur: *prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam hominibus.* Duplici modo legitur: nam multi codices illa verba: *Non tantum coram Deo, sed, &c* omittunt. Origenes, Chrysostomus, Theophylactus nõ habent, nec Scholia Græca, nec Theodoretus. Vetus est tamen Latina lectio & apud Hieronymum. *Quod si dixeris mihi sufficit mea conscientia, habeo Deum iudicem, qui etiam mea est testis nõ curo, quid loquantur homines, audi Apostolum scribentem. Prouidentes bona non tantum*

tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Syrus tamen omittit. Sit vobis curæ facere bonum coram hominibus omnibus. Latini Scriptores habent, vt & 2. Cor. 8. 21. Heb. 12. 14. Beza culpat verbum. *Prouidentes*, quod obscurum sit, & ambiguum, quod non sit actionis, sed speculationis, Mauult vertere; *procurantes*, vel vt alij, *prouide parantes.* Errat ille: nam recte προνοούμενοι dicuntur *prouidentes*, sicut πρόνοια *prouidentia*, quæ non est speculationis, sed vt eam definiunt, *rerum agendarum prudentia.* Cicero l. 1. de legibus. *legemq; aciem ad bona eligenda, reijcienda contraria vocat, quæ rerum*, inquit, *à prouidendo est appellata prudentia.* Itaque & *vtilium prouisor* dicitur, non contemplator, sed actor. Hic autem Apostolus προνοεῖν dixit, non vt in speculatione rem consisteret, docere sed vt diu & multum ante deliberandum esse moneret, quomodo vita esset instituenda, ne offensio daretur vlli hominum, non Iudæo, non gentili, vt 1. Cor. 10. Id maxime locum habet, si non reddamus malum, pro malo. Iustinus de Christianis μνησικάκους esse negat.

Prouidere bona.

Pax.

§. 21. V. 18 *Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.* Sine conditione præcepit malum non reddere, non scandalum, nunc quia in nostra potestate situm non est εἰρηνεύειν pacem cum omnibus colere, multi enim à pace alieni sunt, vult nos tamen pacificos esse, & nec causam cur rumpatur, nec cur minus concilietur demus. Lex ergo offensionis vitandæ absoluta est, pacis sub conditione, vt nos ad eam simus parati.

Defendere vlcisci.

§. 22. V. 19. *Non vosmetipsos defendentes carissimi, sed date locum iræ.* Scriptum est enim mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus. Syrus, *Ne iudicando facias iudicium tibi ipsi, ego iudicium tibi faciam.* Defendentes ἐκδικοῦντες, *vlciscentes.* Sic & defendere. Iudith 1. Ps. 8. Ap. 6. Tertullianus contra Marcionem: *Mihi defensam, & ego defendam.* Ita Nonius Marcell. de proprietate: *defendere est vindicem depellere.*

Vltionis acer est stimulus.

Reddere malum vetamur pro malo: & ne turpe putemus non vlcisci iniuriam: Deum promittit vltorem. Dulcis est atrocitas cupido vindictæ, & fere semper vltra limites vagata sæuit. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδὺ ὡς ἐχθρὸν κολαζόμενον ἰδεῖν. Inquit Chrysostomus. *Nihil ita suaue est, quam hostem videre supplicia. Bene olere* dixit quidam *occisum hostem*, cui Vitellius: *melius ciuem.* Furor est vehementissimus, cum vltio petitur: quam nec in morte multi ponunt. *Moriemur inultæ?* clamat illa iam pallida morte futura. Et quia ipsa vlcisci se non potuit. *Exoriare aliquis*, inquit, *aliquis nostris ex ossibus vltor.* Et Cicero non tam miserum putabat occidi se ab hoste, quam si ille id faceret impune.

§. 23. *Sed date locum iræ; Scriptum est enim, mihi vindictam, & ego retribuam.* Quid sit quod dicit: δότε τόπον τῇ ὀργῇ, *date locum iræ*, apertius intelligitur ex Syro, qui vertit, *Ne vlciscamini animas vestras carissimi mei, sed date locum iræ. Ne iudicando faciam iudicium tibi ipsi, ego iudicium tibi faciam.* Locus ergo dandus est iræ, & iudicio Dei, cui nos præire non debemus. Multas iniurias infert hostium petulantia: an non in vltionem insurget vir fortis? dura illa lex videtur, sed iusta est, & vtilis. Iusta: non enim tu iudex, nedum vltor tuæ sedes causæ, sed Deus. Non erit impune facinus, etsi manus tuæ manserint inermes. Iusta est, & potens vtriusque iudex: nec arte illum eludere, nec auertere potentia poterit. Vtilis est lex illa non vindicandi: nam si non exitio, certe periculo tuo vindictam petes: si rem Deo permiseris, extra aleam stabis ... ἐκδικοῦντος ... καὶ ὁ θεὸς σε ἐκδικεῖ. *Non vlcisceris tu ipse, & Deus vlciscetur.* Ita Scholia & addunt: δότε ... χώραν τῇ ὀργῇ τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν, ἂν γὰρ σὺ ἐκδικήσεις σεαυτὸν, οὐκ ἐλεύσεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ. οὐκ ἔξει χώραν τοῦ ἐκδικῆσαι, ὅτι προεξεδίκησας σεαυτὸν, εἰ γὰρ σὺ μὴ ἀμύνῃ, ἥξει ... *Date enim locum, & spatium iræ Dei vt veniat. Si enim tu te defendas, ira Dei veniens non habebit locum defendendi, nam iam ante te vindicasti; si autem tu non defendas veniet ira Dei.* Vbi ergo homo quieuerit, Deus veniet vltor.

Non vlciscendum.

Alij interpretantur, date locum iræ humanæ, hoc est, iratis & furentibus cedite, ne importune resistendo, magis flammam accendatis Comment. Ambrosianus & Basilius, *declinate iram.* Verum Chrysostomus, Augustinus, Theodoretus rectius de ira Dei accipiunt, cui tamen locum damus, dum humanam iram non accendimus, dum non importune resistimus. Nam dum iratis irascimur, maledicimus, obsistimus, eos irritamus, vindictæ quoddam genus exercemus Et quodammodo legem Dei abrogamus, qua sancitum est Eccl. 28. *Mihi vindictam & ego retribuam.* Romanis veteribus Domini, non pulchrum modo, sed necessarium quoque esse contumelias vlcisci patria lege didicerant, & hodie quoque illustres & nobiles multi diuinæ iustitiæ ex professo contradicunt, & factis & verbis: dum verbulo læsi in pugnas, & sanguinem ruunt, & dum ignauum putant Deum expectare vindicem, suo exitio discunt eum esse temerariæ licentiæ vltorem. Ingens stupor, & præpostera nobilitatis æstimatio, quasi Deus creator, & legislator parum sit nobilis, aut parum nobilitati lege sua prospexerit. Nonne horum stoliditas Deum quendam plebicolam, & nobilitatis osorem sibi fingit? Vnde autem ista nobilitas si non à Deo?

Studium est [illegible]

§. 24. V. 20. Maiorem etiam caritatis perfectionem exigit. Iniustum est plus lædere, quam meruerit: Iustum esse videtur pati par reddere, & vt lege talionis, hoc etiam vetat Dominus. Sancti videntur qui minore pœna sunt contenti, sed Deus pronunciat, *non reddere malum pro malo.* Nullum malum reddi debet, non est permissum vt minus reddatur maiori. Deinum addit, vt inimico, & qui malum dedit, reddas bonum, vincas malum bono. ψώμιζε, inquit, *cibato illum*, hoc est, concisis frustis, vt matres solent teneros filios, ale, vt non modo alimenta præstes, quod potest & diues, sed labore, cura materna cum habeas, quod solius est caritatis. Rident hoc præceptum exemplo Iuliani omnes impij. Sed reuera multi id seruarunt fideles, & hodieque obseruant, quorum corda Deus tetigit.

Bonum pro malo redde.

§. 25. Effectus tantæ caritatis est, *congeres carbones ignis super caput eius.* Duplex interpretatio. Prior, σωρεύσεις, *accumulabis congeres, super caput eius* Iræ diuinæ prunas. Ita Origenes, Chrysostomus, Theodoretus & alij. Eorũ tamen mens non est, vt ea causa hosti bene faciamus, quo Dei in illum iram concitemus, sed vt vincamus in bono malum. Ita Chrysostomus. *Non enim*, inquit, *vindictam sumes, sed carbones ignis congeres super caput illius. Deinde & declarauit illi quid velit, dicit*, ne vincatis à malo, sed vince in bono malum. *Atque ita sensim sabiudicat, quomodo non oporteat illud tali animo facere. Iniuriæ siquidem memoriam adhuc retinere, à malo vinci est. Sed istud primò loco non dicit. Neque enim dum tempus erat. Postquam vero iram illius euacuauit, tum subiungit, dicens: sed vince in bono malum.* Pluribus exponit in Scholijs eã sententiam Photius. Deum non vlcisci Iuliũ aut,

qui

qui ea m[illegible] beneficium confert, vt hostem videat à Deo [illegible] quem dicit *δία τοῦ ξένως ἀγαθῆς τῆς εὐεργεσίας κατεσκευασμένον τὴν δίκην ὑπὸ τοῦ ἰδεῖν τοῦ λυπήσαντος*. *Per bonam opus beneficentiæ male machinantem vt eius qui læsit interitum spectes.* Quia tamen hic ratio redditur, cur bene facere oporteat, difficulter hoc modo excusatur finis benefacientis. Si prunas coaceruare velit. Quamobrem Chrysostomus, concessionem esse, eius quod minime conuenit, vt ita & perfectionem adducat. *Ciba,* inquit, *inimicum, & pota.* Hoc arduum esse queritur, cui ira, vndique animus tumet, & magno impetu fertur ad vindictam. *Fac,* inquit, *quod iubeo, si vindictam quæris. grauestibi pœnas persoluet, nam Deum vindicem habebit, igne exuretur, non ergo perdes beneficio vltionem. Veruntamen hoc nequaquam faciendum est; vinceretur enim à malo. Tu autem vince in bono malum.*

Altera tamen expositio præferenda est. Nempe beneficio aduersarium violentissime coges ad odium ponendum, amicitiamque consectandum. Nam & beluas mansuetas facit pastus. Nemo autem ita Barbarus est, vt non malit ex hoste amicum, quam cadauer facere. Carbones sunt caritatis, aut satis efficacia ad inimicitiam deponendam incitamenta; nam quando carbonum aceruus capite imponitur, continuo ad excutiendum excitat, eam vim habet beneficium sincere collatum, vt subito iram aduersantis exstinguat. Hæc sententia pia est, & plana, finis enim beneficij tui est, non modo proximi leuamen, sed etiam correctio. Nec concessionem illam probare possum, quam habent Græci: etsi enim Paulus sic exponi possit, non tamen sensum illud patitur locus Prouerb. 25. 21. in quo non sunt illa verba. *Noli vinci à malo, &c.* Sed mox subiungitur. *Et Dominus reddet tibi.* Præmium itaque proponitur cibanti inimicum, & carbones congerenti.

Beneficio hostis est corrigendus.

§. 26. *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Syrus. *Ne vincat vos malum.* Vincitur à malo, seu ab iniuria & contumelia, qui eo vsque irritatur, vt tandem fractus succumbat, & odio atque impatientia ad vltionem exardescat. Vincit in bono malum, qui iniurias beneficio compensat, qui vincit animosque iramque suam. Qui non superatur iniuria aliena, vt sibi iniuriam faciat peccando. Nonnulla sunt horum exempla apud Ethnicos, maxime commendata, vt apud Iustinum l. 16. de Heracliensibus.

Valerium l. 4. de Cicerone Gabinium, & Vatinium defendente. Verum exigua sunt illa, & quæ cum factis Christianorum collata, vix virtutis speciem retinent.

* * *

CAPVT XIII.

OMNIS anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt: nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa: Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quidquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus: non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

IN CAPVT XIII

ARGVMENTVM.

CAPITE superiore Christianos de donis fidei proprijs, Ecclesia, & caritate instruxit; nunc quid ciuili magistratui tribuendum sit exponit: Deinde ad præceptum caritatis obseruandum, voluptates & vitia fugienda hortatur. Decem priores versus in Syra Ecclesia leguntur, דמתגביא עדתא *tempore electionis Ecclesiæ.* Quod non ad collectas, licet etiam eo verbo 1. Cor. 16 significentur, sed ad personas referendum est. Est autem גבא *goba, eligere, exigere, auferre.* Glossa Hebræa dicit esse בחר *bachar, elegit.* In designatione præsidum & antistitum hæc legebantur. Cæteri vero in matutinis Dominicæ introitus ieiunij. De magistratu necessaria erat illa dissertatio.

Romani enim tempore Tiberij, Cai, Claudij, Neronis ad pristinam lib[illegible] semper respectabant, vt clarum est ex Tacito, Suetonio, cœteris histo[r]ijs, hinc perpetuæ in principem coniurationes, cruda adhuc & fremente seruitute, & coniurationibus detecti. Lamenæ: vt minus obstringi se imperijs Cæsarũ crederent, eorum faciebat immanitas, stultitia, tyrannis. Ita periculum erat, ne libertatis vindices Christiani esse vellent, conspiratoribus se miscerent, religionẽ infamarent, præsertim cum illis qui omni crimine vacarent, facile maiestatis læsæ crimen impingeretur. Et quamuis inter tyrannicidas nunquam illis temporibus inuenti sint Christiani, male tamen religio audiebat, quod aliena esset a Republica. Clemens. Alex. l. 4. Hinc Iustinus, Tertullianus, Athenagoras, alijque hanc labem ne adhæreret innocentibus Christianorum cœtibus eluere sunt conati. Multa de his disputari solent, verum de illis l. 5. 6. 7. politicorum ex professo, & varia occasione in eodem opere pertractaui; hic omittenda censui, & ad illa lectorem relego. Hic autem breuiter sententiam Pauli explicabo.

VERSVS 1.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo ordinata sunt.

QVÆSTIO I.

An omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit?

Legitimo cuiq; imperio subdendus sit.

§. 1. HOc fundamentum Apostolus collocat, ordinem imperandi & parendi in Republica oportere seruari, nam ὑποταγὴ, & ὑπακοὴ [illegible] *Subiectio, & obedientia non continet pietatem.* Animam more Hebræo pro homine ponit, non vt visum est Origeni, pro homine nondum à mundi rebus liberato. Non cuilibet sub[iec]tum di[c]it, sed *[illegible] potestatibus* Quibus ius fas est imperare, nõ δυνάμεσι potentijs, quæ sine iure regnent. Itaque nimius suorum est adulator Bucerus qui quamlibet potestatem intelligit, quouis modo acceptam, aut exercitam. Syrus appellat שולטנא *schultana*, quod etiam in Germanica lingua manet vocabulum. Vere Scholia Græca, [illegible] ἄρχοντος ταῦτα λέγει, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀρχῆς *Non enim de quouis imperante, sed de ipso imperio istis [ag]untur.* Non enim omnis qui imperat, [legitimum im]perium exercet. Hoc ergo dicit: non [ess]um in cœtu paritatem, alios esse subditos, [alios] prælatos, alioqui τὸ ὁμότιμον [illegible], vbi [ea]dem est honor & status, turbæ inualescunt.

[§.] 2. Addito verbo demonstrat quales potestates [int]elligat; non enim omnis anima omni potestati est subdita, sed tantum ὑπερεχούσαις, Syrus רברבנא *rabbatha, magistrat, dominas, præfectas potestates.* Ita enim verbum hoc accipitur 3. Reg. 22. & alibi Soli ergo illi quisque potestati subiectus est, quæ illi imposita, quæ est ὑπερέχουσα, illi incumbit; Non Hispanæ, Britanna, nec Britanna anima Germanæ Alioqui regnorum oriretur confusio, & omnis anima plures haberet Dominos sibi mutuo non subordinatos, contraria mandantes. Hinc apparet cur Pontifici, & Clero non sit necesse obedire mandato principum; etsi enim potestas est, nõ tamen imposita est Pontifici aut Clero potestas. Insanum sane foret cuilibet prætori Ecclesiarum antistites subijcere. Ridiculum est argumentum Patei, *Pontifex est anima, ergo potestatibus subiecta.* An non Ferdinandus, Ludouicus, Philippus, Iacobus reges animæ sunt, nec subiectæ tamen sublimioribus potestatibus, sed summæ sunt ipsæ potestates?

Ita est Pontifex nulli potestati subditus, cœteri autem Episcopi & Sacerdotes sub illa sunt potestate. Verum satis hac de re dictum 6. Politicorum c. 3. 8 9.

§. 3. Non est potestas nisi à Deo. Parendum ergo potestati, ne ordinationi Dei resistatur. Græce dicuntur, *potestates à Deo ordinata.* In Græca lingua pulchra est allusio ὑποτασσέσθω, & τεταγμέναι, & notat D. Chrysostomus, non dictum est πειθέσθω, sed ὑποτασσέσθω, *subordinatus sis*, ordo enim imperantium, & parentium necessarius est. Ex quo apparet, etiam eum qui potestati Ecclesiasticæ resistit, peccare, cum à Deo & illa ordinata sit. Nam etiam illa sententiã spiritalis potestas confirmat[ur]. Basilius eam confirmat ad Athanasium Epistola. [illegible] *Visum nobis est consentaneum scribere ad Episcopum Romæ, vt ijs quæ hic apud nos sunt prospiciat, ea exploret, statuatque, vt quoniam non facile ex Concilij vniuersi decreto mitti ad nos aliqui possint, ex ijs Episcopis, qui ad occasum Ecclesiæ præsunt, ipse auctoritatem suam interponat, & pro potestate eligat viros idoneos, cum imperio qui dirigere possunt eos, quorum ingenia flexuosa, & distorta turbas apud nos ciunt.*

Quamuis autem interdum reges sint non à Deo, tamen regna & εὐταξία Rerumpublicarum sunt à Deo. Et parendum semper vero principi, licet eius initia non omnia legitima transacta fuerint.

VERSVS 2.

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi, sibi damnationem acquirunt.

QVÆSTIO I.

An Deo resistat, qui potestati resistit?

§. 1. Per-

§. 1. PErgit principi auctoritatem conciliare. Neruose Chrysostomus. *Ostendit quod hoc faciens, non principibus illos, sed Deo subiiciat. Illi siquidem obedit, qui principatibus subditus est. Sed ita non loquitur, nimirum quod Deo obediat, qui principibus morem gerit, sed per contrarium terret, atque idem diligentius probat & exactius dicens: quod qui potestati obediens non fuerit, Deo aduersetur, qui ista ita constituerit. Atque hoc vbique probare satagit, nimirum, quod non gratiam illis, sed debitam obediendo præstemus. Qui enim ita se habuerit, is & incredulos magistratus magis ad pietatem attrahet, & fideles ad obedientiam.*

Cum enim ius hoc sit à Deo, ab eo ordinatum, qui resistit: ἀντιτασσόμενος potestati, quasi in acie stans aduersus magistratuum imperia, diuinæ διαταγῇ ordinationi renititur. Non homo homini, sed homo Deo repugnat. Hinc murmurantes & rebellantes contra Moysen Deus quasi suæ maiestatis reos summo supplicio affecit. Nam damnationem sibi acquirunt κρίμα iudicium, quod hoc loco damnationem significat. Deus ergo in principe suæ maiestatis vicario honoratur, & magistratuum contemptio in Deum redundat. Ita Petrus Epist. 1. cap. 2. *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.*

Qui regi repugnat, Deo repugnat.

Et Paulus Tit. 3. *Admone illos Principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.*

Ephesios. 6. *Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo.*

Tit. 2. *Seruos Dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus.*

Insigne exemplum tuendi principis est Dauid, qui nec iniuria, nec periculo extremo adduci potuit, vt Saulem Christum Domini occideret; & quamuis iam vnctus in regem esset ordinationem tamen Dei in adeunda regni possessione expectauit. Parendum itaque & impio principi, nisi impia præcipiat. Et sane si iudicium Dei in illos consideremus, qui regibus etiam malis restiterunt, vix vllos sua morte functos inueniemus. Iulius, Augustus, Tiberius, cæteri innumeros insidiatores trucidarunt, vt non modo illi, qui ausu potiti sunt, vt Brutus, Cassius, Trebonius, Caius, Chærea, Lupus, aliique, sed plurimi etiam qui in facinore deprehensi sunt, pessime perierint, quin & successores qui sanguine priorum regna adierunt, exemploque suo periti perierunt. Tacitus 1. hist. de Galbæ & Pisonis à Vitellio cæsis. *Plures quam CXX. libellos præmia exposcentium, ob aliquam notabilem eo die operam Vitellius postea inuenit: omnesque conquiri & interfici iussit, non honore Galbæ, sed tradito Principibus more, munimentum ad præsens, in posterum vltionem.*

VERSVS 3.

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac; & habebis laudem ex illa.

QVÆSTIO I.

Cui principes sint timori?

§. 1. GRæce est: οὐκ εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων. *Non sunt timor bonorum operum;* nonnulli libri τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ. Bono operi, vsitatissimo Hebræis loquendi modo, pro, bona operantibus. Tertullianus in Scorpiaco Non sunt timori bono operi, sed malo. Interpretes probari putant, principi parendum esse. Nam illi qui terrori est malis operibus, non bonis, ideoque bona imperat, vetat quæ contraria, est obtemperandum: Hoc autem facit potestas. Alij dignum est damnatione eum, qui honesta iubenti, prohibenti praua restitit. Alij reddi causam, cur sibi ipsis damnationem acquirant. Nam in causa non est potestas lege puniens, sed qui potestati resistunt, pœnam suæ imputare contumaciæ debent. Malus ergo debet timere potestatem; nam bonus non habet, quod timeat. Absolon scelus transfigitur, non est mortis causa seueritas Dauidis, sed scelus ipsius. Omnia illa recte dicuntur. Præcipue tamen probat, resistentes potestati damnationem acquirere: iustam scilicet. Nam potestas vt scelerum sit vltrix, armatur, non ad bonos, sed improbos. Finis magistratus est, sceleribus obstare, promouere virtutes. Nunquam ergo limites illos transgredi oportet, vt aut mala foueat, aut bonis sit terrori. Non dicit, quid semper fiat, sed quis finis potestatis sit à Deo constitutus. Crebro praua iubent principes, & bona vetant: sed illis parendum non est, cum eorum edicta diuinis legibus repugnant.

Principes malis timendi sunt.

§. 2. Nec modo grauissime delinquunt, qui aperte, & vi principum iussa contemnunt, sed multo magis, imo perniciosius, qui fallacijs, prauisq; artibus principes circumueniunt, vt noxia iubeant, aut ne recte imperata ad exitum perducantur. Tetrior illa est inobedientia, cum principis infamia semper, & plerunque Reipublicæ ruina coniuncta. Exemplum horum est in Esther 16. & alijs Scriptoribus. Multi bonitate principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes; in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subuertere, dum aures principum simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur historijs & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur.

Eadem exempla omnis ætas vidit, & nostris temporibus multi diu captiuas principum aures tenuerunt, donec non sine concussu ipsi euerterentur. Quæ de re vberius in Politicis egi, & totus pene mundus hodieque agit.

QVÆSTIO II.

An bene agentes non metuant? & quam laudem habeant?

§. 1. Ciuilium legum pœnas non metuit, qui in leges non commisit, legibus nihil debet. Si occidatur iniuste, habet, quod gaudeat. Quamuis autem in magnis atque etiam legitimis imperijs, multa metuere possint innocentes; nempe calumnias, iniquas principis iras, falsas sententias, expilationes, non sunt illa tamen effecta potestatum, sed hominum delicta. Et non ita frequentia sunt, nisi cum imperium in tyrannidem manifestam conuertitur. Quin etiam immanissimorum tyrannorum extant leges æquissimę, ex quibus hodieque lites deciduntur. Præcipue instruit principes, & docet eam debere esse gubernationem, quá malus metuat, bonus amet, sibique de ea gratuletur, magna sit vis pœnarum, & præmiorum ad virtutem tuendam.

Finis principatus bonus, ex abusu eius malum.

§. 2. Laudem promittit bene agenti, qua voce, Hebræo more, multi omnia commoda ciuilia interpretantur significari. Ita enim solent interdum vsurpare תהילה thehilla. Bono ergo laus venit ex potestate facientis, malo timor non ex sæuitia iudicis, sed atrocitate criminis, vt Augustinus l. 1. contra Epist. Parmeniani c. 7. Quod si aliquando contrarium eueniat, abusum potestatis, fortiter feret Christianus, vt Augustinus docet serm. 6. de verbis Domini. *Sed quid si illud iubeat quod non debeas facere? Hic sane contemne potestatem. Timendo potestatem, ipsos humanarum rerum gradus aduertite: Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est? Tamen si contra proconsul iubeat, non vtiq; contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prælata est. Rursum si aliquid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse seruiendum? Ergo si aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum, esto mihi in obsequium. Rectè, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi assumenda est fides tua, tanquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra te potens, acuit nouaculam vnde capillos radat, non vnde caput incidat. Quod dixi modò audistis in Psalmo, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Quare dolum potentis mala nouacula comparauit? Quia non admittitur nisi ad superflua nostra. Sicut capilli in corpore nostro tanquam superflui videntur & sine detrimento carnis raduntur, sic quicquid potest tibi facere iratus potens, inter superflua tua numera. Tollit paupertatem tuam, nunquid tollit diuitias tuas? Paupertas tua, diuitiæ tuæ in corde tuo. Superflua tua potuit tollere damno potuit afficere permissus & vsque ad lædendum corpus. Etiam ista vita cogitantibus aliam vitam, ista inquam vita inter superflua deputanda est. Nam & martyres contempserunt illam. Non vitam perdiderunt sed vitam acquisierunt.*

Atq; hoc pergit expolire v. 4. *Dei enim minister est.*

§. 3. Confirmatur his verbis vis magistratus contra Libertinos, & Anabaptistas, de quo cap. 2. l. 6. politicorum.

VERSVS 5.

Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

QVÆSTIO I.

An obedientia magistratui ob conscientiam sit præstanda?

§. 1. Quædam imperia magistratuum conscientias obstringunt, quædam minime ad ciuiles tamen pœnas obligant violatores, de quibus lib. 5. politicorum egi. Duæ ergo parendi necessitates sunt; prima propter iram, altera propter conscientiam. Pareus hoc sane contra suos seuere vrget. *Contra opponere se magistratibus est ordinationi Dei, & Deo resistere, est θεομαχεῖν, gigantum more; hæc insana θεομαχία est peccatum mortale sauciens conscientiam & excutiens fidem. Conscientia mala subit tanquam internus tortor & carnifex animi, quod viri boni nostram turpitudinem auersentur, quod Deus ipse sit nobis hostis, & iamiam instet scelerum seuerus vltor, abscturus in æternas pœnas nisi fiat remissio.*

Hæc si vera sunt, quid illis futurum est Caluinianis qui toto orbe hoc tempore magistratibus suis hostem quærunt? Porro quando lex obliget conscientias, aut mandata principum l. 5. Politicorum c. 9. explicaui.

VERSVS 6. & 7.

Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

QVAESTIO I.

An iuste tributa imperentur?

§. 1. Tributa φόρους appellant Græci ab inferendo, vndecunque sint orta: ex portorijs, censibus, pastione, agricultura. Syrus ad vnum genus retulit nempe *capitationem*, nam vocat כסף רישא *cesiph rischa, argentum capitationis.* Græce hoc loco τελεῖτε quod est dare tributum: etsi non addatur dictio φόρους, quæ tamen hic addita est. Duæ causæ sunt tributi dandi; quia sunt λειτουργοὶ publici ministri Dei, deinde, ad hoc seruiunt, incumbunt προσκαρτεροῦντες cum patientia & perseuerantia exspectantes. Non vt tributa colligant, sed vt pœna malos coerceant, laude bonos prouehant, ad quod illis opus est potentia, & sumptu, sine quo non est vlla potentia.

Tributa cur præstentur.

De ratione tributorum, Politicorum lib. 8. c. 6.

VERSVS 8. 9. & 10.

Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam: Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

QVÆST.

QVÆSTIO I.

An diligens proximum legem impleat?

§. 1. NEmini debemus cum omnibus quæ cuiusque sunt reddimus, ne tamen id satis putemus. vult vt fiat cum caritate, eam enim esse semper teddimus, semper tamen etiam debemus. Tributus autem modis eam debemus. 1. Cum nihil solutum. 2. cum pars soluta. 3. cum pensio soluta tota, tamen incipit continuo nouū debitum. Volait enim Deus hanc esse quasi censum vtrinque irredimibilem, & perpetuum. Probatio vero, quia si diligimus legem implemus. Compendium enim omnium Legum est caritas probat. v. g. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratus, diliges proximum tuum sicut teipsum. Ostendit inductione ex omnibus præceptis, ea per charitatem impleri, *Instauratur*, Græcè ἀνακεφαλαιοῦται *compendio comprehenditur*, Syrus: *in hoc sermone continetur* בשׁלמתא. *absoluitur*, perficitur. Pseudo-Ambrosius, *consummatur*. Notat Chrysostomus: non dictum πληροῦται, sed ἀνακεφαλαιοῦται, vt breuem facilitatem ostenderet. Tertullianus ad initium ad Eph. *ad initium redigere*. Cyrillus ait: *recapitulare*, quia in omnibus dilectio repetitur, ne vi aut metu sua cuique sed vera caritate reddamus.

Caritas legis compendium.

Chrysostomus, caritatem tale ait debitum, quod semper reddatur, & semper debeatur.

§ 2. Magis v. 10. expunit in quo præcepta consistant. Nempe ne vlla in te lædatur proximus. Alia exemplaria habent τῷ πλησίον, alia τὸ πλησίον eadem sententia. Quantos sibi triumphos canerent Solifideani, fidei abnegatores, si Paulus dixisset, πλήρωμα legis est fides? at cum dicit. *Plenitudo legis est dilectio*, non possunt subterfugere quin concedant, legem posse impleri. Quicunque enim proximum vera caritate diligit, legem impleuit. *Nam plenitudo legis est dilectio*. Quicunque vero legem impleuit, iustus est, ergo qui proximum diligit, iustus est. Iustus ergo aliquis est, qui accepta caritate à Deo, proximum diligit, in cuius dilectione etiam Dei dilectio continetur: diligimus enim proximum propter Deum. Caritate diligimus proximos, vt iusti simus, sine illa nihil agitur. Augustinus l. 3. de doctrina Christiana. c. 14. *Non intellexerunt* (Philosophi) *ne multa commemorem, quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: nullo modo posse vlla eorum gentili diuersitate variari. Quæ sententia cum refertur ad dilectionem Dei, omnia flagitia moriuntur: cum ad proximi, omnia facinora. Nemo enim vult corrumpi habitaculum suum: non ergo debet corrumpere habitaculum Dei. seipsum scilicet. Et nemo vult sibi à quoquam noceri: nec ipse igitur cuiquam nocuerit.*

Plenitudo legis est dilectio.

Et in Enchiridio cap. 117. *Iam porro charitas quàm dicit Apostolus, id est fide ac spe maior, quanto in quocunque maior est, tanto melior est, in quo est. Cum enim quæritur vtrum quisque sit homo bonus, non quæritur quid credat aut speret sed quid amet. Nam qui recte amat, procul dubio recte credit & sperat: qui vero non amat, inaniter credit, etiam si sunt vera quæ credit: inaniter sperat, etiam si ad veram felicitatem doceantur pertinere, quæ sperat, nisi & hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit, vt amet. Quamuis enim sperare sine amore non possit, fieri tamen potest vt id non amet sine quo ad id quod sperat non potest peruenire: tanquam si speret vitam æternam, quamuis non habeat, & non amet iustitiam sine qua nemo ad illam peruenit.*

Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

§. 3. Varijs technis eludere hoc argumentum conantur aduersarij caritatis. Caluinus Nugatorū esse ait. quod præstare id homines non possint.

Respondeo. Si non faciant, nec possunt illa facere homines: nō ergo Caluinus, & qui eius in hæresi detinentur, proximum amant, ne possunt quidem amare. At maiorem dilectionē nemo habet, quam animam ponat pro amicis suis, imo & inimicis. hoc multi fecerunt. Quin & Ioannes Ep. 3. v. 2. *Quos, inquit ego diligo in veritate.* Ita Paulus 1. Cor. 15. 58. 1. Tim. 12. Et Petrus in professione caritati, appellat ad diuinum iudicium. Christus Ioan. 13. 35. in hoc cognituros ait, *quod eius discipuli sint, si se mutuo dilexerint*. Amate ergo proximum possumus, ad proinde legem implere, sed gratiæ diuinæ adiutorio non nostris viribus. Impia ergo est & Timotum μισόθεον illa doctrina, quæ negat mutuō inter homines caritatem. Beza negat Apostolum agere de perfecta, vel imperfecta legis obseruatione, sed commendare caritatem. At hanc ait *implementum legis*; summa enim est commendatio caritatis esse legis impletionem.

Amare proximum possumus.

§ 4. Pareus aliam viam inuenit, vt aiunt, subterfurfures. Dilectionem dicit esse impletionem legis, qua dilectione nihil sit pulchrius. Deinde duplicem ait impletionem legis, vnam partium, alteram graduum. Priorem ait possibilem in hac vita, alteram in altera. De perfecta impletione partium loqui dicit Apostolum. Hanc esse cum næuis, & peccatis, esse dilectionem ea parte, ideo hac nos non iustificari, quia vbi est peccatum, non est iustitia. Stultos esse qui putent, se legem implesse, si vnum proximum diligant perfecte, alios oderint, vel diligant imperfecte.

Respondeo. Dilectionem graduum, seu graduum perfectam non requirit à nobis eam, quæ futura est in alia vita, sed eam solum, quę est huius vitæ. Quæ tamen in hominibus diuersis est inæqualis. Imo talis & in cœlo futura est. Caritas quæ esse in hac vita potest, non cœlestium nobis præcipitur. Næui & peccata venialia non auferunt iustitiam, vt nec fames, sitis, morbi vitam: non enim ista esse nisi in viuentibus possunt. Legem caritatis nemo implet, nisi qui omnes diligit, qui vel vnum hominem odit in eo caritas non est: non modo non perfecta sed nulla.

Perfectio caritatis in hac vita quæritur quala esse potest.

VERSVS 11. 12. 13. & 14.

Et hoc, scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.

QVÆSTIO I.

Quæ monita sequentium versuum?

§. 1. ET hoc, inquit, præstate, ad opera caritatis incumbite, quia scitis iam occasionē esse, particula *hoc* non est referenda ad *tempus*, vt sensus sit, scientes hoc tempus esse. Nam in Græca est τοῦτο quod non potest referri ad καιρὸν, cum sit generis neutri, καιρὸς masculini. Itaque supplenda est sententia vt dixi. Ratio vero est, quia sciunt esse tempus, esse opportunitatem benefaciendi, quæ celeriter effluit, non reditura. Cudendum est, dum ferrum in igne est: nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis

οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.

Non semper æstas erit, componite nidos. Nunc non est indormiendum vitijs, nihil procrastinandum. Hora est è somno surgere, iam propior est nostra salus, quam cum initio credidimus, iam in portu pene sumus, adhuc vno impulsu cymbam promoueamus, & in tuto locabimus. Syrus, *propioris vitæ dicis.*

§. 2. Nox præcessit, an processit? Disputat Brugensis. Existimant quidam, processit, à librarijs, in præcessit mutatum: eò quod vox Græca προέκοψεν, *procedere*, progredi, ad finem tendere, significet. Sane, hæc est vocis propria significatio: secundum quam, Chrysostomus, & clarissime Theophylactus, hunc Apostoli locum enarrauerunt. Significat tamen eadem dictio, & prætetire, transire, præcedere. Vnde veteres Latini aliquando, *Nox præterijt*, legunt, vt Hieronymus in caput 26. Matthæi, quandoque, *Nox transiuit*, vt Cyprianus sermone de zelo & liuore; aliàs, *Nox præcessit*, vt Ambrosius manifeste libri 5. De Sacramentis capite 4. sermoneque 52. & Author commentariorum Ambrosio ad scriptorum sermone 52. B. Ambrosij verba sunt. *Præcessit*, inquit, *nox. non sequitur: vt intelligas superueniente Christi lumine, & Diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & tanto splendore præteritas caligines depelli, surrepentia delicta prohiberi*, Syriaca vox עבר, significat eadem quæ Hebræis עבר ghabar. *Nox nunc transiuit*, Syriacum habet. Apud Hieronymum, libro in Iouinianum primo, & Augustinum, Epistola 80. legitur, *Nox processit*: sed, Hieronymi locum, constat, à correctore mutatum, quem & Titelmannus pro præcessit adfert, quod in alijs exemplaribus præcessit legerit. In Epitaphio Nepotiani, mansit præcessit: quanquam nec hanc constet genuinam esse Hieronymi scripturā. Libri nostri noui Testamenti Latini, Latinique enarratores, Anselmus, Author Glossæ, ac posteriores, præcessit legunt. Cæterum agnoscendum id est, facilem esse lapsum, ex pro in præ, & facilem temeritati mutandi ansam id quod minus intelligit, deniq; processit belle congruere verbo appropinquauit, quamuis non absurde dicatur nox præcessisse, dieiq; appropinquasse, cum nox propinqua est fini, rursum, cum nox & tenebræ miscentur, in diluculo.

Certe Chrysostomus interpretatur τελευτᾷ, Theophyl. πρὸς τὸ τέλος ἐστι. *ad finem est*. Cyprianus de zelo, & liuore, *transiuit*. Videtur sane nox infidelitatis, aurora, vita fidelium, dies, vita æterna.

Ephes. 4. *Iam non ambuletis*. 1. Thess. 4. *Non in passione desiderij*. Eph. 5. *Eratis tenebræ*. Basil. in Ps. 13. Athan. quæst. 19. ad Antioch. Chrys. de vita solitaria, Cyprianus de zelo & liuore. Ambr. Psal. 45. & serm. 52. Augustinus in expositione huius Epistolæ, Theodoretus. *Tempus ante Christum natum.* Itemque Gregor. l. 29. moralium cap. 2. *Noctem fuisse ante Christum natum, diem post resurrectionem. Erat generalis autem nox, deinde lux publica, cuique tamen infideli sua priuata nox, & domestica: sicut ante in communi nocte multis sua dies.* De fide singulorum, intelligitur tamen commodius de Christi natiuitate, quia è principe tenebrarum, opera tenebrarum. 1. quia ex cæcitate. 2. quia tenebris digna, & qui ea faciunt tenebras captant. Arma lucis, quia ex fide, quia à Deo qui lux, quia in luce gestantur. Quia iubet ambulare vt in die, arma induere, alludit ad morem castrorum: nam orto sole ac die nemo discinctus erat, nec arma quam membra magis grauare videbantur. Hæc ad solis ortum recte conueniunt, ortus sol Christus, atque ita dies.

Nox quid sit? Dies

§. 3. Sicut in die honeste iubet ambulare. εὐσχημόνως, *decenter*, vt illi faciunt, qui in publicum prodeunt. Commessationibus κώμοις, proprie κῶμοι cantiones lasciuæ, quales per pagos Baccho sacri, & fecibus ora peruncti canebant, plenæ conuitijs, vnde & κωμάζειν *procaci*, sic, luxuriosa conuiuia. Syrus בזמרא, quod de abundantia, delicijs, cantu, quadam analogia dicitur. Nam Gen. 43. 33. optimæ fruges vocantur זמרא *cantatio terræ*, vt enim cantus est internæ lætitiæ in vocem eruptio, sic & illæ terræ. *In cubilibus & impudicitijs*, verecunde Hebræus ita appellat, *adulteria similiaque tabilium peccata. Sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum. & carnis curam ne feceritis in desiderijs* Chrysostomus: *Dominum ipsum Regem noba vestimenti loco tradit, hunc enim indutus vniuersam in omnibus virtutem habet.* Induere Christum est ei per virtutes similem reddi, non eius iustitia iustum esse nam addit effectum huius: *carnis curam ne feceritis in desiderijs*, quod Aug lib. 4. c. 20. de doctrina dicere mallet. *prouidentiam carnis*, cum Græce sit πρόνοιαν. *In desiderijs*, ἐπιθυμίας. Beza, *ad expleadas cupiditates*. Castalio, *cupiditatibus indulgendo*, nimium recedit à verbis, & nonnihil à mente, non enim solum vetat ne cupiditates expleamus; ijs indulgeamus sed desideria etiam, consensus, delectationes morosas negligentiam in retundendis.

κῶμοι

§. 4. Refellitur hic impia & probrosa Caluinianorum doctrina: qui fragile desiderium seu studium virtutis satis esse docent ad pietatem, etsi sæpe succumbat. Nam reipsa carnalibus desiderijs resistendum est. Hæc verba quomodo Augustinum ab errore, & mala vita liberarint, loquente intus Spiritu Sancto, apud ipsum legere præstat.

❧(?)❧

CAP.

CAPVT XIV.



NFIRMVM autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Domino sapit: Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi: scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scio, & confido in Domino IESV, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid commune esse, illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est regnum Dei esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto: qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus Dei: omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat. Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

IN CAPVT XIV

ARGVMENTVM.



ARITATEM tanquam vnicam ad salutem viam impense commendarat, ad eam etiam legem & prophetas reuocarat, quid fugiendum, quid faciendum in vita, erga proximum quæ officia præstanda dictaret, explicuerat. Nunc in rebus adiaphoris natura sua, cæremoniisq;, & consensione externa eam etiam necessariam esse docet. Cum enim Christianorum pars è Iudæis, pars ex gentibus oriunda esset, oriebatur ex vtriusq; populi instituto morum dissimilitudo, inde temeraria iudicia, disputationes, contemptus. Iudæi ciborum delectus, dierum discrimina, & alia in precio habebant: qui ista negligerent, eos damnabant. Gentes ista ridebant, inde in Ecclesia erat perturbatio. Tanto malo Apostolus mederi conatur, ne fortiores spernant infirmos, nec hi iudicent illos.

VERSVS I.

Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

QVAESTIO I.

Quale praeceptum de infirmis assumendis?

§. 1. NNon inter Christianos, qui ex gentibus, & qui ex Israelitis, erat superba illa disceptatio, de electione & reiectione, sed vtriusque populi, mores quotidianam dissensionis materiam præbebant: Apostolus contentiosis & argutis disputationibus videbat rem nō posse componi: itaque commune præceptum è iure naturæ sumptum proponit. Nimirum vt illi qui firma fide tenent, rerum adiaphorarum sibi liberum vsum esse concessum, iudaicis ciborum, aut festorum cærimonijs se non astringi, non contemptu, nec offensa, nec contentionibus alios deijciant, vt dubitare, & desciscere à religione incipiant, sed eos assumant. προσλαμβάνεσθε, inquit, hoc est, *cum cura, benignitate suscipite*, vt solent hospites & amicos illi, quibus est iucundus eorum accessus. Sic ad Philem. 12. & 17. Syrus habet: הבו לה אידא *habu leh ida, date illi manum: auxilio este.* Nam infir- *Infirmi tolerandi.*

mos in itinere manu data adiuuamus. Hoc quomodo faciendum sit, deinde exponit, Nempe tolerando patienter ignorantiam, & infirmitatem. Non enim peccant infidelitate; nondum enim satis libertatem suam perceperunt, adhuc residet in animos eorum timor, ne forte Deum offendant, si porcinam edant, si sabbatis opus faciant. Hos mansuete instituere oportet, nihil vero agere, quo offendantur. Qui infirmus fulciri, & sustentari expetit, non premi, & impelli.

§. 2. Conatus quidem fortiorum in erudiendis infirmis apparet, sed nihil eo effectum est: cum enim iusta moderatio, & suauitas abesset, successum non habuit: *Quare assumite*, inquit, non in disceptationibus cogitationum. *μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Non in disceptationes cogitationum.* Syrus, *non sitis diuisi, seu discordes in cogitationibus vestris.* Διάκρισις est disputatio, certamen dubitatio. Διαλογισμός, vt habet Plato in sophista. Est λόγος ψυχῆς πρὸς ἑαυτὴν ἄνευ φωνῆς *Est locutio cum seipso alloquitur animus sine voce.* Itaq; noster vertit cogitationem, nō disputationem. Mos Apostoli est, cum remedia vitijs adferre constituit, ad ipsas radices admouere sarculū, ne lolia recrescant, argutas, odiosas, & cōtentiosas disputationes è medio tollere voluit, quę infirmos exasperant, quod inscitiæ exprobationem magis quam consolationem cōtineant, & infirmis scientiæ ostentationem prętetant potius quā caritatem. Hoc vt faciat; ipsas cogitationes vnde contentiones originem accipiūt, reprimit: nihil in ore quod non fuit in mente: si mens pacata est, in litem nulla vox erumpet. Si cogitationū in corde certamina vigent, fieri non solet, quin spicula sua aliquando

Cogitatio recte informata verbis non facile peccat.

lingua vibret. Malo itaq; eam ob causam vertere cum antiquo interprete cogitationum, quā disputationem: ita & Syrus maluit. במחשבתכון *bemaschebabthechun: in cogitationibus vestris.* Chrysostomus paulo aliter. Nam eos, qui non eadē peccant, quæ infirmus, resistunt tamen eius curationi dicit διακρίνεσθαι, iudicari. Apud Oecumenium habent Scholia. *Tantopere eos delinquere, vt etiam illi qui ipsis communicant, oporteat, διακρίνεσθαι, καὶ χωρίζεσθαι, diiudicari, seu discerni & separari.* Verum communis interpretatio tenenda est. Non esse litigiosa, & dura cogitatione recipiendos, vnde disputationes non profuturæ nascantur. Ita in Concilio Niceno philosophum non arte sed Dei Spiritu vicit sanctus Episcopus. Et nimia fere altercatione veritas amittitur.

VERSVS 2.

Alius enim credit se mãducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.

QVAESTIO I.

An Canonicus ciborum delectus sit vetitus.

§. 1. CRedit licere omnibus vesci, seu quibusuis, vt 1. Cor. 10. *Omne quod in macello, &c. manducet*, Græce ἐσθίει, *manducat*, & recte habet, si tamen imperatiuus relinquatur permissio est nō imperium. Sic autem legit Ambrosius l. 6. comment. in Lucam. Epist. 82. & Hieronymus lib. 1. in Isaiam. Lib. 3. in Epist. ad Galat. Caluinus etiam hanc non improbat. Notat Chrysostomus: Conuersos à Iudæis solitos esse à suilla, similibusq; abstinere ignoratione suæ libertatis, & timore peccandi, sed ne à gentilibus firmis, aut alijs etiam Iudæis conuersis reprehenderentur, ab omni prorsus carne abstinebant, & olus manducabant, vt viderentur esse Christianæ pietatis, non cæremoniale ieiunium, hos tam bonæ voluntatis Apostolus instituit, & firmioribus tam serio commendat: Vt si quis ne occasione vini inebrietur, votum faciat omninò à vino abstinendi. Idem, Teste Augustino, in cibis immolatitijs faciebant: ne enim scrupulose eos vitare viderentur, omnes carnes fugiebant.

Abstinent… cibarum… reprobanda.

Augustinus sermone 62. de tempore. Nazianzenus Epist. 74. Celeusium reprehendit præfectum, quod non ieiunet. Insaniunt ergo Nouatores cum Papæ tyrannidi legem ieiunij tribuunt. Nam ipsi hoc tempore & Pontifices sanctos, & eorum imperium nusquam nisi in Romana Ecclesia agnitum contendunt. Quomodo eius imperio tantum præceptum toto orbe seruabatur? Bellarminus libro secundo, capite septimo, de bonis operibus. Actorum 15. Apostoli iubent abstinere ab idolis, suffocato, sanguine, ergo Christianis possunt Apostolorum successores abstinentiam iniungere, nam vt ibi finis est vt Iudæi & gentibus facilius in vnam Ecclesiam coalescerent, ita nunc vt caro edometur, oratio purior sit: solent enim illa sancti coniungere.

§. 2. Quamuis hoc loco nihil cōtra ieiunia probetur, tamen omnes ad vnū nouatores, Pauli sententia ad carnis licentiam abutuntur. At Paulus non vetat Christianorum ieiunia, nō prohibet colidiem dominicam: non alia festa. Sed Iudaicas ciborum differentias, & Iudaica festa docet non obligare Christianos. Ita Chrysost. Theodoretus, cæteri Græci, & Latini docent. Imo ipsi sectarij hoc loco. Pareus, Beza, Caluinus, Bullingerus, Oecolampadius, Wigandus, Cornerus, Strigelius, cæteri. Quæ vero insania est, velle nouam legem pariter cum veteri abrogatam censeri? An quia abolita est circumcisio, etiam deseretur Baptismus? An quia agnum non immolamus, Eucharistia etiam abstinebimus? An quia dies azymorum, tabernaculorum, Neomenias, aliasq; festiuitates, nesciunt Christiani, etiam diem Dominicam, Paschatis, Natiuitatis negligemus? Certe ieiunium ab Apostolis iussu Domini institutum testis est Clemens Romanus l. 5. c. 17. constit. Apostolicarum. Successorum est autem ea potestas, quæ fuit antecessorum. Possunt enim ob varias causas ieiunia imperare Episcopi, quibus parendum est. Quia vero Pareus longe sic disputationem contra ieiunia contexit, breuiter respondendum est.

Iudaica abstinentes, non Christianorum ieiunia sublata.

§. 3. Apostoli synodico decreto iudicarunt abstinentiā ab aliquibus cibis, idolothytis, suffocato, sanguine esse Christianis necessariam act. 15. ergo quædam abstinentia est necessaria Christianis. Bellar. l. 2. c. 7. de bonis operibus.

Cauillatur Pareus, etsi Apostolis licitum fuerit, non tamen Episcopis, Apostolicam auctoritatem non habentibus. Deinde nō prohibuisse vesci carnibus, ouis, &c. Denią; illa præcepta ad tempus fuisse imposita, donec cessaret scandalum. Legē illam nunc, præsertim in occidente abrogatam.

Respōdeō. In Ecclesia manere semper auctoritatem regendi, vetandi, iubendi: non n. debet esse acephalos Christi cōgregatio. Quare & Apostolus monet, vt seruēt præcepta sacerdotum. Nobis satis est aliquos cibos esse vetitos ab Apostolis, quos aliquando Christiana libertas per se non respuit. Ob-

Aliquis ciborum delectus necessaria.

iiciat

tinemus ergo illud. Aliquem delectum ciborum in Ecclesia constitui potuisse, & constitutum esse: hec contra eum agi quicquam à Paulo qui alijs Apostolis nequaquam contrarius est.

Sanxisse etiam in ieiunio certorū ciborum abstinentiam testis est Clemens Rom. p. 71. *Ieiunate igitur diebus Pascha, incipientes à secunda feria vsq; ad sextam, & sabbatum sex diebus pane tantum, sale, oleribus, & aqua mensa adhibitis: Abstinete his diebus vino, & carne, dies quippe luctus, & non festi sunt: sexta tamen feria & sabbato ex toto manete ieiuni, qui ita firmis viribus estis, vt ferre possitis, nihil prorsus gustantes vsq; ad nocturnū gallicantū. Si quis vero propter imbecillitatem vtrumq; diem coniungere non potuerit, saltem sabbatum seruet, ait enim Dominus de se, quando ablatus fuerit eis sponsus, tum ieiunabunt in diebus illis. His itaq; diebus ablatus fuit à nobis Dominus à Iudeis, quos sic falso vocant, & in crucem actus, & cum maleficis deputatus. Quamobrem monemus vos, vt his diebus ieiuni maneatis vsq; ad vesperam, sicut & nos ieiunauimus cum ablatus fuit à nobis: reliquis vero diebus ante sextam feriam, edite hora nona, aut vespere, aut pro ratione virium, vt quis potest: sabbato autem vsq; ad gallicantum ieiunium producite, & illucescente vna sabbatorū, qui est dies Dominicus desinite.* Credo aut certis locis tam seuera ieiunia instituta, aut sane non omnia præcepta fuisse. Licet à carnibus abstinuerint. Sed de varietate alio loco dicam. Quod de scandalo proponit, non soluit, sed ligat nodum. Si enim Ecclesia potest prohibere ob finem honestum, nempe ne scandalizentur infirmi, in sanguine, suffocato, idolothyto, nonne eadem idem potest imperare ob alios fines legitimos & honestos? propter edomādum corpus, & animas in orationibus amplius humiliandas? vt docet August. l. 3. c. 5. contra Faustum. Nonne donus est, ob alienā, & vitiosam quidem, culpabilemq; infirmitatem mea me libertate priuari, vt vesci nō liceat, quod Deus donauit, quā si libertas mea ob meum bonū differatur? Falsum etiam est, legem illam ob solum scandalum vitandum obligasse, nam etiam solos, & si præsentes essent, qui non patiebantur scandalū obligabat. Abstinete n. simpliciter iubet Spiritus S. non tantum vt scandalum vitetur: licet ex scandalo occasio esset. In Britannia etiam lege regia certis diebus abstinentia à carnibus imperatur, exigitur, pœnaque sancitur. Cur ergo vetat audiri Ecclesiam ut absit scandalum? cum non sit Ecclesia, si audienda non est, nisi in eo, quod iam ante facere debueras. Obedire iubemur præpositis, illis ergo potestas imperandi collata est. Conceditur obediendū ad ἐυλαξίαν conseruādam: at ieiuniorū modus etiā ad ἐυλαξίαν pertinet. Synodus Apostolica præcipit, abstinentiā à cibis quæ nec satis literis, nec vlla Dei lege sanciebatur: non enim lex Mosis obligabat amplius: Hic obedientia fidelium cultus erat Dei, & aliorū inobedientia, aduersus Deum erat rebellio: eadem etiam nunc est ratio ieiuniorum. Est n. exercitium temperantiæ, qua virtute Deus ipse coli etiam in paradiso voluit.

§. 4. Traditionem Apostolicam esse delectū ciborum suscepto ieiunare consentiunt veteres. Vt Bell. l. 4. de verb. Dei c. 3. 6. 7. demonstrat.

Pareus, variā ieiunandi rationē fuisse ex Irenæo, Eusebio, Socrate, Sozomeno probare nititur. Deinde licet Hieronymus, & Leo ieiuniū quadragesimæ ad apostolos referāt. Telesphorus tamē in sua decretali à se statutum scribit, vt septem septimanas plenas ante Pascha clerici ieiunent. T. 1. Concil. pa. 80. Et Chrysostom. homil. 47. in Matthæum non dicit: ieiunium suum imitandum, &c.

Ieiunia vetera.

Non solo scandalo vitando abstinebant.

Denique Hosius dicit, ab Ecclesia institutum. Respondeo. Ieiunia non fuisse à principio libera, sed varia, in ea varietate fuisse aliquam libertatem, hoc vel illo modo ieiunandi. Necessitatem ieiunij ostendit præceptum Apostolorū, & veteres quos ante citaui testantur. Varietas nō ostendit libera fuisse ieiunia, sed variū modum, & quosdam non probandos. Nec aliud est apud Irenæum, quē producit Eusebius l. 4. c. 24. historiæ. *Non enim de die pascha tantū solum, sed etiam de ieiunij ratione est ista contentio controuersia, quidam vna die se ieiunare oportere existimant: alij duos, non pauci plures, multi quadraginta: atq; diurnis nocturnisq; horis numeratis, diem suum metiuntur, ac statuunt. Atq; eiusmodi eorum, qui hac obseruabant ieiunia, varietas ac discrepantia, non iam nostra ætate cœpta est. Verum etiam longe ante apud maiores nostros, qui (vt coniectura assequi licet) non accurate consuetudinem eorum, qui vel simplicitate quadam, vel priuata auctoritate aliquid in posterum statuissent, obseruarunt.*

Varietas legitimā causam habet, non modo personarum diuersitatem, sed etiam locorum, & rerū quas Dominus in cibum concessit. In locis calidissimis & feracissimis multa sunt, quibus abstinere possunt, quæ in alijs recte vsurpant. Hæc ergo talia regionum consuetudine, & Episcoporum cōcilijs sunt constituta. Quin & hodie alius est modus ieiunandi in Hispania, alius in Germania. In tempore sane olim diuersitas fuit, nec sine multorum priuato inmerore, vt patet apud Dionysium Alexandrinum epist. ad Basilidem. *Obseruandum est hic quoque, non omnes ieiunantes sex postremos ieiuniorum dies æqualiter obseruare, neq; vno omnes modo in ieiunio eos traducere. Sunt enim qui omnes, citra vllum omnino cibum transmittant. Sunt rursum, qui duos, aut tres, aut quatuor prorsus ieiuni transigant. Sunt demiq;, qui ne vnū quidem absolute obseruent. Iam qui propter diuturnā inediā plane defatigati, prope; virium imbecillitate tantum nō prostrati sunt, illi sane venia digni sunt si intempestiuum cibum sumant. Qui vero quatuor primos luxu vorim, quam in ieiunio exigunt, duos autem postremos tātum, Sabbatum videlicet, & pro sabbatum omnis cibi expertes traduxerint, illos, tametsi magnum quiddam atq; præclarum sese præstare arbitrentur, si vsq; ad auroram in ieiunio perdurent, non paucū ijs certamen inire, aut laborem subire existimo, qui pluribus diebus puro illo absolutoq; ieiunio sese maceraruut.*

Necessaria est in ieiunio diuersitas.

V. de & Concilium Nicenum. c. 5. Quod autem Hieronymo, Leoni, & alijs Telesphorum opponit, & concludit, *Si verū dicit Telesphorus falsum illos dicere: Si illi verū dixēt, mentiri Telesphorū, plane imperite & impudenter agit.* Hieronym. ad c. 4. epist. ad Galat. *Dicat aliquis: si dies obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos, nos quoq; simile crimen incurrimus, quartam sabathi obseruantes, & parasceuen, & diem Dominicam, & ieiunium quadragesimæ, & Paschæ festiuitatem, & Pentecostes lætitiam, & pro varietate regionum diuersa in honorem Martyrum constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet: Non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse, quos nostros. Nec enim nos azymorum Pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis: nec septem iuxta morem Israel numeramus hebdomadas in Pētecoste, sed Spiritus S. veneramur aduentū. Et ne inordinata cōgregatio populi fidē minueret in Christo, propterea dies aliquot cōstituti sūt, vt in vnū omnes pariter veniremus, &c. Ieiunia & cōgregationes inter dies propter eos à viris prudētibus constitutos, qui magis sæculo vacāt, quā Deo, nec possunt, imo nolūt toto in Ecclesia vita sua tēpore cōgregari, & ante humanos actus Deo orationū suarū offerre sacrificium. Quotus n. quisq; est, qui saltem hæc pauca, quæ statuta sunt vel orandi tempora, vel ieiunādi, semper exerceat? Itaq; sicut nobis licet vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem Dominicam accepto*

Dvme;

Domini corpore indesinenter celebrare gaudentibus: non ita & Iudæis fas est omni tempore immolare agnum, Pentecosten agere, tabernacula figere ieiunare quotidie.

Et Epist. 54 ad Marcellam. *Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Illi (Montanistæ) tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Salvatores Non quod & per totum annum excepta Pentecoste ieiunare non liceat: sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.* Et Epist. 7. ad Lætam. *In quadragesima continentiæ vela pandenda sunt, & tota auriga retinacula equis laxanda properantibus, quanquam alia sit conditio secularium, alia virginum & monachorum. Secularis homo in quadragesima ventris ingluviem decoquit, & in cochlearum morem succo victitans suo, futuris dapibus ac saginæ aqualiculum parat. Virgo & Monachus sic in quadragesima suos dimittant equos, vt sibi meminerint semper esse currendum: finitus labor maior, infinitus moderatior est: ibi enim respiramus, hic perpetuo incedimus.*

Leo serm. 3. de ieiunio septimi mensis cap. 2. & serm. 1. de quadrag. c. 3. & serm 5. c. 3. & serm. 11. c. 1. monet seruandum ieiunium. Originem vero eius ad Apostolos refert sermone 2. de Pentecoste c. 9. *Ad præsentem autem solennitatem etiam ista nobis est assumenda deuotio, vt ieiunium, quod ex Apostolica traditione subsequitur, sancta obseruantia celebremus. Quia & hoc inter maxima Spiritus S. dona numerandum est, quod nobis aduersum illecebras carnis, & insidias diaboli, ieiuniorum sunt collata præsidia, quibus omnes tentationes, Deo iuuante, vincamus. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus, Sabbatho autem apud B. Petrum Vigilias celebremus.*

Hæc duo illi sanctissimi & doctissimi patres; nunc videndum an tale aliquid à Telesphoro dicatur, quo vel ille, vel isti falsum dixisse conuincantur, quod futurum est si pugnantia dixerint. Verba Telesphori sunt. *Credimus, sanctam fidem vestram in Apostolorum eruditione fundatam: & hanc tenere, hanc populis vniuersis exponere, quæ videlicet à constitutis Apostolorum, eorumque successorum, nulla ratione dissentit, per quos iustum est cæteros erudiri. Quapropter cognoscite à nobis & à cunctis Episcopis in hac sancta & Apostolica sede congregatis, statutum esse, vt septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha, omnes clerici in sortem Domini vocati, à carne ieiunent: quia sicut discreta esse debet vita clericorum à laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet fieri discretio. Et sicut laici & seculares homines, nolunt eos recipere in accusationibus & infamationibus suis, ita & clerici debent eos recipere in impulsationibus suis, quoniam in omnibus discreta debet semper esse, & segregata vita & conuersatio clericorum, ac secularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati diuinis cultibus, & familiares Domini dicuntur salvatoris, ita moribus & conuersatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunent, & hymnis vigilijs atque orationibus Domino inhærere die noctuque studeant.*

Telesphorus contra alios nihil dixit.

Habes verba, lector, nunc considera an repugnent alijs. Primo profitetur se nihil, quod ab Apostolorum constitutis dissentiat, statuere. Deinde solis clericis septem hebdomadas præscribit, non Laicis, hoc est duos addit dies, quæ lex tamen iam desijt. Tertio rationem reddit: vt sit in ieiunio clericorum & Laicorum discretio. Iam ante ergo clerici & Laici ieiunabant, sine ieiunij discretione, neutri septem hebdomadas plenas, discrimen tantummodo posuit Pontifex. Vbi est igitur tanta impudentia, quæ sic insaniat, vt dicat. Cum ante eodem tempore Clericorum & Laicorum ieiunia circumscriberentur, Telesphorus discretionem fecit, & clericis septem hebdomadas se assignare dicit, vt discernantur à Laicis, ergo primus ieiunium quadragesimæ instituisse dicit Telesphorus? Contrarium clarissime elucescit, ex ipsis Telesphori verbis. Canon Apostolicus est 68. Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευήν, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. *Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor sanctam Paschæ quadragesimam non ieiunat, vel quartam diem, vel parasceuen, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: si sit autem laicus, segregetur.*

De quo doctissimus & diligentissimus Seuerinus Binius p. 18. *Sub eadem censura qua ieiunium quadragesimale præcipitur obseruari ieiunium feria quarta & sexta, idque ad commemorandum Christum Dominum feria quarta venditum, & sexta feria crucifixum. Apostolica autem auctoritate hæc nobis tradita ac demandata esse inde probatur, quod S. Ignatius epistol. 8 ad Philip. Tertull. lib. de ieiunio, Clem. Alexand li. 7. Strom. vltra medium, Origenes hom. 10. in Leu. Epiph. in compend. doctr. Hieron. in c. 4. ad Galatas, August. in epist. 86. ad Casulanum, &c. Huius ieiunij velut antiquissimi instituti meminerunt. Cum igitur secundum regulam S. August. in epist. 118. ad Ianuar. & li. 4. de Baptismo c. 24. Illa omnia sint dubio ex Apostolica traditione descendere, quæ in vniuersa Ecclesia obseruantur, & in nullo Ecclesiæ Concilio instituta inueniuntur, certum est ieiunia quadragesimæ, quartæ & sextæ feriæ ab Apostolis institutæ esse: nam horum fit mentio apud auctores, qui omnia Concilia excepto Apostolico præcesserunt Extra quadragesimam feria sexta & quarta, nunc sabbato. (Ieiunium enim feriæ quartæ in latina Ecclesia nunc translatum est in sabbatum:) ieiunantes ex lege & præcepto à carnibus, ex arbitrio & beneplacito à prandio abstinent. Vide Baron. an. Christi, 57 n. 199. & seq. Bellar. de bonis operibus in prim. l. 2. c. 17.*

De Hosio non laboro, ieiunium ab Ecclesia institutum dicit, quia à magistratu Ecclesiæ

§. 5. Delectus ciborum nulla Scriptura prohibetur, si non Manichæo furore immundos putemus, sed studio domandæ carnis delicijs abstineamus, quod ad gloriam & cultum Dei pertinet: nullus autem in perpetuum cibus prohibetur sed ad certa tempora pœnitentiæ abstinentia restringitur, vsum carnium differimus, non omnino damnamus.

Pareus censet liberum esse, quod non prohibetur, quod autem liberum est, non posse prohiberi ab Ecclesia in adiaphoris, nisi ordinis vel decori causa.

Hoc iam ante refutatur. Ieiunij aliquis modus & ordo, ob certas causas institutus est; & ipsa quadragesima ab Apostolis, qui tamen & olim, & nunc pro locorum & temporum diuersitate potest mutari. Si autem Scriptura non prohibet, cur vetat Caluinista? At superstitiosus est. Minime gentium, quæ est enim superstitio imperare fidelibus, oraturis, Eucharistiam sumpturis, Deum placaturis sancta ieiunia? An & Rex Niniuitarum superstitioso ieiunio Deum placauit, ne ciuitas interiret? An medicus febrientes curat inedia, non potest medicus spiritalis carnis petulantiam subtractis delicijs aliquando coercere? Ad alia quæ obijcit responsum est in aliorum Scripturæ locorum expositione.

VERSVS 3. & 4.

Is qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim il-

[illegible] assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum [illegible]uum? Domino suo stat aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.

QVAESTIO I.

Quae norma in iudicio de alijs seruanda est?

§. 1. VTrinque peccabant, Troianos extra [m]uros & intra. Fortes in fide, infirmos vt passim dictos, nimium scrupulosos contemnebant. Illi è contrario, vt est iudiciosa inscitia alios vt [illegible] imperant [illegible], vt violatores & irrisores diuinae legis iudicabant. Hinc schisma, & querelae. Illos à contemptu, hos à iudicio temerario iubet abstinere. Insignis est vero doctrina in omnibus adiaphoris tenenda, in omni hominum genere, vt nemo id solum expetēdum iudicet, quod ipse elegit, alia negligat. Maritum coelebs non contemnat, coelibem ille non iudicet. Non militem negociator, non ille ciuem, non Monachum Canonicus, non ille canonicum. Quod natura sua malum non est, non exaggeretur maligna suspicione. Porro de illis quae vere adiaphora sunt, hoc esto iudicium. Nam si vera scelera committi videamus, non verebimur rem suo pondere & natura aestimare. Nec cum sectarijs nobis potest esse discordia, cum illi adiaphora censeant, quae non iam lege sancita esse scimus, ideoque facta necessaria. Qui enim [illegible]um tecit, non bibiturum se vinum, non est illi liberum resumere, quod abdicauit.

Iudicia vtrinque vitanda.

§. 2. Porro duas grauissimas rationes producit quae à temerario iudicandi & contemnendi studio inhibere nos debeant. *Deus illum assumpsit,* [illegible] ro, 1. societatem nempe filij sui, in amicitiam. Syrus קרבה *karbeh proximum, coniunctum fecit* Grand[illegible] [illegible] autem [illegible], spernere, quem Deus nobilitat, damnare quem absoluit. Error multis frequens, sed pestilens damnare, contemnere quos Deus in precio habet. Neminem tu contemne, ne amicum summi regis spernas. Bene Aug[ust]. serm. 202. de tempore. *Audiuimus Euangelistam [dic]entem, fratres charissimi, Nolite iudicare, vt non iud[icem]ini. Quid est hoc fratres, cum ipse Dominus in alio loco [E]uangelij dixerit. Nolite secundum faciem iudicare, sed [rect]um iudicium iudicate? Et alibi dicatur, Iudiciū verum [iudic]ate? Non enim sibi diuina lectio contraria esse potest, [si se]nsū dectum sobrium quaerit. In conuersatione humana, [dile]ctissimi fratres sunt aliqua quae rationabiliter reprehēduntur, [s]unt vero quaedam quae non sint peccato iudicantur. Aperta enim mala & iudicari & argui debent: illa vero [qu]ae ignoramus, & vtrum bono an malo animo fiant, scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Verbi gratia: Vide[s h]ominem frequentius ieiunantem: congaude & noli [eum] iudicare, quia potest hoc & pro humana gloria fieri, Sed [et] noli vituperari, quia potest & pro Deo & pro anima [ieiu]nare. Vidisti alium indicto publico ieiunio vel[le] [pran]dere? cum dilectione admone. Si dixerit pro stomachi [la]ngore se ieiunare non posse, crede, & noli iudicare, quia [licet] potest fieri, vt per gulam vel luxuriam prandere [vel]it, & pro infirmitate ieiunare nō possit. Vidisti alterum [fr]atri suo cum seueritate disciplinam imponere, & indulgentiam tardius dare? Noli iudicare crudelem, quia forsitan non hoc facit morbo iracundiae, sed zelo disciplinae & amore iustitiae: propter illud quod scriptum est Zelus domus tuae comedit me. Forte aliquis vicinus aut amicus tuus dum [illegible] habet in rebus satis sibi necessarijs occupatum, tardius te salutauerit, aut tardius occurrerit quam debuit, noli eum superbum iudicare, noli mal[um] [illegible] credere, sed magis hoc aut per obliuionem aut per negligentiam, quam per despectum vel superbiam factum crede: quia forte & tibi hoc (vt est humana fragilitas) frequenter euenit, vt in rebus alijs nimium intentus, aliquid minus caute ac minus sollicite [illegible] videaris, & tamen noluisti te pro hac re malo animo iudicari. In istis ergo & in his similibus quae vtrum bono an malo animo fiant, scire non possumus, melius est vt ad partem dexteram nostrum animum declinemus: quia tolerabilem [illegible] nos in hoc praesenti, vt eos qui mali sunt bonos esse credamus, quam ex consuetudine iudicandi etiam de bono quod malum est suspicemur. Desistite ergo quae sunt Deo nota, & nobis incognita, periculose nostros proximos iudicamus.*

§. 3. Altera ratio. Nihil in alium iuris habes, conseruus es, non licet tibi nouum tribunal erigere, ex quo contra conseruos tuos sententiam pronuncies. Domini ista est iniuria, eius cognitionem anteuertere. At re[s], onsas & dicis. Cecidit. Imo forte, quem cecidisse iudicas, stat, & tuo te iudicio praecipitasti. Esto tamen ceciderit: tibi sane non cecidit, sed Domino suo, eius sensurus aut iram, aut indulgentiam: & hac dignior est, si tuam censuram iam subijt. Deinde cecidit, sed resurget; Dominus enim potest eum stabilire. Non constat certo eum iterum statuendum, sed quia potest eū Dominus restituere in gradum pristinum, non est contemnendus, quasi non sit illi vllus ad gratiam regressus: cum te cadente stare possit. Hic apparet, vere stantes posse cadere: nec fiduciam veram esse, quae [se]curitatem à lapsu promittit. Imo nec ille quem Dominus restituit de perseuerantia certus. Commode Caluinus. *Neque tamen desuis hic aliquid perpetuum, quasi necesse sit stare vsque in finem, quos semel Deus erexit. sed tantum admonet, vt bene speremus, iudiciaque nostra in hanc partem inclinent, sicut etiam alibi docet, qui coepit in vobis bonum opus perficiat vsque in finem*

Qui cecidit surgere potest.

Ad hunc ergo modum & alia explicanda sunt. Vt cum dicimus, *stare in gratia.* Vide Cyprianum Epistol. 52.

VERSVS 5. & 6.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: vnusquisque in suo sensu abundet, Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non maducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

QVAESTIO I.

An dierum sit discrimen inter Christianos?

§. 1. ALius iudicat inter diem, & diem. Augustinus in expositione huius Epist. *Iudicat alternos dies. Quod autem ait, alius quidem iudicat alternos dies, alius autem iudicat omnem diem: sequestrata interim meliore consideratione, non de duobus hominibus mihi videtur dictum, sed de homine, & de Deo. Qui enim alternos dies iudicat, homo est: potest enim hodie aliud, cras aliud iudicare: id est, vt quem hodie malum [illegible] confessumque damnauerit, cras [illegible] inueniat & correctum: vel contra cum aliquem iustum hodie*

Iudicare diem.

hodie laudaueris, cras inueniat deprauatum. Qui autem iudicat omnem diem, Deus est, quia non solum qualis quisque sit, sed etiam qualis omni die futurus sit, nouit. Vnusquisque in suo intellectu abundet, inquit, id est, quantum humano intellectui vel vnicuique homini concessum est tantum audeat iudicare. Qui sapit, inquit, diem, Domino sapit: id est, quia hoc ipsum ad præsentem diem bene iudicat, Domino sapit. Hoc est autem bene iudicare ad diem, vt nouerit non esse de correctione eius desperandum in futurum, de cuius culpa manifesta in præsentia iudicauerat.

Hieronymus contra Iouinianum. *Alius iudicat diem plus quam diem.* Syrus יומא מן יומא *diem præ die.* ἡμέραν παρ' ἡμέραν: quod potest tuo certa significare alternas vices dierum. Nam Plutarchus in Aristide ita loquitur, παρ' ἡμέραν ἑκάστου στρατηγοῦντος καὶ ἔχοντος, *alternis diebus vnoquoque duce imperium habente.* Hic enim alternationem significat, quæ singulis diebus commutetur, sed per interualla longiora, vel breuiora redeuntem, itaque iudicare diem inter & diem, est alios habere festos, alios nefastos, obseruare neomenias, dies azymorum, scenopegiorum: vno verbo discrimina dierum facere. Iudicare omnem diem, est nullum discrimen agnoscere, peræque de omnibus iudicare. Siue hoc inquit, siue illud sentiatis, Domino sapite, Dei gloriam quærite, Deo gratias agite, omnia ista de Iudaizantibus, & eorum reprehensoribus dicit. Chrysostom. 3. *Adhuc eisdem inhæret. Quod autem dicit, tale est: Res ista non versatur circa necessario agenda. Hoc enim quæritur, An propter Deum & hic & ille Deo gratias. Itaque si vtrique gratias agunt, non multum erit inter illos differentia. Tu vero mihi consideres quomodo & hic occulte feriat Iudaizantem. Si enim hoc est quod quæritur, vt gratiæ videlicet agantur: manifestum vtique erit, non eum qui non vescitur agere gratias, sed eum qui vescitur. Quomodo enim ageret, quum legi adhuc adhæreat? Quod quidem & ad Galatas dicit: Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Verum istud hic quidem non tam aperte declarat, subobscure tamen notat.*

In Græcis quibusdam est etiam antitheton, ὁ μὴ φρονῶν ἡμέραν, κυρίῳ οὐ φρονεῖ. *Et qui non sapit diem, Domino non sapit.* Sed Origenes omittit nec Chrysostomus exponit. Verum hoc inter omnes etiam hæreticos in confesso est, sermonem esse de Iudæis, vt etiam Pareus fatetur. Quare de Christianis festis, nihil hic dicendum esset, nisi hostium veritatis importunitas flagitaret.

§. 2. Festorum dierum obseruationes Petrobrusiani & Anabaptistæ negant. De Petrobrusianis in Bernardi vita lib. 3. cap. 5. Nonnulli Caluinianorum etiam festa reiecerunt. At sane sentiendum est, aliquos dies ad Dei cultum publice peragendum in Ecclesia designatos esse. Cum enim in Ecclesia sint habendi conuentus ad docendum, ad Dei laudes celebrandas, necessarium est etiam certum tempus constitui, quo conueniatur. Hoc enim ordo, & decentia postulat, vt ne eodem tempore alij negociatione, venatione, laboribus occupentur, alij in Ecclesiam conueniant, verum sint eædem omnium vices. Nec detrahi familijs Christianorum facultas debet, quo minus à labore vacuæ Deo seruire possint, & quæ pietatis ac salutis sunt, exercere. Et hic quidem tam Lutherani, quam Caluiniani consentiunt.

De vetere more multi sunt testes, solo Iustino contentus ero. *Die qui dicitur solis, omnium, qui in vrbibus aut agris degunt, in vnum fit conuentus: & commentarij Apostolorum vel scripta Prophetarum quoad fert tempus, leguntur. Cessante deinde lectore, is qui præsidet, verba facit, atque ad illorum pulchrorum, quæ lecta sunt, imitationem cohortatur: post quæ omnes communiter consurgimus & precationes fundimus. Absolutis porro, vt ante diximus, precibus, adfertur panis & vinum & aqua: tum præsidens precationes similiter & gratiarum actiones pro viribus sua sursum mittit: & populus acclamat dicens Amen. Hic succedit eorum quæ consecrata sunt, in vnumquemque distributio & sumptio: absentibus per Diaconos mittitur. Qui locupletes sunt & dare volunt, pro suo quisque arbitrio, quod volunt donant. & quod colligitur apud præsidentem reponitur: hic autem opitulatur pupillis & viduis, & ijs qui ob morbum aut aliam ob causam inopes facti sunt: item ijs qui sunt in vinculis, & aduenis hospitibus, & omnibus denique, qui quauis inopia laborant, prospicit. Ipsa vero solis die simul omnes communiter conuentum facimus: quia est prima dies, in qua Deus tenebras & materiam immutans, mundum condidit: & quia IESVS Christus Saluator noster illa eadem die à mortuis resurrexit. Nam pridie Saturni eum crucifixerunt, postridie autem Saturni, quæ est dies solis apparens Apostolis suis & discipulis ea docuit, quæ vobis ad considerationem tradidimus.*

Pareus hoc loco & ferias & ieiunia, contra quæ disputant antiquissimæ consuetudinis fuisse fatetur. Sane primitiua Ecclesia, Tertullianus, Chrysostomus, non minus ieiunia stata, quam ferias ex traditione Apostolica pronunciant. Cur non igitur etiam in his primitiuæ Ecclesiæ aliquid tribuunt? An quia facilius est illic otiari, quam inediam ferre? Habent patronos sectæ Ærianos de quibus Hæresi 53. *Aeriani ab Aerio quodam sunt, qui cum esset Presbyter, doluisse fertur, quod Episcopus non potuit ordinari, & in Aerianorum hæresim lapsus, propria quoque dogmata addidisse nonnulla, dicens: orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solenniter celebranda esse ieiunia, sed cum quisque voluerit, ieiunandum, ne videatur esse sub lege.*

Deinde ferias ait Pareus esse vtile institutum primitiuæ Ecclesiæ ideo obseruandas. Nec minus sunt vtilia ieiunia. Scandalum etiam esse prohibetur, tollere λειτουργίαν vtilem primitiuæ Ecclesiæ.

§. 4. Varia obijcere solent hæretici, qui festa negant. Dierum obseruatio est prohibita. Respondet Pareus. Hoc olim orthodoxis obijciebant Manichæi, quibus Augustinus 16. contra Adimantum respondet. *Nos & dominicam diem, & Pascha solenniter celebramus, & quaslibet alias Christianas dierum festiuitates. Sed quia intelligimus quo pertineant, non temporum obseruamus, sed quæ illis significantur temporibus.* *Non tempora sed festa temporum obseruamus.*

Idem Augustinus qui dominicam docet celebrandam etiam quadragesimam necessariam dicit Serm. 62. *Rogo vos fratres charissimi & admoneo, vt in isto legitimo ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permiserit, quia alijs diebus ieiunare remedium est aut præmium, in quadragesima non ieiunare peccatum est. Alio tempore qui ieiunat accipiet indulgentiam, in quadragesima qui non ieiunat sentiet pœnam, & tamen qui ieiunare non præualet, secretius sibi soli, aut si est alius infirmus cum ipso in domo sua preparet quod accipiat, & illos qui ieiunare præualent, ad prandium non mittet: quia si hoc fecerit, non solum Deus, sed etiam homines possunt intelligere, illum non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare non velle. Sufficiat illi, quod ipse ieiunare non præualet, & magno cum gemitu & suspirio & animi dolore manducet, pro eo quod alijs ieiunantibus ille abstinere non potest. Quod opus est vnicuique infirmo, secretius sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat præparari, quia non ei oportet, ut aliquem sanum roget ad prandium, ne sibi etiam de alterius gula augeat peccatum.*

§. 5. Quod vero obijciunt Paulum improbare discrimen dierum, Galatas reprehendi obseruantes

tes tempora, dies, menses. Colossenses monet ne quis iudicet eos in die festo. Liberatos nos ab obseruatione dierum Gal. 4. 5. Respondet Pareus: Tantum superstitiosam curationem prohiberi, quasi dies different sanctitate in se, vel ex instituto legis Mosaicæ, quod putabant Romani vel ex lege Ecclesiæ. Non improbare autem ordinis & decori causa institutam. Addit tamen liberatos à festis obseruantibus conscientias. Sed de necessitate & conscientia post dicam. Nunc adferam quod Augustinus habet. Sermon. 1. de tempore. *Scitis enim Fratres charissimi, quod ideo à sanctis Patribus nostris constitutum est Christianis & mandatum, vt in solemnitatibus Sanctorum, & maxime in Dominicis diebus otium haberent, & à terreno negotio vacarent, vt paratiores & promptiores essent ad diuinum cultum, iam non haberent, quod eos inde retardaret incommodum, relinquerentque eo tempore terrenam sollicitudinem, quo facilius possent Dei intendere voluntatem.*

Causa festorum.

§. 6 Dies Dominicus & festi, non tantum ordinis causa, & politiæ sunt obseruanda, sed etiam ex ordinatione Ecclesiæ necessario, & quia Dei cultus est. nec libertas Christiana hac in re periclitatur. Ordinis & decentiæ causa obseruandas ferias hæretici consentiunt. Ex quo consequitur non esse obseruationem liberam: item bonum Ecclesiæ ordinem temerare peccatum est. Ecclesia ergo dum ordinat, vt 25. Decembris natiuitas Domini celebretur, fideles obligat, vt obediant: hoc enim caritati & æquitati est consentaneum. Hæc obedientia, qua ordo, & decentia in Ecclesia obseruatur, ad solemnitatem conuenitur, Deus laudatur, oratur, etiam Dei cultus est, non modo ea sui parte, qua Deum prædicando, aut psallendo laudatur, sed etiam ea virtute, qua eo tempore, hora, loco, modo conuenit quisq;, vt nō modo in commune Deum laudet, sed vt in laudando ordinem, & pulchram εὐταξίαν ab Ecclesia constitutam seruet, stabiliat. Nam ordo ille ab Ecclesia constitutus est, cui dictum est, qui vos audit, mè audit. Qui festa ergo Ecclesiæ seruat, non modo vt Deum illis temporibus colat, sed etiam vt Ecclesiam audiat, ac consequenter Deum audiat, ordinem singulatim sibi proponit. Quod si quispiam eo tempore, quo iubet Ecclesia conuentum fieri nolit conuenire, sed suo sibi arbitrio alia tempora statuat, non est dubium, quin ordinem & decentiam Ecclesiæ, quantum in se est turbet, scandalum præbeat. Quod de formali dierum sanctificatione, vel ex cursu cœli, vel Dei ordinatione, vel hominum constitutione: hic Pareus nugatur ad Orthodoxos non pertinet, qui etiam sabbati sanctificationem toties in Scriptura memoratam, non formalem, & inhærentem sed destinationem, ad Dei cultum interpretantur. Rerum enim insensilium & brutarum non est alia sanctitas. Itaq; lex Ecclesiæ de ferijs obligat conscientias, & qui obedienter eas obeunt, Deo cultum exhibent. Nam si quis die ab Ecclesia non constituto templum ingressus oret, psallat, Deum colat, & glorificet, recte ille facit: quod si vero non modo illo iam bono fine quispiam in templum procedat, sed cum alio die illi commodius esset, etiam diem dominicum obseruet, & quidem eo animo templum ingrediatur, vt cultum Deo persoluat, internum etiam alium finem adiungat, vt nullam εὐταξίαν approbet, alios exemplo incitet, scandalum vitet, non est simplex ille Dei cultus sed multiplex. Hieronymus in 4. Galat. nihil pro Sectarijs habet: visum festorum legitimum docet. *Dicat aliquis: Si dies*

Festi dies conscientiam obligant.

obseruare non licet, & menses, & tempora, & annos: nos quoq; simile crimen incurrimus, quartam sabbati obseruantes, & parasceuen, & diem dominicam, & ieiunium quadragesimæ, & paschæ festiuitatem & pentecostes lætitiam, & pro varietate regionum, diuersa in honore martyrum tempora sunt constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet, non eosdem Iudaicæ obseruationis dies esse, quos nostros. Nos enim non azimorum pascha celebramus, sed resurrectionis & crucis. Nec septem, iuxta morem Israel, numeramus hebdomadas in Pentecoste sed Spiritus S. venerantur aduentum. Et ne inordinata congregatio populi fidē minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, vt in vnum omnes pariter veniremus. Nō quo celebrior sit dies illa qua conuenimus: sed quia quacunq; die conueniendum sit ex conspectu mutuo, lætitia maior oriatur. Qui vero oppositæ quæstioni acutius respondere conatur, illud affirmat, omnes dies æquales esse: nec per parasceuen tantū Christum crucifigi, & die dominica resurgere: sed semper sanctum resurrectionis esse diem, & semper eum carne vesci dominica. Ieiunia autem & congregationes inter dies, propter eos à viris prudentibus constitutos, qui magis sæculo vacāt quam Deo: nec possunt imo nolunt toto in Ecclesia vitæ suæ tempore congregari, & ante humanos actus, Deo orationum suarum offerre sacrificium. Quotus enim quisq; est, qui saltem hæc pauca quæ statuta sunt, vel orandi tēpora vel ieiunandi, semper exerceat? Itaq; sicut nobis licet vel ieiunare semper, vel semper orare, & diem dominicam accepto Domini corpore indesinenter celebrare gaudentibus: Non ita & Iudæis fas est omni tempore immolare agnum, pentecosten agere, tabernacula figere, ieiunare quotidie.

Vsus Festorum.

Hæc Hieronymus, qui etiam festa Sanctorum agnoscit. Ita & Augustinus in Psal. 88. *Attendite ergo charissimi tenete omnes vnanimiter. Diū Patrem, & Matrem Ecclesiam. Natalitia Sanctorum cum sobrietate celebrate, vt imitemur eos qui præcesserunt, & gaudeant de vobis, qui orant pro vobis, vt benedictio Domini in æternum maneat super vos, fiat, fiat.*

Sunt vero plurimi eiusdem Augustini in festis Sanctorum habitæ conciones, quæ totam veterē Ecclesiam damnant, qui Sanctorum festa tollunt. Honor Sanctorum in Festorum dedicatione, non est idololatria, sicut nec inuocatio, cum non sit latria. Nam est memoria, & gratulatio de victoria, qua Deo adiuuante obtinuerunt: Oratur Deus, vt nobis imitandi det voluntatem, & vires, sanctos vero vt nobiscum pro nobis Deum communem Dominum, & patrem orent. Quæ oratio certe ad Deum non debet extendi, non enim Deus pro nobis orat, sed orantes exaudit. Vetus Israelis Ecclesia festa suorum Sanctorum non egit; nondum erant beati, exspectabant enim redemptorem. Quod vero de paganorum diuis obijciunt, nihil ad nos pertinet, qui sanctos non Deos, sed Dei vnius seruos, nostros conseruos interpellamus.

Festa Sanctorum.

§. 7. Nec profanum est, Idolorum festa, aut fana, in Christianos, & pias solennitates, & templa mutari. Res enim æternæ sublato abusu, ad bonum vsum adhibendæ sunt. Nec sola nomina, sed res ipsa mutatur. Calendæ Ianuariæ in festum circumcisionis transierunt. An dies illa mihi celebris esse non debet, quo primum Saluatoris sanguis innoxius pro me effusus est? Quia Ianum veteres impie coluerunt? Non ergo reprehendi Gregorius pontifex debet. Qui ex festis paganis fecit festa Christiana: nam ex moribus etiam & hominibus paganis fecit Christianos. Nec fecit mala, vt euenirent bona, quod calumniose illi Pareus imponit, sed fecit bona, vt abduceret à malis. Quod vero id factum auctoritate Gregorij dicitur,

Festa pagana mutata in Christiana.

vt festa paganorum sensim in Christiana mutarentur, verum est, sed falsum est ea sapere gentilismum; nam per illa abolitus est gentilismus. Ideoque hoc Gregorius monet faciendum libro 9. Epist. 71. Quin ante Gregorium iam pleraque festa instituta erant. Quod nemo negabit, qui non dico patres legerit, sed qui vel Augustini, Ambrosij, aliorum libros inspexerit, titulos côcionum legerit. Maledicentia canina est veterem Ecclesiam idololatriæ accusare festa Martyrum celebrantem. Nos Ambrosium Sermon. 77. de SS. Octauio, Aduentio, Solutore audiamus. *Cum omnium Sanctorum Martyrum Fratres deuotissime natalem celebrare debemus, tum præcipue eorum solemnitas tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt. Nam licet vniuersi, ancti vbiq; sint & omnibus prosint, specialiter tamen illi pro nobis interueniunt qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus: sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiem, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid Martyribus debeamus, in quo alter tortus est, vt alius saluaretur. Alter carnificem pertulit, vt Christum alter agnosceret. Alter morti addictus est, vt alius vita potiretur æterna: & ad postremum sanctus occisus est, vt peccatorem adoret. Beati igitur Martyres nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui.*

QVÆSTIO II.

An liceat cuique in suo sensu abundare.

§. 1. SYrus vertit: *Vnusquisque in scientia anima sua confirmetur.* Alij, *vnusquisque animo suo satisfaciat*, ita Oecolampad. Alij, Beza: *Vnusquisque in animo suo plene certus esto.* Hoc enim verbum Græcum πληροφορείσθω significare solet. Veterem versionem Pareus periculosam, & alienam existimat. Idque ex Beza accepit, qui negat πληροφορεῖσθαι esse idem quod abundare: & Latinam locutionem deprauatis intelligi. Denique prohiberi à Deo ne quis in rebus indifferétibus agat, quod sibi visum est.

Fallitur tamen ille & fallit. Nam πληροφορεῖσθαι est plenum esse, abundantem esse, completum esse. Ita solet vetus interpres vertere, quasi sit πληροῦσθαι, nec hoc Budæus arguit, nec Stephanus Robertus: nec veteres. Qui autem plenus est opinione sua, recte abundare dicitur. Nec de solis præfractis dicitur, sed illis, qui sibi videntur sententiæ suæ magnas habere rationes, atque in ea acquiescunt. Ipse Pareus Bezam refutat. *Et vulgo*, inquit, *tritum hoc dictum, cum aliquid in medio relinquimus, seu cum de aliqua re cuique liberum facimus sentire, quod velit.* Quod vero de rebus indifferentibus negat nobis aliquid liberum, locus ipse Bezam refutat. Nam seruantem leges & cærimonias Iudaicas Domino id facere affirmat, & ab aliorum eos contemptu vindicat.

In adiaphoris suo quisque iudicio vti sæpe potest.

§. 2. Non recte vertitur, *Quisque in animo suo certus esto.* Nam hanc pletophorian, seu proprij sensus & sententiæ abundantiam Paulus permittit, non modo firmis, sed etiam infirmis. Hos autem nullo modo iubet certos esse, vt statuant obligari se veteris legis cærimonijs, sed erudiri potius, & suam agnoscere libertatem, exoptat. Beza autem etiam negat, Apostolum præcipere, ne dubia & hæsitante conscientia fideles agant, non enim sufficere testimonium conscientiæ, nisi verbo Dei innitatur, falli enim posse. Deinde nec Chrysostomus, nec Græci sic interpretantur. Denique de medijs negant illi Dei verbo quicquam est præscriptum, sed malum esse quicquid sine Dei mandato in Dei cultu agitur. Non igitur Apostolus monere infirmos debet, vt in animo suo certi sint, se lege Mosaica teneri. Caluinus hic respondet, opinionem erroneam non probari, sed obseruationem tantum Deo, & Apostolo non displicere, quatenus eam omittendo minimus nolebat sauciare conscientiam. Non tamen illa mens Pauli est. Nam firmum & infirmum singulos in suo sensu sinit abundare, qui sensus erant contrarij: Sensus autem ille. Non est omittendum aliquid, cuius omissione conscientia sauciatur, communis erat firmis & infirmis. Ridicule prorsus Pareus. Fides hæc est, tum quod persona faciens vel omittens placeat Deo per Christum. Tum quod factum vel omissum rei mediæ non displiceat Deo. Hoc satis est ad fidem. Quod enim non prohibuit Deus, id non improbat: sed probat in fide factum.

Non debet in rebus fidei quisque suo sensu vti.

Ridiculum hoc est: Vnusquisque de se certus sit, se placere Deo. Agitur hic de vsu cærimoniarum & amissione: vtrunque Apostolus permittit, nihil ad fiduciam priuatam ista verba pertinent. Imo Beza iubet quemque de se sollicitum esse. Bullingerus moneri dicit, Romanos, vt pia mente ista, & bona conscientia faciant. Eodem modo Gualteri, & alij. Quod si id Deus non improbat, quod non prohibuit, quid ergo illi improbant veteris Ecclesiæ cærimonias, quas Deus non improbat?

§. 3. Sensus ergo sententiæ Apostolicæ est: non cuiquam esse liberum in dogmatis sentire, quid velit, nec in omnibus cærimonijs: sed in hac singulari festorum Iudaicorum, & ciborum causa, nolle se quenquam cum alio contendere: & firmiores quidem in fide, suam retinere in veritate & Euangelica libertate constantiam: Infirmorum non probat errorem, sed quia ille perniciosus non erat, & ex amore Dei oriebatur, atque adeo imperfecta instructione, & animi ad cærimonias assueti infirmitate, non vult importune, & alieno tempore eos à firmioribus aspere doceri, ne medicina intempestiue exhibita morbum exasperet. Esto, inquit, infirmi in vestro sensu abundare, si non deponitis erroneam opinionem, iam non laboro: Hoc autem moueo, ne alios iudiceris, qui vestra non sequuntur.

Perinde ac si quispiam Græcum & Latinum Theologum disputantes audiret de Eucharistia vel in azymo, vel fermentato, consecranda; diceret quisque in suo sensu abundet: Modo alius alium ne iudicet, aut schisma faciat. Paulus errare infirmos ostendit, dum eos infirmos iudicat, & nihil dicit commune esse cuiquam, hoc est, immundum. Verum errorem ille facile tolerabat, qui veræ fidei, & caritati non repugnabat.

❧(?)❧

VER-

VERSVS 9.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur.

QVAESTIO I.

An Christus sibi meruerit dominatum?

§. 1. IN lectione magna est varietas. Brugensis ita habet. *Duo Parisiensium manuscripta Paul. Ge. l. tria Heoteny & quinq; nostra, Lsod. Mal. ma. So. la. Pl. Ang. Atr. conduplicant coniunctionem, in priori et in posteriori parte, & mortuus est & resurrexit: id quod Græcæ lectioni consonat, multumq; decoris sententiæ adfert: Deinde quædam manuscripta pro resurrexit, reuixit habent. Porro, Græci codices, simul vtrumq; legunt, hoc pacto, εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, καὶ ἀνέζησεν: sed, in redundantia suspicionem veniunt. Primum enim, Complutensis, omnesq; ad quos suam noui Testamenti græcam editionem Parisienses contulerunt, ut littera significat, cum Græcis, Chrysost. Theophylacti, & Oecumenij, exemplaribus, pro ἀνέζησεν, ἔζησεν, vixit, pro reuixit, habent. Deinde, Syri qui vtrumq; similiter legunt, surrexit posuit post vixit,* מית וחיא וקם *mortuus est, & vixit, & surrexit. Adhæc apud Irenæum lib. 3. cap. 20. & Authorem commentariorum quæ in Ambrosii sunt operibus, vixit ponitur ante mortuus est: Et vixit, & mortuus est, & surrexit. Præterea, latini codices, constanter alterum duntaxat legunt: & pleriq; quidem resurrexit, quidam vero minime contemnendi, Parisiensium Pauli nostri E. Q. Pl. M. I. reuixit quibus, Malmundarii nostri exemplar, antiquitatis spectatissimum, suffragatur: nam, erasa prioris Scripturæ loco, minoribus & coarctioribus litteris, substitutum habet resurrexit, Anacleti Papæ epistola prima, tantum reuixit scribit. Origenes, vel Hieronymus Origenis translator, suppletorq; vixit idque solum, legit: cuius quæ in Ambrosii sunt operibus commentaria concinere mihi certe videntur, tametsi, quod dictum est, alio vixit loco habeant, at Irenæus & ex Sedulio id maniféstum posit euadere, qui, dum horum commentariorum enarrationem adfert, duntaxat legit, In hoc enim vixit Christus & mortuus est. Ex his igitur videtur posse redundare, vel ἀνέστη resurrexit, vel ἀνέζησεν reuixit, siue ἔζησεν vixit, in quibus vtrumque legitur. Et quamquam iudicare forte quis posset, superfluum esse potius ἀνέζησεν reuixit, siue ἔζησεν vixit, quam ἀνέστη resurrexit, quod illud aliter atque aliter & alio atque alio loco legatur, ac minus frequens Latinis in libris inueniatur: tamen, hoc magis, resurrexit, additum esse existimarim, in primis, quod mox citati veteres id omittant, tum quod elegantius vixit siue reuixit et quod sequitur, vt & mortuorum & viuorum dominetur respondeat mortuus est, vt mortuorum, vixit siue reuixit, vt viuorum dominetur, demum, quod recte ἔζησεν vel ἀνέζησεν vixit vel reuixit exponi [illegible] videatur ἀνέστη resurrexit, quæ ab aliquibus ad marginem [illegible] pta, cum in textum tandem irrepsisset, postea aliquando extruserit id ad quod exponendum adhibita erat vt superfluum, aliud aliunde ad locum deturbarit quod perplexum sensu haud sit. Quocirca & existimant quidam, [illegible] Interpretis Scripturam esse & [illegible] reuixit, altera & mor. est & resurrexit, [illegible] alterius translatio vel ex alicuius explanatione [illegible] mpta sit. [illegible], horum diuersum ἔζησεν & ἀνέζησεν, vixit [illegible] reuixit [illegible] vixit iterum Græcis censuerim, quandoquidem in [illegible] libus [illegible] et Græcis antigraphis, & codem ... in Epist. ad Rom.*

Malo tamen eam lectionem, quæ habet ἀνέστη resurrexit. Nam eam retinuerunt Romani correctores, qui optimorum librorum copiam habuerunt. Deinde constantior est Latina lectio, variantibus Græcis. Illud etiam addo, Sectarios, qui semper veteri lectioni sunt iniqui, hoc loco consensu librorum victos retinere illam.

§. 2. Probat Apostolus neminem sibi manducare, aut abstinere, sed Domino: imo nec sibi viuere, nec sibi mori, sed seruos esse Domini, atque in eius opibus & familia censeri, siue viuamus, siue moriamur. In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur. Si ille ad hoc mortuus est & resurrexit, nec fine suo frustratus est, nos ergo viui, & mortui in eius seruitio manemus, nec morte seruitium eximus, nec possessionis suæ damnum morte mancipiorum facit: ius suum etiam post fata retinet, imo plenius regnat. Alludit ad iura fori, vbi interitus serui, damnum heri æstimatur, & si quando serui ad quæstiones vocabantur, prius æstimabantur, vt precium Domino restitueretur, si mortui fuissent. Magnam hæc res consolationem fidelibus adferre potest, considerantibus, semper se cum Christo mansuros. *Fideles semper sunt Dei serui.*

§. 3. Hæretici negant, ideo Christum, mortuum esse, & resurrexisse, vt sibi dominatum mereretur, & particulam ἵνα vt exponunt τελικῶς, non vt rationem meriti includat, sed consequentiam & euentum significet. *Mortuum enim esse, non ad merendum, sed exercendum dominatum sicut non sequitur: nam summis literis bonis imbuti vt Deo & Ecclesiæ seruiamus, ergo nascendo, studendo meremur, vt Deo & Ecclesiæ seruiamus. Et, ad hoc nunc conuenistis, vt istius dubij explicationem audiretis, ergo audire meruistis.* Hæc Pareus dub. 8.

Respondendum est: Moriendo dominatum meruisse, non resurgendo, nam morte Christi finitum est eius meritum resurrectio meritoria nō est: Mortuus ergo est, vt dominaretur, hoc est, mereretur dominatum. Alioqui mors ad dominatum [illegible] relationem non habet. resurrexit autem, quia sine resurrectione dominari non poterat: cum imperium sit viuentis. Morte autem sibi non nobis solis meritum esse, clarissime docet hic locus. Morte sua nos redemit, sibi dominatum emit, Satanæ abstulit. Ipse Pareus se refutat: cum dicit: Moriendo, inquit, lytron redemptionis nostræ persoluit. Quis igitur ius eius tanto acquisitum precio in dubium vocabit? Et. Fideles Christus proprie peculium sibi acquisiuit. De his enim dicitur ibi: *non estis vestri enim: nam estis precio empti.* Quo precio Petrus docet: *Redempti estis non caducis rebus, argento, vel auro, sed pretioso sanguine.* Et deinde: Cum morte Christi iungit hic resurrectionem eius & vitam, non quod mors sola non fuerit sufficiens λύτρον. Sed [illegible] dominium morte partum absque res[illegible] & vita e[illegible] [illegible] te at. Et. In [illegible] Absque morte peculium Satanæ nos reliquisset. *Christus moriendo sibi meruit.*

Hinc facile apparet Pareum sibi repugnare. Si enim morte sua precium redemptionis persoluit, meruit ergo vt eius peculium essemus, qui precio tanto ius in nos acquisiuit, ius ergo meruit. Si ideo non sumus nostri iuris, sed alieni, quia empti, emptione ergo nos fecit suos, hoc est merito suo. At si nos fecit suos, fecit seruos, se ergo Dominum. Nam qui meretur, vt sim eius seruus, qui ius precio acquirit in me, ille meretur vt sit meus Dominus. Eodem enim precio nobis beatissimam seruitutem, & sibi æternum dominium meruit? Si ius meruit in seruos, ergo & dominium: nam quod nã est ius illud nisi dominandi? Sunt hæc firmissima ex relatiuorũ reciproco connexu: nec negari possunt nisi ab illis, qui verba sine mente fundunt. Similia quæ adducit ad rem non pertinent: nascendo, studendoq; non acquirimus ius precio persoluto, ex pacto, & promissione, vt Deo se uiamus: sed naturæ ordine creaturæ creatori seruire tenemur. Alterũ simile Christi meritum confirmat: si enim ex pacto conuento, dato precio, acquisitum ius habent veniendi vt audiant explicationem istius dubij: ergo audire meruerunt. Eodem enim facto quo explicandi necessitatem alteri imposuerunt, etiam ius audiendi sibi acquisiuerunt. Stulte ergo ista diuelluntur, quæ natura ita connexa sunt, vt ne cogitatione quidem separari possint. Nec enim filius sine patre, nec seruus sine Domino intelligi potest. Eadem res hunc filium, illum patrem, hunc seruum illum Dominum constituit. Quis vero vnquam quando seruulum emit, se eodem precio factum Dominum dubitauit? Idem ergo meritum alienæ seruitutis est, & proprij dominij.

Christus dominium sibi meruit.

§. 4. Vt errorem suum stabiliat varias Scripturas deprauat. Tota inquit Scriptura testatur Christum nobis non sibi missum, natum, passum, mortuum, & suscitatum. Adfert Isaiæ 9. Matth. 1. 21. Luc. 2. 10. Ioan. 3. 16. Rom. 8. 31. 1. Cor. 1. 30. & 2. Cor. 8. 9. Tit. 2. 14. Heb. 7. 27. Hic totidem sunt figmenta, quot citationes: nulla Scriptura dicit, Christum sibi non mortuum, hoc est, morte sua nihil sibi meruisse. Nulla ex his quas designat, nulla alia. Vltimam Scripturam Heb. 7. 27. nefariè corrumpit. *Talis nobis conueniebat pontifex qui non pro se, sed pro nobis sacrificaret:* vnde concludit. *Non ergo sibi sed nobis meritus.* At verba Pauli sunt: *Talis enim decebat vt esset nobis pontifex, sanctus, innocens impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus: qui non haberet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populi.*

Corrupit textum hæreticus.

Non opus habuit sacrificio pro suo peccato, quod nullum habuit, innocentia tamen non impedijt, quo minus mereri sibi posset.

Pergit tamen: *Si sibi debuit aliquid mereri, non ergo eius meritum totum est nostrum.* Respondeo, totum est nostrum, & tamen est eius. Hæc est enim caritatis natura, & bonorum precium, vt quamuis alteri impendantur, Deo tamen grata sint, & merces etiam in auctorem redeat. Etiam ante docui, nõ potuisse eum mereri, vt eius essemus serui, & membra, nisi & sibi mereretur, vt esset Dominus noster ipse & caput. *Denique erant*, inquit, *illi debita, gloria & vita meritum autem facit debitum ex indebito, vel de minus debito magis debitum.* Respondeo. Gloriam æternam seu beatitudinem non meruisse, sed gloriã corporis, & dominatum. Et minus debitis, fecisse magis debita, imo nouo titulo fecisse debita. Nam quod vno titulo debitum est alio indebitũ, etiam debitum fieri potest. Tandem improprie meritum agnoscit. Sed vltimo tandem meritũ Christi euertit. Nullum vero meritum proprie dictum creaturæ de creatore dari testatur Ambrosius, siue Prosper l. 1. c. 5. de vocatione gentium. *Sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ possunt gratiæ arcere donum, ita nulla possent tam præclara opera existere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis iudicium debeatur. Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi.*

Respondeo. Verba eius esse c. 17. & fraudulenter omitti, illa quæ rem claram reddunt: addit enim Prosper. *Nec misericordia Dei humanorum operum prærogatiua succumberet, si iustificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, vt non munus largientis, sed merces esset operantis.* Non ergo omnino meritũ tollit, sed meritum antecedẽs gratiam iustificationis. Alioqui vera non est eius sententia l. 2. c. 35. *Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat vnde ornentur & mereantur.* Nec alia mens Origenis Rom. 4. Quod si nullum creaturæ est meritum, si officium debitum nõ gignit meritum, ne nobis quidem Christus meruit, nam eædem causæ quæ obstãt, quo minus sibi meruerit, etiam nobis meruisse prohibent.

VERSVS 10. & 11.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim: viuo ego, dicit Dominus quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

QVÆSTIO I.

Rectene Apostolus tribunal Dei minetur?

§. 1. GRauius est & efficax ratio: Non enim frater tuus à te iudicandus est, qui cum tu quoque ad Dei tribunal stabis reus, vbi & facta tua, & iudicium de fratre temerarium iudicabitur. Nihil autem à ratione alienum magis est, quam vt is qui in carcere detinetur iam iam protrahendus ad dicendam causam suam, in alieno crimine vestigando hæreat, in alium dicter sententiam sui securus. Apostolus omnibus pariter firmis & infirmis minatur. Quod si quis respondeat: Sistar, sed absoluar. Certus sum mea mihi peccata non iri imputatum. Ille Apostolicæ comminationis neruum incidit. Nemo enim sisti metuit, si desit periculum. De alio facile iudicat, qui sibi ignosci omnia persuasum habet. Minas Chrysostomus hic notat.

Iudicandus de alio iudicare non debet.

Videtur autem ista quidem velut vtrinque adæquata ponere, verum ex dictis ostendit non parum inter se discrepare. Primum appellatione fratris contentionem dirimit, deinde & terribilis illius diei commemoratione. Quum enim dixisset, cur despicis fratrem tuum? Subiungit omnes enim stabimus, &c.

Et Pareus premit & terret diffidentes. Sonet hæc vox perpetuo in auribus nostris. *Omnes sistemur tribunali Christi.*

§. 2. Eodem pertinet quod v. 11. habetur, *Scriptum est enim: Viuo ego, dicit Dominus quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.*

Ex Isaiæ 45. 23. Vbi in 70. addunt biblia regia. *ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. Cælestium, terrestrium, & infernorum,* vide & Philip. 2. 10. Hinc enim constat Christum timendum omnibus iudicem.

Chry-

Chrysostomus notauit nô simpliciter dici προσκυνήσει ἀλλ' ἐξομολογήσεται, hoc est, *ἰδύνας δώσει τῶν πεπραγμένων. Pœnas dabit factorum.* Galuinos ne suorum quisq; timorem iudicij admittat, nouam commentus est interpretationem; nempe non terreri, fideles ab Apostolo, sed tantum ostendi qua reuerentia adesse oporteat. Hoc elidit vim argumenti. Non enim nos instruit Apostolus, qua reuerentia ad extremam sententiam iudicis audiendam accedere oporteat, sed terret ne ante iudicemus, quia ibi omnes iudicabimur. Vnusquisque pro se rationem reddet. v. 12. Sollicitos de nobis nos esse iubet, alios non iudicare. Locus, tempus, consessus, causa, & iudex ipse sibi illo in iudicio reuerentiam conciliabit.

Qvæstio II.

An audito vel prolato nomine Iesv liceat flectere genu?

§. 1. PAreus superstitionis ritum illum damnat. *Hinc ductū errorem aperiendi capitis, aut genua flectendi ad nomen Iesu. error autem est primo quia syllabis exhibent non Christi maiestati, nam Christo, Patri, Spiritui sancto non exhibent. 2. quia intelligendus locus de interna genuflexione, non carnaliter vt docet Origenes. 3. Ritus ille in veteri Ecclesia non fuit: ergo adiaphorus.*

Respondeo. Ad nominis Iesu appellationem, capitis apertionem, & genuflexionem exhiberi à fidelibus, non necessitate præcepti, nulla enim lex ad eam obligat, sed pia libertate, quæ nunc in consuetudinem abijt. In sacrificiorum ceremonijs admonemur ad nomen IESV inclinare caput, cætera de hoc ritu libera sunt. Verum ille dicit. *Si vt ritus indifferens prabetur externa reuerentia, nemo improbat.* Ita præstant fideles; nam lex nulla est, quæ id præcipiat. Quod addit. *Si vt necessarius cultus & præceptus superstitio est reprehensibilis:* Falsum est: nam potest Ecclesia præcipere, vt Christo cultum illum externum exhibeamus: sicut potest præcipere, vt aliquando flexis genibus oremus: & ita moris est multis locis. Cur vero superstitio est caput aperire ad appellationem IESV, aut genu flectere, cum ciuile sit id præstare vel magistratuum eminentiæ, vel magnorum virorum dignitati. Verbum Dei, hoc est Euangelium in Ecclesia nudato vertice, & assurgentes audimus, externam reuerentiam internæ deuotioni iungimus. Vide consuetudinem veteris Ecclesiæ apud Tertullianum de Baptismo. capit. vltimo. Iustinus dialogo cum Tryphone. *Quis enim vestrum ignorat, quæ ea precationes, quæ cum dolore & lachrymis coniuncta sunt, quæ et submisso in terram vultu, & flexis humi genibus fundantur maxime Deum demulceant.*

Sic orabat Daniel cap. 6. Sic Christus Lucæ 22. Eodem nos affectu etiam audito nomine Iesu genu flectimus.

Quod vero fingit syllabis & voci, non personæ nos reuerentiam exhibere mendacium est de prostibulo impudentiæ prorumpens. Christo enim honorem, non sonitibus tribuimus: inaudita est illa in Ecclesia hæresis, quæ nominibus, non Deo cultum impendat. At vero cum Christus, Deus, Pater, Filius, Spiritus sanctus nominatur, non item pileum deponimus, aut genua flectimus. Falsum hoc in parte est: nam etsi non semper, crebro tamen facimus, & cum in Ecclesia canitur:

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Omne genu canentium curuatur. Personæ ergo non nomini reuerentia exhibetur: In nomine tamen IESV vsitatior est ille honos, non syllabæ sed Christo exhibitus. Illud enim nomen Christo proprium est, & totum Oeconomiæ mysterium continet, eius nos admonitu, liberationis nostræ, & salutis recordamur, & gratitudinis ergo caput nudamus, genua flectimus: Quis me vero superstitionis damnabit, si vindicis mei elogio audito, & tantum beneficium animo voluens gratias ago, aut verbo, aut decenti corporis inflexione? *Christum non sonum honoramus.*

Qvæstio III.

An hinc probetur Christi diuinitas?

§. 1. DVbium esse nullum potest locum Isaiæ 45. 22. & verba Apostoli conferenti. Verba prophetæ sunt. *Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Domino, dicet, meæ sunt iustitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei. In Domino iustificabitur, & laudabitur omne semen Israel.*

Hic de vero Deo, & Domino sermo est, præter quem non est Deus alius. At Paulus hæc verba de Christo Iesu interpretatur, ante cuius tribunal stabimus: in nomine enim Iesu curuabitur omne genu, itaq; & propheta de Iesu locutus est, ergo Iesus est Deus. & vt est in Hebræo [illegible] *Iehoua*. Itaq; cui omne genu curuabitur est verus Deus Isaiæ 45. 23. Christo omne genu curuabitur Rom. 14. 11. Philip. 2. 10. Verus ergo Deus est Christus. *Christus verus Deus.*

§. 2. Georgius Enedinus aliique Transyluani magna audacia deprauant Apostoli verba. Nam non Christo sedenti pro tribunali, sed Deo genua flecti volunt: Deinde Christo flectenda genua vt iudici à Deo constituto, secundario tamen; Deo enim primariò honorem illum deferri.

Inanis illa est argutia. Apostolus probat nos omnes ad Christi tribunal sistendos, Christum iudicem fore, viuorum & mortuorum dominatorem, id vero adductis prophetæ verbis asseuerat: Non est autem bona consequentia, imo nulla penitus. *Scriptum est, Deo curuabitur omne genu:* Christus ergo iudicabit, nisi Christus sit Deus. Iudici autem ad tribunal genu flectitur. Ideo ad Philippens. 2. 10. *In nomine IESV flectendum docuit omne genu. Pater omne iudicium dedit filio.* Et Apocalyp. 6. 16. *Timent ab eo qui sedet in throno, & ab ira agni.* Itaque cum Isaias loquatur de primaria, & latrica honoratione, quæ soli Deo conuenit, etiam de eadem loquitur Apostolus. Illa ergo Christo conuenit, atque adeo diuinitas.

Non minus impium est, quod Franciscus Dauid in actione tertiæ diei disput. Albanæ respondit: *Hæc dici de Christo, non quod verus sit Deus, sed quod diuinarum promissionum sit complementum.* & in action. 8. *Ideo Christo curuari omne genu, quod habeat sibi communicatam diuinitatem.* Ita idem Franciscus Dauid, & cæteri Seruetiani. Confutantur tamen facile. Non enim rei creatæ, quamuis complemento diuinarum promissionum curuabitur omne genu. Nec Apostolus genuflexionem, quã Deus iurat sibi soli deberi tribuit creaturæ quamuis nobili. De *Diuinitas Christi.*

communicata diuinitate portentum est. Non potest aliter diuinitas communicari, nisi vt sit Deus, cui communicatur, si enim minor aliqua diuinitas fingitur, non est vera. Paulus probat nos à Christo iudicandos, quia Deus est, quia de illo dictum est à propheta, Mihi curuabitur omne genu, Christus ergo per semetipsum iurauit, & iurauit tempore Isaiæ prophetæ, quod certum argumentum etiam tum eum fuisse, non secundum humanitatem, sed deitatem.

De hac duarum naturarum in Christo coniunctione diuinè Dionysius l. de diuinis nominibus cap. 1. p. 159. *Singulari quodam amore hominum genus complectentem, quod vere atque integre in vna persona nobiscum commercium habuit, reuocans ad se, & iungens secum nostram humilitatem, ex qua modo quodam qui exprimi non potest, IESVS simplex constituit, temporisque prorogationem & spatium accepit, qui æternum est, & in naturam nostram venit, qui omnem totius naturæ ordinem, atq; præscriptionem supra essentiam transiit, cum mutabili & non confusa suorum constantia, cæteraque omnia diuina lumina conuenienter diuinis scriptis nobis occulte interpretando præceptores nostri, qui diuino numine permoti erant tradiderunt ea etiam nos edocti sumus.*

Ita & Iustinus de rectæ fidei confessione. Item, libro tertio, cap. 1. 18. Tertullian. in Apologetico capit. 21. Martialis Lemonicens. Epist. ad Burdig. cap. 2. Lactantius, Hilarius, Marius Victorinus, aliique veteres. Quod etiam confirmatur addito elogio. Itaque vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet Deo. Itaq; Deus est iudex.

VERSVS 12. & 13.

Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

QVÆSTIO I.

Quod aliud argumentum quo deterremur à iudicando?

§. 1. A Iure communi: Factorum & cogitatorū soli Deo ratio redditur, nō ergo eam à fratre tu exposcere debes. Nec ille modo reddet Deo, sed & tu Deo. An non etiam pro proximis multi rationem reddere tenentur? An non sanguis pereuntium de manu speculatoris requiretur? Respondet Chrysostomus: Hæc omnia ad rationes proprias pertinere: quorum enim quisque est auctor, eorum etiam rationem reddere cogetur. Recte Pareus: *Reddere rationem est Iudici respondere de sua persona, factis, gestis, bonis vel malis, & bonorum quidem præmia promissa, malorum vero debitas pœnas expectare. Quis vero rationes hic sustinebit? quis omnium recordabitur? quis de omnibus respondebit aut satisfaciet Iudici non modo factis malis sed etiam verbis otiosis, vtiq; nemo iudicii sententiam effugiet secundum sua facta iudicandus, terreat & retrahat hæc consideratio nos à peccandi libidine, ne rationes in immensum aggrauemus, & fruimur tantum hac consolatione, qui in Christum credimus, in iudicio hos nos absoluendos esse, &c.*

Iudicio omnes terrentur.

Fruimur illa consolatione, qui credimus, si vere pœnitet delictorum, si Deum toto corde diligimus. Non tamen certi sumus, quia de perseuerantia non constat. Si terret illa ratio, securos non facit. Qui certe nouit se absoluendum, aut iam absolutum, incerto sententiæ euentu non terretur.

Iudicium terret, & retrahit timentes, securos non magis percellit, quam beatos. Et cur eos à libidine peccandi terrore reuocet, qui peccata sua norunt non imputari. Aliter sancti Dei, aliter carnales hæretici iudicium Dei sentiunt. Iob. 31. 14. & 23. *Quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?*

Athenagoras pro Christianis. *Dici hoc non potest. Quandoquidem namq; persuasum habemus, nos rationem reddituros esse de omni vita hic peracta Deo, qui & nos & mundum ipsum fecit: mediocre, humanum, & contemptui obnoxium deligimus vitæ genus: nihil hic nos tanti passuros esse mali existimantes, etiam si vitam nobis nonnulli adimant, quod conferri possit cum eo, quod istic à magno iudice vita per lenitatem, & humanitatem, & æquitatem exactæ reportabimus præmio. Plato quidem Minoē & Rhadamanthum iudicaturum, & puniturum malos dixit. Nos autem, siue Minos sit, siue Rhadamanthus aliquis, siue etiā multorum pater, ne eum quidem ipsum effugiturum esse iudicium Dei aimus.* Hunc in modum Hippolytus de consummatione mundi. Methodius Catarensis Episcopus c. vlt. de illis quæ contigerunt, quæq; deinceps contingent. Eusebius de præparat. l. 11. c. 10. Ephrem de secundo aduentu Domini. Isaias Abbas orat. 1. Olympiodorus in Ecclesiast c. 12. August. sermon. 67. de tempore. Rabani ad Origarium sententia claudam. *Scio in quibus angustiis versamur, & sub quibus periculis in hoc mundo constituti sumus, ita vt quotidie periclitemur, & imparati ad tribunal iustissimi iudicis hinc raptamur, vt ibi recipiat vnusquisque propria corporis prout gessit siue bonum, siue malum.*

Metus iudicij bona vitæ conciliator.

Itaque temeritatem nost. iudicij, terrore illius magni diei cohibeamus, solliciti ne demus πρόσκομμα offendiculum, cui impingant, & scandalum cui impingendo, ruant. Alij Synonima esse putant, quod et si dici possit, grauius tamen scandalum est, quam offendiculum. Grauior autem plerunque pœna seductoribus, & peccati auctoribus, quam ipsis peccantibus imponitur.

VERSVS 14.

Scio & confido in Domino Iesu, quia nihil cōmune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid commune esse, illi commune est.

QVAESTIO I.

An nihil immundum, nisi iudicanti immundum esse?

§. 1. VErbum κοινὸν טמאא *tame*, indicat Paulū loqui de ciborum abstinentia, cuius causa erat contaminatio illorum, vt Epiphanius hæresi 42. de Marcione, hæres. 66. de Manichæis, de iisdē August. & l. 3. contra Faustum c. 5. Prudentius in hymno: *Te sine dulce nihil.* Confido πέπεισμαι *persuasus sum*: πληροφορεῖν, inquit Chrysost. quod notandum vt sciatur quodnam sit illius πληροφορίας obiectum. *Per ipsum.* Syrus: *ex seipso.* Beza: *per se.* Origenes, Chrysostomus, Theophylactus. Eodem modo qui legunt δι' αὐτοῦ, vel δι' ἑαυτοῦ & interpretantur τῇ φύσει *natura* nihil immūdum. Quæ expositio si suscipiatur euincit stolidam hære-

hæreticorum maledicentiam Canonicum delectum ciborum carpentium. In vetustis tamen Latinis & Græcis exemplaribus, atque etiam Scholijs est δι' αὐτοῦ, leui aspiratione, apud Theod. qui δι' αὐτοῦ δηλ. τὸν ἐυαγγελικὸν αὐτοῦ νομοθεσίαν. Ambr. *Beneficio creatoris omnia munda*, Aug. lib. 2. contra litteras Petil anic. 23. Hanc sequitur Caluinus. Sed neque sic contra nos quicquam facit, sed suorum argumenta retundit; nam Iudaicus delectus, imo & Philosophicus Græcorum, per Christum sublatus est. Commune autem dicitur ἀκάθαρτον, eo quod cibi communes essent gentibus prophanis. Nec ergo immundos cibos vllus agnoscit Catholicus, nam abstinent, non quod conscientiam polluant sua immunditie, sed in obedientia. In Christo Iesu. Vel scio in Christo Iesu, vel in illo, id est, in statu gratiæ. Quidam omnia hæc per Mimesin verba firmiorum occupantium esse putant, *cur abstinebo*, inquit, *cum sciam certo nihil immundi esse*.

Commune.

§. 2. Commune autem illi est, qui commune iudicat, quia conscientia repugnante commune manducat. Conscientia enim quamuis erret, cum tamen facis, quod illa errando malum iudicat, sine dubio peccas; nam quod malum est, elegisti.

VERSVS 15.

Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

QVÆSTIO I.

An Christus sit mortuus pro fratre qui perit?

§. 1. IN Græco est, εἰ δὲ si vero, in Syro אן דין. In den, si vero. Clarior sensus est si aduersatiua ponatur. Scandali ingens malum vitare docet, quo tamen quotidie multa millia pereunt. Sua imbecillitate, sed aliena licentia, qui libertate illa non vterentur, si charitatem haberent: non enim re leuissima, hoc est, cibo perderent, pro quo Christus mortuus est. An ergo perire potest, pro quo Christus mortuus est? Negant Caluiniani. Ideo concludunt Christum non pro omnibus, verum solis electis, hoc est, Caluinianis mortuum esse de quo magna illis est, disputatio cum Lutheranis, præsertim in colloquio Mompelgartensi p. 540. 546. 547. Litem decidit Paulus, qui vetat perdere fratrem, pro quo Christus mortuus. Et 1 Cor. 8.11. *Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.* Si perire non potest, si nemo perit, quid timorem incutit manducanti? Sentiendum igitur, Christum pro omnibus mortuum esse, sufficientissimum pretium etiam pro perituris soluisse, voluntate ant. cedente voluisse, & illos liberari lytro sanguinis, per eos stetisse ne liberarentur. Ideo non solos electos sua benignitate donasse. Electi autem non pereunt, quamuis in se spectati perire possunt, consilio tamen Dei, & electione tuti sunt. Augustinus de fide ad Petrum cap. 35. *Firmissime tene, & nullatenus dubita, omnes quos vasa misericordia gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos à Deo: neque perire posse aliquem eorum quos Deus prædestinauit ad regnum cælorum: nec quenquam eorum quos non prædestinauit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa gratuita donationis est præparatio, qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum.*

Christus mortuus est, etiam pro pereuntibus.

Cum igitur aliqui fratres pereunt, pro quibus Christus mortuus est, euentus docet, electos non fuisse. Pro omnibus porro mortuum Christum, ipse testatur Ioannis 3. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* & 2. Tim. 2. 1. Ioan. 2. Quæ cum impie Beza exponeret, Illustrissimus Princeps Comes Fridericus pertæsus *talium iussit colloquium abrumpi*, vt multis explicatur pag. 549. in eadem disputatione.

Blasphemia Caluinianorum rumperunt colloquium Mompelgartense.

VERSVS 16. & 17.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei, esca & potus: sed iustitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.

QVÆSTIO I.

Quod vocet bonum nostrum? quis sensus versuum sequentium?

§. 1. ALij legerunt ὑμῶν vestrum. Theophylactus & Cyprianus, & Chrysostomus. Vtrum in Græco facilis ex vocum affinitate transmutatio ὑμῶν & ἡμῶν. Syrus habet טבתן *tabathan bonum vestrum*, licet in Latina versione sit relicta lectio vetus. Idem sensus est omnino. Nam vocat bonum bonum commune Christianorum, & nostrum & vestrum. Quale hoc bonum sit, varie interpretantur. Chrysostomus τὸ ἀγαθὸν ἐνταῦθα, ἢ τὴν πίστιν φησὶν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐλπίδα τῶν ἐπάθλων, ἢ τὴν ἀπηρτισμένην εὐσέβειαν. οὐ γὰρ μόνον φησὶ τὸν ἀδελφὸν οὐκ ὠφελεῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ δόγμα καὶ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δωρεὰν βλασφημεῖσθαι ποιεῖς. *Bonum hic aut fidem dicit, aut futuram præmiorum spem, aut perfectam pietatem. Non solum enim, inquit, fratrem non iuuas sed & ipsam doctrinam & gratiam ac donum Dei blasphemari facis.*

Hoc ergo bonum omnium ille esse censuit, & nostrum & vestrum.

Theodoretus, *fidem, spem præmij.* Ambrosius, *doctrinam Euangelij.* Alij, *libertatem à delectu iudaico ciborum.* Non ambigo omnia simul Apostolum esse complexum. Hoc ergo cauere iubet, ne discordia, contentione, mutuo contemptu, & damnatione id agamus, vt bonum nostrum, fides, religio, cæteraque Dei dona, vel ab infirmis vel externis blasphementur; non enim facile adducentur, vt in illis veram pietatem agnoscant, quorum tam multas & acerbas dissensiones norunt. Hodie Iudæi, Turcæ, & Græci nostram religionem tot Sectis diuisam, & in se quotidie incurrentem detestantur, tanquam bellorum & tumultuum originem, nec in hæresibus falluntur: omnes rixosæ, seditiosæ, & sanguinariæ sunt.

Dissensio scandali causa.

§ 2. Versu 17. causam reddit. *Non est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu Sancto.* Si ob rem aliquam salutis necessariam offensio illa nasceretur, excusati possetis necessitatis obtentu, nemo enim salutem deserere debet, ne fratrem scandalizet, at esca & potu regnum Dei non promeremini, in illa libertate, qua intempestiue

vtimini, non consistit regnum Dei, vel gratiæ vel gloriæ, sed in iustitia quæ exercetur non iudicando parem, pax non coalescit alios increpando, & spernendo, gaudiū vero quod ex mutua charitate oritur in Spiritu Sancto. Per regnum Dei alij beatorum vitam, alij, viatorum accipiunt: D. Thomas spiritum in quo Deus regnat, de pace Ioan. 14. de gaudio Psal. 4. Dixerat autem antea hanc libertatem esse bonum Christianorum, nō tamen est primarium, nec tale vt eius abusus, non possit habere rationem mali. Eadem sententia, 1. Cor. 8. hoc quoq; ad firmos pertinet, qui se gloriæ Dei studere putabant, libertatem ciborum expo us d fendendo putabant delectu fidem inten uram Vnde impudens Marlorati & aliorum calumnia est hoc loco delectum Canonicum oppugnantium. Hæretici de iustitia fidei & securitate, & *εἰρήνη* inde consecuta, vt c. 5. interpretantur. Sed omnes veteres omnes, quin ipsi fatentur, non hic de fide, sed moribus agi, Et quia v. 19. *Itaque quæ pacis sunt sectemur* ad mutuam concordiam hortatur addit, *in Spiritu Sancto*, ne ciuilem & politicam harum virtutum exercitationem constituere videatur, sed supernaturalem.

Regnum Dei hoc loco.

§. 3. Qui ergo seruata iustitia, pace, gaudens in Spiritu Sancto seruit Deo, ille placet Deo, & probatus est hominibus, non quia cibis abstinet, aut illis vescitur. Græca habent ἐν τούτοις, noster reg ἐν τούτῳ, ad omnia ille refert, noster ad Spiritum Sanctum. Ita & Origenes, & de moribus Manichæorum c. 14. Nonnulla etiam Græca, exemplaria ita habent. Ideo autem eam lectionem probo, quod non omnis, qui in iustitia quacunque, aut pace, & gaudio seruit, sed qui in Spiritu Sancto; virtutes enim illæ ethicæ, & naturales non efficiunt, vt Deo placeas. Porro *δουλεύειν* absolute ponitur, pro Deo seruire, vt alibi exposui. Quod Pareus hinc conficere nititur, inanem esse distinctionem inter *δουλεύειν* & *λατρεύειν*, friuolum est. Nam licet vtrumq; de obsequio tam Deo, quam hominibus exhibito dicatur, Theologorum & Patrum tamen consuetudine *λατρεία* de seruitio quod solo Deo conuenit, solet accipi. Hoc negari non potest, internum cultum alium Deo, alium hominibus deberi. Externum etsi aliquando idem sit, nam & Deo & hominibus genua curuamus, diuersa tamen intentione deferri, Deo vt supremo Domino, homini vt illius administro, amico, vicesgerenti.

§ 4. Versu 19. & 20. Iterum inculcat vt pacem sectentur, offensionem fugiant, vbi ridicule quidam hæretici pacis nomine securitatem conscientiæ interpretantur, vt suam astruant præsumptionem eum manifeste de fidelium inter se concordia & caritate tractetur. Ne scilicet opus Dei destruatur, hoc est, salus fratrum, ædificatio Ecclesiæ, vt Chrysostomus exponit. Christianus probatus non est, cui vilior est salus fratrum, quam cibus. Scandalum omnia etiam mundissima facit immunda.

§. 5. V. 21. Duplex interpretatio: prima, Bonum est simpliciter carne & vino abstinere: ita Hieron. & recte; nam bonum est ieiunare, at non minima pars animum affligendi est hæc abstinentia, nisi Danielem, Dauidem, alios accusemus; alij tamen hic de solo scandalo vitando agi volunt vt Chrysost. &c. Vtcunque accipiatur Psychicorum nostri temporis licentiam arguit. Nam si bonum est Vinum non bibere, &c. (vt ipse Apostolus 1. Cor. 8. 13. Si esca scandalizat, &c.) ne scandalizetur frater ergo & bonum non bibere ne tentationes carnis inualescant, ne studium orationis intepescat; nam rem indifferentem ad malum aut peccatum vitandum assumere bonum est, & Deo placens: ergo potest & Ecclesia suis filijs eum in finem imponere legem, & modum determinare. Huic sensui multa Sanctorum Patrum & Conciliorum sunt dicta consentanea. Tria ponit: offenditur, *προσκόπτει*. *Scandalizatur σκανδαλίζεται, infirmatur. ἀσθενεῖ.* offenditur cum erumpit in conuitia & maledicta, scandalizatur cum à fide recedit, infirmatur cum varijs dubitationibus & tristitia perturbatur.

VERSVS 22.

Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.

QVÆSTIO I.

Quid sit, non iudicare se in eo quod quis probat?

§. 1. OCcupat obiectionem firmorum in fide: Si fidem habes, qua certus es, nihil immundum tibi esse: illa apud teipsum coram Deo fruere, libertate autem cum aliorum offensione ne vtaris. Duplex distinctio est. *σὺ πίστιν ἔχεις; Tu fidem habes? κατὰ σεαυτὸν ἔχε, apud temetipsum habe.* Deinde *σὺ πίστιν ἔχεις κατὰ σεαυτόν; Tu fidē habes apud temetipsum?* habe coram Deo. Prior magis ad mentem Apostoli facit. Nam iubet, vt te contineas, ne iactes, ne contemnas, sed teste Deo contentus sis, aut sane noris Deo te rationem redditurum. Syrus. *Tu cui est in te fides, in anima tua, complectere eam coram Deo.* Vbi cum bis dicat, *apud temetipsum*, בך in te & בנפשך *benaphschach, in anima tua*, videtur prius ad primum verbum, alterum ad secundum referendum.

§. 2 *Beatus qui non iudicat se in eo quod probat.* Syrus טוביהי *tubanhi, beatitudo illi qui non iudicat animam suam in eo quod discernit.* פרש est expandere, explicare, recensere, probare. Cyprianus, *qui quod laudat in alio non arguit in seipso.* Chrysostomus, *qui à propria conscientia non accusatur.* Origenes, *qui cum semel statuit licitum esse vesci omnibus, in eo manet, firmat, neq; mutat.* Pseudo-Ambr. *Qui non facit, quod iudicat non faciendum.* Augustinus & Anselmus. Qui se non iudicat, hoc est, damnat, seu damnabilem facit in eo quod probat, nempe, cum recte probet libertatem Euangelicam qua datur potestas vescendi omnibus, beatus erit, si in eius vsu cum infirmorum scandalo se non iudicet. Bonum enim ita faciendum est, ne ex circumstantia reddatur vitiosum. Ita etiam plerique hæretici, non modo Catholici. Notatu digna sunt verba Caluini, quibus securitatem suam suorumque impugnat. *Beatus qui non est sibi male conscius, siquidem facta sua rite examinat, contingit plerosque designare pessima facinora sine aliquo conscientiæ scrupulo. sed id fit, quia clausis oculis, se temere proripiunt, quo fert cæca & furiosa carnis intemperantia, multum vero inter stuporem & iudicium interest. Qui ergo delectum habet in rebus ille si probe æstimata re, & perpensa, non mouetur malo conscientiæ testimonio beatus est. Nam sola hæc securitas facere potest, vt opera nostra Deo placeant;* At quis sciet an non iudicio mistus stupor & furor; an probè rem perpenderit? Hinc Beza non improbat illos qui *δοκιμάζειν* interpretantur, *Examinare, quia scilicet multi sunt,*

Bonum sine aliorum offensa agendum est.

Caluinistarum stupor.

ti sunt, inquit, quos conscientia non redarguit, qui tamen grauissime peccant; quid si inter eos ipse Beza? quæ potest esse securitas? Constat omnino inter Caluinistas stuporem illum nó iudicium regnare. Quis enim fingi maior potest stupor, quam in sceleratum propósito, a ctuque perseuerantem credere sibi illa non imputari? seque, vt illi loquuntur, adhuc iniustum manentem esse iustum? Nam securitas examen sui excludit: an sani sint, an docti, an iusti secum examinant, qui sani, docti, iusti sunt, qui certi sunt & securi, sine disceptatione, & examine acquiescunt.

VERSVS 23.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide peccatum est.

QVAESTIO I.

An sit peccatum, quicquid non est ex fide?

§. 1. Magna est in horum verborum explanatione controuersia. Sectarij interpretantur. Peccatum esse omne opus quod non fit ex fide, ideo omnia opera infidelium, quantumuis videantur præstantia, esse peccata mortalia, damnabilia. Orthodoxi vero fidem hoc loco aiunt significare dictamen conscientiæ, & illud quod est contra conscientiam esse peccatum, licet alioqui natura sit adiaphorum, vt hoc loco: vesci cibis in lege vetitis Christianum, non erat peccatum: itaque qui id sciebat, vescebatur & non delinquebat; at si quis errante conscientia, putaret, esse prohibitas escas illas, seque lege teneri, & tamen vesceretur sine dubio peccaret, quia paratus est agere, & agit, quod iudicat esse contra Dei voluntatem.

Sine fide contra conscientia.

Hinc obiectiones Kemnitij, Melanchthonis in apologia, Caluini l. 3. instit. c. 15. Parei l. 5. c. 10. de gratia, & libero arbitrio facile soluuntur.

Agitur enim hic de fide, seu persuasione, qua credimus aliquid licitum esse, vel illicitum: sed iudiciu practico de re quapiam agenda vel omittenda. Quod iudicium in fidelibus interdum est diuersum: quin experientia docet apud ipsos Caluinianos varietatem magnam esse in casibus decidendis, & rerum vsu Nonne multi fractionem panis essentialem cœnæ partem, alij tantum cærimoniam, alij denique non necessariam iudicant? Nonne si quis panem non frangit, si fidem habeat, quæ iudicet frangendum esse, peccat? Eam diuersitatem in practicis videmus Petro & Paulo ansam disputationis dedisse. Fidem vero hoc loco accipi particulariter, pro iudicio, persuasione, & assensu, quo quispiam esse aliquid licitum vel illicitum arbitratur, ita manifestum est, vt nemo partium aut interpretum dissenserit. Nam vers. 2. ita loquitur: *alius credit manducare omnia, seu vescendum omnibus*, vt habet versio Caluiniana. Et Parei versio, *Alius credit vesci licere quibusuis*. Et v. 14. *Non esse commune, nisi ei, qui existimat esse commune.* Vbi Pareus: *Tales sunt nobis, quales à nobis habentur. Si igitur immunda putamus & vescimur, tamen abstinemus, vtique immunda abstinemus vel vescimur, errante conscientia.* Et vers. 22. *Tu fidem habes.* Exponit Pareus, *fidem libertatis. In conscientia habe fidem*, inquit. Denique hoc ipso versu. *Alter*, inquit, *aphorismus monet infirmos, ne ambigente conscientia edant, quia si edant, sint damnabiles, διακρινόμενος & discernens*, hoc est ambigens de cibo vtrum licitus sit, an non? Quid sit autem non ex fide sic exponit. *Quia non ex fide nempe edit; hoc est, non est certo persuasus, seu non credit, licitum sibi hunc cibum esse coram Deo. Fluctuans igitur & tamen edens, conscientiam suam violat, & sic Deum offendit, quod est damnabile.* Cum ergo iudicio hæreticorum de fide qua licitum aliquid credimus toto capite agatur non de fide qua Christiani sumus, cur non etiam vltima sententia sic exponetur? vt de omni genere actionum dicatur. *Quicquid non est ex fide*, hoc est, *quicquid agunt homines, non persuasi, aut non credentes licitum sibi esse actum illum coram Deo, peccant*, Fluctuantes igitur, & agentes conscientiam violant, Deum offendunt. Deinde infirmi in Christum credunt, & tamen si edant quod iudicant non edendum, peccant; non quia sine orthodoxa qua Christiani sunt, fide agunt, sed contra particulare dictamen conscientiæ. Fidem orthodoxam non iubemur penes nosmetipsos habere, sed profiteri. Quod si infidelis esset, iam siue manducaret, siue abstineret ex eorum iudicio peccaret, omnia enim infidelium opera peccata esse comminiscuntur. Ridiculus itaque est Gualtherus, dum fidem interpretatur *fiduciam*. Contra eum recte interpretatur Cornerus. *Qui vtaque cum dubitatione num recte facias, vtitur rebus medijs: peccat, & contra conscientiam agit.* Sic Oecolampadius. Lossius vtrumque coniunxit. *Nempe quicquid non ex fide, hoc est cognitione & persuasione, qua constet licitum esse, & fiducia.* Prius bene vi veritatis adactus, posterius ne à suis discederet, male posuit.

§. 2. Patrum est indubitata sententia. Chrysostomus. *Rursus ad parcendum infirmiori adhortans, hoc dicit: Quid enim vtilitatis fuerit, si teipsum non iudicans & condemnans ederis? Ego quippe illum probo qui & vescitur, & cum nulla hæsitatione vescitur. Vide quomodo illum inducat non solum vt edat, sed & munda conscientia edat. Deinde & causam ponit, propter quam condemnatus sit, subdens ac dicens: Quoniam non ex fide. Non quod immundum sit cibus, sed quod non ex fide: non enim mundum esse credidit, sed tanquam immundum attigit. Per ista vero ostendit quantum damni dent, qui non persuasos attingere cogunt quæ ipsis immunda videntur, quatenus vel hoc pacto moti desinant obiurgare infirmos. Quicquid vero ex fide non est, peccatum est. Quum enim quod edit, mundum esse nec confidat nec credat, quomodo non peccasse credetur? Hæc autem omnia de proposito tantum argumento à Paulo dicuntur, non de quibusuis.*

Eodem modo Theodoretus, Scholia Græca, Theophylactus.

§. 3. Augustinum tamen ausus est obijcere Pareus, quod ex hac sententia probet omnia infidelium opera esse peccata. Lib. 1. c. 3. de nuptijs & concup. Lib. 4. contra Iulianum cap. 3. & tract. in Ps. 31. Hæc ante illum alij obiecerunt, quibus Bellarmin' l. 5. c. 11. de gratia & libero arbitrio respondit. Opera infideliū fere omnia esse peccata, quod fiant fere ob malū finem, vt in cultū idolorum, vel inanem gloriā, &c. Deinde vocare improprie peccata, quod perfectione sua careant, sterilia sint, nec prosint ad vitam æternam, non quod pœnis digna sint. Vtrunque responsum exagitat Pareus. Primum, quod Augustinus omnia infidelium opera dicat peccata, non fere omnia. Deinde non solum dicit peccata

peccata esse ob malum finem, sed ob legis transgressionem, & fidei defectum. Alterum, quod nullum opus fidelium habeat eam perfectionem quam debet; nam debet habere fidem.

Respondeo. Veritas hic loquente Augustino audiatur. Non dicit omnia esse peccata, sed quæ prauo fine aguntur. l. 1. de nuptijs c. 3. *Quid ergo dicimus quando & in quibusdam impijs inuenitur pudicitia coniugalis? vtrum eos peccare dicendi sunt, quod dono Dei male vtantur, non id referentes ad cultum eius à quo acceperunt? an forte nec dona Dei putanda sunt ista, quando hæc infideles agunt, secundum Apostoli sententiam dicentis, omne quod non est ex fide, peccatum est? Quis audeat dicere donum Dei esse peccatum? Anima enim & corpus & quæcunque bona animæ & corporis naturaliter insita etiam in peccatoribus dona Dei sunt, quoniam Deus, non ipsi ista fecerunt. De ijs autem quæ faciunt dictum est, omne quod non est ex fide, peccatum est. Cum igitur hæc faciunt homines sine fide, quæ videntur ad coniugalem pudicitiam pertinere, siue hominibus placere quærentes, vel sibi, vel alijs, siue in his rebus quas vitiose concupiscunt, humanas molestias deuitantes, siue dæmonibus seruientes, non peccato carent, sed alijs peccatis alia peccata vincuntur. Absit ergo pudicum veraciter dici, qui non propter Deum verum, fidem connubij seruat vxori.*

Non omnia opera infidelium peccata.

Hoc ad caput 5. vsque ostendit.

Lib. 4. cap. 3. contra Iulianum: docet in infidelibus non esse veras virtutes, sed steriles, quæque nec iustos faciant, nec Deo placeant: ob malum vero finem, etiam pe[ccat]a esse, non autem dicit esse peccata defectu fidei, vel ob transgressionem. Augustini verba. *Vbi quidem dogma vestrum quo estis inimici gratiæ Dei, quæ datur per Iesum Christum Dominum nostrum, qui tollit peccatum mundi, euidentius expressisti: introducens hominum genus quod placere Deo possit sine Christi fide lege naturæ. Hoc est vnde vos maxime Christiana detestatur Ecclesia. Sed quid vis esse istos? Vtrum veras virtutes habent, & steriliter boni sunt, quia non propter Deum: an etiam Deo ex his placent: atque ab illo vita remunerantur æterna? Si steriles dixeris, quid ergo eis prodest quod secundum Apostolum defendent eos cogitationes suæ in die qua iudicabit Deus occulta hominum? Si autem quia defenduntur cogitationibus suis, eò quod naturaliter opera fecerint legis, non sunt steriliter boni, & ob hoc inuenient æternam mercedem apud Deum, proculdubio propterea iusti sunt, quia ex fide viuunt. Nam testimonium illud quod ex Apostolo posui Omne quod non est ex fide, peccatum est: sicut tibi visum est accepisti & exposuisti, non vt sapis, sed vt sapis. De cibis enim Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset, qui autem discernit, si manducauerit damnatus est, quia non ex fide: hanc peccati speciem de qua agebat, generali voluit prohibere sententia, mox inferens, Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Sed vt hoc tibi de cibis tantum intelligendum esse concedam: quid de alio dicturus es testimonio quod identidem posui, nec inde aliquid disputasti, quia non inuenisti quomodo in tuam possis detorquere sententiam quod ad Hebræos scriptum est, sine fide enim impossibile est Deo placere? Nempe vt hoc diceretur, de tota vita hominis agebatur, in qua iustus ex fide viuit: & tamen cum sine fide impossibile sit placere, tibi virtutes sine fide sic placent, vt eas veras prodites, eisq; bonos esse homines: & rursus, quasi te pœnituerit laudis earum, steriles pronunciare non dubites. Isti ergo qui naturali lege sunt iusti, aut placent Deo, & ex fide placent, quia sine fide impossibile est placere Deo, ex qua fide placent nisi ex fide Christi? quoniam sicut legitur in Actibus Apostolorum, eis Deus definiuit fidem omnibus, suscitans eum à mortuis. Ideoque dicuntur sine lege naturaliter quæ legis sunt facere, quia ex gentibus venerunt ad Euangelium, non ex circumcisione, cui lex data est: & propterea naturaliter, quia vt crederent, ipsa in eis est per Dei gratiam correcta natura: nec per eos potes probare quod vis, etiam infideles veras posse habere virtutes, sunt quippe isti fideles. Aut si fidem non habent Christi, profecto nec iusti sunt, nec Deo placent, cum sine fide placere impossibile sit. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitationes suæ defendent, vt tolerabilius puniantur, quia naturaliter quæ legis sunt vtcunque, fecerunt, scriptum habentes in cordibus opus legis hactenus, vt alijs non facerent quod perpeti nollent. Hoc autem peccantes, quod homines sine fide, non ad eum finem ista opera retulerunt ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius quam Catilina punietur, non quia iste bonus, sed quia ille magis malus, & minus impius quam Catilina, Fabricius: non veras virtutes habendo, sed à veris virtutibus non plurimum deuiando. An forte & istis qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem suam, & virtute ciuili, non vera, sed verisimili Dæmonibus vel humanæ gloriæ seruierunt, Fabricijs videlicet, & Regulis, & Fabijs, & Scipionibus, & Camillis, cæterisq; talibus, sicut infantibus qui sine baptismate moriuntur, prouisuri estis aliquem locum inter damnationem regnumque cælorum: vbi non sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui Deo non placuerunt, cui sine fide placere impossibile est, quam nec in operibus, nec in cordibus habuerunt? Non opinor perditionem vestram vsq; ad istam posse impudentiam prosilire. Erunt ergo, inquit, in damnatione sempiterna, in quibus erat vera iustitia? O vocem impudentia maiore præcipitem. Non erat, inquam, in eis vera iustitia, quia non actibus, sed finibus pensantur officia.*

In Psalmum 31. Tantum docet non esse bona opera ante fidem. *Ea enim,* inquit p. 41. d. *Ipsa opera quæ dicuntur ante fidem, quamuis videantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi videntur esse vt magnæ vires & cursus celerrimus præter viam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem. Vbi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non valde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, aspiciat, quo lacertos optimæ gubernationis dirigat.*

Et post multa: *Iactet etiam impius opera sua, & dicat. De pauperibus, nihil alicui aufero, non vxorem alienam concupisco, non quenquam occido, nullo fraudem facio, depositum apud me nullo teste repræsento. Hæc omnia dicat: quæro vtrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius, inquit ista faciens? Quomodo illi de quibus dictum est.* Et seruierunt Creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. *Ecce quomodo es impius; Quid si de his omnibus bonis operibus, aut illud speras quod sperandum est, sed non ab illo à quo sperandum est: aut hoc speras, quod sperandum non est, etiam ab illo à quo æterna vita speranda est. Pro bonis operibus speras tibi terrenam quandam felicitatem? impius es. Non est ista merces fidei, Cara res est fides, vile illam addixisti. Impius ergo es, & nulla sunt ista opera tua. Moueas licet in bonis operibus lacertos, & videaris nauim optime gubernare, in saxa festinas. Quid si quod sperandum est speras, id est, vitam æternam, sed non à Domino Deo per Iesum Christum, per quem solum datur vita æterna? si putas te ad vitam æternam posse peruenire per militiam cœli per solem & lunam, per potestates aeris, & maris, & terræ, & syderum, impius es. Sed crede in eum, qui iustificat impium, vt possint & bona opera tua esse opera bona. Nam nec bona illa appellauerim, quamdiu non de radice bona procedunt; Quid est hoc? Aut vitam temporalem ab æterno Deo speras, aut vitam æternam à Dæmonibus speras. In quamlibet partem impius es.*

Ecce Augustinus non singula, non omnia opera impiorum dicit mala, sed quæ impium finem habent. Nulla sunt tamen vere bona, & fructuosa ad vitam æternam, quia fine bono supernaturali carent. Quædam autem quæ non fiunt fi[n]e ma[lo], & sunt bona, vt cura prolis educandæ ex cognatione naturali,

turali, & ci[illegible] officia, non veniunt punienda, nec munianda. Alioqui qui plures eiusmodi præstitissent grauius puniretur ignauis & ociosis.

§. 4. Tandem Pareus concedit fidem hic particulariter accipi posse, in explicat. Ep. Rom. p. 1528. negat tamen significare conscientiam. Esset enim inquit, dicendum. Tu fidem habes, pro, tu conscientiam habes: quod quid ineptius? Illud enim apud temetipsum habe, id est, in tua conscientia habe: sic erit: *Conscientiam habe in conscientiá.*

Hæc fanatica sunt & puerilia. Sensus illorum verborum. Tu fidem habes libertatis? hoc est, conscientia, scientia, iudicium, quod habes, dictat, te non obligari ad ciborum delectum. Hanc fidem, scientiam, conscientiam silentio preme, ne iacta, ne te effer, ut fratrem destrue. Conscientia tua contentus esto, quæ in te est.

Pergit delirare. *Infideles conscientiam habent, nec habent fidem. Fides igitur non est conscientia.* Quis ferret puerum sic argutantem? Infidelium conscientia non est fides, ergo fides fidelium, qua iudicant aliquid esse licitum, non est fides. Ergo Pauli conscientia quæ dictabat illi nihil immundum esse nó erat fides. Pareus in explicatione v. 2. Seipse refutat. *Obseruemus*, inquit, *primo vim verbi πιστεύειν credere. Est idem quod nosse, aut certo persuasum esse. Opponitur enim ignorantiæ, negationi, & dubitationi, circa præsens caput fidei, de ciborum delectu.* Necdum finis. *Infirmi*, inquit, *edunt sine fide. nec tamen edunt sine conscientia. Fides igitur non significat conscientiam.* Imo vero edunt & sine fide, & sine conscientia. Sine fide, quia iudicant non edendum; & edunt. Fides autem hoc loco significat conscientiam. v. 2. *Qui autem discernit, si manducarit damnatus est, quia non ex fide.* Hoc est interprete Pareo, *ambigente conscientia* p. 1527. Et addit. *Quia non ex fide, nempe edit. hoc est non est certo persuasus, nec credit licitum sibi hunc cibum esse coram Deo.* Edit sine conscientia, quia repugnat conscientia. Sicut repugnat persuasio illa.

§. 5. Tandem prorumpit, & totam imperitiam prodit. *Si peccatum est, quicquid fit sine fide, an sit licitam? quanto magis peccatum est, quicquid fit sine fide in Christum. Sine qua impossibile est vllum hominem, vel opus placere Deo?* Quæ vero illa consequentia: Quod fit repugnante conscientia, peccatum est, ergo quod fit sine fide in Christum est á peccatum. Qui conscientiæ obnititur in Deum iniurius. qui fide in Christum caret, medium quoddam opus edere potest, nec pœna, nec præmio dignum. Nam cum agitur contra actuale conscientiæ dictamen, specialis est malitia animi destinato hoc illicitum perpetrandi, vt si nunc Iudæus inducatur, vt contra conscientiam manducet porcinam, manente illo iudicio est speciale malum. de quo hic agitur. Quod autem non credat in Christum id non addit specialem moralem singulis actibus malitiam, quanquam obstet, quo minus supernaturalis illis illis honestas tribuatur.

Esse autem in impijs quædam bona opera, docet Augustinus de patientia. c. 26. Si quis autem non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus & vinculum pacis, quo Catholica Ecclesia congregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famem, nuditatem, persecutionem, pericula, carceres, vincula, tormenta, gladium vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarum & ignis æterni: nullo modo ista culpanda sunt, imo verè & hæc laudanda patientia est.

Verum de his alio loco disputatum est abunde, & Arminianorum nonnulli hanc hæresin fecerunt etiam rigidis Caluinistis detestabilem.

CAPVT XV.

DEBEMVS autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiæ, & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum: Laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaias ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spiritus Sancti. Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte tamquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, vt sim minister Christi Iesu in Gentibus: sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu Sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium: verbo & factis: in virtute signorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est: Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos,

& pro-

& prohibitus sum usque adhuc. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euangelii Christi veniam: Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum, vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa. & obsequii mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

IN CAPVT XV

ARGVMENTVM.

VRGET propositum vt fortes in fide infirmiorum imbecillitates ferre persuadeat; idque exemplo Christi, qui id fecit, imo pro illis mortuus est, qui etiam fortes assumpsit, cum adhuc essent infirmi. Iudæos itaque & gentes in vnum conuenire optat, vt concordes Deum omnium redemptorem collaudent. Reliqua capitis pars perorationem continet, qua excusat, sed quod audacius scripserit, rationem reddit, cur hactenus ad eos non venerit, venturum autem promittit; atque illac in Hispaniam transiturum. In Syriaca Ecclesia vsque ad v. 14. legitur: *Feria tertia hebdomadis præcedentis ieiunium.* Inde ad finem: *Dominica secunda ieiunii.*

VERSVS I.

Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere, & non nobis placere.

QVAESTIO I.

Quomodo debeamus sustinere infirmitates infirmorum?

§. 1. NOs, inquit, δυνατοὶ, fortes, potentes, nempe in fide & scientia, ferre imbecillitates infirmorum, debemus. Hoc est enim proprium, & decus potentium, imbecilles adiuuare. Nec vlla in re magis elucet vera fortitudo, quam in auxilio infirmorum; nec dicit tantummodo pati, tolerare dissimulare, sed βαστάζειν *portare*; eo modo, quo infantium teneritudinem fouent matres. Non enim eos contemnunt, increpant, aut deserunt, si æquis passibus sequi non possint, sed in vlnas arreptos ferunt. Nec dicit tantummodo, conueniens esse, vt gratis illis præstemus, sed ὀφείλομεν, inquit Chrysostomus, *debemus*, non χαρίζεσθαι. Nec dignitas fortium officio Caritatis minuitur, sed crescit. Prudenter idem auctor ille σὺ δυνατὸς εἶ, καὶ συγκαταβαίνων οὐδὲν βλάπτῃ. *Tu potens es, at condescendens nihil lederis.*

§. 2. Iuuare alios debemus, non placere nobis. Nam qui se magnifaciunt, & circumspiciunt, proximos contemnunt; atque illi sui complacentia ad ferendos illos non redduntur prompti, vt miseris succurrere decernant, sed potius irritantur, quasi iniuriam passi, quod imbecilliores non subito sibi assentiantur, & eorum hæsitationem in suam contumeliam accipiunt. Itaque ἀρέσκειν ἑαυτῷ opponit, τῷ βαστάζειν ἀσθενήματα. *Sibi placere, & ferre aliorum infirmitates;* non sunt contraria ubi immediate opposita: sed complacentia sui causa est, vt aliorum necessitates negligantur, rideantur. Nam superba est φιλαυτία, *amor sui*, sua tantum commoda spectat. τὰ ἑαυτῆς σκοπεῖ. Beza & alii vertunt. *Indulgere sibi*, quod pars est huius vitii, placere sibi longe generalius accipitur. Itaque alii quoque Heretici vt Caluinus nostram versionem retinent. Syrus habet ולא לנפשן נשפר, *vela lenaphschan neschphar, Nec animo nostro pulchrescere*, seu pulchros videri, non nimium gratos & iucundos.

Prauam, sed naturæ insitam φιλαυτίαν, qua sibi quisque indulget, sua probat, & æquum iudicat, alios sibi accedere etiam olim Plato notauit lib. 5. de legibus. πάντων δὲ μέγιστον κακὸν ἀνθρώποις τοῖς πολλοῖς ἔμφυτον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐστιν, οὗ πᾶς ἑαυτῷ συγγνώμην ἔχων ἀποφυγὴν οὐδεμίαν μηχανᾶται. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὃ λέγουσιν, ὡς φίλος αὐτῷ πᾶς ἄνθρωπος φύσει τέ ἐστιν, καὶ ὀρθῶς ἔχει τὸ δεῖν εἶναι τοιοῦτον. τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε. τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν, ὥστε τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει, τὸ ἑαυτοῦ πρὸ τοῦ ἀληθοῦς ἀεὶ τιμᾶν ἡγούμενος. *Maximum omnium malorum multis hominibus, innatum est animis, quod omnes sibi ignoscunt, nec fugere conantur. Illud vero est, quod aiunt: Omnem hominem amicum sibi esse, & recte habere, quod talem esse oporteat. Reuera autem omnium peccatorum fons est singulatim singulis nimius amor sui. Cæcus est enim circa rem amatam amans, vt de iustis, bonis honestis male iudicet, id enim quod sibi commodum est, illi quod veritatis est, anteferendum censet.*

In vsu ergo, & communi conuictu agendum est, vt aliorum vtilitati consulamus, & cum eos errare cernimus, placide in viam reducere. Ideo enim videntibus datus est sensus, vt non sibi modo, sed cæcis etiam viam monstrent, & eleganter monet Chrysostomus. dicta Paulo ἀσθενήματα, non ἀσθενεῖς, vt misericordiam moueat. Miseremur n. infirmitatum infirmorum, & attrahimus & fouemus etiam inuitos. Ad hoc enim vires datæ sunt. δυνατὸς γέγονας, ἀπόδος τῷ θεῷ τὴν ἀμοιβὴν τῷ ποιήσαντί σε τοιοῦτον. *Potens, fortis es? Redde hanc Deo vicem, qui talem te fecit.*

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Rectene doceat Paulus fortiores debere se infirmioribus accommodare?

§. 1. NOn repugnat sibi Paulus, qui sic tolerari iubet eorum infirmitatem, qui delectus ciborum I. di ucos,& ferias retinebant, & ad Gal. 2. Petrum reprehendit, qui gentes cogebat Iudaizare. An illa reprehensio ex composito, & non serio instituta fuerit, disputarunt Hieronymus & Augustinus, & expulitio huc non pertinet. Constituto autem Petrum fuisse reprehensum, idem, & ideo verè reprehensum, vt demonstrat Augusti us, n n parua difficultas hinc oritur, quomodo Paulus hîc laboret, vt toleretur id quod in Epistola ad Galatas sublatum voluit. Duae sa ratio in eo apparet, quod Romani ex Iudæis infirmi melius cura di esant. Illi vero simpliciter contendebant cæremonias Mosaicas esse obseruandas, alij, etiam gentes teneri. Petrus etsi hoc falsum iudicaret, nam & ipse gentiliter viuebat, tamen ne offendere Iudæos tem dissimulabat, & ipse quoque sese illis accommodabat; quam dissimulationem ingens scandalum sequebatur. Hoc autem scandalum Paulus sustulit. Nam infirmos vocat Iudaizantes, & seuere prohibet, ne alios iudicent. Hic ergo tolerat errantem vt instruatur, illic seducentibus & al enæ liber atis oppressoribus resistit.

Hos anxios & scrupulosos, ad omnia tr pidantes suscipere, & instruere boni esse viri iudicat, illos animose contendentes, & animas discipulorum subuerteores redarguendos merito decernit.

§. 2. Paulus quidem Petrum publice reprehendit, quia rectè os pede incedebat, cum Gentiles cogeret Iudaizare, & separaret se ab eis, sed ipse tamen Paulus etiam Timotheum circumcidit, propter Iudæos. Verum diuersi erant effectus earum actionum. Petri d ssimulatio erat culpabilis: nam Iudæorum opinionem falsam probabat, gentium libertatem minuebat, non docendo, sed agendo. Vnde in Ecclesia scandalum oriebatur, & dissensio. Paulus al eo ‹ infirmitati indulget, & tamen monete non desinit, infirmitatem esse, errare Iudæos suæ immunitatis ignaros. Timotheum circumcidit, ne tumultus causam daret, si eum in templum adduceret. Hominem enim incircumcisum nefas erat in templum ingredi. Paulus ergo semper firmus, al quando factus est infirmus, hoc est ad infirmorum debilitatem condescendit, illis indulsit, occasionem offensionis sustulit, nunquam autem errores firmauit. Diligentia ergo vigilante opus est, vt nec prælatus ipse suorum infirmitatem exemplo, aut connuentia foueat: nec omnia ad viuum resecando odiose exasperet.

Infirmitatēs ita ferendæ sunt, ne errores firmentur.

VERSVS 2.

Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

QVÆSTIO I.

Quomodo placendum proximo?

§. 1. OPtimè monet Scholiastes, ne omni modo placendum putent proximo addi-

Adam Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

tum esse, *in bonum ad ædificationem.* Codices Græci variant: alij habent ὑμῶν *nostrum*, alij ὑμῶν *vestrum*. Syrus [Syriac] *vestrum*. Vetus correcta habet *vestrum*: nec obstat, quod antecessit, *debemus*, frequens est enim in Pauli Epistolis illa personarum commutatio. Placere ergo proximo oportet, sed in bonum, hoc est ad bonum finem, nempe ad ædificationem, vt et nobis & illis Ecclesiæ fabrica firmetur. Nam si placere in malum seu ad destructionem velimus, audiemus horrendum illud: *dissipabit Deus ossa eorum, qui hominibus placent.* Graue enim peccatum est, peccato fa endo vel probando placere velle. Monet tamen etiam fi mos, ne sibi semper velint indulgeri, & aliena benignitate sou n, cum errent, pos s ipsis cogitandum, finem indulgentiæ esse, non vt in suis ipsi conceptionibus obtorpescant, sed vt ædificentur, vt discant, fortes euadant, ad hoc enim portatur infirmus, vt aliquando solidatus ambulet, alios etiam ipse portet.

Placere oportet in bonum.

§. 2. Improbe hic Pareus ex magistris suis calumniam struit orthodoxis. *Sic frustra*, inquit, *pertinacibus Iudæis, & Papistis hodie indulgetur circa cibos, aut ferias, quia indulgentia earum non est ad bonum, ad ædificationem. Sed ad pertinaciam: Redduntur siquidem in erroribus, & superstitionibus obstinatiores.*

Respondeo pro orthodoxis, Iudæi ad nos non pertinent. Indulgentiam Caluinistarum non experimur, sed crudelitatem, quam Pareus eo vsque extendit, vt etiam ieiunare nos vetet, & ferias agere. An hæc ergo Pauli est doctrina: vt eos qui leguminæ, olere, Salsamentis, contenti viuant, quos Ecclesia ad ieiunium inuitat, ille ad tuceta, attagenas & sumina cogat? An pertinacia cibos bonos, del catos, ad tempus abdicare, vt corpus ieiunio domet, spiritus sua libertate liquidius fruatur? Non pertinacia, aut superstitione sancti Dei, & ipse Apostolus Deo seruijt, in ieiunijs multis. Ambrosium audiamus l. 3. Epist. 10. qui huius pertinaciæ exempla producit. *Anna, inquit, octoginta quatuor annis in viduitate sua ieiunijs & obsecrationibus in templo die ac nocte seruiens Christum agnouit. Quem Ioannes abstinentiæ Magister quidam nouum tetrarum Angelus annunciauit. Obsculum Helisæum qui syluestribus carnis amaræ pascebat Prophetas. Immemorem Scripturarum Esdram, qui memoria Scripturas reddidit. Insipientem Paulum qui gloriatur ieiunijs, si nihil prosunt ieiunia. Sed quomodo non prosunt, quibus vitia purgantur?*

Tyrannis Caluinia-na.

Christianorum in prima Ecclesia consuetudinem Tertull. recenset, de cultu fœminarum, c. 9. *Quidam ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino & animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoque castigatione Deo immolant.*

Eusebius l. 2. c. 6. historiæ. Ascetis Alexandrinos vino, carne, alijs abstinuisse, aquam illis potuio salem & hyssopum pro obsonio fuisse, confidentiam canonem Apostolicum, l. 5. const. c. 19. apud Clementem, De martyribus Lugdunensibus, qui Seueri tempore coronari narrat idem Eusebius l. 5. c. 1. Illi calumniam persecutorum, quâ ecophagias impiæ accersebantur, h s verbis refellunt. *Multum erratis ô viri, putantes humanis visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus vtuntur.*

❧(:)❧

VERSVS 3.

Etenim Christus non sibi placuit, sed scriptum est improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

QVAESTIO I.

Quomodo probat nos debere non nobis sed proximis placere?

§. 1. CHristus vnigenitus Dei filius, in quo Patri complacuit, *nō sibi placuit, sed vt scriptum est, improperia exprobantium tibi ceciderunt super me.* Ps. 68. 10. Totus Psalmus de Christo redemptore eiusque passione agit. Argumentum à Paulo breuissime insinuatur; oportet vos, inquit, Christianos vestigijs Ducis vestri insistere. Ille non sibi placuit, non suæ maiestatis rationem habuit, sed nostræ miseriæ, nostræ salutis. Non venit sibi sed nobis. Si ille ergo infimos suscepit, nec sua magnitudine putauit indignum ad nos descendere, quis tu es, qui contemnas fratrem? an tibi Christus ignobilis? tu vero dignior? Non placuisse ipsum sibi, nec suorum commodorum rationem habuisse probat. Quia sustinuit, quod de eo prædictum fuit. *Improperia exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Christus Patri loquitur. Omnes inquit *ὀνειδισμοὶ improperia, blasphemia, contumelia tibi.*

Christus sibi non placuit.

Irrogatæ ceciderunt super super me, mihi tanquam meæ fuerunt luendæ. De illis non secus, quā de proprijs indolui: in me positæ sunt omnium iniquitates, atque hinc apparet vis exempli maxima: Christum scelera totius mundi immanissima, fœdissima in se, acerbissimo supplicio luenda suscepit, non ergo tu infirmitatem fratris tui, non mali, sed ægri, à Christo tamen redempti ferre debebis? Nimis est delicata morositas, quæ fraterna dubitatione exasperatur, cum pro tuis delictis, mortem crucis Iesus obierit Isaiæ 53. *Vere languores nostros ipse tulit.*

§. 2. Placuit ergo nō sibi, sed nobis *ad bonum*, seu *ad ædificationem*. Origenes hominibus placere interpretatur *homines saluare*. ita Matth. 20. 28. & 18. 17. Ioan. 12. 47. Verba Psalmi 68. 10. sunt ipsius Dauidis, sub persona Christi loquentis. De omnibus Christo illatis contumelijs, sed præcipue de vltimis & maximis intelligenda sunt. Sociniani improb. hinc conficere nituntur, Christum tantum doctrina, & exemplo nos redemisse: nam hic tantum eius tolerantia nobis ad exemplum proponitur. Respondeo. Christum præstitisse virtutum omnium exemplar omnibus modis absolutissimū: at non exemplar modo; sed lytrum etiam se precium redemptionis persoluit. Quod alibi sæpe ostendi. Et patet ex eodem Psalmo. nam v. 32. dicitur, *Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas* Christus illa victima pro omnium immolata peccatis.

Christus precio redemit non modo exēplum dedit.

§. 3. Crebro solet Apostolus ad virtutem acuendam Christi exemplum producere. 2. Cor. 8. Eph. 5. Hebr. 12. Philip. 2. Tim. 6. Heb. 3. 1. Petr. 2. Potuit Christus nō pati, potuit sibi consulere sed noluit, nostri causa omnia tulit, ita & nos Deus fecit, vt alijs placeamus; si diues es placere stude pauperibus, si fortis, oppressis; si doctus, imperitis: ad ædificationem. Consule Chrysostomum hoc loco. Scholia etiam Græca. *Qui bene docet, & bene agit proximo placet ad ædificationem.* Placere ergo hominibus in re bona bonum est. Ibi autem non est placendum hominibus, vt monet Origenes, vbi contra Deum, contra honestatem, contra religionem est, in quo placemus. Placere, quo Apostolus Corinthijs imo omnibus hominibus placere cupiuit, sanctum. 1. Cor. 10. 33. *Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant.*

VERSVS 4.

Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus.

QVÆSTIO I.

Quis Scripturarum finis?

§. 1. PRimum scripturarum institutum est docere. Certissima & sanctissima est scripturarum doctrina. Modo recte intelligantur quæ scripta sunt: nam si accedat deprauator improbus, Scriptura, & lex per se bona mortem operabitur. Datam esse Scripturam ne excidamus, monet Chrysostomus. *τοῦτο μὴ ἐκπίπτωμεν. πολλοὶ γὰρ οἱ ἀγῶνες ἔσωθεν, ἔξωθεν. ἵνα νευρούμενοι, καὶ παρακαλούμενοι, ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὑπομονὴν ἐπιδεικνύμεθα, ἵνα ἐν ὑπομονῇ ζῶντες μένωμεν ἐπὶ τῆς ἐλπίδος. Hoc est, ne excidamus. Multi siquidem sunt agones & foris & ab intus, vt & corroborati per Scripturas, & consolati tolerantiam ostendamus inque tolerantia viuentes, in spe maneamus.* Primum finem hunc necessarium esse cunctis omnes in confesso, Iustissime ille patet, & alios qui ad mores pertinent conexos habet. Fidem format Scriptura, fidei fructus sunt cæteræ virtutes. Omnis autem vita lubrica est, quæ vera fide, & scientia Dei nō nititur, omnis ædificatio, quamuis ex auro, lapidibusque preciosis palatium exstruatur. Si absque norma, & perpendiculo materia iungatur, non nisi ruina est, eo grauior, quo altius fastigium. Causam ergo reddit, cur ea Scriptura probarit Christum sibi non placuisse, nam cum omnis Scriptura ad nostrā doctrinam & mores formandos data sit, non potest melius institutum probari, quam illo sanctissimo & summe authentico instrumento. Græcè habetur *προεγράφη* ante scripta sunt. & Syrus קדים. *kedim, ante* vel *olim scripta sunt.* Vetus interpres præpositionem omisit. Erasmus, *præscripta sunt*, quod communi more loquendi aliud est, præscribere enim est mandare. Sensum itaque fecit ancipitem, dum voluit antiquum corrigere.

Vsus Scripturæ.

§. 2. Alterum bonum Scripturarum est, *vt per earum patientiam & consolationem spem habeamus.* *παράκλησιν* nonnulli *Exhortationem* vertere maluerunt; nam vtrumque significat. Paulum de consolatione agere ostendit versus quintus vbi Deum patientiæ & consolationis omnes potius, quam exhortationis dicere maluerunt. Nam etiam hoc ipso quod patientiæ coniungitur, satis apparet ita legendum. Patientia & consolatio Scripturæ tribuitur, quia instrumentum est quo Deus ad patientiam firmat, & solatur. Ex doctrina manat patientia, & consolatio, cum Deū habere omnium laborum nostrorum remuneratorem cognoscimus. Hinc confirmati spem concipimus. Patientia & consolatio spem erigit spes vicissim patientiam firmat. Est enim vt optime monuit Scholiastes, *ἡ ἐλπὶς τῆς ὑπομονῆς* ...

Consolatio ex Scriptura.

καὶ ἡ ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδ. & κατασκευαστικὴ Spes patientiā, patientia spē effi cit, mutuas ergo sibi operas præbent. Patientia obnititur aduersis, non frangitur malis, spes non confundit, imo lætam reddit tristissimarum rerum tolerantiam. Porro vita Christiana cum sit perpetua, & durissima quidem militia, contra vigilem hostem, in acie continuo stantem, nisi vndique obarmata sit patientia, diu resistere non potest, patientia vero fatiscat, necesse est, nisi spes victoriæ eam roboret, ac vegetet.

§. 3. Insaniunt qui ex Pauli pronunciato vnicam normam fidei, Scripturam, atque eam in omni controuersia iudicem, ac sui met interpretem faciunt. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus*, vnica ergo Scriptura est index omnium controuersiarum, inquiunt. Recentiores tamen aut omittunt, aut cautius proponunt. Nam si ista ratio teneatur, consequetur quemlibet Scripturæ librum imo partem esse iudicem omnium controuersiarum. Nulla enim pars est, quæ ad nostram doctrinam scripta non sit. Nec omnis tamen pars est ad fidem sufficiens, aliud est ad salutem nostram esse datam Scripturam, aliud vero nihil esse credendum quod non sit in ipsa Scriptura: cum initium sit fidei, Deum credere, & Scripturæ veritatem; nempe ipsam esse veram, non supposititium Scripturæ diuinæ simulachrum. Multa autem in Scripturis tacentur, quæ ex traditione sunt habenda; vt docet Augustinus de fide & operibus cap. 9. *Si autem Scriptura tacuit atque intelligenda admisit cætera, quæ cum illo Spadone baptizando Philippus egit, atque ideo quod ait, Baptizauit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceantur in Scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis sciuntur implenda. Pari modo etiam in eo quod scriptum est, euangelizasse Philippum Spadoni Dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in Catechismo dicta esse quæ ad vitam moresque pertinent eius, qui credit in Dominum Iesum.*

Sola Scriptura non est norma.

§. 4. Conuincit idem ille textus errores illos, qui spem & fidem confundunt, imo fidem volunt esse fiduciam. Nam fides ex ipsa doctrina quasi primum germen nascitur, spes deinde sequitur, ex doctrina & fide, sed per patientiam, & consolationem Scripturarum. Fateri hoc cogitur Pareus. Vnde intelligitur Deum, vt per Scripturas salutem nostram curaret, primum fidei, postea & vitæ nostræ consulere voluisse. Fidē ergo accendit per doctrinam. Vitam vero, cum adeo sit ærumnosa, perpetuæ militiæ seu luctæ instar, armari voluit patientia, sustentari consolatione, denique spe in portum salutis traducere. Spem reliquis non obscure præfert Apostolus, vt finem medijs, vel saltem vt medium remotius propinquioribus, per quæ illud babetur, per patientiam enim & consolationem, spem haberi dicit: quia spes proxime ex fide nascitur, quæ est doctrinæ filia: postremo tamen haberi dicitur, quia postremo perdurat, donec salute sperata potiatur. Hanc si ille, alijque doctrinam constanter tuerentur, & spem à fide seiungerent, magna controuersiarum pars sublata esset.

Spes & fides diuersæ.

§. 5. Quemadmodum vero Scripturæ, quod hoc loco ponitur encomium, nihil adiuuat pertinaciam hæreticorum sola scripturarum verba prementium; & sensum ab Ecclesiā propositum præfractè reijcientium, sed accurate refutat Fiduciariorum insaniam, qui fidem & spem confundunt: ita etiam damnat Enthusiastas, Anabaptistas, Suenckfeldianos, qui contempta Scriptura, solo spiritu, hoc est profanis suis, & pene arreptitijs imaginationibus omnia moliuntur: quos contra disputare non est huius loci, satis eos Paulus refellit.

VERSVS 5. & 6.

Deus autem patientiæ & solatij det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum.

QVÆSTIO I.

Quid sapere idipsum in alterutrum?

§. 1. DEum vocat patientiæ & consolationis, vt verum auctorem gratiæ cœlestis demonstret. Origenes ait, Paulum hic Patriarcharum & Prophetarum more, quorum benedictiones scriptæ sunt, benedictiones tribuere Romanis; orat autem ijs dari à Deo, vt idipsum sapiant in alterutrum. gratia Dei est benedictio ista, vt vnum sapiant omnes atque sentiant. Sic & Chrysostomus: τοῦτο γὰρ ἐστιν ἀγάπη ὃ περὶ ἑαυτοῦ τις φρονεῖ, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἄλλου. Hæc est caritas, vt quod de se quis sapit, etiam de alio sapiat.

Siue vt Pseudo-Hieronymus: *vt vnusquisque sic quærat salutem alterius quasi suam*; sicut Christus omnes sua morte seruauit à morte. Syrus: *paritatem cogitate vnum cum altero*, vt vero Politicum vulem & inhonestum amorem excludat, addit: *secundum Iesum Christum.*

§. 2. Concordiam iterum commendat: non ignarus errorum & dissensionum multitudinem tandem ex animorum alienatione exortam. Pareus: *quæsita sunt hactenus varia media concordiæ & pacis inter dissidentes Ecclesias Euangelicas, sed nullo profectu. Varie disputatum est de cœna Domini, de persona Christi, & alijs controuersijs, sed vulnera nequicquam sunt curata. Cur? quia quisque sibi sapit. Opiniones suas tueri cogitat, nec concordia quæritur secundum Christum sed secundum affectum hominum contra Christum. Neque deinceps ex disputationibus, colloquijs conflictibus Theologorum quicquam fructus sperandum est, quo ad Deum non orabimus, vt omnes idem sapere discamus secundum Christum.* Deinde ipse modum præscribit concordiæ omnium ridiculosissimum. *Quod si igitur inquit hodie necessaria ad salutem à non necessarijs discernerentur, neque quæstiones & subtilitates Theologica multa de præsentia corporis Christi sub pane, de manducatione orali & impiorum, de vbique præsentia carnis Christi, de prædestinationis modo, de regeneratione hypocritarum, cum doctrina salutis misceretur minus turbarum haberet Ecclesia vt facile ad concordiam rediretur.* Salus Ecclesiæ est tanta, tamque aperta, quam formida hostium digladiatio. Nuper orti sunt, & mox à primo satu, vt dentes Draconis satæ ad mortem vsque depugnant. Hoc malum Sectarum est, semper secari, mutant scita magistrorum discipuli, ipsorum quoq; refigent posteri, solum hæresis est constans, in mutabilitate sua. Causa est, quod in sua quisque opinione, affectuque persistit; Non ergo secundum Christum sapiunt tot doctrinarum nouarum architecti, nec scopus eorum est Christus, sed sua cuique cupido aliud Luthero, aliud Caluino, aliud est verum Mennonitis, aliud alijs propositum. Hinc nihil disputationibus proficitur, non enim quæsitum veritatem conueniunt, sed vt suas quisque cogitationes stabiliant.

Concordia inter nulla esse potest.

Concordia Hæreticorum.

biliant. Modus autem conciliandi diuersa sententias, quem Pareus proponit est omnino ridiculus. Vult enim de quæstionibus controuersis esse silentium. Qua quidem calliditate omnes pene totius orbis hæreticos in vnum corpus confundere posset. Si coram Ario nihil de Christo, coram Macedonio nihil de Spiritus Sancti diuinitate dicatur. Præsente Pelagio non fiat mentio de gratia Christi, de Baptismo nihil apud Anabaptistas proponatur. Ne apud Turcas quidem, aut Machometi prædicandatur, aut polygamia reducatur. Denique nihil recte doceatur, ne vllum à vero aberrans arguatur. Non est hoc idipsum sapere secundum Christum, sed secundum Satanam, secundum impium syncretismum. Verissimum est, non posse concordiam inter hæreticos fieri. Summo opere quæsita est illa ab ipsis incunabulis, sed omnem pacificationem semper excepit, ardentior iracundia. In colloquio Mumpelgartensi, non modo in fide nō conueniunt. Sed etiam dextras fraternitatis recusant: quin colloquium abruptum esse dicit Hailbronnerus, cum Beza, absurda, horrenda, impia, fidei Christianæ & Scripturæ sacræ aperte contraria diceret. Ita pag 549. & pag 550. Bezam ait principia negare, apertissimis Scripturæ testimonijs cōtradicere, fidem prorsus euertere, pijs mentibus consolationem eripere. Scriptis deinde vtrinq; omnia exacerbata sunt. Finis ille colloquiorum hactenus fuit, etiā Synodi Dordrechtanæ, in qua Caluiniani potentiores damnarunt, & proscripserunt fratres suos remonstrantes, nec pacem fecerunt, sed ad vindictam etiam ciues suos excitarunt. Ratio est irreconciliabilis inimicitiæ, quod neutri parti Dei honor aut gloria, sed sua cuique cupido, ambitio, commodum, aliorū affectibus repugnans est propositum. Vbi ergo est illa Scripturæ vtrinque proposita claritas? Ridicula porro conciliatio est, quā Pareus suadet; ne quæstiones controuersæ proponantur aut agitentur: quo quidem modo omnes totius mundi errores in vnam concitari Ecclesiam possunt. Quæstiones vero quarum ille silentiū imperat, ad fidem pertinent, & salutem. *An nempe Christus sit mortuus pro toto mundo?* An iustus sit, qui inter omnia scelera se credit iustum? An certus sit fidelis se electū? An Christus sit vere in Eucharistia? Non ergo ista & similia ad quæstiones superfluas pertinent, sed necessarias, *vt scilicet vnanimes vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi:* ὁμοθυμαδὸν *vnanimiter*, Syrus omisit. Amb. l. de vocat. gent. c. 8. nostram sequitur, non sine causa addit Patrem Dei nostri Iesu Christi, sed vt sciamus Christiano ritu in veritate non Iudaicis Cæremonijs Deum esse colendum. Chrysostomus: *non dicit simpliciter vno ore, sed vna etiam anima.* Vnum namque os dicitur, vt interpretatur Origenes, vbi vnus atque idem per diuersorum ora consensus & sermo procedit, hoc est, quod Græcus Scholiastes dicit, ἐν μιᾷ ψυχῇ, *in vna anima.*

§. 3. Expressit hanc Ecclesiæ pacem de diuinis nominibus, diuinus Dionysius c. 11. ac primo docet: *Pacem atq; coniunctionem huius esse procreatricem diuinitatis vnitatem. Deinde diuinas mentes per istam pacem iungi Deo.* Diuina verba sunt pag. 258. δι᾽ ἣν αἱ θεῖαι νόες ἑνούμεναι ταῖς ἑαυτῶν νοήσεσιν αὐτῶν ἑνοῦνται, καὶ τοῖς νοουμένοις, καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν ἄγνωστον ἀναβαίνουσι τῶν ὑπὲρ νοῦν ἑνώσεων συναφήν. *Has diuinas mentes coniuncta cum suis notionibus & perceptionibus, coniunguntur etiam cum ijs quæ intelliguntur, rursusque ascendunt ad incognitam eorum quæ mente comprehensa sunt coniunctionem.* Hic eidem quam dicit puritatē, & cum omnibus pijs coniunctionem. Quid vero, inquit pag. 261. dicet de Christi pacem diffundente humanitate, qua ducimur non iam bellum gerere nobiscum, neque contra nos, nec cum Angelis, sed vna cum ipsis diuina pro virili parte perficiemus, secundum prouidentiam, qui omnia operatur in omnibus, facitque pacem, quæ verbis exprimi non potest, & ex omni æternitate præfinita est, nosque sibi in spiritu, & per se atque in se Patri reconciliat. Hæc pax inter hæreseon confusiones esse non potest. non est enim inter eos pacis auctor Deus, sed dissensionis & bellorum machinator dæmon.

VERSVS 7.

Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem, in honorem Dei.

QVÆSTIO I.

Quomodo oporteat inuicem suscipere?

§. 1. Πάλιν, inquit Chrysostomus, τὸ πραγμάτων ἄνωθεν ἔχει, τὸ κέρδος ἄφατον, μάλιστα τὸν θεὸν δοξάζει τὸ συνημμένον. *Iterū exemplar è superiori, & lucrum ineffabile, maxime Deum glorificat, sarmentorum instar mutuo amplexu coniungi;* sic enim Christiana charitas summā efficit sepem, cum non singuli frutices seorsum crescunt sed mutua concordia, & ex professione fidei cohærent, singuli enim & suo robore & alieno firmantur. Nullus ramus est, qui ab alio non suscipiatur. nullus, qui non alium suscipiat, omnes autem à Christo suscipiuntur. In Græcis exponitur προσλαμβάνεσθε, *suscipite, καταχεῖν ἀλλήλους contineamini* quod minus late patet: nam eos etiam quos nunquam inimicos habuimus suscipimus, hoc est comitate hospitio, auxilio iuuendos & ornandos accipimus. Videturq; Paulus ad cōsuetudinem primitiuæ Ecclesiæ alludere, quia mutuis amplexibus & osculis charitatem mutuam testabantur, atq; hoc vocat Dionysius de Eccles. Hierarch. c. 3. θεῖον ἀσπασμόν; *diuinam salutationem.* Diuina autem salutatio siue osculum adhibetur, sanctorumque tabularum mystica, & mundi captum excedens recitatio. non enim possunt ad vnum colligi. neque vnius pacis effectricis coniunctionis fieri participes ij qui inter se diuisi sunt, seeumque discordant. Si enim vnius contemplatione atque scientia illustrati, cum diuina atque vniusmodi coniunctione vnum efficiamur, nunquam nos in diuisas cupiditates delabi patiamur, ex quibus terrenæ existunt, affectionumque plenæ cum eo, quod natura eiusdem speciei est, inimicitiæ & offensiones. Hanc quidem coniunctionem mea sententia sacra pacem impertiendi actio sancit, quæ similem simili collocet, atque ab ijs quę diuisa sunt diuina atque vniusmodi spectacula secernat.

§. 2. Suscepit vero nos Christus ad honorem Dei, tum quia omnia eius acta, & ipsa nostra salus honorem Dei spectat: tum vero quia nos ad honorem Dei euexit, vt faceret filios adoptionis, filios Dei. Si ergo Christus Iudæos & gentes, pariter assumpsit, vt participes diuinæ gloriæ redderentur, nonne inde ergo vos à consortio diuinæ gloriæ excludere deberetis.

Quod si eius hæreditatis, & familiæ consortes futuri sunt, & id Christus morte sua promeruit, qui fratres aspernantur, sanguinem Christi habent contemptui. Christus omnino omnia fecit, quo

nos

nos redimeret, quoque magis aucta mortalis infirmitas, & peccata, eo ipse maiore nos amare suscepit. Quod S. Athanasius de passione Domini, pag. 790. accurate exponit, *sed si causam didicerimus cur ita excruciatus sit, desinemus erubescere, admirantes potius bonitatem & humanitatem Domini gloriabimur, & ipsi, quemadmodum Paulus in cruce Domini: eo quod Dominus non a suo, sed nostro nomine patiebatur. Siquidem peccatis hominum plurimis, & semper vniuersum orbem propagatis, & quum iam aucto hoc malum ingens, paulatim magis ac magis fieret, nec sustineri amplius ab hominibus posset, quippe cum peccatum contra omnes & in omnibus regnaret: Dominus immortalis & incorruptibilis & pro immortalitate sua bonus & humanus, vtpote boni Patris bonum verbum, creaturam suam negligendam non putauit, neque permisit alium quempiam suorum operum Dominum esse. Sed cum videret malitiam intolerabilem, neque mortale genus idoneum esse quod morti resisteret, neque poenam futurum malorum persoluere posse. (Nam excessus malitiae transcendebat omne supplicium) vidensque simul Patris bonitatem, & se quam idoneum esset & potens (Christus enim Dei potentia ac sapientia) commotus fuit sua humanitate, & miseratus nostra imbecillitate, illam ipsam imbecillitatem induit.*

Christi humilitas.

Imitati sunt redemptorem suum Christiani veteres, vt est in apologia Iustini Ἀρχηγὸν δ' ὑμῶν καὶ ... [illegible] ... *Patris verò prae omnibus mortalibus, vobis adiutores & fautores sumus: quippe qui tenemus nec maleficum nec auarum, nec insidiatorem, nec virtute praeditum latere Deum posse, & vnumquemque pro actionum merito ad aeternam vel poenam vel salutem emigrare.*

§. 3. Voce similitudinis abutuntur Ostorodius, Socinus, aliique meriti & satisfactionis quam pro nobis Christus obtulit, negatores. Nos inquiunt fratres suscipere iubemur, sicut Christus nos suscepit; vt nostra assumptio non est satisfactio pro peccatis fratrum, nec meritum vitae aeternae, nec ergo assumptio, qua nos Christus assumpsit.

Similitudo non ὁμοιότ.

Respondeo. Similitudinem hac voce, vt alibi saepe, non paritatem indicari. *Estote misericordes sicut & Pater vester caelestis misericors est. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Estote sancti sicut & ego sanctus sum.* Non est in gradibus, aut in omni modo, effectuque, sed in parte analogia. Amorem in fratres, beneficentiam, sinceritatem, auxilium postulat, non vt illa omnia quae Deus, aut eo modo quo Deus illa praestat, exhibeamus. Et profecto in ratiocinatione inconsiderata se stupor ipse prodit. Cur enim non ad eum modum quo illi nugantur, concludam? Nostra assumptio non confert gratiam, non est profecta à iustis, non est sine defectu, nec ergo Christi talis est? Nostra misericordia, non conseruat & vegetat vitam hominum, non sanat aegros, non iustificat impios, non illuminat pectora credentium, ergo ista nec Dei misericordia facit? Et tamen iubemur esse misericordes, non quouis modo, sed ad exemplar misericordiae facientes. Sicut Pater noster caelestis misericors est. Imperatur autem nobis misericordia similis, sed longo interuallo. Christus animam suam posuit redemptionem λύτρον, precium redemptionis. Iustificati sumus morte filij Dei, quae, aliaque in hominea conuenire non possunt.

VERSVS 8.

Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum.

QVAESTIO I.

Cur Christum vocat ministrum circumcisionis?

§. 1. Particula *enim* in veteri interprete est, & multis Graecis. Syrus habet דין *dein, autem*. Minister seu διάκονος circumcisionis fuit, cum quia ipsa circumcisus est, legi subiectus, implens omnem iustitiam. Deinde quia venit, vt ministraret circumcisioni, hoc est, circumcisio, vt enim praeputium significat gentes, ita circumcisio Israëlitas. Prior interpretatio non est propria, non enim qui circumciditur dici solet minister circumcisionis; Posterior consentanea est huic loco. Ostendit enim Christum vtrosque assumpsisse Iudaeos & gentes, de illis probat, quia minister fuit circumcisionis, propter Dei veritatem. Deus enim promiserat se filium missurum, qui cum in forma Dei esset, formam serui acciperet, essetque in medio eorum tanquam minister; *non venit enim ministrari, sed ministrare*, venit ergo ὑπὲρ τῆς ἀληθείας *pro veritate*: nam Deus verax est, qui promisit, & ea veritas demonstranda fuit. Magis hoc exponit, cum addit: εἰς τὸ βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. *Ad firmandas promissiones Patrum*, quos illi scilicet acceperunt. Est enim nouum testamentum veteris impletio. *In Christo autem sunt omnes promissiones etiam, amen.* 2. Cor. 1. Iudaeos ergo ad modestiam reuocat, non enim ideo venit, quia illi digni, sed εἰς τὸ ἀληθεῦσαι, vt exponit Chrysostomus, vt *vera permanerent promissiones*. Gentes deinde tacite admonet, ne Iudaeos despiciant, quos suis promissionibus dignatus est singulatim Deus. Quod nonnulli βεβαιῶσαι, hoc loco *euictionem* interpretantur, sine causa ambages in re clara sequuntur. Euictionem praestare dicitur qui rei venditae se Dominum fuisse, cum venderet, ostendit. At Christus non id egit, vt ostenderet se nostrum venditorem fuisse, nos mancipi fuisse, sed vt reipsa firmaret, atque expleret, quod erat promissum. Nec huc pertinet actio quibus res mancipi repetuntur, sed vt fiat, quod dictum est, vt pactis maneat, qui fallere non potest Deus.

Christus venit vt promissiones veritatis confirmaret.

§. 2. At quid opus erat Iudaeos assumere, iam olim assumptos? Peccarant, recesserant, sese ipsi abdicarant. Opus ergò erat reconciliatore. Ad hoc autem erant etiam olim assumpti vt in venturum Messiam crederent. Quare simul indicat, nec circumcisionem, nec reliqua legis ad rem quicquam facere, nisi à Christo suscipiamur. Nam legem non seruat, qui legis finē non attendit. Data est circumcisio in signum, non in salutē perfectam. In signum temporis nō omnis, sed illius: promissionum praerogatiuā habent, sed non salutē, nisi in Christū crederent circumcisi, opus est circumcisione secunda, quae est cordis, nō pelliculae. Egregie illa exposuit Iostinus contra Iudaeos. Beati igitur nos, qui cultris lapidis secunda circumcisi sumus circumcisione. Prima n. illa vestra ferro & fit, & facta est: siquidē duri corde permanetis. At nostra circumcisio quae

Circumcisio Christianorum. secunda est numero, post vestram in medium producta, acutis lapidibus, hoc est verbum Apostolorum lapidis illius summanguli, & absque manibus abscissi, ab idolorum cultu, & ab omni simpliciter malitia nos circumcidit: quorum ita ab omni prauitate circumcisa sunt corda, vt & gaudeamus mortem oppetentes propter nomen pulchræ Petræ aquam viuam emittentis in eorum corda, qui per eum diligunt Patrem vniuersorum & potum præbentis volentibus bibere aquam vitæ.

Vide Tertul. l. aduersus Iudæos, & l. 3. aduersus Marcionem.

VERSVS 9.

Gentes autem super misericordia honorare Deum sicut scriptum est: propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo.

QVÆSTIO I.

Quomodo gentes assumptæ?

§. 1. Hic aliam scripturam Apostolus interpretatur, & sensum addit, qui ex verbis manifeste colligi non potuit. Nam confessio Dauidis inter gentes facta potuit intelligi, non necessario salus gentium promissa. Postquam vero Paulus ita interpretatur, non superest nobis alteri sentiendi libertas. Gentes, inquit, ὑπὲρ ἐλέους, *propter misericordiam honorare Deum*, multi subaudiunt *εἰς τὸ δοξάσαι*, & *ad honorandum Deum super misericordia*; Verum rectius ad verbum, *Dico* hæc referuntur, non quod Iudæi non misericordia saluentur sed quod intercesserit veritas.

Iudæi quidem erant indigni, promissis tamen nitebantur, gentes sola meraque misericordia liberatæ sunt; quamuis enim oracula de earum conuersione pronunciata sint, non illis tamen cognita, multo minus credita aut accepta fuerunt. Venit ergo ad gentes Christus non promissus, non expectatus, non petitus. Eleganter Cyrillus Alex. lib. 5. in Isaiam, pag. 381. *De cælo enim descendit vnigenitum Dei verbum, & demisit ipse se ad inanitionem, factum homo, vt etiam pro aliis vocaret Israelem, & seruaret quoque gentium multitudinem. Testis erit sapientissimus Paulus inquiens: Dico Christum ministrum fuisse circumcisionis.*

Gentibus Christum non promissum.

Cum ergo sola, puraque Dei misericordia vos respexerit, absque vllo cum progenitoribus vestris pacto, debetis & vos misericorditer assumpti, & & roborati, etiam alios infirmitates ferre.

§. 2. Illud autem probat ex Psalmo 17. 10. & 2. 29. 22. quæ quidem ad Dauidem pertinere docet titulus Psalmi, ita enim habet: *In finem puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba Cantici huius in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul & dixit:* (2. Reg. 22. 1.)

Hinc tamen conficit Paulus gentes per Dei misericordiam ad salutem vocandas. Nam si Dauid promittit diuini nominis celebrationem inter gentes, nec eam inanem, sed fructuosam qui gentes consonant, illæ ergo ad Christum vocabuntur. Psalmum autem de Christo non de solo Dauide intelligendum esse docet in primis titulus למנצח *lamnazeah*, *in finem*, seu *victoriam*, et am [illegible] Hebræorum. Dauid autem victor gentium finitimarum hostium, & perfectæ Christus per suos quos ipse iussit in mundum vniuersum. Sicut enim ea quæ passus est Dauid, vt sæpe ostendimus, figura sunt passionum Christi, ita victoria & regnum, atque vt Dauid in idolorum abolitione, Deique propaganda gloria inter vicinos laborauit, ita multo magis Apostoli.

§. 3. Vocatio gentium quidem sæculis priscis mysterium fuit absconditum, vt docet Paulus Coloss. 1. Paulus autem præcipue manifestauit, Prophetis tamen notum fuisse plurima oracula nos edocent: Et probat Prosper l. 2. de vocatione gentium c. 18. *Nunquid hoc mysterium etiam Prophetis incognitum fuit? & illi per quos Spiritus Sanctus loquebatur, ea quæ iam ab ipsis fiebant denunciationes, nesciebant? Non ita plane intelligendum puto, sed, ipsis gentibus absconditum fuisse mysterium, quod Dominus quando voluit & quibus voluit, reuelauit.*

VERSVS 10.

Et iterum dicit: lætamini gentes cum plebe eius.

QVAESTIO I.

Vnde illa verba, & quis sensus?

§. 1. Totus hic locus Deut. 32. 43. *ita est corruptus in Græca editione, quæ sub nomine Septuag. nunc legitur*, inquit Beza, *vt vix vllum appareat Hebraicæ veritatis vestigium*. Sic autem habent Hebræa, הרנינו גוים עמו, Harninu, goiim, ghammo. *Laudate gentes populum eius.* Deut. 32.

Verum non est hic error interpretum, sed Bezæ nemalignitatis non obscurum, vestigium, sed planum argumentum. Nam septuaginta seniorum & Pauli eadem sunt totidemque verba. εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ *Lætamini gentes cum plebe eius.* Si autem in 70. non est Hebraicæ veritatis vestigium, si totus locus corruptus est, ergo & in Paulo, non ergo pars Scripturæ est. At Paulum Beza excusat. Nam supplesse eum ait, particulam עם *ghim, cum.* Probat autem supplementum, quod gentes ex animo Israelem laudare non possint, nisi eundem Deum agnoscant. Quod si verus est sensus Pauli, idemque Spiritus Sancti, qui per Mosen locutus est, cur reprehenduntur septuaginta qui nullam apicem, alium in horum verborum interpretatione habent, nisi quem & Paulus? Mihi probabile est particulam עם, cum in Hebræo librariorum errore omissum. Nam cum sequeretur עמו putauit non geminandum עם, non enim rarum est, vt cum vltima dictionis præcedentis elementa sunt eadem cum primis verbi sequentis, vna pars omittatur. Deinde Moses Deum laudari, & in Deo gaudere gentes hortatur, non occupari eas in laudatione Israelis, cuius Apostasiam, & in eius locum substitutionem gentium suo cantico prædixit; nec frustra in eo 70. & Paulus consentiunt, imo alia lectio habet, ἅμα. Ita est in notis Romanæ editionis, εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ, ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ. Iustinus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem, S. Hilarius in explanatione Psalmi 67. S. Epiphanius Archiepiscopus Cyprii in libro κατὰ τῶν αἱρέσεων, hanc lectioné secuti sunt, quæ lectio veteris etiam libri auctoritate cófirmatur AA. LL. habet εὐφράνθητε οὐρανοὶ ἅμα αὐτῷ, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες υἱοὶ θεοῦ. εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. Atque hanc varietatem

rictitem indicat hocquoque scholion [illegible] Et aliud scholion [illegible] S. August. in locum. vtramque lectionem agnoscit [illegible]

Hic quidem apparet varia lectio, sed in omnibus tamen est, aut [illegible], aut [illegible], nec ex aquila aliisue alia notatur. Nam quod Hebræi quidam interpretantur. *Laudate gentes populus eius*, hoc est, qui estis populus eius, inusitata est locutio, & præferendi illis sunt Septuaginta, & Apostolus. Quod vero Aquila vertit הרנינו *[illegible] laudate*, non est nimirum רנן *ranan*, est laudare, prædicare, exultare, ouare, præ lætitia exclamare, & iubilare, quamuis etiam in luctuosis clamoribus locum habet. Hæc quidem prophetia clarior est ea quæ in psalmo est, & Mosis testamentum ita concludit, vt à Iudæis perueniat ad gentes.

VERSVS II. & 12.

Et iterum laudate omnes gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi.

Et rursus Isaias ait. Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.

QVÆSTIO I.

Quæ illa sint testimonia.

§. 1. GEntes vocatas ad fidem, pluribus probat testimonijs, quod aliud maxime Iudæis mirum videretur magnificare *[illegible]* in 70. videtur fuisse *[illegible]*, in Heb. est שבחוהו *schabchuhu*, ex Psal. 116. quod est, *insigniter laudate*.

Omnium testimoniorum illud est clarissimum & ex breuissimo Psalmo, quem hodieque vsurpant Christiani in benedictione mensæ. Nam primo. Omnes gentes omnes populos ad Deum benedicendum inuitat, Deinde causam reddit, *Quia confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* Qua ex re colligitur omnes gentes, omnes populos misericorditer à Deo electos, imo super omnes confirmatam Dei misericordiam, etiam super extremos hominum fines, & totam occidentis barbariem, ex qua indies sibi populum Deus adoptat, quæ vero gentes, vel adhuc incognitæ sunt, vel nullam Euangelij lucem aspexerunt, super eos etiam confirmabitur Dei misericordia. Nec tædissimis & crudelissimis Tartarorum turmis desperandum. Laudabunt illi aliquando Dominum, & totus septent in nouo sole incalescente: *Nam veritas Domini manet in æternum.* Quare cum plurima simus experti, & indies ad gentium conuersionem progressus fiat, de omnibus, etsi forte non vno eodem tempore sperandum est.

Omnes gentes misericordiam experientur.

§. 2. Idem probat ex Isaia. cap. 11. 10. *In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabantur, & erit sepulchrum eius gloriosum* Heb. & erit requies eius gloria. כבוד *Cabod*, gloria, qui exurget & [illegible] שרש *shoresch* Tharg. dona: h in. *qui stat in signum populorum, ipsi regna obedient* עומד לנס *[illegible], stare in signum, id imperare, ex [illegible]* נסי *[illegible] exaltatio mea: nam principis est eleuare vexillum.* Itaque radix Iesse, non quod Iesse radix, sed [illegible], dicitur regenere; quod noster Paulus: *qui stat in signum populi* [illegible] והיה ביום ההוא שרש ישי אשר עמד לנס עמים אליו גוים ידרשו. *Erit in die illa radix Iesse qui stat in signum gentes sperabunt in eam:* dicitur Christus Apoc. *radix Dauid*, est & dici surculus secundum humanitatem & radix Iesse secundum Dei atem, quia portat ipsum Iesse. Heb. שרש cuiusque rei fundamentum, basis, vel quia etiam ex Isai. 14. 29. & 30. *[illegible]* verti possit: hic & erit semen Iesse. Sensus est: In die illa vocationis gentium, radix ipsius Iesse & Dauidis, erit specialiter radix, & in gloria aliqua. 2. qui exurget regere gentes, qui stat in signum populorum. Difficultas est, quomodo legerint 72. לנס *leness*, *in signum*, esse potest à נשא נשׂא נסס vt in fine omittatur & legatur mutatis punctis estque ad principandum seu ad vexillandum. Nam tollere vexillum principis est. Vt dixi. Sed plenior interpretatio ad psalmum pertinet.

§. 3. Hæc Iustinus de veritate religionis admodum grauiter probat, adductis ex Scriptura testimonijs, quibus non modo gentium conuersionem, sed etiam multitudinem ostendit, præ ter ex Michææ 4. Quin suo tempore ad barbaros peruenisse scribit doctrinam Christi. Cum enim Iudæi dicerent sui generis homines ab oriente, vsque ad occidentem peruenisse, negat id S. Martyr; & addit: *Atqui ne vnum est quidem genus mortalium siue barbarorum, siue Græcorum siue etiam aliorum omnium, quocunque appellentur nomine, vel Hamaxobiorum vel Nomadum domo carentium, vel scenitarum, & pecoribus vitam tolerantium: inter quos per nomen crucifixi IESV, supplicationes & gratiarum patri & rerum omnium conditori non fiant.*

Christiani toto orbe noti.

Plures etiam fore Christianos, quam Iudæi fuerint probat apolog. ad Antoninum. Et sceptrum Christi, & regnum gentium.

Præclare vsi sunt eo argumento veteres nostræ religionis defensores, contra gentes incredulas, assertatores Arnobius lib. 1 p. 20. *Quod si falsa (vt dicitis) historia illa rerum est, vnde tam breui tempore totus mundus ista Religione completus est; aut in vnam coire qui potuerunt mentem gentes regionibus disiunctæ, ventis cæli conuexionibusque dimotæ? assenerationibus illectæ sunt [illegible], inductæ in spes cassas, & in pericula capitis immittere se sponte temeraria desperatione voluerunt, cum nihil tale vidissent, quod eas in hos cultus nouitate sua posset excitare miraculo. Imo quia hæc omnia & ab ipso cernebant ge[illegible], & ab eius præconibus, qui per orbem totum missi beneficia patris & munerandis animis hominibusque portabant. veritatis ipsius vi victæ & dederunt se Deo, nec in magno posuere dispendijs membra vobis proijcere, & viscera sua lanianda præbere.*

Apostolorum labor & fructus.

Et. *Vel hæc saltem vobis fidem faciant argumenta credendi, quod iam per omnes terras in tam breui tempore & paruo immensi huius sacramenta diffusa sunt.*

Eadem inculcat Firmicus de errore profanarum Religionum pag. 66. *Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen, qua sol oritur, qua occidit, qua erigitur septentrio qua vergit auster, totum venerandi numinis maiestas impleuit.*

Et Lactant. lib. 5. cap. 13. *Cum ab ortu solis vsque ad occasum lex diuina suscepta sit, & omnis sexus, omnis ætas, & gens, ac regio vnitis ac paribus animis Deo seruiant.*

Et ante Lactantium Origenes lib. 1. [illegible] cap. t. fol. 737 Rufino interprete. *A vero in omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque vniuersis ceteris nationibus innumeri sunt & immensi, qui relicta patriis legi-*

Incrementa religionis.

bus, & his quos putabant Deos, ad obseruantiam Moysaica legis & disciplinarum se Christi cultum tradiderunt, & hoc non sine ingenti odio aduersum se commoto eorum qui simulachra venerabantur, ita vt ab his frequenter cruciatibus affligerentur, nonnunquam etiam agerentur in mortem: amplectuntur tamen, & cum omni affectu custodiunt doctrina Christi sermonem. Et est videre, quomodo breui tempore ipsa Religio creuit, pœnis multorum mortibusque proficiens: sed & bonorum direptionibus, atque ab his omni genere suppliciorum tolerata. & omnium maxime mirum est, quod ne Doctores quidem ipsi satis idonei sunt, vel satis plures: prædicantur tamen in toto orbe terrarum, ita vt Græci ac barbari, sapientes & insipientes, Religionem Christianæ doctrinæ suscipiant. Ex quo dubium non est, hoc humanis viribus aut opibus non agi, vt cum omni credulitate & potestate sermo Christi IESV, apud omnium mentes atque animos conualescat. Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 270.

VERSVS 13.

Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.

QVÆSTIO I.

Quid optat credentibus?

§. 1. DE gentibus adduxit oraculum, quo probauit eas nunmodo diuina dignatione ad fidem vocatas, sed magnis insuper Spiritus sancti donis ornata, quæ nunc in illis omnia vehementer optat impleri. Nempe gratiam & opera, vt optime Chrysostomus καθάπερ γὰρ τὴν ζωὴν ἡμῶν ἡ τροφὴ διακρατεῖ, καὶ ταύτην ζωὴν οἰκονομεῖ, οὕτως ἐὰν ἔχωμεν ἔργα ἀγαθὰ τὸ πνεῦμα ἕξομεν, κἂν τὸ πνεῦμα ἔχωμεν, καὶ ἔργα ἕξομεν ἀγαθά, ὥσπερ οὖν καὶ τοὐναντίον, ἐὰν μὴ ἔργα ἔχωμεν τὸ πνεῦμα ἀφίπταται. *Quemadmodum enim vitam nostram esca continet, atque istam vitam vicissim dispensat: ita si bona opera habuerimus Spiritum sanctum habebimus: & si Spiritum sanctum habuerimus bona etiam opera habebimus. Quemadmodum & è contrario, si opera non habuerimus, Spiritus sanctus auolabit.*

§. 2. Non est autem abundantia spei, vt Pareus dicit, certitudo fidei de propria salute: verum firma fiducia, quæ licet non omnem omnino metum, anxietatem tamen expellit. Mirum sane est quibusdam Caluinianis etiam hic suam fiduciam occurrere. *Apostolorum*, inquit Pareus *preces pro fidelibus non possunt esse irrita, datur ergo illis abundantia spei; ergo & perseuerantia.*

Respondendum est, preces Sanctorum in se, & natura non esse irritas, hominum improbitate non sortiri effectum semper singularem. Multi certe fidelium à virtute deficiunt, atque interdum à fide, multi in grauia peccata labuntur, nec tamen illis desunt orationes Sanctorum, sed orationibus desunt illi. Quod si ex hac Pauli precatione quisque sibi certus euadit, de æterna prædestinatione, & perseuerantia: Multo magis de plenitudine gaudij & pacis in credendo debent esse abundare in spe, & virtute Spiritus sancti. Nam pro his donis hic orat Apostolus perseuerantiæ mentionem nullam facit. Negare vero ne ipsi quidem auderet impudentia: Caluinianos omnes aliquando gaudium, pacemque non modo eius plenitudinem amittere, non semper in spe abundare, crebro desperationum agitari procellis, crebro furari, scortari, adulterari, occidere, aut facto, aut consensu, eo vero tempore abundare eos in spe, & virtute Spiritus sancti nemo nisi rabiosus crediderit, aut Carpocratianus. Pax ergo & gaudium est ex fide, spe caritate, virtus Spiritus illa tuetur bona. Virtus enim est δύναμις, potentia.

§. 3. Hæretici nonnulli, vt Pareus, hoc ad Sanctorum contemptum detorquent. *Si enim Deus est obiectum spei, non sunt ergo inuocandi sancti: nec enim in illis speramus, nec possunt adiuuare.*

Respondeo. Si solida est ratio. Nec viuorum orationes peti debent, nec Ecclesiæ vniuersæ *Etenim viui sancti spes nostras implere nequeunt*, vt loquitur Pareus. Si impium ergo est orare. Sancte Petre, sancte Paule ora pro me, ea de causa, quia in solo Deo sperandum est, etiam viuentes rogari non possunt, ne spes à numine abducta ad creaturas deijciatur. Verum aliter nos in Deo, aliter in amicos Dei sperare: aliter inuocare creatorem, aliter creaturam, etiam illi qui Orthodoxos ob inuocationem Sanctorum calumniantur fateri coguntur: nam & hominum aliquando beneuolentiam implorant. Miror sane stolidos veritatis inimicos, qui cum in Paulo votum, & precationem hoc loco agnoscant, negent sanctos posse pro sanctis orare: Aut si orare possint, licere ab illis petere, quod ibi præstare possint. Sane Oecolampadius, aliique etiam Caluiniani, hic precari Paulum asserunt: non ergo quælibet creaturæ inuocatio, aut spes auxilij, spem qua in Deum ferimur abscindit: sed cum id creaturæ tribuimus, quod soli Deo conuenit.

VERSVS 14.

Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere.

QVÆSTIO I.

Quomodo certus sit de charitate Romanorum.

§. 1. PErsuat, & vero eos laudat, vt acrius instet ad virtutis studium, & ostendat eos apud se non esse existimationis malæ. Inquit ille, ἀγαθωσύνης: ἀγαθωσύνην illis tribuit; dilectionem bonitatem, nam est naturæ bonitas, & ad concordiam propensio, cui πονηρία opponitur. Erasmus nostrum putat legisse ἀγαπωσύνην, sed id verbi in Hellade tota nusquam est. Chrysostom. *intelligit virtutem vniuersam*: At illa consuetus charitate Frequens Græcis est ἀγαθέ pro, *amice chare*. Et Chrysosto. cum primo ἀνεπιλήπτῳ ἀρετῇ vocasset, deinde tamen φιλοστοργίαν appellat. Vt ostenderet in caritate virtutum esse perfectionem.

§. 2. Hæretici cum non ignorent, hoc loco πεπεισμαι non significare actum fidei, & certitudinem infallibilem, noua distinctione eludere rem conantur. *De fide nostra, inquiunt, significat*

per-

Precesi Sanctorum nō sortiuntur semper.

persuasionem infallibilem, de aliorum fide coniecturalem ex signis & effectis.

Hoc si vllo signo probare possent, coniectura quadam consequi possemus, vt crederemus eos fallere non statuisse: at hactenus nihil tale præstiterunt. Et de eo verbo sæpius hac in Epistola actum est. Est ergo locus hic inuictus, quod demonstrat πίστευμα commune esse omni personæ, probabili, certæ, certissimæ. Non ad ... Romanos ... demonstrat Origenes, etsi enim in ea Ecclesia multi erant infirmi peccatores, contemnendi, non deerant tamen viri sanctissimi, de perfectione autem, & plenitudine loquitur comparatè, vt Origenes etiam monet. *Sicut ergo Pontifici eis qui offerebant necessario eis erat prouidendum ne macula inesset hostiæ, ne vituperationis vitium, vt possit accepta Deo esse & grata, ita & qui Euangelium sanctificat, & verbum Dei annunciat, curare omnimode debet, ne qua in prædicando macula, ne quod in docendo vitium, ne qua in Magisterio culpa nascatur. Sed vt ita dixerim, ipse prius potest semet ipsum primo immolet, se primum vitiis iugulet, & sua prius peccato membra mortificat, vt non solum doctrina sed & vitæ exemplo discipulorum salutem oblationem suam acceptam faciat Deo. Sanctificata, inquit, in Spiritu sancto. Sanctificationis fons Spiritus sanctus est, & ideo oblatio gentium quæ Paulo sanctificante offertur non per obseruantiam legis, sed per Spiritum sanctum accepta dicitur fieri Deo.*

VERSVS 15.

Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam, quæ data est mihi a Deo.

QVAESTIO I.

An excusatio minuat auctoritatem?

§. 1. EX parte ἀπὸ μέρους, *paulo, aliquantulum*, mitigatio admonitionis, quia libentius eos monemus, quos magis amamus, aut quibus confidimus. *In memoriam reducans*, ἐπαναμιμνήσκων, Syrus. *Commonefacere*, Græcum & Latinum ambiguum, nam est commonefacere & recordari, itaque diuerso modo vertunt: optime noster, qui ita vertit, vt sensum vtrumque admittat. Chrysost. *submonens*, Theodoretus, *memoria repetens*. *Propter gratiam*; ne ex vsatio de auctoritate doctrinæ quicquam detereret; addit audaciam illam non arrogantiæ fuisse aut temeritatis, sed ex gratia Dei, aut ex officio.

Eodem modo aliquando sacri scriptores se excusant, vt scriptor Machabæorum, aliique.

§. 2. Obijcit Pareus. Non est eadem sententia Spiritus sancti in Paulo, & in illis. *In Paulo,* inquit, *audacius scripsi, imperitus sum sermone, sustinete modicum quid insipientiæ meæ. factus sum insipiens,* In Machabæorum auctore, si vt congruit historiæ, *ita vt rerum magnitudinem verba sequantur, si minus digne, exiliter, vno verbo imperito sermone συγγνωστέον concedendum erit, aut ..., idest, non dedit mihi Spiritum sanctum grandius loqui.* Respondeo, non excusat erratum, vt nec Paulus, sed ostendit quo genere sermonis sua mysteria Deus promulgari voluerit. Siracides vero in compositione verborum videbitur, deficere; si quis indiget, debet habere veniam, & ni naturam linguarum hoc confert, monitio est delicati & fastidiosi lectoris, qualis illa Pauli, sustinete, & sane si quispiam eos in dialect... : *sustinete quid insipientiæ meæ. & tu insipiens* quos clamor ... tolli ... Auctar... reliqua quæ hic adfert ad præsentem locum non pertinent.

Verum hanc quæstionem eruditissime Nicolaus Serarius in libro secundo, Machab. capit. vltimo decidit. Quærit enim generatim possitne sacer scriptor veniam petere. Negant Hæretici, idque humani Spiritus ... diuini esse aiunt. *Id à Spiritu sancto.* ... quit Witak. e loco citat *longissime alienum est. ... cum semper scribit, atque ita scribat vt ... bendum sit: nec vnquam in re vel modo errat, nec venia illa nostra indiget.* Respondeo primo, aliud esse malè agere, aliud videri, & quidem alicui. Rursus aliud, vera loqui & scribere, aliud facunde & diserte. Rursumque aliud, apte & concinne ... ex ipsa, aliud ex hominum quorundam tantum iudicio & opinione. Denique aliud venia indigere; aliud non necessitatis, sed humilitatis vel boni cuiusdam finis alius ergo veniam petere. Spiritus sanctus, & qui eo afflatur, nunquam errat in re, vel modo agendi aut scribendi. Reuera nunquam falsa loquitur aut scribit, sed ipsis semper aptissime dicit & scribit, prout in prolegomenis Biblicis capite quinto, tradidi. Videri tamen interdum potest etiam minus apte loqui, aut scribere, vt quando cum paruulis balbutit, sique nobis accommodat, petereque veniam, non qua indigeat, sed qua nos ipsi indigeamus, vt opinionum nostrarum infirmitati se quodammodo attemperet, vel vt modestiæ nobis exemplum præbeat. Possent hæc omnia probari ea primæ veritatis, summæ bonitatis & sapientiæ natura, ex iis, quæ de Scripturarum stylo in citatis iam prolegomenis dixi; ea iis quæ de re conciliatione & venia Spiritus sancti suadet, Matthæi capite quinto, secunda ad Corinthios capite duodecimo, versiculo decimo tertio, & ex Sanctorum aliorum factis. Respondeo secundo. Noster Author veniam petit, non ratione rei, sed orationis, neque quo ad huius veritatem, sed elegantiam & splendorem: neque hunc quasi orationi desit, sed comparate, quod scilicet deesse videri possit, dupliciter. Primo, si cum quorundam hominum iudicio splendidiorem orationem requirentium conferatur. Deinde, si cum ipso Iasone, cuius metaphrasten agit, vti supra dictum est. Et patent hæc ex similitudine posita, vt ... liber modo intelligatur. Quemadmodum enim D. Paulus 2. Corinth 12. *Se sermone imperitum,* non reuera, vt in Paulo numero octauo, docui, sed ex aliorum sensu & opinione vocat: sic & Auctor noster, quem alioquin satis disertum agnoscit nouæ translationis Commentator, cum plures in eo Atticismos notet. Et Iudæi apud M...um loco citato, qui etiam ex Græca illa facundia coniectam volunt, Hebraice ipsum non scripsisse. Quamuis enim consecutio ista negari possit, cum qui Hebraice diserti & facundi sunt, vt Esaias, Oseas, possint etiam Græce & Latine, cum quadam orationis maiestate verti, potest nihilominus id concedi, præsertim cum D. Hieronymus, vt initio dictum est: hunc librum secundum Hebraice se non vidisse narret. Cuius rei causa recte affertur, quod hoc ipso tempore, propter Græcorum

Serar. scrib. peior potest veniam petere.

corum Imperium, Græca lingua inter Iudæos, & in tota Syria peruulgari valde incœpetit. Hebraica tamen lingua semper apud Hebræos doctiores retenta est: & Chaldæa vel Syriaca, quam è captiuitate attulerant, inter plebeios. Deinde, quia & ij, qui in Ægypto versabantur Iudæi, simili ratione, propter Ptolemæorum imperium, Græcam linguam notiorem habere incipiebant. Imo sermone ita prorsus Græcissabant, vt Hebraici vel obliti, vel rudes pæne omnes, non ita multo post, visi sint, vnde & ἑλληνισταὶ nominari, & lic. alicubi Iosephus secus dicere videatur, videmus non paucos in quibus septuaginta duo interpretes fuerunt; Græcæ linguæ fuisse scientissimos. Hic ergo, inquit Author noster, erit consummatus, id est, hoc loco erit consummatio seu finis. Græce siquidem est τελευτὴ, & quemadmodum iussius pro iussione, & à D. Leone Serm. de passione Domini dicitur exercituum instructus pro instructione: ita hic est consummatus pro consummatione.

VERSVS 16.

Vt sim minister Christi IESV in gentibus, sanctificans Euangelium Dei vt fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.

QVAESTIO I.

Quæ sit oblatio gentium?

§. 1. DAta est mihi gratia, Inquit, vt sim minister, εἰς τὸ εἶναι λειτουργόν. Sacrum, & publicum significat ministrum, qui gentium conuersioni, & saluti sit consecratus: nec dicit, vt prædicem Euangelium, sed ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, quod quidam vertunt: operans Euangelium, alij sacrum administrans Euangeliũ, Augustinus consecrans, Erasmus sacrificans, ἱερουργεῖν est proprie sacris operari, sacrificare. Est etiam ἁγιάζειν, sanctificare, dicare, Græcus scholiastes sic interpretatur. *ἱερουργῶ τοῦτ' ἐστι θυσίαν αὐτῷ τοῦτον θύω τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ. Hoc est hostiam hanc illi sacrifico Euangelium eius.* Quærit deinde. Quomodo Euangelium Deo sacrificetur? Respondet: Ex eo quod per illud credentes Deo gentes adducantur, reddanturque acceptæ & Spiritu sancto sanctificentur, vt qui ad fidem adducit, Euangelium sacrificet. Simpliciorem tamen intelligentiam esse putat, si quis ἱερουργεῖν interpretetur, *ἱερῶς ἐργάζεσθαι καὶ σπουδαίως, καὶ οὐχ ὡς ἔτυχε, καὶ ἠμελημένως. Sancte, diligenter, non obiter, & negligenter operari.* Sed prior interpretatio etiam hanc postulat, sacrificia enim studiose ac diligenter offerri debent. Sacrificium ergo spiritale est Euangelium, quo gentes parabantur, vt grata Deo victima efficerentur.

§. 2. Insurgit hic Caluinus: *Consecrans Euangelium, nihil hic certius est, quam Paulum hic ad sacra mysteria alludere, quæ à sacerdote peraguntur facit ergo se Antistitem, vel Sacerdotem in Euangelij ministerio, quia populum quem Deo acquirit, offerat, hoc modo sacra Euangelij mysterijs operatur. Deinde concludit non ergo aliud sacrificium est proprie dictum in noua lege.*

Pareus etiam in hunc sensum Origenem, & & Chrysostomum producit, Impios autem & stolidos dicit sacrificulos, qui per missam offerant Christum, non eius ministri, sed mactatores, non imitatores Pauli, sed Iudæ & militum.

Respondeo. Spirituale & Typicum sacrificium non excludere id, quod est proprie dictum. *Missa sacrificium*
Nam etiam in lege veteri erant sacrificia laudis, & labiorum vituli: & tamen etiam victimarum sanguis aras imbuebat. Iunguntur illa orationum & bonorum operum impropria, & alia propria sacrificia. Chrysostomus præclare agnoscit hoc sacrificium. *ἱερουργία τὸ εὐαγγέλιον λέγει· οὐχ ἁπλῶς λατρείαν λέγων, καθάπερ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ λειτουργίαν καὶ ἱερουργίαν, τοῦτο προσφορὰν τὴν θυσίαν.* Vt fiat oblatio, sine animæ eorum accepientur quas instruo. Addit: *οὐ γὰρ ξύλα, καὶ πῦρ, οὐδὲ βωμὸς, καὶ μάχαιρα, ἀλλὰ πνεῦμα πάντα παρ' ἡμῖν.* Verũ vt Sacerdos ignem succendit ita ego vestrum *προσθυμίαν ἀνεγείρω.* Origenis: *sacrificate opus, annunciate Euangelium.* Monet ergo Chrysostomus. Sermone Paulum vti splendidiore nec simpliciter, vt in principio dicere Latreian. Sed Liturgein, & annunciare, & sic victimam illam offerre. Non enim ligna & ignis, nec culter sed omnia Spiritum apud nos esse.

Similia sunt Origenis: non venit autem ill sin mentem, vt cum Euangelij prædicationem, orationem, psalmodiam, eleemosynam, martyrium, *Sacrificia*
appellant sacrificia, quæ sine sacerdote, ara, foco of- *propria &*
feruntur, vt negent propria nam etiam apud Israe- *Metapho-*
litas præter sacrificia bouũ & arietum, erat sacrifi- *rica sunt in*
cium laudis, quo illa Deo conciliabat, non exclu- *Ecclesia.*
debat: in Ecclesia Christiana est iuge sacrificium, quo hostia immaculata Deo offertur, sunt alia plurima Deo gratissima, sed tamen improprie dicta. Hoc vnum quod proprium est, & verum sacerdotes habet Apostolorum posteros, ac imitatores, non mactatores sed consecratores, panis & vini in corpus ac sanguinem Christi mutatores. Cum enim sacrificium sit incruentum, non peragitur lanienа, sed Dominici corporis cum speciebus elementaribus constitutione. Quoniam vero ad Origenem & Chrysostomum Pareus appellat, eorum iudicio rem committamus, vt vel nos simus innocentes, vel illi nobiscum impij mactatores Christi, Iudæ & militum imitatores. Et apud Origenem quidem inuenietur eius sententia contra Celsum lib. 8. De Chrysostomo potius audiamus, qui Orthodoxus & sanctus est. Homil. de ieiunio, & Dauide. *ὁ ἱερεὺς τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα μερίζει, καὶ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ αἷμα ἱερουργεῖ. Sacerdos preciosum Christi corpus partitur, & incorruptibilem sanguinem sacrificat.* Et de cœna mystica *οὐ γὰρ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ ποιῶν τὰ προκείμενα γενέσθαι σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς αὐτός. σχῆμα πληρῶν ἕστηκεν ὁ ἱερεὺς τὰ ῥήματα φθεγγόμενος ἐκεῖνα, ἡ δὲ δύναμις καὶ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐστι. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου φησί, τοῦτο τὸ ῥῆμα τὰ προκείμενα μεταρρυθμίζει. Non enim est homo qui facit proposita esse corpus & sanguinem Christi, sed Christus ipse pro nobis crucifixus. Sacerdos constitit implens formam & personam exhibens, dicensque verba illa, virtus & gratia omnis Dei est. Hoc est corpus meum, inquit, hoc verbum proposita dona transformat.*

Et plura eodem loco adfert, vt extremæ sit impudentiæ Chrysostomum veritati, quam adeo studiose docuit, opponere. Hom. 2. in 2. Ephes. *Comparat inter se altare Domini, & pauperes quos esse ait etiam altare Domini, & ait. Hoc quidem altare ad mirandum est propter sacrificium quod in eo ponitur. Illud autem misericordiæ altare, non tantum propter hoc, sed quia conflatum & ipso sacrificio quod illud altare facit.*

Ignem non requirit, quia incruentum est sacrificium. Chrys. in Psal. 95. & Homil. in encænijs

Idem

Idem oratione 24. in 1. Corin. *Et in veteri quidem testamento, quoniam affecti erant imperfectius, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipse sustinuit suscipere; vt ab illis abduceret, quod ipsum quoque erat amoris ineffabilis. Hic autem in eo, quod est longe horribilius & magnificentius, sacram constituit operationem, vt quis & ipsum mutaret sacrificium, & pro cæde brutorum seipsum iussit offerri.*

Et orat. 17. in Hebræam. *Eundem semper offerimus: non nunc quidem alium, sed semper eundem. Quamobrem vnum est sacrificium propter hanc rationem. Quoniam multis in locis offertur, multine sunt Christi? Nequaquam, sed vnus vbique est Christus. Quomodo ergo multis in locis oblatus, vnum est corpus, & non multa corpora: ita etiam vnum est sacrificium. Pontifex noster ille est, qui illam obtulit hostiam, quæ nos mundat. Illam nunc quoque offerimus, quæ tunc fuit oblata, quæ non potest consumi. Hoc fit in recordationem eius, quod tunc factum est. Hoc enim facite inquit, in meam commemorationem. Nõ aliam hostiam sicut Pontifex, sed eandem semper facimus, vel potius hostiæ vel sacrificij facimus recordationem.*

Quin ipse Chrysostomus in Psalmum 95. Verum & proprie dictum sacrificium distinguit à cæteris.

VERSVS 17. & 18.

Habeo igitur gloriam in Christo IESV ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium, verbo & factis.

QVAESTIO I.

An Paulus gloriam habeat apud Deum?

§. 1. QVomodo vero Paulus habeat gloriam apud Deum, quam habere Abrahamũ negauit, c. 4. Satis ex dictis constare potest. Abraham gloriam habere apud Deum non potuit, ex operibus liberi arbitrij factis, nõ ex sua virtute, Paulus gloriã habet in Christo Iesu, ex gratia, ex operibus fidei, officij sui dignitatem, & ex ea obligationem agnoscit, vt illi admoneri se lubenter ferant à Deo suo, quo titulo nullus est magnificentior. Quod autem in cœlo gloriosum est, apud homines non debet esse cõtemptui. Quis enim spernat, quod Deus honorat? Cum tamen ait gloriationem illam esse in Christo, fontem ostendit, atque indicat modestiam, quæ omnia in solidum Deo, nihil sibi tribuit.

§. 2. Versu 18. vt quidam existimant, reddit causam, *cur gloriationem habere se dicat in Christo*: Quia nihil eorum, quæ per ipsum Christus non efficit, audeat loqui. Nihil n. ipse egit, quod non & princeps causa Christus, ille organum duntaxat fuit. Si quærant Romani, an ergo tibi gentium fides, & salus est credita, plane, inquit, imo glorior me ad hoc à Christo electum, non autem aliud loquor, quam ea, quæ per me Christus effecit. οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ, ἢ δυνάμει τῇ ἐμῇ, ἀλλ᾽ ἐν Χριστῷ. *Non in robore, aut mea virtute, sed in Christo IESV*, vt Græcus habet interpres, quin idem etiam diligentiam αὐτοῦ excludit, non quod non fuerit, aut inanis fuerit, sed quod eius successus ex sola gratia incrementa fidei dederit.

§. 3. Commodior forte est expositio, cur dicat se habere gloriam: nam se componit cæteris Apostolis, quo suam etiam auctoritatem asserat: Nam gloriam ille habet in Christo Iesu, qui nihil opus habet ea recensere quæ per eum nõ facit Christus; cum plurima habeat, quorum efficiendorum ille fuit instrumentum. Merito ergo audiendum se existimat, quem Deus ad tantam gloriam euexit. Vt in virtute signorum & prodigiorum salutem gentium operaretur, non propriis, sed Spiritus sancti virtute. In Græcis apud Origenem, Chrysostomum, vetustis latinis πνεύματος θεοῦ *Spiritus Dei*, eodem sensu.

VERSVS 19.

In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi.

QVAESTIO I.

Quomodo impleuerit Euangelium.

§. 1. ILlyricum Ierosolymis ad Stridonem vsq; Hieronymi patriam 350. Germanica continet, sed in circuitu non recta linea. Et quidem in Asia, multis locis, inque ipsa docuit Arabia. Est Illyris seu Illyricum quæ nũc Sclauoniam, & Vngariam aliasq; Regiones adiacentes continet, Italia mari Adriatico, Epiro, Macedonia, Thracia, Danubio, Germania finitur, ita latissime patet. Vide Ptolem. Melam. alios.

Scholiastes Græcus. Ἰλλυρικὸν δέ ἐστι τὰ ἔσχατα τῆς νῦν ὀνομαζομένης Βουλγαρίας. *Illyricum sunt extrema eius quæ nunc dicta est Bulgaria.* Sed nimis arcte fines eius constringit. latiores fuere, licet, non ab omnibus ijdem censeantur. Ptolomæo illyris dicitur, quæ eam mari Adriatico, Istria, monte Scardo, Pannonijs terminat, Pannoniam idem Istro, Sauo fluminibus, Cetio & Albano montibus includit, Pomponius, Illyricum à Tergesto inchoat, ad flumen Æam, quod illam secundum Apolloniam finit. Plinius ad Lissum extendit. Suetonius in Tiberio. Illyricum, quod intra Italiam regnumq; Noricum, & Thraciam, & Macedoniam inter Danubium fluuium, & sinum maris Adriatici patet. Appianus ab ortu Istri ad pontum pertingere putat. Illyricum

Sextus Rufus sub imperio Valentiani in Illyrico prouincias septemdecim numerat, inter eas, duas Noricorũ, duas pannoniarum, atq; etiam Cretam. Mihi dubium non est, Pauli tempore Illyricum fuisse, quod Suetonius refert. Interdum autem quædam regiones nunc huic, nunc alteri iungebantur parti: atque inde nominum variatio est. Paulum ergo in Istriam cæteraq; loca, venisse dubium non est.

§. 2. *Euangelium impleuit*, quod quidam interpretantur Paulum munus prædicationis explesse. Alij interpretationis obscuritatem reprehendunt, sed sine causa. Nam πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον, non minus obscurum est in Græca lingua, quam *replere Euangelium*, in latina. Verba & sensum vetus interpres expressit. Euangelium est instar sagenæ, aut ouilis, quod vndique adductis piscibus, aut ouibus impletur. Maius ergo est, quod Apostolus memorat, non modo se laborare prædicando, sed fructum prædicationis cõstituisse: Euangelium impletum esse. Ecclesiam multiplicatam.

Lon-

Longissimus est ille in longum tractus quadringentorum pene miliarium Germanicorum, cum in circuitu etiam prædicarit. In Græco est, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ ab Ierusalem, & circumpositis regionibus, vt Arabiam aliaque etiam loca complectatur.

VERSVS 20. & 21.

Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est. Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent.

QVAESTIO I.

Quomodo prædicauerit Euangelium Paulus?

§. 1. SIc, inquit, φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι. sic ambiens Euangelizare, vt non vbi nominatus est Christus, prædicarem. Syrus: *Vbi non est inuocatum nomen Christi*: Sed rudibus & Christum ignorantibus doctrinam Euangelij adferrem, non super aliorum fundamentum, sed quod ipse posui, ædificarem. Non quod malum sit alieno fundamento superstruere; alioqui Apostolorum successores in Ecclesiæ ædificatione frustra laborarent, sed quod ipsius Apostolos necesse sit prima fundamenta ponere. Ne ergo eum aliorum Apostolorum discipulum esse iudicarent & loca ab alijs culta ingressum esse, ipse præoccupat se in vastissimis regionibus prima religionis fundamenta posuisse. Introierunt quidem Apostoli in labores Prophetarum: non tamen Christum venisse aliquis ante eos gentibus annunciauit; Non dispar est eorum qui in Indias, Iaponiam, Chinas, Americam Euangelij lucem intulerunt. Certum est enim Ecclesiæ veræ signum conuersio gentium; hæreses in Ecclesia initium habent, & in ea intereunt, sana violant, morbida non sanant: nec nostris Hæreticis in mentem venit longinqua obire & Euangelizare, gentes saluare, sed maledicere Orthodoxis, & cum possunt malefacere. Magna ergo vanitate se nouos Apostolos iactant, qui inter eos apud quos Christus nominatus est, discordias seminant, & sinceram veteris, rectæque doctrinæ sementem sparsis lolijs corrumpunt. Isaias cap. 52. 15. ita habet: Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt Reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt contemplati sunt.

Conuersio gentium signum Ecclesiæ.

Alienum à se existimat, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἔργων δόξαν ὑφαρπάζειν, *alienorum operum gloriam suffurari.* Magnus autem labor, magna virtus, Dei iguaris, idolorum cultoribus Christi crucifixi diuinitatem persuadere.

§. 2. Hic contra religiosus Caluiniani insurgunt, atque ringuntur, quod ad vtrasque solem vastissimas Indias penetrent. Euangelium implerant, non esse Apostolos, meta πολυπραγμοσύνην tantos labores suscipere, nec Christi fidem, sed suas superstitiones docere.

Respondeo. Indiarum conuersionem non modo Satanæ, sed eius etiam mancipijs Caluinianis exosam esse, mirum videri non debet. Quamuis Satanas odit tantum, hi oderunt & calumniantur, Satan regnum suum in illa barbarie decrescere sentit, & fatetur, Caluiniani sentiunt, & negant. Fundamentum ponunt illi non nouum, si doctrinam spectes, veteribus enim Patrum & Apostolorum vestigijs insistunt Nouo tamen loco id collocant vbi hactenus nulla Christianæ religionis fuit ædificatio. Non curiositate, sed Apostolica caritate; desertis omnibus patriæ commodis, per longinquas nauigationes, periculosa itinera, mediæ barbariæ se ingerunt, & cum præsenti vitæ periculo, ærumnisque morte durioribus Euangelium promulgant, tanto successu Dei benedictione opus prosequente, & incrementum dante, vt illis in locis plures iam numerentur Christiani, quam in Europa homines; imo prodigijs & virtutibus, adeoque martyrijs Ecclesiæ ille floreant.

Indiarum conuersio inui a Caluini...

§. 3. Causa tanti furoris est, quo nobis labores, pericula, famem, carceres, mortes in conuersione gentium inuident, duplex est. Nam aliena in regno Christi propagando alacritas, suæ ignauię, qua domesticis voluptatibus, & rei augendæ studio immorsi de pereuntium salute non cogitant, reprehensionem arbitrantur. Olim quidem nonnulli ad Ecclesiam in occidente inchoandam profecti sunt Caluiniani, è Gallia, sed inter se dissentientes, re infecta domum redire, aut fame perière in itinere: Tanta enim insania in fœminas ferebantur, vt in insula continendi fuerint, ne omnia adulterijs contaminarent, vt historiam describit Lerius, qui ipse interfuit.

Caluinista in India.

Altera ratio est, quod clarissimo argumento ex gentium conuersione hæresis eorum refellitur. Gentium ad fidem conuersio in Ecclesia est perpetua. Oraculis plurimis docemur nullo sæculo defuisse qui Christo nomen darent. Testis est omnis historia, & qui compendio illa tradit, libr. 4. de signis Ecclesiæ Thomas Bozius. Vera Ecclesia gentibus infert lumen Euangelij, ad eam gentes veniunt Quæ gentium conuersione non occupatur, illarum ingressu non augetur non est vera Ecclesia: At vero Caluiniani, cœteræque sectæ, non modo gentes non conuertunt, sed ne adeunt quidem: sed Christianos veteres ad suas sectiunculas mendacijs auertunt. De conuersione gentium his temporibus facta fidenter Bozius libr 4. capit 5. Agitur nunc decimum sextum à Christo nato sæculum, quotot populi ad omnes mundi totius partes positi perducti sunt ad Christum, & in dies perducontur, vt nullo vnquam tempore plures. Quinimò hoc sæculum longe plures Christo nationes dedit (videbitur hoc incredibile ijs, qui historias non legerint) quam superiora fere omnia simul. Atque vt liqueat à nobis veritatis fines nullo modo excedi; quod diximus euidenter demonstramus. Religio olim Christiana nunquam sedes fixit vltra Canarias insulas, & sinum Gangeticum; quod quidem terrarum spatium est graduum centum viginti. At ambitus orbis totius, qui nunc nobis est ita peruius, vt circumnauigantibus semper occurrant Christianorum portus, est graduum ter centū sexaginta, è quibus si demas centum viginti, residui erunt ducenti quadraginta, duplo scilicet plores. Igitur duplo nūc est amplior Christiani cultus amplitudo, quam fuerit ante sæcula superiora. Quod si quis obijciat in Indijs Orientalibus doctrinam Catholicam non ex omni parte in totimas Regiones penetrasse, is reputet

cum,

[illegible] tractum centum [illegible] Christianæ pietati [illegible] meis hæc tribus [illegible] barum [illegible] multis Gentibus à Christi nomine procul abientis occupatum: cum tamen Indiæ Occidentales pareant omnino legibus Christi [illegible], & intima illarum penetretur Christiana R[illegible] o. Huc accedit quod ante quintos Euangelium non protendebatur, nisi à circulo Arctico ad [illegible] om vsque ad [illegible] quinoctialem: at nunc vsque [illegible] Antarcticum, [illegible] quo feruntur Magellanici [illegible] nt netrunt, decem tantum gradibus [illegible] cro d istimen est gradum quinqu[illegible], quod est prope [illegible] mundum. Quærenda si vllo vnquam tempore oraculorum, quæ ddu[illegible] mus, veritas [illegible] uxit, nostra maxime ætate [illegible] det. Nunc enim multo magis, quam [illegible] sptæ [illegible] populi [illegible] tantum omnes Gentes [illegible] Domini, & domum Dei lapsub: nunc [illegible] fluunt, idest, fluminis instar alijs gentibus alia succedunt per [illegible] quodam cursu; ita vt [illegible] modo properant quasi aquæ, paulo [illegible] ab is sep[illegible] eminentibus, effugerint ad inquirendum Dominum, & aliæ gentes post se adducant: [illegible] confit[illegible] ab Ecclesia principes [illegible] etiam memores Dei f[illegible] ntinomni [illegible] & generatione; ex quo fit vt è sæculi [illegible] sæculum [illegible] agnoscent, & [illegible] nfiteantur D[illegible] & ad [illegible] etiam adesse [illegible] longinquo [illegible] Rom[illegible] excl mans Eg deitinat [illegible] à Græcis [illegible] procellarum tribus, & [illegible] sibi hic etiam extendit que loc [illegible] intentorij sui ex [illegible] js in alia loca exercitum ducens militum cœlestium in acie pro Christo prodeuntium; & castra ponit tabernaculorum pelles dilatans. Nunc per [illegible] portæ Ecclesiæ iugiter aperiuntur, neque die, neque nocte clauduntur, dum singulis horis ac momentis Gentes ingrediuntur. Vestræ autem [illegible] ortæ o Protestantes, nul[illegible] s vnquam gentib[illegible] s sunt apertæ; vestræ ô Græci [illegible] quo à nobis discessit is sunt [illegible] vestrarum Gentium flumen fluit, aquæ effugit, amnis exarunt: tentoria vestra contracta [illegible] pelles vestrorum tabernaculorum ad certam proistratæ sunt [illegible] n ibus nobis. Quomodo estis igitur ex Ecclesia Dei?

VERSVS 22. & 23.

Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos & prohibitus sum vsque adhuc. Nunc vero vlterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis.

QVÆSTIO I.

Cur fuerit impeditus?

§. 1. PLurimum se impeditum profitetur, ne Romam venire posset. τὰ πολλὰ quidam de temporibus: rectius, Tertullianus, de negocijs, & cura gentium conuertendarum. Nam causam reddit cur Romam non adierit, tot enim gentium in medio posi[illegible] eum impedijt, ita & Græcus. [illegible] Do-

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

[illegible] nulla ex[illegible] Non [illegible] go[illegible] Romanos [illegible] neces[illegible] gentium impensum [illegible] interim Ro[illegible] à Petro, alijsque in[illegible]. Sancta plane, & Apostolo digna excusatio: non patriam, non [illegible] commoda, non rei familiaris damna profert, sed zelum & opus conuersionis gentium. Quantum ab Apostolorum distent, qui lucri gratia [illegible] animas deserunt, & ftan[illegible] fuam, [illegible] nisi trahente nummu non fuse piunt labores, oe ipsos quidem ignotare puto, qui faciunt. *Labor Pauli.*

§ 2. Versu 23. Ve[illegible] rum se promittit, eo quod à multis an[illegible] eos videre: nam de fide eorum multa audierat, & multos fuisse paulo post do[illegible] perire otio. Hoc singulare est, quod di[illegible] se non habere amplius locum in illis terris. Nam vbique iam erant Christiani, Episcopi, Presbyteri, quorum opera & fidel[illegible] s conseruarentur, & gentes conuerterentur. Regiones vocat κλίματα, quæ sunt paralleli inter polum & æquatorem intersecantes meridianos, quos varie partiuntur: Ptolomæus quinque ponit, recentiores plures. Paulus plusquam duo[illegible] limata peragrauit. Verum ista ad Mathematicos pertinent.

VERSVS 24.

Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero.

QVÆSTIO I.

An in Hispania Paulus fuerit?

§. 1. VOluisse eum proficisci constat, non profectum eo quo volebat modo, & tempore, etiam certum est. Nam captiuus ductus Romam biennio in custodia permansit. Romanos in transitu videre statuerat, non ibi morari, sed hic in Hispaniam, vbi necdum, aut sane necdum in plerisque locis prædicatum erat Euangelium. A Romanis vero duci in Hispaniam optabat, quod multi eorum aut ex Hispania oriundi essent, aut clientes, hospites, amicos haberent, per quos faciliores aditus habere poterit. Verene fuerit in Hispania disputat noster Per[illegible] tius. Aiunt Epiphanius, Theodoretus, Gregorius, Hippolytus, [illegible] lus, Sophronius, Beda, Baronius. Negat D. Thomas, Gelasius, alij. Argumenta [illegible] coniecturis vtrinque sumuntur, quare nihil certum concludi potest.

VERSVS 25. 26. 27. & 28.

Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis. Probauimus enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiri-

 tualium

tualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euangelij Christi veniam.

QVÆSTIO L.

Quod ministerium, & quomodo debitores?

§. 1. IN præcinctu fuisse indicant verba πορεύομαι διακονῶν, vado ministrare, seu ministrare. De oll. cta, 2. Corinth. 8. & 9. Plura dicentur: Non est dubium quin ista ad æmulationem excitandam Paulus recensea. Pauperes Sanctorum vocat πτωχοὺς τῶν ἁγίων, qui sunt inter sanctos pauperes, aut ex sanctis pauperes.

Chrysostomus serio considerandum monet, quale sit hoc, quod doctor orbi defer ndum suscipit. Eteum secuti: ὑπηρέτης διακονῶν ... Si minister est Paulus, cogita rem maximam esse.

§. 2. Non est hoc debitum stricti Iuris, sed vt vocari solet honestatis. Non enim quia ex Iudæa egressi fuot Apostoli, ideo pauperibus Ierosolymorum fuot obnoxij, nam etiam Galilæorum essent debitores.

Gratitudinis tamen causa decuit, beneuolentia Græcorum ea exceptione non minuitur, sed Romanorum inuitatur, eadem enim erat eorum conditio.

§. 3. Hunc fructum dicit, non Eleemosynam, quia debitores dixerat, *cum illum obsignauero*, hoc est, quasi thesaurum obsignatum ... ad dicto, veniam ad vos. ἐσφραγισάμενος di ..., qu d Græci interpretantur, quod qualis Aislo ... pe in cœlis repositurus esset. Mihi prob... est, pecuniam obsignatam & accepisse, & tradidisse, idque factum esse ad exemplum eorum, qui ... clesiæ res erant tractat..., & ne vlla de ipso ... de communibus esset suspicio. Nam multi tantad ... (an), etiam inter Christianos, legis æmulatores, qui ire vers. 31. rogat, *vt administratio ... accepta fit*, ... cum enim ... qui legem Mosis ... vellent, & vbique ... Christian s, ab Apostolo Paulo erat alieni, ad ... vt vereretur, ne ... eleemosyna grata ... lam vndique sciebat conspirasse Iudæus in necem suam.

§. 4. Denique se cum gaudio & benedictione venturum promittit. Magna laus Romanorum ... nam in gaudio venturum se confidit & futurum vt cum illis refrigeretur συναναπαύσωμαι requiescat ..., ex multis aduersariorum tactationibus ... ctatus tanquam ad tutum portum deuectus.

Nec fefellit Apostolum opinio. Nam Actor. 28. 13. Rhegij sunt humaniter excepti: *Vnde ... Rhegium: & post vnum diem ... to Austro, secunda die venimus Puteolos: vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam. Et inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos cum vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.*

Tandem pacem illis precatur. Pacis autem nomine omnem spiritualem, & temporalem intelligi felicitatem in confesso est. Paulus plerumque Epistolas ita claudere consueuit. Ad ... concordiam frequenter hortari solet. Philipp. 4. 9. 1. Thess. 5. 23. 2. Thessal. 3. 16. Hebræor. 13. 20. Ea dem vi ... Christus ... salutatione & protestatione.

CAPVT XVI.



OMMENDO autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris: vt eam suscipiatis in Domino digne sanctis: & assistatis ei in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam, & Aquilā adiutores meos in Christo IESV, (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cuncta Ecclesia Gentium) & domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi: qui est primitiuus Asiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. Salutate Tryphænam, & Tryphosam: quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius, & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi. Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi

[illegible] enim Christo D[illegible] ro non seruiunt, sed suo ventri: & per dul[illegible] [illegible]ones, & benedictio-n[illegible] d[illegible] ant corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum diuul[illegible]ta est. Gaudeo igitur [illegible] d[illegible] [illegible] vt s[illegible] e[illegible] in bono, & simplices in ma[illegible] Deus autem pa[illegible] conteret Satanam s[illegible]b pe[illegible] us vestri [illegible] ratia Domini nostri IESV Christi vobiscum. Salutat [illegible]os [illegible]imotheus ad iutor meus, & Lucius [illegible] Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi episto-lam in Domino. Salutat [illegible] Caius hospes meus, & vniuersa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius [illegible]uitat[illegible] & Quartus, [illegible]ater Gratia Domini nostri IESV Christi cum omnibus vobis, Amen. E[illegible] autem, [illegible] pot[illegible] ns[illegible] vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem IE[illegible]V Christi, secundum re-uelati[illegible] m mysterij temporibus æternis taciti [illegible]uod nunc patefactum est per [illegible]cripturas Prophetarum se[illegible]undum [illegible]r[illegible]ceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei in cunctis Gentibus cogniti, soli sapi[illegible] ti Deo, per [illegible]sum [illegible]hristum, cui honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

IN CAPVT XVI

ARGVME[illegible]M.

CAPVT vltimum familiares continet [illegible]lutationes, & commendationes Initio multos nominat, quos salutat. d[illegible] breuem adhortationem proponit de concordia, & vitan[illegible]s d[illegible] u[illegible] T[illegible] o suoru[illegible] om[illegible]um nomine salu-tat Ecclesiam. Deniq; bene il[illegible]s pr[illegible]r, & doxolo[illegible]m [illegible]diungit. Chryso[illegible]st[illegible] [illegible]us multos esse putat, etiam ex studiosis & [illegible]nribus, qui h[illegible] Epistolæ partem tan-q[illegible]n superfluam, & nihil magni habentem p[illegible]ætérire soliti si[illegible]t. Veri[illegible] mag[illegible]is docu-me[illegible]is abundat, quæ suis locis ostendentur. Generatim docemur a Spiritu sancto admi-rabilem Pauli caritatem & humilimam comitatem[illegible]is ad imitandum propo[illegible]tam. [illegible]l-le tot rebus occupatus, scribens ad nobilissimam orbis Ecclesiam, nō vir[illegible]s modo, [illegible]œ-minas, [illegible]familias suo nomine salutat[illegible] [illegible] quin P[illegible]uli amanuensis Tertius etiam E[illegible]clesiam salutat. Spiritus ergo Dei non modo [illegible]mn[illegible]s virtutes, fidem, spem, caritatem, prudentiam, iustitiam, temperantiam, fortitudinem, in animos infundit, sed etiam mino-res, & quædam maiorum ornamenta, affabilitatem, comitatem, ciuilitatem, suauitatem, præue[illegible]iendi in honorando, & compellando studium. Toto cœlo errant, qui morositate, misanthropia, & fuga ciuilitatis sanct[illegible]tatem metiuntur. In quos illud conuenit.

Sæpe salutatus nunquam prior ips[illegible] salutas,
Sic erit æternum Pontiliane vale.

De quo [illegible] su[illegible] eruditissimis commentariis noster Raderus. p. 414. *Poeta igitur cum P[illegible]ntilianum sæpe salutaret, nec vnquam, ipse prior salutaretur (imo vt epig. 5[illegible] ad Rufum scribit nec cum salutaretur resalutabat) iratus inquam poeta æternum illi valedicit, nam salutatus, cum non re-spondes mortuus videris, vel certe mortua est in te humanitas. Mortuis autem dicitur vale. Ergo æternum vale abrupta omni amicitia, humanitate, vita, tecum esto. Alter intellectus, insalutatus nun-quam prior salutas, [illegible]d[illegible]tum dicis vale: sic est, & erit apud te æternum vale. Sed prior arridet.*

Talis & Rufus [illegible]e apud eundem. lib. 9. Epig. 5.

Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer,
Continuis [illegible]olui quinque diebus, Aue.
Non vacat, aut dormit, dictum bis terue reuerso,
Iam satis est: non v[illegible] A[illegible]er, auere, vale.

Hæc ergo d[illegible]gen er[illegible] [illegible]m[illegible] [illegible]unt, & vt ait Chrysostomus, omnia, quæ vi-[illegible] par[illegible]a. Nam e[illegible]am [illegible] [illegible]. *Aurificum pueri etiam paruula ramenta diligenter colligunt.*

Apud Syros legitur, *festo mulierum Sanctarum.*

VERSVS 1.

Commen[illegible]o autem vobis [illegible]hæben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cen[illegible]ris.

QVÆS[illegible]IO I.

Qua[illegible] qualis Phœbe?

SYris dicitur פאבא Phebi at[illegible]e in fine E[illegible]stolæ [illegible] [illegible]am[illegible] per [illegible]hæben. Ma-[illegible]ani Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

gna eam laude dignatur Apostolus, si nunciá tan-tæ rei esse vo[illegible] [illegible]t, & toti Ecclesiæ commendat. So-ror[illegible] [illegible]am appellat, i[illegible]a enim se Christiani mutuo appel[illegible]abant Domini enim vox est: *Vos autem fra-tres estis.* Mentio eius est in Martyrologio Romano 3. Septem[illegible]b.

§. 2. Erat in ministerio Ecclesiæ, quæ in Cen-chris [illegible]e[illegible] c[illegible] [illegible], [illegible] & Syrus vocat משמשנית *mesibin chautta* quod quidem in [illegible] [illegible]ttram [illegible]gnific[illegible]t, si[illegible]gulari tamen v[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ac mistis accōmm[illegible]datur, v[illegible] [illegible] ritu[illegible]li Seneri Diaconissa.
[illegible]arrie[illegible] hæ. De Diaconissis Clemens lib 8. con-stit. cap. 1[illegible] *Diaconissa vero eligatur virgo pudica: sin*

 autem

autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ vni nupserit & fidelis atque honorata sit. Euenire enim solet aliquando in quibusdam domibus vt non possis propter infideles mittere diaconum ad mulieres, mittere vero possis diaconissam propter cogitationes improborum, ad multa enim indigemus diaconissa ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eas diaconus frontem tantum oleo sancto post eum vero illinet eas diaconissa.

Officium diaconissæ.

Et libro secundo, capite vigesimo sexto. *Nulla mulier ad Episcopum, aut diaconum sine diaconissa accedat.* Custodiebant etiam Ecclesias. Ignatius Ep. 12. *Saluta custodes sacrorum vestibulorum in Christo diaconissas.* Vide & libro octauo, capite vigesimo octauo, constit. Apostol.

§. 3. Errant qui vxorem Paulo fingunt. Viduæ ad hoc munus eligebantur. Nec Apostoli vxor vnius Ecclesiæ ministra deligi poterat, Itaque etiam Caluino placet viduam esse, non autem Pareo. Quod neque fœmina sexagenaria ire Romam Corintho, neque minor illa ætate diaconissa esse possit. Verum friuola est illa ratio, nec enim ætas illa inepta erat rebus gerendis, & iter Corintho Romam erat maritimum, vt minus laborandum esset. De Phœbe eo sule Martyrologium Romanum 3. Septembris.

§. 4. Commendat eam συνίστημι, quod est ita laudare, alteri que committere, vt illi assistat, auxilioque sit.

Sua ergo commendatione postulat omnino Paulus δέξασθαι, *vt eam suscipiant*, hospitio, caritate, auxilio foueant. Nec immerito eum tot causæ suscipiendi in Phœbe ipsa appareant, de qua hoc modo est in Martyrologio Romano. *Corinthi natalis sanctæ Phœbes, cuius meminit beatus Apostolus Paulus ad Romanos scribens.* Agunt de eadem hac die Beda, Vsuardus, & alij recentiores.

VERSVS 2.

Vt eam suscipiatis in Domino digne sanctis & assistatis ei, in quocunq; negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.

QVAESTIO I.

Quomodo iubet Phœben suscipi?

§. 1. NOn more duntaxat ciuili, & humana tantũ beneuolẽtia, qua se et à peccatores & infideles mutuo dignãtur, sed ἐν κυρίῳ, *in Domino*. Quod Chrysost. duntaxat interpretatur διὰ κύριον propter Dominum. Nec satis hoc visum est, *vt in Domino*, sed addit: *digne sanctis*, ἀξίως τῶν ἁγίων, quod aliqui de Phœbe interpretantur, vt ita recipiatur, quemadmodum est æquum feminam sanctam, & Ecclesiæ ministram excipi. Alij ad Romanos referre malunt, videlicet vt eam sincera caritate excipiant, qua vti decet eos, qui sancti sunt. Romanorũ enim vult ostendi liberalitatem & promptitudinem in peregrinæ mulieris hospitio & auxilio. Mihi optimum videtur vtrumque complecti. Excipite eam digne sanctis, bona voluntate, apparatuque qui inter sanctos esse debet, qui deceat exceptores, & eam, quæ excipitur, perinde est ac si dicat, excipite eam Sanctorum more & ritu. Huc dicere volumus, cum dicimus Regem quempiam exceptum à Rege, vel dignum erat Regibus. Nam & excipientis magnificentiam commendamus, & hospitis maiestatem digno apparatu honoratam iudicamus.

Suscipere digne sanctis.

§. 2. Quod Pareus putat in vrbe Corinthi Christianos nõ fuisse toleratos, vel saltem tutos, quod Act. 16. 13. oratorium habuerint extra vrbem, Scriptura repugnat. Cenchreæ nauale erat Corinthiorũ, sed ita vt esset vrbs maximo populo frequentata, vt est apud Apuleium. Fuisse autem plurimos Christianos Corinthi docet Lucas Act. 18. Item Ephesi, Antiochiæ, alijs locis habitabant in Vrbibus, sicut & Romæ.

Corinthi Christiani.

§. 3. Forte & filios habuit, quorum pio labore ad subleuandos oppressos vteretur. Aut sane cognatos potentes, sane commune afflictorum fuit refugium.

Hac etiam ratione Paulo astitit, non solo hospitio commodauit, de quo nihil certi est, multis ille calumnijs, insidijsq; appetitus est, in continuis periculis vitam egit. illa ergo cum potuit, defensionem præbuit, felix, quæ orbis Doctori id præstare potuerit non modo hospitium præbendo, sed in omnibus negotijs adiuuando. Deinde προστάτις non est modo πρόξενος. hoc est, quæ hospites excipit. προΐστημι est præsidere, proficere, procuraturam gerere. pro alio se opponere, alienã causam suscipere, euentum præstare. Certe προστάτης est præsul, præfectus, patronus, tutor, defensor, eodem modo femina dicitur προστάτις, & tam femina, quam vir dicitur. προστατεῖν & προστασίαν. Et ne dubitemus, exempla passim obuia sunt. παρ᾽ ἐμοῦ, inquit Plutarch., καλοῦσι τοὺς προστάτας ὁ ῥωμαῖοι. *Romani vocant Patronos, quasi nos προστάτας.* Chrysostomos interpretatur βοηθεῖν adiuuare, scholia vero προστῆναι, καὶ ἀναπαύειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, *iuuare, & animum Pauli recreare*, seu *facere requiescere*. Bezæ ratio manis est. Non enim putat mulierem potuisse causas Christianorũ & negotia dirigere. Verum quis dubitet nobilem, opulentam, liberalem, hospitalem, vitæ integritate spectatam feminam opibus, potentia, prudẽtia, gratia, per idoneos aduocatos, amicos, cognatos, clientes, magistratus potuisse multorum necessitatibus succurrere, etsi ad tribunalia non litigaret ipsa. Factum forte cum Paulum Corinthi ad tribunal raperent, Vel cũ sedito Ephesi esset Act. 19. 22.

Assistere.

Quamuis igitur Eustachius πρόξενον, qui hospitio excipit, latius tamen verbum accipitur, quod hic est προστάτις, quod videtur plane conuenire cum παραστῆτε, adsistere. Nam Paulus disertè dicit παραστῆτε αὐτῇ, adsistere ei. Non hospitij solum comitate, sed in *omni negotio*. Syrus; *in omni voluntate quam postulabit*, sua ergo & legitima negotia tractanda habeat. Beza itaque non recte: quæ multis hospitium præbuit. Porro παρίστημι forense est verbum: In iudicio sistere, patrocinari. Hinc παράστασις etiam illa pecunia dicebatur, quæ ante litis contestationem deponebatur, vt merces solueretur τοῖς παραστάταις. Patronis, apparitoribus. Quibus ex omnibus constat causam in iudicio tractandam habuisse Phœben.

§. 4. Quin & hinc concluditur Christianis licitum esse ius suum persequi etiam apud infideles, cum etiam sancta femina ea causa proficiscatur. & Apostolus collaboret, & Christianis negotia eius commendet. Deinde sancte facere Episcopos, Prælatos, Clericos, cum iusta viduarum, & pupillorum negotia promouent. apud potestates sæculares intercedunt. Nec semper locum habet illud: vt rapinam bonorum patiantur. Denique Romanos potentes quosdam fuisse fidem amplexos, satis apparet, & ex sequentibus satis intelligetur.

VER-

VERSVS 3.

Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo IESV.

QVAESTIO I.

Qui Prisca & Aquila?

Prisca. Aquila.

§. 1. PAr coniugum est, Prisca & Priscilla dicitur 2. Tim. 4. 19. *Saluta Priscam & Aquilam.* Aquila Ponticus erat genere, Act. 18. 1. Paulo erant ὁμότεχνοι scenofactoriæ artis, σκηνοποιοὶ, factores tabernaculorum, Taperum, Chrysostom. pelliones appellat. Quare etiam hoc admirabile videtur, nobilissimæ Ecclesiæ salutãdos proponere homines, pauperes, opifices χειρώνακτας. Quis hodie si viro nobili scriberet, & per eum salutari cuperet inferioris conditionis hominem, non putaret omnis humanitatis & morum ciuilium ignarus. Verum aliud mundi, aliud est iudicium Spiritus S. Ad perfectionẽ porro caritatis facit, quod non modo in Iudęos cognatos suos, sed gentilium Ecclesias fuerunt liberales. Etsi enim ex Iudæis erant, ita tamen sincere ἀληθινῶς ait ille crediderunt, vt omni promptitudine gentilibus seruirent. Consule pulcherrimam Chrysostomi hac de re concionem.

Vxor præposita marito.

§. 2. Cur hoc loco & apud Timotheum Priscilla præponatur marito, causa est in obscuro, in actis Aquila anteponitur vxori. An fuerit Priscilla prophetissa & Aquila marito multo illuminatior, donisq; diuinis maior? Non n. casu factum esse in publica ad Ecclesiam epistola certum est; & si causa legitima non fuisset, haud parum admirationis excitasset vxorem ante virum nominari, cum vir sit caput vxoris. Et apud Romanos magna fuerit vxorum famulitus, virorum dominatus & imperium vt non immerito prudens mulier nuptiales tabulas, seruitutis pactionem interpretaretur. Apud Christianos porro viris obedire vxores oportere in cõfesso est.

§. 3. Docti erãt diuinitus, vt constat ex Act. 18. v. 24. &c. Nam & Apollo docetur ab illis. Accurata ergo etiam mulier in lege Domini, & Euangelio instructa fuit. Elegit itaq; Deus etiam præter Apostolos eos, qui in mundo contempti erant. Quod vero admirationem auget, cum docerent, & pro Ecclesijs laborarent, adeo vt omnes Ecclesiæ gentium illis essent obligatæ, nõ tamen ab Ecclesijs viuendi stipendia acceperunt, sed vti & Paulus manibus laborabant, atque ita vitam sustentabant, ea in re etiam Apostolis cæteris plus laborantes. Chrysostomus etiam liberales & hospitales fuisse docet p. 321. *Hospitalitatem hic, pecuniarumq́; ministerium significat: celebrans eos, quod & sanguinem suum effuderint, & omnem suam substantiam communem proposuerint. Vides generosas mulieres, quas in virtutis cursu nihil impedimenti naturæ imbecillitas?*

Alia etiam est Prisca, de qua Martyrol. 18. Ian. *Ibidem* (Romæ) *passio Priscæ virginis & Martyris, quæ sub Claudio Imperatore post multa tormenta martyrio coronata est.* Quæ non potuit nostra esse, cum peruenerit ad Neronis vsq; imperium. Est & alia Priscilla. 16. Ian. Romæ S. Priscilla, quæ se suaq; Martyrum obsequio mancipauit.

Rursus, (inquit Baronius, eodem loco) *inuenitur alia Priscilla, de qua mentio fit in actis sanctarum Pudentianæ & Praxedis, cuius Cæmeterij etiam Pastor meminit in actis sanctæ Praxedis. Alia item Priscilla reperitur in libr. de Roman. Pontif. in S. Marcello Papa; licet Adamus Contzen Comment. in Epist. ad Rom. complures codices non habeant ea, quæ de Cœmeterio nomine sanctæ Priscillæ via Salaria illic ponuntur; quod quidem Priscillæ seniori Pastor tribuit in actis S. Praxedis. Hic itaque agitur de seniori Priscilla, cuius Pastor meminit, & fuit Apostolorum discipula, mater vero Pudentis senatoris, vt acta Pudentiana, quæ habemus man. script. quæ & paulò diuersa recitat Mombrit. tom. 2. testantur.*

Prisca & Aquila vitæ tur.

§. 4. Hoc vero omnia exuperat, quod pro Pauli anima, vitàque ceruices ipsi suas supposuerint. Quod vel Ephesi, vel Corinthi factum videtur cum ad Tribunal Gallionis Iudæi Paulum raperent, Act. 18. 1. Vtroque loco non dubito functos suo officio summæ constantiæ, & amicitiæ, etiam in tumultu Ephesino, Act. 19. 22. Magnum hoc censeri solet, quia rarum. Nam συγκινδυνεύειν participem esse periculi, quo exire potest aliquis, valde arduum est. Alienum periculum in suas ceruices deuoluere multo rarius. Breuis est efficax S. Chrysostomi hoc loco commentarius εἶδες μάρτυρας ἀπηρτισμένους. *Vidisti martyres perfectos; absolutos.* Audacter hic Pareus. *Prodeant Pontificij cum impuro suo cœlibatu, & simile quid huic de suis monachis prædicent, quod coniuges isti Paulo, & Ecclesijs præstiterunt.* Addit caritatis & pietatis officia plerumque melius in coniugio, quam cœlibatu præstari. Mirum sane prauumque hominis ingenium, cum de suis exempla dare non possit, à nobis postulat. Deinde post illat ab impuro cœlibatu, quem Catholici boni & mali omnes condemnant, sol. mali & & pauci impuro viuunt cœlibatu. Exempla de bonis dare promptum est, nec poscerer aduersarius, si tam Ecclesiasticæ historiæ, quam suæ nequitiæ gnarus esset. Manet inter multos illud in vsu quotidiano, οἱ ἔχοντες τοῖς λειπομένοις ἐπικουροῦμεν, vt est apud Iustinum. *Qui habemus, his qui non habent opitulamur.* Quot millia sunt, qui in Francia, Belgio, Anglia suos presbyteros, & doctores periculo capitis protexerunt? Quot in singulos dies in sæuientis persecutionis incendium intertitisese immittunt, vt saluare animas possint? Quæ pars orbis est, vbi Catholica fides cum periculo docetur, in qua non plurimi in summo discrimine cœlibes, sacerdotes, monachi contempta vita sua alienæ saluti incumbant? In confesso est, proportione multitudinis, quæ est inter laicos & clericos, ea his multo plures esse, quam ex illis martyres, vt docet de signis Ecclesiæ libro nono, signo 35. numer. 5. 6. 7. 8. & 9. Bozius. Nostris sæculis turbam innumerabilem martyrum fuisse constat, & demonstrat idem Bozius libro 11. signo 43. Verum vt fœminas etiam addam. Consulant historiam Anglicanam, videant, quæ gesta Elisabethæ monialis, sanctæ Cantianæ dictæ, perlegant aliarum acta, etiam Reginæ Mariæ Stuartæ. Non defuêre nostris sæculis illa merita cœlibum, imo nec puerorum.

Charitas Christianorum etiam hodie manet.

Nostris sæculis martyres multi.

§. 5. Nonnulli mirantur quomodo Priscilla, & Aquila Romæ isto tempore fuerint. Nam anno 9. Claudij Roma pulsis Iudæis, Aquila, & Priscilla venerunt Corinthum, ibi annum menses sex egerant. Videtur igitur hoc tempore Epistolam Paulus scripsisse. Verum totum hoc ortum est ex temporum confusione: Multos enim annos post scripta est Epistola, cum antiquato edicto Claudiano, iterum vrbem repetissent Iudæi. Quod quia in prolegominis exposui hic omitto.

§. 6. Salutet etiam Ecclesiam, quæ est domi eorum. Quam vel ex domesticis cõstitisse, vel vicinis, qui eo ad orationes, sacramenta, conciones venirent,

rent, imo vtrisq; nam & ὁμοτεχνῶν, qui eiusdem artis erant, multitudinem habuisse videntur, & statis spiritualium exercitiorum temporibus alios Christianos recepisse. De paucis itaq; Ecclesia etiam dicitur, sunt vero multæ particulares, sed partes vnius vniuersalis quam credimus.

VERSVS 5.

Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo.

QVAESTIO I.

Quis Epænetus?

§. 1. Ἐπαίνετος *laudabilis* ipso nomine commendatur. Dilectum Paulus appellat. In Synopsi Dorotheana dicitur Episcopus Carthaginensis.

Caritas Christianorum. Dilectum ἀγαπητὸν singulari modo, virtutis prærogatiua. Alioqui hoc symbolum Christianorum semper fuit, dilectio. Tertullianus in apologetico cap. 39. *Hæc quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, non potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur; sed egenis alendis, humandisque: & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis iamque domesticis senibus: item naufragis: & si qui in metallis: & si qui in insulis, vel in custodiis duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ fiunt. Sed eiusmodi vel maxime dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam. Vide, inquiunt, vt inuicem se diligant! (ipsi enim inuicem oderunt) & vt pro alterutro mori sint parati? Ipsi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt. Sed & quod fratres nos vocamus, non alias, opinor, infamant; quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus, iure naturæ, matris vnius: & si vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt: qui vnum spiritum biberunt sanctitatis: qui de vno vtero ignorantiæ eiusdem ad vnam lucem expauerunt veritatis? Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat: vel quia ex substantia familiari, fratres sumus, qua penes vos fere dirimitis fraternitatem. Itaq; qui animo, animaq; miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus.*

§ 2 Altera laus Epæneti quod, *primitia sit Achaia.* Origenes & noster Asiæ, licet correctiores habeant *Achaia*, vt & Syrus, Ignatius, Chrysostomus, alij. Nec difficultate res caret: nam 1 Cor. 6. Nostis domum Stephanæ, &c. qui sunt primitiæ *Achaia*, inter eos Epænetus non recensetur. Quin & Hieronym. l 3. in Ezech. Quomodo quosdam primitias Asiæ & Achaiæ nominat Apostolus, sic isti Iacobus, & Stephanus primitiæ Martyrum. Itaq; licet esse potuerit in domo Stephanæ, quamuis non eo tempore: quo Corinthijs scribit Paulus, præsens, videtur tamen potius Asiæ fuisse. Primitias autem dicit, In

Primitiæ Epænetus. *Christo*, εἰς χριστὸν, nempe primus & secundus ad fidem, τῶν ἄλλων, inquit Chrysost. προεπήδησεν, καὶ ἐπίστευσεν. *Ante alios prosilijt & credidit.* Quod idcirco magnæ laudis est, quod non modo exempla præeuntium nō exspectauit, sed alios potius suo facto traxit. Primitijs tell qui deinde sanctificantur: nam est allusio ad legales cærimonias. Quod si priorem in murum, vallum, nauem hostilem insilijsse, prima in acie pericula sua esse voluisse, Magistratum primo gessisse, in tanta laude ponitur, vt etiam illâ se iactet posterorum socordia, quantæ dignitatis fuerit ad vexillum crucis primum prouolasse, & nomen Martyrio dedisse.

VERSVS 6.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis.

QVÆSTIO I.

Quæ Maria?

§. 1. GRæce dicitur Μαριάμ, accentu in vltima, quasi sit ab Hebræo מִרְיָם *Miriam*, quod est nomen Beatissimæ Virginis, verum in Syro legitur מַרִיא *Maria*, vt potius Romanum nomen esse videatur, Marius, Maria, Tullius, Tullia, &c. Quod facile concedent, si quis Græce scriptum iudicarit vel sine signo toni, vel cum signo in media verb. g. Μαρίαμ, & pro ν pusillam literam vicinam μ.

Haec quidam putant Mariam Cassabolitin, ad quam exstat S. Ignatij epistula. Vix est credibile, nā Ignatius epistolam scripsit circa annum Domini 110. cum autem verisimile sit Mariam quæ multū laborauit in Ecclesia fuisse matronam maturæ ætatis, debuit sane tum multum annum centesimum esse egressa. Nec illa Maria, de qua Calendis Nouembris scribitur. *Eodem die sanctæ Mariæ ancillæ, quæ Christianæ religionis nomine accusata, sub Hadriano Imperatore diris verberibus afflicta, equulei extensione, & vngularū laceratione vexata, martyrium compleuit.* Nam neq; ista ancilla fuisse videtur, neq; tempus conuenit. Vide Bedam, Adonem, Vsuardum. De illa etiam Vincentius l. 11. c. 86. & 87 & Petrus in Catalogo l. 10. c. 4. Est & alia Cordubensis Maria 24. Nouemb. Et alia Romæ sub Valeriano martyrio coronata. — Maria Cassabolita.

§. 2. Itaque vix inuenio aliam eius memoriam in Ecclesia, quamuis illa satis superque eam commendet. Huius enim Mariæ est encomium, *multum laborasse*, πολλὰ ἐκοπίασεν, inquit, est vero κόπος, grauis, ærumnosus & defatigans labor. Ornamentum porro mulierum est multus labor, dedecus, ocium. *Pudefaciunt viros*, inquit Chrysostom. *quamuis eosdem ornent, dum laborant.* Clararum sane feminarum in labore laus consistit, Ita 1. Timoth. 5. Sara Gen. 18. aduenientibus hospitium quasi ancillam ministrat, tantæ familiæ domina. Sic & Rebecca Gen. 24. Abigael. 1. Reg. 25. Sic Luc. 10. Ioan. 15. 12. Luc. 8. 24. Ioan. 20. Fœda quarundam est consuetudo, vt ociose agant, nec illi operæ, aut curæ sint idoneæ, tantum ornandæ, & fucandæ formæ operam suam impendentes.. — Laus feminæ labor.

Pareus quod ait, *Laborauit in vobis*, non ad Paulum pertinere sed ad alios, quibus præstita beneficia, Paulus sibi data interpretatus est: nec n. Paulus Romæ fuerat. Verum non Romæ quidem Paulo, sed in Asia, Græciaq; potuit adesse. Nā si Græci recte nomen eius scribūt Hebræam mulierem, fuisse probabile est, ideoq; cum Priscylla alijsq; pulsam Roma à Claudio. Ita sentiunt etiā aliæ. etsi interpretes Lossius alij. Chrys. disene. *Et non dixit, quæ multa docuit, sed quo multum laborauit: ostendens quod cum sermone & alia quæ exiguntur, administrauerit, ministeriū quæ attinent ad pericula, pecunias, peregrinationes. Erant n. mulieres illa leonibus feruentiores, participantes & cum Apostolis in laboribus prædicationis gratia subeundis. Vnde & simul peregrinabantur cum illis & reliqua administrabant: & Christum quoq; sequebantur mulieres,*

quæ

quæ ex sua substantia ministrabant, adiumentoque erant præceptori.

VERSUS 7.

Salutate Andronicum & Iuniam, cognatos suos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.

QVAESTIO I.

Quis Andronicus & Iunia?

§. 1. DE nomine dubitatur. An Iunia sit dicenda, vt Andronici sit coniux, aut soror, aut Iunias, Ἰουνίας, vt Aneias, vt sit Andronici frater, aut cognatus. Quatuor porro illis tribuit, cognatos suos dicit, cōcaptiuos, nobiles in Apostolis, & ante se fuisse in Christo. Cognati sunt, συγγενεῖς, non modo quia Iudæi, seu Beniamitæ, sed proprie aliquo vinculo cognationis. Religio Christiana naturalem storgen & caritatem non tollit, non facit ἀστόργους, sed in spiritualem commutat, augetque caritatem.

Andronicus Iunia. Concaptiuos vocat συναιχμαλώτους, quod proprie captos lancea, seu bello significat, male autem de captiuitate sub peccato interpretantur, quæ omnibus communis fuit, nec laudem, aut rationem salutationis singularis Christi, ob fidei prædicationem magni decoris est. Et nobis magnum vitæ exemplum ponitur, cum omnes Pauli amicos, & quos publice laudat, à labore, b. necessitatis, ærumnis, carceribus commendari audimus: nec quærendum quando, & quo loco concaptiui fuerint, cum in carceribus Paulus fuerit frequentissime. Quare non recte: de generali afflictione, insidijs & odio carceres nonnulli interpretantur. Paulus in amicis non consortia honorum, consiliariorum, triumphorum, sed laborum, vinculorumque meminit. Hæc enim est in hac vita sors Sanctorum. Id Dominus prædixit, Matth. 10. 16. Ioan. 15. 16.

Captiui.

Nobilis in Apostolis. Quia vero dicit *Insignesve nobiles*, insignes inter Apostolos, *& ante se fuisse in Christo*, ea causa multi eos ex 72. discipulos fuisse arbitrantur. Duobus modis accipi potest, insignes fuisse inter Apostolos, vel vt illi noti fuerint Apostolis, & magna apud eos æstimatione et si non fuerint Apostoli. Vel quod fuerint Apostoli Insignes, latius accepto Apostoli nomine. Hoc posteriore modo interpretatur Chrysostomus. *Atqui & Apostolos esse hos ipsum magnum est: inter illos vero & insignes esse, perpende quantum sit encomium. Ab operibus autem & rebus bene gestis insignes erant. Papæ, quanta fuit mulieris huius philosophia, vt & Apostolica appellatione digna sit habita: & ne quidem consistit, sed & aliud rursum encomium adijcit, dicens: &c.*

Hinc etiam apparet Chrysostomum existimasse, Iuniam fuisse fœminam. Syrus vertit יוניא Iunia, quod tam viri quam fœminæ nomen esse potest. De his Apostolis nihil est certi in tabulis Ecclesiasticis. Nam Andronicus Martyr qui Tarsi passus est, sub Diocletiano sanguinem multo post effudit.

Adami Contzen Comment. in Epist. ad Rom.

VERSUS 8. 9. vsq; ad 16.

Salutate Ampliam dilectissimum in Domino. Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. Salutate Tryphænam, & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius, & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cū eis sunt, fratres. Salutate Philologum, & Iuliā, Nereum, & sororem eius, & Olympiadem, & omnes, qui cū eis sunt, sanctos.

QVAESTIO I.

Quinam illi sancti?

Ampliatus. §. 1. Ampliatum, vocat ἀγαπητὸν ἐν κυρίῳ, quod noster interpres frequenter vertit dilectissimum. Græci & Syrus vocant Ἀμπλίαν. Quamuis etiam libri nonnulli Ἀμπλίατον habeant.

Narcissus. Ampliati Vrbani & Narcissi, & Stachyos memoria est 31. Octob. *Eodem die (Martyrologium) Sanctorum Ampliati, Vrbani & Narcissi, quorum meminit* Vrbanus. *S. Paulus ad Romanos scribens: qui ob Euangelium Christi à Iudæis & Gentilibus cæsi sunt.* Addit Baronius. *De his Paulus ad Roman. c. 16. Græci etiam horum omnium diem natalem celebrant hac die in Menologio: Hippolytus martyr in libello de 72. discipulis ait Ampliatum Odysse, Vrbanum in Macedonia, & Narcissum Athenarum creatos esse Episcopos; de Ampliato & Vrbano idem profitetur Dorotheus in synopsi, Narcissum autem Patrarū dicit fuisse Episcopū.*

Constantinopoli S. Stachijs Episcopi, qui à beato Andrea Apost. primus eiusdem ciuitatis Episcopus est ordinatus. Baronius: *De eodem hac die Græci in Menologio. Hic ille Stachys, quem Paulus meminit ad Romanos c. 16. de quo & Niceph. Episc. Constantinop. in chron. & Niceph. Callist. hist. lib. 8. c. 7. Hippolytus in libello de septuaginta duob. discip. ex quo idem Dorotheus in synopsi.*

Stachys. Apelles. §. 2. Apellen vocat *probum in Domino*. Græce Ἀπελλῆν. De illo ita Martyrologium 22. April. *Smyrnæ Sanctorum Apellæ, & Lucij ex primis Christi discipulis.* Ex Baronius. *Agunt de his Græci etiam hac die in Menologio quos tamen optima ratione affirmant. Lucium hunc alium esse à Luca Euangelista, addentque, hunc fuisse præfectum Ecclesiæ Laodicensi. Apellem autem Smyrnensi, asseruntque, hos etiam Dorotheus in synopsi. Sunt in quorum S. Paulus Apost. meminit ad Roman. c. 16. de Apelle conscriptis Hippolytus libello 72. discip. de Lucio autem secus, quē dicit Olympiadis fuisse Episcopū.* Insignis porro titulus est, quē Apostolus illi tribuit, cum vocat δόκιμον probum, probatum, multis scilicet factorum insignium, & tolleratorum experientia. Chrysostom. οὐδὲν τούτου τοῦ ἐπαίνου ἴσον ... *Nihil illi par laudis, cum scilicet irreprehensibilem dixit. Addit: omnem de illo virtutem prædicare, cum dominicè dicitur.* Sed & Menologia & Græcorum historiæ valde conuenienter mandant.

Aristobuli-tæ. §.3. Cur eos salutet qui sunt ex Aristobuli domo non ipsum Aristobulum, non vna est omnium sententia. Quidam Aristobulum fuisse putant infidelem non sæuum tamen, qui Christianos non toleraret. Apostolum illos salutare, vt in fide firmaret, ne ab Ethnico Domino peruerterentur. Hæc Pareus, atq; exinde occasionem conuitiorum arripit. *Truculentiores esse Episcopos, Iesuitas, qui abhorrentes ab idololatria non tolerent, non posse ad vnam omnes fidem, fallaci, oportere hæreses esse.* Errat ille imperitia & malitia. Imperitia quidem: nam tabulæ Ecclesiasticæ 15. Martij huc Aristobulo elogium donant. *Eodem die natalis S. Aristobuli Apostolorum discipuli, qui cursu prædicationis peracto, Martyrium consummauit.* Græci in suo Menologio eadem & plura referunt, qui etiam testantur, cum Synopsi Dorotheana eum in Britannias ad Euangelium prædicandum esse missum. Malitia vero est, quod vt Episcopos faciat truculentos, martyrem illum facit infidelem. Episcopi quidam tolerant hæreticos nimium diu; donec euertere fidem antiquam se posse illi sperent, & conentur, & fideles adducere ad horribilem idololatriam qua Deus auctor, suasor, impulsor, prædestinator ad peccatum, hoc est ipse cacodæmon adoratur, quod res ipsa clamat, & magnis voluminibus demonstrant Lutherani.

Herodion, Asyncritus, Phlegon. §.4. Herodianis mentio est in martyrologio Romano his verbis. 8. Aprilis *Eodem die commemoratio Sanctorum Herodionis, Asyncriti & Phlegontis, de quibus scribit B. Paulus Apostolus in Epist. ad Rom.* Baronius addit: *De his hac die Græci in Menologio. Sunt hi, quorum meminit S. Paulus in epist. ad Rom. c. 16. de singulis Dorotheus in synopsi, vbi ait: Herodionem Patrarum præfectum, Episcopum, Rufum Thebarum, Asyncritū Hyrcaniæ, Phlegontem autem Marathonis. At verò Hippolytus in libel. de 72. disc. de Herodione testatur fuisse Episcopum Tarsi.*

Narcissi domus. §.5. Ex Narcissi domo Christianos salutat; multi putant Narcissum Claudij libertū diuitē cui quater millies principis stultitia, sua nequitia contulit, summa ad quatuor milliones excrescit. Verum ille *Narcissus.* Narcissus iā ante coss. Asinio, & Acilio occisus erat; domo acitus, seruus facultates direptę. Tacit. l. 13. Annalium. Alius igitur Narcissus quærendus est: qui est Athenarum Episcopus, de quo supra in ampliato dictum est cuius natalis 31. Octob. Cur Aristobulum, vel Narcissum non salutent, causa est; quod vel ipsi sic. ipsis, vel quod domo abetant, eadem de causa nec Petrum salutat.

Tryphenā, Tryphosa, Persis. §.6. Tryphennam, Tryphosam, Persidem laborantes in domino salutat v. 12. De duobus ita Martyrologiū 10. Nouemb. *Iconij in Lycaonia Festum sanctarū mulierū Tryphennæ, & Tryphosæ, quæ B. Paul. prædicatione & exemplo Teclæ in Christiana disciplina plurimum profecerant.* De Perside aliud non inuenio, quam eam multum laborasse in Domino, quod ipsum multum est. Ideo & dilectam Paulo.

Rufus. §.7. Salutat Rufum electum in Domino, & matrem eius, & suam. Origenes hunc etiam Apostolum fuisse existimat. Multi Rufi fuerunt nominati insigni sanctitate & celebritate in Ecclesia. Videlicet 27. Augusti Capuæ in Campania natalis S. Rufi Episcopi, & Martyris qui cum esset Patriciæ dignitatis à B. Apollinari S. Petri discipulo cum vniuersa familia baptizatus est. 19. Aprilis. Melitinæ festum. SS. MM. Hermogenis, Caij, Expediti, Aristonici, Rufi, & Galatæ vno die coronatorum. 27. Augusti Ibidem SS. MM. Rufi & Carpophori, qui sub Diocletiano & Maximiano passi sunt. 28. Nouemb. Romæ S. Rufi quem cum omni familia sua Diocletianus Martyrem fecit. 1. Augusti Philadelphiæ in Arabia SS. Mart. Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi & Menandri vno die coronatorum. 12 Nouemb. Auenione festum S. Rufi primi eiusdem vrbis Episcopi. 7. Nouemb. Metis festum S. Rufi Episcopi & Confessoris.

Verum nemo ex illis est Rufus quem Paulus salutat, sed ille cuius est 18 Decēb. memoria in martyrologio Romano. *Philippis in Macedonia natalis Sanctorum Martyrum Rufi & Zosimi, qui ex numero discipulorum fuerunt, per quos primitiua Ecclesia in Iudæis & Græcis fundata est: de quorum felici agone scribit Polycarpus in epist. ad Philippenses.*

Baronius addit: *Beda, Vsuardus, Ado, & alij de ijsdem hac die. Hi summopere laudantur à S. Polycarpo in Epistola ad Philippenses, dum eosdem vna cum S. Ignatio in exemplum ponit sinceræ fidei, & perfectæ charitatis. De his iterū apud Bedam v. 18 Kalend. Ianuarij, sed perperam additum videtur Zosimo nomen Rom. Pontificis, quasi fuerit Zosimus Papa, de quo infra. 26. Decemb.*

Hermas. §.8. Salutātur v. 14. Asyncritus, & Phlegon quorum supra facta est mentio in Herodiane. His iunguntur ἑρμᾶς, πατρόβας, ἑρμῆς, *& qui cum illis.* Plures sunt qui nomen Hermas sortiti sunt. Nempe Presbyter Myrensis, de quo 4. Nouemb. *Myra in Lycia Sanctorum Martyrum Nicandri Episcopi & Hermæ Presbyteri, sub Libanio præside. Et 18. Augusti Romæ Sanctorum Martyrum Hermæ, Serapionis & Polyæni qui per angusta, saxosa & aspera loca rapti: animas Deo reddiderunt.* Et 9. Maij Romæ S. Hermæ cuius Apostolus Paulus in Epist. ad Rom. meminit. Græcum menologium eius mentionem habet non. Martij. Consentiunt Vsuardus, Beda, Ado, alij. Auctorem putant libri, qui Pastor appellatur, ita Hieronymus de script. Eccles. Vide Eusebium l. 3. c. 1 & 5.

Patrobas. Philologus. §.9. De Patroba & Philologo 4 Nouemb. Romanum Martyrologium. *Eodem die natalis Sanctorum Philologi & Patrobæ, Sancti Pauli Apostoli discipulorum.*

Baronius. *Quorum meminit Paulus ad Romanos cap. 16. Agunt de his item Græci in Menologio die sequenti Philologum Synope, Patrobam, Neapoli præfectum esse Episcopum, tradit Doroth. in synopsi. Licet Hyppol. Mart. lib. de 72. discip. testetur Patrobam fuisse creatum Episcopum Puteolanum, cum corpus asseruatur Romæ in Ecclesia S. Mariæ maioris.*

Hermes. Hermen Beza vertit Mercurium repugnantibus etiam hæreticis. Plures Hermetes sunt 4. Ianuarij Bononiæ eius festus agitur, sub Maximiano passus est: de quo & historia Ecclesiæ Bononiensis. Alius Massiliæ 1 Martij. Alius Romæ sub Aureliano 28. Augusti. Alius Adrianopoli sub Iuliano 22. Octob. Alius in Africa 4. Nouemb. Alius in Retiana exorcista. 31. Decemb. Necdum satis liquet quis noster sit Hermes.

Iulia. Nereus. Olympas. §.9. Supersunt Iulia, Nereus, Olympas. De Iulia cum eius nominis multæ sint virgines & martyres certi nihil habeo.

Nereus in Africa passus est 16. Octob. *Item Sanctorum Saturnini, Nerei, & aliorum trecentorum sexaginta quinque Martyrum.*

Verum ille non est quem Paulus salutat, sed is qui 12. Mai ponitur. *Romæ via Ardeatina Sanctorum Martyrum Nerei, & Achillei fratrum, qui primo cum Flauia Domitilla, cuius erant eunuchi, in insula Pontia longum pro Christo duxerunt exilium, postmodum grauissimis verberibus attrectati sunt; deinde iam à Memmio Rufo consulari equuleo, & flammis ad immolandum compellerentur, dicerentque se a beato Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt.*

No-

Notat Baronius: De his habetur dies Beda, Vsuardus, Ado, & alij. Eorum acta recitat Surius tom. 3. Fuit vetus Romae titulus nomine horum martyrum, cuius habetur mentio in regist. S. Gregorij Papa lib. 4. epist. 44. vbi idem Gregorius habuit homiliam 28. in Euang. trans. ibidem sepulta eorundem martyrum corpora, quibus alludit, cum ait: Sancti isti, ad quorum tumbam consistimus florentem mundum mentis despectu calcauerunt, &c. Horum etiam nomine appellatum est coemeterium via Adreatina, quod restituit Ioannes Papa, vt legitur in lib. de Romanis Pontificibus in Ioanne Papa primo.

Olympia. Olympiadem Graeus vocat olympān quasi nomen viri sit. Syr⁹ habet ודלומפא Vaddelumpa, vbi Abbatis semilibus seu adiectitijs, esset nomen ipsum לומפא lumpha, vel lumpa, quod non dubito corruptum esse, & legendum ודולימפא Vodolympa, facile enim ו in ל mutari potuit. De hac olympiade siue olympa aliud dicere non habere, saltem eius nomiois sancti in tabulis, sed de hac nihil nisi hanc praestantissimam Pauli testificationem habemus.

Hoc vnum addo complures ex his ad diuersa loca Episcopos esse missos & plerosque Martyres fuisse, quorum acta, passiones, & certamina nobis ignota, in aeternum commemorabuntur.

VERSVS 16.

Salutate inuicem in osculo sancto, salutant vos Ecclesia Christi.

QVAESTIO I.

Quae salutandi consuetudo in veteri Ecclesia?

Osculi consuetudo. §. 1. Romanis in vsu fuit occurrentium amicorum deosculatio; illa adeo Tiberianis temporibus inualuit, vt edicto compescenda fuerit, imo compesci non potuerit: Sueton. c. 34. in Tiberio. Nam postea multo magis cum fastidio, & mentagrae veloce transcensu vsurpata est. Martial. l. 11. queritur:

Effugere non est Basse basiatoris,
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt,
Hinc & illinc vsquequaque quacunque.
Talis erat basiator Linum quem vridet:
Bruma est, & riget horridus december.
Audes tu tamen osculo niuali,
Omnes obuios hinc & hinc tenere,
Et totam Line basiare Romam.

Iudaeis quoque vsitata inter amicos oscula: Ionathan & Dauidem inter summum omnino fuit Symbolum amicitiae. At vero aliquando inter simulationes amicitiae, vt Ioab & Abner, & fuisse Christi tempore, non modo Iudae scelus ostendit, sed etiam quod Christus exprobrat Simoni: osculum mihi non dedisti. Persis etiam res vsitata, sed modo diuerso. Xenoph. lib. 1 & 2. in Cyri institutione. Herod. lib. 1. Procerum erat inter se al-j manus aut pedes osculabantur. Quin & apud Medos, vt constat ex ioculari Cyri ministerio, qui maternum auum laudatus osculatur. Atque haec amicitiae & amoris Symbola natura inuenisse videtur.

Oscula fraudulenta.

§ 2. Non eadem initio osculorum causa Romae, sed vel sobrietatis, vel suspicionum, mulierum abstinentiam sic cognati explorabant. Polyb. lib. 6. Plin. l. 14. vel 13. Omnes pene scriptores id monent; verum postea cum iam ipsae Romulides sese inebriarunt, consuetudo mansit. Nec credo tamen à suspicionibus initium fuisse. In humanum plane & barbarum, obnoxiumque calumnijs, si fratres, nepotes, agnati, cognati affines tanquam exploratores ad oscula veniant, omnia illa oscula proditorum, aut similia osculis proditorum haberi merito debebant. Etiam circa libros & pulpita crepabant basia. Mart. l. 1. & l. 3. 74.

— dum basia captat.

§ 5. Osculi ergo sancti consuetudo originem habuit ex moribus gentium, non apud Romanos modo, sed Graecos etiam, vt 1. Cor. 12. 2. Cor. 13. 1 Thes. 5. Ignatius alijq; mentionem faciunt. Erant vero signa amicitiae, & pacis mutuae. Ita Chrysostomus osculo tolli omnem cogitationem dicit quae pacem turbat, superbiam, inuidiam, ἀφανίζοντος πάντα καὶ ἐξισοῦντος, *osculo omnia mitigante & exaequante.* Praeclare haec de re Baronius T. 1. anno Christi 45. *Erant quidem eiusmodi oscula pacis*, & amoris Symbola, quae non tollenda, sed moderanda inter Christianos curarunt Apostoli, dum eos se inuicem salutari debere osculo sancto saepe admonuerunt. Illa plane sancta oscula dicta esse reperiuntur, quae in sacris conuentibus illorum verborum adiuncta salutatione, PAX TECVM, adhiberi consueuerunt. Agens de his Iustinus Martyr haec ait: *Precibus finitis, mutuo nos inuicem osculo salutamus. Post osculum sequi administrationem* Eucharistiae, fusius tradit. Origenes de eiusmodi Apostolica institutione, & Ecclesiae vsu haec scribit: *Ex sermone Pauli scilicet, cum dicit: Salutate vos inuicem in osculo sancto. mos in Ecclesia traditus est, vt post orationes, osculo se inuicem suscipiant fratres, hoc autem osculum sanctum appellat Apostolus, quo nomine illud docet primum, vt casta sint oscula, quae in Ecclesia dantur: deinde vt simulata non sint, sicut fuerunt Iudae, osculum vero fidele primo castum sit, deinde pacem in se, simplicitatemque habeat in charitate non ficta.* Huc vsque Origenes. Haec admonuit Athenagoras Christianus Philosophus his scilicet verbis: *Tam accurate temperare osculum, seu potius adorationem salutationis oportet: quod si quo modo pauxillum mens polluta fuerit, ab aeterna vos vita proscribat Verbum.* Agens de eodem Tertullianus eum appellat *signaculum orationis.* Cyrillus Hierosolymitanus discriminans sacrū osculum à profano sic ait: *Ne hoc ita accipias, quasi osculum illud sit huiusmodi, quale in foro inter omnes amicos esse consuetum: neque enim tale est, hoc igitur osculum animos mutuo conciliat, & omnem malorum obliuionem illis spondet: signum igitur est hoc osculum reconciliationis animorum, vniuersaque iniuriarum memoria deleta.* Et post aliqua: *Igitur osculum hoc, quo in sacris vtimur, reconciliatio est, atque idcirco sanctum, de quo & Paulus dicit: Salutate vos inuicem in osculo sancto.* Et Petrus inquit, *in osculo dilectionis.* Chrysostomus post multa in hanc sententiam dicta, haec addit: *Quia de hoc osculo sancto aliud quoque afferri potest. Quid tandem? templum Christi sumus: itaque templi vestibula & aditum osculamur. An non cernitis quotnam homines etiam huius templi vestibulo osculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admouentes? At per has portas & ianuas ingressus est Christus, & ad nos ingreditur, cum communicamus. Nostis enim vos, qui mysteriorum participes estis, quid dicam. Neque enim vulgari quodam honore os nostrum afficitur, cum corpus Dominicum accipit, eaque praesertim de causa tunc maxime oscula iungimus. Audiant, qui obscaena loquuntur, & qui conuicia proferunt, & horrescant, cogitantes, quae*

Oscula Christiana.

les detergent, ac dedecorent; audiant, qui obscenè osculantur, &c. De adiunctione vero illorum verborum, quibus osculando pax impertitur, hæc Augustinus; *Post orationem Dominicam, quam accepistis & reddidistis, dicitur: Pax vobiscum; & osculantur se inuicem Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis, si quod ostendunt labia, fiat in conscientia, id est, quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum à corde eius non recedat. hæc ipse.*

§. 4. Vehementer errant, qui oscula illa sancta inter viros & mulieres promiscua fuisse existimant, & eo trahunt verba Tertulliani lib. 1. de velandis virgin. cap. 14. *Quantum vel in bona mente conatur, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus & oscula assidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam placere desiderare.*

Oscula in eodem tantum sexu.

Hæc verba, & illa: *Virgines facile suscipit fraternitas.* Rhenanus interpretatur de osculis Christianorum. *Hoc, inquit, faciebat fraternitas: Nam osculo quondam se salutabant Christiani. Et susceptio fit per amplexum.* Sed profectò constat in Ecclesia viros à fœminis separato fuisse loco, & Tertullianum loqui de virginibus quarum erat coacta & inuita virginitas, in quibus erat concupiscentia non latendi, quæ non erat pudica, quæ inter viros morabatur quæ inter oscula assidua, & amplexus concalescebat, non erant ista in osculo sancto, in Ecclesia. Fraternitas autem facile suscipit virgines, non osculando amplexandoue, nimis illa lasciua fraternitas est, sed promouendo, tuendo, earum pudicitiæ, alimentisque prouidendo. Grauis nota fraternitati istorum Christianorum inureretur, si facilior fuisset in virginum amplexus. Nunquam Apostoli, nunquam primitiua illa Ecclesia mos virum talium osculorum approbasset. Quanta vero occasio irrisionis, & calumniarum gentilibus illa consuetudo daret: qui certe nunquam adducerentur, vt in numerosis cœtibus, & nocturnis, virorum & mulierum casta oscula esse sibi persuaderent. Sane Tertull. *Virginitatem ait etiam fœminarum oculos pati nolle.* c. 15 Quomodo patietur oscula virorum, si fugit oculos fœminarum, nec de solis virginibus ista dico, nec enim solarum virginum hic est periculum, sed etiam matronarum, ne spargantur oscula non sancta, vel aliis suspecta. Nec inter viros & fœminas Hebræorum, aut Gentium, nisi inter propinquos vsitata erant oscula. Clemens Alexandrinus lib. 3 pædagog. satis ostendit maiorem fuisse in Ecclesia decori rationem, quam vt promiscua essent oscula. *In Ecclesia autem, inquit, venire oportet virum & mulierem, honeste indutos, non simulato incessu, silentium amplectentes, charitatem non fictam possidentes, castos corpore, castos corde, ad Deum rogandum aptos. Hoc amplius habeat mulier: semper tecta sit, nisi fuerit Domi.*

Fœminæ tectæ in Ecclesia.

Si semper tecta, si vultum non aperit oculis virorum, quomodo ora & amplexus præbebit, cum ad tactum magis, quam aspectum Asmodæus ille tenebras concitet? ideo ait Clemens *conuenit eam tectam orare.* De osculo sancto ita ratiocinatur. *Dilectio autem non in osculo censetur, sed in beneuolentia, illi autem, nihil aliud osculo quam Ecclesias conturbant, tanquam non habeant intus amicitiam. Etenim hoc vtique suspicionem, mouit suspicionem, & maledicentiam, quod impudenter osculo vterentur, quod esse oportebat mysticum. Ipsum enim vocauit Apostolus. Dum digne gustaueris regnum ore modesto, & clauso beneuolentiam animi ostendamus, per quod maxime se exerit mansuetudo morum. Est autem aliud quoque osculum iniustum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescitis, quod etiam phalangia, si ore tantum tangant, graues dolores hominibus afferant? Oscula autem impudentiæ sæpe virus immittunt. Manifestum itaque nobis euasit, osculum non esse dilectionem: dilectio enim est Deus: Hæc est autem dilectio, inquit Ioannes, vt mandata seruemus: non vt nos inuicem ore demulceamus: & mandata eius grauia non sunt.*

Porro de mulieribus quæ dicta sunt hæc ait Clemens: *Videtur autem super omnia esse auersandus mulierum aspectus: non solum enim si tangantur, sed etiam si spectentur potest peccari: quo maxime vitare oportet eos, qui recte & syncere constituuntur. Oculi enim suprecte videant, supercilia autem recte annuant. Etsi enim fieri potest vt qui viderit, se fortiter gerat, veruntamen cauendum est, ne cadat: fieri enim potest, vt qui viderit, labatur: sed fieri non potest, vt qui non viderit, concupiscat. Non solum enim pudicos esse semper conueniens est esse puros, sed etiam danda est opera, vt quod est extrinsecus, sit ab omni reprehensione, & vituperatione alienum, omni exclusa suspicionis causa, vt in summam quandam contrahatur castitas, nempe vt non solum simus fideles, sed etiam fide digni. Etenim hoc quoque cauendum est, vt ait Apostolus, ne quis nos reprehendat: Prouidentes enim quæ sunt bona, non solum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Auerte autem oculum à muliere gratiosa, & ne discas alienam pulchritudinem, inquit Scriptura. Et si causam roges, ipsa tibi enarrabit: In pulchritudine enim mulieris multi sunt seducti, & ex ea tanquam igne, accenditur amicitia quæ ad ignem nunquam cessaturum deducit, propter peccatum. amicitia, inquam, quæ ex igne oritur, quam appellarunt Amorem.*

Mulierum aspectus fugiendus.

Hæc ergo fuit primitiuæ Ecclesiæ disciplina, quæ tamen etiam inter viros exoleuit, cum iam frigescente caritate oscula iniquis sæpe essent tegumenta simulationis non symbola amoris, immo inter masculos crebro vitiis impudicitiæ inseruirent. Antiqui moris manent tamen vestigia inter eos qui altari seruiunt, & communi crucis osculo, quo omnes fideles Christo iunguntur, & sancta caritate connectuntur.

VERSVS 17.

Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.

QVÆSTIO I.

Quos iubet vitari?

§. 1. QVi dissensiones & scandala machinabantur Iudæi fuisse videntur, qui vt in Asia & Græcia, ita Romæ videntur omnia mouisse, vt legem Mosaicam tuerentur. Doctrinam porro nominat, non quam scripto acceperant, sed prædicatione, & verbo, à qua vetat recedere. Non deerant ne tunc quidem in ipsis Ecclesiæ incunabilis falsi doctores, qui passim omnia deprauabant, vt constat. 1. Timoth. 4. 2. Philipp. 3. 1. Tit. 1. & 3. Si quid *præter doctrinam*: παρὰ τὴν διδαχὴν, contra doctrinam ita enim hic accipitur, & recte Syrus לבר מן יולפנא seorsim à doctrina. Duplicia porro ea mala sunt, falsa doctrina, & mala vita, quæ scandalizet. Nonnunquam in doctrina sana mali

Falsi doctrina, & mores noxii.

sunt

sunt mores, at in depravata vel aperte mali, vel non nisi simulate boni.

§. 2. Hos serio iubet declinare, ita & Tit. 3. *Hæreticum hominem post unam, aut alteram admonitionem deuita.* Contagio morbus ille nocet, vt lepra, vt pestilentia, vt putredines, fuga vitatur. *Obseruate*, inquit Chrysostomus σκοπεῖν interpretatur hic, περιεργάζεσθαι, καὶ ἀκριβοῦν, καὶ καταμανθάνειν, καὶ διερευνᾶσθαι. *Accurate satagere, discere, inuestigare, seu scrutari.* Nemo enim facile loca infesta latronibus, serpentibus, infecta mortifera lue ingreditur, nisi diligenter omnia scrutetur. Et sane multos negligentia & stupor perdidit, dum faciles aures præbent nouellis rerum inuentoribus, fidei interpolatoribus.

Pareus à Chrysostomo Romani Pontificis tyrannidem perstringi non obscure existimat, dum ait, *non dicit: Aggredimini, & manum conferentes decertate: sed declinate ab illis.* Verum illa somnia sunt insipientis. Chrysostomus dicit: non dixit: ὁμόσε χωρεῖτε, καὶ πυκτεύετε *Simul ite, & pugnate, sed declinate.* Si enim ex imprudentia & errore ista facerent, corrigendi essent, cum vero scientes peccent, resilite ab iis. Hoc omnibus dicitur Christianis. Nec pio tamen magistratui vetitum est, peruersos homines, hæreses & scandala inferentes iniecta manu coercere, repellere, exilio, & si res grauius poscat morte punire. Ouis à lupo sola fuga defenditur, Pastor si videns Lupum venientem & fugit, mercenarij nomine infamatur. De Romano Pontifice Chrysostomus nihil tale sensit, nouerat Paulum ista Christianis priuatis, qui Romæ erant, non Romano Pontifici scribere. Chrysostomus pressus æmulorum inuidia ad Romanum Pontificem appellauit.

Licet prauos Doctores pellere.

§. 3. Pareus ex sola Scriptura illam obseruationem esse posse existimat: probat ex Origene. *Vide*, inquit, *quam proximi periculo fiant hi, qui in diuinis literis exerceri nolunt; ex quibus solis huiusmodi examinationis agnoscenda discretio est.* Sola ergo Scriptura norma est, contra blasphemum Iesuitarum dogma.

Respondeo. Mentem Origenis longe esse ab amentia Parei diuersam. Origenes enim ex solis diuinis literis examinare doctrinam Pseudo-Prophetarum iubet, sed ex diuinis literis bene, secundum Ecclesiæ sensum, & fidei analogiam intellectis. Alioqui Origenes de illis accipi potest, qui Literas sacras aut ex parte reijciebant, aut ea quæ manifeste contra eas dicebantur, in medium proferebant. Qualis Marcion, Valentinus, Basilides. Certe l. 2. contra Celsum ostendit, ad Scripturam intelligendam esse datam Christianis veritatem. *Quamobrem videre licet nunc omnia quæ apud Iudæos sunt deliramenta esse & fabulas, non habent enim lumen illud, quo pernoscimus Scriptura sacra: contra Christianorum doctrinam habere veritatem, quæ possit erigere, attollereq; mentem, & animam hominum, & constituere ciuitatis formam quandam non qualis Iudæorum est, humilem & terrenam, sed cælestem, vt intelligant, qui magnitudinem, ac sublimitatem sensuum Propheticorum, & in lege contentorum percipiunt, & alijs quoque indicare possint.*

Quin totus ipse locus Origenis Caluinianis est contrarius; *nam exerceri in Scripturis* vult Christianos, vt ex illis solis fiat discretio; Exercitatio illa non est nuda lectio, sed inquisitio, collatio, auditio. Origenis verba *sunt: Nam & reuera non est parua discretionis, sed probabilis & exercitatissimi indiget, scire cui verbo, cuius operi obediendum sit, & cui renitendum.* Non est ergo Scriptura per se euidens, & clara, & norma cunctis nota sine Ecclesiæ exercitatione, & doctrina. Quod ipse Origenes non modo sæpe asserit, sed commentarijs etiam suis docet, tam multis, tam operosis tomis. Quin constat eo tempore Romanis doctrinam absque Scriptura traditam fuisse, nec ex veteri Scriptura Romani difficultates tollere potuerunt, ideo monet, ne audiant alia docentes. Quare & se venturum pollicetur cum benedictione, nempe vt Scripturæ norma viuo iudici adiuncta efficax sit. Alioqui Origenes agnoscit traditiones c. 6. Ecclesia, inquit, ab Apostolis traditiones accepit etiam paruulis baptismum dare. Vide eum Hom. 5. in num. in cap. 3. ad Rom. Homil. 25. in Matth. Hom. 7. in Ezech. & Hom. 1. in Ierem.

VERSVS 18.

Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium.

QVAESTIO I.

Quis finis falsorum Doctorum?

§. 1. IDem plane qui Saducæis & Epicureis; nempe propria commoda, lucrum, voluptas; illa enim omnia Deus eorum optimus maximus venter imperat. Philipp. 3. 18. dicuntur *hostes crucis Christi, quorum finis est interitus, quorum Deus venter est*, & gloria in confusione ipsorum. *Docent, quæ non oportet turpis lucri gratia.* Tit. 1. *Pietatem quæstus habent*, caupones Euangelij, seu χριστέμποροι. 1. Tim. 6. 7.

Porro ista faciunt per χρηστολογίας & εὐλογίας per dulces sermones & benedictiones, supponunt enim *puluillos sub omni cubito.* Ezech. 13. 18. Vide & 2. Tim. 3. 6. Ad has notas, (libet enim inuertere mutatis personis verba Caluinistæ Parei, vt vera fiant) si Caluinistas nostros hodie examinemus, viuis coloribus depictos videbimus; nonne enim Caluinistæ se ita seruos Dei iactant, vt se solos puros Christi præcones glorientur? Quibus actibus & assentationibus aulis regum se insinuare, in Gynæceum repere, captiuas mulierculas & simplices, non malas in nassam suam attrahere, norint ac soleant, iam mundus ipse nouit. At possimi sunt impostores, Incautos enim à via veritatis abducunt, fiducia, præsumptione, mendacijs miseros ita dementant, vt dum certam ad cœlos viam promittunt, in gehennam eos recte præcipitent. Imo dum ad regna terrena extimulant, in exilia abripiant. Nam postquam à doctrina Apostolica quæ hactenus ad nos inuiolata peruenit, longe abierunt, & fraudes suas, quæ prius nouitate latuerunt, & fefellerunt sensim aperti sensérunt, vt tandem aggressi aliena regna, in suas blasphemias Europam cogere iam conati, quod malum adhuc Deus ita auertit, vt non melius arma, quam doli successerint. Sed hac de re alias, & alibi dicent alij.

Blandi Doctores perdunt.

Porro Pauci sunt χρηστοὶ ait in Philopatre Lucian. plures χρηστολόγοι, qui iucunda loquitur, & amicitiam mentiuntur. Vocatum eo nomine Pertinacem Imperatorem, quod multa pollicitus blando sermone duceret plerosque, narrat in eius vita Iulius Capitolinus.

VERSVS 19.

Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.

QVÆSTIO I.

Qualis obedientia Romanorum?

§. 1. CAusam reddit, cur dixerit, vt obseruent (σκοπεῖν est cunsid rare, speculari & singulis attendere) quia vestra obedientia diuulgata est in omni loco; prompti estis ad obediendum illis, qui seruitutem Christi præ se ferunt, tanto magis cauendum, ne sitis obnoxij impostoribus. Origenes putat eos reprehendi; verum feruor & ingenuitas probatur; nam animi magni & generosi minime sunt suspicaces : hinc facilius Principes decipiuntur; quia imposturam non facile suspicatur, nisi qui admisit, aut expertus est. Vult ergo esse sapientes in bono, vt disquirant de doctrina, & Doctoribus, simplices in malo; aliqui interpretantur repeodendo, vel perpetrando; vera sententia est velle eos non intelligere mala; nam apud ἀκεραίους, qui sunt sinceri, non tincti malitia, sed ἀνεξικάκους, plus ad probitatem iuuat vitiorum ignoratio, quam apud alios doctrina & disciplina vitiorum.

Obedientia Romanorum. Quia vero apud omnes non erat illa ignoratio, tantam virtutis vim esse optat, vt par sit innocentissimæ ignorationi vitiorum.

Optime sane Christianis suadetur, vt mala nesciant, aut sane tanquam nesciant, sese gerant, etenim dum metuntur, dum affliguntur, crescant. Hæc in Romanis maxime enituere. lib. 2. Arnobius vel hinc argumentum pro religione contra

Christiani vexati crescunt. Gentes mutuatur. *Quod ab Dominis se seruos cruciatibus affici, quibus statuerint, malunt solui coniuges matrimonijs, exheredari à parentibus liberi, quam fidem rumpere Christianam, & salutaris militiæ Sacramenta deponere? quod cum genera pœnarum tanta sint à vobis proposita religionis huius sequentibus leges, augeatur res magis, & contra omnes minas, atque interdicta formidinum animosius populus obnitatur, & ad credendi studium prohibitionis stimulis excitetur? numquid hæc fieri passim, & inaniter creditis, fortuitis incursibus adsumi has mentes? Itane istud non diuinum & sacrum est, aut sine Deo eorum tantas animorum fieri conuersiones, aut cum carnifices vncι, alijque innumeri cruciatus (quemadmodum diximus) impendeant credituris, veluti quadam dulcedine, atque amore correpti, cognitas accipiant rationes, atque mundi omnibus rebus præponant amicitias Christi? Nisi forte obtusi, & fatui videntur hi vobis, qui per orbem iam totum conspirant, & coeunt in istius credulitatis assensum?*

Eodem vtitur Lact. l. 5. c. 13. Tertull. cap. 11. de corona militis. & c. 3. ad Martyres. ad Scapul. c. 4. Minutius Felix, Leo. Christianos in eo fuisse ἀνεξικάκους, quod iniuriam non rependere soliti fuerint valde gloriantur veteres Doctores Ecclesiæ. Nazianz. orat. 1. in Iulian. Augustin. contra aduersarium legis & Proph. cap. 17. Epist. 2. ad Marcellin. Chromatius in c. 5. Matth. Cyprianus de bono patient. Gregor. Magnus. Lactant. l. 6. c. 18. Isidorus Pelusiota l. 1. Epist. 11. Chromatij verba sunt. *Nec sane conuenit Christiano vicem iniuriæ reddere, ne similis ei, cui vicem restituit, inducetur. Si enim malum est iniuriam facere, non est alienus à culpa, qui vicem mali rependit, ac per hoc non potest bonus haberi, qui malum imitatur.* Quin orabant etiam pro inimicis, vt ostendit Arnob. l. 4. Tertull. Apol. cap. 39. Cyprianum ad Demetrianum. Cæsarius Arelat. hom. 29. Hieron. com. in 6. Matth. Chrysostom eodem loco Et imprimis Athenagoras in Apologia pro Christianis.

VERSVS 20.

Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri IESV Christi vobiscum.

QVÆSTIO I.

Quomodo optat conteri Satanam?

§. 1. DVplici modo legitur, alij libri habent συντρίψει, *conteret*, alij συντρίψαι *conterat*, vt legit vetus interpres. Apud Chrysostomum legitur nunc συντρίψει, verum illum legisse συντρίψαι non dubito, nam dicit expresse εὐχὴν optationem, seu precationem esse & προφητείαν, prophetiam, quod non conueniret, nisi modo optandi legisset. Optat & prophetat breui finem fore discordiarum, & scandalorum, ἐν τάχει, sine dubio Epistola in concordiam eos reduxit. Deum pacis vocat idonee ad opus præsens quod petebatur. Deus enim in Ecclesia sua pacis auctor est, nec modo homines inquietos, & improbos, sed ipsum ducem eorum Satanam conteret : sub pedibus suorum statuerat, quod omnino factum, ita enim deinceps roborati sunt, vt maximis animis persecutionem Neronianam tulerint.

§. 2. Principium & fontem malorum ostendit eum, quem videre non poterant, eo prostrato facilis erat futura victoria, & alma pax fraternitatis, qualem dare mundus non potest. Diabolo inuisos fuisse Christianos etiam gentes nouerant : vt in martyre Babyla, alijsque Antiochenis, & sacrificio Iuliani apparuit. Et vere Lactantius l. 5. c. 16. *Christiani dæmonibus inuisi.* *Propter verbera & minas sanctos & iustos viros semper oderunt: & quia per se his nocere nihil possunt, publicis eos odijs prosequuntur, quos sibi graues sentiunt, exercentque sæuitiam quam violentissime possint, vt aut eorum fidem minuant per dolorem, aut si deficere non quiuerint, auferant omnino de terra, ne sint, qui possint eorum nequitiam coercere.*

Causam dicit Prudentius in Apotheosi.

—— Torquetur Apollo.
Nomine percussus Christi, nec fulmina verbi
Ferre potest, agitant miserum tot verbera linguæ,
Quot laudata Dei resonant miracula Christi.

Plurima eiusmodi apud Tertullianum, nec quicquam magis gentibus admirabile, vel dæmonibus contumeliosum, quam ad Christianorum tremere, & fugere imperium : & sub pedibus iacere contritos.

§. 3. *Gratia Dei*, inquit, *sit vobiscum* : ita 2. Thess. 3. 17. *Hoc est signum in omni Epistola, ita Scribo: Gratia Domini nostri Iesu Christi, sit cum omnibus vobis Amen.* Hinc ita concludit Pareus. *Certe constare Epistolam esse Pauli, nam hoc votum eum sua manu subscripsisse.* Verum hoc de signo suo dicam loco. Illis qui Pauli manum & sigillum norant, sciebant etiam non esse ab aliquo falsario imitatione effictam, certum erat iudicium, eorum testificatione sequentes Ecclesiæ ad nos vsque deduxerunt fidem Epistolæ.

An

An vero illa verba à Paulo, an ab amanuensi Scripta sint, non satis constat.

VERSVS 21. 22. & 23.

Salutat vos Timotheus meus, & Lucius & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi Epistolam in Domino. Salutat vos Caius, & vniuersa Ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater.

QVAESTIO I.

Quinam salutent Romanos?

§. 1. SVpra v. 15. dixit: *Salutant vos Ecclesiæ.* In Latinu & Syro dicitur, *Omnes*. quomodo id factum quæri solet, quidam Paulum ciuilitate vsum tradunt, etsi non fuerit ab Ecclesijs expresse mandatum: multi enim illa vrbanitate solent vti. Puto tamen hoc alienum à Pauli grauitate, & sinceritate. Melius alij Paulo adfuisse aliarum Ecclesiarum Pastores, illis petentibus salutasse Romanos. Hoc amplius exponendum est; Inprimis de Ecclesijs Achaiæ accipio, quarum præsides Paulo discessum iam paranti adfuisse nullum mihi dubium est, deinde mutum fuisse Ecclesijs Achaiæ de Romanorum dissidiu, & Pauli Epistola ad eos scribenda, quare singulas cum legatos mitterent etiam inter alia mandasse salutationem.

Timotheus. §. 2. Timotheus Ephesinus Episcopus notus Pauli discipulus, de quo in Epistulis ad eum scriptis dicendum est.

Lucius à quibusdam Lucas Euangelista putatur, sed alius plane videtur; Lucæ enim nomine notus erat, non Lucij. Multi porro Lucij sunt inter sanctos. In primis 8. Apr. *Romæ Sanctorum Martyrum Pauli, Lucij & Cyriaci*, quorum tempora ignorantur. Mihi vix dubium est, Lucium hunc esse,

Lucium. de quo 22. Aprilis in Martyrologio Romano scribitur. *Smyrnæ Sanctorum Apellis, & Lucij ex primis Christi discipulis*. In eadem sententia est Baronius: *Agunt de his hac item die Beda, Vsuardus, Ado, & alij recentiores. Scribit horum certamina gloriosa Sozom. hist. l. 2. c. 11. 12. & 13. ex quo Cassiod. hist. tripl. lib. 3. c. 2. Niceph. l. 8. c. 37. & 38. Metaphrastes autem cæteris locupletius, recitat eadem Lipom. tom. 5. & Sur. tom. 2.*

An forte ille de quo Actor. 13. 1. narratur, sit Lucius Cyrenæus, nihil certi habeo dicere.

Iason. De Iasone mentio est Act. 17. v. 5. & 6. in Martyr. 12. Iulij. Summa pro Paulo pericula subijt. Tarsensis Episcopus fuit. Martyrologium ista de eo habet. *In Cypro beati Iasonis, antiqui Christi discipuli.* Baronius vero. *De eo Act. Apost. c. 17. & 21. Paulus ad Roman. c. 16. Agunt de eodem hac die Beda, Vsuardus, Ado, ac cæteri Latinorum; Græci autem in Menologio quart. Kal. Maij. vbi & plura habentur de ipso: referunt enim præfectum fuisse Tarsensi Ecclesiæ Episcopum, quod etiam testatur Dorotheus in Synopsi; in Syria autem fuisse Episcopum, auctor est Hippolyt. Mart. lib. de 72. discipulis.*

Sosipater. De Sosipatro Martyrologium habet 25. Iunij. *Apud Berœam natalis Sancti Sosipatri discipuli beati Pauli Apostoli.* Baronius, *De quo Act. Apost. c. 20. & Paulus ad Rom. c. 16. Agunt de eodem hac die Beda, Vsuardus, Ado & alij. Hunc Origenes in Epist. ad Rom. esse ordinatum fuisse Thessalonicensem Episcopum, licet Dorot. in Synop. eum sedisse Iconij asseuerit. Hippolyt. etiam libel. de 72. discip. Iconij eum fuisse Episcopum testatur. Extat Epistola Dionysij ad Sosipatrum.*

Quomodo cognati Pauli fuerint tam diuersis regionibus orti, solent quærere, sed facilis solutio est, si quis consideret, Iudæos illo tempore toto orbe sparsos fuisse. Paulus enim Tarsensis potuit varijs in locis habere cognatos.

Tertius Pauli amanuensis, postea Episcopus Iconij, vt Dorotheus in Synopsi, Ex quo apparet, virum notum Romanis fuisse, nec sine Pauli iussu salutationem adscripsisse. Porro, Primus, Secundus, Tertius, Decimus nomina Romana sunt. Tertius.

Caius, alij Gaius, Derbensis erat, *hospes Pauli, & vniuersæ Ecclesiæ, &c.* Nempe peregrinos suscipiebat, nuptiæ totius Ecclesiæ, & ipsus in Ecclesiam pauperes, forte & Ecclesia in ædes eius conueniebat. Ambrosius eum esse putat, ad quem Ioannes Epistolam scripsit. Origenes Episcopum factum scribit. Comes Pauli est Act. 20. 4. ab eo baptizatos 1. Cor. 1. 14. Alij tamen hunc Caium Corinthium, & illum Derbæum diuersos faciunt. Act. 19. 28. Caius Macedo abripitur in Theatrum. Caius.

Erastus Arcarius οἰκονόμος est ciuitatis, procurator, seu præfectus ærarij. Postea Episcopus Philippis: vide Act. 19. 22. 2. Tim. 4. 20. Vox arcarij est Scæuolæ Iurisconsulti: Dorotheus tamen Paneadis Episcopum facit. Martyrologium Philippis coronatum scribit. *Philippis in Macedonia natalis sancti Erasti, qui illic à beato Paulo relictus Episcopus, ibidem Martyrio coronatus est.* Eadem Beda, Vsuardus, Ado. De Quarto martyrologium Romanum, 3. Nouemb. *Natalis Sancti Quarti Apostolorum discipuli.* Baronius: *De quo Paulus ad Roman. c. 16. Agunt de eodem hac die Beda, Vsuardus, Ado, & alij. Hunc Berytho Ecclesiæ Episcopum datum esse, tradit Doroth. in Synopsi. Idque ex Hippolytis libel. de 72. discipul.* Erastus. Quartus.

Salutatio quæ est v. 24 seu potius bona precatio in com. Ambrosianæ, & apud Origenem non est. Apud Chrysostomum est repetitio. Syrus tam in regijs biblijs, quam editione Fabriciana habet plane in fine Epistolæ. Non est porro noua, aut mira repetitio in re graui, & ab amante.

VERSVS 25. 26. & 27.

Ei autem, qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem IESV Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum, secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis gentibus cogniti, soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

QVAESTIO I.

Quo loco, & quæ hæc doxologia?

§. 1. VErba ista Pauli plerique Græci & Latini codices hic collocant: etiam Origenis compen- Lectiones diuersæ.

commentarij, plurimi tamen ad finem cap. 14. ponunt post illa verba, Quicquid non est ex fide peccatum est. Marcion illa reiecit, etiam salutationes, quod negaret esse Paulinæ gratitatis. Chrysostomus hoc loco non habet. Syrus latinos codices sequitur, & hic ponit. Verba ipsa magnum continent hyperbaton, quod varie construitur. Ei autem soli inquam Deo, cui gloria. alij incipiunt à v. 27. Soli Deo honor, & gloria, ei qui potest, &c. alij tollunt particulam ᾧ, cui quæ est v. 27. & sola difficultatem adfert, alij in ᾧ cui Hebræum pleonasmum, cum relatiuū iungitur cum nomine ipso. Erasmus ita additum putat, & obsidet particulam omnes libros; vt ne quidē ipsa impudentia auellere possis; sed tamen abest à complutensi. Deinde Syrus aut non legit, aut pleonasmum esse putauit. Nam cum v. 25. dicat. Deo qui potens est, לאלהא lelaha, postea v. 27. habet, qui solus sapiens est gloria, &c. nec particulam ᾧ adduxit. Cum tamen videam veteres Augustinum, D. Thomam, alios alters interpretatores, malo eorum sequi sententiam. Augustinus l. 3. c. 13. contra Maximinum toto capite exponit, & sensum esse ait: Et gloria, cui per Iesum Christum gloria. Sed Augustinum audire præstat, qui Arrianorum argumenta hoc loco erudite dissoluit. *In illo etiam testimonio, vbi ait Apostolus: Soli sapienti Deo. non dissimilis error est vester sed quod vobis respondebimus de potentia, hoc etiam de sapientia respondemus. Si enim dixisset Apostolus. Soli sapienti Patri: nec sic inde filium separaret. Non enim quia in Apocalypsi de filio legitur. Habens nomen scriptum, quod nemo scit, nisi ipse: ideo Pater nescit hoc nomen, à quo est inseparabilis filius. Sicut ergo scit & pater quod nemo scire dictus est nisi filius, quia inseparabiles sunt. Cum vero non sit dictum, soli sapienti patri: sed, soli sapienti Deo: & Deus vnus sit ipsa Trinitas multo est facilior nobis huius solutio quæstionis: vt sic intelligamus solum Deum sapientem, sicut intelleximus solum potentem, id est, Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum, qui est vnus & solus Deus, cui soli seruire iussi sumus: ne male intelligentes, vel potius non intelligentes, contra hoc præceptum facere videamur, quia & Domino Christo, ea, qua Deo debetur seruitute seruimus. Non enim dictum est: Dominum Deum tuum Patrem adorabis, & illi soli seruies: & seruire permitteremur & filio, plus tamen patri, tanquam maiori: minus autem filio, tanquam minori Deo, sed dictum est: Dominum Deum adorabis, & illi soli seruies: soli scilicet omnipotenti, soli sapienti Deo: vt vos repelleremini, qui nolentes accipere vnum solum Deum, Patrem, & Filiū, & Spiritum Sanctum, & dicentes vnum Dominum Deum, cui soli seruiendum est, non esse nisi Deum patrem, & tamen etiam filium Deum, & Dominum confitentes: apertissime duos Deos & Dominos, maiorem vnum, minorem alterum dicitis: & reos vos secundum errorem vestrum, præcepti huius violati esse monstratis, quia non solum maiori, verum etiam minori ea, qua Domino Deo debetur, seruitute seruitis. Vbi autem dixit Apostolus, Soli sapienti Deo: cum scriberet ad Romanos in fine Epistolæ sic locutus est: Ei autem qui potens est, inquit, vos confirmare secundum Euangelium, & præconium IESV Christi: secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, manifestati autem nunc per Scripturas Prophetarum: secundum præceptum æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes cogniti: Soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum: Hoc est ei, qui potens est vos confirmare soli sapienti Deo gloria in secula seculorum. Quod autem interpositum est, per Iesum Christum: vtrum soli sapienti Deo per Iesum Christum accipi debeat, vt scilicet solus Deus sapiens per Iesum Christum sapiens esse intelligatur, non participando sed gignendo sapientiā, quod est Christus Iesus: an vero non per Iesum Christum sapiens, sed per Iesum Christum gloria soli Deo sapienti: videtur ambiguum. Sed quis audeat dicere per Iesum Christū fieri, vt sit sapiens Deus pater: cum secundum substantiam suam non dubitandum sit eum esse sapientem; tamque sit substantia filij per gignentem patrem, quam substantia patris per genitum filium? Restat ergo, vt soli sapienti Deo gloria sit per Iesum Christum, hoc est, clara cum laude notitia qua innotuit gentibus Deus Trinitas. Ideo per Iesum Christum, vt alia taceam, ipse præcepit baptizari gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vbi præcipue commendata est huius indiuidua gloria Trinitatis. Deus itaque, quod est ipsa Trinitas, propterea solus sapiens recte dicitur, quia solus secundum substantiam suam sapiens est: non secundum accipientem vel accidentem participationem sapientiæ, sicut sapiens est rationalis quæcunque creatura. Quod vero additum est, cui, vt diceretur, cui gloria, cum sufficeret si dictum esset, eidem gloria: insolitam lingua nostra indicat locutionem, non sensum, quem sequutus est, vel de quo ambiguum, insinuat. Quid enim sit, quod deprecit, si dicatur, ei gloria, cui per Iesum Christum gloria? hoc est, namque per Iesum Christum cui gloria quod est, cui per Iesum Christum gloria. Sed aliter horum vsitatum, aliter vsitatus est ordo verborum.*

Augustini interpretatio.

Quod si ita malis, *Ei qui potens est soli Deo, &c. gratias agimus, gloriam tribuimus per Iesum Christum,* cui per eum gloria summa quæsita est, vel, vt particula ᾧ cui, ad Christum referatur, nulla erit in connexione difficultas: nec opus erit textum immutare.

§. 2. Deum posse eos confirmare secundum Euangelium suum & prædicationem Iesu Christi, & secundum reuelationem æternis temporibus taciti. Aliud non indicat, quam eorum in fide confirmationem se spectare quod Deus gentibus iustitiam ex fide contulerit, quod ipse semper Euangelizauit, non enim ex Philosophia, aut natura, sed Euangelio ista habentur. Euangelium illud appellat *suum* prædicationem Iesu Christi; nam & à Christo Domino, & de illo prædicatum est.

De mysterio æternis temporibus tacito, seu de vocatione gentium dictum est c. 11. Esse enim varijs oraculis, & vmbris fuit SS. Patribus indicatum tamen Gentilibus erat incognitum, & plerisque Iudæorum. Nunc vero tam mira luce patefactum, vt vnica gentium Ecclesia, omnibus Iudæorum Synagogis præpolleret.

Quare Deo soli sapienti gloriam merito omnes tribuunt. Ipse solus sapiens Dan. 2. *Sapientia & fortitudo eius sunt, ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam.*

Qui fons & origo creatrix sapientiæ. Cum soli Deo dicit, non excludit filium, vt monet Augustinus, & Chrysostomus.

Deo ergo soli potenti, soli sapienti omnis creatura gloriam vna voce canat, à quo omne donum perfectum. Quibus & ego, creaturarum minima portio accino, Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper & in secula sæculorum Amen.

⁂

Finis Comment. in Epist. B. Pauli ad Romanos.

INDEX

RERVM MEMORABILIVM COPIOSISSIMVS, COMMENTARIORVM IN EPIST. S. Pauli Apost. ad Rom.

In quo prior numerus paginam, alter columnam designat.

A.

B.

Beati

C.

D.

E.

F.

G.

Gloria

L.

M.

N.

Necessi-

Senecæ

T.

V.

Z. Zamol-

Errata alicuius momenti.

Fol. 55. col. 1. linea 22. à fine inimicæ, lege mimicæ. 50. 2. lin. 7. tribubus, lege tribulus. 137. 2. lin. 23. à fine. potest, lege prodest. fol. 138. 1. lin. 24. Syna leg Syria. 253. col. 1. lin. 19. à fine. crudelitatem leg. credulitatem. 331. 2. lin. 6. à fine. Mecreti. lege meriti. 366. lin. 2. & 3. à fine. leg. actum negatiuum, sed non admissionem ad regnum cœlorum. 418. 2. lin. 22. Curantem lege cur autem. ibid. lin. 19. à fine. Crassia, lege Cressia.



1-6-3